

2 400 50



MADE IN SPAIN

R. 125

DUBITATIONES
SCHOLASTICAE
ET MORALES.

DE
POENITENTIA UT
VIRTUTE, ET UT SACRAMENTO
EIVSQUE PARTIBVS.

^{mo}
AVTHORE R.P.M.F. IOANNE MARTINEZ DE PRADO,
Vallis-Oletano, Ordinis Prædicatorum, In Academia Complutensi
Cathedræ Vespertinæ, & Primariæ Theologie Moderatore Sanctæ
Inquisitionis Qualificatore, & insignis Collegij S. Thomæ Aquinatis
Regente emerito, tandemque huius Prouinciæ Hispaniæ
Prouinciali dignissimo.

IN LUCEM EDITÆ STUDIO, ET SOLICITVDINE
R.P. Præsenti F. Ioannes de San Martin Prioris Conuentus
Sanctæ Crucis Regalis Segouienfis.


Anno

1669.



CV. M PRIVILEGIUM

Ex Typographia Segouienfi Bernaradi Hervada.




DEDICATIO OPERIS
 SINE CORRUPTIONE
 FÆCVNDÆ, ABSQVE
 GRAVAMINE GRAVIDÆ,
 ABSQVE DOLORE PVERPÆ
 VIRGINIS SIMVL AC MATRIS, SANCTISSIMÆ
 DEIPARÆ SVB TITVLO DE LA GVIA IN REGALI SANCTÆ
 CRVCIS SEGOVIENSI CONVENTV VENERATÆ
 CORDIS, ET OPERIS CONSECRATIO.



Undum eximium illum Patriarcham Iacobum tot palmitum fecundam propaginem (è cuius stirpe genitam te credimus, o Virgo Deipara) caligo mortis obduxerat, cū inter postremos crepitantis cordis anhelitus, filijs suis circumquaque valantibus præcepit, ac dixit: *Ego congregor ad populum meum: sepelire me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi, contra* *Genes. cap. 49 n. 29.*

*Mambre in terra Chanaan. Quibus finitis efflauit animam, & appositus est ad populum suum. Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis, & portantes eum in terram Chanaan sepelierunt eum in spelunca duplici, inquit facer textus. En Iacobi de suis condiendis ossibus iussum. En filiorum paterni iussi celerem expletionem. At numquid Iacob inanis gloriæ agitabatur stimulus, vt ad patrium solum eius adspartari ossa iuberet? Absit hoc de tãto viro in extremo vitæ discrimine suspicari. Libet autem causam ex Angelici Magistri ore auscultare. *Nota, inquit ipse, quod tantam curam suæ sepulturae in loco patrum non habuit ex aliqua carnali cura, siue post mortem gloriæ temporalis: sed potius ex deuotione ad Sanctos Patres suos, & ad Christum in terra illa venturum: ad cultum Dei ibi in suo populo faciendum. Hoc etiam valebat ad hoc quod fortius animarentur redire ad illam (terram) tempore suo: & ad illam semper maiori deuotione flagarent.**

Sed quor sum hæc? Auscultra paululum. Obijt inter filiorum manus, & præcordia suspiria magnus ille Dominicanæ familiæ in hac Hispanica Prouincia Parés R. admodum Pater M. Fr. Ioannes Martinez de Prado. Proh dolor! Oculorum nostrorū lumen extinctum est. Non confictum delphicum, sed verum, & verè pium dececit oraculum. Ad supernam, vt credimus, felicitatem laborum percepturus mercedē euolauit. O iocunditas! Sed cū adhuc viueret, vt alter Iacob, de sepeliendis suis ossibus



emrauit, hoc est, de adsciscendo sibi pro suis posthumis scriptis Patrono haud semel deliberavit. Quid ni ossa tam eximij viri scripta nuncupem? At bene quidem. Quid enim inter hominis membra osse solidius? Quid inter creatas res luculenta doctrina typis exarata perennius? Illa nec temporum successione marcescunt, nec æruginē de moliantur. Ista scriptorum memoria perennatur. Bene ergo ossibus eximium virorū scripta comparantur. Igitur, me vnum Athlas noster semel, atque iterum secreti conficium effecit: mihi sui animi patefecit arcanum, quod scilicet stabili decreto firmasset tractatum de Pœnitentia, qui nunc in Incē prodit, Beatissimæ Virgini Mariæ sub titulo de la *Guia*, consecrare, & sub eius tutamine prælo mādare? Ego aiebat, Jacob, *Congregor ad populum meum: sepelite me cum Patribus meis in spelunca duplici.* His verba similia noster emeritus parens proferēbat: Ecce morior: consecra meo nomine opus, quod de Pœnitentiā scripsi Sanctissimæ Virgini, cui maiores nostri prædicatoriæ familiæ Parentes sua opera dicare consueverunt. Sic consequar, vt sepeliar cum Patribus meis in spelunca duplici. Hoc scriptorum meorum effugium ambio: hoc meorum ossium sepulchrum concupisco. Nec mireris quod sepulchrum appellē deiparā Matrem, quippe sic eam nuncupant Sancti P. August. Hieroni. Maximus: & Hugo Cardinalis. Hoc itaque sepulchrum exoptabar: hoc effugium ambibat.

Vt quid enimvero tam eximium, atque præcedentem Patronum suis monumentis requirit? Nunquid vt sibi splendorem, honoremque nanciscatur? Suspicio quidē; quinimo & certus sum hunc præfixisse scopum: sic enim ipse ait: *Quid splendidius, quid honorificentius, quam in fronte mei libelli Maria nomen imprimi, quod in corde incisum in æternum confido vt signaculum super cor manet alta mente repositum.* Splendorem ergo, & honorem querit, dum in fronte Librorum Mariæ Nomen imprimi cupit. Sed quem splendorem? Quem honorem? An superbum, & ambitiosum, quem plures ambiunt, dum sua scripta sæculi proceribus consecrant? Absit. Sed humilem, religiosum, honestum: *Vt inde lucem, splendorem, perennitatem habeat* (verba sunt eiusdem Magistri) *qui ex me non nisi tenebras, obscuritatem, & vilitatem haurire valet. Vt & totus mundus agnoscat, quod si quid in hoc Prato instructifero, in hac terra deserta, spinis, & tribulis plenissima, apparuerit floridum, salutiferum, & ad animarum salutem aptum, ex benignissima huius almi siderij influentia est insertum, procreatum, & ad hanc, si quam habet perfectionem, perductum.* Sic vere magnus de se humiliter loquitur: sic vere doctus de suis operibus deiecte sentit: sic splendoris metam ambit, dum Sacratissimæ Virginis sua opera consecrat, vt de ipso alternis vocibus dicere queā, quod à D. Thā, de Patriarcha Iacob dicta retuli: *Nota, quod tantam curam suæ sepulture in loco Patrum non habuit ex aliqua carnali cura, siue post mortem gloriæ temporalis. Sed potius ex deuotione ad Sanctos Patres suos: & ad cultum Deiparæ in suo populo promouendum: & vt ad illam semper maiori deuotione flagrarent.*

Hucusque Paternum iussum de hoc dicādo opere expendi: nunc ad iussi expletionem propero, & Virgini Matri hoc, quod ipse tradendum accepi munusculum, toto cordis affectu committo, offero, cōsecro. *Mentē, & oculos, vt verbis vtar Bernardi, Pariter cum manibus ad te, Regina, Mundi, attollimus, & coram tuæ celsitudinis gloria genuflectimus, ceruicem inclinamus, ac plenis suspirijs ad te præces in cælum transmittimus.* Te enim inæstimabilis benignitatis foeminam, & venerandam Matrem esse cognoscimus. Tu peccatorem, quantumlibet foetidum, non horres, non despicias. Tu illū à desperatonis barathropia manu retrahis, spei medicamen aspiras; foues, non despicias, quousque horrendo iudici missertum reconcilies. Tu Sanctorum areola aromatum confra pigmentario, virtutum omnium speciosis floribus delectabiliter vernas. Tu bellatrix egregia primo eum, qui primus omnia supplantauit, expugnare viriliter aggressa es. Tu spiritum elationis eua vertice humilitatis complo-

sisti:

sisti: quam in te ita respexit Dominus, vt ipsius merito super omnes choros Angelorum te sublimari dignam æstimauerit. Tu denique ardorem vitæ concupiscentiæ, virtute castitatis in tua carne virginea eatenus extinxisti: vt ille, in cuius conspectu nec astra munda sunt, tantæ munditiæ carnem tuam iudicauerit, vt etiam suæ diuinæ puritati agglutinare non despexerit. Quemnam ergo tutiorem portum obrabit hic de pœnitentia tractatus, qui totus in peccatorum sordibus corrodendis innititur, quam te puritatis speculum, normam virtutum, omnis culparum labis experrem?

Suppetum præterea quam plurimā alia deuotionis stimula, tibi que debiti per soluendi argumenta. Quid enim æquius excogitari vnquam potest, quam, quod arbor fructificet terræ vbi primum emisit planta radices? Quid rationi conformius, quam rutilam radorum comam soli adscribere, qui prima extrat omnium scaturigo splendorum? Quid pulchrius, quid decentius, quam, quod in mare, vnde exeunt flumina, reuertantur? Nō ne tu sol, præ excelsa Virgo maria, cuius rutila facies totū lætificat orbem? Non ne sol, cuius pulchritudinem, sol, & luna mirantur? Non ne sol quæ electa vt sol præcinitur? Sed quid te ratummodo solē prædico? Quinimo & solis Magistrā, aqua sol refulgentiæ radios edidit, gentibus anuntiabo: de te enim, sacro eloquio attestante, dictum credimus, quod quando altissimus præparabat cœlos, aderas, cum eo eras cuncta componens. Mare insuper te esse non dubito: Si namque mare ab aquarum congregatione sortitur vocabulum, Maris profecto prærogatiua potiris, quando quidem aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano, puteus acclamaris. Sol, in quam, sapientiæ radios spargens: Mare doctrinæ aquas congregans. Vtrumque à D. Bernardo tibi dulciter de cantatum audiui: *Origo fontium, inquit, & fluminum Mare: virtutum auctrix, & scientiarum scientia Sanctarum Maria. Quia sicut sol vniuersa cœli lumina præcellit prærogatiua claritatis eximia, sic ipsa totam rationalem creaturam (post filium) præcellit splendore virtutis, ac scientiæ.* Si ergo scientiarum sol Beatissima Virgo Maria, merito ipsi debentur hi sapientiæ splendores, quos tam veraciter, quam solide sparfit ille, qui pro merito inter dominicæ familiæ lumina computatur: Vt sic vero soli quidquid splendoris est adscribatur. Si doctrinæ Mare Maria, confluant ad illam hi doctrinæ riui: è nostro viridanti Prato manantes: vt in Mare, vnde exeunt flumina reuertantur. Deniq; fructificet arbor terræ, vbi primum emisit planta radices: neque enim ambigo Magistrum nostrum, cuius vltimum fructum tibi consecro, tanta erga te deuotione flagrasse, vt tuis fuerit venerandis vlnis enatus, tuo sacratissimo sinu repositus, tuo lacte enutritus, tua luce foecundatus. Testis ingens librorum numerus, quos tibi dicauit. Sed quid mirum, quod ad te toties confugerit, qui à te quidquid sciuit, accepit?

Insuper strictiori iure hoc tibi, o virginum gemma, debetur munusculum. Ad quem namque congruentius confugiet Pœnitentiæ tractatus, quam ad ipsam pœnitentiæ Magistrā? Namque si, teste Ambrosio: *Primus discendi ardor nobilitas est Magistri: quid nobilius Dei, Matre? Quid splendidius ea, quam splendor elegi?* Magistra, inquam, Pœnitentiæ, non secus atque aliarum virtutes exemplares, Virgo Dei genitrix. Hoc te decorauit elogio tuus encomiastes diuinus Ignatius, dū de te loquens ait: *Nostræ nouæ Religionis, & Pœnitentiæ est Magistra.* Et merito tā decorā insigniris nomenclatura: non quia in te quid aliquid, vel minimum per pœnitentiam extergendum extiterit (absit, vt tibi adscribatur per Pœnitentiam abolenda macula culpæ) sed quia tuæ puritati, vt exemplari, assimilatur Pœnitentiæ mundities. Tanta in te reuertit puritas gratiæ, vt etiam ipsa Pœnitentia, quæ sordium est puritas ex te tamquam ex puritatis limpidissimo fonte, munditiam hauserit: vt enim inquit Anselmus de te loquens: *Pura sanctitas, & sanctissima puritas pijsissimi peccatoris eius, omnem omnium creaturam puritatem, siue sanctitatem transcendens in comparabili sublimitate hoc promeruit, vt reparator perditū orbis dignissime fieret. Tui*

Aug. S. 139.
de temp.
Hieron. Mat.
27. relatus ad
Tho. 3. p. 9. 51.
ar. 2. ad 4.
Max. hom. 2.
de Cruce, &
sepul. Hugo
Mat. 22. Aut.
tom. 1. Theol.
mor. in Epist.
dedi. n. 1. Idem
so. de Sac. in
gen. Epist. dedi.
n. 1.

S. Bern. inde
prac. ad Virg.
Mar:

D. Bern. serm.
1. super salue
Reg. fol. mibē
336.

S. Ambr. lib. 2.
de virginibus.

S. Ignat. epist.
1. ad Ioann.
Euang.

D. Ans. lib. de
excellentiā B.
Virg. capit. 9.
in princip.

Traſtatum de Pœnitentiæ Sacramento, & eius virtute à R. P. M. Fr. Ioanne Mar-
tinez de Prado Ordinis Sancti Dominici, in Complutēſi Academiâ Sacræ Theo-
logiæ Veſpertina, & Primariæ Chæredæ moderatore merentiſſimo Regēteq; in D. Thi-
inſigni Collegio Inſtilato Ordinis Prædicatorū olim Provinciæ Hiſpaniæ Provincial-
digniſſimo conſcriptū vidi, legi, ac per legi propria manu exarātū; ſed (proh dolor!)
morte præoccupatus non integrum reliquit: inſu Domini Licentiari D. Iſidori de Me-
dina, & Oſorio, huius almæ Eccleſiæ Segoviēſis Canonici Doctoraliſ, ab Illuſtriſſi-
mo Domino D. Hieronymo Maſcareñas Epifcopo noſtroſ Digniſſimo in Vicarium
Generalem, ac Prouiſorem electi, vt erga capitulum noſtrum huius ſplendidiſſimi, ac
Doctiſſimi Prælati gratia magis, ac magis eluceret. In eo equidem nec quidquam re-
peri à Catholica Fide Alienum, vel bonis Orthodoxorum moribus inſonum, aut inde-
cens, imò totum honeſtum, totumque laudè dignum. Miror in eo perſpicaciſſimum,
tanti viri acumen, quo obſtruſſiora materiæ huius adyta penetrans nobiliſſimas ſapien-
tiæ gazas plena manu miniſtrat Doctis: indicibilem Tyronibus perſpicuitatem propi-
nat: omnibus denique implexos hucusque difficultatum nodos, mira quadam enoda-
tione extricat foeliciffimè. Suſpiciant cuncti ſententiarum delectum, robur in proban-
do, modèſtiam in reſellendo, quod ſemper in hac re plurimi faciendum putauit. Quis nõ
miretur ſtriſtam verbis, ſed rebus diſſuſam valdè, & ſucciplenam tractandi metho-
dū: hæc nimirū gloria in omnibus huius nunquam ſatis laudati Magiſtri vnice reperitur
Cuncta non iniucunde, nec inutiliter legi. Multa, & grauia breui amplectitur oratio-
ne. abſconſiſſimos diuinæ Theologiæ à Diuo Thoma præſcriptæ theſauros vno verbo
propalat: datque affatim omnibus qui hac adhuc noſtra tempeſtate ſcripſerunt, largos
ſapientiæ riuos. Itaque opus hoc ſic mire per polytum, ita ex lapidibus quadris confe-
ctum, & iuxta Sancti Thomæ Doctoris Angelici mentem contextum reperi, vt Au-
thor hæc ſententiarum Magiſter non immerito liceat nuncupari. De hoc Authore;
non de ſuo Phoriōne mihi videor dixiſſe Plutarchum. Animaduertit idem orationi conue-
nire quod nummis, qui eo ſunt præcioſiores, quo in minori materiâ plus valetis, ac præciſè ampli-
etantur. Sic optimū videtur orationis genus, quo paucis multa ſunt grauiſer, ſapienter, acuti-
que ſignificata. Hæc ille de Phoriōne, nos hæc eadem de noſtro Authore cognouimus:
ideo res exigit, vt ſic quam primum ad communem vtilitatem poſſit euulgari; quod
tractatus hæc prælo mandetur. Sic cenſeo. Segoviæ 20. Auguſt. 1668.

Dr. D. Chr. Flopborus
à Moya ac Munguia,

bi præterea tanquam Pœnitentiæ exemplari ipſa Pœnitentiâ aſſimilatur. Namqu
ſi per pœnitentiâ homo reparatur à lapſu, mūdatur à labe, ex diabolica tyrannide
eripitur, ad ſanctorum fortem euehitur: per te, o Mater alma, lapſus corripiantur hu-
mani, & criminum ſordes tergantur. Tu hominem perditum reparaſti, quinimo, &
cunctum iacentem orbem erexiſti. Tu antiqui hoſtis venenatum verticem contriui-
ſti, dū in tuo vtero ſæculi opificem corporaſti. Per te contractis ferreis tartari veſti-
bus, eruti fuere, qui captiui tenebantur, & in cœleſtem Ieruſalem introducti: hæc
enim Sacratiffima Virgo *Mox vbi in mundum per lumen generationis lineam ve-
nit* (verba ſunt Anſelmi) *tanta omnis boni virtute, & conſtantia perfectè reſplēdit,*
vt eam ipſa ſapientia Dei vere dignam iudicaret, per quam in homine veniens, non
modo reatum primorum hominum, ſed, & totius mundi peccata deleteret: & diabolū
ſui operis inimicum cum ſuis elideret: nec non damna cœleſtis patriæ illuc hominem
deducendo reintegraret. Tibi igitur, tanquam Pœnitentiæ Magiſtræ, & exemplari,
tractatus de Pœnitentiâ debetur: vt per te vberes, qui in illo explicantur, fructus, af-
ſequantur, quot quot illum oculis, menteque conſpexerint.

D. Anſ. ſerm.
vbi ſupra.

Excipe ergo o ſtella Maria Maris, quod tot tibi, tantisque titulis debetur opuſ-
culum. Toto corde, totaque mente tibi reddo, quod tuum eſt, oſſero, quod ipſa dedi-
ſti: vt ipſius collati muneris retributio ſic mercedis compēſatio, & gratitudinis indi-
cium. Vtque toties iterata tui ſacratiffimi nominis imploratio nunquam abolendā
tui memoriâ excitet, vt dulciter, veraciterque poſſimus cum Bernardo de cantare.
*In freta dum ſtuiuſ current, dum montibus vmbra luſtrabunt, conuexa polus dum ſy-
dera paſcet, ſemper honor nomenque tuum, laudesque manebunt, ſpes mea, Virgo pia,
Virgo ſacra, Virgo Maria.* Et iterum ipſe, cum quo & nos. *Ante pererratis ambo-
rum ſinibus exul, aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim, quam tuus eſt
noſtro labatur pectore vultus, Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis.*

D. Ber. ſerm.
8. & 4. ſuper
ſalutē Regi-
næ.

Post de osculata Sacrorum pedum vestigia

Tuus ex corde seruus.

Fr. Ioannes de San Martino.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS EL Lic. Don Isidro de Medina Osorio, Canonigo Docto-
ral en la Santa Iglesia Cathedral de la Ciudad de Segovia,
Provisor, Oficial, y Vicario General en ella, y su Obispado, por su
Señoria Illustrissima el Señor Don Geronimo Mascareñas Caua-
llero del Orden de Calatrava, y por la gracia de Dios, y de la Santa
Sede Apostolica Obispo de el dicho Obispado del Consejo de su
Magestad, &c. Auiendo visto la remission, Censuras, y Aproba-
cion de esta otra parte en raçon de el libro que se pretende impri-
mir à instancia de el Padre Presentado Fr. Juan de San Martin del
Orden de Predicadores, Prior actual de el Real Convento de San-
ta Cruz de dicha Ciudad, que se intitula tractado de Sacramento
Poenitencia, compuesto por el R. P. M. Fr. Juan Martinez de Pra-
do del dicho Orden de Predicadores, Cathedratico de Prima que
fue de la Vniversidad de Alcalá, Calificador de la Suprema, y Pro-
vincial de la Provincia de España. Damos licencia la que en tal ca-
so se requiere, y es necessaria para que se pueda imprimir, è impri-
ma el dicho libro por lo q̄ nos toca, como Ordinario de este Obis-
pado, atento en todo el no ay cosa contra nuestra Santa Fè Cato-
lica. Fecho en Segovia a veinte y siete de Agosto del año de mil
seiscientos y sesenta y ocho.

*Licenc. D. Isidro de
Medina Osorio.*

Por su mandado
Rodrigo Ruanzo.

LICENCIA DE N. M. R. P. PRO- vincial.

EL M. Fr. Pedro Albaréz, Provincial de la Provincia de España
Orden de Predicadores, por la presente, y authoridad de mi
oficio, doy licencia para que pueda imprimirse vn tomo de Poeni-
tencia, que dexò trabajado el M. R. P. M. Fr. Juan Martinez de Pra-
do, Calificador de la Suprema, Cathedratico de Prima de la Vni-
versidad de Alcalá, Regente Jubilado en nuestro Colegio de San-
to Tomas de la dicha Villa, y Provincial que fue de esta dicha
Provincia, auiendo antes visto el dicho tomo los Padres Prior,
y Lectores de Theologia de nuestro Convento de Santa
Cruz la Real de Segovia a quienes he cometido su aprobacion en
fee de la qual lo firme, y mandè sellar cõ el sello menor de nuestro
oficio, y refrendada de nuestro Secretario, en nuestro Convento de
Santo Domingo de Lerma à quatro de Agosto de mil y seiscien-
tos y sesenta y ocho Años.

Fr. Pedro Albaréz.

Por mandado de su Reverendissima
*Fr. Francisco Capillas,
Compañero, y Secretario.*

NON mediocri, imò maxima animi voluptate, & auiditate, pariq;
affectus alacritate solerti mentis perpensione, disquisitione dilige
ti, ac acurata discussione vidimus, euoluimus, & per legimus præclarissi
ma commentaria, siue elaboratissimas disputationes in 3. p. D. Th. cir
ca inuentionem de Sacramento, & virtute pœnitentiæ affabrè concinna
tas, propriaque manu exaratas à Sapientissimo P. N. Magistro Fr. Ioan
ne Martinez de Prado Olivi Primariæ Cathedræ in per illustri Cõplu
tensi Academia Moderatõre dignissimo, Sanctæ Inquisitionis Quali
catore integerrimo, Insignis Collegij Sancti Thomæ iuibi Regente lu
bilaro, & nostræ (quondam) Provinciæ Hispaniæ Provinciali Meritissi
mo, Maxima testamur animi voluptate vidimus, quia Præclarum amanif
simum omnigenæ Sapientiæ floribus, & frondibus refertum, & exube
rans, ob oculos positum cõspeximus, vade post lacrimas funeris Autho
ris, & hæc dies (verba sunt Hildeberti Cenomanensis Epist. 45) & val
tus solennes, cum tali tractatu nobis pariter accesserunt. Auiditate euolu
imus, quia quæ hic, Author tanquam scriba doctus in Regno Cœlorum,
protulit de thesauro suo ditissimo noua & vetera, animum & animam,
non allicere, nõ rapare, non potuerunt. Affectus alacritate per legimus
namque dilectissimi Parentis pignora, filiorum exbilarare vultus, affe
ctus tenerrime confluere. Mentis & iudicij perpensione, iusta aui
mus, quia amanti bus cursim, aut furtim a pexisse non sufficit. Diligen
ti discussione, nam materia subiecta, adeò grandis & grauis est, vt hic re
ctum tenere tramitem, nihil vtilius, aberrare vero nihil damnosius, est
pro antidoto propinare venenum. Acurata demum discussione euolu
imus, adstricti etenim sumus ad reuisionem huius operis, commissione
ac mandato R. Admodum P. N. Magistri Fr. Petri Alvarez de Monte
negro huius Provinciæ Hispaniæ Ordinis Prædicatorum Provincialis
Dignissimi.

Igitur post exactam omnium perpensionem, nullum hic vitium,
erratum nullum deprehendere potuimus, nihil bonis moribus disso
num fidei Catholicæ contrarium nihil. Imò egregium, & præstantis
simum opus esse censemus. Nimirum in eo singula, quæ magnum
alijs scriptoribus honorem nomenque fecerunt, se se conpicienda
cummulata obijciunt, vt de ipso cum Claudiano pronuciari possit ve
rius; *quæ sparguntur in omnes in te mixta fluunt; & quæ diuisa bea
tos efficiunt, collectatenes.* In ipso inueniuntur Sanctarum Scripturarum,
veritas propugnata strenuè, Sacrorum Conciliorum dogmata, pene
trata profunde, Sanctorum Patrum culmina perlustrata foeliciter, Au
thorum placita (quod non vulgare est) relata fideliter; mens D. Thom.
Ecclesiæ luminis, adeò copiosè, dilucidè, ac exposita veridice, vt de
Authore proferre quis possit illud Ioannis. *Fuit homo missus à Deo, cui
nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de
lumine, Sancti Thomæ.* Verum vt de luce sapienter profert Ambrosius;
*plus in eo est quod probetur aspectu, quam quod sermone laudari possit; suo
enim utitur testimonio, non suffragio alieno;* non indiget nostro. Exeat ergo
hoc opus posthumum cum immatura morte Authoris, finitum & in
terruptum, in lucem, vt lumen omnibus offerat, prodeat in publicam
utilitatem, in Magistrorum gratiam, in Discipulorum eruditionem, in
Thomisticæ Doctrinæ decus & ornamentum, in Dominicanæ familiæ
nostræ gloriam atque Catholicæ Ecclesiæ splendorem. Typis manda
tur. Sic vtile iudicamus. In hoc Conventu Sanctæ Crucis Regalis Se
govienfis, Diè 28. Iulij Anni Domini. 1668.

Fr. Ioannes de San Martin,

Præsentatus & Prior.

Fr. Petrus Matilla, Lector Theologiæ

Fr. Dominicus Lopez Arroyo,

Lector Theologiæ.

SVM.

SVMMA PRIVILEGII REGIS Catholici.

PHILIPPVS Quartus Hispaniarum, & Indiarum Rex Catho
licus diplomate suo sanxit, ne quis Quæstiones Scholasticas,
& Morales de Pœnitentia Authore R. P. M. Fr. Ioanne Martinez
de Prado Ordinis Prædicatorum, &c. intra decenium præter eius
voluntatem villo modo imprimat, &c. vt patet literis datis Matri
ti die 19. Decembris anni Domini 1661. in quibus signat Rex, &
testimonium perhibent Ioannes de Escouedo, & Petrus Hurtiz de
Ypiña.

SVMA DE LA TASSA.

YO Pedro Hurtiz de Ypiña, Secretario de Camara de su Ma
gestad de los que en su Consejo residen, certifico, y doy fee,
que auiendo se presentado ante los Señores del por el Maestro
Fr. Iuan Martinez de Prado del Orden de Predicadores, y Ca
thedratico de Prima de la Vniuersidad de la villa de Alcalá de
Henares, vn libro intitulado de Pœnitentia, Quæstiones Scola
sticæ, & Morales, que con licencia, y privilegio de su Magestad
ha sido impresso, tassarõ cada pliego del dicho libro à seis maraue
dis, el qual tiene ciento y setenta y tres pliegos, que à los dichos
seis maraue dis, monta el dicho libro mil y treinta y ochò maraue
dis, en que se ha de vender en papel, y dieron licencia para que al
dicho precio se pueda vender, y mandaron que esta tassa se ponga
al principio, y no se venda sin ella, y los dichos ciento y setenta y
tres pliegos son sin los principios, ni tablas, y para que della cõs
te di el presente en Madrid à diez, y nueue de Junio de mil y
seiscientos y sesenta y nueue años.

Pedro Hurtiz de Ypiña.

ERRA

Hildeb. Cenoma.
Epist. 45.

Ioan. ca. 1. Amb.
lib. 1. Exam. ca. 9.

ERRATA SIC CORRIGE:

Pagin. 5. colū 2. l. 28. nobis, leg. vobis, p. 8. c. 2. l. 29. requiritur, leg. requiruntur, p. 13. c. 2. l. 38. duas, lege dicas, p. 13. c. 2. l. 27. dire te, legedicta, p. 15. c. 1. l. 6. Sacramētū, lege Sacramēti, p. 19. c. 1. l. 36. deginius, lege degimus, p. 25. c. 1. l. 5. opinionis, lege opiniones, p. 25. c. 1. l. 19. paucissimi, lege paucissimi, p. 25. c. 1. l. 32. fuit, lege facit, p. 26. c. 2. l. 46. laucifis, lege faucius, p. 27. c. 2. l. 7. dubitā, lege dubitem, p. 29. c. 1. l. 3. iningat, lege iniungat, p. 30. c. 2. l. 23. crudelitatem, lege credulitatem, p. 34. c. 1. l. 3. bonum lege ad bonum, p. 34. c. 1. l. 1. ponissimam, lege potissimum, p. 37. c. 1. l. 12. remendure, lege remandare, p. 43. c. 2. l. 14. sum. lege suū, p. 44. c. 1. l. 14. explicita, lege explicite, p. 49. c. 2. l. 34. Apostolis, lege Apostolicis, p. 50. c. 2. l. 55. vi, lege vt, p. 53. c. 2. l. 25. futiciā, lege ficticiam, p. 78. c. 1. l. 18. Christi, lege Christum, p. 100. c. 2. l. 25. imparatur, lege imperatur, p. 112. c. 1. l. 32. promiefrir, lege promiserit, p. 119. in tt. §. 6. argumenti, lege argumenta, p. 123. c. 2. l. 7. faciēs, lege facies, p. 137. c. 1. l. 20. inascibilem, leg. irascibilem, p. 139. c. 2. l. 15. sensum, lege sensuum, p. 140. c. 1. l. 48. via, lege hac via, p. 141. c. 1. l. 8. radicam, lege radicem, p. 149. c. 1. l. 21. eandem, lege eundem, p. 152. c. 2. l. 44. formes, lge fomes, p. 155. c. 1. l. 50. materia, lege in tertia, p. 158. c. 1. l. 4. deligere, lege diligere, p. 159. c. 2. l. 9. vix, lege nix, p. 172. c. 1. l. 51. praiudium, lege praiudicium, p. 178. c. 1. l. 73. filium hominis, deficit hoc. Scilicet remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum Santum, p. 178. c. 2. l. 27. cognitam, lege cognitam veritatem, p. 223. c. 2. l. 13. adhibitum, lege ad habitū, p. 238. c. 1. l. 19. Deus, lege Deus posset, p. 239. c. 1. l. 48. minor, lege miror, p. 247. c. 1. l. 45. neum, lege erroneum, p. 257. c. 2. l. 35. sic legi, pag. 260. c. 2. l. 19. viua, lege vita, p. 261. c. 2. l. 1. qua doctrina est, lege qua doctrina vera est, p. 274. c. 2. l. 55. finem, lege ergo aliquando finem suū, p. 314. c. 1. l. 22. cōfionis, lege conuersionis, p. 327. c. 1. l. 22. sed solum agenti, lege sed solum agenti infinito, p. 282. l. 29. irremissibilia, lege rremissibilia, p. 352. c. 2. l. 6. poenitent, lege poenitentia, p. 357. c. 2. l. 39. circa, lege citra, p. 353. c. 2. l. 34. expedienda, lege expianda, p. 359. c. 1. l. 17. amissio, lege missio, p. 376. c. 1. l. 33. indebilitatem, lege indebilitatē, p. 393. c. 1. l. 25. penitens proponat, lege poenitentia vt proponat, p. 399. c. 1. l. 52. directe, lege indirecte, p. 423. c. 1. l. 34. qua lege quē, p. 446. c. 1. l. 34. poenitentia, lege virginitas, p. 456. c. 2. l. 37. Soto, lege Scoto, p. 461. c. 2. in tt. §. cedere, lege precedere, p. 466. c. 2. l. 45. rud. lege Palludanus, p. 469. c. 2. l. 7. pcimus, lege fecimus. Ibid. l. 20. protito, lege prototy po, p. 472. c. 2. l. vlt. medere, lege mederi, p. 474. c. 2. l. 28. esse, lege sibi. Ibidem l. 33. ista, leg. isto. Ibid. l. 19. explicamus, lege explicemus, p. 477. c. 2. l. 56. à Deo reconciliandum, lege ad Deo reconcilian dū. Ibid. l. 47. ad ciuitate, lege ad ciuitatē. Ibid. l. 33. peccato, lege de peccato, p. 479. c. 2. l. 8. cirer, leg. circa. Ibid. l. 10. dolore, lege dolere, p. 480. c. 2. l. 38. inueniens, lege inuenies, p. 482. c. 2. l. 21. impenante, lege imperante, p. 483. c. 1. l. 1. diiectis, lege dilecti. Ibid. l. 30. arius, leg. alius, p. 484. c. 2. l. 56. eteniū, leg. etenim. Ibi. c. 2. l. 9. verū, leg. vtrū, p. 602. c. 2. l. 15. nunc agendū illa, lege nunc agē dum est de illa. Ibid. l. 46. confionē, lege confessionē, p. 605. c. 2. l. 9. contritiore, lege confessione. Ibid. l. 29. in poenitentē, lege in penitente, p. 516. c. 2. l. 44. peccati, lege peccatis, p. 519. c. 2. l. 16. exci tabar, lege exercitabar. Ibi. l. 34. ralatio, lege relectio, p. 520. c. 2. l. 40. exercitū, l. exercitiū, p. 522. c. 1. l. 13. attendi, lege attendit, p. 523. c. 2. l. 15. iusti, lege iusto, p. 524. c. 1. l. 21. auerti, lege auertit. Ibid. l. 46. in qua lege in quē. Ibid. l. 54. siue, lege sine, p. 525. c. 2. l. 16. alia, lege alij, p. 526. c. 2. l. 29. vetimus, lege vltimus, p. 527. c. 1. l. 5. ingeret, lege fingeret. Ibid. eadē l. pramitē, lege pramitti, Ibi. l. 17. discere, lege discedere. Ibid. c. 2. l. 16. opposita, lege oppositi. Ibid. l. 5. cōcludit, lege cōcludi p. 528. c. 2. l. 6. volūta, leg. volūrate. Ibid. l. 36. cur, leg. cui, p. 534. c. 1. l. 20. emitu, leg. gemitu, pag. 534. c. 2. l. 4. prius doloris, lege prius ad doloris, p. 543. c. 2. l. 36. referuas, lege referuas, p. 561. c. 1. l. 51. diere, lege dicere, p. 572. c. 1. l. 34. articulis, lege articulus, p. 582. c. 2. l. 30. quod testigit Caieta nus negatiuo præcepto adstringimur, lege quod terigit Caietanus negatiuo præcepto adstringi mur, p. 584. c. 1. l. 7. quod enim facere, leg. quod enim facere licet, p. 606. c. 2. l. 10. iudici, lege iudi cis, p. 611. c. 1. l. 52. vitur, lege vtitur, p. 620. c. 2. l. 44. gormæ, lege forma, p. 625. c. 1. l. 1. iubicere, lege subijcere. Ibid. l. 20. putens, lege putās. Ibid. l. 25. aut, leg. vt, p. 627. c. 1. l. 8. actualia, leg. actua li, p. 628. c. 2. l. 24. Sacramentum, leg. Sacramento, p. 629. l. 12. desūptimus, lege desumpimus, p. 631. c. 2. l. 57. præcedētiar, leg. præcedētī ar. p. 632. c. 1. l. 48. diligētīa, lege diligētīa. Ibi. eadē l. mo rtiale, lege mortale, Ibi. l. 51. obliuiscatur, leg. obliuiscātur, p. 633. c. 1. l. 19. vtilitatis, leg. vtilita tes, p. 636. c. 1. l. 28. possibles, leg. possibilis, p. 636. c. 2. l. vlt. deest, corā sacerdote, & ab eo imma diate scindi, vel deleri, p. 664. c. 1. l. 26. retuli, leg. velati, p. 671. c. 1. §. 4. de facto Sancti Thomæ Cantuariensis debebat poni in. n. præcedenti, p. 673. c. 2. l. 35. sermone lege sermonem, p. 678. c. 2. l. 6. iudicam, lege iudicem.


Hic liber, R. P. M. Fr. Joannis Martinez de Prado Ordinis Prædicatorum, cuius titulus est tractatus de Poenitentia Sacramento, & virtute ei annexa dubitationes Scholastica, & morales, his men di s sue exemplari fideliter respondet. Matriri die 12. Iunij anno Domini 1669.

Licent. D. Francisco Forero de Torres.

PRO



PRO AVTHORE, ET TRACTA tu Proœmium Lectori.



Vi obedit patri & frigerabit matrem, Sacer commēdat textus. Eccles. 3. Hinc pulsat animus, affectus allicit *Eccles. 3. n. 73*
 gratitudoque impellit, vt lucem optatam præsens aspiciat opus. Patri amantissimo, vt vicem geramus, filium dextera sedula meditatione præconceptum, quem laboribus interminis parturiuit siam litterario certamini typographis armis circuncinctum offerimus. Patri obediunt Magistro sapientissimo, qui totius sui magisterij de cursu huic operi elaborando destitit nunquam. Patrem vere nomino, qui tot beneficijs me deuinxit, quot recensere nec audeo, nec sufficio.

Vt autem Matris refrigerio consulamus tanti filij desolatæ præsentia, lugubrem deplorantis angustiam, voces cogimur exarare. *Lucta tamen interceditur doctrina sermo (verba sunt Chrysostomi) Vix valeo referre os, labia aperire, linguam mouere, & emittere verba.* Sic Magni Theodolij subuersionem imaginis ingemebat Chrysostomus, & nos pariformiter nostram calamitatem ploramus. *Nilil ciuitate nostra (dicebat prius erat beatius, nihil nunc factum est miserius. Facta est nobis ciuitas, vt terebintebus abiectis folijs, & tanquam hortus aquam non trahens. Quemadmodum enim hortus deficiente irrigatione, folijs priuatus, & fructibus nudas arbores exhibet, sic & ciuitas nobis facta est.*

Chrysost. tom. 5. bom. 2.

His verbis aureæ eloquentiæ præclarissimum, simulque regium Sanctæ Crucis Cœnobium Segobienſe communem in clamat maeritudinem. Filium amisi, Patrem perdi, Magistri contubernio desolor. Sospite filio, fecundissimæ matris potiebar gloria: Patre viuentē, venerationem conſequebar ad omnes tanto decorabar Magistro, eiusque sapientiæ irrigatione virentibus herbis opimis fructibus prærum videbar amantissimum. Sed heu quanta rei um mutatio!

Libuisset nunc, benigne Lector, proœmium soluere, suppressa tanti planctus, & lachrymarum causa; gementium nanque animis, in longū extendere sermones, non placet. Si nomen quæris? Cum Poeta respondeo, infandum iubes renouare dolorem! Adhærebat faucibus meis lingua cum è suggestu verba facturus trepidabam, poriusque lachrymis, quam verbis concionem funebrem pro exequiarum munere peroluebam; & nunc itetatis riuulis poenas penna irrigabo? Quomodo namque sicis oculis omnibus absolutum numeris à nobis abiisse recordabor? *Sanato vulnere (aiebat Hieronymus) Et in superſiciem superducta cuti, si medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis querit, plagam doloris instaurat.* Ita & ego veteor, ne attractans vulnus pectoris, & præcordiorum Matris dolentis, quod tempus, & ratio tantisper delinierunt; exulcerem memorando. Quæ recte tradebatur pro uerbiū, plus sentimus, quod habuimus, postquam habere desinuimus.

Hierony. Epist. ad Pamachium.

Vixit totius litteraturæ lauræa promeritus sapientissimus Magister Fr. Ioannes Martinez de Prado, vixit quidem, quia sic vitam cum morte commutare explicamus; vixit potius, quia ad vitæ opera semper erat paratus. Mortuus est, quomodo Matris nostræ regalis domus, quinimo, & totius dominicæ familiæ demulcebo dolorem?

b Atta.

Attamen Mater amantissima tristitiam abige, ex cute viduitatis velamen, iucundare iam in filio rediuuio: mortuus quidem fuerat, sed ecce nunc reuiuiscens cernitur presentis in opere. Ita mens patet in libro, sicut vultus in speculo, quidam aiebat. Si namque Magistri vitæ cursum inspicimus, poenitentiae Sacramenti ministerio indefessus adstabat. Luteri animarum in peccatorum expiatione semper audissimus erat: nunc ergo mens patet in libro; posteritati summis digna laudibus eius vita cum doctrina mandatur. Vnde si immatura mors tot tibi solatij, gaudij, & honoris fontes exiecit; non tamen effecit, ut prae amantissimo splendor deficeret, scaturientibus doctrinae fontibus irriguo: felicissimis cedris (Sanctos PP. dicam) confito, pulcherrimis areolis disputationum distincto, omnemque suauitatem redolenti, ut in dies magis, ac magis sapientum calculo, omniumque plausu audis encomijs celebratur.

Hinc occasionem sumpsimus ad huius euulgationem tractatus, & ut tanti Magistri perseveret memoria. Non tamen & si possemus virtutes eius studemus referre, quia Spirituum ponderator est Dominus: Et ut, uti par est, decretis apostolicis Urbani VIII. P.M. exactissima obedientia auscultemus.

Cassiod. 6. var. 7. Qua propter fat fuerit nomen eius adduxisse in medium; Grata sunt enim omnino nomina, ubi in vocabulo concluditur quid agatur.

Liceat tamen pauca subnectere, pro quibus testes aduoco quot quot ipsum nouerunt. Ab ipsis igitur Sacrae Religionis tyrocinis, quibus adolescentiae annis se exercendum commisit, eundem, quem imbiberat Religionis feruorem in hoc Sanctae Crucis Regali Segouienti Coenobio regularis obseruantiae norma virtutum Apotheca, & praedicatoris ordinis paradiso ad obitum usque coluit, & seruauit. Religione plenus, modestia admirandus viuum exemplar omnibus se praebat. Speculum mentis est facies, & taciti oculi mentis fatentur arcana, Maximus Doctorum scribebat. Pacatissimae mentis speciem facies nostri Magistri velut speculum referebat: modestissimisque obtutibus omnium in se animos rapiebat: suoque aspectu ad amissim seruabat quod ab Augustino excelso Parente regula commendauerat. In incesu, statu, & habitu, & in omnibus motibus vestris nihil fat, quod cuiuscumque offendat adspicuum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Talique genio ad, aliorum emendationem mores componebat; ut alij proprios amularentur quasi ad religionis ideam. Sicque per plures, quos in Religione Sacra transegit annos, potius rudem nouitium, quam praeclearum Magistrum agere videbatur.

Testis est nimia in aduersis tolerantia; testis ornatissimum complutense musaeum; in quo vngenti annis Cathedram Theologicam vespertinam, & primariam laudabiliter rexit; testis illud nostrum insigne complutense Angelici Doctoris Collegium tanto filio gaudens. Testes inumeri, qui eius ornatissima indole, probitatisque regula in meliorem frugem sunt redacti conuersationis eius allesti dulcedine. Quam bene Cassiodorus dicebat: Facilis recti persuasor existit innocens iudex, sub cuius predicabili conuersatione pudet mores probabiles non habere. Quomodo excessus tunc sunt in formidine, eum creduntur iudicibus displicere. Ob hoc, ni fallor, cum Provinciae nostrae Hispaniae praeficeretur, praecipis, nec censuris moribus corrigendis non utebatur, legem viam se ipsam constituens subditis, ut viuendi formam ab ipso susciperent, & suspicerent. Tunc enim virga directionis recta est, & decora, quando Praeati prius in campo, quasi in agone constituti, bonis in operibus se ipsos exercentes ad obseruantiae arcem ascendunt, ut subditos cum fructu promoueat ad salutem, intraque proprios limites contineant, non virga ferrea, ut sub lege seruos, sed sicut liberos, sub gratia constitutos.

Cap. Gen. I. 650.

Cassiodor. lib. I. var. 4.

Pieron. Epist. ad Euarium viduam.

August. in regul.

Nec sic inflectere sensus.

Humanos edicta valent, quam vita regentis, Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Claudianus. Nazian. Apo. 1.

Melius tamen Nazianzenus dicebat, Neque vel pannus tineturam ita facile contrahit, vel is qui ferido odori proprius sese adiungit, eius participes fit, vel vapor morbidus, & noxius pari facilitate in aerem diffunditur, ac per aerem animantibus impertitur, quam praefectorum exemplum, vel vitium. Qua propter Praelatis Magnus Pontifex Leo praedicabat, licet omnem Ecclesiam, qui in toto est orbe terrarum cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen praecipue inter caeteros populos decet meritis pietatis excellere. Sed nostra iam vnde est digressa reuertatur oratio.

Leo Papa ser. 2.

In abstinentia regulari mire excelluit sapient. N. Magister, carnes, nisi grauitur agroraret, vel alterius cibi defectus vrgeret, nunquam adibat, cuius obseruantiae rationem exactissimam ita inuisceratam possederat, quot Prouinciae regimine iam emerito, fractis studio viribus, febriumque laboribus adacto, rogabamur, ut tam rigida abstinentiae habenas laxaret, ipse tamen finite Patres precabatur tenerrime, finite iuxta constitutiones nostras vitam usque ad mortem transigere. Ego tamen officij autoritate munitis rigorem temperari praecipui, & accedente iustione mox obediit: cumque de parsimonia in carniū etu inquiretur, corporis imbecillitate lauiorem cibum exigente, respondit digna eius sententia, & religiosi cordibus inferenda, assuetudo ad constitutionem obseruandum possedit appetitam, & ad nauseam prouocat quilibet alius cibus.

Verum est iuxta leges nostras fratribus infirmis carniū non interdici cibum, & quod praelatus de ciborum defectu valet disponere, quibus accedentibus lex non violatur, sed iam in tantum consuetudo obseruantiae inualuerat in ipso, quod materiam legis praetermittere non dabatur.

Et si tamen in proprium corpus tam asper, ac rigidus procedebat, erga alios tamen tanta benignitate utebatur, ut matris suauitatem, patris amorem impertiretur omnibus. Scio à quibusdam de nimia in subditos lenitate multari sola culpa vera confessione contentum. Possent quidem ut testis oculus suffragium ferret; cum apud ipsum socij, & a secretis Prouinciae munus obirem. Sed ut fert Ouidius.

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iupiter: exiguo tempore inermis erit. Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses? Materiam veniae fors tibi nostra dedit.

Ouidius lib. 2. de trit.

Hinc habet pro praelatis prouerbum, videas omnia, distinuas multa: corrigas autem pauca. Vel ut Magni Gregorij habet sententia. Praelatus potius sybilo, quam baculo utatur.

S. Greg. Mag.

Ne tamen propositi videar obliuisci, plura silentio, alibi commendanda remitto. Orandi assiduitatem, austeritatem vitae: cum summa doctrinae laude candidam sinceritatem: omnium dignitatum despectum sola humilitate, & Christi religiosa paupertate contentum; nunc non vacat edicere.

Possent tamen pro Magistri Laude, praesentisque operis commendatione, illud sacri eloqui testimonium adferri, Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & debi tibi cor sapientis, & intelligens.

3. Reg. 3. nu. 11.

Quae omnia, luculentissimis verbis, & quae pro vitae integerrimae testimonio sufficerent, nostra prouincialis congregatio perstrinxit in regali domo Dominae nostrae, Coeli, & tertae Reginae, Virginis Deiparae de Atocha; sub hac forma Mantuae Carpentanus praelo mandata.

Co ng. Prouinc. anno Dom. 1669

In Conuentu Sanctae Crucis Regalis Segouientis obiit cum opinione virtutis R. admodum P. Magister Fr. Ioannes Martinez de Prado, quon;

quondam Provincialis huius Provinciae, Supremae Inquisitionis Senatus Qualificator, Vespertinae, & Primariae Theologorum Cathedrae Cōpluti per plures annos moderator eximius, & in nostro Collegio eiusdem oppidi, Regens Iubilatus: à prima aetate usque ad ultimum vitae periodum obseruantiae regulari addictissimus: vir plane in omni litterarum genere consummatus, ut eius scripta typis mandata (quae orbi toti tanquam suae sapientiae, praeciosa monumenta reliquit) testatur, & plura alia praelo mandanda, vita superstita. Ad eius funera, non inuitati, sed sponte conuenientes Episcopus, & vniuersa Segouiensis ciuitas tantum gemitant extinctum lumen: sic enim honoratur vir, quem Deus honorare desiderat.

Cum igitur librorum Praemijis mos sit Authoribus sui instituti rationem proponere, non immerito Nostrum Magistrum à nota hic liberabimus, qua solet minus bene ceteri. Molestia affici Lector conqueritur multiplici Authorum, & opinionum varietate; respondeat Chrysostomus Authoris nomine, *Nolo ergo tibi ingeras opinionem nunc illam, quae apud te haecenus inueterata permansit, sed expe Et paululum orationis huius nostrae, luculentum, & tunc seò quod rectam proposito sententiam dabis, ubi spinosis opinionibus, quae apud te sunt, rationum, quae à nobis dabuntur falce refecatis; rectum iudicandis tramitem potueris intueri quoniam haec est iudicij disciplina, prius ex utraque parte causam diligenter agnoscere, & ita sententiam promulgare.*

Theologiae Moralis Doctores iudicium sortiantur munus his praecipue temporibus opinionum multitudine inculcatis, simulque laxatis; ut autem iudicium rectum valeant proferre, omnium sententias debet ad trutinam disquisitionis ponderare; quod quidem sententij, aliorumque placitis non adductis nequit fieri.

Vel ut melius dicam, natura, & appetitus saepe varietate congaudet: intellectus diuersitate, & doctrinae abundantia, velut penu abundantibus defraudatur; quoniam, ut inquit Chrysologus, *Quoties diuerso genere, sed voce consona mystica resonans cantinella, mira dulcedine pascit, & deletat auditum; ita cum vario modo, sed vno spiritu, eodemque sensu, diuina, & caelestis doctrina depromittur; libentius, & cum suauitate maxima, Euangelica scientia pandit, & aperit Sacramentum.*

Accipe igitur studiose Lector multiplici eruditione refertam, graetate varietate distinctam propriam mentem Authores, quam ut proprium munus & propria manu exaratum nobis iure hereditario reliquit. Qua potui cura lucem aspicit in gloriam, & splendorem Sanctae Nostrae Matris Ecclesiae pro animarum in Poenitentiae Sacramento leuamine, quod tantopere quoad vixit Sapientissimus Magister perceptauit. Vale.

Chrysost. tom. 5.
ho. quod latitur,
nisi à se metipso.

Chryss. ser. 116.

INDEX QUESTIONVM, ET DVBIORVM, ET §. §.

Prooemium, pagina 12

QUESTIO LXX XIV;

De Sacramento Poenitentiae. 4.

DVBIVM I:

Vtrum poenitentia sit Sacramentum? Ibi dem.

DVBIVM II:

Quid sit, & quid significet, & pro quo supponat. Poenitentiae Sacramentum? 8.

§. 1. Sententia Doctorum, & status quaestionis. Ibid.

§. 2. Exponuntur essentialiter requisita, & partes intrinsecae Sacramenti Poenitentiae. 11.

§. 3. Pro quo supponat, & quid significat Sacramentum? 13.

§. 4. Contritio interior non est pars sacramenti tantum, sed est res, & sacramentum simul. 14.

§. 5. Vtrum actus poenitentis concurrant partialiter ad causandam gratiam? 16.

DVBIVM III:

Vtrum peccata sint propria materia huius Sacramenti? 17.

§. 1. Sunt materia remota. Ibid.

§. 2. Quae poenitentia sit de originali. 18.

§. 3. De actualibus, & venialibus. 19.

DVBIVM IV:

De peccatis dubijs, an possint, & debeant esse materia confessionis? 20.

§. 1. Sententiae Doctorum. Ibid.

§. 2. Certus de mortali, & dubius de confessione, indubitanter tenetur confiteri. 21.

§. 3. Peccatum mortale dubium ut tale necessario confitendum probatur ex usu Ecclesiae. 24.

§. 4. Et ex Concilio Tridentino. 25.

§. 5. Rationibus idem probatur. 27.

§. 6. Quid dicendum in casu opinionis probabilis? 30.

§. 7. Vtrum confessum ut dubium, illo cessante, debeant ut certum confiteri? 32.

§. 8. Argumenta soluntur, praecipue quae opponit Caramuel. 34.

DVBIVM V:

Vtrum haec sit forma huius Sacramenti, *Ego te absoluo?* 36.

§. 1. Vtrum essentialiter exigentur verba? 37.

§. 2. Quae verba sint essentialia pro forma Sacramenti Poenitentiae. 40.

DVBIVM VI:

Vtrum sufficiant verba deprecatia? 47.

§. 4. Vtrum sufficiant verba aequivalentia? 52.

DVBIVM VII:

De sensu, & veritate formae absolutionis 53.

§. 1. Effectus absolutionis est remissio peccati. Ibid.

§. 2. Conuenienter remissio peccati explicatur per verbum *absoluo*. 56.

§. 3. De sensu verborum absolutionis? 58.

DVBIVM VIII:

Vtrum absolutio sacramentalis possit dari sub conditione? Et an possit dimidiari? 67.

§. 1. Nequit dari sub conditione de futuro. Ibid.

§. 2. Nequit absolutio dimidiari. 70.

DVBIVM IX:

Vtrum impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum? 71.

DVBIVM X:

Vtrum hoc Sacramentum sit de necessitate salutis? 73.

§. 1. Vtrum sit medium necessarium ad salutem? Ibid.



§.2. Vtrum exigatur votum explicitum? 75.

DVBIVM XI.

Vtrum hoc Sacramentum fuerit convenienter in noua lege institutum? 78. §.1. Exponitur artic. 7. D. Thomæ. Ibid. §.2. Vtrum Pœnitentia sit de iure naturæ? 80.

DVBIVM XII.

De duratione Pœnitentiæ. 82. §.1. Exponitur D. Thomæ. Ibid. §.2. Non tenemur pœnitere quorics peccata occurrunt memoria. 83.

DVBIVM XIII.

Vtrum Sacramentum Pœnitentiæ debeat iterari? 86.

QVÆSTIO LXXXV.

De Pœnitentiâ secundum quod est virtus.

DVBIVM I.

Vtrum Pœnitentia sit virtus? 89. §.1. Certa præmittuntur. Ibid. §.2. Vtrum sit proprie, & simpliciter virtus? 92. §.3. Vtrum verecundia sit virtus proprie? 93. §.4. Vtrum detestatio peccati sit actus absolutus? 96. §.5. Vtrum in appetitu sensitivo sit virtus pœnitentiæ? 98.

DVBIVM II.

Vtrum pœnitentia sit specialis virtus? 99. §.1. Conclusio affirmans est communis. Ibid. §.2. Quidam male exponunt proprium actum pœnitentiæ. 100. §.3. Proprius, & principalis actus pœnitentiæ. 102.

DVBIVM III.

Vtrum pœnitentia sit virtus à Religione distincta? 106. §.1. Opinio negans. Ibid. §.2. Pœnitentia distinguitur à virtute Religionis. 108.

DVBIVM IV.

Vtrum virtus Pœnitentiæ sit species iustitiæ? 110.

§.1. Pœnitentia non est eiusdem speciei iustitiæ erga homines. Ibid. §.2. Nouus modus defendendi sententiâ Durandi. 111. §.3. Reijcitur ex multis capitibus seruare illas ius Dei non est proprium Pœnitentiæ. 112. §.4. Pœnitentia pars potestatiua iustitiæ. 116. §.5. Reducitur ad commutatiuam, & vindicatiuam. 118. §.6. Argumenta contra conclusionem soluantur. 119.

DVBIVM V.

Vtrum Pœnitentia sit virtus moralis, supernaturalis, & infusa? 124. §.1. Referuntur sententiæ. Ibid. §.2. In quo aliqua tanguntur difficultates, & resoluitur prima. 125. §.3. Resoluitur secunda difficultas, & argumentis positis satisficit. 127. §.4. Alia argumenta ponuntur, & diluuntur. 128. §.5. Tertia difficultas resoluitur. 129. §.6. Alia duæ difficultates soluantur. 132.

DVBIVM VI.

Vtrum voluntas sit proprium subiectum pœnitentiæ? 136. §.1. Doctorum sententiæ referuntur, & à D. Thomæ reijciuntur. Ibid. §.2. Communis Theologorum sententia stabilitur. 137. §.3. Duæ difficultates examinantur. 139. §.4. Aliqua explicatur, & duæ soluantur difficultates. 141. §.5. Vltima resoluitur difficultas. 143.

DVBIVM VII.

Vtrum pœnitentia sit in omni creatura intellectuali? 145. §.1. Proponuntur sententiæ, & prima conclusio statuitur. Ibid. §.2. In Adamo in statu innocentie fuit habitus Pœnitentiæ. 147. §.3. Quomodo in Beatis sit habitus Pœnitentiæ, secus vero in Christo Domino. 149.

§.4.

§.4. In Beata Virgine non fuit actus Pœnitentiæ, bene tamen habitus. 151. §.5. In Angelis nullo modo potest esse pœnitentiæ virtus. 154.

DVBIVM VIII.

Vtrum principium pœnitentiæ sit ex timore? 155. §. Vnicus. Ex quo timore pœnitentia procedat, resoluitur. Ibid.

DVBIVM IX.

Vtrum pœnitentia sit prima virtutum? 160. §.1. Diuersa authorum placita proponuntur. Ibid. §.2. Quomodo pœnitentia charitatem precedat, & ad illam subsequatur. 161. §.3. Quod actus charitatis & pœnitentiæ, non sint idem numero actus, ostenditur, & argumenta in contrarium soluantur. 164. §.4. An pœnitentiæ virtus omnes alias virtutes morales simpliciter exccelat? 166.

QVÆSTIO LXXXVI.

De effectu Pœnitentiæ quoad mortalia peccatorum remissionem.

DVBIVM I.

Vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur? 167. §.1. Sensus dubij exponitur, & varij dicendi modi referuntur. Ibid. §.2. Duæ difficultates soluantur. 168. §.3. Pœnitentia virtus, sicut & sacramentum, sæpè debet iterari. 170. §.4. De praxi Ecclesiæ in administratione pœnitentiæ. 172. §.5. Auctoritates exponuntur. 175.

DVBIVM II.

Vtrum sint aliqua peccata, quorum pœnitentia non possit homo viator? 177. §.1. Qualiter intelligantur nonnulla Scripturæ testimonia? Ibid. §.2. De peccato in Spiritum Sanctum. 178. §.3. De peccato ad mortem. 180. §.4. Vtrum dari possit peccatum irremissibile essentialiter? 181. §.5. Vtrum aliqui peccatores carcant auxilijs sufficientibus vt possint pœnitentia? 184.

DVBIVM III.

Vtrum sine pœnitentia peccatum remitti possit? 188. §.1. De fide est pœnitentiam necessario requiri ad remissionem peccati actualis mortalis. Ibid. §.2. Difficultatibus occurritur. 190. §.3. Vtrum actus amoris Dei sine actu formalis Pœnitentiæ sufficiat ad peccati remissionem? 191. §.4. De dispositione ad actum Charitatis sufficientem ad salutem eliciendum. 194. §.5. Qui peccati mortalis conscius non est quacumque causa potest Deum diligere super omnia. 195. §.6. Vtrum possit Deus sine actu charitatis, aut pœnitentiæ virtutis, peccata mortalia dimittere? 201.

DVBIVM III.

Vtrum peccatum mortale possit remitti per extrinsecam Dei condonationem? 202. §.1. Status questionis, & quatuor sententiæ de constitutio peccati habitualis. Ibid. §.2. Sententia Caietani alijs præfertur, & prima conclusio de constitutio peccati habitualis statuitur. 208. §.3. Peccatum habituale non est ordinatio, aut deputatio actiua, aut passiuæ ad poenam. 211. §.4. Peccatum actuale, vt moraliter perseverans in auersione, & conuersione habituali, essentialiter pertinet ad constitutionem peccati habitualis. 213. §.5. Quomodo priuatio gratiæ essentialiter sit peccati constitutum? 219. §.6. Vltimum argumentum in quo totam vim ponunt contrarij, soluitur. 226.

DVBIVM V.

Vtrum de potentia absoluta Dei peccatum remitti possit sine duo intrinsicis? 230. §.1. Quid sit certum in hoc dubio declaratur. Ibid. §.2. Duæ sententiæ ad quas reducuntur alia, proponuntur. 232. §.3. Prima conclusio statuitur. 233. §.4. Secunda conclusio statuitur. 240. §.5. Proponitur tertia conclusio. 243.

§.6.

Index Questionum.

§.6. Proponitur quaedam doctrina D. Th. qua soluitur authoritates Sacra Scripturae, & Patrum. 248.

DVBIVM VI.

Vtrum possit per Poenitentiam vnum peccatum sine alio remitti? 259.
§.1. Sententia Diui Thomae statuitur pro conclusione. Ibid.
§.2. Tres difficultates proponuntur, & prima resoluitur. 262.
§.3. Secunda difficultas resoluitur. 265.
§.4. Tertia difficultas resoluitur. 267.

DVBIVM VII.

Vtrum remissa culpa per poenitentia, remittantur reatus poenae? 269.
§.1. De fide est saltem mediate quod remissa culpa per poenitentiam, remittitur reatus aeterni cruciatus. Ibid.
§.2. Vtrum remissa culpa impossibile sit non remitti poena aeterna? 271.
§.3. Difficultas resoluitur pro parte negatiua. 274.
§.4. De fide est, remissa culpa adhuc manere reatum poenae temporalis. 278.
§.5. Post infusionem gratiae, remanet reatus poenae temporalis remittendae per satisfactionem, vel satis passionem. 281.
§.6. Taxatio poenae vnde proueniat declaratur. 283.
§.7. Ratio cur remissa culpa reatus maneat, ostenditur, & ab argumentis liberatur. 285.

DVBIVM VIII.

Vtrum remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiae peccati? 289.
§.1. Ex doctrina D. Thomae resoluitur dubium. Ibid.
§.2. Soluitur argumentum, & quod fuerint Magdalena ostenditur. 291.
§.3. Vtrum in homine iustificato possint permanere habitus vitiorum? 296.

DVBIVM IX.

Qualiter remissio culpa sit effectus poenitentiae? 303.
§.1. Poenitentia est causa remissionis culpa non principalis, sed dispositiua. 304.
§.2. Vtrum poenitentia expellat peccatum effectiue physice? 307.
§.3. Secunda sententia alijs praefertur, & pro eius explicatione prima conclusio

statuitur. 310.
§.4. Aliae duae conclusiones statuuntur. 313.

DVBIVM X.

Qualiter actus Poenitentiae disponant ad gratiam? 316.
§.1. Proponuntur sententiae Auctorum. Ibid.
§.2. Quod in omni iustificatione ad gratiam requiritur dispositio, est communis Theologorum, & D. Thomae doctrina. 217.
§.3. Argumenta soluntur. 320.
§.4. Commune argumentum a multis difficile reputatum, soluitur. 323.

QUESTIO LXXXVII.

De remissione venialium peccatorum.

DVBIVM I.

Vtrum peccatum veniale remitti possit sine poenitentia? 331.
§.1. Quid sit, & in quo consistat peccatum veniale, difficillimum. Ibid.
§.2. Quomodo, & quando peccatum veniale remittatur, tribus conclusionibus exponitur. 334.
§.3. Quomodo contritio sit causa remissionis peccati venialis. 338.
§.4. An ut venialia deleantur extra sacramentum formalis exigatur contritio? 343.
§.5. Ad remissionem venialium efficax, & supernaturalis exigitur poenitentia. 344.
§.6. Quod ad remissionem peccati venialis extra sacramentum, requiritur contritio non formalis, sed virtualis, duabus conclusionibus ostenditur. 346.
§.7. Non per quodlibet opus bonum morale remittitur peccatum veniale. 351.

DVBIVM II.

Vtrum ad remissionem venialium peccatorum, requiratur gratiae infusio? 354.
§.1. Pars negatiua resoluitur ex D. Thomae. Ibid.
§.2. An cum veniale remittitur, gratia requiratur augmentum? 356.

DVBIVM III.

Vtrum omnia sacramenta ex opere operantis

Et Dubiorum, §. §.

operatorum remittant peccata venialia? 360.

§.1. Quid sit certum secundum fidem proponitur. Ibid.
§.2. mens D. Thomae ostenditur. Ibid.
§.3. Secundum mentem D. Thomae resoluitur difficultas. 364.

DVBIVM IV.

Qualiter sacramentalia, & alia externa exercitia valeant ad remissionem venialium. 366.
§.1. Referuntur Auctorum sententiae circa modum quo sacramentalia, venialia remittant. Ibid.
§.2. Mens D. Thomae pro conclusione statuitur. 367.

DVBIVM V.

Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali? 371.
§.1. Referuntur sententiae, & conclusio negatiua statuitur secundum mentem D. Thomae. Ibid.
§.2. Argumenta Durandi soluntur. 375.

DVBIVM VI.

Vtrum, & qualiter peccata venialia post hanc vitam remittantur in Purgatorio? 377.
§.1. Possibile est aliquem mori in gratia, non dimissis venialibus quoad culpam. Ibid.
§.2. Venialia peccata post hanc vitam dimitti, etiam quoad culpam est certum. 379.
§.3. In Purgatorio remittuntur culpa veniales.

QUESTIO LXXXVIII.

De reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum.

DVBIVM I.

Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum? 381.
§.1. Peccata dimissa, per sequens peccatum aliquomodo redeant, non vero simpliciter. Ibid.
§.2. An Deus in alio ordine rerum possit remittere peccata sub conditione quod postea non peccet, si vero peccet, redeant omnia dimissa? 386.

§.3. Aliqua proponuntur argumenta, & soluntur. 388.

DVBIVM II.

Vtrum peccata dimissa redeant per ingratitudinem? 392.

DVBIVM III.

Vtrum per ingratitudinem peccati sequentis confluat tantus reatus, quantum fuerat peccatorum prius dimissorum? 395.

DVBIVM IV.

Vtrum ingratitudo ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum? 397.

QUESTIO LXXXIX.

De virtutum recuperatione per poenitentiam.

DVBIVM I.

Quam certum sit merita per peccatum mortale mortificata, per poenitentiam reuiuiscere? 400.
§.1. Status quaestionis. Ibid.
§.2. Reuiuiscencia meritorum colligitur ex Sacra Scriptura, & Patribus. 402.
§.3. Non est de fide, nec mediate. 404.
§.4. Ratio D. Thomae cur merita per peccatum mortificentur. 407.
§.5. Ratio cur merita mortificata per poenitentiam reuiuiscant. 409.

DVBIVM II.

Vtrum merita redeant ex natura rei? Et ex iustitia? Ibid.
§.1. Duae sententiae extremae. 410.
§.2. Sententiae mediae. 411.
§.3. Iudicium sententiarum, & solutio dubij. 413.

DVBIVM III.

Vtrum merita redeant adaequate, & statim? 415.
§.1. Reijcitur error Henrici asserentis omnes semper in aequali gratia resurgere. Ibid.
§.2. Sententia Nominalium asserentium omnes semper in maiori gratia resurgere, impugnatur. 416.
§.3. Sententiae mediae reijciuntur. 422.

Index Questionum.

- § 4. Probatur sententia D. Thomæ. 427.
- § 5. Argumenta solvantur. 434.

DVBIVM. IV:

Vtrum restituatur pristina gratia virtute Sacramentorum collata? 437.

DVBIVM V.

Vtrum per poenitentiam virtutes restituantur? Et qualiter? 442.

DVBIVM VI.

Vtrum per poenitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem? 445.

- § 1. De dignitate quoad Deum. Ibid.
- § 2. De dignitate Ecclesiastica. 447.

DVBIVM VII.

Vtrum per poenitentiam subsequenter, etiam opera mortua vivificentur? 449.

QVÆSTIO LXXX.

De partibus poenitentiae in generali.

DVBIVM I.

Vtrum Poenitentiae debeant partes assignari? 452.

DVBIVM II.

Vtrum convenienter assignentur partes Poenitentiae, contritio, confessio, & satisfactio? 455.

- § 1. Quod sint materia Sacramenti Poenitentiae ostenditur. Ibid.
- § 2. Actus poenitentis sunt materia proxima. 457.
- § 3. Qualiter contritio sit pars? 458.
- § 4. De satisfactione qualiter pars? Anque possit praecedere absolutionem? 461.

DVBIVM III.

Vtrum praedicta tria sint partes integrales poenitentiae? 464.

DVBIVM IV:

Vtrum convenienter dividatur poenitentia, in poenitentiam ante Baptismum, Poenitentiam mortaliem, & poenitentiam venialium? 466.

TRACTATUS VII.

De partibus Sacramenti Poenitentiae. 469.

QVÆSTIO I.

De contritione ut est actus virtutis. 470.

DVBIVM I.

Quid sit contritio? Ibid.

- § 1. De significatione, & usu vocis. Ibid.
- § 2. Circa definitionem contritionis aliqua notantur. 473.
- § 3. Cuius virtutis actus sit contritio? 474.
- § 4. Vera sententia, quod elicitur à poenitentia, & imperatur à claritate stabilitur. 475.
- § 5. Afferere quod poenitentia de peccatis ex motivo iustitiae sufficit ad iustificationem peccatorum, non est tutum. 480.
- § 6. An praedicti actus charitatis, & poenitentiae differant extra sacramentum non solum essentialiter, sed etiam entitativè? 482.
- § 7. Non datur contritio supernaturalis informis. 484.

DVBIVM II.

Vtrum contritio sit dolor, odium, & detestatio peccati praeteriti, cum proposito cavendi in futurum? 485.

- § 1. Vtrum contritio sit essentialiter dolor? 486.
- § 2. Sententia Caietani explicatur. 487.
- § 3. Qualiter propositum emendationis sit de ratione contritionis? 488.
- § 4. Vtrum sine formali proposito emendationis possit esse vera contritio, & ultima dispositio ad iustificationem? 489.

DVBIVM III.

Vtrum contritio perfecta habeat semper coniunctam remissionem peccati? 493.

- § 1. Pro parte negativa referuntur Auctores, & eorum proponuntur fundamenta. Ibid.
- § 2. Sententia affirmativa defenditur, & contraria rejicitur, quia parum in fide tuta. 494.

DV

Index Questionum.

Dubium Quartum. De materia contritionis. 501.

- § 1. De malo poenae potest esse dolor, sed non contritio. Ibid.
- § 2. De peccato originali proprie non potest esse contritio. 502.
- § 3. Propriissime loquendo contritio est de omni actuali peccato à nobis commisso. 504.
- § 4. Contritio non est proprie de peccatis futuris. 506.
- § 5. De alienis peccatis non est contritio. 508.
- § 6. Contritio perfectissima potest esse de peccatis remissis. 510.
- § 7. Proprie & rigore contritio non est de solis imperfectionibus. 513.

Dubium Quintum. Vtrum de singulis mortalibus culpis, requiratur singularis contritio? 516.

- § 1. Statutus quaestiones declaratur, & tres sententiae proponuntur. Ibid.
- § 2. Sententia D. Thomæ pro conclusione statuitur, & ab impugnationibus liberatur. 520.

Dubium Sextum. De quantitate contritionis. 524.

- § 1. Quantus dolor debeat esse contritio? Ibid.
- § 2. Prius debet aliquis eligere poenas inferni sustinere, quam peccatum mortale committere. 526.
- § 3. De maiori peccato, debet esse maior dolor appetitivè. 530.
- § 4. Dolor essentialis contritioni nequit esse nimius, bene tamen dolor sensibilis. 532.

Dubium Septimum. De intensione, & duratione contritionis. 533.

- § 1. Vtrum contritio debeat esse maximus dolor intensivè? Ibid.
- § 2. An requiratur determinata duratio contritionis, ut contritio detur gratia? 539.

Dubium Octavum. De contritione imperfecta seu attritione. 542.

- § 1. Ordo tractatus, & attritionis nominis explicatio. Ibid.
- § 2. De attritione in secundo genere accepta, agitur in praesenti. 547.
- § 3. Quotuplex sit salutaris attritio? 556.

QVÆSTIO II.

De necessitate contritionis.

Dubium Primum. Vtrum extet peculiare praecipuum contritionis. 559.

- § 1. Status quaestiones. Ibid.

§ 2. Peccans mortaliter ex praecipuo tenetur agere poenitentiam. 560.

§ 3. Vtrum praecipuum de poenitentia sit naturale, an vero positivum? 562.

§ 4. Ex quo motivo praecipui contritionis oriatur obligatio. 564.

§ 5. Quid sentiat Vazquez, & alij? 566.

§ 6. Quomodo impoenitentia sit mera circumstantia peccati? 571.

§ 7. Alia argumenta solvantur. 575.

Dubium Secundum. Vtrum praecipuum contritionis obliget statim post commissum peccatum? 578.

§ 1. Auctorum placita referuntur. Ibid.

§ 2. Duabus conclusionibus resolvitur dubium. 579.

§ 3. Argumentis in contrarium satisficitur. 582.

§ 4. Alijs argumentis occurritur. 587.

Dubium Tertium. Quando obliget contritionis praecipuum? 590.

§ 1. Certa praemittuntur, & circa difficultatem variae referuntur sententiae, & conclusio statuitur. Ibid.

§ 2. Quando contritionis praecipuum obliget ratione alterius? 593.

Dubium Quartum. Vtrum contritionis praecipuum aliquando obliget iustificatum aliunde? 597.

§ 1. Prima difficultas circa dubium proponitur, & resolvitur. Ibid.

§ 2. Secunda difficultas proponitur. 598.

§ 3. Ultima difficultas exponitur, & resolvitur. 597.

QVÆSTIO III.

De contritione, ut parte Sacramenti Poenitentiae. 601.

Dubium Primum. Vtrum contritio sit pars essentialis Sacramenti Poenitentiae? Ibid.

§ 1. Qui arbitrantur quod sine contritione, & attritione, & cum complacentia peccati possit dari Sacramentum Poenitentiae, referuntur. Ibid.

§ 2. Oppositum statuitur pro conclusione. 603.

§ 3. Non ponere obicem novi peccati cum voluntate confitendi, non sufficit ad validum Sacramentum. 608.

Dubium Secundum. Vtrum ad obtinendam remissionem peccatorum in Sacramento Poenitentiae, requiratur perfecta contritio? 610.

§ 1. Primus modus dicendi refertur. Ibid.

§ 2. Duo alij modo dicendi referuntur. 611.

§ 3. Secundum doctrinam D. Thomae.

te

Et Dubiorum, §. §.

resolvitur dubium, & de alijs modis dicendi referuntur censura. 612.

§. 4. Argumentis in principio relatis satisficit. 617.

DVBIVM III.

Vtrum possit dari Sacramentum Poenitentiae validum, sed informe? 620.

§. 1. Sententia negans cum suis fundamentis proponitur. Ibid.

§. 2. Sententia affirmans posse dari Sacramentum Poenitentiae validum, & si in forme, statuitur pro conclusione. 621.

§. 3. Quid de Sacramento Poenitentiae in formi ratione fictionis dicendum sit, determinatur. 623.

QVÆSTIO PRIMA.

De quidditate Sacramentalis confessionis, & eius præcepto. 629.

DVBIVM I.

Quid si confessio sacramentalis? Ibidem.

DVBIVM II.

De præcepto confessionis. An detur, quos, & quando obliget? 630.

DVBIVM III.

An dispensatione, vel alio titulo, possint aliqui excusari ab obligatione confessionis? 635.

QVÆSTIO SECUNDA.

De integritate sacramentalis confessionis. 637.

DVBIVM I.

Quæ peccata debeant confiteri, ut confessio sit integra, & rite facta? Ibid.

§. 1. Supponitur quod certum, & proponitur difficultas. Ibid.

§. 2. de resistentia diuinitis inspirationibus. 638.

§. 3. de peccatis iam confessis. 639.

§. 4. De frequenti confessione eiusdem peccati. 642.

DVBIVM II.

De circumstantijs necessario in confessione Sacramentali explicandis ad integritatem confessionis. 644.

§. 1. Aliqua omnino certa prælibatur. Ibid.

§. 2. Qualiter circumstantiæ aggravant

tes notabiliter intra eandem speciem, sint de necessitate confessionis. 646.

§. 3. Proponuntur, & solvuntur argumenta contra doctrinam traditam. 650.

§. 4. Aliqui casus ex tradita doctrina solvuntur. 652.

§. 5. De circumstantijs minuendis. 657.

DVBIVM III.

De causis excusantibus à materiali integritate confessionis. 658.

QVÆSTIO TERTIA.

De qualitate, & modo sacramentalis confessionis, sive de necessitate explicitæ confessionis. 661.

DVBIVM I.

Vtrum integrum Sacramentum confessionis, & absolutionis, possit valide, aut licite fieri inter absentes per epistolam, vel per internuncium? Ibid.

§. 1. Duæ sententiæ affirmantes referuntur. Ibid.

§. 2. Certa præmittuntur. 663.

§. 3. Confessio, & absolutio inter absentes, non est sacramentalis. 664.

§. 4. Thomistæ confessionem, & absolutionem inter absentes, semper ut illicitam, & inuvalidam reprobare curarunt. 667.

§. 5. De facto S. Thomæ Cantuariensis & casus decisione. 671.

DVBIVM II.

Vtrum in aliquo casu sine confessione explicita peccati in specie, possit dari absolutio sacramentalis? Ibid.

§. 1. Sententiæ negatiuæ Authores, & fundamenta. Ibid.

§. 2. Sententia affirmans est vera, & practicanda omnino. 673.

§. 3. Vtrum extra necessitatem sufficiat confessio non explicita? 677.

§. 4. Vtrum debeat esse in ordine ad claves? 678.

§. 5. Vtrum signa debeant esse in presentia sacerdotis? 679.

§. 6. De sensu decreti Clem. Octavi. 680.

DVBIVM III.

Vtrum in extrema necessitate moribundi dari possit absolutio sacramentalis sine confessione? 685.

§. 1. Sententiæ affirmantis authores, & argumenta. Ibid.

§. 2. Est falsissima, & improbabilis. 686.

QVÆS.



TRACTATUS SEXTVS
DE POENITENTIAE
SACRAMENTO, ET
VIRTUTE EI ANNEXA.
DVBITATIONES SCOLASTICÆ,
ET MORALES.

AUCTORE R. P. M. FR. IOANNE
Martinez, de Prado, Ordinis Predicatorum.

PRO O E M I V M.



IX in tota Theologia occurret tractatus, difficultatum multitudo subtilior, & casuum occurrentia magis in praxi necessarius, quam iste de Poenitentia, quem præ manibus habemus: vnde S. Basilius homilia de Poenitentia, ait: *Est vero hic sermo in humanos usus utilissimus: nemo enim hominum sine peccato est: vni enim illud testimonium datur, quod peccatum non fecerit.* 1. Petri. 2. ver. 22. De Poenitentia autem apud D. Thomam à q. 84. 3. p. vsque 90. quæ est vltima, & in Additionibus ad 3. part. à q. 1. vsque ad 28. & apud Magistrum sententiarum lib. 4. à dist. 14. vsque ad 22. bi partitus est tractatus cuius vna pars est de Sacramento Poenitentiae, & altera de Poenitentia virtute.

Poenitentia enim inter reliqua Sacramenta hoc habet singulare, quod non solum Ecclesiae Sacramentum est; sed, & virtus animæ, ab ipsis Gentibus naturali lumine agnita. Baptismus enim, & Confirmatio, & reliqua Sacramenta, nisi diuinitus supra naturam instituta essent, nulla virtutis ratione pollerent. Poenitentia vero, & Matrimonium, antequam à Christo Domino ut Sacramenta essent instituta, virtutis rationem habebant. Istæ autem duæ rationes in noua lege adeo sunt coniunctæ, ut nec virtus prodesse valeat sine Sacramento, vel ordine ad Sacramentum, nec Sacramentum sine virtute consistere. Ideoque simul Theologi de illis per tractant.

2. Circa ordinem vero, aduertendum, quod Durandus in 4. distinct. 14. & Suárez to. 4. in 3. p. Lugo to. de Poenitentia, Aueria, & alij Reciores, prius agunt de

A de

de virtute, quæ prior est, & de se independens a ratione Sacramenti, & quasi ratio communis: postea vero de Sacramento trançant, quod ex institutione initium habuit: quia clarior, & facilior est doctrina à communioribus incipiēdo. Nobis vero fas non est recedere amirifico ordine doctrinæ D. Thomæ. Qui prius q. 84. disputa de Pœnitentiæ Sacramento, & postea à quæst. 85. incipit agere de virtute Pœnitentiæ: quem imitantur non solum Thomistæ, & alij Expōsiores: sed & Vazquez, Granados, & alij. Et quod hic Ordo noster congruentior sit, probat Soto in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. §. *Quo remergit*: Tum quod cum in fine Tertriæ Partis suæ Summæ tractaret D. Thomas de Sacramento, ordiendum à Sacramento Pœnitentiæ, ut eius occasione infereretur doctrina de virtute Pœnitentiæ. Tum presertim, quod post enunciatum Evangelium, actus interior non habet rationem virtutis Pœnitentiæ, nisi vobum includat Sacramenti. Quare prius est de obiecto isto dicendum, à quo virtus speciem sortitur. Tum denique, quia ut ait Nuño q. 84. art. 1. dub. 1. ad 3. in præsentem non est respiciendum ad id quod est prius secundum se; sed ad id, quod est prius supposita institutione. Quia igitur in aliqua consideratione totum est prius quam pars, prius de ipso Sacramento in communi, ut habeatur aliqua cognitio confusa, agendum est, & postea de pœnitentiæ virtute, & de alijs partibus, ut cognitio distincta sit.

3 Quo autem materiæ dignitatem, gravitatem, & necessitatem, melius legentes perspectâ habeant, nō abs re esset aliqua, ex innumeris encomijs, quibus Sæcra Patres Pœnitentiæ exornarunt, referre. Sed quia omnia in medium producere, esset nimis molestum, & præ multitudine, impossibile; tria selectiora placet transcribere, quia nec inutile, nec iniucundum erit ea lege, & memoriæ commendare. S. Iohannes Chrysostomus libro 2. de Pœnitentiâ, inter alia, sic inquit: *O Pœnitentiâ, quæ peccatum, miserante*

Deo, remittis, & Paradisum referas; quæ contritum sanas hominem, & tristitiam ex hilaras; vitam de interitu renovas, statum restauras, honorem renouas, fiduciam das, reformas vires, gratiamque abundantiorē refundis. O Pœnitentiâ, quid noui de te referam? Omnia ligata tu soluis, omnia soluta referas, omnia aduersa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O Pœnitentiâ rutilatior auro, splendidiore sole: quam non vincit peccatum, nec defectio superat, nec desperatio delet, &c. O Pœnitentiâ, misericordiæ mater, & magistra virtutum, magna opera tua, quibus reos soluis, ac respicis delinquentes, lapsos releuas, recreas desperato. Per te subito rapuit latronem Christus; per te David post flagitium foelix iterum recepit Spiritum Sanctum. Omnia, si ut verissime, ita elegantissime sunt scripta. Sed presertim indiget meditatione profunda, quod vocat Pœnitentiâ misericordiæ matrem, & magistrâ virtutum.

4 Concinit S. Augustinus, vel qui est Author libri de vera, & falsa Pœnitentiâ cap. 1. dicens: *Quam sit appetenda gratia Pœnitentiæ, omnis auctoritas declarat, omnis bonorum vita conuicturo ostendere: in hac omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum conseruatur. Quia peccatum est omne malum; ideo pœnitentiæ, quæ eius remissionem affert, & pro illo satisfacit, & inde homo præcauet ne iterum committat, tribuitur, quod in ea inuenitur omne bonum, & illud conseruet. Præclue etiam Tarasius Patriarcha in epistola, quæ habetur rom. 3. Conciliorum ante septimam Synodum generalem, sic fatur, *Pœnitentiâ insignis est armatura, magna salutis via, hospitij Regni Cælorum dispensatrix, incorruptibilis vita dux, martyricorum certaminum æqui paritio, ad Deum viam indicans, & cum eo nos esse faciens, humani generis baculus, cadentium, & laborum resurrectio. Affert hæc verba Granado in præfatione septima generalis controuersia, quæ est to-**

mo


mo 2. in 3. part. de Pœnitentiâ.

5 Quantum ad nominis Etimologiam; quia res ipsa Hæreticis displicet, qui carnis delicijs, non Christi Cruce delectantur; ideo & nomen exosum habent, & de eius significatione litem mouent. Lutherus ut refert Roffensis art. 7. non admittit, quod Pœnitentiâ significet displicentiam mali præteriti, cuius sit detestatio: sed asserit solum significare mutationem mentis, esseque dumtaxat propositum bene viuendi in futurum. Vnde, & Erasmus Matthæi 3. ad illa verba: *Pœnitentiâ agite*, dicit, melius posse transferri. *Respicite, seu ad mentem redite*. Hic tamen hæreticus, blasphemusq; Lutheri error, ut inquit Soto distinct. 14. q. 2. art. 1. & latine, & græcè, & secundum Philosophiam, & Theologiam exploditur. Cicero enim in epistolis ad Atticum, non semel ait: *Me pœnitet, quod te offenderim*. Quod & asserit in Tusculanis, & de Inuentione. Aufonius etiam Poeta, & Ouidius lib. 1. de Ponto. *Pœnitet, & si quid miserorum creditur vlli Pœnitere, & factio torqueor ipse meo. Cumque sit exilium, magis est michi culpa dolori. Estque pati pœnam, quam meruisse minus*. Item Lactantius lib. 6. diuin. inst. cap. 23. *Mentem am, inquit, eam vocant, quam nos respicientiam. Respicit autem ille, quem errati piget, & se ipsum castigat demeritiæ, & confirmat ad rectius viuendum*.

6 Duplici ratione, altera physica, altera morali, idem ostendit Soto, phy-

sica quidem: nam si respicientia designat mentis mutationem; tamē mutatio mentis respicit terminum, quem deserit, & terminum ad quem tendit; si quidē utriusque terminum comprehendit mutatio. Ut enim natura nihil, nisi contrariū corrumpendo, generat; sic nemo mentem in melius mutat; nisi & male acta detestetur. Sicuti & e conuerso, neque detestari quis præterita potest, nisi meliora proponat: quia hæc mutatio connectuntur. Vnde S. Augustinus de medicina Pœnitentiæ, cap. 2. ait: *Nellus sine voluntatis arbitrio constitutus, potest nouam vitam inchoare, nisi eum veteris vitæ pœniteat*.

7 Ratio moralis desumitur ex his quæ apud nos contingunt: nam qui amicum iniuria affecerit, quamuis dicat ei, propositum habere non amplius eum iniuria afficiendi, nisi dicat se pœnitere illaræ iniuriæ, non facit satis ut in eius reddeat amicitiam: non enim satis est à malo cessare, sed requiritur, quod iniuria illata satisfactione compensetur. Ergo Pœnitentiâ importat displicentiam facti, pro eo satisfactione, & propositum bene agendi. Vnde Cicero in Antonium ait: *Optimus portus pœnitentiæ mutatio consilij*. Propositum ergo bene agendi, non tota est Pœnitentiâ, sed Pœnitentiæ portus. Hæc de nomine. Iam rem aggrediamur.



Aa

QVÆ

QVÆSTIO LXXXIV. DE SACRAMENTO PÆNITENTIÆ.

DECIM Articulis omnes huius quæstionis difficultates complectitur D. Thomas. In primo statuit, quod Pœnitentia, quæ in Ecclesia agitur, est Sacramentum.

In secundo exponit, quod eius materia remota sunt peccata, non acceptanda, sed detestanda, & destruenda. In tertio docet, quod hæc est convenientissima forma huius Sacramenti. *Ego te absoluo.* In quarto probat, quod ad hoc Sacramentum non requiritur manus impositio. In quinto stabilit, quod hoc Sacramentum est necessarium ex suppositione peccati. Vnde & metaphorice dicitur, secunda tabula post naufragium, ut exponit in sexto. Declarat in septimo, conuenienter in noua lege institutum fuisse. In octauo docet, quod Pœnitentia interior debet durare vsque ad finem vitæ. Pœnitentia vero exterior non oportet, quod duret vsque ad finem vitæ; sed vsque ad determinatum tempus secundum mensuram peccati. In nono asserit, oportere, quod homo continue poeniteat secundum habitum. In ultimo concludit esse manifestum, quod Pœnitentia pluries est iterabilis.

D V B I V M PRIMVM. Vtrum Pœnitentia sit Sacramentum?

Fere nunquam de fuerunt, nec desunt in Ecclesia Hæretici in Sacramentum hoc obstrantes. Recensentur in primis Massiliani, qui ut refert S. Damascenus libro de Hæres. hæ. 30. eos, qui ad se grauissimis delictis inquinati cõfugiebant, absque villo fructu Pœnitentiæ sine Sacerdotis auctoritate se expiarios professabantur. Vnde videtur Sacramenti

Pœnitentiæ virtutem, aut saltem necessitatem negare. Pariter Nouarini, ut ex Eusebio lib. 6. cap. 33. refert D. Thomas lib. 4. contra Gentes cap. 71. peccantibus post Baptismum Indulgentiam denegabant. Iacobitæ etiam, ut ex Guidone Carmelita, refert Vualdensis 2. tomo cap. 155. dixerunt confitendum non esse de peccatis hominibus; sed soli Deo. Ab istis vero, ut testatur Vualdensis, Ioannes Vicleph eundem accepit errorem: quia Pœnitentiam dixit esse inuentum humanum absque diuina institutione.

21 Notat autem Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 5. quod differunt isti à Lutheranis: nã Vicleph, ut est videre apud Vualdensem tomo. 2. de Sacramentis. capit. 135. & de Sacramentalibus, capit. 68. non negat internam contritionem, quia Deo confitemur; sed externam confessionem auricularem. Lutherus vero, ut omnia funditus conuellat, neque internam contritionem iudicat necessariam. Vnde in articulo septimo à Leone Decimo condemnato. Nulla, inquit, opus est Pœnitentiæ: sed optima Pœnitentiæ est noua vita. Cõcedit tamẽ Vazq. q. 84. ar. 1. dũ. 1. quod, quauis ut cõstat ex Rosselli art. 8. & 9. & 10. circa Confessionis materiam nimium errauerit Lutherus, nunquam tamen negauit esse vere Sacramentum. Cæterum Bellarminus lib. 1. de Pœnitentiâ cap. 9. relatis ipsius Hæretici verbis, asserit, & probat, quod verum, & proprie dictum Sacramentum esse Pœnitentiã, primus negauit illo sæculo Lutherus; sed timide, & inconstanter: ut etiam Melancthon. Sed ex professo Zuñglius, Calvinus, Beza, Vuigandus, Illiricus, Kemnitius, & alij. Item Hæretici confessionis Vuitebergensis, ut refert Petrus Soto libro contra illam titulo de Pœnitentiã

3 Duo tamen certa secundum fidẽ Ecclesia Catholica tenet istis opposita: videlicet Pœnitentiã esse vere, & proprie nouæ legis Sacramentum, a Christo Do-

Domino institutum. Rursus esse Sacramentum essentialiter distinctum à Sacramento Baptismi. Vtrunque habetur in Concilio Tridentino sess. 14. Canone enim primo dicitur. *Si quis dixerit in Catholica Ecclesia Pœnitentiã non esse vere, & proprie Sacramentum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutam, Anathema sit.* Canone etiam secundo subiungitur. *Si quis, Sacramentum confidens; ipsius Baptismum, Pœnitentiã Sacramentum esse dixerit, quasi hoc ius sacramenta distincta non sint, atque ideo Pœnitentiã non recte, secundam, post naufragium, tabulam appellari, anathema sit.*

4 Diffinierant idem iam olim antiqua Concilia: si quidem in Concilio Prouinciali Romano damnatus est nouaruss a sexaginta Episcopis, totidem Presbyteris, & n. ultis Diaconibus, accedente, ut creditur, confirmatione Cornelij Papæ. In Concilio Constanciensi in sess. 13. damnatur nouus; & decimus, articulus Ioannis Hus, qui negat confessionẽ esse Sacramentum. Idẽ habetur ex Bulla Martini Quinti Damnationis eorundem articulorum. Et in Concilio Florentino post sessionẽ vltimam in Decreto Eugenij Quarti. Et Bulla Leonis Decimi contra Lutherum idem confirmant Sancti Patres.

5 Idem probat D. Thomas q. 84. art. 1. sicut Baptismus adhibetur ad purificandum a peccato, ita & Pœnitentiã: vnde & Petrus dixit Simoni Actorum 8. *Pœnitentiã ago ab hac nequitia tua.* Sed Baptismus est Sacramentum, ut ostensum est, q. 66. art. 1. ergo pari ratione, & Pœnitentiã, quod argumentum contra modernos hæreticos sic vrgeri potest. Non obstante, quod nusquam in Euangelio legatur sub his vocibus, quod Christus dixerit, ego instituo Baptismum esse Sacramentum: quia tamen Ioan. 3. explicuit eius necessitatẽ, & Mathæi vltimo præcepit Apostolis vt baptizarent, ipsi admittunt sub illo ritu externo esse Sacramentum. Sed etiã Mathæi 16. promisit Christus Petro & successoribus. *Tibi dabo clauẽs Regni Cælorũ; & quocumque solueris super terram, erit solutum, & in cælis.* Quam promissionem impleuit Mathæi 18. omnibus Apostolis dicens. *Quocumque solueritis super terram, erunt soluta, & in cælis.* Et Ioannis 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remissionis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Datur Apostolis, & successoribus potestas vniuersalis ad dimi-

tenda omnia peccata, & per consequens etiam post Baptismum commissa, & quacunquẽ iterentur. Sed quia in Ecclesia est potestas remittendi peccata præcedentia Baptismum, ipsi admittunt esse Sacramentum institutum in remissionem originalis peccati, & aliorum, quæ Baptismum præcedunt. Ergo ex simili potestate sibi data optime agnoscit Ecclesia Pœnitentiã esse institutam in remissionem peccatorum post Baptismum commissorum.

6 Rationẽ congruentiã diuinã institutionis, optime explicat Doctor Angelicus lib. 4. contra gentes per tria capitula: siquidẽ cap. 70. quinque vsj probat, quod per gratiam Baptismi, confirmationis & Eucharistiæ, homines impeccabiles non fiunt, propter libertatem arbitrij & voluntatis, quæ ad vtrunquẽ oppositorum se habet, & ideo peccare potest contra acceptam gratiam agendo: & ideo Apostolus, 1. ad Corint. 10. monet: *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Capite 71. sex vsj ostendit quod post peccatum potest homo ad statum iustitiæ redire; quia voluntas mutabilis est secundum vitam, & virtutem. Vnde Ioannis 2. dicitur. *Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis; sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Quæ quidem verba manifestum est, quod fidelibus iam renatis proponebatur. Cum igitur homo semel tantum renascatur, semel tantum baptizari potest. Ex his ergo in capi. 72. inferunt necessitatem Sacramenti Pœnitentiæ in hac forma. Ex hoc igitur apparet, quod si aliquis post Baptismum peccet, remedium sui peccati per Baptismum habere nõ potest. Et quia abundantia diuinæ misericordiæ, & efficacia gratiæ Christi hoc non patitur vt absque remedio dimittatur; institutum est aliud Sacramentale remedium, quo peccata purgantur, & hoc est Pœnitentiæ Sacramentum; quod est quædam velut spiritualis sanatio. Sicut enim qui vitam naturalem per generationem adepti sunt, si aliquẽ morbum incurrant, qui sit contrarius perfectioni vitæ, à morbo curari possunt; non quidem sic vt iterato nascantur; sed quadam alteratione sanantur: Ita Baptismus, qui est spiritualis regeneratio, non reiteratur contra peccata post Baptismum commissa: sed Pœnitentiã quasi quãdam spirituali alteratione sanantur.

7 Hæc ratio D. Thomæ canonizata est à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1.

dicente. Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut iustitiam, in Baptismo ipsius beneficio, & gratia, susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus aliud ab ipso Baptismo, Sacramentum, ad peccatorum remissionem esse institutum, quoniam autem Deus, diues in misericordia, cognouit signum nostrum, illis etiam vitæ remedium contulit, qui se se postea in peccati seruitutem, & Dæmonis potestatem tradidissent. Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapsis post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Sed dices ratione hanc instari: nam hæc eadem indigentia erat in lege veteri: & tamen tunc Pœnitentia non erat Sacramentum, ut dicit Concilium Tridentinum.

8 Theologicè idem probat D. Thomas hic art. 1. ex definitione Sacramenti, quæ solet attribui D. Gregorio, & est D. Isidori libr. 6. Ethimologiarum, ut notatum est q. 60. dub. 1. n. 9. habeturque cap. *Multiseularium*, 1. q. 1. Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, ut aliquid significatiue accipiamus, quod sancte accipiendum est. Manifestum est autem, quod in Pœnitentia ita res gesta fit, quod aliquid sanctum significatur, tam ex parte peccatoris Pœnitentis, quam ex parte sacerdotis absoluentis: nam peccator pœnitens per ea, quæ facit, & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse. Si militer etiam sacerdos per ea, quæ agit, & dicit circa pœnitentem, significat, opus Dei remittentis peccata. Vnde manifestum est, quod Pœnitentia, quæ in Ecclesia agitur, est Sacramentum.

Confirmatur ex alijs Sacramenti definitionibus: est enim inuisibilis gratiæ visibilis forma: & est signum rei sacræ in quantum est sanctificans homines, iusta dicta q. 60. dub. 6. sed id conuenit Pœnitentiæ, tam ex parte confitentis, quàm ex parte absoluentis: quia est signum gratiæ, qua intus homo à peccatis absoluitur. Est ergo novæ legis Sacramentum. Videatur D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 1.

9 Sed obijcies: nam in omni Sacramento novæ legis adhibetur aliqua materia sensibilis: quia S. Isidorus relatus cap. *Multiseularium*, 1. q. 1. dicit, quod *Ob id Sacramenta dicuntur, quia sub tegamento corporaliu rerum diuina virtus secretius operatur salutem in eis.* Sed hoc non contingit in Pœnitentiâ, quia non adhibentur aliquæ corporales res, sub quibus diuina virtus operetur salutem. Ergo Pœnitentia non

est Sacramentum.

Ad hoc argumentum satis multa diximus, q. 60. dub. 9. exponendo qualiter Sacramenta novæ legis consent rebus, & verbis? Nunc autem sufficit exponere solutionem D. Thomæ, qui hic art. 1. ad 1. respondet, quod nomine corporalium rerum, intelliguntur large etiam ipsi exteriores actus sensibiles: qui ita se habent in hoc Sacramento, sicut aqua in Baptismo, vel Chrisma in Confirmatione. Est autem attendendum, quod in illis Sacramentis, in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius: sicut in Baptismo, ubi sit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad poenam: & in confirmatione, ubi datur plenitudo Spiritus Sancti: & in Extremamvntione, ubi confertur perfecta sanitas spiritualis, quæ provenit ex virtute Christi, quasi ex quodam extrinseco principio. Vnde si qui actus humani sunt in talibus Sacramentis, non sunt de essentia Sacramentorum, sed dispositiue se habent ad sacramenta. In illis autem Sacramentis, quæ habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi actus humani sunt loco materiae, ut accidit in Pœnitentiâ, & Matrimonio. Sicut etiâ in medicinis corporalibus quædam sunt res exterius adhibita, sicut emplastra, & electuaria: quædam vero sunt actus sanandorum, puta exercitationes quædam. Idem docet S. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 1. ad 1. & lib. 4. contra gentes cap. 72.

10 Solet attribui Durando alius modus explicandi discrimen inter hæc sacramenta. Sed quia legi, q. 3. dist. 14. in qua sola erat locus de his differendi, & ibi id non reperio, nec in alio id inueni; ideo nec opus est referre, nec impugnare. A dicit Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. ad 1. quod insinuat hic D. Thomas in Sacramentis Pœnitentiæ, & Matrimonij minus gratiæ Sacramentalis conferri virtute Sacramenti, quàm in reliquis Sacramentis: nisi deuotio, & feruor contritionis illam augeat.

11 Contra hanc doctrinam insurgit Araujo q. 84. art. 1. dub. 1. à num. 9. vsque ad 12. dicens expositionem hanc omnino esse alienam à veritate, & à mente S. Doctoris: quia ex illa sequuntur duo inconuenientia, quæ nefas est imputare S. Doctori. Primo, in quolibet aliorum quorumque Sacramentorum conferri maiorem gratiam intensiue, quam in Sacramento

Pœnitentiæ. Consequens autem esse falsum, patet: quia non est credibile in Sacramento Extremamvntionis, aut Confirmationis, aut Ordinis dari maiorem gratiam simpliciter, quam in Sacramento Pœnitentiæ. Sequitur secundo, Extremamvntionem, Confirmationem, & Ordinem, esse nobiliora, atque perfectiora Sacramenta, quam Pœnitentiam: siquidem ex nobiliore effectu gratiæ, ad quem vnum quodque Sacramentum per se ordinatur, sumitur eius maior perfectio, & nobilitas: sicut & ex effectu gratiæ diuersitate sumitur, & Sacramentorum diuersitas essentialis. Consequens autem esse falsum, est notum: quis enim diceret Extremamvntionem esse nobiliora, & perfectius Sacramentum Pœnitentiæ? Quare ipse contendit D. Thomam solum intendere, quod alia Sacramenta solum secundum quid excedant Pœnitentiam, & quod aliquem modum: quamuis simpliciter illa quandoque excedat.

12 Sed michi videtur expositionem M. Soto esse de plano ipsam mentem litteræ D. Thomæ: & illa duo, quæ pro inconuenientibus patentibus, & manifestis, obijcit Araujo, quasi à nemine concedendis, esse ab omnibus recte sententibus admittenda, & admissa fuisse à D. Thomæ, iam ostendi, quæst. 65. dub. 3. nu. 9. & 14. & 24. quia Sacramenta sunt nobiliora ex nobilitate significationis, & finis, propter quem sunt instituta; & iuxta nobilitatem perfectionis, ceteris paribus, crescit nobilitas effectus. Concedimus ergo, quod simpliciter maior gratia datur per quinque Sacramenta, quàm per Pœnitentiam; licet huius Sacramenti gratia excedat gratiam Matrimonij, quod minimū habet de spiritualitate. Admitto etiâ Extremamvntionem, Confirmationem, & Ordinem esse simpliciter nobiliora, atque perfectiora Sacramenta, quam Pœnitentia: quia finem, & effectum habent nobiliorem. Quamuis secundum quid hoc Sacramentum sit nobilior, quia est æque necessarium à dultis post mortale peccatum, sicut est Baptismus ad delendam originale. Vnde D. Thomas q. 65. art. 3. probat, quod alia Sacramenta excedant Pœnitentiam, & Extremamvntionem: quia ista ordinantur ad vitam Christianam, non per se, sed quasi per accidens, scilicet, in remedium superuenientis defectus. Inter quæ tamen Extremamvntio obparatur ad Pœnitentiam, sicut Confirmatio ad Baptismum: ita scilicet, quod Pœnitentia

est maioris necessitatis; sed Extremamvntio est maioris perfectionis. Ergo Extremamvntio excedit simpliciter Pœnitentiam; licet hæc excedat secundum quid, quod non est inconueniens: quia ut ait D. Thomas ibi ad 4. *Nihil prohibet, aliquid esse secundum quid dignius; quod tamen non est dignius simpliciter.* Sicut Baptismus secundum quid excedit Eucharistiam, quia est maxime necessitatis, & sine Baptismo nequit valide suscipi: & tamen est de fide, quod Eucharistia excedit reliqua Sacramenta.

13 Quod autem Pœnitentia sit Sacramentum distinctum à Baptismo, probat Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 2. extriplici capite. Primo ex diuersa materia, & forma (quibus Sacramenti essentia perficitur) vtriusque: quas diuersas esse pro vtroque à Christo institutas, Ecclesie sine perpetua traditione, constat. Secundo, ex diuerso vtriusque Sacramenti ministro: constat enim Baptismi ministrum iudicem esse non oportere; cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Quidem michi (inquit Apostolus 1. Cor. 5.) de ijs, qui foris sunt, iudicare? Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lauacro Baptismi sui corporis membra semel effecit. Nam hos, si se postea erimpe aliquo contaminauerint, non iam repetit Baptismus abluere (cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat) sed ante hoc tribunal, tamquam reos, sibi voluit, ut per Sacerdotum sententiam, non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum penitentes confugerint, possent liberari. Tertio probat ex diuerso vtriusque Sacramenti effectu: nam alius Baptismi, alius Pœnitentiæ fructus. Per Baptismum enim Christus induentes, nouæ prorsus in illo efficiuntur creaturæ; iuxta Apostolum ad Galatas 3. plenam, & integræ peccatorum omnium remissionem consequentes: Ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus, & laboribus, diuina id exigente iustitia, pervenire, nequaquam possumus, ut merito Pœnitentia laboriosis quidam Baptismus à Sanctis Patribus dictus fuerit.

14 Pro eadem Catholica veritate proponit Bellarminus testimonia scripturæ, traditionem Patrum, & quinque rationes, lib. 1. de Pœnitentiâ cap. 13: post Valdens. tom. 2. de Sacramentis c. 135.

Petrus Soto lec. 2. & 3. de confessione Pameliū, & Ruardum, quos refert Sua rez disp. 17. sec. 1. Notatione sunt digna verba S. Gregorij Nacianceni Oratione 40. dicentis. *Nec cōfiteri peccatum graue ducas: nara per huius oculi pudorem futuri (oculi pudorem) & ignominiam fugies.* S. Damascenus lib. 4. de fide cap. 10. commendat distinctione Baptismatis aquæ, a Baptismate laborioso lachrymarum, quam constituit S. Gregorius Naziancenus. S. Augustinus Epist. 23. ad Bonifacium, ait: *Si infans post Baptismam propria incipiat habere peccata, illa non regeneratione auferuntur; sed alia curatione sanantur.* & libr. 2. de adulterinis cōiugijs cap. 16. dicit. *Si catechumeno factum est homicidium, Baptismate abluatur; si a baptizato, Pœnitentiæ, & reconciliatiōe sanatur.*

15 Tertiū statuendum est hoc Sacramentum esse vnum specie; non solū quia diuisio in septem sacramenta, est in specie infimas, vt diximus q. 65. sed quia Cōcilia, & Theologi in materia, & forma, & in effectu huius Sacramenti, nullā agnoscunt rationem diuersitatis specificæ. Ideoque D. Thomas in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. q. 1. probat, quod Pœnitentiā est vnum Sacramentum. Vnde, & agnoscunt esse vnum numerō, quando semel vni homini ministratur; quamvis constituatur ex pluribus partibus. Nec obstat distantia tēporis, quæ inter partes huius Sacramenti aliquando existit: Vel quia vt inquit Suarez disp. 18. sec. 4. n. 3. sufficit moralis cōiunctio, seu propinquitas, qualis esse solet in vno iudicio inter accusationem, sententiam, & executionem: ex illis enim componitur vnum iudicium, quod in suo ordine est vna actio moralis. Vnde semper intercedit virtualis quædam propinquitas, vel, vt cōtendit Nuño q. 84. ar. 1. dub. 3. quia ad realem, & physicā compositionem, sufficit, quod desinente vna parte, existat virtus illius, quem admodū in naturalibus mixtū cōponitur realiter ex elementis, licet elementa virtualiter tantū maneat in ipso. Sic in presenti: quia confessio, & accusatio aliquem effectum realem habet in ipso pœnitente; & ille manet formaliter quando profertur absolutio: & similiter confessio, & absolutio manent in suis effectibus, quando ad impletur satisfactio.

16 Vel quia, vt ait Ferrara libro 4. contra Gentes cap. 72. in fine, actus pœnitentis, qui sunt materia Pœnitentiæ, nō sunt omnes simul, sed inuicem succedunt, Pœ-

nitentiā in quantum est totum integrale; non est totum permanens, sed successiuū ideo non oportet, quod posita vna parte Pœnitentiæ, ponantur omnes eius partes. Licet ad existentiam cuiuslibet partis dicatur aliquo modo ipsa Pœnitentiā esse: nam in successiuū dicitur totum esse, quando aliqua eius pars est in actu.

17 Ex his tribus dicendi modis, vltimus est præferendus, quia ostendi, q. 60. dub. 10. §. 3. in Sacramentis compositio nem ex rebus, & verbis, nec esse pure physicam, nec pure moralem; sed artificialem, qualis reperitur inter ea, quæ sunt quodā ordine vnum, & quoad hoc, par ratio est de partibus Pœnitentiæ, tam de illis, quæ ponuntur à pœnitente comparatis inter se, quam vt coniunctis cum absoluteione Sacerdotis. Totus iste discursus est D. Thomæ in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. q. 1. sic probantis Pœnitentiā esse vnum Sacramentum: nam quando aliquis effectus procedit ex multis causis simul aggregatis, nō nulla earum est causa per se (hoc est, adæquata, & sola) sed omnes sunt vna causa; sicut patet de trahentibus navem. Vnde cum effectus Pœnitentiæ non sequatur nisi aliquo modo existentibus omnibus, quæ ad Pœnitentiā requiruntur; omnia illa habent rationem vnius causæ: respectu illius effectus. Et quia Sacramenta efficiunt signando; ideo omnia etiam habent rationem vnius signi, dum vnum quodque incomplete significat illum effectum, & propter hoc omnia sunt vnum Sacramentum. Videatur dist. 16. q. 2. art. 1. q. 3.

DVBIVM SECVNDVM.

Quid sit, & quid significet, & pro quo supponat Pœnitentiæ Sacramentum?

§. I. Sententia Doctorum, & status quæstionis.

Tres sunt præcipuæ in hoc dubio Theologorum sententiæ: licet tertia in alios dicendi modos subdividatur. Prima est Scoti in 4. dist. 14. q. 4. §. de primo pono, & dist. 16. q. 1. §. De Pœnitentiæ Sacramento, Docent, quod essentia Pœnitentiæ Sacramenti in sola abso-

lutione consistit: nam cōtritiō, confessio, & satisfactio non sunt eius partes, sed aliquid præ requisitum antecedenter, vel factum consequenter. Sequuntur Maior, & Gabriel ibi. q. 2. & Dionysius Cisterciensis dist. 23. q. 2. art. 1. & alij, quos retulimus, q. 60. dub. 9. §. 4. Cavellus dist. 14. q. 4. Delgado c. 10. d. 2.

2 Secunda sententia est M. Soto, qui in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. §. Igitur, ita ait. Cōgruentius, vt sicut de Baptismo diximus, ita & de Pœnitentiā dicamus. Et enim quia Sacramentum non est res naturalis, sed artificialis, non supponit pro aggregato ex materia, & forma, vt homo; sed pro materia conorando vt tali subiacet formæ: quem admodum statua non supponit pro aggregato ex ligno, & forma accidentali (sicuti neque album, pro aggregato ex corpore, & albedine) sed pro ligno, aut pro lapide. Vnde, vt Baptismus nō pro aggregato ex ablutione, & forma; sed vt nō mem sonat, pro ablutione supponit, connotando vt fiat sub tali forma. Ita Sacramentum Pœnitentiæ supponit pro actibus pœnitentis, qui sunt materia Sacramenti, connotando vt subiantur formæ eiusdem Sacramenti, quæ est absolutio. Et sic saluator vt sint tres partes Pœnitentiæ, qua ratio est Sacramentum. Hæc Soto, & Petrus Ledesma de Pœnitentiā cap. 1. conc. 4. & de Matrimonio, q. 45. ar. 3. dub. 2. & Araujo q. 84. art. 1. d. 3. loquendo de compositione ex rebus, & verbis. Item Henriquez lib. 4. cap. 11. n. 1. lit. f. & g.

3 Communis tamen Theologorum sententia docet Sacramentum Pœnitentiæ essentialiter constare ex actibus pœnitentis, vt materia, & absoluteione Sacerdotis, vt forma. Quam docet S. Thomas, q. 84. art. 1. & 2. & 3. & q. 90. fere per totam; & libro 4. contragentes cap. 92. & in 4. set. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 1. ad 2. & dist. 22. q. 2. art. 1. q. 1. & 2. & alij Theologi frequenter: licet non vna via defendatur.

4 Suarez enim disp. 18. sec. 3. & Vazquez q. 84. art. 1. dub. 2. n. 7. dicunt Sacramentū hoc supponere in recto pro artificiali compositi ex materia, & forma.

5 Richardus vero in 4. dist. 16. ar. 1. q. 1. & Angles in 4. q. de Sac. Pœnitentiæ, & alij dicunt supponere in recto pro sola absoluteione, ita vt Sacramentum hoc sit absoluteio data a Sacerdote, pœnitentiæ, confessio cum dolore, &c.

6 Lugo disp. 12. sec. 3. n. 58. dicit aliquando importare solam absoluteionem

in recto: quia Sacramentum hoc institutum est per modum condonationis, & remissionis: vnde tota actiuitas, & vis videtur sita in absoluteione, & condonatione. Adijcit n. 59. frequentissime hoc Sacramentum importare in recto, non solam absoluteionem; sed confessionem etiam; quia Sacramentum hoc constat institutum per modum iudicij: actus autem iudiciales sunt accusatio, cōfessio prævio examine, & absoluteio.

7 De contritione autem, quæ non est actus iudicialis, nec per se sensibilis, est specialis difficultas, an sit pars essentialis Pœnitentiæ, & an importetur in recto, & pro illa partialiter etiam supponat? Absolute esse partem essentialem, & importari in recto, & pro illa supponere: quia Sacramentum hoc institutum est per modum reconciliationis, affirmant Suarez, & Vazquez, & Lugo, qui alios referunt, qui non ita expressa loquantur. Imo Vazquez dub. 2. n. 1. ait, quod forsam intentio recipiendi absoluteionem est pars intrinseca Pœnitentiæ Sacramenti. Quod assertiue tueretur Lugo disp. 12. n. 27. & n. 44. dicit, quod verba formalia, vel virtualia, quibus imponitur satisfactio, etiam est pars integralis, sicut satisfactio. Quoad intentionem, idem tenet Leander tract. 5. disp. 1. q. 5. nam accusatio voluntaria pœnitentis est volitio obtinendi absoluteionem.

8 Per oppositum absolute negant cōtritionem esse partem essentialem, Durandus in 4. dist. 14. q. 3. & dist. 16. q. 1. Gabriel dist. 14. q. 2. ibi Palacios,

Communissima tamen Thomistarum sententia tenet contritionem quidem esse requisitam essentialiter; sed non importari in recto, sed solam in obliquo, & quatenus per verba manifestatur. Ita Paludanus in 4. dist. 16. q. 4. ar. 2. n. 19. ibi Capreolus. Caietanus 3. p. q. 8. art. 1. & q. 90. art. 2. ad 1. Ferrara 4. contra gentes cap. 72. §. Ad euidentiam primi, notabili secundum do. & §. ad cuius dissolutionem Petrus Ledesma de Pœnitentiā cap. 1. conc. 3. in fine. Nuño q. 84. art. 1. du. 14. conc. 3. & ad 2. & q. 90. art. 2. circa ad 1. folio 251. Candidus disquisit. 24. art. 2. du. 5. Cornejo q. 73. art. 1. dis. 2. dub. 5. & ibi Gabriel a S. Vincentio, & latius hic de Pœnitentiā disp. 3. q. 2. dicens communem Theologorum: quod non facile affirmabo.

9 In hoc dubio magna ex parte rati sententiarum diuersitas orta est, quia a non nullis quatuor distinctæ difficultates quæ

quæ in illo includuntur, sub vna confunduntur; & ideo non bene determinantur, nec distincte resolvuntur. Dux enim difficultates de re ipsa distinctæ sunt inquirere, quid requiratur essentialiter ad valorem Sacramenti; & inquirere, quæ sint partes intrinsecæ Sacramenti? Constat enim, quod persona ministri, & causæ efficientes essentialiter exiguntur: & tamen non sunt partes intrinsecæ. Quod insimili notatum est quæst. 60. dub. 5. num. 10. ubi ostendi intentionem non esse partem intrinsecam Sacramenti; & quod essentialiter ad eius valorem exigitur. Dux alia difficultates, quamuis de modo loquendi, etiam sunt distinctæ, quia inconcretis accidentalibus non est idem directum significatum, & illud pro quo supponit. Vnde quæst. 60. dub. 11. num. 15. diximus Sacramenta significare compositum ex materia, & forma; & supponere pro materia connotando formam. Scorsim ergo exponere oportet de pœnitentiâ hæc quatuor; nempe requisita essentialia; partes extrinsecas; directum significatum; & illud pro quo supponit. Ex his patet aditus ad quintam difficultatem intra tractandam, vtrum virtus effectiua gratiæ insit soli absolutioni; an vero etiam actibus pœnitentis?

10 Secundo aduertendum ex D. Thoma quæst. 90. art. 2. quod duplex est pars, vt dicitur in 5. Metaph. textu 7. scilicet pars essentialis, & pars quantitatis. Partes essentialis sunt naturaliter quidem forma, & materia; logice autem genus, & differentia. Hoc autem modo quolibet Sacramentum distinguitur in materiam, & formam, sicut in partes essentialis. Vnde, & supra quæst. 60. art. 5. & 6. dictum est, quod Sacramenta consistunt in rebus, & verbis. Sed quia quantitas se tenet ex parte materiæ, partes quantitatis sunt partes materiæ; & hoc modo Sacramento Pœnitentiæ specialiter assignantur partes: quia in Sacramento Pœnitentiæ actus humani se habent per modum materiæ: & ideo cum plures actus humani requirantur ad Pœnitentiæ perfectionem, ideo Pœnitentiæ assignantur partes materiales.

11 Tertium notandum cum Ferrarilib. 4. contra Gentes cap. 72. in fine, quod Pœnitentiâ est quoddam totum essentialis, & quoddam totum integrale, quemadmodum homo. In quantum enim est totum essentialis, partes eius sunt materia, & forma: in quantum

vero est totum integrale, partes eius sunt partes materiæ. Pars ergo essentialis ipsius ex parte materiæ se tenens sunt actus pœnitentis; pars vero se tenens ex parte formæ, & absolutio Sacerdotis, potestatem clauium habentis: sed partes integrales ipsius sunt contritio, confessio, & satisfactio. Vnde istæ partes simul sumptæ comparatæ ad totum Sacramentum compositum ex materia, & forma, possunt dici pars essentialis Pœnitentiæ: comparatæ autem ad ipsam totam materiam, possunt dici partes materiales eius, & partes integrales. Sicut partes corporis humanæ comparatæ ad totum compositum ex anima, & corpore, sunt eius pars essentialis; comparatæ vero ad solum corpus hominis, dicuntur partes eius materiales, & integrales.

12 Tandem aduertendum, quod sicut Caietanus, & communiter Theologi relati quæst. 60. dub. 10. §. 4. distinguunt in quolibet Sacramento duplicem compositionem, alteram physicam ex materia forma; alteram ex toto composito, & forma totali: Ita pariter in Pœnitentiâ id distinguunt Richardus in 4. dist. 16. ar. 1. q. 1. ad 1. & Araujo q. 84. ar. 1. dub. 3. & Lugo disp. 12. sec. 2. num. 13. & alij: nam est compositio ex signo, & significatione: signum est id quod assumitur ad significandam gratiam significationis causa est institutio, & formaliter est forma rationis quasi afficiens Sacramentum, & eum constituens. Secunda compositio potest considerari in ipsa materia significante; quia hæc componitur ex materia, & forma. Nunc non agimus de prima compositione; sed de posteriori: quia fere omnes supponunt adæquatū substractū significationis Sacramentalis esse totum id, quod vocamus Sacramentum: sicut contingit in alijs Sacramentis; & in concretis artificialibus, & moralibus, vt in moneta, & similibus. Vnde hac via solum, sententiæ non manent concordatæ, vt vult Araujo, cum to-

ra dubitatio sit de posteriori compositione, de qua discordant sententiæ.

(277)



§. II. Exponuntur essentialiter requisita, & partes intrinsecæ Sacramenti Pœnitentiæ.

13 Dico primo, ad valorem, & essentialiter requiruntur tres actus ex parte pœnitentis; nempe contritio, vel perfecta, vel imperfecta, & confessio peccatorum, & pro eis, satisfactio, vel in re, vel improposito; & ex parte Sacerdotis characterem, & iurisdictionem habentis, absolutio, data cum intentione interna vere, & serio absoluendi. Est non solum communis Theologorum, sed quod substantiam, fere expressa in diuersis locis Concilij Florentini in Decreto Eugenij, & Concilij Tridentini: quæ partim relata sunt loquendo de Sacramentis in genere, & parte referuntur conclusionem sequente. Nec eam negant Scotus, aut Durandus, aut Soto. Scotus enim nequaquam asserit sine confessione, & dolore, posse aliquem absolui à peccatis; imò potius aduertit, quod Sacerdos non absoluit pro suo arbitratu, nec quemlibet, sed solum reum, qui se ipsum accusauerit; quia absolutio debet esse solius pœnitentis, & confitentis peccata sua: & quod Sacerdos debet habere iurisdictionem, & verba determinata proferre: Si autem hæc omnia non iudicaret essentialiter requisita, ea non poneret in definitione Sacramenti Pœnitentiæ. Pariter Durandus, cum negant dolorem esse partem Pœnitentiæ, expressè concedit esse dispositionem: & esse adeo essentialem, quod sine illa non valeat Sacramentum, constat ex ipso in 4. dist. 17. q. 13. quia defectu doloris dicit confessionem fore inualem. Quo circa Vazquez dub. 2. à n. 2. vsque ad 5. probare conatur, quod in hoc puncto solum in modo loquendi differant à Thomistis, Scotus, & Durandus, & Gabriel.

14 De Thomistis pro secunda sententiâ relatis, quod in re à tertia communi sententiâ non recedant, euidentissimū est: nam Soto in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. ratione secunda, qua Scotum impugnat, inter alia, ait: Quia, vt Florentina Synodus affirmat, omne Sacramentum constat ex materia, & forma, &c. Item ratione quarta, dicit:

In Sacramento non sola forma est signum, & causa gratiæ Sacramentalis, sed etiam materiæ ratione formæ; & post multa cōcludit. Sed si rationem solum, quatenus est pars Sacramenti consideremus, principaliter concurrat forma, quæ se tenet ex parte Sacerdotis, clauium potestate vti, & ibid. §. Ad aliud, expressè docet, quod forma Sacramenti Pœnitentiæ est de eius essentiali, quia sine illa Sacramentum non perficitur. Quo circa re. Cte Granados contr. 7. de Pœnitentiâ tr. 1. disp. 2. n. 3. refert Sotum pro communi sententiâ: nam id quod ipse speciale dixit, pertinet ad solum modum loquendi. Clarissime, licet in modo loquendi conueniant cum Soto, tamen communem sententiâ docent Petrus Ledesma de Pœnitentiâ cap. 1. conc. 1. & Araujo q. 84. ar. 1. dub. 2. conc. 1. & dub. 3. n. 27. & omnes Thomistæ, qui in ista, & sequenti conclusionem concordant: nam ista fere à solis Hæreticis negatur.

15 Ratio à priori huius cōclusionis non est alia, quam voluntas Christi sic instituentis: quia cum significatio, & causa, litas Sacramentorum, non sit de lege naturæ; sed de institutione ad placitum Dei; nec plura, nec pauciora ad eorum valorem exiguntur, quam quæ explicite, vel implicite ex Dei institutione colligantur. De voluntate autem Dei, & Christi certificamur ex Scriptura, Patribus, & Concilijs relatis. Omnia autem ista essentialiter exiguntur ex institutione, deducitur à Concilio Tridentino, ses. 14. cap. 5. & canone 9. quia Dominus Iesus Sacerdotes reliquit sui Vicarios, vt iudices, ad quod omnia mortalia crimina deferantur, ab eis remittenda potestate clauium, si de eis pœnuerint, & aequaliter satisfecerint, & conuenit se emendare. Sed actus iudicialis iustitiæ cōpensatiuæ, exigit omnes istos actus ex parte pœnitentis, & ex parte Sacerdotis, vt patebit agendo de singulis partibus Pœnitentiæ. Ergo ad huius Sacramenti valorem omnes isti actus essentialiter exiguntur.

16 Dico secundo, actus pœnitentis, & Sacerdotis absoluentis sunt partes intrinsecæ Sacramenti Pœnitentiæ. Ita S. Thomas his tribus articulis, & alijs locis correspondentibus iam relatis. Probatur primo ex Concilio Florentino in Decreto Eugenij, dicente: *Quartum Sacramentum est Pœnitentiâ, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis: forma: Ego te absoluo, &c.* Item ex Conc. Tr. ses. 14. c. 3. asserente: *Docet præterea sancta Synodus, Sacramenti Pœnitentiæ*

hæc forma, in qua præcipue ipſus vis ſua eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe, &c. Et poſt explicatam formam, ſubiungit. *Sunt autem quaſi materia huius Sacramenti, ipſius pœnitentis actus, &c.* Materia autem & forma ſunt partes intrinſice componentes, id cuius dicuntur materia, & forma. Ergo prædictæ ſunt partes intrinſicæ Pœnitentiæ.

17 Dices, Concilia non vocare ſupra dictas abſolute partes, ſed ſolum cum ad dito diminuente, & dictione, quaſi, quo potius innuit non eſſe in rigore partes.

Reſpōdet Soto, §. *Secundo dicere*, quod Concilium non ait, *quaſi*, inſinuans non eſſe materiam vere: ſed eo quod non ſit materia extrinſecus appoſita, vt aqua in Baptiſmo, & Chriſma in Confirmatione.

18 Vazquez vero dub. 2. n. 8. ait. Alius vero eſt meo iudicio ſenſus Conciliorū, cum enim materia propria, & primo dicitur ſubſtātia aliqua, vt in naturalibus, vbi eſt prima materia; & in artificialibus, vbi eſt ſecunda; eſtque integra quædam naturalis ſubſtātia. In alijs Sacramentis materia proxima, vel remotæ ſubſtātiæ quædam exterioris materia locum obtinent: in hoc vero, opera ipſius hominis pro materia aſſignantur: & tam proxima, quam remota ſunt operationes. Ideo ſpecialiter in hoc Sacramento, & in nullo alio, eius materia dicitur quaſi materia, in alijs vero abſolute. Forma vero abſolute dicitur abſolutio, quia forma abſolute communiter dicitur, ſive de ſubſtāntiali, ſive de accidentali. Suarez autem ſec. 3. magis videtur probare hanc rationem, ait namq; ſic Concilia loqui, vel quia tota materia Sacramentalis nō eſt propria; ſed per analogiam ſic appellatur. Vel quia hæc materia non eſt ex aliquo elemento, ſeu corpore ſenſibili, ſicut eſt in alijs Sacramētis. Et hæc poſterior ratio eſt magis propria: nam prior communior eſt alijs Sacramētis, cum tamen in illis non ita loquantur Concilia, ſed abſolute vocent materiam. Item illa prior ratio ad formā poſſet applicari: & tamen Concilia non vocant quaſi formā; ſed ſimpliciter dicunt eſſe formam. Hæc rationes ſimul ſuſtineri poſſunt, dum tamen quod dicitur de Pœnitentia, pariter procedat de Matrimonio, quia etiam in illo loco materia conſtituuntur ipſi actus ſenſibiles, iuxta doctrinam D. Thomæ relata dub. 1. n. 9.

19 Deinde in Concil. Trid. ſeſ. 14. c. 3. in fine abſolute ambæ vocantur partes, illis verbis: *Hæc de partibus huius Sacramē*

ti; anctæ Synodus tradens, &c. Item cap. 2. loquens de differentia inter Baptiſmum, & Pœnitentiā, ait: *Nam præterquā quod materia & forma, quibus Sacramenti eſſentia perficitur, longiſſime diſſidet, &c.* Ergo conſtat hoc Sacramentum materia, & forma, ſicut Baptiſmus: & ruruſ, vt ruruſq; Sacramenti eſſentia perficitur vtraque: ergo ex eis intrinſicè componitur. Idem habetur in Concilio Colenſi, & Moguntino, & in Bulla Leonis X. contra Lutherum.

20. Probaturre ratione generali: vt oſtenſum eſt, q. 60. dub. 10. §. 2. res & verba ſunt partes eſſentiales intrinſicæ Sacramento. Sed actus pœnitentis habent rationem rerum, & materiæ, & ex parte Sacerdotis apponuntur verba. Ergo omnes iſtæ ſunt partes eſſentiales. Licet loquendo de partibus integralibus, à Diu. Thoma, & Theologis, & à Concilio Tridentino, & à Leone X. ſolum numerentur partes, quæ ſunt ex parte pœnitentis; quia vt ait D. Thomas q. 90. artic. 2. *Quia quantitas ſe tenet ex parte materia, partes quantitatis ſunt partes materia: & in prædicta numeratione ſolum intendunt aſſignare partes materiæ proximæ Sacramenti. Non vero agunt de partibus phyſicis eſſentiæ; ſicut neque aſſignant genus, & differentiam, nec mentionem faciunt formæ totalis.*

21 Secundo probatur ratione ſpeciali D. Thomæ q. 90. ar. 2. Nam ille ſunt partes Pœnitentiæ Sacramenti, quæ eſſentialiter, & intrinſicè exiguntur, & ſufficiunt, vt homo pœnitendo recompenſet offenſam, & Deus eā remittat, & deleat: quod conſtat ex ſine institutionis huius Sacramenti. Quod nō eſt gratis omnino dimittere peccata; ſed cū diſcretionem iudicij, cum examine, accusatione, & ſatisfactione, & cum ſententia plena miſericordia, & iudicio. Sed ad hoc eſſentialiter, & intrinſicè, vt pars eſſentialiter completiua, & formalis exiguntur verba Sacerdotis proferentis ſententiam vice Dei, cum illo onere dimittere peccata: & ex parte peccatoris exiguntur tres actus prædicti. Ergo ex iſtis eſſentialiter conſtat hoc Sacramentum. Minorem probat D. Thomas: nam alio modo ſit recompenſatio offenſæ in Pœnitentiā, & inuindicta iuſtitia. Nam in vindictiua iuſtitia ſit recompenſatio ſecundum arbitrium iudicis; nō ſecundū voluntatem offendentis, vel offenſi. Sed in pœnitentiā ſit recompenſatio offenſæ ſecundum voluntatem peccantis, & ſecundum

ſecundum arbitrium Dei in quem peccatur: quia hic non quaeritur ſola redintegratio æqualitatis iuſtitia (ſicut iniuſtitia vindictiua) ſed magis reconciliatio animi: quod ſit dum offendens recompenſat ſecundum voluntatem eius, quem offendit. Sic igitur requiritur ex parte pœnitentis: primo quidem voluntas recompenſandi: quod ſit per contritionem: ſecundo, quod ſe ſubiſciat arbitrio Sacerdotis loco Dei: quod ſit in cōfeſſione: tertio, quod recompenſet ſecundum arbitrium miniſtri Dei: quod ſit in ſatisfactione. Et ideo contritio, cōfeſſio, & ſatisfactio ponuntur partes Pœnitentiæ materiales: & hæc complet pars eſſentialis phyſica; quæ eſt forma, qua vice Dei Sacerdos remittit peccata: & ſic reſpondet ad 4. quod abſolutio eſt pars, ſed non materialis, ſed formalis, & eſſentialis, iuxta ea, quæ præmiſerat initio articuli.

§. III. Pro quo ſupponat, & quid ſignificat Sacramentum?

22 Dico tertio, hoc Sacramentū ſupponit in recto pro actibus pœnitentis; & connotat in obliquo, ſed eſſentialiter, abſolutionem; quæ proferitur à Sacerdote. Ita Soto, & alij Thomiſtæ relat. Probaturre primo ex doctrina generali omnium Sacramentorū, & concretorum accidentalium: nā Baptiſmus eſt ablutio; catedra eſt lignum: de quo late agimus q. 60. dub. 11. §. 2.

23 Specialiter probat Soto ratione tertia apud ipſum: quia oratio hæc: *Sacramentum Pœnitentiæ*: intransitiuè (vt aiunt) accipiendū eſt: ac ſi duas: Sacramentum; quod eſt Pœnitentiā: ſicuti Sacramentū Baptiſmi eſt ipſe Baptiſmus, & Sacramentum Confirmationis ipſa Confirmatio. Quare bene ait S. Thom. quod Pœnitentiā eſt Sacramentum, & Florentina Synodus: *Quartum Sacramentum eſt Pœnitentiā*. Abſolutionem vero, quis dicat (in recto) eſſe pœnitentiā, cum non ſit actus pœnitentis? Etenim vt habetur in libro de vera, & falſa pœnitentiā, cap. 10. qui quidem liber tamquam S. Auguſtini reſertur, pœnitere, eſt penam tenere. Vnde ſupponit pro actū pœnitentis abſoluedi, & non directè pro abſolutione.

24 Quod confirmatur ex eo, quod in Concilio Tridentino ſeſ. 14. cap. 2. in ſi-

ne dicitur, quod merito à ſanctis Patribus Sacramentum Pœnitentiæ laborioſus quidam Baptiſmus dictum fuerit. Quod directè quadrat actibus pœnitentis. Item vocatur à ſanctis Patribus *Exomologeſis conſcientiæ*. Iuxta quod Tertulde orat. cap. 6. ait. *Exomologeſis eſt petitio veniæ, qua qui petit veniam, actum conſitetur, &c.* S. Cyprianus ſermone de lapſum. 98. ait: *Apud Sacerdotes Dei doleat, & ſimpliciter conſitentis, exomologeſis conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exſolvunt.* Vbi multa ex Patribus Pameliis, & ad librum Tertuliani de Pœnitentiā n. 53. & Baronius to. 1. anno 36 circa medium. Quamuis autem S. Auguſt. lib. 2. de Adulterinis coniugijs, cap. 16. etiam appellet *reconciliationem*; & ſic vocetur à fidelibus, & importet condonationem, & remiſſionem: non tamen hoc importat ſignificatum directum; & multo minus totale. Vnde non ſequitur, quod in recto, vel totaliter hoc Sacramentum ſupponat pro forma.

25 Dico quarto, ſignificatum adæquatū huius Sacramenti, ſunt quatuor partes iam directè, tres materiales ex parte pœnitentis, & forma prolata à Sacerdote ex parte formæ. Probaturre primo ratione generali, quia de omnibus Sacramentis diximus, q. 60. dub. 11. §. 3. Quod ſignificant compoſitum ex rebus, & verbis: & hoc eſt ſubſtractum ſignificationis Sacramentalis. Secundo, ſpecialiter probatur rationibus ſecundæ conſequentiæ: quia Sacramentum hoc ſignificat iudiciū, in quo eſt reus ſe accuſans, dolens de præterito; & cauens de futuro; & eſt index dimittens vice Dei culpam, & iniungens ſatisfactionem. Totum autem hoc non ſignificatur adæquatè, niſi exprimitur; & ſignificetur totum Sacramentum. De intentione autem iam diximus quaſt. 60. dub. 15. quod licet eſſentialiter exigatur; non tamen eſt pars intrinſeca; nec directè ſignificatur à Sacramento: ſicut nec aliæ eſſentiales conditiones; vt quod homo ſit baptizatus, & viator, &c.



§. IV. *Contritio interior non est pars Sacramenti tantum: sed est res, & Sacramentum simul.*

26 **D**ico quinto, valde probabile est, contritionem esse partem intrinsecam Sacramenti Pœnitentiæ. Hæc est *communior Theologorum*. Probatur primo ex Concilio Florentino, & Tridentino, docentibus partem Sacramenti Pœnitentiæ esse ipsos pœnitentis actus, inter quos primo, & præcipue numerant contritionem cordis. Secundo probatur rationibus primæ, & secundæ conclusionis, quæ hanc videntur probare.

27 Dico sexto probabilius est, quod contritio interior per Sacramentum Pœnitentiæ importatur essentialiter; sed in obliquo per id quod est Sacramentum tantum: per id autem quod est res, & Sacramentum simul, importatur essentialiter, in recto, imò, & adæquatè: vnde pax & consolatio interior non est res, & Sacramentum in Pœnitentiâ: sed hæc est aliquid consequutum ex re tantum, quod est remissio peccati. Has duas ultimas partes satis ostendi, q. 60. dub. 16. §. 4. & 5. Prior pars constat ex prima, & secunda conclusione. Vnde solum restat probatione secundæ pars assertionis. In primis est D. Thom. q. 84. art. 1. ad 3. dicentis: *Quod etiam in Pœnitentiâ est aliquid quod est Sacramentum tantum, scilicet, actus exterior exercitus, per peccatorem pœnitentem, quam etiam per Sacerdotem absoluentem, res autem, & Sacramentum est Pœnitentiâ interior peccatoris: res autem tantum, & non Sacramentum, est remissio peccati.* Fere totam conclusionem docet, quia in partibus Sacramenti tantum non numerat directè internam contritionem. Idem docet q. 90. art. 2. ad 1. & lib. 4. Sententiarum, dist. 14. q. 1. art. 1. quæst. 1. ad 2. ait. *Quod in hoc Sacramento sunt aliqua res, scilicet, ipsi exterioriores actus, & aliqua verba, scilicet, Sacerdotis absoluentis, quæ sunt forma huius Sacramenti, quibus exprimitur absolutionis actus.* Et dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. ad 1. & dist. 22. q. 2. art. 1. q. 2. ad 3. ait. *Quod tres partes pœnitentiæ sunt, & in Pœnitentiâ exteriori, & in interiori: quia confessio, & satisfactio, quæ videntur tantum ad exteriorem Pœnitentiâ pertinere, inveniuntur in interiori*

Pœnitentiâ quantum ad propositum, & præ meditationem eorum, & etiam contritio, quæ videtur tantum interioris Pœnitentiæ esse, inveniuntur in Pœnitentiâ exteriori secundum quoddam signa, quibus sensibiliter manifestatur, vel alijs, vel saltem ipsi pœnitenti, quæ dolorem sensibilem percipit in se ipso.

28 In quibus autoritatibus rationes plures indicantur. Prima, quia in omni Sacramento omnes partes Sacramenti tantum sunt aliquid per se sensibile, quod significat, & non significatur: quia de causa q. 73. dub. 2. diximus Corpus Christi verum non esse partem Sacramenti tantum. Sed contritio est aliquid spirituale, & insensibile, & nõ manifestatur, nisi per aliud. Ergo, licet essentialiter exigatur, & necessario connotetur; non tamen directè, & in recto importatur.

29 Secunda, non minus ad valorem Sacramenti exigatur quod confessio sit voluntaria, & quod homo proponat emendam, & satisfactionem, & restitutionem rei ablata, quam quod præcedat aliqua attritio, vel contritio. Et tamen iste voluntates non ponuntur a Theologis partes intrinsecæ Sacramenti Pœnitentiæ: alioquin insufficienter Concilia, & Theologi numerassent tantum tres partes materiales Sacramenti Pœnitentiæ. Ergo nec contritio interior est directè pars Sacramenti tantum; sed potius ipsi actus manifestantes hominem attritum, & pœnitentem accedere.

30 Tertiam rationem indicat S. Thomas in 4. dist. 26. q. 2. art. 1. ad 2. dicens: *Et ideo sicut Pœnitentiâ non habet aliã materiam, nisi ipsos actus sensui subiectos, qui sunt loco materialis elementi; ita est de Matrimonio. Quæ ratio dupliciter potest formari. In primis a priori. Id quod est pars materialis Sacramenti, est aliquid sensibile: quia materiale distinguitur non solum contra formale, sed etiam cõtra spirituale. Sed contritio, sicut & omnes actus pœnitentis, sunt partes materiales Sacramenti, supra quas cadit absolutio, quæ est formæ determinatio, & Sacramenti constitutio: iuxta illud S. Augustini tract. 80. in Ioannem: *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Ergo contritio solū vt sensibilis componit Sacramentū tantū: & ita directè ipsi actus externi importantur, & solū indirectè actus interni.*

31 Vel argui potest a paritate Matrimonij: quia in illo sicut in Pœnitentiâ, nõ instituit Christus pro materia proxima, vel remota, ex qua componatur

Sa.

Sacramentum, aliquid materiale, distinctum ab actibus contrahentium; sed ipsas operationes, in quibus consistit humanus contractus eleuauit Deus, vt essent Sacramentum. Sed ibi pro parte materiali Sacramentum tantū Theologi assignant actus externos contrahentium, & non internos consensus, vt suo loco dicetur: quæuis sine interno consensu non valet Matrimonium. Ergo quæuis sine contritio ne aliqua perfecta, vel imperfecta non sit validum Sacramentum Pœnitentiæ; tamen partes Sacramenti tantum solum sunt actus sensui subiecti.

31 Adhucque potest vrgeri hæc ratio, & præcedentes confirmari: quia minus sensibilis est forma Sacramenti, quæ eius materia: quod constat ex analogia ad composita naturalia ex forma, & materia: & ad composita artificialia: quia semper forma est abstractior: & vt dicit D. Thomas 1. p. q. 7. art. 1. *Forma non perficitur per materiam, sed magis per eam eius amplitudo contrahitur.* Sed forma Pœnitentiæ in recto, nec partialiter, importat aliquid spirituale; quamuis sine autoritate, & intentione seria absoluendi, Sacramentū sit inualidum. Ergo contritio interior in recto non est pars intrinsecæ.

32 Sed obiicit Lugo sec. 2. n. 21. & 39 quia posita confessione, & absolutione, si desit omnis dolor de peccatis, non datur validum Sacramentum: ergo non sola Confessio, & contritio, & absolutio componunt intrinsecè hoc Sacramentum, sed etiam contritio, sine qua non valet Sacramentum.

Respondetur concedendo antecedens (quod est conforme Concilio, & probatur rationibus adductis pro prima, & secunda conclusione), & negando consequentiam, quam ipse non probat, sed vt per se notā supponit. Nobis vero manifestum videtur consequentiam esse nullam: quia confundit conditiones essentialiter, & causas extrinsecas essentialiter requisitas, cum partibus intrinsecè componentibus: & tamē constat plus ad istas exigere, quam ad illas. Quod latè ostendimus q. 60. dub. 15. Vnde licet sine dolore interno Sacramentū nõ valeat, nõ sequitur contritionem esse partem intrinsecam. Sicut non valet, si pœnitens non sit baptizatus, vel non habeat peccata, vel Sacerdos non habeat iurisdictionem, vel intentionem: & ista ab alijs Theologis non dicuntur partes intrinsecæ Sacramenti Pœnitentiæ: quia ex parte pœnitentis tres tantum enumerat Conciliū

Tridentinum scilicet 14. can. 4.

33 Ex quibus elicies nõ bene Gabrielem & S. Vicentio disp. 3. q. 2. folio 121. hostiam probare cõclusionem hac ratione, illa sunt partes essentialiter, & in recto importatæ Sacramenti Pœnitentiæ (quod est quoddam spirituale iudicium, vt ex verbis Ioannis 20. *Quorum remisistis peccata remittuntur eis*: colligit Concilium Tridentinum scilicet 14. can. 3.) quæ sunt tales in iudicio externo. Sed in iudicio externo partes essentialiter sunt solum rei accusatio, & iudicis sententia; & non dolor rei de commisso delicto. Ergo id ipsum dici debet de iudicio pœnitentiæ. Minor probatur: nam potest iudex reum absolueret, etiam si delicto non doleat, vel complacētiam habeat. Nec ad iudicij essentialiter pertinet, quod reus habeat, vel nõ habeat delicti patrati complacētiam. Vnde si quis delicti fingeret displicentiã, & ob id a iudice absolueretur, certe bene absolutus esset.

34 Hæc tamen ratio, si probaret, cõvinceret validum esse Sacramentum, cõlatum illi, qui habet complacētiam de peccato commisso. Ostenderet quod integram, & perfectam peccatorum remissionem in Sacramento, non exigi contritionem: cuius contrarium diffinit Concilium Tridentinum scilicet 14. canon. 4. Vniuersaliterq; ex illa sequeretur, quod nec in obliquo essentialiter exigetur contritio. Quæ tamen nedum Theologus, sed nec Christianus admittere potest, vt suo loco dicetur.

35 Est ergo differentia inter iudicium externum, & iudicium Pœnitentiæ, quam insinuat D. Thom. q. 83. art. 3. ad 3. & q. 90. art. 2. nam iudices humani indicant; vel ad vindicandum, vel ad reddendum, quod iniuste erat ablatum: vnde ibi intenditur redintegratio iustitiæ, vel vindictiua, vel commutatiua, vel distributiua. In hoc autem Sacramento non queritur sola redintegratio æqualitatis iustitiæ; sed magis reconciliatio amittitiæ: quod nec apud homines, nec apud Deum, fit sine dolore præteriti, & satisfactione, & captione in futurum. Igitur non sic est negandū, quod contritio sit pars intrinsecè componens Sacramentum, quod deueniatur in aliud absurdum, quod sine vlla contritione est validum, & fructuosum Sacramentum: nam

hoc est a parte contra Tridentinum, Concilium illo canone 4. *Resurrendum ergo ad alias rationes.*

Bz

S.V

§.V. Vtrum actus pœnitentis concurrant partialiter ad causandam gratiam?

36 Solum restat determinanda hæc difficultas, vt complete dubio proposito finem imponamus. Negatiuam sententiam videtur docere D. Thomas in 4. dist. 22. q. 2. art. 1. q. 1. ad 2. dicens: *Pœnitentia exterior, quæ est signum Sacramentale in hoc Sacramento, representat cooperationem recipientis, & non in salutem, quæ est ex parte agentis extrinseci: & ideo non competit ei, quod gratiam aliquo modo causet.* Idem indicat in q. 28. de verit. art. 8. ad 2. Quia propter Ferrarum libro 4. contra Gentes, cap. 72. §. *Præmittendū tertio*, docet, quod materiale in Sacramento Pœnitentiæ nullo modo est causatiuum gratiæ efficienter; sed sola absolutio in clauium facta. Et quando S. Thomas 3. p. q. 86. art. 6. etiam actibus Pœnitentis tribuit causalitatem, intelligitur non secundum se; sed vt ex ipsis, & eo quod est formale fit vnum. Idem tenet Vega lib. 13. in Tridentinum capit. 15. *Quia ille confert gratiam, qui peccata dimittit; sed non ipse pœnitens sibi, sed Sacerdos vice Christi peccata dimittit. Ergo solus Sacerdos gratiam confert.*

37 Oppositam sententiam defendit Caietanus art. 2. notab. 3. probans ex D. Thoma art. 1. ad 3. & q. 86. art. 6. & quia ex materia, & forma fit vnum Sacramentum, quod totum causat remissionem peccati ratione vtriusque partis: principalius quidem ratione formæ; secundario autem ratione materiæ. Nam actu pœnitentis, ex hoc ipso, quod pars efficitur Sacramenti, vtitur Deus vt parte materiali sui instrumenti ad causandam remissionem peccatorum. Sicut ex hoc ipso quod aqua assumitur ad baptizandum, vtitur illa Deus vt parte materiali sui instrumenti ad regenerandum filios suos. Idem tuetur Soto dist. 14. q. 1. art. 1. ratione 4. referens Alensium 4. part. q. 60. membro 2. Richardum in 4. dist. 16. ar. 1. quæst. 2. Sequitur Nuño ar. 1. dub. 4. ad 4. Cano Relec. de Pœn. part. 5. dub. 1. Ioan. à Cruce de Pœn. q. 1. dub. 4. Araujo ar. 1. dub. 2. conc. 2.

38 Alios multos referunt, & sequuntur Suarez disp. 18. sec. 2. à num. 13. vsque 16. Coninch disp. 4. dub. 4. in fine. Lean-

der trac. 5. disp. 1. q. 3. & istitres ita fauent huic sententiæ, quod à prima non longè distent. Suarez enim n. 14. dicit, quod cū Confessio sit prius absoluta, quam profertur forma, & inchoetur absolutio, per se ipsam proximè, & immediatè non efficit; quia cū sit effectus, iam ipsa non est. Pariter tunc non est satisfactio; & ideo nec efficit. Si verò contritio simul cõcurrat cum absoluteione, probabile esse habere Sacramentalem efficientiam ex opere operato: & de hac potissime loquitur D. Tho. Num. etiam 16. aduertit non esse concedendum, quod pœnitens remittat sibi peccata, vel conferat sibi gratiam: sed solus Sacerdos, cui data est potestas remittendi peccatum. Vnde si actus pœnitentis concurrunt ad gratiam, est quatenus coniunguntur cum forma (quæ est actus ministri) & ab illa quasi eleuatur ad talem effectum: & ideo talis effectus proprie tribuitur soli Sacerdoti tamquam ministro.

39 Amplius vult Lugo sec. 2. nu. 34. esse concedendum quod actus pœnitentis, & Sacerdotis concurrunt partialiter ad causandam gratiam, tamquam partes scilicet illius virtutis motiuæ, qua verba Sacerdotis mouent Deum: quia verba non habent virtutem completam, nisi vt à talibus circumstantijs, & actibus pœnitentis denominantur esse verba prolata ex potestate, & authoritate Christi. Item Auerfa q. 8. sec. 1. circa finem dicit, quod supponendo, non physice, sed tantum moraliter Sacramenta conferre gratiam; facile est dicere vtramque partem coniunctam, confessionem, & absoluteionem habere hanc efficientiam per modum signi.

40 Michi autem cum Thomistis hæc sententia est defendenda adhuc tenendocum D. Thoma Sacramenta esse causas instrumentales physicas. In primisque D. Thom. art. 1. ad 3. expresse loquitur de actibus externis consentis, & absoluentis: & omnes simul sumptos docet esse causam pœnitentiæ interioris. Ergo explicatio Suarez non consonat D. Thomæ hic: nec infra q. 86. a. 6. Deinde illa difficultas de distantia æque locum habet in omnifere Sacramento, nam licet moraliter soleant simul apponi materia proxima, & forma; non tamen est necesse, quod sint simul physice, & quia sunt vnum reali ordine artificiali eleuata à Deo ad vnum effectum, diximus quæst. 60. esse vnum ex rebus, & verbis: & quia sunt vnum insignificando, sunt vnum in causando; si quidem efficiunt, quod significant; iuxta dicta

dicta quæst. 62. specialiter D. Thomas quæst. 90. artic. 3. ad 3. docet partes Pœnitentiæ habent ad inuicem ordinem vnitatis, & temporis; quia sunt actus: non autem ordinem situs; quia non habent positionem. Et tamen istum ordinem sufficere vt sint vnum Sacramentum, iam explicuimus dub. 1. in fine ex D. Thoma, & ipse Suarez admittit: ergo sufficit vt sit vna causa.

41 Nec contrarius est D. Thomas lo cis adductis pro prima sententia; vel quia, vt vult Caietanus, eam retractauit 3. p. Vel quia ibi loquitur de actibus pœnitentis seorsim; alibi vero de eis vt coniunctis, & eleuatis ab actibus Sacerdotis. Vel quod magis credo, loquitur de causalitate primaria instrumentali, quæ negatur actibus pœnitentis; & solum conuenit eis causare secundario, & quali remotè. Vnde ait D. Thomas illo art. 6. *Quod remissio culpæ est effectus pœnitentiæ; principaliter quidem ex virtute clauium, quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id quod est formale in hoc Sacramento.* Ideoque Concilium Tridentin. sess. 14. cap. 3. ait, quod in forma Sacramenti Pœnitentiæ *præcipue ipsius vis sita est*: ergo aliqua vis est in materia. Sed quia effectus præcipue formæ tribuitur, soli Sacerdoti tribuitur, quod peccata dimittat, sed peccatore cooperante. Vnde rectè Soto ratione 4. ait: *Haud enim solum quia homo absoluitur, sed quia contrititur, confitetur, & absoluitur, recipit gratiam: sicut & in Baptismo, quia sub tali forma abluatur.* Et postea exponit, non solum hoc debere tenere, qui dicunt esse conditiones sine quibus non, & causas morales; sed nos qui dicimus tamquam vera instrumenta Dei concurrere; sicut actus contrahentium Matrimonium, qui sunt materia, & forma Sacramenti: & solum habent successionem temporis, & non sunt physice simul. Vnde ipse Soto in solutione ad 2. in fine concludit. *Ex quo fit, vt in hoc Sacramento non requiratur, vt materia, & forma eo tem temporis momento concurrant.* Diffinitionem Sacramenti Pœnitentiæ, post explicatam materiam, & formam, oportuissè trademus. De re, & Sacramento simul, contra sententiam de ornatu, vid. Caietan. contra Lugo, qua dixi q. 60. dub. 6. contra Bernal, videatur Vazquez, & Caspensis.

DVBIVM TERTIVM.

Vtrum peccata sint propria materia huius Sacramenti?

§. I. Sunt materia remota.

1 Respondet S. Thom. ar. 2. quod duplex est materia, scilicet proxima, & remota; sicut statua proxima materia est metallum; remota vero aqua. Dicitur autem ar. 1. ad 1. & 2. *Quod materia proxima huius Sacramenti sunt actus pœnitentis; cuius materia sunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitentur, & pro quibus satisficit. Vnde relinquitur, quod remota materia Pœnitentiæ sunt peccata, non acceptanda; sed detestanda, & destruenda.* Vnde quosdam reprehendit Apostolus 2. ad Corint. 12. *Quod non egerunt Pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impietate, quam gesserunt.* Contra positionem paradoxam D. Ioseph Ianuarij. r. p. Ref. 25. asserentis, quod actus pœnitentis sunt materia remota, vide quæ diximus infra q. 90. art. 2. dub. 2. Sed obijcies: nam reatus pœnæ est materia satisfactionis; & tamen non est materia Sacramenti Pœnitentiæ: quia Christus solum dedit potestatem absoluenti à peccatis: *Quorum remisistis peccata, &c.* Ergo ex eo quod peccata sunt materia actuum pœnitentis non bene inferitur, quod sunt materia. Respondetur certum esse, id quod notat Suarez disp. 18. sess. 1. n. 11. quod licet quis dicat se habere reatum pœnæ temporalis ex confessione priori relictum, non potest Sacramentaliter absolui, nisi culpam confiteatur: nam ad hanc remittendā est directe data potestas; ad pœnam vero solum, vt quid accessorium: vt patet ex verbis Christi, & ex sensu, & vsu Ecclesiæ. Dubium vero restat de modo loquendi an secundario etiam concedi possit, quod pœnā est materia: quia etiam tollitur vsu clauium, & ex opere operato? & qui si sic loqueretur, nullo firmo argumento impugari posset.

2 Doctrina hæc est cõmunis Theologorū; Duo tamen circa eā bene notat Soto

in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. Primo ait, quod an maduertendum est hic discrimen inter actus poenitentis, qui sunt materia proxima; & peccata, quae sunt materia remota. Haud enim dicuntur materia remota, quia ex ipsis directe conficiuntur actus poenitentis; sicut ex aqua, & terra congelatur metallum, quae est materia statuae; aut sicut extritico fit massa, quae est materia proxima panis. Sed quia sunt obiecta eorundem actuum, non facienda, ut obiectum virtutum; sed expulsa, & reprobata, sicut stupa est materia ignis. Et ideo actus poenitentis eo dicuntur materia proxima, quia sunt partes Poenitentiae; adque adeo Sacramenti simpliciter, & proprie materia ex qua: peccata vero potius dicuntur obiecta, quae per Poenitentiam expelluntur: atque adeo materia circa quam.

3 Notat praeterea, quod etiam peccator solet dici materia, ut ait S. Thomas Opusc. 2. 2. cap. 4. & Gerson in floribus moralibus. Alia tamen ratione, scilicet, quia est subiectum recipiens Sacramentum, cuius gratia sanctificatur, & perficitur. Nec S. Thomas illo Opusculo absolute, & simpliciter peccatorem appellat materiam; sed cum addito, & conditione. Verba enim eius sunt. *Ipsa autem peccator confitens est sicut materia in hoc Sacramento. Unde verba absolutionis super eum prolata efficiunt Poenitentia Sacramentum.* Vbi, praeterquam quod solum dicit, quod est sicut materia; loquitur de peccatore confitente: & ita magis de actibus ipsius quam de ipso. Ad tollendam autem equiuocationem; distinguipotest cum ipso D. Thomas 1. 2. q. 55. art. 4. & dicit, quod materia circa quam sunt peccata, & materia in qua est subiectum. Sicque concordari possunt Gabrielem in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. dicens esse impropiam loquutionem asserere, quod peccator est materia Sacramenti Poenitentiae. Et Abulensis q. 46. in cap. 16. Matthaei, dicens esse loquutionem propriam. Quos distinctione data concordat Araujo art. 2. dub. 1. n. 3. & Nuffo ibi initio commentarij.

4 Quod si inquiras, quae peccata sunt illa, quae sunt propria materia huius Sacramenti? Respondetur cum D. Thomas ad 3. quod Poenitentia quodam modo est de quolibet peccatorum genere: non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali mortali, est Poenitentia proprie, & principaliter. Proprie quidem, quia proprie

dici mur poenitere de his, quae nostra voluntate commissimus. Principaliter autem, quia ad deletionem peccati mortalis hoc Sacramentum est principaliter institutum. De peccatis autem venialibus est Poenitentia proprie, in quantum sunt nostra voluntate facta: non tamen contra haec principaliter est hoc Sacramentum institutum. De peccato vero originali Poenitentia nec principaliter est (quia contra ipsum non ordinatur hoc Sacramentum, sed magis Baptismus) nec etiam proprie: quia peccatum originale non est propria voluntate per actum: nisi forte in quantum voluntas Adae reputatur nostra, secundum modum loquendi, quo Apostolus dicit ad Rom. 5. *In quo omnes peccauerunt.* In quantum tamen large accipitur Poenitentia pro quacumque detestatione rei praeteritae, potest dici Poenitentia de peccato originali; sicut loquitur Augustinus in libro de vera, & falsa Poenitentia c. 8. to. 4. & in lib. de Poen. max. dic. cap. 2. to. 9.

§. II. Qua poenitentia sit de originali.

5 Hoc quod D. Thomas hic de Poenitentia peccati originalis docet, impugnat Ioannes de Medina Codice de Poenitentia trac. 1. q. 3. in principio, dicens, quod sine proprie, siue large accipiat Poenitentia, non est necessarium de originali peccato poenitere. Quia de hoc nullum extat praecipuum: quia omnia loquuntur de peccatis a nobis commissis. Nec est necessarium ad delendum originale, cum deleatur Baptismo, & actu Charitatis. Et quia ad remissionem peccati, quod sine consensu nostro fuit contractum, non requiritur proprius consensus. Unde Innocentius Tertius cap. *Maiores, de Baptismo, & eius effectu*, quoad hoc ponit differentiam inter originale, & actuale. Tum etiam, quia poenitentia, siue proprie, siue large sumpta, poena sensus est: pro originali autem peccato non poena sensus, sed sola poena damni debetur, ut est communior Doctorum sententia, quam etiam approbat Innocentius ubi sup. Denique si ratio D. Thomae conuinceret, similiter esset poenitendum de vita praesenti, quae hic viuimus, cum etiam haec vita materialis impedimentum sit gloriae: quando quidem non potest homo hic viuere, & Deum videre, ut tradunt Doctores, post

Au-

Augustinum, super illud Exodi 33. *Non videbit me homo, & uiuet.* Idem docet Vazquez q. 84. art. 2. ad n. 4. ad 6. probans non esse praecipuum aliquod poenitendi de peccato originali, nec habere tedium illius. Nec de peccato originali loquitur S. Augustinus, cum deponatur in Baptismo; sed de effectu, qui manet, loquitur, nempe de mortalitate.

6 Coeterum Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. ad 3. Corrolario secundo, ait, quod haec sententia D. Thomae, est S. Augustini locis citatis, ubi ait, per totam istam vitam debere nos originalis poenitere: quia impedimentum est assequendae gloriae. Vbi dicit non illam Poenitentiam esse necessariam ad delendum originale: quod certum est per Baptismum remitti: sed ad roborandum desiderium gloriae, cuius est impedimentum. Quare, poenitere, non accepit, nisi pro tædere, & tristari de effectibus illius peccati; nempe, quod onus corruptibilis corporis aggrauantis animam toleramus. Secundo, quod S. Thomas in 4. sententia dixit, debet, hic non dixit nisi moderatius, potest esse Poenitentia. Haec Soto.

7 Michi tamen asserendum videtur, quod possumus, & tenemur poenitere large, seu detestari peccatum originale ut est impedimentum aeternae vitae consequendae. Vtrunque docuere S. Augustinus, & D. Thomas. Si enim S. Augustinus, ut Vazquez fatetur, ait. *Altera vero Poenitentia est, cuius actio per totam istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primo, quia vitam aeternam, in corruptibilem, immortalemque nullus desiderat, nisi eum vita huius corruptibilis, mortalisque poeniteat.* Hic non loquitur solum de desiderio aeternae vitae; sed loquitur de detestatione effectuum peccati originalis, quae est detestatio, & tedium ipsius radice a quo isti effectus, & haec uulnera processerunt. D. Thomas hic dixit, quod possumus, & in 4. dixit, quod debemus: & utriusque est verum, propter rationem, quam assignat in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. q. 2. dicens. *Large autem potest dici Poenitentia omnis displicentia mali praeteriti, & sic in eo, qui liberum arbitrium habet, debet esse Poenitentia de originali: quia ex hoc ipso, quod alicui placet aliquid, displicet ei, quod ad illud impedimentum praebet. Peccatum autem originale impedimentum gloriae fuit, ad quam quilibet desiderio tendere debet.* Peccatum originale fuit malum totius naturae, & per illud mors in-

trauit, & coelum clausum est: vnde desiderium gloriae includit displicentiam peccati originalis, & effectuum illius. Quamuis nec possit de illo esse stricta Poenitentia; nec haec displicentia exigatur ad illud delendum, nec ex aliquo praecipuo positio: bene tamen ex amore beatitudinis; Afferuntque non nulli illud Psalmi 50. Dauid enim poenitens ait. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.*

§. III. De actualibus, & venialibus.

8 Peccata vero actualia mortalia sunt materia principalis, & propria, quia ad illa remittenda hoc Sacramentum est institutum principaliter. Sunt etiam materia necessaria, quia licet sine illis de solis venialibus valeat Sacramentum; tamen illa remitti non possunt sine hoc Sacramento in re, vel in voto: quia dicit Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 2. in fine: *Est autem hoc Sacramentum Poenitentiae lapsis post Baptismum salutem necessarium.* Quod de lapsis in mortale, exponit cap. 5. & diffinit canone 7. ideoque haereticum esset id negare.

9 De peccatis autem venialibus Franciscus Ossuna Alphabeto secundo tract. 4. cap. 5. littera d, asseruit peccata venialia non esse sufficientem materiam Sacramenti Poenitentiae; & quod quando quis sola venialia confitetur, & absoluitur, non recipit gratiam ex opere operato. Haec tamen positio haeretica est: meritoque Illustrissimus Fr. Antonius, Soto Maior Generalis Inquisitor in indice expurgatorio anni 1640. eam deleri iussit. folio 425. Ediametro enim pugnat cum doctrina Concilij Tridentini sess. 14. cap. 5. dicentis. *Nam venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, & in qua frequentius lahimur, quamquam recte, & utiliter, citraque omnem praesumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat; taceri tamen citra culpam, multisque alijs remedijs expiari possunt.* & can. 7. anathema dicit in eos, qui dixerint: *Nam licet re confiteri peccata venialia.* Idem constat ex Leone X. in condemnatione art. 8. contra Lutherum. Ratioque est plana, quia cum haec peccata nostra voluntate committantur, proprie possumus de illis poenitere: ac proinde ea confiteri Sacerdotibus, quorum potestas ad omnia delenda

da extenditur: quia absque vlla limitatio-
ne eam dedit Christus.

DVBIVM QVARTVM.

*De peccatis dubijs, an possint
esse debeant esse materia
Confessionis?*

§. I. Sententia Doctorum.

Primus, qui in dubium vertit;
quod peccata dubia absque du-
bio debent vt dubia exponi confessorio,
fuit P. Henriquez libro 8. de Eucharistia
c. 45. in Glos. lit. P. docēs, quod est dubitans
est in equilibrio, ne vera potest praestare depo-
nere dubiam conscientiam, & sic excusatur a
praecepto. Sed in mortis articulo expediret
confiteri, si facilem non habet contritionem,
aut aliud Sacramentum, ne se exponat peri-
culo damnationis. Hæc Henriquez, qui ci-
tat Paludanum, S. Antoninum, & Tabie-
nam: sed loquuntur in casu opinionis pro-
babilis: nam in casu dubij absque omni
dubio Patriarcha Petrus de Palude se-
quitur sententiam D. Thomae, & com-
munē, vt expresse patet in 4. dist. 21. q. 2.
art. 3. conc. 3. n. 14. idem videri potest in
Sancto Antonino 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 8.
& in omnibus alijs Thomistis antiquis,
& recentioribus; quia nullus in puncto
isto recedit a D. Thomae, & sic P. Tho-
mas Sanchez lib. 1. in Decalogum cap.
10. n. 66. S. Antoninum Petrum de Palu-
de, & Tabienam vere refert pro senten-
tia D. Thomae vnde est impostura oppo-
situm eis tribuere.

2 Sententiam tamen Henriquez re-
fert, & sequitur Granados contrauersa
sexta de Eucharistia, tract. 10. disp. 7. nu-
13. in fine, asserens, dicit Henriquez: *in ve-
ro dubio an habeas peccatum lethale, posse
accedere ad Eucharistiam sine confessione,
deponendo dubium. Et videtur colligi ex Tri-
dentino dicente, confessionem esse praemitten-
dam, quando quis est sibi conscius peccati
mortalis; dubitans enim non est conscius.*
Hæc Granados. Sed videtur in sententia
non persistere: nam contrauersa 7. qua
est de Poenitentia, tract. 9. disp. 7. ex pro-
fessio quaestione disputans, sententiam
D. Thomae, dicit certam omnino est enim
(inquit n. 3.) res hæc communi Autho-
rum antiquorum, & recentiorum pro-

bata. Imo Henriquez lib. 2. de Poeniten-
tia cap. 3. §. 7. & capi. 4. §. 5. id ipsum do-
cet. Imo in loco libri 8. supra relato di-
ferte docet, peccata dubia consistenda
esse. Quare quod ibidem innuere videtur,
dum fauet parti contrariae, reijciendum est:
vel intelligendum de dubio minus pro-
prio, quod nimirum probabili ratione de-
poni possit. Hæc ibi. Neuter ergo, videli-
cet, Henriquez, aut Granados pro ista sen-
tentia intrepide citari possunt: sed melius
pro contraria, quia mens Authorum ex
locis, vbi quaestionem ex professo exami-
nant, colligenda est; & non ex vno verbo
obiter, vel inconsiderate prolato.

3 Expressius id docuit Coninch to.
2. in 3. p. disp. 7. dub. 8. conc. 2. n. 69. di-
cens. Qui negatiue dubitat an aliquid fe-
cerit, quod credit esse peccatum, non te-
netur confiteri: quia ad hoc requiritur vt
saltem probabiliter possim iudicare me
peccasse, quod talis nequit facere, & in-
fra. Secus est de eo, qui scit se aliquid fe-
cisse, negatiue tamen dubitat an sit pecca-
tum mortale: hic enim tenetur confiteri.
Ratio est, quia talis scit se aliquid com-
mississe, quod est accusabile in illo foro:
& nequit vllum ferre iudicium quale sit.
Quare nullo modo potest probabiliter
iudicare non esse peccatum mortale, aut
non esse materiam necessariam confes-
sionis. Hæc ibi, quam autem in conse-
quenter procedat in secundi casus res-
pensione, notat Lugo disp. 16. n. 69.

4 In vtroque tamen casu in dubio nō
teneri extra mortis articulum aliquem
confiteri, dicit Laymam lib. 1. tract. 1. ca.
4. §. 4. n. 37. meticolose tamen, nam con-
cludit. *Verum in hac re nihil determino; sed
aliorum iudicio committo.* Praepositus q. 5.
de integritate confessionis dub. 3. n. 119.
& 120. dicit *videri speculatiue probabilem,*
sed in praxi non esse recedendum a com-
muni. Vt probabilem proponunt Ami-
cus disp. 13. sec. 3. n. 55. & Bossius to. 1. pa.
2. tit. 1. §. 48. nu. 1754. Martinon tract. 3.
disp. 50. sec. 8. n. 91. asserunt. Marehan-
tius in Tribunali Sacramentorum tract.
4. tit. 6. q. 5. Marchinus de Sacramento
Ordinis tract. 2. parte. 3. cap. 1. n. 17. Mar-
tinus a S. Ioseph de Poenit. tract. 6. n. 1. Ex
professo Ioseph Ianuarius tomo 1. Reso-
lutione 20. & to. 2. Resol. 69. n. 6. Ferran-
tinus de Scandalo, q. 77. Caramuel in
Theologia Morali libro 3. de conscien-
tia dictamine disp. 4. art. 1. & in Theolo-
gia sūdamerāli sūdameto. 66. a. n. 1473. in
editione tertia Lugdun. a fol. 543. vsq. 571
Om-

Omnes isti solum loquuntur in casu,
quod dubitet se peccasse mortaliter; vel
in casu quod est certum peccatum, & du-
bium an sit mortale.

5 Sed plus addiderunt quidam Patres
Societatis Viennae, in quibusdam Thesi-
bus, quas refert Caramuel folio 556.
quod adhuc in casu quod quis sit certus,
quod peccauerit mortaliter, & dubitet
negatiue se tale peccatum esse confes-
sum, eo ipso liber est ab obligatione con-
fessionis illius. Citabant pro se Cara-
muel. Ipse tamen renuit: nam in margi-
ne notat, quod ipse aliter philosophatur
de dubio peccato, & aliter decerto pec-
cato, & dubia confessione. Ipse autem
Caramuel solutione ad 1. iudicat casum
esse impossibile, quod sit certus peccasse
& dubius de confessione: & in sol. ad 7. di-
cit, quod dato casu, non tenetur statim
confiteri: sed teneris examinare, & potes
in mortis articulum differre solutionem.

6 Nichilominus D. Thomas in 4.
dist. 21. q. 2. art. 3. ad 3. ita ait. Dicendum,
quod quando aliquis dubitat de aliquo pecca-
to, an sit mortale, tenetur illud confiteri, du-
bitatione manente: Quia qui aliquid com-
mittit, vel omittit, in quo dubitat esse
mortale peccatum, peccat mortaliter
discrimini se committens. Et simili ter pe-
riculose committit, qui de hoc, quod dubitat
esse mortale, negligit confiteri. Non tamen
debet asserere illud esse mortale; sed cum
dubitatione loqui, & iudicium Sacerdo-
tis expectare, cuius est discernere inter
lepram, & lepra. Hæc D. Thomas. Bea-
tus Albertus Magnus in 4. dist. 17. art. 4.
S. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 8. & il-
luminatus M. Ioannes Thaulerus, de præ-
paratione ad felicem mortem, colum-
na 2. ait: *Sola enim mortalia peccata, & ve-
nialia illa, de quibus dubium foret utrum
mortalia sint, confiteri obligantur, & nulla
alia.* Idem docent communiter Theolo-
gi: quadraginta refert Sanchez libro 1. in
Decalogum cap. 10. n. 66. dicens omnino
certam. Quod & dicit Granados tract. 9.
disp. 7. *Quæritur centum, & exploratum,* do-
cet Auersa q. 10. de confessione sec. 2. si-
militer, vt multis relatis, notat Barnabas
Gallego de conscientia dubia, dubio 19.
Diana 4. p. tract. 3. resol. 3. & p. 6. tract. 6.
res. 32. censet *improbabilem* oppositam
sententiam: quod mirum est de illo, qui
fere omnium placita, vt opiniones pro-
babiles sæpe admittit. De quo latius ipse
Diana parte 10. tract. 1. 2. & 2. miscella-
neo resol. 2. multos referens, & tract. 16,

resol. 79. in fine: vnde non mirum, quod
M. Ildefonsus Baptista to. 3. in 1. 2. disp.
209. dub. 14. dicat, quod opposita senten-
tia: *non est probabilis praestare.* Idemque
hanc communē doctrinam esse certissi-
mam, asserit Leander tract. 5. disp. 5. q. 254
& 26. & Crespi in selectis q. 12. & alij.

§. II. Certus de mortali, & du- bius de confessione, indu- bitanter tenetur con- fiteri.

Dico primo, quando quis cer-
tus est se peccasse mortaliter,
& omnino dubius, & in æquilibrio an il-
lud fassus sit, tenetur suo tempore sub
peccato mortali id fateri; dum dubium
illud prudenter non deponit: Est commu-
nis, & certa. Imò Lugo disp. 16. sec. 2. n.
59. dicit, quod *conueniunt omnes in hoc,*
quod is, qui scit se peccasse mortaliter, du-
bitat tamen an illud peccatum sit con-
fessus, debeat illud confiteri: nam tūc pos-
sessio est contra poenitentem: constat
enim de peccato; & de obligatione con-
fessionis, non autem constat de confessione.
De qua ratione videantur Baptista
conc. vltima. Nauarius cap. Si quis autem
de Poenit. dist. 7. Suarez disp. 2. 2. sec. 9. n.
2. & Sanchez n. 71. & Granados ad 3.
hoc docet vt certum, & indubitatum;
passim alij.

Confirmatur: nam certo debito non
fatis fit in certa solutione; sed qui mor-
taliter peccauit, & dubitat negatiue, an
sit confessus, incertus est de solutione;
certus de debito: ergo cum non dum de-
bito confessionis satisfecerit, in dubio an
peccatum confessus confiteri tenetur.

8 Respondebant illi Vienenſes, quod
fortassis in debito ex contracto oneroso
inmuta contrahentium voluntate obli-
gatio viget solutionis, qui videntur ita
contrahere, vt sit obligatio soluendi do-
nec certo constat factam esse solutio-
nem. Vnde in foro externo sic dubitans
ad solutionem compelleretur ad fratres
vitandas, & prauidicia creditorum. Cum
quo stat, quod forte in re nihil debeant.
Quare in foro conscientiae, esto confes-
sit, debitum ex contractu oneroso contra-
ctum esse, si deinde debitor dubitet, an il-
lud soluerit, excusatur a soluendo, donec
constat certo solutionem non esse, vt in si-
mili docet Ioannes de Medina Cod. de
Resti-

Restitutione, q. 20 §. secundum qui ad præsupponunt. Deinde in casu præsentis, sub ortu dubio, cessat certum debitum, & certa obligatio: solum enim tandiu manet certum confitendi debitum, quando certum est non factam fuisse confessionem: hoc ipso enim, quod inuenibile dubium de solutione incidit, in certum incipit esse debitum.

9 Aliter respondet præpositus n. 115. hæc quidem vera esse potest se loquendo, per accidens tamen ratione scrupulorum posse aliquem excusari ne repetat in confessione peccata, de quibus dubitat num illa fuerit aliquando confessus. Præcipue si dubium suboritur diu post per peccatum peccatum, & persona sit timorata conscientia.

10 Tertio respondet Caramuel ad 1. n. 1476. vix esse possibilem casum propositum, adeoque suppositum negari posse: nam qui certo scit peccatum illud commissum se, debet necessario scire certo, aut probabiliter, an sit illud confessus: ratio est, quia dubia conscientia est ambigua, & anceps, quæ pro neutra contradictionis parte habet rationem, aut saltem pro neutra habet grauem. Sed talis conscientia non est in presenti possibilis: nam ex illa regula iuris 40. *Inspicimus in obscuris, quod plerumque fieri consuevit*; forte non solum probabilitas, sed moralis certitudo inferri potest: si quidem si solet bene confiteri, probabiliter iudicare potest peccatum illud factum fuisse: si autem si solet bonas confessiones facere, contra iudicare debet. Si autem ex vita præterita non possit iudicare, si habuerit propositum bona confitendi, censendus est fecisse diligentias sufficientes, & quod occurrerit, & non tacuerit: ergo vero simile non est, quod debeat iterum confiteri.

Quarto tandem respondet ad 7. nu. 1484. quod hypothese admissa obligatio confitendi statim non est admittenda. Quia durum videtur dubitantem de confessione eiusdem peccati ad certam confessionem statim faciendam obstringere.

11 Adhuc post tot excogitatas euasiones, demonstratio proposita in nullo inuenitur læsa: imò ex illarum consideratione magis eius robur apparet, ut patet discurrendo per singulas. Prima in multis deficit: in primis, quia contra illam militat illud axioma Theologorum de quo 1. cap. Theol. Mo. q. 9. n. 5. & 11. idem iudicandum in foro conscientia ac iudicatur in foro exteriori, quando eadem

est vtriusque fori præsumptio: ut est in casu presenti. Deinde, quia in isto casu id à fortiori currit, quia ut ex D. Thom. dicimus dub. 2. n. 35. in iudicio Sacramenti Pœnitentiæ, non tam quæritur vindicta peccati, quam eius emenda: quare in dubio tanti mali, quale est mortale peccatum, præcaueri debent damna, & sub conditione curari. Rursus, si certus sum de mutuo, aut alio debito à me contracto, siue ex delicto, siue aliunde id contractum, dubius autem an soluerim, teneor integre soluere, ut docet Vazquez. 1. 2. q. 19. disp. 66. cap. 7. n. 43. & Thomas Sanchez diligentissimus in Authoribus videndis, lib. 1. in Decal. cap. 10. n. 12. *Nec credo* (inquit) *quem piam dubitaturum de hoc*. Quare non semper in dubio est melior possidentis conditio; sed quando est in reliquis par vtriusque causa. Et ita regula, *Impari, de Regulis Iuris n. 6.* cui axioma illud innititur, non dicit in dubio, sed in pari causa potiore esse possidentis conditionem, & ratio est, quia cum iustitia æqualitatem perat, nec debito certo sit æqualis solutio dubia, hæc in æqualitas alterius possessioni præualet. Quod etiam in alijs præceptis est generalis, ut ibi probat & nos cap. 31. Theologiae Moralis, q. 6. n. 4. Nec oppositum docet Ioannes Medina illa q. 20. nam loquitur, *quam diu est dubium probabile*: Diuersa autem est ratio opinionis probabilis, ac dubij. Videantur quæ in simili dixi cap. 22. Theol. Moralis q. 3. §. 3. & cap. 15. q. 5. §. 4. Item Diana parte 3. tract. 6. resol. 49. & alij, quos refert, & sequitur Baptista 10. 3. disp. 209. dub. 6. conc. 1.

Demum in omni alia materia, certus de debito per subortum dubium de in certa solutione non dicitur in certus de debito: quia obiecta distincta sunt debitum, & solutio: ideoque potest quis esse certus de vno, & anceps de alio; nec ab illo Theologo in alijs materijs per solam incertitudinem, seu dubiam solutionem, dicitur in certa prima obligatio, de qua nullam habet rationem, dubitandi. Ergo pariter in hoc casu, cum etiam sint distincta obiecta, certa obligatio peccati commissi confitendi non extinguitur dubia confessione.

12 Secunda euasio non est ad rem, quia nunc non loquimur de conscientia scrupulosa, sed de conscientia dubia in illis, qui scrupulorum infirmitate non vexantur; sed sana sunt mentes pro scrupulosis enim curandis speciales sunt

ra-

rationes: quia ut ait Caietanus in summa verbo *Scrupulorum medicina, quæ apud istos est credulitas, apud ipsosmet, si non essent inuadit, haberetur pro certitudine*. In cuius signum multi horum fatentur se pluries de eisdem oportere confiteri, quia pluries post confessionem occurrit ut dubiat: timor enim facit eos dubios. Quæ doctrina est communis Authorum, quos refer Sanchez lib. 1. cap. 10. n. 84. vbi cum Vazquez & Sà addit, scrupulis nimis vexatum non debere fateri, nisi quæ potest iurare esse mortalia, & se nunquam ea factum fuisse, quod & docet Calfus Pajaus tract. 1. disp. 4. puncto 2. nu. 4. & alij communiter. Imò Coninch disp. 7. dub. 8. n. 68. Nec refert (inquit) quod forte hæc ratione exponentur periculo quedam peccata mortalia non confitendi: Tum quia hoc periculum in talibus est rarum: Tum quia non tenentur cum tanto suo damno, siue certo periculo hærendi perpetuo in illis scrupulis, & cruciatibus, omnimodam integritatem confessionis procurare, quæ minora sæpe pericula excusant: ut dicitur agendo de integritate confessionis; & in presenti idem notat Auerfa q. 10. sec. 3. in fine. Ex quibus patet medicinam scrupulorum locum non habere in sanis, & qui certi sunt de peccato, & omnino in æquisibrio de eius confessione, nec habent probabilem rationem deponendi dubium: de quibus solis nunc loquimur.

13 Tertiam solutionem impugnat Episcopus Placentinus Crespi. Primo, quia si casus est impossibilis, ut quid ab ipso Caramuele supponitur, & ponitur in conclusione, & in prima confirmatione? Secundo, retorquendo argumentum ipsius: nam potest dari tertia persona, quæ faciat non nullas confessiones bonas, & alias malas: potest dari persona quæ nunquam fuerit confessus, potest dari puer qui nullam habeat experientiam; potest quis dubitare, an ille à quo confessus fuit fuerit confessarius: quia nullâ ratione habet pro affirmatiua, vel negatiua parte, & tã inquit de quo casus sit metaphysicus, & scire volo quid metaphysice sit respondendum casui metaphysico?

14 Hoc vltimum, nec disputationis gratia, ego admitterem: quia video Theologos omnes de casu ut practice contingere disputare. Rursus, totalis nunc est de experientia, an stante certitudine de peccato mortali a se commissio possit esse dubium de eius confessione: omnes Theologi, imò & Christiani, de hoc in-

terrogati fatentur, vel supponunt experientia notum hoc contingere, vnus Caramuel id negat: cui credemus, vni; an omnibus? Maxime in rebus pendentibus à sola experientia, de qua quilibet postea testimonium ferre. Præter ea, illam difficultatem Caramuelis in praxi reddere probabile, quod nunc non sum dubius de peccato commissio, nec michi Theologo persuadetur; quo modo id rusticis erit perspicuum? Ratio à priori est: quia re-tenta memoria de peccati commissio-ne, possunt esse multa, quæ ancipitem reddant de peccati confessione, vel obliuio non totalis, sed partialis, vel distantia nimia temporis, vel multitudo aliorum peccatorum, vel non plena notitia, quod illud erat mortale, & obliuio in terueniente, nec de hoc ipso esse certum. Nec certe michi occurrit vel apparens discriminem, cur possimus esse dubij de peccato, & non possimus esse dubij de confessione? cum vtrunque sit questio de facto. Imò Ioannes Sanchez in Selectis disp. 43. n. 48. hæc differentiam agnoscit inter dubium & opinionem: quod dubium circa factum versatur: & tunc dicitur proprie aliquem dubitare, quando certo non scit, an aliquid factum sit, vel non; vel an ita factum sit, vel minus: opinio vero non circa factum versatur, sed circa ius. Quam doctrinam, quamvis merito alij rejiciant, ut pro libito excogitam, & quæ sit contra communem Theologorum, quos retulimus cap. 1. Theol. Moralis q. 3. n. 3. ex professo que impugnat Angelus Maria Verricelli qq. Moral. tra. 2. q. 2. Tamen omnes, qui aliter vocem usurpant, agnoscunt, quod de quolibet facto potest in homine viatore esse dubium; licet non omnino ius sit dubium. Sicut ergo potest esse dubium facti peccati, ita potest esse dubium factæ confessionis. Nec iure perse nota opus est probationes acumulare.

15 Casu ergo, ut practice sapissime contingente, indubitanter admissio, vltimam euasione Caramuelis, impugnat Crespinus illa q. 12. n. 32. quia si præceptum confessionis non extenditur ad hoc dubium, hoc peccatum indubitanter commissum, de cuius confessione dubitatur, non erit materia necessaria, sed libera, sicut sunt peccata venialia: ergo sicut in articulo mortis non tenemur venialia confiteri, nec obligamur in illo articulo fateri hoc mortale: Secundo, non est maior ratio cur obligetur in articulo mortis ad confessionem illius peccati, & non obligetur quando suscepturus est Eu-

cha.

charitiam, vel alia Sacramenta; nam etiam tenetur se probare ne manducet indigne, & ne se exponat periculo committendi sacrilegium, non secus ac tenetur ne se exponat periculo danationis. Tertio, quia nos non dicimus, statim ac dubitat, teneri: quia & si certo sciat se non confessum fuisse tale peccatum, non tenetur statim, sed siue ex præcepto, siue spontaneè illam facere decernat, cum primum confessionem faciat. Hæc ibi.

16 Præterea, Petrus Ledesma de Pœnitentiâ cap. 20. conc. 4. dub. 6. folio 305. columna 2. & Ildelfonsus Baptista de conscientia dis. 208. dub. 9. censent improbabile teneri aliquem in articulo mortis in confessione ex primere, quod antea poterat tacere. Nosque cap. 1. Theologiae Moralium q. 5. late ostendimus posse eadem opiniones probabiles nos tuto sequi in articulo mortis, ac possumus per totam vitam amplecti: quia semper homo tenetur vitare peccata, & Dei, & rationis dictamine gubernari. Ac proinde, si non auerereat exire de vita præsentis, & sisti ante Tribunal Christi iudicis cum conscientia certa mortalis peccati, & dubia de confessione, nec cum simili conscientia possunt accedere ad recipiendum eundem Christum sub Sacramento, cum periculo manducandi indigne: nam sic reus erit corporis, & sanguinis Domini: & iudicium sibi manducat, & bibit.

§. III. Peccatum mortale dubium ut tale necessario confitendum probatur ex usu Ecclesiæ.

17 **D**ico secundo, qui certus est suo peccato, & dubitat an sit mortale, nisi dubium aliquo prudenti motivo deponat, tenetur illud peccatum ut dubium confiteri, & non ut certum. Idemque dicendum quando est dubius de facto, & iure, ut si dubitet an peccatum mortale commiserit, tenetur enim confiteri ut peccatum dubium. Probatum primo ex usu, & praxi totius Ecclesiæ, cuius initium non agnoscitur, & ideo creditur ab ipsis Apostolis promanasse, qui vim, & obligationem includant in huius Sacramenti institutione melius potuerunt intelligere. Qui usus

manifeste constat ex praxi fidelium, & ex vniuersis Doctoribus antiquis, & neotericis, qui tamquam rem certam hoc tradunt.

18 Occurrit Caramuel ad. 9. n. 1489. dicens, sed hæc ratio non vrget. *Primo*, quia posset aliquis diffidere sententijs communibus: experientia enim constat, esse multis erroribus, & hallucinationibus obnoxias: nam quæ omnes dicunt, pauci, aut nulli examinant; & ideo crebro erramus, quando torrenti hominum inconsiderate subscribimus. *Secundo*, communibus Theologorum sententijs sit sua autoritas, cur autem tanta ut opposita non sint aliquando probabiles? Tertio dicit, in hoc puncto Doctores in re non dissentire; sed solum alio sensu voces usurpare. Denique, cum peccatum sit dubium, dubium est an lege comprehendatur: ergo cum in dubio legis lata præualeat possessio libertatis, non est obligatio confitendi.

19 Nimiam tamen opinandi licentiam, & libertatem asserendi communes sententias esse obnoxias erroribus, & hallucinationibus, iam repressi 1. tomo Morali ca. 15. q. vlt. & to. 2. cap. 33. Scriptura enim Sacra passim antiqua nouis anteponebat: ut Ieremias 16. ver. 16. *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Prou. 22. v. 28 *Ne transgredaris terminos antiquos, quos possuerant patres tui.* Iob 12. ver. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* S. Gregorius Nazianzenus in carmine Nicobuli. *Pluraque canities nouit, quam læta inuentus.* Vbi eius interpres Cretensis ait. *Valeant nouitates partim ex iustitia, partim ex intoleranda arrogantia nata.* Præterquam quod modo non argumentamur solum ex communi Doctorum autoritate: sed argumentum est ex praxi fidelium ad quam comprobendam, & ut appareat eius vniuersalitas, & antiquitas, irrefragabile argumentum sumitur ex consensu Theologorum antiquorum, & modernorum, ut de re indubitata loquentium, ut in alij traditionibus solemus argumentari.

20 Ad secundum, non negamus aliquas singulares opiniones esse probabiles: vnde Bañez 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 4. ad primum, ait. Ad primum, quod erat ex multitudine Doctorum, respondetur, quod in rebus moralibus obscuris, & difficillimis decidendis, non mirum est,

§. IV. Et ex Concilio Tridentino.

si alicui viro docto se se offerat aliqua nova ratio vrgetior, ut opinetur contra communem sententiam merito, & non temerarie: & isto modo sunt introductæ plurimæ opinionis contraria alijs quæ solebant esse communes. Neque hoc habet aliquid temeritatis: *Quando optima ratione disceditur à communi sententia in rebus moralibus.* Hæc ibi. Quod & tenet multi, quos retulimus, & sequuti sumus cap. 1. Mor. q. 2. §. 3. & Tapia to. 1. Catenæ lib. 1. q. 8. art. 11. num. 14. Sed rarissima adest optima ratio contra sententias communes, ut certas ab omnibus traditas. Ideoque M. Michael Salon 2. 2. q. 63. art. 4. Controu. 2. conc. 4. §. *Est hinc* folio 1092. ait opinionem, quæ non solum est communior, sed reuera communis, & à qua paucissimi recedunt, relinquere, ac torrenti Doctorum se se opponere, propter vnius, vel alterius dictum, etsi grauium virorum, certe periculosum est. Nisi illa minus recepta adeo firmis nitatur fundamentis, ut recta ratio dicet hoc pauciores verum attigisse. Hactenus Salon, quod vltimū in præsentis non procedere, dicenda monstrabunt.

21 Contra tertium est, quia si Doctores in re non dissentirent, modus loquendi communis deberet præualere: nec oportet in questione mere de voce rot folia libri prodigere, ut ipse fuit. Nec video quæ maior dissensio in re possit esse, quam quod quidam dicant peccata dubia sunt necessario confitenda, & alij dicant non esse necessario confitenda: cum istæ propositiones opponantur contradictorie circa casum frequentissime contingentem? Quod autem quæstio dependeat ab usu vocum, est commune omnibus quæstionibus, quæ inter homines disputantur. Quamvis autem peccatum sit dubium, sed supposita institutione, & praxi fidelium indubitata peccati dubij confitendi lex est indubitata. Vnde inelytus Rossensis Martyr articulo 3. contra Lutherum, sic ait. *Opinor neminem esse que a deo cæcum, & insanum esse, ut ob vnius Lutheri sententiam, velit tanto discrimine se ipsum exponere, quatenus ea peccata, quæ vel norit, vel dubitat esse lethalia, Sacerdoti non aperiat.*

22 **S**ecundo probatur hæc diuina institutio ex Sacro Tridentino Concilio, in quo licet explicite non dicatur dubia peccata esse necessario confitenda; id tamen implicite satis indicatur Sessione 14. capite quinto, multis de causis. In primis, quia sola peccata venialia excludit: mortalia autem dubia non comprehenduntur sub venialibus. Secundo, quatenus dicit ea peccata esse confitenda, quorum homo *meminerit*: per quod verbum solum videntur exclusiva peccata oblita, non peccata dubia. Tertio, solum dicit illa mortalia ceteri inclusa; quamvis non expressa: *Quæ diligenter cogitanti non occurrunt memoria*: Quod poenitus non verificatur de peccatis dubijs. Quarto, eorum peccatorum exigit confessionem: *Quorum homo conscientiam habet.* Sed de peccatis dubijs homo habet conscientiam: si quidem hæc diuiditur in conscientiam certam; dubiam; probabilem, erroneam, &c. Vnde qui habet peccatum dubium, dicitur habere remorsum conscientia: nec potest absolute, & posituè affirmare, *nihil michi conscius sum.* Denique, quia Concilium pro ratione integræ Confessionis assignat: *Quia vniuersa mortalia hominem, iræ filium, & Dei inimicum constituunt.* Sed, qui est dubius de peccato, & non curat per Pœnitentiam delere, se exponit periculo persequendi in inimicitia Dei, & quod sit dignus eius ira: ergo ratio Concilij æque, proportionaliter militat in peccatis dubijs. Ergo sunt de necessitate confessionis.

23 Sed retorquet argumentum Caramuel art. 2. numero 1405. nam censendum est Concilium Tridentinum sufficienter docuisse fideles quid debeant confiteri: sed non meminit peccati dubij: imò illud excludit à materia necessaria, dum dicit confitendum, quæ sunt in conscientia, quæ est notitia scientifica. Tum, quia S. Bernardus de conscientia capitulo 8. dicit, *Quod conscientia est cordis scientia.* Tū quia illa verba Concilij: *Ex his colligitur*

denotant illationem ex antecedentibus. Sed antecedentia suadent loqui de conscientia certa: quia causa dubia non est cognita: & ait, quod causa incognita iudicium hoc exerceri non potest. Confirmatur, quia asserente Concilio debet æquitas in pœnis iniungendis seruari: ergo debet certo constare de delicti existentia: alias enim qua æquitate pœnæ certæ, & determinatæ pro peccato in certo, & indeterminato iniungeretur?

Confirmatur secundo: nam ibi ait, quod confessio debet esse aperta: confessio autem dubia non potest aperta vocari.

Confirmatur rursus ex illis verbis: *Confiti nihil aliud à pœnitentibus exigit*: ergo contradicit Concilio, qui aliquid aliud requiri existimat. Sufficit ergo ut confiteatur ea peccata, quibus Deum mortaliter offendisse meminerit: cum ergo meminisse non sit dubitare, sed scire: peccata dubia non erunt necessario confitenda.

Quod demum declarat solutione ad 10. numero 1490. & arguit apparitate. Ecclesia docuit nos bene materiam confessionis: sed quia non dixit circumstantias aggravantes debere in confessione exponi, probabilius posse omitti dicantur: ergo etiam probabilius omitti poterunt peccata, quæ tamen certo sunt peccata, sunt mortalia minus quam probabiliter, hoc est, dubie. Patet consequentia, quia nec dixit Concilium talia peccata debere in confessione exponi.

24 Adhuc confirmatur ex Ianuario illa Resol. 20. numero 3. quia peccata mortalia pœnitenti occulta, & ignota ab ipso pœnitente: non sunt confitenda, ex Concilio Tridentino. Sed peccatum dubium est omnino occultum, & ignoratum à pœnitente: nam qui dubitat, post præmissam moralem diligentiam, amplius non dicitur de illa dubitare; sed omnino ignorare illam, de qua prius dubitabat, ut dicunt Ioannes Sanchez: disput. 42. numero 3. vers. *Similiter*. Thomas Sanchez libro 2. de Matrim. disp. 41. numero 46. vers. *Secundo probatur*: Cum post factam diligentiam, non appareat ut mortale, neque ut commisit. Ergo peccatum dubium ex Concilio Tridentino non est confitendum.

25 Facile respondetur; primo illud argumentum desumi ab autoritate negatiua: quod frequenter nil probat: sicut quavis in antiquo Symbolo non exprimeretur, quod Spiritus Sanctus procederet à Filio, non sequitur quod ab illo non procederet: quia Concilia solum exprimunt doctrinam contra errores iam exortos, ut notat D. Thomas 1. parte q. 36. articulo 2. ad 2. Nec in Tridentino declaratur quo tempore diuinum confessionis præceptum obliget. Nec expressis terminis dicitur, quod numerus peccatorum debeat ex primi: *quia* *ly sigillationem*, posset per se detorqueri ad species. Nec determinatur an possit dari confessio informis? Et sexcentæ alia quæstiones Theologorum illis disputanda relinquuntur.

26 Secundo melius dicitur quinque ponderationes pro nobis factas satis ostendere indicasse Concilium peccata dubia esse ut talia confitenda. Ad primam impugnationem dicitur; quod scilicet scientia accipitur late pro qualibet notitia, etiam sit dubia, vel obscura; nam de notitia fidei dicitur Iob 19. vers. 25. *Scio quod redemptor meus vivit*. Et Eiaia 43. vers. 10. *Ut sciat, & credatis michi*. Ioannis 4. vers. 25. *Scio quia Messias venit*. Et alia huiusmodi loquutiones sunt frequentes in scriptura, & passim usitate. Unde cordis notitia est idem accordis scientia. Ad secundam dicitur, quod causa dubia est cognita sub dubio, & ut sic debet curari ne ut cancer serpat, & anima sit in peccato mortali, cum habeat facile remedium. Præter quam quod habemus scientiam, & notitiam evidentem, quod dubij sumus. Hoc igitur manifestando æquitas seruat ex parte pœnitentis omnia dicendo ut sunt, & ex parte confessarij medendo si forte est saucis, & præcauendo a certiori lapsu, & sic patet ad 1. confirmationem.

27 Secunda confirmatio potest in arguentem retorqueri: quia magis aperit confessario suam conscientiam, qui non solum manifestat peccata certa, sed etiam, qui manifestat dubium, quod habet de alijs peccatis minus sibi notis: sicut magis aperte confitetur, qui dicit peccata inter sibi soli nota, quam qui solum explicaret peccata externa alijs manifesta: cum

ta-

tamen interna soleant grauius animam fauciare, & deum offendere. Quæ est ratio Concilij ut interna debeant manifestari. Quæ ratio quo ad aliquid militat in peccatis dubijs, quia est periculum mortalis peccati, quo Deus sit offensus, & anima gratiam perdidit.

Tertiam confirmationem retorquet in arguentem crespi: nam dubitare meminisse esse, dubitare non licet; occurrit enim memoriæ dubium: quia est actus intellectus circa præterita non bene, & plene in memoria retentæ: ergo qui dubitat de peccato, de eo memoriam habet quamvis dubiam. Unde Caietanus verbo *Confessio* capit. 1. conditione 4. ait. *Ad veracitatem quoque confessionis expectat, ut peccata, quorum quis plenam memoriam non habet, sed pro dubijs habet, ut dubia confiteatur*. Concedit ergo de peccatis dubijs esse memoriam, quamvis non plenam.

28 Demum ultimam probationem in eum inflectit Episcopus Plantentinus numero 39. quia simili argumento posset probare vel non extare diuinum præceptum confessionis, vel numerum peccatorum non esse confitendum, quia hæc Concilium in terminis non expressit: & sic posset inferre esse probabilius numerum non esse exprimendum. Quod est absurdum. Respondet ergo numero 41. esse discrimen: nam Concilium loquitur de circumstantijs, exprimendo clare mutantes speciem debere confiteri: sub quibus verbis nullo modo comprehenduntur circumstantiæ aggravantes; atque adeo debent censei exclusæ. At cum loquitur de mortalibus, non ait esse confitenda omnia peccata certa: quibus verbis etiam censerentur exclusæ peccata dubia: sed omnia peccata mortalia, quæ memoriæ occurrunt: peccata vero mortalia memoriæ occurrunt; licet non quoad omnia, & ita clare sicut certa peccata. Cum etiam Concilium sola venialia peccata excludat a necessario confitendis; & peccata dubia mortalia non reputentur prudenter, nec venialia, satis inclusit peccata dubia.

29 Ad confirmationem Iosephi Ianuarij patet ex dictis potius probare oppositum: nam ut arguit Crespinus numero 25. docet Concilium reliqua peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt,

inclusa intelligi in confessione: reliqua vero, quæ occurrunt memoriæ debere exprimi. At quæ sub dubio occurrunt, non potest dici non occurrere: occurrit à longè animal, nescio an sit homo, vel leo: & quamvis de specie, vel de individuo dubitam, non possum dicere michi animal non occurrere. Similiter dicimus, quod occurrit dubium, vel difficultas. Unde distinguenda est & maior, & concedenda de occultis omnino & im-particulari; neganda vero, si aliquo modo sint manifesta. Et sic neganda est minor. Ad probationem, quod in dubio de Matrimonio, & de Voto, in quibus casibus loquuntur illi Authores, & iam alij communiter, & nos capit. 31. Theol. Mor. q. 6. §. 1. quia possessio stat pro libertate: ad credendum vero quod hic possessio stet pro lege, sufficit usus Ecclesiæ ita interpretans hoc præceptum.

§. V. Rationibus idem probatur.

30 **R**ationes plures solunt proponi: & quamvis omnes non sint æque efficaces, ex omnibus simulumptis moralis certitudo desumitur. Primam indicant Petrus Ledesma tomo 1. tract. de Pœnit. capit. 6. conc. 13. in fine. Barnabas Gallego de conscientia dubia dubio 23. Late Crespinus q. 12. numero 35. vsque 38. Homo tenetur conteri de peccato dubio, quoties obligat præceptum contritionis; vel quoties volēs à peccato mundari, de eis conteritur: ergo tenetur conteri peccatum dubium. Probatur consequentia, quia in homine baptizato illud quod est necessarium contritionis obiectum, est etiam necessarium obiectum confessionis, cum illud nequeat remitti sine ordine ad claves.

31 Respondet Præpositus numero 119. concedendo antecedens, & negando consequentiam. Quia licet per se loquendo, quando constat de peccato, qui conteritur; teneatur conteri; per accidens potest aliter euenire: nam de lege ordinaria sine contritione, saltem virtuali; extra Sacramentum, nullus potest iustificari: confessio autem in se non est ita necessaria. Unde

C 2

non

non obligat confessio nisi cum certo, & clare constat de peccato.

32 Carameuel autem fol. ad 5. n. 1482. negat antecedens, quia dantur multi casus in quibus non debeat homo conteri propter peccatum dubium. Primo enim non tenetur conteri de illo peccato, ut ad Poenitentiae Sacramentum alia confessurus accedat. Secundo, nec post confessionem, si Eucharistiam, aut aliud Sacramentum recipiat. Tertio, nec si immediate ad Sacramentum aliud accedat, modo aliud mortale non habeat. Cum autem in mortis articulo debeat homo tutam reddere suam salutem, videtur quod tum saltem debeat illud peccatum confessione, aut contritione expiare. Quae obligatio iure naturae nascitur ex periculo: aufertur autem, si aliud peccatum confiteatur, tunc enim indirecte ab omnibus dubijs, etiam non confessis absoluitur. Similiter, si aliud Sacramentum recipiat, omnia enim conferunt gratiam, & per accidens, primam. Aut etiam si eliciat contritionem: in quo contritionis actu sufficeret detestatio conditionata puta si diceret. *Doleo de illo peccato, si illud commissi.*

33 Incipiendo ab hoc ultimo, partem eius in tentum iuuat: quia D. Thomas non obligat ut confiteatur ut certum; sed sub dubio, & conditionate, & quod iudicium confessionis spectet. Deinde, quod quoad hoc non sit specialis ratio pro mortis articulo, iam vidimus n. 15. & 16.

Ambae etiam solutiones implicent aliquid plusquam falsum, quod per accidens, in illis casibus aliqua contritio in lege Euangelica sufficiat ad salutem; & quod homo illam habens non teneatur habere votum confitendi, & data opportunitate Sacerdotis, & temporis, non teneatur re ipsa de illo, de quo est contritus, confiteri. Quod videtur contrarium Concilio Tridentino Sessione 14. capit. 4. dicenti. Docet praeterea (Sancta Synodus) & si contritionem hanc aliquando Charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliat; priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur: *Ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto (quod in illa includitur) non esse ad scribendam.* Eo autem ipso, quod peccatum dubium

tacet in confessione, conuincitur non habuisse de illo contritionem; quia non habuit propositum confitendi: & ideo confessio non est formaliter integra, sed sacrilega: & sacrilege cum peccato dubio accederet ad Eucharistiam, vel quod libet aliud Sacramentum: quia exponit se practico periculo comunicandi in mortali.

34 Explicatur amplius: nam ut docet Concilium illo capite 4. quouis tempore fuit contritio necessaria ad impetrandam veniam peccatorum: cum hoc discrimine, quod in lege naturae praeter contritionem, adiungebantur sacrificia; & in lege scripta illa erant diuina lege determinata. Sed in lege naturae, & scripta offerebantur sacrificia pro peccatis dubijs: ergo in lege Evangelica necessario sunt confitenda peccata dubia: quia hoc Sacramentum succedit sacrificijs pro peccato. Minor probatur quo ad legem naturae: nam ut dicit S. Thom. 1. 2. q. 1. in fine. *Dicebat in corde suo Iob; non quidem de peccatis filiorum certus, sed dubitans. Ne forte peccauerint filij mei, scilicet, opere, vel verbo.* Ideoque *consurgens diluculo, offerebat holocausta per singulos.* In lege scripta Leuitici 5. dicitur. *Anima si peccauerit per ignorantiam, offeret. arietem.* Hoc esse quodam genus confessionis, notat D. Thomas 3. part. q. 84. art. 7. ad 2. De similibus est mentio ibi capit. 4. & 22. & Numerorum 15. & Abachuc 3. est oratio Abachuc pro ignorantijs. Apostolus etiam ad Hebraeos 9. ver. 8. de antiquo Sacerdote dicit, quod semel in anno sanguinem offerebat *Pro sua, & populi ignorantia.* Quamvis enim D. Thomas ibi lec. 2. de omnibus peccatis exponat: iuxta illud Prov. 14. *Errant, qui operantur malum.* Omnis enim malus ignorat, ut habetur 3. Ethicorum. Tamen peccata dubia sunt ignorantiae, quia quodam genus ignorantiae est dubiam, & ideo non fuit in Christo, ut diximus capit. 1. Mor. quaest. 8. numero 1. De istis que verificatur quae David Psalm. 24. ver. 17. petebat. *Delicta iuuentutis meae, & ignorantias meas ne memineris.*

35 Ex Concilio Tridentino alia ratione format Granados controu. 7. tr. 9. disp. 7. num. 5. quia longe diuersum iudicium feret Sacerdos de penitente, quem dubitat an peccauerit lethali, diuersantque poenam iniungit, quam ferret, & iniungeret, si sciret solum peccasse

casu venialiter: pro peccatis enim venialibus quamtumuis mirentur poenam iniungat, satisfacit muneri suo; nullumque speciale grauamen potest imponere penitenti. At si poenitens fateatur se dubitare num lethale peccatum commiserit, tenetur grauiorem poenam iniungere, & adhibere medicinam, qua in posterum praeruetur, obligarique illum ut occasionem deuiter, vnde talis dubij incurrendi proximum periculum prouenit. Haec ibi.

36 Aliter ex eodem Concilio sic probat Lugo disp. 16. sec. 2. num. 674. Nam Tridentinum sess. 14. cap. 5. necessitatem confessionis probat, ex eo quod Sacerdotes relictii sunt a Christo ut sui Vicarij: & ideo necessarium est ad illos recurrere, sicut recurretur ad Christum. Porro ad Tribunal Dei, si ipse immediate huic iudicio praeslet, cogentur recurrere, non solum ij, qui certa peccata habent; sed etiam qui dubia: ij enim omnes cogentur ad illud visibile tribunal accedere, qui ante legem gratiae tenebantur accedere ad Tribunal inuisibile Dei, procurando veniam peccati per remedium contritionis. Ad quam quidem contritionem habendam tenebantur ij etiam, qui peccata dubia habebant. Et hoc non solum in mortis articulo constituti; ne se exponerent periculo damnationis aeternae. Sed etiam in vita commodo, quo alij, qui peccata mortalia certa habebant, debebant etiam aliquando in vita de illis conteri, ut redirent in gratiam, & amicitiam Dei. Ergo de primo ad vltimum, cum hoc Tribunal Sacerdotum succedat loco Tribunalis Diuini, ad quod illi etiam, qui peccata dubia habebant, debent accedere, consequens est quod ad hoc, etiam Sacramentum cum eisdem peccatis dubijs accedere teneantur. Huc vsque Cardinalis.

37 Communis est ratio antiquorum, quam expendunt Suarez disput. 22. sec. 9. num. 7. Sanchez illo cap. 10. num. 66. Baptista illo dub. 14. & alij communiter, quos refert, & sequitur Bonacina tom. 1. disput. 4. de Eucharistia, quaest. 6. puncto 1. dub. 1. num. 11. & disput. 5. de Poenitentia, quaest. 5. sec. 2. puncto 2. §. 3. difficultate 4. & alij frequenter. *Quia in dubijs tutior pars est necessario sequenda, vbi possessio non facit dubitanti.* De quo iam egimus.

cap. 1. Tholog. quaest. 8. & cap. 1. quaest. 6. Sed pars tutior est peccata dubia confiteri: cum ea confitens nulli se periculo exponat. Possessioque fauet praeccepto, ut constat ex fidelium praxi, & Doctorum consensu. Illud autem principium: *In dubio potior est conditio possidentis*, procedit quoties dubitans obligatur ad aliquid excedens dubij limites: sicut in voto, & debitis iustitiae, si in dubio cogendus esse vouens, aut debitor soluere, obligaretur ultra dubium: & sic conditio eius esse deterior, cum tamen deberet ratione dubij esse melior, cum possideat. At in presenti non obligatur dubitans ad aliquid ultra dubij limites, cum tantum teneatur illa peccata fateri sub dubio, quod re vera habet.

38 Haec tamen ratio displicet Lugo num. 63. quia illud principium patitur multas exceptiones. Quare sicut in dubio voti non cogitur aliquis obseruare votum, licet obseruare sit tutius; non apparet cur cogatur confiteri peccatum in dubio, eo quod id sit tutius. Praesertim cum utrobique aequae possideat suam libertatem, & quod obligetur ultra limites dubij, probat innumer. 64. quia haec ipsa obligatio confitendi dubia, ut dubia est obligatio ad aliquid certum: nam confessio peccati dubij est aliquid certum, & non ita leue. Licet autem sit minus, quam quod deberetur peccato certo; eodem tamen modo posset pro dubio, vel pro debito dubio iustitiae obligari aliquis ad solutionem non integram, sicut pro debito certo, sed partialem, quae partum non excederet debitum habitum.

39 Contra rationem etiam ipsius Cardinalis arguit Auersa q. 10. sec. 2. nam illae rationes ad summum conuincunt; non debere hominem manentem in tali dubio, transire absque remedio: sed tamen confitendo de peccatis certis, iam saltem indirecte absolueretur quoque de dubijs & ita se in tuto constituit: & adimplet obligationem charitatis erga se, & etiam Poenitentiae, dum generaliter de omnibus dolet. Et cum obligatio olim contritionis non adstringeret ad sigillatim detestanda varia peccata, non potest inferri obligatio ad confitenda singula etiam dubia. Et alioquin haec probarent etiam in casu dubij possitui, seu opinionis probabilis esse confitenda peccata: quod tamen non ita est.

40 Sed deferenda non sunt communis sententiae rationes communes. Replias illas praevenerat Granad. ad 1. n. 6. dicens, hic non esse dubium, sed certum iudicium, quod poenitens dubia peccata confiteri tenetur. Estque manifestum discrimen inter exempla, quae ibi afferuntur, & rem de qua disputamus. Etenim votum, & praecipuum impleri non possunt, nisi determinate exequendo eam partem, quae voto, vel praecipuo continetur, v.g. ingrediendo Religionem, si votum fuit ingrediendi, & ieiunando, si votum fuit ieiunandi; & ideo cum dubitatur prudenter de emissionem voti, aut impositionem praecipui, praeponderat ius libertatis, quod homo possidet, ut ad impletionem non teneatur. At praecipuum confitendi sufficienter impletur declarando. Sacerdoti peccata, eo modo, quo sunt in conscientia, scilicet, sub dubio, quando sunt dubia, & certo quando sunt certa: & ideo in dubio nulla libertas est, quae praeponderet, ut non confiteamur illa, quia non tenemur confiteri, nos v.g. furtum commississe, quando dubium est an illud commiserimus; sed solum tenemur declarare nos esse dubios, num graue furtum fecerimus. Si autem in dubio debito iustitiae obligemur ad partialem solutionem, si in re nihil debeo, & in re cogor partem solvere, iam cogor certo, cum debitum solum dubium sit, & ego possidens meam libertatem.

41 Replicas Auerlae facile diluimus ex dictis n. 33. quia nequit in lege Evangelica haberi contritio sine voto confessionis, & omne aliud remedium esse frustra, cum contritio cum ordine ad claves Ecclesiae, sit necessaria necessitate medij. Ideoque nunquam se in tuto constituet, nisi conteratur, & proponat confiteri, & si solum arretitur, & in re non confitetur peccata dubia, damnabitur: nisi non valens confiteri, aliud Sacramentum recipiat. Omni autem tempore contritio vel formaliter, vel virtualiter, vel aequivalenter debet versari circa omnia, & singula mortalia: iuxta illud Cantici Ezequiae 38. *Recogitabo tibi annos meos in amaritudine animae*

§. VI. Quid dicendum in casu opinionis probabilis?

42 Sed videndum sequitur an idem dicendum sit in hoc punto de opinione, ac de dubio? Prima opinio affirmat probabiliter dubitantem de omissionem peccati mortalis a se commissi, teneri sub mortali illud confiteri, & similiter si iudicet probabiliter de commissione, vel de eo, quod scit commississe probabiliter opinetur fuisse mortale. Ita Navarrus in Manuali capit. 9. n. 14. Nuño in additionibus 3. p. q. 9. art. 2. dub. 4. in fine, non bene id tribuens D. Thomae, Paludano, Richardo, Soto, & Victoriam: quia omnes loquuntur non de opinante, sed de dubitante: cum tamen Sylvester verbo *Confessio* 2. q. 2. n. 3. bene advertat, quod in doctrina D. Thomae. *Et communiter omnium*; aliud sit scire, aliud opinari, & dubitare: quia scire, ut ex definitione eius patet, habet certitudinem sine haesitatione de opposito: opinari vero non habet certitudinem sine haesitatione: sed habet assensum, vel crudelitatem aliquo cum formidine de opposito: dubitare vero non habet assensum, vel credulitatem alicuius: sed proprie dicitur, quando aliquis aliquam sententiam nec credit, nec decredit; sed est in aequilibrio, non declinans magis ad unam partem, quam ad aliam, saltem notabiliter: etiam si aliquo modo coniecturet leuiter sine probabilis ratione de altera earum. Haec ibi. Mira claritate, & resolutione complectens quidquid de notione harum vocum valet desiderari, de quibus tam multa inculcant recentiores. Sed ex his patet non bene nunc referri, qui de solo dubio loquuntur. Hanc tamen sententiam tenent Barnabas Gallego de conscientia probabilis dub. 8. Salas 1. 2. tract. 8. q. vnica sec. 5. Duallius. 1. 2. de actibus humanis q. 4. art. 1. 2. Et ex parte Coninchi disp. 7. dnb. 8.

43 Nuño probat: quia alias exponit se periculo non confitendi peccatum, quod vere fecit. Salas nu. 58. arguit: quia ita usus Ecclesiae hoc confessionis praecipuum interpretatus est. Coninchi vero nu. 68. quia per solutionem incertam non potest satisfieri certo debito: & indoctus facile potest errare iudicando non esse peccatum, id, quod reuera est. Gallego vero, quia iudicium probabile vnus non est opi-

opinio probabilis, sed solum iudicium particulare, & dictamen proprium. Eo vel maxime, quod praedicta diuersitas iudicij probabilis, aequiualeat dubio: peccata autem dubia sunt de necessitate confessionis.

44 Oppositam sententiam expresse docet Sylvester verbo *Confessio* 2. q. 2. n. 3. dicens. *Qui opinatur probabilis ratione de aliquo quod non sit mortale, non tenetur illud confiteri.* Idem tenet Gerson 2. p. inser. de Coena Domini de Poenit. Alpha beto 4. lit. F. ver. *Quaeritur de dubijs.* Henriquez lib. 5. de Poenit. cap. 4. in fine, & iam communiter Theologi, ut dicit Lugo disp. 16. sec. 2. nu. 58. & 68. quia iudicans probabiliter se non peccasse, probabiliter iudicat se retinere gratiam, & amicitiam Dei: atque adeo probabiliter obseruat praecipuum de procuranda amicitia diuina: sicut obseruantur alia praecipua cum simili iudicio probabilis.

45 Duobus autem modis defenditur: nam multi adhuc si sit probabiliter mortaliter peccasse, vel certum peccasse, & probabiliter non esse confessum, dicunt non teneri confiteri, dum sit practice probabile, vel non fuisse mortale, vel illud iam esse confessum. Ita Suarez disp. 22. sec. 9. n. 6. Sanchez lib. 1. cap. 10. num. 76. dicens non obscure colligi ex Navarro cap. *Si quis autem*. n. 77. de Poenit. dist. 7. & Bonacina disp. 4. de Eucharistia q. 6. punto 1. n. 12. in fine & disp. 3. de Poenit. q. 5. sec. 2. pun. 2. §. 3. dif. 4. n. 4. & alij, quos referunt, & sequuntur Diana 3. p. tract. 4. resol. 107. & parte 5. tract. 1. 4. res. 113. & Leander tract. 5. de Poenit. disp. 5. q. 29. Auerla. q. 10. sec. 3. quia licitum est operari cum opinione probabilis, & tutius, etiam si in contrarium sit opinio probabilior, & tutior, ut dicitur 1. 2. q. 19. Nullaque apparet ratio a communi regula hunc casum excipiendi. Alij vero cum istis conueniant in casu opinionis probabilis, vel quando est probabiliter non peccasse mortaliter, vel iam fuisse confessum: si vero probabiliter iudicet se peccasse mortaliter, vel se non esse confessum, teneri sub mortali peccatum illud confiteri, dicunt. Egidius Coninchi vbi supra, & Sagundez in 2. praecipuum lib. 3. cap. 4. n. 7. folio 359.

46 Dico tamen tertio, qui probabiliter opinatur peccatum, quod commisit non esse mortale, vel non fecisse peccatum, vel iam fuisse de illo valide confessum, non tenetur de illo confiteri. Si ve-

ro probabiliter iudicat partem oppositam, videlicet fuisse mortale, vel non fuisse de illo confessum valide, per se loquendo tenetur confiteri: licet in aliquo euentu per accidens possit excusari. Hanc conclusionem late probaui 1. to. cap. 1. Theol. Moralis q. 3. & 4. loquendo generaliter de omni opinione probabiliori specialiter de opinione probabiliori circa sacramenta, id ostendi q. 62. Tapiaque lib. 1. Catenae Moralis q. 8. ar. 20. n. 2. dicit *hoc sibi semper visum moraliter certum*: quam autem consequenter art. 1. 2. n. 5. in alijs materijs absolute doceat, quod opinio minus probabilis, & minus tuta potest eligi: nunc non disputo: sed ego maiori doctrina consequentia idem dicendum existimo (ceteris paribus) in hac, & in omni materia.

47 Bene tamen admovent Henriquez, Sanchez, Lugo, Auerla, & alij, debere hominem in articulo mortis confiteri, vel conteri de aliquo peccato mortali, quod probabiliter se putaret post ultimam confessionem commississe, ne se exponat periculo damni irreparabilis. Quamvis autem iuxta D. Thomam, & communem, & veram sententiam, hoc damnum possit reparari recipiendo quod vis Sacramentum: quia omnia in aliquo casu faciunt ex attrito contritum: quia tamen hoc non est de fide, sed solum probabiliter, ideo ad ambiguitatem tollendam, ex praecipuo Charitatis, quae obligat curare de sua aeterna animae salute, tenetur tunc confiteri, vel si non potest hoc facere, conteratur.

48 Sed instat Caramuel folio 344. & 562. dicens non loqui consequenter Authores, qui contendunt peccata dubia esse necessario confitenda, & peccata, de quibus est opinio probabilis, libere posse omitti: Est enim (inquit in margine n. 1459) me iudice euidentius minus teneri cum, qui negatiue dubitat, quam qui positue: nam si non tenetur confiteri, qui habet rationes graues, ob quas iudicat se peccauisse; cur tenebitur, qui tantum habet leues? Cum ille, qui nequitidem leues habet, quia nullas habet? *Hic discursus michi videtur fortissimus, & euidentissimus.* Haec ille.

49 Sed quid inde? Cum alijs merito videatur merum sophisma. Quia qui est in aequilibrio, nullam habens rationem excusantem, vel se si leuemerito finet an re vera sit in peccato mortali, ideo que ne se exponat periculo, tenetur praecipuum.

cepto charitatis erga se, & præcepto procurandi diuinam amicitiam, & cum placandi, si fortè læsit, de illo peccato agere pœnitentiam, & illius mali medicinam querere. Qui autem habet opinionem, habet rationem prudenter iudicandi se esse in gratia, & præcepto non teneri: & idem format iudicium certum practicè, quod hic, & nunc non peccat, sicut & in omni casu, quo sequitur opinionem probabilem. Quia licet speculatiue sit probabile, quod hoc facere est peccatum, in praxi est certum, quod prudenter eligitur, & tutum, quod est rectum solum probaliter. Vnde argumentum Caramuelis sibi obiecerat Lugo num. 69. & vt facillimum, paucissimis verbis dissoluit.

§. VII. Vtrum confessum vt dubium, illo cessante, debeat vt certum confiteri?

50 **V**ltima adhuc restat difficultas, vtrum qui confessus est peccatum vt dubium, velut probabile, & postea recordatur se certo illud commississe, teneatur illud vt certum confiteri?

Negat Thomas Merolla tom. 1. disp. 3. cap. 3. dub. 2. num. 557. & 559. quem refert, & non impugnat Diana parte 4. trac. 3. resol. 5. in fine. Idem late confirmat Lugo disp. 16. sec. 2. §. 4. à num. 77. vsque 92. vbi refert Reuerendissimo Magistro S. P. A. Nicolao Richardio hoc visum fuisse valde probabile, & cõcludit, quod ipse nō vult aliquid definire; sed securiorem partem consulere. Assertiue tamen tueretur Leander tract. 5. disp. 5. quæst. 27. Caramuel in Theologia Morali lib. 3. de conscientia dictamine, folio 194. & in Theologia fundamentali, num. 1473. folio 564. & num. 1496. folio 571. & apud ipsum Ferratinus de scandalo, quæst. 77. & in additione 2. in fine libri. Martinus à S. Iosepho lib. 1. trac. 3. de Pœnitentia, num. 9. Marcus Vidal in Arca Theol. Mor. de Pœnit. Inquis. 5. à num. 33. Pellizarius in Manuali Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sec. 1. num. 56. Tamburinus Thomas in Methodo Confes. lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 24. Martinus Bresserus de conscientia, lib. 4. cap. 18. num. 197. Delgadillo de Pœnitentia, cap. 14. dub. 10. Caspensis trac. 24. disp. 4. sec. 16. num. 143. & alij.

51 Potissima fundamenta sunt tria, quæ late prosequitur Lugo. Primo, quia vt docet Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. c. 6. 2.º in confitendo numerum peccatorum martalium, nullum subest periculum, si cum decies, aut ceteris, paulo sunt plures, aut pauciores vices. Quod si postea occurat memoriæ, quod alia vice illud commissit, cuius non fuerat recordatus, si excessus non sit notabilis, vt si comperit se peccasse duodecies, non est necessarium iterum confiteri: Quia iam sub dubio dicens paulo pluries, vices illas confessus est. Quæ doctrina est communiter recepta, & in praxi, vt patet in Authoribus, quos refert, & sequitur Bonac. disp. 5. q. 5. sec. 2. pñct. 2. §. 3. diffic. 2. n. 6. Ergo si vnicum peccatum sub dubio dixisset in confessione, certior factus de illo, non tenetur confiteri. Cur enim magis vnum, quam vndecimum debet confiteri, quando vtrumque cum aequali dubio dixit, & postea de vtroque æqualem habet certitudinem? Secundo, dubius de excommunicatione, aut Irregularitate, aut Voto, &c. si petat ad cautelam dispensationem, vel absolutionem, & ea obrenta, postea comperiat censuram, aut votum fuisse certa non indiget noua dispensatione, vel absolutione: quia data erat sub conditione, quæ verificata iam est. Ergo idē dicendum de absolutione a peccato dubio, & postea certo.

52 Tertio, quando confitetur quis peccatum dubium, si fuit verum peccatum, vere absolutio cadit directè super illud, vt quando aliud non agnoscitur, & absoluitur sub conditione, saltim implicita, quæ verificatur, si fuit peccatum. Ergo si postea cognoscatur certo, non est obligatio ad confitendum: sicut tenetur, quæ sunt absolute indirecte: quia iam directè est absolutum, & prout erat in conscientia tempore confessionis. Quod si praxis est confitendi postea vt certum, inquit Caramuel in fine, sed an praxis ex scrupulo, an ex ratione orta sit non disputo. Videtur enim homo pœnitens non velle disputare, nec librare rationes, sed sequi securissimam partem.

53 Dico quarto, Dubius de qualitate, vel specie peccati, vel de eius existentia, si post confessionem certificetur, debet postea vt certum confiteri. Doctrinā esse communem, notat Barnabas Gallego de conscientia dubia, dubio 20. Multos refert, & sequitur Diana 3. par. trac. 4. resol. 91. & 6. parte, trac. 6. miscellaneo, re-

resol. 31. & part. 10. tract. 16. & 6. Miscellaneo, resol. 79. vbi late adducit, quod contra Lugo scribit Martinon tom. 5. disput. 50. sec. 8. num. 95. Tenentque Auersa q. 10. sec. 2. §. Quod si. Late Gabriel à S. Vincentio disp. 8. q. 4. & Ouiedo 1. 2. trac. 5. controu. 4. puncto 7. num. 58. dicit hic esse omnino certum: quia notabiliter variat iudicium Confessarij peccatum certum respectu peccati dubij. Imò ipse Lugo disput. 16. sec. 14. num. 585. dicit, quod hæc obligatio non potest facile negari propter communem sensum Doctorum.

54 In primis si à principio crederet non esse peccatum, vel esse veniale, & postea comperit esse mortale, clarum est quod transfertur peccatum de materia libera ad materiam necessaria: differentia etiam confessi, & non confessi, est differentia moralis specifica quoad absolutionem: quia est in vno casu materia libera, & in alio necessaria: qualitas certæ, & dubij valde variat: Tum quia quod certa sunt necessario confitenda, est de fide, quod dubia non ita: & adhuc si sit moraliter certa obligatio: malum, vel infirmitas certa maiori medicina indiget, quam dubia.

55 Explicatur vis harum rationum: quia Concilium Tridentinum ses. 14. cap. 5. duas causas assignat cur necessaria sit integritas confessionis: & quia iudicium hoc incognita causa exerceri non potest: & quia æquitas etiam inquit seruari in pœnis iniungendis: & ad hoc præstandū exigat, quod in pœnitente præcedat diligens suæ conscientia discursio: quia debet omnia sigillatim exponere vt in re fuerunt, nisi aliqua impossibilitate physica, vel morali excusetur: qua cessante, iterum currit obligatio, quæ per accidens erat impedita. Sed in casu dubij, vel opinionis, propter ignorantiam, vel obliuionem, excusatus erat per accidens, & reuera nō exposuerat prout in re erat determinatè. Ergo cessante dubio, & opinione, tenetur exponere certo prout in re fuit, & prout est in sua conscientia conformi obiecto: quia ad hoc præcipitur vt diligenter discutiatur conscientiam, vt cum scientia rei, os concordet cordi, & operi.

56 Argumenta contraria, cum Martinon soluit Diana illa resol. 79. Ad primum, dicit maiorem requiri exactiōem in explicanda substantia peccati, quam in numero: sufficereque numerum circiter declarari, quantus occurrit post sufficientem diligentiam; vt comuni vsu

receptum est: ex quo magis, quam ex principijs metaphis de confessionis integritate iudicandum est. Quo pertinet id quod ait idem Cardinalis sec. 14. num. 588. differentiam esse inter speciem peccati, & numerum, quoad necessitatem explicandi, & determinandi in confessione. Nam fere omnes dicunt eum, qui confitetur se ter, vel quater fornicatum esse, non teneri postea ad confitendam quartam fornicationem, quamuis certo illius recordetur. At vero si pœnitens dicat se certum esse de consensu mortali contra castitatem, non tamen recordari, an circa solutam, vel coniugatam, omnes dicunt debere postea explicare determinate speciem, si postea recordetur fuisse coniugatam, se que id aduertisse. Nimirum quia species peccati debet explicari determinate, multo magis quam numerus peccatorum. Atque differentia inter mortale dubium, & certum, est moraliter specifica in ordine ad confessionem, & ad iudicium ferendum in foro pœnitentiæ. Ergo debet magis determinate explicari, quam numerus peccatorum.

57 At vero Gabriel à S. Vincentio ad 1. concedit antecedens, & negat consequentiam: & assignat disparitatem, nō solum ex fidelium vsu, vt assignabat præcedens solutio, sed etiam ex rei natura: quia hoc Sacramentum maiorem requirit essentiæ peccatorum explicationem, quam numeri: numerus autem cum sit extra rei essentiā, & species sit ipsa essentia, sequitur quod quoad numerum sufficit explicare sub dubio, quando aliter non habetur; quoad substantiam vero id non sufficit, cum maior debeat esse huius, quam illius declaratio. Tum quia conueniens fuit, quod minor requireretur declaratio peccatorum quoad numerum, quam quoad substantiam; & species, cum enim species facilius dignoscantur, quam numerus, & facilius speciei memoria retineatur, quam numeri, debuerunt homines minus obligari ad explicandum sigillatim numerum, quam speciem: onus namque valde graue fuisset obligare homines ad numerum omnino exactum, cum sit hoc fere impossibile, & sic sufficit numerum circiter declarari, non sic substantiam, quando id fieri potest.

58 Melius rationem radicalem tegerunt Caietanus tom. 1. Opusc. 5. q. 3. §. Circa numerum. Soto dist. 18. q. 2. art. 4. conc. 2. distinguendo, inter iudiciū, quod ad

54

§ p. q. 84. de Sacramento Poenitentiae.

ad exactam, vel punitionem, vel praemiationem ordinatur, & aliud, quod non ordinatur nisi bonum privatae personae, quae iudicatur. Illud enim quod in postrema die mundi facturum est Christus, quando reddet vniquique iuxta opera sua, exactissimam exposulat unguorum cognitionem, ut iustissime quisque recipiat prout gessit in corpore. Hoc autem iudicium poenitentiae est salutare, ad salutem scilicet hominis ordinatum: iuxta illud Ioann. 6. *Non misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum; sed ut salvetur mundus per ipsum.* Et ideo ad hunc finem non est necessaria tam exacta, & numerosa peccatorum recitatio: quoniam neque poena tam ad vnguem taxanda est, secundum peccatorum mensuram: neque adhibenda medicina, nisi ad arbitrium Sacerdotis clauae non errante. Ex criminum speciebus potissimum sumitur personae iudicium, quae ideo explicanda sunt. Individua vero eiusdem speciei non est necessarium sigillatim confiteri numerando, nisi quantum satis est ut Sacerdos iudicium de persona satis possit capere. Ex hac radice habuit ortum illa praxis explicandi numerum cum aliqua indeterminatione. Ex quo non sequitur, quod peccata dubia non debeant ut certa postea confiteri, quia ex hoc potissimum fertur iudicium itatus personae.

59 Ad secundum respondent negando paritatem: nam institutio Sacramenti Poenitentiae obligat ad deferenda Sacerdotibus omnia mortalia eo modo, quo possint recte censere de eorum gravitate: quod non facit, qui peccatum mortale confitetur ut dubium. At potestas tollendi censuras, quae tota pendet ab institutione Ecclesiae, non hoc potest: neque potestas dispensandi in voto ex causa rationabili sufficiente ad relaxandum votum, siue dubium, siue etiam certum sit.

Ad tertium dicunt, peccatum illud fuisse quidem directe remissum: sed quia non fuit satis explicatum in praecedenti confessione, manet obligatio explicandi illud ut certum. Nec potest aequitas servari in poenis iniungendis, quippe iniustum est pro culpis dubijs certam adhiberi poenam, cap. *Grav.* 23. q. 3. & notabiliter est aliud iudicium de peccato veniali certo, ac de dubio an sit mortale: ac de mortali certissime commissio.

commissio.

§. VIII. Argumenta solvuntur, praecipue, quae opponit Caramuel.

60 **C**ontra secundam conclusionem argumenta antiqua ex ipsis probationibus conclusionis manent soluta, & ea sigillatim diluunt Authores pro nobis relati. Videamus, qui noviter opponant recentiores. Argumenta ex Tridentino, & a paritate de conscientia scrupulosa, & probabili, iam diluimus. Arguebant ille Iesuita Vieneses ratione priori: quia non potest esse certior obligatio confitendi, quam sit fundamentum, & radix huius obligationis: ac qui totum obligationis confitendi fundamentum est peccasse mortaliter, & nec dum est confessum: ideoque alterutro deficiente non est obligatio confitendi, ut patet: ergo, si non sit certum obligationis fundamentum confitendi, hoc ipso oritur dubium de obligatione: sed dubia obligatio nulla est obligatio: in dubio enim de obligatione standum pro libertate.

61 Ioseph Ianuarius 2. part. resolut. 69. dicit, *Se id euidenter ostendere*: quia materia necessaria Sacramenti trahit necessario formam ad componendum Sacramentum. Sed peccata dubia possunt non esse (res enim de qua dubitatur, existimatur esse, & revera non est; hoc enim necessario fert secum dubium) ergo si peccatum dubium revera non est, id quod non est, trahit necessario formam. Sed hoc est absurdum; quia quod necessario trahit, debet necessario esse, cum tractio sit actio, siue moralis, siue physica. Ergo implicat etiam, quod peccata dubia sint materia necessaria Sacramenti Poenitentiae. Nec valet dicere, quod trahant necessario formam conditionatam. Nam peccata haec sunt, vel non sunt certa quoad se: at dubia dicuntur quoad nos. Sed implicat dicere quod peccata, quae sunt trahant, seu exigant formam conditionatam: vel quae non sunt, trahant seu exigant formam, & si conditionatam: quia operari sequitur ac esse: & quod non est, operari non potest; & consequenter nec trahere: & quod absolute est, absolute trahit, sicut absolute operatur.

Explicatur. Nam si quis habeat materiam certam in alijs Sacramentis, & uti vult materia dubia, peccat mortaliter.

Et.

Ergo qui habet peccata venialia certa, & habet mortalia dubia, peccat mortaliter, dum confitetur mortalia dubia.

Confirmatur, quia alioquin teneretur confiteri venialia sub poena peccati mortalis, ne vteretur materia dubia, dum haberet certam. Cuius contrarium docet Concilium Tridentinum. Nec ex aliqua suppositione, aut voluntate poenitentis potest pendere, quod aliquid sit materia necessaria ex vi Sacramenti, quidquid sit an ex voto, aut ex praecipio possit ad id obligari.

62 Caramuel fol. 546. arguit: Nam Confessionis tribunal est analogum tribunali forensi, & litigioso: sed in illo non debent admitti accusationes dubiae ergo nec in tribunali Confessionis. Confirmatur: Poenitenti legitime confitenti debet confessarius absolutionem impendere: sed confessio de peccato dubio non potest absolutio impendi: quia absolutio absoluta requirit materiam certam, & determinatam. Vniuersaliter autem est verum, quod nemo tenetur confiteri venialia: ut docet Tridentinum sess. 14. cap. 5. Nemo mortalia iam confessaria Propositiones autem vniuersales, & de fide debent vniuersaliter intelligi quamvis exceptio non probatur. Praeterquam, quod potest contingere, quod tantum habeant mortale dubium, & nullum aliud nec mortale, nec veniale, nec sufficit recurrere ad absolutionem conditionatam. Absolutio enim conditionata non est certa absolutio, sed fortassis erit, & qui sic absoluit, non conficit Sacramentum conditionatum, sed forte conficit absolutum, & forte non.

Confirmatur: Quia ubi agitur de obligatione dubia, standum est pro libertate. In nullo etiam forensi tribunali potest quis condemnare poenam aliqua determinatam antequam sit convictus: sententia enim quae virum condemnat, quae tueri, & absoluere posset, iniqua est. Ergo nec in confessionis tribunali.

Demum, quia scrupulosis suaderetur, ne confiteantur dubia; & nemo auderet suadere, ne confitentur peccata certa: ergo non est aequalis obligatio. Antecedens est commune, & concessum, & consequentia evidens. Quod autem alicui consulitur, non est contra institutionem Sacramenti.

63 Arguit etiam folio 555. quia ut dicitur in compendio Dianae, verbo Conscientia, num. 2. probabile est solum esse

veniale operari conscientia dubia, an actus sit venialis, an mortalis: ut tenet Valentia tom. 2. disput. 2. quest. 14. punct. 4. Quia velle malitiam in genere, est velle malitiam, quae non excedit veniale: sic enim excederet, non esset veniale, & mortali communis. Diana parte 1. trac. 7. res. sol. 24. & part. 3. trac. 4. res. sol. 162. & part. 3. res. sol. 31. §. *Sed difficultas*. Ex quo sic arguit. Strictius teneor non committere peccata, quam commissis confiteri: nam venialia possum non confiteri; & tamen ea non possum committere; & mortalia; possem in aliquibus casibus non confiteri nec tamen dabitur casus in quo possum illa committere. At in dubio possum peccatum committere, nec peccabo mortaliter committendo. Ergo in dubio poterit illud non confiteri, nec peccabo mortaliter non confitendo.

64 Circa haec argumenta bene advertit Crespinus illa quest. 12. a num. 2. usque ad 10. quod si aliquid probant, etiam ostendunt peccata dubia numquam posse licite confiteri: nec vniquam relinquere iudicio Sacerdotis, quod dicentur inter lepram, & lepram, & inter non lepram, & lepram monendo poenitentem hoc non esse veniale, sed mortale, vel hoc de quo dubitat an sit peccatum, an sit, vel non. Quod cum sit per se notum esse falsum, & maximum absurdum, etiam id ex quo hoc requiritur, falsum iudicandum est. Id sequi probatur discurrendo per singula: quia in tribunali forensi non expedit alium accusare de peccato dubio. Ex eo etiam, quod super peccata dubia non possit cadere absolutio, sequitur quod non possint confiteri ut absoluenda: si quidem sunt correlatiua confessio, & absolutio, vel ut proprius loquamur, sunt partes Sacramenti, & forma nequit cadere nisi super materiam, & frustra proponitur materia, super quam nequit cadere forma. Sicut etiam in nullo tribunali forensi datur sententia conditionata, sequitur quod etiam numquam absolutio possit dari sub conditione: cuius contrarium ipse Caramuel docet in absolutione muribundi, & in casu dubij Baptismi definit Alexander Tertius, relatus a D. Thoma q. 66. art. 9. ad 4. quod de quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizentur his verbis praemissis. Si baptizatus est, Ego non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo, &c. At si argumentum valet in Confessione, haec doctrina non habet locum. Ergo argumentum nimium

vi-

videtur probare, sed in veritate nil.

65 Retorquico alia via omnia argumenta nam ipse Caramuel ad 6.n.1483 docet (id quod nemo negare valet, cum Sacramenta sint ex libera institutione diuina) potuisse quidem ita institui Sacramentum Poenitentiae, vt etiam imponeretur obligatio recensendi peccata dubia; tunc autem certum omnino esset debere, peccata dubia in confessione exponi. Nunc autem illud sic fuisse institutum, satis ostendimus constare, ex traditione Doctorum, vsu fidelium, ex Concilio Tridentino, ex materia contritionis, ex æquitate in poenis imponendis seruanda, ex præcepto charitatis, & curæ propriæ salutis, quia in his tutior pars est amplectenda: & in isto possidens, & dubitans non obligatur ad aliquid excedens limites dubij.


66 Ex istis principijs omnia contraria radicitus euelluntur, & retorquentur. Ad primum dicimus, quod certitudo obligationis nõ nascitur ex certitudine peccati: quia peccati dubij manifestandi potest esse certa obligatio: & sicut in casu quod hoc Christus instituit, & reuelasset Ecclesiæ, omnes tenerentur respondere: ita nos respondemus, quia vijs prædictis institutione ostendimus.

67 Secundum quod euidentius iactatur, est aperta hallucinatio, & manifestum sophisma: quia probat numquam licere peccata dubia Confessario manifestare, & quod nec de potentia absoluta peccata dubia potuerunt esse materia necessaria Sacramenti Poenitentiae. Quod est Dei alligare omnipotentiam, & inter Thologos irrisione dignum. Instaturque in dubio Baptismo iterando. In casuque præsentibene notat Suarez disp. 18. sec. 1. n. 12. materiam Sacramenti esse peccatum, quod in re sit: in re autem non esse peccatum dubium; sed in ordine ad cognitionem nostram, ex qua nõ variatur Sacramenti materia. Si aliumde habeatur materia certa, vel mortalis, vel venialis, quamuis confessata, illa est adhibenda. Si tamen contingat nullam haberi posse materiam certam, prudenti arbitrio Confessoris relinquatur, vt iuxta materiam necessitatẽ, & periculum, & dubij probabilitatem, Sacramentum conficiat, absolueno sub conditione, saltem concepta, vt constat ex generali doctrina de Sacramentis in communi. Quod latius prosequitur.

DVBIVM QVARTVM.

Vtrum hæc sit forma huius Sacramenti, Ego te absoluo?

Certum est secundum, fidem, quod hæc est convenientissima forma huius Sacramenti: Ego te absoluo. Quod constat ex vsu, & traditione totius Ecclesiæ: & ex diffinitione Concilij Florentini in Decreto Eugenij docentis, quod forma huius Sacramenti sunt verba absolutionis; quæ Sacerdos profert cum dicit, &c. & ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 3. docente formam huius Sacramenti positam esse in illis ministris verbis: Ego te absoluo, &c. Idem probat D. Thomas art. 3. Quia sicut Dominus dixit discipulis Matthæi ultimo: Eũtes docete omnes gentes, baptizantes eos, ita dixit Petro Matthæi 16. Quodcumque solueris super terram. Sed Sacerdos autoritate, seu virtute illorum verborum Christi fretus dicit: Ego te baptizo: Ergo eadem autoritate dicere debet in hoc Sacramento: Ego te absoluo. Et ratione, qua declaratur convenientia diuinæ institutionis. Nam oportet quod forma Sacramenti significet id quod in Sacramento agitur, proportionaliter materia Sacramenti: quia Sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant. Sacramentum autem poenitentiae consistit in remotione peccati: nam peccata sunt materia ab ipso destruenda. Talis autem remotio significatur à Sacerdote, cum dicitur: Ego te absoluo: nam peccata sunt quædam vincula: secundum illud Prouerb. 5. Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Vnde patet, quod hæc est convenientissima forma huius Sacramenti: Ego te absoluo.



§. 16

§. I. Vtrum essentialiter exigentur verba?

2 Circa hæc Catholicam veritatem mouent Theologi difficultates plurimas. Prima, vtrum ad formam huius Sacramenti requirantur verba propriè dicta? Negare videntur Paludanus in 4. distinct. 17. quæst. 2. art. 1. num. 7. in casu necessitatis admittens, quod si non possit ire, nec accersire Sacerdotem, non tenerur quidem scribere, & mandare peccata. Sed tamen, si ipse vult licet ei scribere, & mandare, & illa rescribere, & remendare absolutionem. Et valet (inquit) absolutio, quando utique sic est infirmus, vel clausus, plusquàm si fieret laico. Vbi plane indicat confessionem non futuram Sacramentalem. Refert, nec rejicit Syluester, verbo, Confessor 3. num. 1. & Confessor 4. quæst. 5. dubitanter, & cum multis limitationibus loquens, & Petrus Soto de Confessione, lect. 11. §. Tertium istud sit, folio 298. Expressius id docuerunt Adrianus in 4. vbi de Confessione, quæst. 1. colu. 6. Nauarrus, cap. Quem poenitet. de Poenitentia dist. 1.

3 Ioannes de Medina Codice de Confessione, quæstione, de modo secrete confitendi. §. Quartum dictum, folio 64. columna 3. litter. C. sic dicens: Quod enim sit de necessitate absolutionis Sacramentalis, quod voce fiat, non scripto, non ita certum est, vt putat Caietanus: nec illam formam vocalem esse debere declaratum est. Absolutio enim sententiæ quædam est, in foro illo data: de essentia autem sententiæ non est, quod vocalis sit, cum videamus eam sæpè in scriptis dari, siue sit sententiæ excommunicationis, vel absolutionis ab eadem, siue alia. Nec refert forum esse diuersum, quia quod feratur sententiæ secretè, vel publicè, non variat essentiam sententiæ. Et infra: Nec etiam ex dicto Christi, vnde colligitur huius Sacramenti institutio, colligitur, quod absolutio fieri debeat voce, non scripto, aut quod impendatur præsentì, non absenti, vbi dictum est: Quorum remisistis peccata remittantur, &c. Sic etiam Papæ absentes plenè absoluit, quando plenas indulgentias illis concedit, & absolutio huiusmodi in scriptis dara, valet. Hæc ibi.

4 Imò fauet Fagundez in 2. Præcep-

tum, lib. 2. cap. 10. num. 5. quia contrariam solum vtriusque dicit. Male pro hac parte citat Bonacina disp. 3. quæst. 4. puncto 6. num. 2. Molfesum, & Filicium, cum oppositum expressè doceant. Tandem Ioannes Egidius, Trullench in Praxi Sacramentorum, lib. 4. cap. 2. dub. 4. num. 11. in fine, sic ait: Quod si in articulo, vel periculo mortis aliquis poenitens doctus sit constitutus, & solus ibi adsit Confessarius mutus, dicatque ei poenitens: hæc sunt mea peccata, quibus satisfactio hæc imponenda est; in iungis illam, & absoluis me? Videt alicui posset tenere absolutionem: nam et si confessio regulariter facienda sit verbo, in casu necessitatis sufficit nutu, vel signis; videtur etiam idem posse dici in hoc casu, sed hoc iudicent docti. Hactenus Trullench. Idem tenet Ioannes Pontius in cursu Theologico, disp. 46. quæst. 2. conc. 2. num. 2. vt refert, & cogitandum relinquit Diana part. 11. tra. 6. rel. 14.

5 Ex parte cum istis conuenit Scotus in 4. distinct. 14. quæst. 4. art. 3. litt. C. dicens: Et ex hoc patet ratio quare non est necesse esse ita præcisè verba in isto Sacramento, sicut in Baptismo, vel Eucharistia: quia sufficit, quod exprimat actus sententiæ absoluentis: sicut etiam in iudicio publico nõ oportet esse limitata verba: ait enim vnus de Theodoro Martyre, Iubeo ignibus tradi: Alter de Sancto Cypriano: Gladio animaduerti placeat, Communiter tamen ista verba sunt apta, Ego te absoluo. Scotum sequuntur Gabriel dist. 14. quæst. 2. art. 1. nota. Rosella, verbo, Absolutio. Et Ioseph Angles quæst. 1. de Poenitent. art. 1. difficult. 4. conc. 2. ait. Non est aliqua forma præcisè huius Sacramenti: quia Christus nullam præscripsit. Et conc. 3. ait, quod quæcumque forma, vbi auctoritatiue remissio peccatorum explicatur et ita sufficiens: quia minister est iudex; & iudicis est auctoritatiue iudiciũ proferre. In D. Vazquez art. 3. dub. 3. num. 11. idem in re sequitur.

6 Dico tamen primo, de essentia huius Sacramenti est, quod forma voce humana proferatur, & quod fiat vocibus à Christo Domino institutis, & determinatis. Ita S. Thom. hic art. 3. & vt certum, & Theologorum commune, tradunt Suarez disp. 19. sec. 1. & innumeris alijs quos refert Leander trae. 3. disp. 2. quæst. 16. Bonacina disp. 3. q. 4. punct. 6. num. 2. dicit.

cit, quod Soto dist. 3. art. 5. contrariam sententiam dicit, *erroneam*. Sed Soto ibi non agit de hoc puncto, sed in genere de omnibus Sacramentis: & adhuc de illis non inuenio eam censuram: nec dist. 14. quæst. 1. art. 3. & dist. 18. quæst. 2. art. 6. in fine, ubi loquendo de hoc puncto communem doctrinam proponit, abstinens à censura contrariæ. Nuno tamen hic artic. 3. dub. 1. dicit, oppositum esse *plusquam improbabile, & temerarium*.

7 Probatur in primis ex dictis, quæst. 60. quod omnia Sacramenta noue legis constant rebus vt materia, & verbis vt forma: & Concilium Florentinum de solo Matrimonio dixit, quod *regulariter* perficitur verbis innuens in casu extraordinario sufficere nutus: & hac exceptione formans regulam in contrarium, quod alia Sacramenta nunquam sine verbis propriè dictis possunt perfici.

Secundo specialiter probatur ex relictis decretis Conciliorum: nam ibi sermonem esse de verbis propriè sumptis, satis constat ex illis dictionibus, *profert, & dicit*: quæ habentur in Florentino, & Tridentinum dicit, *formam in illis verbis ministrari positam esse*. Quod si non loquantur de forma essentiali, & de verbis strictè sumptis, nil habebimus certum ex Concilijs de formis Sacramentorum.

8 Tertio probatur ex Caietano in summa, verbo, *Confessio*, conditione vndecima, dicente. Et propterea non potest quis Sacramentum Pœnitentiæ per procuratorem suscipere, nec per scripturam: sicut non potest baptizari quis per procuratorem, nec per scripturam. Quæ ratio sic vrgetur. Non minus forma huius Sacramenti est instituta a Christo, & eius institutio, & verborum efficacia colligitur ex illis verbis: *Quodcumque solueris super terram, &c.* quæ forma Baptismi, & Eucharistiæ, & aliorum sit instituta a Christo, & eius institutio colligitur, ex Scriptura, iuxta Ecclesiæ expositionem, traditionem, & usum. Sed Christus in alijs Sacramentis non dixit expressè, pronuntianda esse talia verba, & eis non prolatis, non valet Sacramentum: & tamen ex similibus verbis adiuncta traditione, & usu, esse indubitatum sine verbis non baptizari, vel consecrari, &c. Ergo vel in alijs Sacramentis hoc non esse certum, quod dicendum non est: vel in hoc negari non potest, quod verissimum est.

9 Aliam rationem proponit Diuus Thomas Opusculo 22. cap. 2. initio dicens. Alia ratio est de absolutione ab excommunicatione, quæ non est sacramentalis, sed magis iudiciaria, iurisdictionem consequens: & aliud de absolutione a peccatis de Sacramento Pœnitentiæ, quæ consequitur potestatem clauium, & est sacramentalis. Illa enim verba habent efficaciam ab intentione dicentis: vnde non refert quibuscumque verbis vtatur ad exprimendam suam intentionem. In Sacramentis autem verba habent efficaciam ex institutione diuina: vnde tenenda sunt verba determinata consonantia diuinæ institutioni. Institutioni autem dicentis. *Quodcumque solueris, &c.* Ista verba conueniunt: *Ego te absoluo*: Sicut institutioni dicentis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes, &c.* conueniunt ista verba: *Ego te baptizo, &c.* Sicut ergo ista tenenda sunt in Baptismo: *Ego te baptizo, &c.* ita in Pœnitentiæ: *Ego te absoluo*. Hæc D. Thomas.

10 Cuius ratio est manifesta ex dictis, quæst. 60. quia Sacramenta non perficiuntur quibuscumque verbis; sed solum diuina institutione determinatis, vel alijs formaliter eis insignificatione æquivalentibus. Nec, quod hoc, est vlla differentia inter Baptismum, & Pœnitentiæ: quia sicut in isto admittimus sufficere verba æquivalentia; idem omnes admittunt in Baptismo: alioquin Græci inualidè baptizarent. Male ergo Scotus in hoc conatur discrimen inter hoc, & reliqua Sacramenta assignare. Ideoque sine fundamento Vazquez impugnat Thomistas, & contra Scoti expressa verba iam relata, vult eum cum communi sentire.

11 Vnde bene admonet Auerfa quæst. 12. sect. 1. quod debent verba esse per se expressiua absolutionis à peccatis, vel remissionis eorum. Ita non valeret absolutio, si Sacerdos rogatus a poenitente, confesso, vt eum absoluat, responderet, dicendo: *Libenter, vel annuo, consentio, contentus sum*, vel alio simili modo sufficiente ad absolutionem à censuris, vel ad forum exterius. Talis enim responsio, licet voce facta, se haberet adhuc tamquam nutus, & signum: quia non seruaret formam à Christo institutam vt essentialem. Sicut si rogatus aliquis baptizare, diceret: *Libenter, in nomine Patri, &c.* Et aquam

aquam infunderet. Omnino ergo necesse est, vt Sacerdos voce sua explicitè proferat verbum expressiuum proprium huius rei. Quare debent etiam verba esse certa, & determinata, sicut in alijs Sacramentis. Non quasi certa materialiter verba sint prorsus necessaria: sed saltem quoad sensum, & formalem significationem.

12 Argumentum contrarium bene diluit Suarez, num. 5. negans hoc Sacramentum nihil habere essentialè, quod non sit de ratione iudicij in communi. Nam licet verum iudicium sit; est tamen speciale, & sacramentale de nouo à Christo institutum cum proprijs conditionibus omnino diuersis ab his, quæ seruantur in iudicio humano: qualis est, v.g. quod idem sit accusator, & reus, quia est iudicium voluntarium. Item, quod ipsi reo credatur, pro se, & contra se: quia est iudicium in fauorem, & medicinam eiusdem rei institutum. Sic ergo habet etiam hanc conditionem, scilicet, quod expressè significet salutem animæ, ad quam conferenda institutum est. Præterea potestas illa, à qua procedit hæc sententia, singularis est, & alterius ordinis, sicut potestas consecrandi: & ideo in vtrâque voluit Christus, vt per organum, & per signum à se definitum actus eius exerceretur. Præterea in humano iudicio aliquando requiritur specialis solemnitas: vt quod accusatio, vel sententia scripto fiat; quod interdum etiam essentialè est. Ergo idem dicendum in Sacramento, quod exigit expressam significationem perceptibilem auribus humanis. Si autem constat, quod in hoc non fuit dispensatum in forma Baptismi, qui multo magis necessarius est; nec debuit in Pœnitentiæ dispensari propter rarum, & extra ordinarium casum, qui vix accidere potest; & in eo semper habet locum contritionis remedium. Per quæ responsum est fundamento, quod indicat Trullench: nam hæc expressa significatio requiritur magis ex parte formæ, quam ex parte materiæ: quia vt ait D. Thomas hic art. 3. in quolibet re perfectio attribuitur formæ: & hoc Sacramentum perficitur per ea, quæ sunt ex parte Sacerdotis. Actus autem poenitentis, cum sint materia determinabilis, possunt nutibus exprimi. Videatur D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 2. q. 1. & 3.

13 Sed instabis: quia non obstante, quod significatio formæ debet esse ex-

pressior, in Sacramento Matrimonij, nõ solum materia, sed etiam forma potest sine verbis exprimi per nutus: ergo pariter in hoc Sacramento, sicut confessio potest valere solis nutibus in casu necessitatis, ita in simili casu potest valere absolutio per sola signa.

Respondet Suarez, Nuno, Araujo, & alij, eiparem esse rationem: quia in Matrimonio Christus honorauit contractum, & eleuauit vt esset Sacramentum, absque speciali materia, & forma, quæ ad contractum ipsum necessaria nõ esset: hic vero instituit solemnissimum, & recursum ad Ecclesiæ clauis, sub forma determinata.

14 Adijcit Lugo disp. 13. sec. 1. num. 5. & 6. esse discrimen: nam verba in Matrimonium solum requiruntur, ad hoc, vt humano modo constet alteri coniungi de consensu alterius: & ideo ad inuicem debent percipi. In Sacramento vero Pœnitentiæ id non est necessarium: vnde verba dicuntur Latine, & voce demissa. Ideoque solum requiruntur quasi in ordine ad Deum. Nutus autem, sicut scriptura sunt in supplementum verborum. In Sacramento isto ex diuina institutione requiritur loquutio cum Deo externa, & sensibilis: quæ non est, nisi per verba propria. Sed prior solutio est solidior, & communior.

15 Ex quibus patet rectè Caietanum, & Soto, & alios Thomistas, Suarez, Auerfa, & alios impugnare sententiam Scoti: nec conformiter ad eius mentem eum defendere Vazquez, quia vt arguit Suarez disp. 19. sec. 1. num. 23. non bene differentiam constituit inter formam huius Sacramenti, & formam Baptismi. Nam vel loquitur de mutatione quoad verba in alia, quæ æquivalent in sensum, & sunt quasi synonyma: & sic verum dicit, quod quæcumque verba sufficiunt. Sed quoad hoc non est differentia inter Pœnitentiæ, & Baptismi: quia par ratio est in omnibus Sacramentis, vt vidimus, quæst. 60. Vel est sensus, illa verba non esse necessaria quoad sensum, & significationem. Et hoc dicit nequit; vt constat ex Concilijs Florentino, & Tridentino: Et quia formæ essentialis Sacramentorum inuariabiles sunt.

16 Respondent Scotista, Felix in manuscriptis, cap. 1. diff. 2. Delgado loco c. 13. dub. 23. ad 6. Scotum constitutere illa

differentiam, eo quod formæ Baptismi necessario sunt addenda verba illa: *In nomine Patris, &c.* quæ in forma Pœnitentiæ non requiruntur; sed sufficit explicari sententiam iudicis, quim declaratur, cuius virtute, aut potestate datur.

Quæ quidem doctrina absolute est vera, sed quomodo sit ad mentem Scoti, ego non video: quia ibi nec leuiter hoc insinuat: quin potius ratio eius à paritate sententiæ fori, externi, quæ modo sit istis, modo alijs verbis, vel nil probat, vel nimium probat. Sed dum re constat, non oportet sollicite disquirere, quid iste, vel ille senserit.

§. II. Que verba sint essentialia pro forma Sacramenti Pœnitentiæ.

17 Secunda difficultas est, supposito quod essentialiter exiguntur verba, quæ verba sint de essentia, quæ de integritate substantiali; & quæ de decencia, & de bene esse. Certum est decentissimum esse, quod seruemus formam, & ritum præscriptum in Rituali Pauli Quinti; pro his, qui vtuntur Missali Romano; vel in normam præscriptam in Missali, vel Breviario vniuscuiusque Ordinis respectiue: vt Benedictini, & Cistercienses, vel Carthusiani, vtantur forma, & ritu sui Ordinis, & Prædicatores ritu præscripto in Breviario Ordinis Prædicatorum. Omisio autem potest aliquando esse absque culpa, quando rationalis adesse causa variandi, vel breuiandi; aliquando vero solet culpa esse venialis: quia indecencia non est grauis; ex contemptu vero, vel quia exponitur periculo non conficiendi Sacramentum, erit mortale: nam ex materia sola grauitate non agnosco in hac administratione extare præceptum, quod certo obliget sub mortali. Imò in confessionibus quotidianis raro credo esse mortale omittete omnia alia, dum tamen dicantur essentialia, vel quæ substantialiter integran formam.

18 Certum est secundo, quod orationes, quæ præcedunt, committantur, & subsequantur formam; non sunt de necessitate Sacramenti: quamvis conuenienter adhibeantur. Quod bene probat D. Thomas art. 3. ad 1. nam per illa verba Sacet-

dos absolutionem non significat fieri, sed petit vt fiat. Præmittitur tamen in Sacramentali absolutione talis oratio, ne impediatur effectus Sacramenti ex parte pœnitentis, cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc Sacramento; non autem in Baptismo, vel Confirmatione. Et iuxta hoc ad 2. exponit D. Thomas verba S. Leonis Papæ relati de Pœnitentiâ, cap. *Multiplex*. Quod & docet Concilium Tridentinum sessione 14. cap. 3. dicens: *Formam in illis verbis ministrari sitam esse: Ego te absoluo, &c.* Quibus quidem de Ecclesia sancta. more præcess quam laudabiliter, adiunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam pertinent; neque ad ipsius Sacramenti adhibendam instructionem sunt necessaria. Vbi clare docet alia verba deprecatiua non esse necessaria: esse tamen utile, & laudabile ea adiungere. Vnde, vt notat Lugo disp. 13. sec. 1. num. 8. in fine, duriuscule loquitur Concilium Colonienſe, in Enchiridio, sub titulo de Sacramento Pœnitentiæ, vbi ex Gentione dicit, debere retineri breuitatem, & simplicitatem verborum absolutionis; nec vtilem esse illam aliorum verborum, aut precum additionem.

19 Tertio est certum quod *ly Ego*, non est de essentia, vt insinuat de Baptismo docet D. Thomas, quæst. 66. art. 1. ad 1. dicens addi ad maiorem expressionem intentionis. Rationemque assignat in 4. dist. 3. q. 2. ar. 2. q. 1. ad 2. quia secundum Grammaticos in verbis primæ, & secundæ personæ intelligitur nominatiuus certus, & determinatus Ideoque sub intelligitur *ly Ego*, in *ly Absoluo*: vt communiter tenent Theologi. Esto dissentiat Llamas, Fagundez, & Becanus, apud Leandrum trac. 3. disp. 2. quæst. 2. qui & referens viginti quinque Authores. Sed ista re clara, & perua, & omnium communi, frustra Catalogus Authorum adijcitur.

20 Aliquamtulum plus difficultatis est de *ly Te*. Soto enim in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. in fine, §. *Postremum tandem*, loquendo de eo qui in articulo mortis est ligatus excommunicatione, & peccatis, dicit, quod simul ab utroque potest absolui dicendo, Absoluo te ab excommunicatione, & a peccatis. In d. *verbum, Absoluo, cum intentione absoluedi ab utroque, sufficent*. Quare quod expressio personæ absoluedæ non sit de essentia formæ, tenent Henriquez

libro 1. de Pœnitentiâ capitulo 11. n. 3. lit. Y. & numero 1. L. P. Vivaldus de Absol. n. 97. contrarium tamen docet D. Thomas art. 3. & communiter Theologi: ideoque male in contrarium a Bonacina, & alijs refferi D. Thomam, Petrum Soto, & Nauarrum, probat Leander tract. 5. disp. 2. q. 4. dicens neminem præter tres relatos dissentire. Sed tamen vt retulimus q. 66. dub. 4. §. 5. dissentit Caramuel hic in Theologia fundamentali num. 1850. dicens formam esse: *Absoluo*, & in forma Baptismi.

21 Sed utrobique male, & contra certam omnium Theologorum sententiam. Vnde Raphael Auersa de Pœnitentiâ q. 13. sec. 2. §. *Septimo demum*, ita ait. Attamen communiter Theologi supponunt, id esse necessarium, & vt tale poni in Concilijs. Vnde opposita sententia superioribus annis inuenta, male audiuit. Nec Soto ibi aliud voluit, nisi quod in angustia temporis, satis esset semel proferre verbum, *Absoluo* à censuris, & peccatis; non tamen excludendo pronomen illud, quod sane eadem breuitate dicitur. Et ratio est: quia alioqui verbum *Absoluo*, est per se indifferens vt possit referri ad quicumque personam: nec reddit integrum sensum: & forma ipsa Sacramenti debet per se habere sensum integrum determinatum. Quo autem omnis dubitatio tollatur de mente M. Soto, legatur in 4. dist. 3. q. unica art. 5. ad 3. vbi §. *Ex hac ergo dicit*, quod *neque de hoc est controversia*: & loquitur expresse de Baptismo, Confirmatione, Pœnitentiâ, & Extremaunctione: quia cum consistant in vsu, & in applicatione materie ad subiectum, nisi illud exprimat in forma, non sunt valida. *Non enim satis esset dicere: Ego Christo, vel Absoluo, nisi adderes, Te*. Supponunt tamen omnes, & plurimi aduertunt, sufficere æquivalentiâ: vt si diceret, *Absoluo Petrum, vel absoluo a peccatis tuis*. quia in *ly Petrus*, vel *tuis*, satis exprimitur persona.

22 Præcipua ergo difficultas remanet, an in forma Absolutionis *ly a peccatis*, sit de essentia?

Viderut negare D. Thomas hac 3. parte quæst. 84. articulo 3. & Opusculo 22. quatuor capitibus. & in 4. dist. 22. quæst. 2. articulo 2. quæst. 2. quatenus disputans late de forma, nunquam meminit, nec dicit, quod in

illa exprimat *ly a peccatis*. Quod pariter patet in Catechismo Pij Quinti. Expresse sanctus Antoninus 3. p. titulo 17. capitulo 21. §. 1. sic ait. Forma autem absolutionis, secundum Thomam in tractatu de forma absolutionis, est hæc quantum ad substantiam. *Absoluo te*. Et consuevit addi: *Ego: & a peccatis tuis*: Et si non diceretur, sub intelligeretur. Quia enim in Sacramentis verba habent efficaciam ex institutione diuina, tenenda sunt determinate verba consonantia institutioni diuinæ. Institutioni autem diuinæ dicenti: *Quicumque solueris*, &c. ista verba conueniunt: *Ego te Absoluo*. Idem Innocentius, & Hostiensis. Hæc S. Antoninus. Idem docent Caietanus verbo *Absolutio* initio. Syluester verbo *Absolutio* 6. n. 2. Soto dist. 14. quæst. 1. articulo 3. in fine. Ibi Summa Armila, numero 4. Victoria q. 106. & Petrus Ledesma tom. 1. tract. 4. de Pœnitentiâ capitulo 3. conc. 2. dub. 6. dicto secundo. Nuño 3. part. q. 84. articulo 3. dub. 3. Araujo ibidem. Tenentque communiter Authores, quos referunt, & sequuntur Bonacina disp. 5. quæst. 4. puncto 1. Leander tract. 3. disp. 2. q. 7. & Diana 2. part. tra. 17. res. 14. & tra. 15. vers. 47. & parte vndecima, tra. 6. res. 21.

23 Probat Suárez disp. 19. sec. 1. numero 21. quia illa verba, supposita confessione super quam cadunt, habent satis determinatam significationem: solet enim materia determinare formam, & forma materiam: cum ergo hæc forma sit veluti sententia pro lata super hanc accusationem, satis determinate significat absolutionem in tali causa, & materia; ergo significat absolutionem a peccatis, etiam si illud verbum, *a peccatis*, in forma non addatur. Sicut in iudicio humano non oportet in ipsa sententia iterum ex primi culpam: sed eo ipso; quod audita accusatione, & tota causa, iudex pronunciat hunc esse immunem, vel esse reum talis pœnæ, satis declarat mentem, & sententiam suam: ergo similiter in præfenti. Maxime; cum verbum, *Absoluo*; absolute prolatum, quasi per Antonomastiam significet internam absolutionem a culpa: & iuxta communem sensum hæc sit illius verbi significatio.

24. Quod confirmat Lugo disp. 13. sec. 1. num. 18. quia verbum illud, *Absoluo*, vel *remitto*, habet ex se sufficientem vim ad significandam absolutionem à vinculis, seu remissionem debiti; licet non addatur aliquid aliud. Sic enim in oratione Dominica dicimus: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; non addentes, quid eis dimittimus, & Ioan. 11. dixit Christus Apollolis, loquens de Lazaro: *Soluite eum, & sinite abire*: neque addit, *à vinculis*. Denique in vulgari, & humano sermone; is qui offensam passus est, dicere solet, etiam post temporis intervallum, *Ego condono tibi, ego tibi remitto*: per quod, etiam si nihil addat, sufficienter intelligitur remittere, & condonare offensam: ergo eodem modo Sacerdos, loquens nomine Dei offensus, & dicens: *Ego remitto, vel condono tibi*, aut, *Ego te absoluo* (quod idem est) sufficienter significat remissionem offensæ, vel debiti ex peccato resultantis.

25. Item confirmatur ex his, quæ docent Nuño solutione ad 3. & Candidus; disq. 24. art. 7. num. 12. assignant differentiam cur in Baptismo, Confirmatione, & Extremavntione, verba formæ significant ipsam materiam, quam determinat: id vero non sit necessarium in Sacramento Pœnitentiæ: nam in alijs Sacramentis materia apponitur ab ipso ministro: & ideo necessarium est, quod significetur in forma: quia voluit Christus Dominus ut minister significaret id quod agit. In Sacramento vero Pœnitentiæ, quia materia apponitur ab ipso pœnitente, non est necessarium, quod ita expressè significetur per formam appositam à ministro: Significatur tamen implicite per illud verbum, *Absoluo*, sicut per verbum, *baptizo*, significatur ablutio spiritualis.

26. Nihilominus oppositam sententiam defendunt ex Thomistis Paludanus in 4. dist. 22. quæst. 3. art. 2. num. 5. ita scribens. Circa secundum est notandum, quod de forma essentialiter sunt tria vocabula de necessitate, scilicet, *absoluo te à peccatis*: quia verba illa per se pertinent ad formam Sacramenti, quæ directè significant eius effectum: sed prædicta verba directè significant effectum Sacramenti Pœnitentiæ. Ergo, &c. Maior patet, quia sicut in naturalibus efficientia attribuitur formæ: sic & in Sacramentis; cum Sacramenta significant, quod efficiunt. Et ideo forma verborum principaliter significat effectum Sacramenti, quem efficit. Minor manifesta est: cum enim effectus Sa-

cramenti Pœnitentiæ sit remissio peccatorum, directè significatur per hæc verba: *Absoluo te à peccatis tuis*. Idem expressè docet Petrus de Soto sec. 4. de Confessione. §. *Iam de forma*, ver. *Secundum*, folio 256. Ioannes Viguierus in Institut. cap. 16. §. 4. versu 2. Faudentque Raynerius, & eius Additionator M. Ioannes Nicolai, verbo *Absolutio*, cap. 5: quatenus in forma essentiali, præter, *Absoluo te*, addunt, *& cetera*. Præter Thomistas, docent Angelus, verbo, Confessio §. 1. Maior in 4. dist. 14. quæst. 2. Gabriel ibidem.

27. Reliquis diligentius, erudite, & neruose hoc idem probat Raphael Aueria, quæst. 12. de Pœnitentia sec. 3. & quia codex non est præ manibus omnium: & videtur omnia fundamenta collegisse; in gratiam lectorum; placet transcribere, ait ergo. Potius tamen videtur hæc particula, *à peccatis*, esse de essentia, & necessitate huius formæ, requisita ad valorem ipsius absolutionis. Refert aliquos ex iam relatis: & subiungit. Probari potest. Primo ex verbis Christi, quibus hoc instituit Sacramentum, cum dixit: *Quorum remissis peccatis, remittuntur eis*. Vbi expressè nominavit peccata, nec dixit: *Quorum remiseritis, remittetur eis*. Quare si forma sumenda sit ex verbis Christi, debet Sacerdos necessario dicere: *Remitto tibi peccata*, & non tantum: *Remitto tibi*. Sicut quia instituendo Baptismum dixit: *Baptizantes eos, in nomine Patris, &c.* Sumpta est forma Baptismi, in qua necesse est explicite eo modo; & non satis esset implicite alio modo nominare diuinas personas. Ac etiam quando dixit: *Quæcumque solueritis super terram*: licet non specificè nominauerit peccata, tamen dicendo: *Quæcumque*: vtiq; sub hoc nomine intellexit peccata. Vnde fuit eo termino generali, ut includeret omnia vincula, de quibus dedit Ecclesia potestatem soluendi, atque ligandi. Ex quo eo magis fit, ut dum Ecclesia, id est, minister vult soluere vincula peccatorum, determinatè dicere debeat, *Absoluo te à peccatis*.

28. Probatum secundo, ex Concilijs Florentino, & Tridentino: Vtrumque enim dixit formam huius Sacramenti consistere in illis ministri verbis: *Ego te absoluo, &c.* Vbi ly. *Et cetera* vtiq; indicatur aliud verbum essentiali, & necessarium: quod non potest esse aliud, quam ly. *à peccatis*. Ideo autem Concilia non expressè determinauerunt hoc verbum: quia noluerunt designare quot, & quæ præcisè ver-

verba requirantur. Sed eo modo loquendi satis docuisse videntur, aliquod quidè verbum requiri: quod disersu, & ratione manifestè ostenditur non esse aliud. Neque satisfaciunt aliqui dicentes, Concilia sic esse loquuta, ut abstinere ab opinionibus; & controuersis Theologorum, disputantium an præter illa verba, *Absoluo te*, requirantur alia. Nam ille modus loquendi potius est affirmatiuus, ac decisiuus, ad denotandum aliquod aliud verbum superesse addendum: sed abstinere solum a definiendo quantum, & quid super sit addendum. Nec satisfaciunt quidam alij dicentes, Concilia voluisse solum declarare obligationem præcepti, qua scilicet teneatur minister aliquid aliud adijcere: non tamen necessitatem Sacramenti, quasi absque tali addito non conficiatur. Nec similiter illi qui dicunt, hoc additum esse solum de essentia, seu de integritate concurrente ad effectum: non vero esse necessarium ad valorem. Nam potius concilia designare voluerunt formam propriè substantialem, & necessariam ad valorem Sacramenti, ut ex eorum modo loquendi satis patet. Vnde ad differentiã ipsius formæ Tridentinum declauauit, alias præces non spectare ad essentiam ipsius formæ, nec ad Sacramenti administrationem esse necessarias. Nec obstat quod Concilia etiam apposuerunt particulam, *Ego*. Nam patet appoluisse solum ad complementum, & aptum modum loquutionis: cum aliquid prorsus includatur in verbo *Absoluo*. Vnde omnes fatentur diuerso modo debere intelligi de pro nomine *Te*, & pro nomine, *Ego*.

29. Tertio ratione probatur: quia forma Sacramenti debet explicitè, ad determinatè significare vim, & effectum eius: sed ly. *Absoluo* non hoc explicat explicitè: quin imò potest plura, & varia significare: dicique potest non solum de peccatis, sed etiam de alijs debitis, grauaminibus, & subiectionibus: ergo necesse est explicitè ac determinatè addere *à peccatis*. Et præsertim Ecclesia pariter vtitur eodem verbo ad absoluendum etiam à censuris, excommunicatione, suspensione, interdicto: Ergo ad sensum explicitum, ad determinatum formæ, per se necessarium est illud additum *à peccatis*.

Quarto. Non sufficit, quod dicunt auctoritate patris Auctores, verbum, *Absoluo*, satis determinari à Confessione præmissa, ad hoc ut sensum reddat de peccatis. Vel per Antonomasiã, quãdo ad alium

sensum per *am* particulam non trahitur, simpliciter intelligi de peccatis. Nò, inquam, sufficit. Nam quia in Sacramento non debet determinari forma per materiam; sed forma ipsa per se, & in se, debet habere significationem explicitam, & completam; & potius ipsa forma determinat materiam. Tum quia interdum pœnitens affert etiam censuras, & petit ab ijs absolui. Quare si Sacerdos solum diceret, *Absoluo te*, hoc verbum planè nõ determinaret censuras, vel peccata. Et posset interdum Clericus adire ministrum, & aperire illi sum delictum, & statum suspensionis, vel animo obtinendi solum absolutionem ab hac censura, vel solum à culpa: & vtiq; verbum, *Absoluo* neutram partem determinat.

30. Quinto. De factò confessarius auctore confessione, vel absolute præmittit absolutionem ab excommunicatione, aut interdicto, quando inuenit talem censuram: vel etiam ad cautelam, & sub conditione solet eam præmittere: ergo iuxta vsum ipsum verbum *Absoluo* non determinat peccata. Ac certe dum anteceder dicit, *Ego absoluo te*, ut subiungat, ab omni vinculo *Excommunicationis*, vtiq; non adhuc absoluit à peccatis, non adhuc conficit Sacramentum: idque non tantum ex defectu intentionis internæ, sed vere etiam ex defectu formæ externæ, quæ adhuc non profertur. Quare dum iterum repetit, *Absoluo te*, ut subiungat *à peccatis*, non adhuc in prolatione primæ particulæ; sed tantum in prolatione secundæ perficit Sacramentum: eratque hæc necessaria ad illud perficiendum. Et rursum posset fieri, ut Sacerdos post verbum, *Absoluo*, adderet à poena, vel à reatu poenæ, in ordine, inquam, ad ea ipsa peccata, quæ audiuit. Quo tamen modo non perficeret Sacramentum, quia non exprimeret primarium effectum, qui est remissio culpæ. Item posset fieri, ut adderet de certa specie peccatorum, ut potè à furtis, à blasphemijs: & tunc vtiq; non absolueret directè ab alijs peccatis. Igitur ipsum verbum, *Absoluo* est per se indifferens ad varios terminos: nec determinatè significat id quod oportet in hoc Sacramento, nisi per particulam additam *à peccatis*.

31. Sexto probatur a paritate. Debet in hac forma absolutionis per se explicari persona, quæ absoluitur, dicendo, *Absoluo te* (ut statuimus cum communi.) Nec factis erat, quod talis homo tunc confessus sit

fit Sacerdoti, & absolutio in perat, ad hoc quod sufficienter determinetur verbum *absoluo*, & ad illud, ex facto ipso confessione premissa, similiter nequise erat explicari in ipsa forma personam ministrum absoluentis. Et in tantum ly *absoluo* ex hac parte sufficit, quia per se denotat, ac determinat ipsam personam. Alioquin si verbum indicatiui modi posset esse commune, & indifferens pro secunda etiam, & tertia persona, prout de facto est participium *absolvens*: quod quidem tenet locum temporis presentis apud Hebraeos, oporteret explicita apponere verbum, aut pro nomine primae personae. Nec satis esset, quod talis minister post auditam confessionem, ipse met proferat verbum absolutionis, ut eo ipso de se intelligatur. Pariter ergo oportet explicito dicere a peccatis: nec satis est quod ex confessione premissa, & ex alijs circumstantijs id sub intelligatur. Ut enim dicebamus, integer, & completus sensus formae non debet compilari partim ex verbis ministri, & partim ex verbis, & gestis suscipientis, vel gestis eiusdem ministri: sed per se complete consistere debet in ipsis ministri verbis. Quia sic Sacramentum dicitur constare ex materia, & forma, ex rebus, & verbis. Et ita fatetur Lugus n. 25. sensum, & significationem formae in hoc Sacramento non debere sumi ex alijs circumstantijs, sed ex institutione Christi debere in solis verbis inueniri sufficienter. Sed constat verbum *absoluo* solum esse indifferens ad plura, & posse, ac tolerare referri ad plura. Et quamvis dicatur determinate referri in genere ad vincula, seu debita; tamen adhuc varia, & diuersa sunt ipsa vincula, seu debita. Non ergo se solo sufficienter significat. Sed ad summum ex circumstantijs adiunctis referretur determinate ad peccata: quod tamen non sufficit: cum debeat forma ex vi suorum verborum habere completam significationem.

32. Septimo. Probat etiam Extremamunctionis exemplo: in qua ad valorem Sacramenti necesse omnino est vno modo explicito nominati peccata: nempe: *Indulget tibi Dominus quicquid deliquisti*, cum alijs verbis connexis: nec prorsus satis esset dicere: *Indulget tibi Dominus*. Imò hoc magis per se sine alia explanatione ferretur ad peccata: quia non aliam indulgentiam à Domino expectamus, vel petimus. Et tamen adhuc neces-

se est dicere: *Quicquid deliquisti*. Id que omnes Theologi sine controuersia asserunt, vel supponunt. Neque id est necessarium solum pro nominatis singulis sensibus, *Per visum*, & sic de singulis: sed per se propter ipsa peccata: adeo ut etiam si necesse non esset dicere distincte per singulos sensus: *Quicquid deliquisti*, siue: *Quod deliquisti*. Rursus ex eodem exemplo Concilium Tridentinum eadem sel. 14. cap. 1. de Extremamunctione, sic eius formam assignauit: formam esse illa verba: *Per istam unctionem, &c.* vbi per ly, &c. prorsus intellexit, alia quoque verba esse de substantia, & necessitate formae, licet non designauerit quae, & qualia. Ita ergo similiter, dum dixit, formam Sacramenti Poenitentiae esse *absoluo*, &c. sub ly, &c. intellexit aliquid aliud superesse de substantia, & necessitate formae.

33. Octauo. Dicit non debet quicquam esse de essentia, seu integritate formae, ita ut concurrat ad effectum Sacramenti, & expectetur eius probatio ad eum conferendum; quod non sit de eius necessitate, & valore. Ita iam circa formam Eucharistiae suo loco statuimus. Non enim in potestate ministri est, includere, aut requirere aliquod verbum, aut differre effectum Sacramenti ad prolationem talis verbi; quod per se, & ex institutione Christi non erat necessarium.

Nono. Ex his ad praxim sequitur, mortale peccatum, & sacrilegium fore Sacerdotis, qui hanc particulam *A peccatis* praetermitteret. Quod ex Authoribus etiam alterius sententiae, aduertunt Fagundes, Filiutius, & alij: id fatentes propter periculum reddendi irritum Sacramentum. Ac etiam sequitur repetendam fore absolutionem, saltem sub conditione, à Sacerdote, qui in hoc defecisset. Vel melius absolute, repetita prius vno verbo eadem confessione.

34. Postremo admittendum est, pro hac particula *A peccatis*, satis fore quamcumque aliam aequivalentem, ut pote, Culpis, Delictis, Prauaricationibus, transgressionibus, Iniquitatibus, Diuinis offensis, iniurijs, & si quae sint alia similia nomina. Aliqua tamen possent esse dubia, ut Debitis, Vitijs, Defectibus, & similia. Quibus proinde uti esset mortale peccatum ratione periculi. Nec etiam omni culpa vacaret, mutare nomen in Rituali praescriptum, & in Ecclesia consuetum, in aliud in solitum, quamvis sine periculo aequivalens. Haec Auerfa; qui ita

pro.

prolixè conatus est stabilire: quia nouerit hanc sententiam, valde probabilem; esse minus inter Recentiores receptam. Ad auctoritatem D. Thomae responderat eadem sectione folio 646. columna prima, quod S. Thomas ibi non intendebat integram, & completam formam tradere: sed tantum explicare, debere formam proferri per modum indicatiui, ut clare patet in textu. Et Catechismus non aliud voluit; quam quod dictum erat à Concilio Tridentino, de quo in secundo fundamento iam dictum est.

35. Adhuc restat tertia sententia quae michi videtur probabilior (quamvis duae praecedentes sint satis probabiles per principia extrinseca, & intrinseca) asserens cum prima, verba essentialia formae esse *absoluo te*: quod probat argumentis primae sententiae: at vero ly *a peccatis*, esse de integritate substantiali formae: nec in reddari effectum formae antequam haec verba à Sacerdote proferantur. Ita Martinus Ledesma, i. p. Quarti q. 25. ar. 3. in fine, quod non esse improbabile dicit Petrus Ledesma tom. 1. tract. 5. de Poenitentia cap. 3. conc. 2. dub. 6. dicto 2. Assertiuè que tumentur Henriquez libro 4. cap. 11. n. 3. Vazquez 3. p. q. 84. art. 3. dub. 4. a. n. 3. vsque ad 7. Kellifolus ibi dub. 3. Molfesius tract. 7. cap. 5. n. 26. & alij. Et Mag. Ioannes à S. Thoma de Eucharistia disp. 4. art. 1. & in Materia de Poenitentia disp. 1. & in tractatu de approbatione doctrinae D. Thomae disp. 2. art. 4. propositione 6. §. Quare folio 249. col. 2. Thomas Hurtado to. 2. tract. ultimo refol. 8. §. 5. n. 416. Possuntque referri Caietanus, Dominicus Soto, Vterque Ledesma, Deza, Salmeron, & alij, qui loquendo de forma consecrationis vini in Eucharistia, eandem opinionem tinentur, ut nos retulimus, q. 78. ar. 4. & q. 60. dub. 13. n. 28. & alij, quos retulimus, & sequuti sumus quæst. 78. dubio 5.

36. Probat Vazquez, quia quando verba, quae adiunguntur, continebantur implicite in verbis alijs, tunc illud idem, expresse, & explicitè additum, non minus operatur, quam si solum implicite contineretur. Sic enim illud pronomem, *Ego*; quod implicitè continetur in verbo *absoluo* non minus operatur quando expresse ponitur: ergo cum illud *a peccatis tuis*, implicite etiam contineatur in verbo *absoluo*, & quando implicite solum ponitur, operetur non minus debet operari quando expresse, & explicitè ponitur,

Secundo probant alij ratione sumpta ex modo, & vi, quam voces habent ad significandum, scilicet, quod non faciunt sensum perfectum, donec absoluantur tota propositio, & interim suspendant sensum, cum adhuc sunt indifferetes adhuc vel illum. Eo quod verba non habent vim significandi, nisi quatenus faciunt, quod audientes concipiant rem prout in mente loquentis. Qui autem audit, antequam loquens absoluat propositionem, non potest prudenter iudicare quid dicat: quia quando aliquid restat addendum, suspenditur sensus. Cum ergo illa verba, *a peccatis*, pertineant ad eandem propositionem, faciunt, quod priora non significant perfecte, nec operentur, donec tota propositio absoluantur: atque ideo illa etiam concurrunt ad effectum gratiae, & ad remissionem peccatorum, quam significant.

37. Has duas rationes late impugnat Lugo disp. 11. de Eucharistia sec. 4. & disp. 13. de Poenitentia sec. 1. §. 3. a. num. 29. vsque ad 34. vbi concludit verius esse illa verba *a peccatis tuis*, non concurrere ad effectum Sacramenti; sed hunc dari antequam prolationem: quia ante illa verba iam in rigore propositio est absoluta, & perfecta per priora verba, quae reddunt sensum perfectum, & significant totum obiectum: verba autem posteriora deseruiunt solum ad idem clarius significandum. Ideoque in istis vim non faciunt: sed in rationibus Thomistarum.

38. Thomistae ergo in longe diuerso sensu sententiam intelligunt: & ideo alijs argumentis eam probant. In primis à paritate formae consecrationis sanguinis: nam quamvis per priora verba significetur conuersio vini in sanguinem Christi: quia tamen verba, quae sequuntur, sunt de terminationes praedicati; pertinentes ad integritatem loquutionis, sunt de substantia formae: pariter ergo quia ex institutione Christi, & traditione Ecclesiae; ly *a peccatis*, est de integritate loquutionis, est de substantia formae Sacramenti Poenitentiae. Nec satisfacit, quod respondet Vazquez n. 4. & Araujo conc. 2. n. 37. in fine, quod non est simile: quia illa verba: *Nous, & atermi, &c.* determinat praedicatum, quod praecessit, scilicet, *sanguinis mei*, & significant aliquid quod per praecedentia non significatur. At vero sola illa verba: *absoluo te*, significant totum integrum effectum Sacramenti: & sic illa, *a peccatis tuis*, nihil significant; quod non

fig.

Significetur per praecedentia verba : & ideo non sunt de substantiali integritate. Non inquam, satisfaciunt, quia aperte sub iuramento Minorem falsam, vt manifeste probant quinque rationes secundae sententiae a prima vsque ad septimam, quas repetere non oportet.

39 Deinde a priori, quia Christus instituit Sacramenta, vt quaedam composita ex materia, & forma, ex rebus, & verbis, ad instar compositi artificialis, quod est ad similitudinem compositi naturalis: in quibus sunt partes physicae, & partes substantialiter integrae. Sicut enim in corpore humano distinguimus ossa, brachia, pedes, manus, & digitos: ita in Sacramento Poenitentiae sunt plures partes materiales, quaedam essentiales, & quaedam integritates, vt in omni sententia, satisfactio in re exhibita dicitur integrare Sacramentum, & confessio est pars essentialis materialis. Ergo non est cur non similiter ex parte formae distinguamus partes eius essentialis & partes substantialiter integrantes.

40 Ad hancque sententiam tenendam, moueor praecipue, quia argumenta primae sententiae probant priora verba sola esse partem essentialis: sed non ostendunt quod sequentia non sint partes substantialiter integrantes: vnde multi, qui pro illa referuntur, a nostra scientia non recedunt, vt praecipue patet in M. Soto, & in alijs, qui eum sequuntur. Posterioris vero sententiae fundamenta probant, quod ly *peccatis* integrat significationem, concurrat ad effectum, & requiritur ex institutione diuina: quod verum quidem est, quia Christus instituit quaedam vt essentialia, & quaedam vt integritates. Ex quibus omnia manent soluta: quia octaua ratio secundae sententiae impugnat tertiam in sensu, quo defenditur a Vazquez, in quo non admittimus eam; sed prout a Thomistis defenditur.

41 Illud michi videtur indubitatum, quod esset mortale haec verba omittere: quia cum secunda sententia sit probabilis, exponitur periculo irritandi Sacramentum. Quicquid a mortali excusetur Araujo & alij multi, quos citat, & sequitur Leander disp. 2. q. 8. vbi male refert Soto, qui non loquitur de omissione horum verborum, sed de sequentibus. Nec bene Granados tract. 1. disp. 6. sec. 1. n. 9. & Diana parte vndecima tra. 6. miscellaneo resol. 21. solum in articulo mortis agnoscit teneri confessarium sub morta-

li non omittere ea verba: quia etiam seclusa extrema necessitate tenentur nos non ponere periculo irritandi Sacramentum. Et sicut in Eucharistia est probabile, quod sola illa verba: *Hic est calix sanguinis mei*: sunt essentialia; improbable vero, quod reliqua licite omittantur, & similiter in confirmatione, & Extrema-vunctione: ita pariter in praesenti: quia non frustra Concilia opponunt in forma ly, &c. Recolantur dicta in nona ratione secundae sententiae. Adhuc si non teneatur secunda, sed tertia sententia, idem est dicendum: quia peccatum est mortale omittere partes substantialiter integrantes formam Sacramenti: vt in inductione in omnibus apparet. Cum autem istae duae sententiae tot rationibus roborentur, & tot Doctorum suffragio firmentur, derisibile videtur, quod prior sententia dicatur certa.

42 Tandem videndum restat, an praeter ista, alia verba essentialia sint, vel substantialia formae Poenitentiae?

Pro sententia affirmante, quod illa verba: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, sunt essentialia formae absolutionis, solent referri Durandus in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. ibi Aureolus q. unica, art. 3. Maior dist. 14. q. 2. Imo & Suarez, & post eum alij, referunt Petrum de Soto. Carterum Petrus Soto oppositum expresse docet lec. 4. de confessione folio 256. §. *Secundum*, & §. *Tertium non omittemus*. Durandus vero non loquitur determinate de istis verbis, nec clare dicit essentialiter alia requiri, quamvis aliquando insinuet, & sub dubitatione loquatur: inquit enim n. 6. quantum ad secundum: *Dici potest probabiliter, quod praedictis verbis oportet aliquid addere antecedenter, vel consequenter, quod pertineat ad inuocationem diuini nominis*. Cuius ratio est, quia in omni Sacramento, in cuius forma exprimitur actus ministri debet fieri aliqua expressio principalis agentis. Quod probat, quia actus non attribuitur ministro, sed principali agenti. Et constat inductione in alijs Sacramentis. Videtur ergo quod praedictis verbis, vel praemittendum sit: *Absoluo te auctoritate Dei, vel Christi*. Vel quod addendum in fine: *In nomine Patris, &c. vel Christi*, vel aliquid huiusmodi; sicut in ceteris Sacramentis, sicut dicit Dionysius 3. capite Ecclesiasticae Hierarchie: quia tamen non est determinatum qualis debeat esse illa appositio; ideo relinquatur arbitrio Sacerdotis. Haec Durandus.

randus. Cuius verba facile trahi possunt in communem sententiam: quia ly *oportet aliquid addere*, solum indicant contumeliam, quod apponantur; non vero quod essentialiter requirantur. Nec si sentiret esse essentialia, diceret relinqui determinanda illa verba arbitrio Sacerdotis: quia ipse in 7. dist. 7. q. 3. n. 8. dicit esse fidei, & Ecclesiae periculosum asserere quod Papa possit materias, aut formas Sacramentorum variare.

43 Inter recentiores Hieronymus Llamas 4. parte Methodi ca. 2. §. 1. folio 984. ita ait. Vtrum autem possit nomen Trinitatis inseri? Dicimus, quidquid aliqui dicant, quod est de substantia; sicut in Baptismo, dicente Paulo 2. ad Corint. 2. *Siquid donauit vobis, in persona Christi donauit*. Id est, pepercit, & absoluit. Et cum Poenitentia sit secunda tabula post naufragium, & quasi secundus Baptismus, pari modo forma consistere debet: sed de illa dicit Christus Redemptor noster Matthaei, & Marci ultimo, quod fiat: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*: Ergo & ista. Haec ibi.

44 Merito tamen in Indice Supremae Inquisitionis Hispaniae anni 1640. folio 522. praecipitur vt rotum hoc debeat, vt etiam referunt Leander tract. 5. disp. 2. q. 10. & Martinus a S. Ioseph tract. 2. de Poenitentia n. 8. & Diana parte vndecima tract. 6. miscellaneo, res. 21: in fine: *Quia certa, & Theologorum communis sententia docet alia verba non esse essentialia, nec substantialia; licet conuenienter apponantur. Quod rotum docet S. Thomas q. 84. art. 3. ad 3. dicens. Quia tamen Sacerdos sicut minister absoluit, conuenienter apponit aliquid, quod pertineat ad primam auctoritatem Dei, scilicet, vt dicitur: *Ego te absoluo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*: Vel per virtutem passionis Christi, vel auctoritate Dei*. Sicut Dionysius exponit 3. cap. caelest. hier. & cap. 7. Eccles. hier. *Quia tamen hoc non est determinatum ex verbis Christi, sicut in Baptismo, talis appositio relinquatur arbitrio Sacerdotis*.

45 Ex his S. Thomae verbis inferit Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. ad 3. §. *similiter*. Quod illorum ommissio nullatenus esset peccatum mortale. Imo nisi interueniret aliquis contemptus, neque esset veniale. Quod & communiter Theologi sequuntur. Vnde non est verum, quod Nuño dub. 2. ad 4. prope finem, & Bonacina de Poenitentia q. 4. punct. 1. nu. 2. &

Auerfa q. 12. sec. 3. absolute dicunt esse veniale: & multo certius sciendum, quod Granados n. 9. dicit vix excusari a mortali cum graues Doctores putent esse de essentia Sacramenti, & non possint euidenter conuinci falsitatis. Hoc enim est contra communem omnium, vt multis relatis ostendit Leander illa disp. 2. q. 11. Oppositumque neque in verbis Christi, neque in Ecclesiae traditione, vel auctoritate fundamentum habet. Quare hoc vt certum tradit Suarez disp. 19. sec. 1. n. 19. in fine.

DVBIVM QVINTVM.

Vtrum sufficiant verba deprecatia?

Tertio difficultas est, vtrum sufficiant verba deprecatia pro forma absolutionis?

Refert D. Thomas Opusculo 22. cap. 1. & 2. quendam Authorem illius temporis scripsisse in Sacramentum Poenitentiae non esse vtendum hac forma indicatiua: *Ego te absoluo*: sed debere vti forma deprecatia, dicendo: *Absolutionem, & remissionem tribuat tibi omnipotens Deus*: Si autem postea diceret: *Ego te absoluo*: dicebant, quod istis verbis non vere Sacerdotes absoluebant a peccatis: quia sentus esset: *Ego absolutum te ostendit*: vt refert ibi cap. 3. Vazquez q. 84. art. 3. dist. 3. n. 2. ait, quod suo iudicio haec est sententia D. Bonauenturae in 4. dist. 18. 1. p. dist. art. 2. q. 1. & Alensis 4. p. q. 21. membro 1. Eamque sententiam censet, & merito, D. Thomas in eo Opusculo temeraria; ego vero iudico erroneam. Haec Vazquez. Sed non bene. Confundit distancias difficultates: aliud enim est inquirere de conuenientia verborum formae Sacramenti Poenitentiae; aliud disputare de eorum sensu, aliud inquirere, quae verba sint aequiualeantia? S. Bonauenturae, Alensis, & alij de istis vltimis difficultatibus agunt, & ab alijs Theologis absque fidei detractione dissentiant: illi vero relati a D. Thoma, negabat esse conuenientem eam formam, quae vtitur Romana Ecclesia; quod tempore D. Thomae merito ab ipso reputabatur temerarium; & nunc post Concilia Florentinum, & Tridentinum, ad minus debet dici erroneum; & non est haereticum. Siquidem Concilium Flo-

rentinum in Decreto Eugenij formam indicatiam proponit vt conuenientem, & vt practicandā. Concilium vero Tridentinum sel. 14. cap. 3. illa verba agnoscit esse formam: & præces, & orationes antecedentes, & consequentes dicit non esse de essentia formæ. Hæcque est constans, & perpetua vniuersalis Ecclesiæ traditio.

2 Probat Diu. Thomas ex verbis Christi, quibus D. Petro dixit Matthæi 16 *Quodcumque solueris super terram*: quia enim similia dixit circa Baptismum, accepit Ecclesia conuenientem esse formam Baptismi. *Ego te baptizo*: Sed Christus non solum dixit vt peteremus peccata dimitti nobis: sed etiam concessit vt eius Vicarij, & ministri illa soluerent: Ergo conuenienter Ecclesia tali formavitur in Sacramentali absolutione.

Deinde, cum Sacramenta nouæ legis efficiant; quod figurant, vt dictum est q. 60. & 62. oportet quod forma Sacramenti significet id, quod in Sacramento agitur, proportionaliter materiæ Sacramenti. Quod & inductione patet in formis aliorum Sacramentorum. Sed Sacramentum Poenitentiae consistit in remotione peccatorum. Quæ remotio significatur à Sacerdote dicente: *Ego te absoluo*: nam peccata sunt quædam vincula: secundum illud Prouerbior. 5. *Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur*. Vnde patet, quod hæc est conuenientissima forma huius Sacramenti. *Ego te absoluo*.

3 Viso ergo quod hæc sit conueniens forma; videndum an sit ita præcisè necessaria, vt in casu, quod proferretur verbis deprecatiuis, non valeret? Alensis, & S. Buenaventura, vbi supra, & Ioannes Maior in 4. dist. 14. q. 2. affirmant Sacramentum fore validum. Videturque affirmare Soto in 4. dist. 3. q. vnica, artic. 5. §. *Multa hic* dicens, Quæ utriusque ratione, & in Sacramento Poenitentiae, licet quis diceret, *Absoluit te, vel absoluat te Christus*, vere absolueret: quamvis peccaret. Nam & in forma Extremæ vntionis est. *Indulget tibi Deus quidquid peccasti per visum, &c.* Quod & docet Coninch q. 66. ar. 6. dub. vnico, n. 39. Nosque q. 66. dub. 4. n. 27. illa verba M. Soto retulimus, & sequenti sumus. Imò de facto Græci videntur absolutionem Sacramentalem impendere verbis deprecatiuis. Refert enim Petrus Arcudius in concordia Occidenta-

lis, & Orientalis Ecclesiæ libro de Poenitent. cap. 5. ver. *Præter*: Græcos absolueri dicendo: *Domine Iesu Christe, qui dedisti nobis potestatem, absolue hunc à peccatis suis*. Item. *Dominus ostendit Iesus Christus, qui de lit. Apostolis suis potestatem, quæ per illos transit ad nos, absoluat te, siue condonet tibi peccata tua*.

4 Afferendum tamen est verbis deprecatiuis non valere absolutionem. Ita S. Thomas art. 3. ad 1. dicens: *In Sacramentali absolutione non sufficeret dicere: Miserere tui Omnipotens Deus: Vel absoluit orem, & remissionem tribuat tibi Deus: quia per hæc verba Sacerdos absolutionem non significat fieri; sed petit vt fiat*. Idem docet in 4. dist. 22. q. 2. a. 2. q. 3. Idem probat opusculo 22. cap. 1. *Quia Sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant. Figurant autem, semper significant, & ex materia, & forma verborum*. Et postea ait: *In Sacramento autem Poenitentiae verba scripture, quæ maxime sunt sectanda, non faciunt mentionem de aliqua deprecatione, sed magis verbo indicatiuo utitur: non enim dicit: Quæcumque petieritis esse soluenda, erunt soluta: sed quæcumque solueris, erunt soluta. Qui autem petit aliquid esse soluendum, non soluit, &c.*

5 Eadē est sententia communis Theologorum. Cum quibus expressè tenet Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. §. *Est nihilominus, & tandem*. Néc contrariatur ibi scriptis, dist. 3. quia ibi loquitur de forma imperatiuæ, vel assertorie passiuè sumpta, quam esse validam etiam repetit dist. 14. in fine, art. 3. dicens. Rursus, cū Græci per tertiam personā dicant: *Baptizetur seruus Christi*: sit vt similiter, si quis diceret: *Absolueris, vel Absoluaris à me*, sufficeret: nā hæc non est deprecatia, vt illa: *Deus te absoluat, vel tribuat tibi absolutionem*: quæ supra reprobata est: sed assertoria, vt illa Græcorum. Hæc Soto. Ex cuius verbis constat in nullo recedere à cōmuni. Vnde in 4. dist. 1. q. 1. art. 8. §. *Hæc de erroribus*: dicit non valere hoc Sacramentū, si quis diceret: *Ego te absoluo à peccatis*: quia effectus proprius huius Sacramenti est condonare peccata per modū absolutionis, vt facit iudex. Forma autem deprecatia repugnat cum forma iudicis: vnde cū de essentia huius Sacramenti sit, quod fiat per modum iudicij: inde probat etiā Suárez disp. 19. sec. 1. n. 25. inualidam esse formam per modum deprecationis.

Quod cōfirmat: quia de facto ante absolutionem præmittit Sacerdos deprecationem: *Quem visum vt laudabilē appro-*

bat

bat Concilij Tridentinū sel. 14. c. 3. ergo in deprecatione nō cōtinetur sufficiens forma: nā Ecclesia nō proferret successiuè duas formas sufficientes supra eadem materiam.

4 Quævis in cōclusionē cōueniāt, rationē tamē D. Thomæ impugnat Vazquez q. 84. ar. 3. du. 3. n. 6. & Lugo disp. 13. sec. 4. n. 93. & 94. quia si esset efficax, probaret, quod in Sacramento Extremæ vntionis forma deberet esse indicatiua, & nō sufficeret deprecatia. Nec sufficit respōdere cū D. Thomæ nō esse eadē rationem: quia in illo Sacramento nō sēper datur sanitas corporalis: & ideo forma deprecatia est cōueniens propter incertitudinē effectus. Nā cōtra hoc est, quod hic effectus sanitatis eo modo vt est effectus, sēper sequitur, & ex opere operato. Secūdo, effectus per se significatur per illā formā: & ille, quantum est ex vi Sacramēti infallibiliter sequitur. Tertio, impertinēs est vt sit causalitas intrinseci physici, quod forma sit deprecatia, vel indicatiua: quia quilibet posset Deus vtroq; modo eleuare. Sicut Matthæi, & Lucæ 10. & Marci 3. dedit Apoptoicis potestatem sanandi infirmitates: siue curarent indicando, siue petendo.

5 In primis notanda est in consequentia Vazquez: nam vt vidimus q. 62. ibi contendebat D. Thomæ non agnoscere in Sacramentis causalitatem physicam: & modo vt eius rationem impugnet, asserit eum id asserere: & in illa opinione totam hanc rationem inniti. Secundo dico, quod licet illa doctrina sit michi vera, & expressa D. Thomæ locis ibi relatis: ego in istis tribus locis, vbi de puncto formæ absolutionis, nullum inuenio verbum in quo hoc indicet, & multo minus, quod in hoc vim faciat. Tertio dico quod si adæquate legatur, videbitur à priori assignate discrimen ex diuersa institutione vtiusque Sacramenti: quæ colligitur ex diuerso modo loquendi Scripturæ Sacramentationem facientis de vtiusque Sacramenti institutione: nam in isto nullum est verbum, quod indicet deprecationem: seculus vero in forma Extremæ vntionis promulgata à D. Iacobo capite quinto. Et hæc differentia sufficeret. Congruentia diuinæ institutionis assignatur à D. Thomæ optima: quia verba formæ debent significare proportionaliter ad effectum, quem causant: vt inductione patet in omnibus Sacramentis. Cum ergo in hoc Sacramento, Sacerdos vt iudex soluat; hoc explicatur indicando, & non deprecando

& ideo conueniens, & necessaria est forma, quæ non sit pura deprecatio: quia qui perit vt soluat, non soluit in Sacramento vero Extremæ vntionis Deus nulliū formam deprecatiam: & ratio congruentiæ est: nam *sanatio corporalis* (in cuius D. Thomæ) *Non statim sequitur ex vntione sed petitur prestanda à Deo: vnde & interior sanatio, quæ per eam signatur sicut deprecatio ne à Deo possitur*. Vbi nō loquitur sic, quia aliter Deus non possit disponere: nec quia gratiæ effectus non detur infallibiliter ex opere operato non ponenti obicem. Sed quia fuit congruum, quod institueretur forma deprecatia pro Sacramento, quod habet effectum aliquem, qui non semper datur, adhuc non ponenti obicem.

6 Ad illud quod obijciunt de forma Græcorum, respondet Lugo ad 7. n. 105. cū vtum non esse vniuersalem etiam apud Schismaticos, grauiores enim & peritiores addunt illa verba; *Et habeo te absolutum*: Quæ apud Græcos habent eundem sensum, quem apud nos *Ego te absoluo*, vt late probat Petrus Arcudius lib. 4. cap. 3. de forma Sacramenti Poenitentiae. Illi autem, qui solis precibus viuunt, in valide absoluunt. Nec mirū, si in tenebris Schismaticis hoc etiam errore laborant. Eodē modo respondet Auer. q. 12. sec. 2. & alij.

7 Adde quod Clemens Octauus in Bulla edita anno 1595. quæ est 34. in tertio tomo in Bullariis, præcepit Græcis vt *Utantur formæ absolutionis in Generali Concilio Florentino præscripta, & postea si voluerint, dicant orationem illam deprecatiam, quam pro formæ huiusmodi absolutionis eice-re tantum consueuerunt*. Quod merito præcepit Pontifex: quia in cōmuni, & vera sententia, forma deprecatia est insufficientis: & in omni sententia est forma dubia, vt notat ad intentum Angelus Maria Vericelli de Apostolis missionibus to. 2. in appendice, q. 312. sec. 6. n. 22. & 28.

8 Secundo obijciuntur plures auctoritates Sanctorū Patrū. S. Leo Papa epist. 91. ad Theodorum initio, relatus c. *Multiplex, de Poenitentia* dist. 1. ait, quod *Indulgentiam Dei, nisi supplicationibus Sacerdotū, nequit obtineri*. Ipsaq; absolutionē, præces Sacerdotis vocat S. Dionysius de Eccles. hier. c. 7. & S. Augustinus li. 3. de vniuerso Baptismo cap. 15. & 16. & lib. 4. relatus in cap. *Manus* 1. quæst. 1. & in libro de Poenitentia, relatus in capite. Augustinus de consecratione dist. 4. cap. 141. & tra. 5.

E in

in Ioannem, ait, quod *Solus Deus peccatum remittit, qui etiam solus interius hominem à peccato mundat.* Et libro 30. homiliarum hom. 23. reprehendit. eos, qui dicunt. *Dimitto tibi peccata:* Denique S. Ambrosius lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 19. inquit. *Homines in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent; non ius alicuius potestatis exercent, neque enim in suo, sed in Patris, & Filij, & Spiritus Sancti nomine peccata dimittuntur. Isti regunt, Diuinitas donat, humanum enim obsequium; sed magnificentia superna est potestatis.* Ergo Sacerdotes absoluentes à peccatis debent uti forma deprecatiua, & non indicatiua.

7 Respondet D. Thomas art. 3. ad 2. quod verbum Leonis est intelligendum quantum ad deprecationem, quæ præmittitur absolutioni. Quam dixerat ad primum requiri de bene esse, sed non de necessitate formæ. Ad tertium exponit auctoritates S. Augustini, quod solus Deus per auctoritatem, & à peccato absoluit, & peccatum remittit. Sacerdotes tamen utrumque faciunt per ministerium, in quantum scilicet, verba Sacerdotis in hoc Sacramento instrumentaliter operantur in virtute diuina, sicut etiam in alijs Sacramentis: iuxta dicta q. 62. & 64. specialiter S. Ambrosius non agit ibi de forma huius Sacramenti: sed in te debat explicare, quod Spiritus Sanctus est Deus, quia propria auctoritate peccata remittit.

8 Addit Suarez sec. 1. n. 13. & Nuño du. 2. folio 26. quod interdum Sacramentum nomē accipit ab aliquo accidentali ritu. Vnde forte Patres loquuntur de eo vnde nomen sumptum est: & à supplicationibus præcedentibus, absolutio vocatur preces. Vel absolutio potest late dici impetratio quadã, quatenus per illam obtinet Sacerdos à Deo id quod intendit. Vel dicitur oratio implicite, & virtualiter, seu æquiualeuter. Dicitur autem, ut ait Vazquez du. 3. n. 11. 13. & 14. supplicatio, aut oratio ipsa forma, non quia per modum deprecationis proferatur: sed quia locum habet orationis, cum statim presto adit diuina maiestas verbis sui ministri operans remissionem peccatorum. Sicque Vualdesis, t. 2. c. 146. n. 2. exponit S. Christostomum Dialogo 3. de Sacerdotio to. 5. Pariterq; exponi potest S. Hieronymus ad illa verba Psalmi 28. *Vox Domini intercedentis flammâ ignis.* Addunt Lugo sec. 4. ad 1. n. 97. & Auersa, q. 12. sec. 2. quod prop-

ter utramq; rationem verba consecrationis dicuntur aliquando à Sanctis Patribus preces, & supplicationes Sacerdotis, quavis sit formam Eucharistiæ non posse esse deprecatoriã.

9 Tertio obijcitur. Sicut Dominus dedit potestatem discipulis absoluenti a peccatis, ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmitates, & ut demonia eijcerent, & ut languores sanarent, ut habetur Matt. hæj 10. & Lucæ 9. sed sanando in firmos Apostoli non utebantur his verbis: *Ego te sano: sed, sanat te Dominus Iesus Christus,* sicut Petrus dixit Paralytico, ut habetur Actorum 9. Ergo Sacerdotes debent in absolutione uti formam deprecatiua, potius quam indicatiua.

10 Respondet Lugo ad 3. n. 100 in Sacramento hoc non fuisse datam potestatem curandi animam quomodocumq; sed solum per modum iudicij: iudex autem ut iudex non potest liberare reum, nisi per sententiam: quæ non profertur verbis deprecatorijs.

11 Sed contra est. Primo, quia adhuc supposito quod Sacerdotes absoluant ut iudices, potuit Christus instituere quod forma absolutionis esset deprecatio: Tunc quia institutio huius, vel illius formæ, est ad placitum voluntatis Christi: & si ipse institueret, daret, conuenientiam significationi. Tum quia quælibet verba supposita elevatione principalis agentis, possunt esse instrumenta diuinæ virtutis. Deniq; quia quibuslibet verbis potest adiungi infallibilitas diuinæ promissionis, si ad effer. In illo autem casu restaret argumentum soluendum. Secundo, non in omnibus hoc iudicium æmulatur iudicium externum: vnde posset in hoc ab illo discriminari. Tertio, absolutio huius iudicij solum Deum habet pro causa principali, & Sacerdotem pro ministro. Vnde non esset mirum, quod peteret ab auctore principali, quod id faceret. Quarto, licet hæc congruentia etiam à nobis admittatur sit; tamen cum per hoc quod confessarius sit iudex, non toleratur ab eo, quod sit spiritualis medicus, restat reddenda disparitas, quam argumentum petit, & cuius in solutione nulla est mentio.

12 Melius ergo respondet D. Thomas, articulo 3. ad 4. quod Apostolis non est data potestas, vi ipsi sanarent infirmos; sed ut ad eorum orationem infirmi sanarentur. Est autem eis collata potestas operandi instrumentaliter, sicut

sicut ministerialiter in Sacramentis. Et ideo magis possunt in formis Sacramentalibus exprimere actum suum, quam in sanationibus infirmitatum. In quibus tamen non semper modo deprecatiuo utebantur; sed quandoque modo indicatiuo, & imperatiuo: sicut Actorum 3. legitur, quod Petrus dixit claudo: *Quod habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.*

10 Adijciunt Caietanus in illa sol. ad 4. & Soto dist. 14. q. 1. art. 3. ad 4. quod cum ait D. Thomas quod non est Apostolis collata potestas, ut ipsi sanarent infirmos, &c. intelligitur, *regulariter*, non enim est concessum Apostolis ut regulariter sanarent ex potestate infirmos: quamvis hoc fuerit eis quandoque concessum. Et hoc sufficit ad differentiam à D. Thomas intentam inter potestatem Sacramentalem, & potestatem faciendi miracula quia potestate Sacramentali ordinarie possumus remittere peccata: potestate autem miracula faciendi, non poterant ordinarie sanare infirmos auctoritatiue, sed deprecatiuè.

11 Præterea D. Thomas Opusculo, 22. cap. 3. ad 1. huic argumento ita respondet. Non aduertit autem, qui hoc obijcit, quod potestas sanandi infirmitates, erat gratia specialiter homini data, non ad sanandum, sed ad sanitatem impetrandam. Potestas autem clauium non computatur inter gratias gratis datas: sed virtus Sacramentalis, quæ principaliter residet in Christo, instrumentaliter autem, seu ministerialiter in Sacerdotibus clauis habentibus. Vnde verbum dicentis: *Sanctus te Dominus:* Non sanabat; sed sanationem impetrabat. Verba autem Sacramentalia efficiunt, quod figurant.

12 Aliter mëtem D. Thomæ explicat Nuño, q. 84. art. 3. dub. 2. folio 26. & Vazquez dub. 3. numero 5. dicentes, quod mens aperta D. Thomæ est, Apostolos in sanandis morbis non concurrisse effectiue; sed impetratorie; licet aliquando uterentur deprecatoriã forma; aliquando vero per modum imperij exprimentes suam auctoritatem, & potestatem. In Sacramentis vero semper operantur physicè, quod appellat D. Thomas instrumentaliter: & ideo semper exprimunt modo indicatiuo suam auctoritatem; aut saltem nõ possunt explicare deprecatoriè.

13 Duas alias expositiones adijcit Suarez disp. 19. sec. 1. n. 12. sic scribens,

Dici ergo potest, Apostolos quidem accepisse virtutem ad operanda miracula efficaciter, modum autem operandi non fuisse illis specialiter prescriptum; sicut est in ritu Sacramentorum: & ideo interdum vno, interdum alio modo operatos fuisse pro vt à Spiritu Sancto mouebantur; vel pro vt ad fidei ædificationem expedire cernebant. Addo in super (& hoc fortasse voluit D. Thomas) hanc esse differentiam inter potestatem datam ministris Sacramentorum, & gratias gratis datas, ad quas spectat illa potestas curandi infirmos, vel faciendi miracula quod illa datur permanenter, & per modum intrinsicæ potestatis, quæ quantum est ex se, semper, & infallibiliter habet effectum: gratiæ vero gratis datæ regulariter non dantur per modum habitus permanentis; neque habent effectum infallibiliter; sed prout expedit, vel iuxta fidem recipientis. Et hinc est, quod regulariter operentur per modum impetrationis; quamvis Deus interdum moueat ad alium modum operandi. Hæc Suarez.

14 Michi omnes isti dicendi modi, non solum videntur seorsim probabiles; sed etiam simul sumpti simul veri: quia omnes istæ differentiæ assignari vere possunt inter gratiam gratis datam miraculorum, & inter potestatem absoluenti à peccatis: quia ista virtus se extendit ad absoluedum toties quoties, est virtus instrumentalis, permanet habitualiter, exigit verba à Christo determinata. At vero gratia miraculorum est gratia gratis data, non est habitus, sed datur transcurter; non semper operatur physicè, non habet modum, nec verba à Christo determinata; sicut sunt determinatæ formæ Sacramentorum. Ideoque paritas non tenet.

15 Quarto arguitur, quia non minus benedicit formaliter Sacerdos, dicens, *Benedicat te Deus,* quam si dicat: *Benedico te.* Imò communis formula benedicendi est per modum deprecationis. Et olim dixit Dominus ad Moysen: *Loquere Aaron, & filijs eius: sic benedicetis filijs Israel, & dicitis eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: & subditur: Inuocabit q; nomē meū super filios Israel, & ego benedicam eis: Quod totum constat ex capite 6. Numerorum. Quod videntur imitari Prælati, cum dicunt: *Benedicat vos Deus, vel diuina Matris: & est idem ac si dicerent: Ego vos benedico.* Ergo Sacerdos non minus absoluet*

formaliter dicendo, *Absoluat te Deus*: Quæ si diceret: *Ego te absoluo*.

Respondetur cum D. Thoma Opusculo 22. capite 2. ad 10. dicente. Hic aperte decipitur, quia benedictio ista non est sacramentalis. Sed ubi sacramentalis benedictio occurrit, sicut in Sacramento Eucharistiæ, tunc ipsi Sacerdotes benedicere dicuntur. Vnde Apostolus dicit 1. ad Corinth. 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus*. Glossa. *Cui nos Sacerdotes quotidie benedicimus*.

15 Ad formam argumenti Lugo ad 6. n. 204. negat consequentiam: nam benedicere in sensu Ecclesiastico nihil aliud est quam bonum precari, seu bona dicere ei, quem benedicimus. Vterque ergo proprie, & in rigore benedicit tam qui petit à Deo bona huic, ut quando Isaac dicebat: *Det tibi Deus de rore Cæli &c*. Quam qui dicit: *Benedico te*: nam hic etiam significat idem his verbis, scilicet, te petere, & desiderare bona Dei illi, quem benedicit. Absolvere vero, & remittere non ita se habent: non enim significant desiderium solum, aut quod precemur veniam ei, quem absolvimus: sed actum potestatis nostræ, qua cedimus iure nostro, vel alterius, cuius personam gerimus. Non ergo absoluit formaliter, qui petit à Deo absolutionem alicuius. Quod totum docet S. Thomas art. 3. ad 1. illis verbis: *Quia per hæc verba Sacerdos absolutionem non significat fieri, sed peti ut fiat*.

§. IV. Vtrum sufficiant verba æquivalentia?

16 Sed inquirendum hic restat, an prædicta forma valet sub modo imperatiui?

Negat Petrus Ledesma de Pœnit. cap. 3. conc. 2. dub. 5. concedens esse validam, si dicat: *Absoluaris à Deo*: & negans valere, si dicat: *Absoluat te Deus*: Quia ista verba non possunt proferri imperatiue, nisi blasphemando. Item. Raphael Auersa quæstion 12. sec. 2. §. *Hic audendum est*, dicens non valere, etiam si imperariue sumatur, dicendo, *Absoluat te Deus*. Nam discrimen solum esset in intentione, & mente loquentis, non in externa expressione, & forma: at ipsa externa forma debet esse per se expressiua sensus requisiti.

Affirmant vero Soto in 4. dist. 3. art.

5. Nuño q. 84. art. 2. dub. vlt. conc. 4. Suarez disp. 19. sec. 1. nu. 25. quia sunt æquivalentia, & practicè significant efficiendum tale effectum: sicut etiam si deruet absolutio sub modo indicatiui passiuo. Sequantur Bonacina disp. 5. q. 4. punct. 2. n. 7. Leander tract. 5. disp. 2. q. 18. plures citans, & dicens esse communem.

Hanc tamen formam esse dubiam, dicunt Henriquez libro 4. cap. 11. num. 4. lit. G. & Lugo disput. 13. sec. 4. numero 106. & Delgadillo de Pœnitentiæ capit. 13. dub. 24. quia per illa verba videtur Sacerdos non velle ponere immediatè effectum auctoritate sua, sed imperare Deo, ut ipse ponat: quod est valde diuersum. Aliunde vero videtur valida, quia non imperat prolationem sententiæ, sed executionem ipsius, imperio impropie sumpto. Sed quia est forma dubia, ideo omnino vitanda.

17 Illud est indubitatum, quod si Sacerdos diceret: *Ego tibi peccata remitto*: Validum perficeret Sacramentum: quia Dominus Ioan. 20. instituens formam huius Sacramenti dixit: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*. Notat autem D. Thomas art. 3. ad 3. quod ideo Sacerdos potius dicit: *Ego te absoluo*, quam, *Ego tibi peccata remitto*: Quia hoc magis congruit verbis, quæ Dominus dixit, virtutem clauium ostendens, per quas Sacerdotes absolunt. Quod & notat Opusculo 22. cap. 2. ad 12. differentia autem secundum magis, & minus congruè, non tollit valorem, & virtutem Sacramenti, ut notat Caietanus: quia virtus sacramentalis non est à Deo alligata ita his verbis, quin sit etiam collata æquivalentibus. Vnde solutione ad 5. dicit cum D. Thoma, quod hæc oratio: *Sacramentum absolutionis tibi impendo*: æquipollet huic: *Sacramentaliter absoluo te à peccatis*: & ideo in vtraque valet Sacramentum.

18 Adiecit Soto dist. 14. q. 1. art. 3. in fine, quod istis uti formis esset peccatum, licet genere suo non mortale. Nisi forte, propter scandalum: quia vulgus non haberet absolutionem illam pro legitima. Pariter, si diceretur: *Remittuntur tibi peccata*, solum esset Sacramentum. Nam ut habetur in Concilio Florentino (loquendo de Baptismo) sufficit verbum per quod exprimitur sacramentalis actio, ut à Sacerdote exercita. Tamen si tanta mutatio per tertiam personam scrupulum iniiceret, ne illa esset peccatum

tum mortale. Quod communiter ut peccatum mortale damnant Authores, quos refert, & sequitur Leander tract. 5. disp. 2. q. 20. notans male Diana 5. part. 5. tract. 13. resol. 34. absque impugnatione referre, quod Gaspar Hurtado disp. 5. diff. 3. in fine, dicat tantum esse veniale.

19 Male etiam ipse Leander, q. 19. pro sententia negantè sub prædictis formis validum perfici Sacramentum, refert Caietanum, vtrūq; Soto, Bonacina, & Henriquez: cum omnes expresse oppositum doceant. Sed hæc æquiuocatio illi accidit, quia sub vtro titulo proposuit quatuor casus: & Authores, qui negant in vno, retulit quasi negarent in omnibus: quod falsum esse, legenti erit perspicuum.

20 Specialis autem ratio dubitandi est an valeat Sacramentum sub his formis: *Iubeo Petrum absolui*, vel *placet Petro peccata remitti*: Negant Martinus Ledesma, 1. p. Quarti q. 25. art. 3. Henriquez lib. 4. cap. 11. numero 7. lit. Y. & Bonacina disp. 5. q. 4. punct. 2. n. 9. & Trullench lib. 4. cap. 2. dub. 4. n. 2. Quia oportet verba quoad sensum esse determinata, iuxta receptum modum loquendi, ut docet D. Thomas 3. p. q. 60. art. 7. & quia D. Thomas Opusculo 22. negat illa sufficere: ut in consecratione Eucharistiæ non satis esset dici, nobis fiat corpus, & sanguis Christi.

21 Sed ego in D. Thoma non inuenio huius casus determinationem, nisi pro quanto ibi capite 2. generaliter ait, *In Sacramentis autem verba habent efficaciam ex institutione diuina: unde tenenda sunt verba determinata consonantia diuina institutioni: institutioni autem dicentis*. Quodcumque solueris, &c. ista verba conueniunt: *Ego te absoluo*. Adhuc tamen sub alijs validum fore Sacramentum, dicunt Scotus in 4. dist. 14. q. 4. Vazquez art. 3. dub. 3. n. 11: Lugo disp. 13. sec. 6. n. 143. & alij, quos refert, & sequitur Leander illa q. 19. & alij: quia in Pœnitentiæ Sacramento non est determinata alia forma à Christo, nisi ea quæ explicat actum absolutionis in iudicio: vnde cum iudices aliquando absoluant per illa verba: *Iubeo hunc absolui*, seu *placet, quod absolutus sit*, &c. hæc etiam sufficiunt in hoc Sacramento. In Eucharistia vero fuerunt à Christo determinata verba consecrandi, quorum sensus valide mutaretur dicendo: *Iubeo hoc esse corpus Christi*: aliud est enim enunciare: *Hæc est corpus*

meum, aliud imperare, ut constat. 22 Sed quoniam ex Euangelio etiam constat fuisse a Christo determinata verba absolutionis: & prædicta quoad sensum non videntur æquivalentia, si forma non est inualida (quod michi maxime probatur cum Authoribus primæ sententiæ alioquin sicut in iudicio humano, ita hic valeret sine verbis) ad minus est forma dubia, & indubitatum quod illa uti est peccatum mortale. De alijs mutationibus constat ex dictis, q. 60. dubio 14.

D. V. B. I. V. M. S. E. X. T. V. M.

De sensu, & veritate formæ absolutionis?

§. I. Effectus absolutionis est remissio peccati.

1 **P**remittenda prius est Catholica doctrina de effectu, quem facit absolutio sacramentalis, ut postea eius sensum declaremus. Plures Hæretici negant à Christo D. collatam fuisse Apostolis, & eorū successoribus potestatem absoluenti peccatis Io. Vuiclef in 4. trial. c. 31. dicit fictici esse clauium potestatem in Ecclesia. Et in libro de Papa c. 2. dicebat. *Quantiu. cuiq; fuerit magnus Episcopus, non potest quæquam absolueri, nisi de quatuor contritus prius, & absolutus fuerit apud Deum*. Addebat q. *Contritus quasi secure absolvitur: & si humana absolutio non sequatur*. Ita refert Vualdenfis t. 2. c. 144. & duobus sequentibus. Hæc hæresim, ut notat Soto in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. Lutherus totis venis ebibit, hæc foueam Germanis effodit, ubi tota eorū religio non cõsepeliuit. Ei adhaferunt posteriores Hæretici, quamvis in alijs ipsam deseruerint, ut late Rosensis art. 10. & sequentibus, Ruardus art. 3. & alij, quos refert Vazquez q. 84. art. 3. dub. 1.

2 Inter Catholicos Magister Sententiarum lib. 4. dist. 18. 1. p. cap. 6 §. *Non autem* & §. *ligant quoque*, docet Sacerdotes non vere absolueri à peccatis, sed solum declarare, & ostendere pœnitentem absolutum per contritionem præcedentem. Et S. Bonaventura ibi art. 2. q. 1. *Quomodo enim* (inquit) *Sacerdos absolueret quemquam, de quo non presumeret, quod esset absolutus à Deo*. Idem docent Gabriel, Marsilius, Maior, Okam, Antisiodorensis, Alexander Alensis, Thomas de Argentina, & Abulensis, prout refert Vazquez dist. 2. n. 6.

3 Afferant alij viuificationem animæ à solo Deo fieri, qui solus peccata dimittit.

mittit; pœnam vero dimitti ab Ecclesia virtute clauium. Ita Hugo de S. Victore to. 3. tract. 5. summæ cap. 11. & lib. 2. de Sacramentis part. 4. cap. 8. Richardus de S. Victore tract. de potestate ligandi, & soluendi cap. 12. Parum ab istis differt Ioannes de Medina Codice de confessione tractatu 2. quæstione, de effectu absolutionis Sacramentalis, alias q. 38 §. *Videtur ergo*: folio michi 95. lit. H. docens, quod Deus per contritionem remittit peccata, quantum ad maculam, & debitum æterni cruciatus: quantum tamen ad exiliū, & clausuram regni Cœlorum, reliquit peccata Sacerdotibus remittenda. Sicut Patres in Lybmo nullam habebant culpam, neque pœnam, præter id quod illis ob peccatum erat clausum regnum Cœlorum: quod illis minime erat aperiendum, nisi peracta satisfactio a Deo instituta, quæ in passione Christi fuit adimpleta: & ex tunc præfatis Sanctis fuit apertum Regnum Cœlorum, & illico viderunt gloriam Dei.

4 Gabriel in 4. dist. q. 1. & dist. 14. q. 2. art. 2. vbi refert Guillelmum Okam: sequiturque supplementum Gabrielis dist. 23. q. 2. art. 3. docentque, quod potestas clauium extendit se ad peccatum, & pœnæ remissionem, in quantum eius vfus in voto requiritur ad contritionis perfectionem. Non tamen quia se extendat ut causa principalis, aut instrumentalis, aut conditio sine qua non, ad remissionem peccati, aut reatum pœnæ æternæ contra Deo: sed solum in facie Ecclesiæ: quia Sacerdos peccatorem soluit, dum solum suo iudicio decernit: & satisfactionem imponit; & de temporali pœna aliquid remittit.

5 Dico tamen primo, de fide est esse in Ecclesia potestatem dimittendi peccata. Probat D. Thomas art. 3. ex illo quod dixit Iesus Petro Matthæi 16. *Quodcumque solueris super terram &c.* & Ioannis 20. dixit discipulis: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Diffinitque Concilium Tridentinum sel. 6. capit. 14. de iustificatione, & sel. 14. canone 3. de Pœnitentia, ait. *Si quis dixerit verba illa Domini Salvatoris: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda, de potestate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit: deorsum autem contra institutionem huius Sacramenti ad auctoritatem*

predicandi Euangelium, Anathema sit. Auctoritates Patrum, & alia argumenta, Authores, qui contra Hæreticos scribunt, proponunt.

6 Notatione sunt digna verba M. Soto in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. conc. 1. dicentis. *Vsque adeo ergo nulla est blasphemia hanc clauium potestatem in Ecclesia ministris agnoscere, ut hoc ipsum in gloriam ipsius Christi, & amplissimam eius potestatem referatur.* Nam dum Hæretici sciscitantur, quid causæ esse posset, ut Christus hanc potestatem relinqueret, obuia est nostra responsio, quod antequam Deus esset homo, non decebat hanc potestatem in hominibus esse; sed ut cum ipso solo de sua salute tractarent. Postquam vero homo factus, nos sanguine suo lauit, decentissimum fuit ut humano generi deinceps per homines consuleret, ut scilicet, humanos haberemus iudices, eius auctoritate pollentes, ad quos nostras deferremus peccatorum causas; nosque tum docerent, tum iudicarent; atque adeo absoluerent, vel ligarent; ut eorum iudicio & corrigeretur, & fiduciam salutis per eius Sacramenta haberemus, ac Deum hac ratione coleremus. Hæc non minus eleganter, quam sapienter, & pie.

7 Postea recte expendit Scripturæ testimonia, & Patrum auctoritates. Peculiariter illam per acutam S. Ambrosij redargutionem aduersus hæreticos negantes posse hominum ministerio peccata dimitti *Cur enim inquit, Baptizati, si per hominem peccata dimitti non licet?* Lutherani enim Sacramentum saltem Baptismi non negant. Illic ergo necesse habent dicere, quod hominis ministerio sit peccatorum remissio; cur ergo non per Sacramentum Pœnitentiæ? Hæc enim de causa in Concilio Constantiensi diffinitum est Sacerdotes habere potestatem remittendi peccata, quia sunt Sacramentorum administratores.

8 Dico secundo, erroneum est negare Sacerdotes absolutes, non vere dimittere peccata quoad culpam: sed asserere solum habere potestatem declarandi remissionem factam: vel solū absolueri a pœna æterna, vel temporali; vel solum soluere in facie Ecclesiæ; vel absolui solum a præcepto confessionis. Ita sumitur ex M. Soto, qui in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. §. *Hanc Magistri*, loquendo de opinione Magistri, iuxta omnes modos relatos cæ defendendi, ait. Est autem opinio, quæ nec

nec tenetur, nec sustineri potest. *Nihil enim fere ab hæretis differre videtur*, clauium potestatem ab negantium. Potestas quippe clauium potissimum in remissione peccatorum vim obtinet. Qui ergo negat Sacerdotem absolueri, vere subinde clauies abnegat. *Erroneamque esse probat Vazquez q. 84. art. 3. dub. 2. n. 10. Suarez etiam disp. 19. sec. 2. n. 4. dicit, quod iam hoc tempore: Erronea est, & fere expresse damnata in Concilio Tridentino.* Afferretque verba Hugonis Victorini libro de potestate ligandi, & soluendi cap. 21. dicentis: *Exat quorundam sententia tam friuola, ut ridenda potius, quam refellenda videatur: putant enim Sacerdotes non habere potestatem soluendi sed ostendi solutos. Sed num quid Dominus dixit: Quod solum ostenderitis, erit solutum? Dicunt Sacerdotes non habere potestatem remittendi peccata, cum Dominus hoc dicat: & dicunt habere potestatem ostendendi remissa, cum Dominus hoc non dicat.* Similibus verbis impugnat Hugo Victorinus lib. 2. de Sacramentis parte 14. cap. 8. Valentia etiam q. 1. puncto 3. dicit. *Pugnare cum auctoritate Scripturæ, & Sanctorum Patrum.* Henriquez lib. 4. sec. 1. de Pœnitentia cap. 12. §. 1. lit. B. *videri damnatam a Tridentino.* Quas censuras refert, & approbat Granados Contr. 7. de Pœnitentia tract. 1. disp. 6. sec. 2. n. 11. Lugo disp. 13. sec. 2. nu. 48. dicit hoc tempore oppositum esse omnino erroneum, & n. 49. in fine, concludit, non posse de hoc amplius apud Catholicos dubitari. Araujo q. 84. art. 3. dub. 2. conc. 2. dicit erroneum, vel errori proximum. Nuño q. 84. art. 3. dub. 2. conc. 2. dicit hoc ita certum, ut oppositum sit hæresis manifesta, Petrus Ledesma de Pœnitentia cap. 3. conc. 2. dicit sententiam Magistri periculosam in fide: & quod aliæ relatae sententiæ eandem merentur censuram.

9 S. Thomas q. 84. art. 3. ad 5. affert verba S. Augustini lib. 2. de adulterinis coniugijs cap. 9. dicens. *Non est turpis, nec difficilis, post patrata, & purgata adulteria, reconciliatio coniugij, vbi per Clauies Regni Cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum.* Item S. Thomas Opusculo 22. ca. 1. ait. *Pateet ergo ex dictis Salvatoris, quod habens clauies absoluit. Præsumptuosum est ergo, ne dicam erroneum, ut Sacerdos dicere non possit, ego absoluo te, quem Dominus absolueri confitetur, & cap. 2. ad 7. & 8. ad 11. & 12. & cap. 3. dicit. Sed multo magis est temerarium dicere, quod per clauies Ecclesiæ non fiat certa remissio*

peccatorum, ut S. Augustinus dicit. Num quid enim est abbreviata manus Domini, ut qui in Baptismo ab omnibus peccatis mandatur, in Sacramento Pœnitentiæ hoc non faciat?

S. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio cap. 4. ait. *Nostris Sacerdotibus, non corporis lepram, verum animæ sordes, non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est.* S. Thomas illo Opusculo 22. cap. 2. ad 14. hoc modo exponit S. Hieronymum, & adijcit. Absit enim ut Sacramenta nouæ legis solum significent, & nihil faciant, sicut veteris legis Sacramenta. Si autem Sacerdos solum discernendo denunciaret peccatoris absolutionem, nihil faceret, sed ratum significaret. Hæc D. Thomas.

10 Præterea probatur ex Concilio Florentino in Decreto Eugenij docentis, quod effectus huius Sacramenti est absolutio a peccatis. Concilium Tridentinum sel. 14. cap. 1. declarat illis verbis Ioannis 20. *potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post Baptismi lapsos, Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, omniumque Patrum consensus semper intellexit.* Cap. 2. docet per Sacerdotis sententiam homines baptizatos a peccatis mortalibus liberari. Cap. 3. clarius id exprimit dicens. *Sane vero res, & effectus Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo.* Quod & diffinit canone primo: & canone secundo diffinit, *Pœnitentiam recte secundam, post naufragium, tabulam appellari.* Denique canone 9. dānat dicentes *Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudicalem, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata confitendi, &c.* Quæ, & hisimilia ægrè, aut nullo modo verificari queunt, si Sacerdotes peccata non vere dimittant.

11 Secundo id probat Soto: nam qui ait Sacerdotem non absolueri, pari facilitate debet dicere, nec vere Baptizari: sed cum ait: *Ego te Baptizo*, sensum esse ostendendo te Baptizatum: Ac sub inde virtutem Sacramentorum conferendi gratiam demolitur. Nam si Sacramenta gratiam conferunt, suo etiam modo Sacerdotes ea administrantes ad id concurrunt. Quare Martinus Quintus in confirmatione Concilij Constantiensis in fine, hæreticum censet eum, qui negat Sacerdotem vere absolueri.

Tertio, cum Ecclesia ista forma vran-

tur, *Ego te absoluo*, genus blasphemix est negare, verum, vt iacet, efficiere sensum. Quin vero non solum blasphemia est contra Ecclesiam, sed & impietas. contra sacram Scripturam locis citatis: quia cum sententia illa ad id quod est de necessitate salutis pertineat, in sensu proprio, secundum regulam S. Augustini sunt intelligenda.

12 Nec fortius habemus argumentum ad probandam realem presentiam substantix corporis Christi in Eucharistia, nisi quia Christus dixit: *Hic est corpus meum*: cum ergo ipse dixerit: *Quorum remissis peccatis, remittuntur eis*: indubie est tenendum, ita in rigore verificari, & absque temeritate ita affirmari. Vnde D. Thomas opusculo 22. cap. 3. ad 3. obijcienti, quod temerarie ita dicimus, cum ignoremus an Deus absoluerit, respondet. Sed secundum eandem rationem temerarium est dicere, *Ego te baptizo*, cum ignoret an Deus interius baptizet. *Neutrum est temerarium: quia sacramenta habent certos effectus: licet impediri possint per fictionem recipientis.* Denique in Bulla Gregorij XIII. contra Michaelem Baium, damnatur hæc eius propositio. *Peccator pœnitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolventis, sed à solo Deo, qui Pœnitentiam suggerens, & inspirans, vivificat eum, & resuscitat: ministerio autem Sacerdotis solus reatus tollitur.* Singulos dicendi modos specialibus argumentis, post alios, impugnat Lugo tota sec. 2. & argumenta contraria diluit. Sed fere omnia solvantur à D. Thoma illo opusculo: & ex dictis sunt facilia.

§. II. Convenienter remissio peccati explicatur per verbum, Absoluo.

13 Specialem exigit mentionem modus loquendi Abulensis, qui vt corrigatur. Dico tertio, aptissime Ecclesia exercet usum clauium in dimittendis peccatis per verbum. *Absoluo*. Quia optime sententiam oppositam refert, & impugnat M. Soto in 4. distinct. 14. quest. 1. art. 3. §. *Catholicis vero*, eius transcribam verba, quæ talia sunt. Abulensis in prima parte sui (quod vocat) defensoris, cap. 6. adeo vult ex

acté vti absolutionis nomine, vt neciam an quippiam expuerit sanguinis. Contendit namque quod nemo potest à culpa, aut à pœna absolui. Non quod villo pacto in dubium reuocet potestatem remittendi peccata esse in Ecclesia: imò hoc vt orthodoxus fatetur; sed quod propter verbi improprietatem asserat nec Deum absolueri à culpa, vel à pœna. Nam culpa est priuatio rectitudinis rationis, & legis æternæ, quæ est in actu dum quis peccat, aut in omissione: quæ quidem culpa transit transeunte actu. Vnde dum postea homo vel conteritur, vel confitetur, iam illa culpa non est, sicut nec actus, qui transiit: ab eo autem, quod non est, nemo absoluitur. Adde, quod cum priuatio sit res priuatiua, non est vinculum; atque adeo ab illa nemo absoluitur. Et eadem ratione, neque vilus absoluitur à macula peccati, quæ non est nisi priuatio gratiæ, quæ per eius infusionem tollitur: quia nec macula est vinculum. Pariter arguitur de pœna: nam cum illa nondum tempore contritionis, & confessionis, sed sit futura, non sit absolutio ab illa. Atque hæc, inquit, de causa in Clementina 1. de Priuilegijs, prohibens Papa Religiosos absolueri, ait: *Ne à culpa, & pœna (vt eorum verbis utamur) absoluant.* Id quod Clement. *Abusibus* De Pœnit. & remiss. repetit. Quasi illa parenthesi insinuauerit Pontifex, non esse proprium dicere, absolueri à culpa, & à pœna. Sed dicendum, inquit, est: Remittitur culpa, tollitur, deletur, &c. At dum dimittitur (inquit) culpa, absoluitur homo à reatu pœnæ: nam reatus non est pœna; sed obligatio ad illam, & vinculum. Quare si quis dicatur absolui à peccatis, intelligitur propter reatū pœnæ, qui nascitur ex peccatis.

14 Sed enim potuisset Abulensis rigorem istum loquendi dissimulare: nam cum Ecclesia hac vbique utatur forma: & Concilio Florentino eandem esse formam decretum sit; non licet de eius proprietate hæsitare: Præsertim cum sit ex Euangelio desumpta.

Vnde ad primum eius argumentum responderetur, quod non solum obligatio ad pœnam vinculum est, verum & reatus culpæ: nam licet culpa transeat actu, manet, vt aiunt, reatu, non solum pœnæ. Imò quamvis nulla esset pœna, aut Purgatorij, aut inferni, ipsa inimicitia Dei est reatus: quia manet homo al-

ligatus bono commutabili, ad quod se per culpam conuertit. Quia vtrique ratione peccata ipsa dicuntur vinculum, quibus voluntas hominis colligatur: legitur enim Esaiæ 58. *Dissolue colligationes imprecatis.* Item Abulensis fatetur, quod peccata dicuntur remitti, & relaxari: *Relaxa facinoræ plebis tuæ Israel.* Sed hæc nomina pariter ad vincula referuntur: nemo enim relaxatur, nisi à vinculis. Dicimus ergo peccata dimitti, condonari, & relaxari, &c. Sed hominem ab illis solui. Et pariter, quia homo absoluitur ab obligatione pœnæ, dicitur absolui à pœna: sicut in iudicio absoluitur reus. Verbo ergo Pontificis in capitulis citatis nulla insinuat improprietatem absoluedi à culpa, & pœna: sed arrogantia retunditur eorum, qui absque legitima facultate id attentant. Hæc Soto.

15 Addunt Suarez disp. 19. sec. 1. n. 14 & Araujo q. 84. art. 3. dub. 2. num. 31. quod ratio ob quam Ecclesia potius vtitur hoc verbo, *Absoluo*, quam hoc verbo, *Remitto*, est: quia remissio in rigore non est actus iudicialis, sed latius patet: nam creditur etiam, seu pars offensa dicitur remittere debitum, aut iniuriam: verbū autem, *Absoluo*, iuxta communem usum, magis significat actum iudiciale.

Sed ratio hæc non caret difficultate: quia si loquamur de verbis antequam ex usu accomodarentur ad Sacramentum, ambo ex propria ratione aliud significant: si autem loquamur de eis post translationem, & usum, sicut *Absoluo* significat actum iudiciale externum, aptatur iudicio interno, & sacramentali; ita posset aptari *Remitto*: & sicut in re sub quolibet horum verborum est valida absolutio; ita pro ratione congruentioris usus sufficit quod dub. 5. n. 69. adduximus ex D. Thoma.

16 Contra Abulensem etiam obijcit Vazquez art. 3. dub. 2. num. 26. quia videtur indicare transacto peccato actuali remanere solum reatum pœnæ, à quo solo homo absoluitur. Quæ propositio erat vna ex proportionibus Michaelis Baij, quam receperunt Pius Quintus, & Gregorius XIII. & refertur in Bulla his verbis: *In peccato duo sunt actus, & reatus: sicut obligatio ad pœnam. Vnde in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis absolutione, proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, & ministerium Sacerdotum solum liberat à reatu.* Ergo vltra hoc, fatendum manente peccato habituale, seu reatum cul-

pæ, à quo peccator soluitur: quamuis, enim non sit vinculum physicè, sed moraliter, & per translationem, ea tamen supposita, proprie dicitur homo absolui à peccatis.

17 Vnde Araujo conc. 3. dicit Abulensis assertum *aliqua temeritate non carere.* Et Lugo disp. 13. sec. 3. initio, nu. 62. ait, quod hæc *Abulensis sententia liberior est*; sed errat in vocibus: nam ipse suum sensum catholicum satis expressit. Imò in cap. 7. in margine addit quædam declarationem, quæ fertur haberi in alto originali, & facta fuisse apud Eugenium Papam, quod scilicet, loqueretur de absolutione propriissime dicta, & de culpa actuali, non habituali, seu de reatu ad pœnam.

18 Sed obijcies: nam si ex verbo, *Absolueritis*, sumpsit Ecclesia hæc formam *Ego te absoluo*, ex verbo, *ligaueritis*, debuit accipere aliam formam ad exercendum alium actum huius potestatis, dicendo, *Ego te ligo, vel peccata retinens.*

Respondetur cum D. Thoma opusculo 22. cap. 5. (non capite 6. vt refert Lugo; quod esse nequit, cum opusculum non habeat nisi quinque capita) ad 3. quod hoc Sacerdos facit ligando, & soluendo per ministerium quod Deus dedit, seu facit, per autoritatem. Deus enim absoluit à peccato directè gratiam apponendo; & ligat, vel trahit in peccatum gratiam non apponendo, vt dicitur ad Roman. 1. Similiter Sacerdos tamquam minister à peccato soluit Sacramentum gratiæ apponendo, & ligat non apponendo. *Præter hoc* (sic legendum arbitror, & non *propter hoc*, vt edita exemplaria habent) *quod ligat ad pœnam, quam inturgit* Hæc D. Thomas. Et latius in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. q. 3. vbi docet, quod Sacerdos in usu clauium est conformis Dei operationi, cuius minister est. Vnde à culpa absoluit directè, & ligat indirectè, in quantum non absoluit, *Sed in pœnam habet potestatem ligandi, & soluendi: soluit enim à pœna, quam dimittit; sed ligat ad pœnam, quæ remanet.*

19 Vbi indicat duas expositiones. Vnam, quam tradidit Adrianus de clauibus, q. 2. Medina de Confessione, q. 5. Soto dist. 20. q. 1. art. 1. conc. 2. ad 2. Corduba lib. 5. q. 1. & alij, quod sicut Deus dicitur excæcare, quatenus non dat lumē; ita Sacerdos non absolvens, dicitur retinere, & ligare *negatiue*: quatenus non soluit, seu non dat gratiam. Vnde Ioan. 20. po.

potestas ligandi explicatur per potestatem retinendi peccata: unde negatio ab-
solutionis subiecto non disposito, est ac-
tus à Christo collata potestatis.

20 Altera expositio indicata à Di-
Thoma, & tradita à Gabriele locis ci-
tatis, est de potestate obligandi pœnitē-
tem ad satisfactionem Sacramentalem.
Hunc sensum indicare Concilium Tri-
dentinum, ait Lugo disput. 13. sec. 2. ad
6. num. 60. quatenus sec. 14. cap. 8. & Ca-
none ultimo, ex potestate ligandi collig-
git potestatem imponendi Pœnitenti-
am.

21 Unde Suarez disp. 19. sec. 1. num.
35. & Araujo dub. 2. conc. 3. §. Rogabis,
ad argumentum respondent; huiusmo-
di actus non exerceri per effectum Sa-
cramenti: quia talis actus non est signifi-
catus gratiæ: ideoque ratione illius non
constituitur aliqua forma Sacramenta-
lis. Imò, si præcisè sit sermo de culpæ de-
rentione, nulla positiva forma necessa-
ria est, sed sola negatio absolutionis: quia
peccatum non detinetur per actionem
positivam, sed per carentiam actionis. Si
autem sit sermo de obligatione ad ali-
quam pœnam medicinalem, vel satisfac-
toriam, quæ in hoc Sacramento impo-
nitur; illa solum habet rationem cuius-
dam præcepti annexi huic Sacramento,
& ordinati ad perfectam eius integritatem,
& complementum. Ipta vero impo-
sitiō talis præcepti non pertinet formaliter
ad constitutionem huius Sacramenti;
& ideo non habet præscripta verba;
sed sufficit quocumque modo intimare
pœnitenti arbitrium, & voluntatem Cō-
fessoris, explicando speciem, & modum
pœnæ. Et hoc potest fieri scripto, vel quo-
cumque alio signo sine substantiali de-
fectu Sacramenti. Quod & communiter
alij notant. Unde non rectè Lugo disp.
12. sec. 2. num. 44. dicit verba formalia,
vel virtualia, quibus a Sacerdote Pœni-
tentiā imponitur, includi in Sacramen-
to: quia non est eius pars, nec aliquid Sa-
cramentum componens intrinsecè; sed
aliquid ei annexum; sicut de inten-
tione Sacerdotis, & voluntate
recipiendi, dici solet.

(*)



§. III. De sensu verborum absolutionis.

22 **C**ontra supradicta arguit Ma-
gister sententiarum: nam
pœnitens ante absolutionem Sacerdo-
tis, est diuinitus absolutus: ergo factum
est per Sacerdotem absolui à pecca-
tis. Antecedens probatur: Quia nemo
dignè accedit ad Sacramentum Pœni-
tentiæ, nisi vere contritus: quia inter tres
partes materiales, quæ se tenent ex parte
pœnitentis, prima est cordis contritio,
quæ non minus requiritur, quam oris cō-
fessio.

Confirmatur primo, quia aut pœnitens
accedit in peccato: & sic absolui non po-
test; quia non est dispositus: aut accedit cō-
tritus: & sic accedit in gratia: quia dicitur
Ezequielis 18. *Si impius egerit pœnitē-
tiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus
est, vita viuet, & non morietur.* Et S. Tho-
mas q. 84. art. 8. ad 1. ait: *Quod homo in pri-
mo instanti vera pœnitentiā remissionem
consequitur præteritorum peccatorum.* Et
sic absolui non potest, quia iam est ab-
solutus: ergo nunquam potest hæc for-
mam propriam, & verum sensum ha-
bere.

Confirmatur secundo, exemplo Eu-
charistiæ, & Ordinis, in quibus Sacra-
mentis, quia formæ significant superna-
turalem effectum, quem faciunt, ideo ad
veritatem formæ necessario requiritur,
vt effectus fiat. Sed sæpè in Sacramento
Pœnitentiæ non fit remissio peccatorum,
vel quia subiectum non est dispositum;
vel quia non indiget tali effectū, quia iā
sunt illi remissa peccata. Ergo tunc illa
formæ, *Ego te absoluo a peccatis*, non
facit verum sensum in rigore accepta:
quia practicè non facit, quod signifi-
cat.

23 Hæc argumenta tantum abest
vt conuincant, quod potius Soto distin-
14. q. 1. art. 3. §. *Et per hoc*, inde nouum
sumat argumentum contra Magistrum:
quia secundum ipsum, nunquam per cō-
fessionem homo ex attrito fit contri-
tus. Quod tamen est falsum: & contra
doctrinam D. Augustini, quam affert D.
Thomas relatus, num. 9. & q. 80. art. 4. ad
2. & in 4. dist. 17. q. 3. art. 5. q. 1. & distin-
24. quæst. 1. art. 3. quæst. 1. ad 3. & Ioannis
11. lec. 6. litt. F. in fine, vt retulimus,
quæst. 68. dub. 3. §. 4. Similiter est contra
do-

doctrinam relata Concilij Triden-
tini: & contra communem Theologo-
rum, & fidelium, credentium Sacramen-
tum Pœnitentiæ per se reconciliare pec-
catores cum Deo, & dare primam gra-
tiam: ideoque hæc duo dici Sacramenta
mortuorum: quia sicut Baptismus dat
nouam vitam mortuis per peccatum o-
riginale; ita Pœnitentiā eam dat lapsis
post Baptismum in mortalia actualia:
ideoque dicitur à sanctis Patribus, & à
Concilio Tridentino secunda tabula
post naufragium: quia vt exponit D. Tho-
mas q. 84. art. 6. *Secundum remedium est,
si per peccatum integritatem perdidit, quod
per pœnitentiā redeat.*

24 Restat ergo explicandum, & vi-
dendum, quem effectum, & sensum ha-
beat Sacramentalis absolutio, quando
inuenit remissa peccata? Respondet Sco-
tus in 4. dist. 19. quæst. vnica ad 1. remit-
tere reatum pœnæ: quod si peccata iam
dimissa, sola confiteatur, dicit litter. G.
*Esse probabilius, quod secunda absolutio vir-
tute clauium nullam partem pœnæ remittat.*
Sed quia hoc iam reiecit hac q. dub. 3.
§. 4. n. 15.

25 Ideò alij dicunt per hanc formā
significari ablationē peccati, vel quoad
culpam, vel quoad pœnam, vel quoad
reliquias peccati. Sic Caietanus tomo 1.
Opusculorum tractatu 5. de Confessio-
ne, q. 4. ad 2. dicens. *Quod quia Sacramen-
tum est exterius sensibile signum, secun-
dū ea, quæ extetius geruntur, ab Ecclesia
iudicatur, & ministratur, ac per hoc quia
pœnitens proponit peccata sua vt expia-
bilia, ac vt ea, quibus se ipsum alligauit:
ideo Ecclesiæ minister absoluit, id est, Sa-
cramentum absolutionis impendit lici-
te profrenti alligationem. Et quia in Sa-
cramento efficitur intus, quod significa-
tur extra; ideo intus communiter fit ab-
solutio peccati, saltem quoad aliquam
partem pœnæ. Et licet hoc sufficere vi-
deatur, quia ad id, quod communiter in-
uenitur, leges respiciunt. Subiugendum
tamen est stringētibus casum ad immu-
nes etiam à pœna, quod ipsa gratia aug-
mentata, quæ per Sacramentalem abso-
lutionem confertur, habet rationem
magis absolutorij. Quia enim Sacramen-
tum Pœnitentiæ ex propria ratione ha-
bet, quod sic medicinale, & curatiuum
infirmittatis peccati actualis: & peccati
actualis infirmitas consistit, non solum
in culpa, & vocata pœna, siue æterna, siue
temporali; sed in multis alijs malis (vt*

clare patet in augmento vulnerum ori-
ginalium) ideo absolutio Sacramenta-
lis, non solum se extendit ad culpam, &
pœnam, sed ad alia ex peccato actuali in-
curta mala. Ita quod gratia per Sacramen-
talem absolutionem significata, & col-
lata, quatenus est Sacramentalis huius
Sacramenti, eo ipso, quod extenditur ad
amplius sanandum à morbo peccati ac-
tualis, habet rationem magis absoluto-
rij a peccato. Sicut gratia baptismalis, si
baptizaretur quis plene prius, consequi-
tus baptismalem gratiam ex Baptismo
flamminis, esset magis ablutiua à pecca-
to, dum à peccati reliquijs magis munda-
ret. Cuilibet siquidem Christiano, si-
cut conuenit orare: *Amplius laua me Do-
mine ab iniquitate mea*: ita conuenit ora-
re: *Amplius sana Domine*; & amplius, *Ab-
solue Domine*, &c. Nec putes nouam in
introducere de effectu Sacramenti Pœ-
nitentiæ doctrinam. Vide superius Diu.
Thomam 3. p. q. 65. art. 1. dicentem, quod
*Extrema vñctio ordinatur contra reliquias
peccatorum, quæ scilicet, non sunt sufficien-
ter per Pœnitentiā sublata, aut ex negli-
gentia, aut ex ignorantia.* Et percipe ex his
Sacramentum Pœnitentiæ ad tollendās
etiam reliquias peccatorum se extende-
re, si ignorantia, aut negligentia ex parte
nostra non impediatur sufficientem illarū
ablationem. Hæc Caietanus.

26 Cuius doctrinam non admittit
Soto in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. in fine dicens.
Crediderim tamen hoc proprium esse Sa-
cramenti Extremæ vñctionis. Quod & do-
cet dist. 23. q. 1. art. 2. conc. 4. Vbi S. Tho-
mas dist. 23. q. 1. art. 2. probat, quod *prin-
cipalis effectus Sacramenti Extremæ vñctio-
nis est remissio peccatorum quoad reliquias
peccati; ex consequenti etiam quoad culpam,
si eam inueniat.* Loco autem citato 1. par.
non loquitur de effectu principali, sed de
secundario, & consequenti: quia per exe-
citiā satisfactionum pœnitentiæ tollun-
tur reliquias peccatorum, vt docet Con-
cilium Tridentinum sel. 14. cap. 8. dicens,
quod satisfactoria pœnæ *medentur pecca-
torum reliquijs, & vitiosos habitus, male vñ-
uendo comparatos, contrarijs virtutum ac-
tionibus tollunt.* Has vero remanentes re-
liquias peccatorum, directè tollit Extre-
mæ vñctionis Sacramentum.

27 Impugnât etiam Suarez disp. 19
sec. 2. num. 9. quia non est necesse, vt ma-
neant reliquias peccatorum actualium:
Tum quia fieri potest vt solum pauca
venialia præcesserint: ex quibus vix intel-
ligi

ligi potest, quæ reliquiæ maneant post remissionem talium peccatorum quoad culpam, & pœnam. Tum etiam, quia licet præcesserint multa peccata, omnes eorum reliquiæ possunt esse iam abolitæ. Nam hæc reliquiæ esse non possunt, nisi aut habitus pravi, aut dispositiones animi, aut corporis quibus homo proclivior sit ad peccandum: hæc autem omnia quatenus ex peccatis actualibus orta sunt specialiter, possunt iam esse omnino ablata, vt per se constat.

Imò vix intelligitur quomodo propriè absoluat homo per virtutem clauium ab his reliquijs peccatorum, præter absolutionem à culpa, & pœna æterna, ac temporali: quia nec Concilia tribuunt hunc effectum huic Sacramento: nec absolutio ex opere operato est contra habitus prauos, vel alias similes dispositiones ex peccatis relictas, quia non potest propriè dici absolutio à peccatis simpliciter, & in ea proprietate, in qua verba ab Ecclesia intellecta sunt.

Accedit denique, quod verba hæc semper habent eundem sensum proprium, & adæquatum: non enim sunt æquiuoca, vel ambigua; sed certam, ac definitam habent significationem; ergo non debent nunc in vno sensu, nunc in alio verificari.

28 Ad huc tamen magna ex parte adhæret sententiæ Caietani, Coninch disput. 4. dub. 8. per totum docens, quod forma absolutionis significat generationem omnem solutionem vinculorum peccati; sed non significat omnem de facto conferri; sed aliqua indeterminate, quia vel absoluitur à culpa, vel à pœna, vel à obligatione consistendi, si confessio verasit. Addit. num. 61. Numquam peccatum in hac vita ita remitti, quin possit adhuc ulterius remitti; atque ita quoties hoc Sacramentum cum fructu percipitur, in eo vere peccata remitti. Quia qui semel peccauit, quantumcumque ei peccatum remittatur, ceteris paribus, semper manet minus dignus beneficijs diuinis, quam esset, si numquam peccasset: ideoque semper peccatum ligat, & esset impedimentum ne excellentiores gratias à Deo consequatur. Diciturque semper per Sacramentum remitti, quia semper recipitur noua gratia, quia impedimentum minuitur, & homo dignior redditur ampliora recipiendi. Num. autem 55. dicit verba significare reo hic, & nunc peccata remitti, cum hac tamen condi-

tionem, quantum ex ipsa confessione potuit cognoscere ipsum eorum esse reum, & ad eorum remissionem legitime dispositum. Idem docent Layman lib. 5. tract. 6. cap. 3. assertione 5. n. 8. Castrus Paulus tract. 23. disp. vnica. punct. 5. n. 6.

29 Reijcit hunc dicendi modum Lugo disp. 13. sec. 3. à num. 66. tribus argumentis. Primo, quia tota illa indignitas quæcumque illa sit, potest omnino auferri, & consumi: quia potest Deus cedere iuri suo, sicut condonando pœnam, cedit iuri puniendi; ita condonando culpam, potest cedere omni iuri morali: si quidem Deus est vniuersalis Dominus omnium iurium. Et tamen adhuc peccatum præteritum esse potest materia absolutionis Sacramentalis. Secundo, quia sequitur posse id quod per Sacramentum remittitur, iterum redire ita vt iam illa remissio nil operetur, sed reuocetur, eo ipso quod per peccatum amittatur gratia. Tertio, quia non bene exponit sensum formæ; quia licet Sacerdos non aduertisset ad dispositionem peccatoris cognoscendam; si tamen ipse revera esset dispositio, esset valida absolutio.

30 Has impugnationes vt in efficacijs relinquit Auerſa q. 14. sec. 2. quia dici posset de facto numquam in hac vita exinaniri totam illam indignitatem; licet absolutè ex Dei prouidentia posset: sicut pœnitentia extinguitur in beatis. Posset etiam dici non reddere per nouum peccatum, sicut nec reddit pœna remissa: quia satis est gratiam fuisse semel in anima, ad hoc vt homo non sit amplius dignus tanta pœna, vel tam indignus carenti diuinis beneficijs. Admitti ergo potest, vere per absolutionem, sicut & per quamcumque accretionem gratiæ diminuit illam indignitatem, sicut sane augetur dignitas.

Alia ergo consideratione deserit illud dicendi modum Raphael Auerſa subiungens. Tamen hoc nec videtur necessarium ad explicandam vim, & salutandam veritatem absolutionis super eadem peccata. Nec videtur sufficiens: quia Sacerdos dicens, *Absoluo te à peccatis*, aliquid plus significat, quam soluo te ab indignitate carenti diuinis beneficijs ob peccata.

31 D. Thomas quest. 84. art. 3. ad 5. ait. *Esse autem perfectior expositio: Ego te absoluo, id est, Sacramentum absolutionis tibi impendo.* Et opusculo 22. cap. 3. ait. *Sed est sensus.*

sensus. Ego te absoluo, id est, Sacramentum, vel ministerium absolutionis tibi impendo. Iuxta quam expositionem, verba faciunt sensum perfectum, & verum, etiam si peccata iam fuerint dimissa: quia non significant effectum nunc poni; sed causam sufficientem ad illum effectum.

32 Sed contra hanc expositionem obijcit Lugo n. 69. dicens. Hæc explicatio, licet quoad re significatam vera sit; quoad modum tamen videtur difficilis, nisi amplius declaratur. Primo, quia in alijs Sacramentis verba formæ non significant collationem Sacramenti; sed applicationem materiæ, vel aliquid aliud: ergo illa verba non significant positionem Sacramenti: quia cum materia ponatur a pœnitente, & forma à Sacerdote, esset idè ac dicere: ergo impendo formam Sacramenti: atque adeo verba illa significarent suum positionem: quod videtur durissimū. Secundo, verba Sacramentalia vsurpari debent in eadem significatione, quam habent ex hominum institutione: & illa vox, *Ego*, & illa vox, *Te*, idè significant intra, & extra Sacramentum. Sed hæc verba, *Ego te absoluo*, ex hominum institutione non habent significare se ipsa per significationem reflexam, sed aliquid distinctum ab ipsis: ergo nec in Sacramentis significant directè se ipsa, sed aliquid aliud.

33 Iam tamen has obiectiones præuenit Caietanus, dicens, quod illud quod forma absolutionis significat, & facit in actu exercito, expositio denotat signate, & expositio sumpta secundum sensum, æquipollet huic: *Sacramentaliter absoluo te*: & denotat, quod non facit principaliter, quia sic solus Deus dimittit peccata: nec absoluit pure spiritualiter, quia absoluit medio signo sensibili: effectusque ex parte Sacramenti est certissimus; licet per accidens possit impediri: quod non tollit certitudinem significationis: quia non significatur absolutio, vt recipitur interius in pœnitente: sed vt exit exterius à ministro Sacramenti, ex qua parte constat absolutionem esse certissimam. Et si nouitius hoc non penetrat, singat Deum dicere Petro, *Absoluo te*, & Confessorè dicere Ioanni, *Absoluo te*: & videat differentiã, quod absolutio Petri est vtrinque certa: quia Deus non diceret, *Absoluo te*: nisi vere etiã intus absolueretur. Absolutio vero Ioannis, & significatur certa ex parte Confessoris tantum: quia Sacramentum absolutionis impendit, quia Sacramentaliter absoluit; & intus potest impedimentum inuenire ex fictione pœ-

nitentis. Hæc doctrina Caietani consona est cum D. Thoma opusculo 22. cap. 3. ad 2. dicente, quod *multo magis est temerarium dicere, quod per classes Ecclesia non fiat certa remissio peccatorum, vt Augustinus dicit.* Est igitur certitudo ex parte agentis, sed non ex parte passi; propter incertitudinem dispositionis. Idem docet Petrus Soto de confess. lec. 4. §. *Est circa hæc.* Imò Richardus, Natarrus, & Corduba, quos refert, & sequitur Suarez disput. 19. sec. 2. n. 20. afferens, quod Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis, parte 14. cap. 2. ait: *Hanc formam magis significare virtutem suam, quam euentum.*

34 Rursus Auerſa q. 14. sec. 3. §. *Quinto*, notat, quod non videtur vis faciendã in vocali obseruatione, quam facit Lugo. Quin imò æquiuolenter se habere videntur. *Ego te absoluo*; ac, *Ego sententiam absolutionis in te pro fero*; mysteriũ, & ministerium absolutionis in te perficio; Sacramentum absolutionis tibi impendo, vt explicauit S. Thomas.

35 Sed occurrit alia difficultas (de qua ibi non agit S. Thomas, quia eã non petebat argumentum) dato quod sit sensus, quod Sacerdos impendit formam Sacramenti, seu perficit Sacramentum; quæ actualem effectum habeat casu, quod iam sit dimissum peccatum? Nam hoc ipso, quod perficitur Sacramentum, debet poni eius proprius effectus: quia Sacramentum efficit, quod significat. Impendit quæ Sacerdos Sacramenti absolutionis à peccatis: & hoc asserit se facere Dei auctoritate, vt ministrum Christi. Vnde oportet vt hoc verificetur. Ad hoc autem verificandum; oportet re ipsa ponere absolutionem à peccatis, siue remissionem peccatorum. Quod tamen verificari nequit quando peccata iam non sunt.

36 Primus modus respondendi est; concedere, & admittere absque inconuenienti, quod si peccata profus inueniantur remissa, quod Sacramentum careat de facto effectum remissionis peccatorum; quia isto effectum pœnitentis pro nunc non indiget, nec in illo, qui sine peccatis est, habet locum. Tunc autem verificari formam, non absoluit, sed sub conditione: quãtũ est ex me, te absoluo, siue te absoluo, si indiges, si ligatus es aliquo peccati vinculo. Seu vera est in actu primo, & in virtute; non in actu secundo, & in exercitio: quia verba in definitione non dicunt actum, sed aptitudinem. Ita Soto dist. 14. q. 1. art. 3. §. *Ex per hoc*, vbi ait:

Respondendum ergo, veram esse formam sensus est. Quantum in me est, & perse attinet ad virtutem Sacramenti, Ego te absolvo: hoc est, Sacramentum absolutionis (vt hic ait D. Thomas) tibi impendo: cuius virtute, si in peccatis existeres, absolutus fieres. Quod autem ille sit in gratia, est res per accidens; sicut accidere potest vt non esse legitime dispositus. Nec aliorum Sacramentorum collatio dicitur absolutio. Est enim latum discrimen, quod Sacramentum Poenitentiae peculiariter institutum est ad remissionem peccatorum post Baptismum commissorum. Ob idque legitima contritio votum confessionis pro suo tempore debet includere: atque adeo in virtute futuri Sacramenti peccata remittit. Quia propter, dum quis absoluitur, applicatur Sacramentum, cuius virtute est absolutus. In quo vtrique sensum vera est forma: Ego te absoluo; quia tunc Sacerdos complet, quod poenitens in voto gerebat. Veluti dum Cornelius in gratia existens, baptizatus fuit, vera erat baptizantis forma, Ego te baptizo: quia complebat illud, cuius virtute, & voto fuerat ab originali ablutus. Ita Soto, & Candidus disquis. 24. art. 8. conc. 5 & 9.

37 Idem docet Nuño q. 84. art. 3. dub. 2. ad 1. folio 24. in fine, & fol. 27. vbi ait, quod licet in alijs Sacramentis causetur de facto aliquis effectus; hoc tamen non est de necessitate Sacramenti; & ideo non est necessarium, quod causetur etiam de facto in isto Sacramento. Secundo dicit, quod de facto causetur id quod est res, & Sacramentum simul. Postea vero ad 2. & ad 4. dicit, quod peccatum potest multoties remitti: & ita semper efficitur nouus effectus, vel saltim nouo modo. Sequitur Araujo q. 84. art. 2. dub. 1. ad 3. & art. 3. dub. 2. num. 34. Videturque ad mentem Caietani verbis relatis, nu. 33. Tenentque Granados controuerf. 7. trac. 1. disp. 6. sec. 2. n. 15. Henriquez lib. 4. cap. 12. num. 2. & 3. referens plurimos lit. T. Bonacina disp. 5. q. 4. puncto 1. nu. 9. Trullench lib. 4. cap. 2. dub. 3. num. 12 & alij.

38 Secundus modus dicendi est sensum formae esse, *Ego confero gratiam de se remissionem peccati*: quamuis enim absoluo de se significet vinculi solutionem; tamen quia non dissoluitur, nisi per informationem gratiae; ideo iuxta subiectam materiam, ex vi eiusdem verbi significatur gratiae infusio. Ita Petrus Ledesma de Poen.

cap. 3. conc. 2. dub. 2. Suarez disp. 19. sec. 2. n. 19. Valentia disp. 8. q. 1. punct. 3. Villalobosto. 1. trac. 9. diffic. 5. n. 5. & Araujo q. 84. art. 2. dub. 1. ad 3. & art. 3. dub. 2. n. 33. & 34. & Delgadillo cap. 13. dub. 21. num. 52. & 56.

39 Tertium dicendi modum breuiter proponunt Nuño vbi supra, & Henriquez cap. 12. n. 2. dicens: *Secundus sensus, quando absoluitur homo iam contritione iustificatus, est verus hoc modo, vt peccata saltem nouo titulo remittuntur*. Et in margine lit. Q. *Sic Christus alio, & alio titulo remittit id ipsum, vt docet D. Thom. 3. p. q. 34. ar. 3. ad 3. & Doctores in 3. disp. 18.* Latiusque prosequitur Lugo disp. 13. sec. 3. à n. 72. vsque ad 90 & Auerfa q. 14. sec. 2. §. *Septimo ergo*. Notat ergo Lugo nu. 71. in verbis Sacramentalibus duplicem esse significationem, alteram, quam verba habent ex hominum institutione, & quae est propria verborum, vt verba sunt humana. Alteram vero Sacramentalem, quatenus ex Christi institutione significant gratiam, quam conferunt. Et quidem loquendo de hac secunda significatione, verba absolutionis significant proculcubio gratiam sanctificantem, simul cum actibus poenitentis, quae sunt materia Sacramenti. Loquendo vero de prima, sensus verborum formae absolutionis est is, quem ipsa sonare videntur iuxta impositionem humanam: soluo à vinculis peccati, & remitto offensam diuinam, & condono peccatum. In quo directè non exprimitur infusio gratiae determinatè, sed condonatio peccati. Dimittis autem peccatis per contritionem, vel alia confessione, vere fit absolutio: quia non mentitur, qui post dimissum semel debitum, vel offensam, iterum rogatus, dicit se dimittere: quia iterum potest iuri suo cedere, & obligare se ad non vtendam iure acquisito per offensam. Sicut qui semel se obligauit ad aliquid praestandum, potest iterum se ei obligare ad idem: & qui semel vouit, vouet iterum, & iterum, & promittit saepius idem. Per cessionem enim repetitam significamus efficacem voluntatem nostram transferendi à nobis illud ius. Hunc autem esse sensum illius verbi, *Remitto*, constat ex usu omnium hominum, qui eandem offensam absque mendatio solent saepius remittere. Aequivalent autem, *Absoluo*, & *remitto*, quia absoluendo exercetur potestas Apostolis data Ioann. 20. *Quorum remiseritis*.

Ex

40 Ex his infert num. 74. explicitationem S. Thomae, in hoc sensu intellectam; legitimam esse: Dicere enim: *Ego tibi Sacramentum absolutionis impendo*: non debet intelligi de ipso Sacramento causante; sed de causato (vt ita dicam) quasi dicat, *Ego quantum est ex me pono absolutionem (ad quam quidem ordinatur hoc Sacramentum) id est remissionem peccati, seu titulum ad hoc vt peccatum sit remissum, & ius ex peccato ortum sit ablatum*.

Infert secundo, etiam per haec verba iuxta suam institutionem humanam non significari directè, & determinatè gratiam; sed arguitiue, quia tenus directè significatur remissio peccati; haec autem ex lege Dei non fit sine infusione gratiae; & ideo arguitur infusio gratiae. Potest tamen ipsa infusio gratiae in executione esse prior aliquo modo, & magis directè, licet per verba significetur minus directè, & quasi posterius, quia in executione gratia est causa formalis expellens peccatum habituale, & per consequens quasi exprimatoria, & directè intentione infunditur: licet verba directè solum significant remissionem peccati, & arguitiue gratiam; quae ponenda est vt expellatur peccatum debito modo iuxta legem Dei. Haec Lugo.

41 Tres isti dicendi modi, non solum sigillatim michi videntur valde probabiles; sed & iudico simul verificari omnes, adhuc in vno, & eodem casu, quo poenitens accedat sine vlla culpa, aut reatu poenae, aut reliquia peccati, dum tamen vere se accuset, & doleat de peccato olim commisso. Vnde placent Auctores relati in eo, quod affirmant: displicet vero eorum aliqui, qui vt proprium dicendi modum statuunt alij euertunt: cum tamen ex omnibus simul sumptis adaequetur integra significatio, & completa vis formae Sacramentalis.

42 Pro quo notandum, quod in verbis formae huius Sacramenti, sicut, & omnium aliorum, & est significatio vocum humana, quae praecedit institutionem Sacramenti, & est significatio gratiae, quam verba habent ex institutione Christi, & est vis, seu causalitas, seu efficientia gratiae, quam habent ex virtute Dei. Specialiter cum doceat Concil. Trident. sess. 14. cap. 3. quod in verbis formae, quae proferuntur à ministro, praecipue vis Sacramenti Poenitentiae sita sit, Sacerdos dicens: *Ego te absoluo à peccatis*: tria pra-

stat, primo ponit formam, & completum Sacramenti: & ideo verificatum, quod impendit Sacramentum, quia dando formalem, & praecipuam partem, satis verificatur, quod datur Sacramentum: secundo dat gratiam, quia Sacramenta nouae legis cam significant, & efficiunt, quod significant: tertio, dat effectum Sacramenti: & quia gratia in hoc Sacramento datur ad reconciliandum Deo peccatores, qui eorum peccata dimittit per ministeria Sacerdotum, qui eos a vinculis peccatorum, quibus ligati tenentur, solunt ideo conuenientissime vtitur vocibus humanis de se significantibus solutionem à vinculis.

Considerando significationem humanam, explicitè importatur ab solutio à vinculis peccati, quod fuit, siue nunc primo fiat, siue iteretur, siue ratificetur, considerando significationem vt Sacramentalem, gratia, quae arguitiue, & implicitè in illis vocibus importatur, importatur explicitè ex suppositione institutionis, & virtutis Sacramentorum nouae legis: considerando quod ex parte effectus per accidens in isto casu vincula non sunt, forma, eius significatio, & causalitas est in actu secundo quoad veritatem Sacramenti, & collationem gratiae, & nouum titulum remissionis; sed est solum in actu primo quoad hoc quod cum effectu haec gratia sit prima, & hic & nunc primo liberans à peccatis. Vnde relinquitur manifestum, omnes tres modos simul sumptos explicare adaequatè sensum formae; & singulos solum partialiter: sed nullum vt falsum, aut minus proprium posse rejici. Quod magis fiet manifestum satisfaciendo objectionibus, quae contra singulos possunt proponi.

43 Contra primum arguit Suar. n. 101. Quia ex illa interpretatione ita nude sup ta inferri potest, quando poenitens non indiget remissione peccati quantum ad aliquid eius formam hanc nihil circa illum operari; quia nihil operatur, quod non significet: nihil autem significat absolute, sed cum eo addito; quantum magis; ergo si poenitens non indiget, nihil operatur.

Deinde arguit n. 12. quia falsum est per absolutionem applicari merita Christi ad soluedam remissionem peccati prius factam per contritionem: nam per ipsammet contritionem actualiter applicata fuerunt. Quamuis enim hoc non sit factum sine voto Sacramenti: tamen applicatio meritorum non est reseruata in

illud tempus, in quo fuerit applicatum Sacramentum; sed tunc applicatur, quando datur effectus: nam ex parte Christi iam est solutio sufficienter facta: ad applicationem, ergo solum superest efficacia, quæ tunc est, quando datur effectus. Quod si de nouo applicentur merita Christi, necesse est ut ad nouum effectum significatum per formam applicentur: hunc autem effectum inquirimus.

44 Arguit etiam Auersa sec. 2. §. Quarto: quia hoc Sacramentum quando est validum, debet omnino habere aliquem effectum, dum non inuenit obicem. Nec remissio antecedens eorundem peccatorum est obex pro effectu secundæ absolutionis. Sicut enim non est obex ut recipiat gratia, ita nec est obex ut de nouo absoluat & verificentur verba formæ. Neque enim satis est dicere, proferri tantum sub conditione: quia hoc esset admittere, re ipsa non verificari ex defectu conditionis: & re ipsa pœnitentem non absolui; quia non indigebat, quia non erat ligatus: atque ita non perfici Sacramentum. Sed neque licitum est, formam sub conditione proferri, quando certum esset non subesse conditionem: aut quando dubium esset; sed tamen posset certa materia adhiberi. Ideoque non liceret absolueri eum, qui solum confitetur peccatum aliquod dubium; quando posset simul aliquod certum confiteri.

45 Respondetur formam semper operari gratiam in non ponente obicem, & remissionem peccati in illo, qui ea indiget; & in omnibus nouo titulo ea dimitti. Sicque significatio, & causalitas, subiectiue, & actiue, est absoluta; conditionata autem implicitate, obiectiue, & quoad euentum. Vnde ipse Suarez, n. 20. maxime commendat illud quod dixit Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. parte 14. cap. 8. *Hanc formam magis significare virtutem suam, quam euentum.* De quo videatur D. Thomas art. 3. ad 5. ex D. Augustino. Bene ergo stat quod virtus formæ, & euentus significantur absolute: sed sicut forma, si non inueniat dispositionem, non iustificat; licet Sacramentum sit validum: ita cum effectu non diluit peccata, si ea non inueniat.

Deinde ipse Suarez in fine n. 20. aduertit discrimen inter effectum gratiæ, ut sic, & remissionem culpæ: nam gratia datur infallibiliter non ponenti obicem; & de se sufficit ad delendum peccatum: peccatum autem non semper cura effectu, seu actualiter remittitur, sed sub intellectu alia conditione; si in homine sit peccatum, cuius remissio desideretur: & quoad hoc etiam non dicitur semper actus, sed aptitudinem.

46 Ad secundum dicitur, quod merita Christi, & applicentur ad dandam gratiam ex opere operantis, & ex opere operato, sed quia ostendimus, q. 62. dubi. 3. §. 5. quod Sacramenta in voto conferunt gratiam ex opere operantis, & actu suscepta eam conferunt ex opere operato: ideo in hoc sensu dicitur, quod applicatio meritorum Christi ex opere operato est reseruata actuali absolutioni, cuius intuitu antea erat collata gratia; & sic iustificatio diuersimode tribuitur contritioni, voto Sacramenti, & ipsi Sacramento. Videatur D. Thomas 3. p. q. 69. art. 4. ad 2.

47 Ad tertium respondetur habere pro effectu gratiam, & nouum titulum remissionis peccati: & per accidens esse quod nunc non reconciliet cum Deo, sicut quando facit ex attrito contritum. Gratia in subiecto non est obex effectus nouæ gratiæ; sed est obex ut primo gratia adueniens iustificet. Nec est conditio ex parte significationis, nec ex parte efficientiæ; sed ex parte euentus. Illud que argumentum contra omnes militat: quia validum Sacramentum Baptismi est in illo, qui ponit obicem gratiæ; & in illo qui est iustificatus, ut patet in D. Thomas, q. 68. art. 1. ad 3. & q. 69. art. 9. ad 1. Vnde sicut in illo, qui ponit obicem gratiæ, verba non dicunt actum, sed aptitudinem quoad collationem gratiæ: ita in eo, qui accedit in gratia, quo ad solutionem primam à vinculo peccatorum, non dicunt euentum, sed virtutem habentem vim ad iustificandum: & cum effectu dantem nouum ius ad condonationem, & remissionem peccatorum.

48 Contra secundum arguit Granados n. 16. quia nec S. Thomas ita explicat: nec verbū, *Absoluo*, tam directe significat gratiam, quam solutionem vinculo peccati. Licet enim Pœnitentiæ Sacramentum conferat gratiam, per se tamen primario institutum est ad tollendum peccata: & ideo hunc effectum primo debuit denotare formam, quæ constituitur. Vnde Concilium Florentinum in decreto Eugeniæ explicans effectum huius Sacramenti, solum dixit: *Effectus huius Sacramenti est absolutio à peccatis.* Et Trid. sess. 14. ca. 7.

Effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo.

Effectus.

Effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo.

49 Arguit etiam Lugo n. 71. dicens hæc etiam explicatio videtur difficilis: quia ex hominum institutione illa verba, *Ego te absoluo*, non habent significare gratiæ collationem, sed remissionem debiti, & solutionem vinculi: ergo licet in hoc Sacramento causent gratiam, ipsa tamen de se id non significant.

50 Rursus Auersa sec. 2. §. 6. arguit: nam quodcumque Sacramentum validum est, & non inuenit obicem, debet absolute conferre suum proprium effectum; ita quod si non possit conferre eo quod inueniat eum iam collatum, potius non valeat in tali subiecto: ut patet quando Baptismus, Confirmatio, & Ordo, inueniunt Characterem impressum ex simili Sacramento suscepto: & quando Extremunctio, & Matrimonium inueniunt effectum remissionis in eadem infirmitate, & vinculi coniugalis inter eandem personas, inualide repetitur.

Et præterea, in tantum hoc Sacramentum in vi suæ formæ confert gratiam, in quantum habet remittere peccata, quem effectum perficit conferendo gratiam: quare prius in intentione est, remittere peccata, quam conferre gratiam: quando ergo caret effectu remittendi peccata, debet etiam carere effectu conferendi gratiam.

Denique, in vniuersum alia est in Sacramentis significatio verbalis solius formæ; iuxta humanam institutionem verborum; & alia est significatio mystica totius Sacramenti iuxta diuinam institutionem horum signorum: & hæc quidem significatio totius Sacramenti est ad denotandam, & conferendam gratiam: significatio autem verborum non est formaliter de ipsa gratia, sed de alia humana actione, vel de alio effectu, ut patet in singulis Sacramentis.

51 Respondetur, quod attendendo proprietatem vocum, magis directe, & explicite, significatur ablatio peccatorum, quam collatio gratiæ. Quod probat D. Thomas art. 2. in corpore: quia cum Sacramenta nouæ legis efficiant, quod significant, oportet, quod forma Sacramenti significet id quod agitur in Sacramento, proportionaliter materiæ Sacramenti. Cum igitur materia sint peccata remouenda; remotio peccatorum directe, & expli-

cite significatur per verba formæ. Et hoc est quod Concilia docent, & argumenta probant. Sed ramen attendendo, quod verba sunt sacramentalia, & effectiua, ut dicit ad 5. & quod docet S. Thomas, q. 26. art. 6 ad 4. quod *gratia est principaliter causa remissionis culpæ quam Pœnitentiæ Sacramentum.* Ideo iuxta subiectam materiæ, per verba significatur gratia: & significatio, quæ est implicita respectu verborum absolute, est explicata respectu verborum ut efficientium ratione formæ. *Per quam principaliter culpa remittitur, quæ est gratia.*

52 Ad argumenta Auersæ dicitur, quod sicut cum sanctificari baptizantur, non solum imprimitur Character, sed & confertur gratia primo regeneratiua, quæ tunc non delet culpam, sed auget gratiam, ut docet D. Thomas 3. parte q. 69. art. 4. ad 2. Ita idem dicendum de illis, qui sanctificati accedunt ad Pœnitentiæ Sacramentum: quia ut docet D. Thomas in 4. dist. 18. quest. 1. art. 3. quest. 2. *Idem iudicium est de effectu, quem potestas clauium actualiter exercita complet in eo, in quo contritio tempore præcessit, & de effectu Baptismi, qui iam habenti gratiam, datur.* Et postea exponit, & probat, *Quod ille, qui per contritionem consequutus est remissionem peccatorum quantum ad culpam, & per consequens quantum ad reatum pœnæ æternæ, quæ simul cum culpa dimittitur, ex vi Clauium, ex passionem Christi efficaciam habentium, augetur gratia, & pœna remittitur temporalis; cuius reatus adhuc remanserat post culpæ remissionem: non tamen totus, sicut in Baptismo, sed pars eius.* In solutione tamen ad 4. concedit, *Quod potest esse tanta dispositio, quod etiam ex vi contritionis tota pœna tollitur, ut prædictum est (distinct. 17. quest. 3. artic. 3. quest. 2. in cor.) Vnde etiam non est inconueniens si per frequentem confessionem tota pœna tollatur.* Sicut ergo in istis casibus verba absolutionis efficiunt gratiæ augmentum, & pœnæ solutionem: ita totum hoc significant: cum efficiant, quod significant. Casu ergo, quod ille cui pœna tota est dimissa, confiteatur, sicut in absolutione confertur gratiæ augmentum, ita significatur: directe, & per se, attenda virtute Sacramenti; quamvis indirecte, & per accidens, attenda dispositionem, quæ solet esse in pœnitente, ut explicuimus q. 62. du. 6. Pariter ergo sæper per verba significatur gratia, vel titulo generali Sacramentorum,

novae legis, vel titulo speciali effectus, quem principaliter facit gratia. Sicut ergo non bene valet. Baptismus homini iam iustificato non dimittit originale: nec primo regenerat: ergo illum non abluit; nec illi dat gratiae augmentum: ita non bene valet in eo, qui in gratia accedit ad Poenitentiae Sacramentum. Vnde duae primae probationes retorquentur in arguentem.

Pariter vltima, quia effectus Sacramenti principaliter causatur à forma, ut docet D. Thomas q. 86. art. 6. *Quia remissio culpae est effectus Poenitentiae, principaliter quidem ex virtute clauium, quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id quod est formale in hoc Sacramento.* Vnde forma debet significare ablationem culpae, & infusionem gratiae illius remissivae, quantum est ex se: quia efficiunt, quod significant, & significat, quod efficiunt. Videtur, quod in simili de forma Sacramenti Extremae unctionis, docet D. Thomas in 4. dist. 23. q. 1. art. 2. q. 2. ad 3.

53 Contra tertium argui potest: nam si aliquis iam sit solutus à vinculis corporeis, quibus antea tenebatur, non potest postea aliquis vere dicere, *Ego te solvo à vinculis*: etiam si habeat voluntatem, quantum est ex se soluendi illum, si solutus non esset. Ergo neque erunt vera illa verba in absolutione Sacramentali, quando revera poenitens nullis vinculis adstringitur.

Respondet bene Lugo sec. 3. nu. 32. negando consequentiam. Ratio differentiae inter vincula corporea, & vincula spiritualia peccatorum haec est, quod propositio illa prolata de solutione vinculi corporei habet pro obiecto immediato ipsam solutionem vinculi corporei, quae solam affirmat: vnde si revera non sit à parte rei solutio praesens a me posita, propositio mea non est vera. Quando vero affirmo solutionem vinculi spiritualis, obiectum immediatum, quod affirmo, non est ipsa ablatio externa vinculi, sed actus meae voluntatis, quo ego interius cedo iure acquisito ex offensa. Vnde provenit, quod licet homo solutus à vinculis corporeis non possit amplius solvi: potest tamen offensa, seu debitum remissum, iterum, atque iterum remitti: quia potest offensus, vel creditor iterum, atque iterum se obligare ad non exigendum illud debitum. Sicut se iterum potest obligare ad id, ad quod iam prius erat obligatus.

54 Vel secundo magis univertale differentiam possumus assignere: nam illa solutio à vinculis est pure physica: vnde attendit solum id quod est in re: haec vero solutio, licet ex parte gratiae causata, & causalitatis Dei, & ministri sit physica, & realis: tamen ex parte ministri libere agentis, & ex parte obligationis, à qua liberat, etiam admissimus quaest. 62. & 64. esse moralem: quamvis autem in physicis nullius sit considerationis, quod aliquid fiat duplici titulo; tamen id maxime attenditur in moralibus: ut docet D. Thomas loco citato num. 39. agendo de merito Christi; & loquendo de reuiuiscencia meritorum, id notat Bañez 2. 2. q. 24. art. 6. dub. 6. conc. 3. Quod exempli gratia nunc proponimus, sed suo loco examinandum reservatur. Moraliter ergo semel liberatus à peccatis, potest iterum à illis liberari; & ideo semel absolutus, potest si iterum, si se accuset de peccatis, ab eis absolui.

55 Secundo solet obijci: nam si homo, ut Vicarius Christi, vere absolueret à peccatis, non haberet Deus quid absolueret, postquam homo est absolutus ab alio homine, sed hoc est falsum: quia sancti Patres docent priorem esse absolutionem Sacerdotis, quam absolutionem Dei: Vnde S. Cyprianus lib. 1. epist. 54. ait: *Ipse legem dedit, ut ligata in terris, etiam in Caelis ligata essent, solui autem possent illae, quae hic prius in Ecclesia soluerentur.* Quod & docent S. Hilarius canone 16. in Matth. S. Bernardus ser. 3. in festo Apostolorum Petri, & Pauli, de S. Petro ait. *Qui claves Regni, tam singulariter accepit, ut praecedat sententia Petri sententiam Caeli.* Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. par. 14. cap. 3. dicit: *Quia sententiam Petri non praecedit, sed subsequitur sententia Caeli.*

56 Respondet Vazquez quaest. 84. art. 3. dub. 1. à num. 10. vsque ad 14. quod eadem absolutio, quae fertur à Sacerdote, fertur etiam simul à Deo, nec sunt duo tribunalia, aut appellatio ex vno ad aliud iudicem. Dicitur ergo sancti absolutionem Sacerdotis in terris non esse approbationem, & quasi rati habitationem remissionis peccatorum, ut iam remissa peccata esse ostenderetur: sed potius per illam dissolui peccata, quorum remissio intelligitur rara esse, & placere in Caelis. Vnde S. Augustinus tom. 4. libro de vera, & falsa poenitentia, cap. 9. ait: *Quod dumque solueris super terram, soluetur in Caelis: hoc est Ego Deus, & omnes ordines* Ca.

Caelis militia, & omnes sancti in mea Ecclesia laudant vobiscum, & confirmant, quod ligatis, & soluitis. Haec solutio est probabilis. Sed advertit Lugo num. 58. illud librum non esse Sancti Augustini; sed alterius, qui cap. 17. citat sententiam eiusdem S. Augustini. Illaque verba non habentur capite 9. sed capite 10. eiusdem libri.

57 Duas alias adhibet solutiones Lugo num. 86. dicens: Secundo, & facilius explicari potest de sententia Dei, quae proferenda est, vel in die iudicii univertalis, vel in iudicio particulari singulorum in eorum morte: tunc enim Deus terminat totam causam, & reddit praemium, vel poenam, iuxta id quod prius à Sacerdote in terris fuerat iudicatum. Tertio, & fortasse vetius explicari potest, quatenus post Sacerdotis sententiam, Deus eius intuitu vult producere gratiam, qua re ipsa homo soluitur à peccatis: atque ita Sacerdos praestit, Deus subsequitur exequens solutionem, quam Sacerdos decreuerat.

DVBIVM SEXTVM.

Vtrum absolutio Sacramentalis possit dari sub conditione? Et an possit dimidiari?

§. I. Nequit dari sub conditione de futuro.

1 **R**Esté respondet Caietanus in summa verbo, *Absolutio ex parte formae*, dicens. Circa appositionem conditionalem advertet tripliciter posse conditionaliter proferri formam absolutionis. Primo, respectu conditionis praeteritae: ut si Confessor dubitat se protulisse formam absolutionis, & dicat: si non es absolutus, ego absolvo te. Et huiusmodi conditionalis absolutio in casu dubij ex suo genere non est illicita, sicut nec Baptismus in dubio sic datus illicitus est. Secundo referendo ad conditionem futuram: puta, si diceret Confessor, *Si restitueris, aut feceris talem Poenitentiam, aut aliquid huiusmodi, absolvo te.* Et huiusmodi conditionalis absolutio

cum intentione praecisa nihil aliud faciendi nisi quod dicit, nihil valet: quia non est in potestate Confessoris ministrantis Sacramentum, conferre nunc Sacramentum, & suspendere illius effectum in aliud tempus implenda conditionis. Sacrilegus ergo est abusus istae formae Sacramentalis: sit enim iniuria Sacramento, dum perficitur modo excludente fructum Sacramenti ex indebita intentione ministrantis. Et eadem ratione non potest Sacramentalis absolutio impendi sub rati habitatione: quoniam quod sub rati habitationis spe fit, quamvis voce tunc fiat, re tamen ut pendens sit, ita ut possit, & ratificari, & irritari. Constat autem non esse in potestate absolventis conferre nunc Sacramentum, & suspendere effectum illius in tempus futurae ratificationis, & exponere discrimini ut nullum sit, si irritetur.

2 Tertio, si referatur ad conditionem praesentem, puta, si vere promittis restituere, aut praesentare te superiori, absolvo te. Et huiusmodi conditionalis absolutio cum praecisa similiter intentione si fiat, facta tenet, stante tunc conditione. Errat tamen Sacerdos sic faciens: quia praesumit sub forma dubia tradere, quod Christus mandavit sub forma certa ministrari: De nullo enim magis debet curare absolvens, quam de contritione, & satisfactione poenitentis: & tamen Ecclesia absque conditione aliqua credit poenitenti dicenti se contritum, & habere propositum satisfaciendi, & absolutionis beneficium impartitur absque conditionali voto. Vnde exterminanda est huiusmodi superstitio ab Ecclesia Dei, in tantum, quod si alicui commissa sit à superiori potestas absolventi à casibus reservatis sub aliqua conditione (puta concedo tibi facultatem absolventi ab homicidio, si absolventus fecerit talem poenitentiam, puta peregrinationis, aut tantae elemosynae, &c.) debet Confessor, non conditionaliter, sed simpliciter, & absolute absolventem poenitentem receperantem talem poenitentiam: quia nullam commissio potest alterare formam Sacramenti. Haec Caietanus, communiter receptus.

3 Sed circa conditionem praeteritam, omnes notant licite apponi explicitae, vel implicitae in multis casibus: vel quia dubitatur de vita poenitentis, ut constat in moribundo: vel cum dubitatur de usu rationis, ut cum est necesse absolventem

pueros, vel amentes in casu necessitatis vel dubium est ex parte materiæ; vt cum dubitatur an signa contritionis, & confessionis dederit ex desiderio absolutio- nis, vel ex angustia mortis, vel an ea, quæ confiretur, sint peccata, vel solum mo- rales imperfectiones; & non occurrit aliud peccatum certum, quod confitea- tur, vt in personis valde spiritualibus so- let contingere. Vel dubium est ex parte confessarij dubitantis, an verba absolu- tionis ritè protulerit: & erubescit dice- re pœnitenti vt confessionem de aliquo peccato reperat (quod esset facile reme- dium) aliave simili causa adit iustum motium apponendi conditionem. De quo Auerſa q. 14. sec. 4. Trullench lib. 4. cap. 2. dub. 4. n. 4. & passim alij, cum Na- uarro in Manuali cap. 26. num. 12. Gra- nado controu. 7. trac. 1. disputat. 6. sec. 3. num. 18.

4 Huic communi doctrinæ se op- ponit Caramuel in Theologia funda- mentali, fundamento 66. §. 14. nu. 1879. dicens. Impossibilis est casus, in quo du- bitetur vtrum homo adultus sit viuus, vel mortuus. Et non iam suadetur, sed de- monstratur hæc conclusio: quia vbi su- currit ratio aliqua grauis, non dari pu- rum dubium euidens est: nam siue illud sit negatiuum, siue positiuum, omnem grauem rationem excludit: At qui in morte hominis ratio grauis succurrit: Er- go. Probatur minor. Quia possessio fundat rationem grauem; & omni probabili (imò, omni probabiliore) cerciorem; & in hominis morte possessio pro vita est: Debet ergo ceaseri viuus, quousque cer- to sit mortuus.

5 Hæc non est demonstratio, sed hæc hallucinatio pura. Nam maior illa (quæ euidens iactatur) est falsa, vel æquiuoca: quia vbi occurrit ratio grauis pro vna parte, & æquæ grauis pro opposita, cui- dens est dari dubium: quia defuit mediū quo intellectus determinetur ad vnam partem contradictionis: & ita suspensus, & anceps, & dubius manet, vt diximus cap. 1. Theolog. Mor. q. 10. num. 1. & 2. Minor etiam est æquiuocatio: quia pos- sessio vitæ est ratio fundans iudicium, quod viuit, quandiu non apparer indicia, quod est mortuus: alioquin posset dubi- rari quod dormientes in sepulchris essent mortui, vel non.

Deinde, inter certo viuum, & certo mortuum, datur status medius, in quo ip- se admittit probabiliter aliquem esse mortuum, quia possunt, & solent formari

probabilia argumenta ad ostendendum esse mortuū, vt ipse admittit n. 1880. Sed solent formari argumenta, quæ intelle- ctum reddant suspensum ad vtramque partem: ergo possibilis est casus in quo du- bitetur vtrum homo adultus sit viuus, vel mortuus.

6 Tertio, de fetu in vtero matris, & de pueris quotidie dubitatur an sint viui vel mortui: ergo de adultis idem potest dubitari: quia esse adultos per accidens, quoad dubium facti, se habet. Quarto, Doctores ex cap. *Ad au dientiam* 12. de ho- micidio, & cap. *significasti* el 2. cap. 18. eod- dem titulo, distinguunt dubium iuris, & dubium facti in homicidio: sed dubium non solum potest esse an iste occiderit, sed an iam esse mortuus, vel non, cum iste per- cussit: ergo omnino hæc distinctio est ad- mittenda. Simile argumentum fieri po- test ex Alexandro Tertio, cap. *De quibus, de Baptismo, & eius effectu*. De quo late egimus q. 66. dub. 8. §. 3. & 4. Denique idem patet experientia, & communi ho- minum existimatione: cui potius fiden- dum, quā imaginationibus vnius Cara- muelis.

7 De veritate doctrinæ secundi casus dubitat Doctor Nauarrus (quidquid se- cus existimet Leander tract. 3. disp. 2. q. 27.) quia communem doctrinam videri tenere in Manuali, cap. 26. num. 11. & de Pœnitentia, dist. 6. cap. 1. nu. 62. dicens, quod absolutio non debet fieri sub con- ditione, puta, si satisfecerit: nam taliter absolutus, non esset simpliciter absolu- tus, cap. *Actus, de Regulis iuris*, lib. 6. Et tamen idem Nauarrus ibi num. 64. ait. Secundo videri posset alicui hæc con- clusio simpliciter esse falsa, quoniam ex- communicatio sub vera conditione fie- ri potest, cap. *Præterea 2. de Appellationi- bus*. Etiam si tempus in ea in certum cō- tineatur, vt cum Dec. contra Baldum in illo, cap. *Præterea, tenuimus*. Quare ergo non absolutio, quæ fauore maiore digna est? Regula, *favorabiliores, ff. de regulis iu- ris*. Et illud, cap. *Actus, cum l. Actus, ff. de Regulis iuris*, solum sunt intelligenda de actis in illis expressis; non de alijs: excom- municatio autem non est de illorum numero. Facit quod sicut supradictum est, absolutio ab excommunicatione, licet iniusta sit, valere tamen potest. Quæ- re igitur, licet sub conditione fieri non debeat, facta tamen non valebit? Et vbi est textus, qui hunc casum à regula exci- piat? Et si nunquam est, quare non sta- mus regula contra Glossam, l. *Omnis de-*

finis.

finis, ff. de regulis iuris, & Glof. Rub. de Reg. iuris, lib. 6. Quamquam, & illud cer- tū habeo, absoluteionem sub conditione de re futura factam nihil profuturam, donec ea impleatur, arg. eiusdem, capit. *Præterea 2. de Appellationibus*, cap. *si pro te, de Rescriptis*, lib. 6. l. *cedere diem*, ff. de verbor. signific. Hæc Nauarrus. Quæ cum in soluta reliquerit, satis constat dubitaſe, an absolutio sacramentalis sub con- ditione de futuro, sit valida, impleta cō- ditione.

8 Rationes etiam Caietani, & Ar- millæ, verbo, *Absolutio*, num. 6. vt ineffica- ces reijcit Vazquez, q. 84. art. 3. dub. 5. num. 3. & 15. Duæ etiam rationes assignatæ à Vazquez à num. 6. ad 9. impug- nantur à Cardinali de Lugo disput. 13. sec. 5. num. 115. & 117. vt vndequaque debiles, & infirmæ: quia appositis con- ditionibus impertinentibus forma po- test esse valida: & etiam si confessarius non cognoscat dispositionem pœnitentis. Et quia non adducitur ratio aliqua cur alij contractus validè fiant per solam voluntatem præteritam; vt virtualiter manentem. Et quia Christus solum instituit, quod Sacerdos remittat pœnitenti debita: cum igitur remissio in alijs debi- tis possit fieri sub conditione, & reddi valida, quando impletur conditio, non apparet cur similis voluntas non suf- ficiat ad verificandum, quod Sacerdos ab- soluit, & remittit.

9 Ipse Lugo, supposita traditione, & vsu Ecclesiæ, in qua nunquam hoc Sa- cramentum confertur sub conditione de futuro, respondet, quod Christus non instituit pro forma sententiæ prolationem vt cumque; sed prolatam per formalia verba, ab ipso instituta: item instituit, quod Sacramenta nouæ legis ex vi suæ institutionis alligantur ad gratiam, vel effectum dandum pro tempore, quo per- ficiuntur: quia licet in potestate ministri sit ponere essentialia Sacramenti, vel nō, semel tamen positis, non est in eius po- testate suspendere effectum; vt in forma Eucharistiæ, & Baptismi, & in alijs Sa- cramentis apparet. Cum ergo Sacerdos absoluens sub conditione, ponat tunc tō- tam formam, & omnes partes Sacramen- ti; non potest suspendere eius effectum ad tempus subsequens. Quia Sacramen- ta nouæ legis, vbi primum ponuntur, de- bent operari, nisi adit obex; nec potest eorum effectus suspendi in futurum. A qua regula generali non excipitur Ma-

trimonium, nam in hoc etiā; quando fit sub aliqua conditione de futuro, non suspenditur effectus, sed ponitur, vbi pri- mum ponitur Matrimonium: Matrimo- nium tamen ipsum non ponitur donec impleatur conditio, qua impleta fit sta- tim Matrimonium per consensum, & verba virtualiter, & moraliter præsentia ex verbis præteritis non reuocatis: quæ verba cum præsentia virtuali, & equiva- lenti sufficiunt ad Sacramentum Matrimo- nij (quia Deus contractum ad ratio- nem Sacramenti eleuauit) licet ad alia Sacramenta non sufficiant. Hæc Lugo latissimè à num. 118. vsque 133. Et rectè quidem. Sed cur non retulerit Caieta- num, qui eius rationis est auctor, me la- ter.

10 Sed inquires, vtrum valeat abso- lutio sub hac formā, *Ego te absoluo, si Deus iam scit te cras restitutum?* Om- nes supponunt id esse illicitum propter dubium, & periculum, cui Sacramentū eo modo exponitur. Et inquirunt, an abso- lutio sit valida? Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 13. sec. 3. §. *Sed vrgobis*, fatetur se non inuenire rationem sufficientem ad ne- gandum tale Sacramentum fore validū, si reuera sit in Deo illa præscientia, sub cuius conditione confertur Sacramen- tum à ministro. Idem tenet Lugo disput. 13. à num. 134. vsque 139. quia tunc non suspenditur effectus, cum conditio illa sit iam præsens: nam scientia Dei, si vquam est, ab æterno est præsens. Idem tenent Bernal disp. 17. de Sacramentis sec. 2. §. 3. num. 100. Arriaga disp. 50. sec. 3. num. 18. & 19. Martionus disp. 32. sec. 4. à nu. 36. & alij.

11 Oppositam esse *communiorum* Do- ctorum sententiam, testatur, & sequitur Coninch quæst. 64. art. 8. dub. 2. conc. 4. & Auerſa quæst. 84. de Sacramentis sec. 3. conc. 3. in fine, & de Pœnitentia q. 12. sec. 4. §. *Si demum*. Tenetque Suarez tom. 3. disp. 79. sec. 9. §. *Ex dictis*, & alij, quos retuli, & sequutus sum, 3. p. q. 83. dub. 13. §. 6. à num. 38. docens in valide applicari sacrificium Millæ pro illo quem Deus scit futuro tempore daturum elemosy- nam. Et ratio est: quia sicut Deus instituit, quod forma sint verba humana, & quod non sufficiat scriptura, nec aliquid æquidale scripturæ, quamuis in huma- nis iudicijs sufficeret; & sicut instituit, quod non sit in potestate absoluentis suspendere effectum Sacramenti; ita si- mili ratione colligitur quod institutio est

est, quod verba formæ significant, & verificentur pro re præfenti in nostra mensura: & ideo quoad nos per accidens est, quod obiectum nobis futurum, sit Deo præfens: & ideo sic absolutio sub conditione de futuro reddit eam inualidam: ita inualide absolueret, qui diceret, ego te absoluo, si Deus scit te restitutum cras.

Et independenter ab his opinionibus, bene notat Auerfa illa rec. 5. quod esset saltem valde dubius valor Sacramenti, etiam apparente postea veritate conditionis: atque adeo repetenda esset absolutio: præter graue sacrilegium, quod in tali modo conditionate absolutionis commissum esset.

§. II. Nequit absolutio dimidiari.

12 **C**irca secundam partem quaesiti Doctor Ioannes de Medina Codice de confessione tractatu 2. quaestione: *De absolutione ab oblitis*: Folio michi 98. ait, posse non improbabiler dici, quod absolutio Sacramentalis non se extendit ad remittendum peccata oblita, sed solum confessâ. Probat primo, quia absolutio Sacramentalis est sententia quædam à Sacerdote in causa, quæ est inter Deum offensum, & peccatorem reum lata. Cum ergo nullus iudex possit ferre sententiam, quæ iusta, & valida sit, sine agnitione causæ, super qua debet proferre sententiam; & Sacerdos in casu de oblitis nullam habeat cognitionem (quia confessio generalis oblitum Sacramentalis non est: alioquin iure diuino non teneretur peccata remittenda à confessario illi in particulari proponere) sed tantum de confessis; consequens est sententiam Sacerdotis non se extendere nisi ad confessâ.

Secundo idem probatur, quia si peccator post præfatam confessionem manet à Sacerdote absolutus etiam ab oblitis, sequitur cum non amplius teneatur ad confitendum oblita, magis quam ad confitendum confessâ, cum ab omnibus iam sit absolutus. Qui enim à debito aliquo semel est legitime absolutus, non consonat rationi, nec iustitiæ, vt rursus eodem teneatur debito. Quod tamen nullus admittet. Vnde stante obli-

uione illorum peccatorum, suspenditur quidem obligatio ea confitendi; non tamen tollitur.

13 Circa peccata confessâ Raphael Auerfa q. 12. de Pœnitentiâ sc. 4. in fine docet, quod debet sine dubio absolutio dari integre de omnibus peccatis confessis, quando nulla ratio obstat. Non est tamen negandum, posse valide fieri, quamvis dolo, & iniquitate Sacerdotis, vt datur absolutio dimidiata de quibusdam, & non de omnibus peccatis confessis. Si nempe Sacerdos, siue superior, siue inferior, ac etiam si pœnitens nulla habeat peccata reseruata, proferat absolutionem limitatam, dicendo. Absoluo te à peccatis blasphemie, aut alterius certi generis. Vel etiam si in mente habeat intentionem sic limitatam. Tunc dum pœnitens bona fide expectabat absolutionem, conficietur vtique validum Sacramentum quantum ad illam partem accusationis de illis peccatis, quorum absolutio datur: non tamen conficietur ex alia parte accusationis de alijs peccatis. Vnde dum pœnitens talem defectum aduerteret, tenebitur quidem procurare absolutionem directe de peccatis non absolutis vel ab eodem Sacerdote, vel confitendo alteri: sed non tenebitur repetere alia peccata directe absolutâ. Hæc ibi.

14 Vtraque sententia est falsa, & singularis. Prima est contra D. Thomam in 4. dist. 21. q. 2. art. 2. corp. & ad 2. docentem virtutem clauium se extendere directe ad remittenda confessâ, & indirecte ad oblita. Et ad primum ait, quod *quamvis iste absolutione sit functus, tamen tenetur confiteri vt suppleatur, quod defuit Sacramentali confessioni*. Et ad 2. dicit, quod *teneatur iterum confiteri, cum ad memoriam peccatum, reduxit*. Imò videtur contra expressè tradita in Concilio Tridentino sess. 14. capite 5. de confessione Sacramentali, illis verbis. *Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersam eadem confessione inclusa esse intelligantur: pro quibus fideliter cum Propbeta Psal. 18. dicimus: ab occultis meis munda me Domine.*

15 Ratio est, quia Sacerdos absoluit largiendo gratiam: quæ omni mortali peccato opponitur: ergo omnia ab anima expellit. Secundo, quia Sacerdos vice Dei fungitur, & absoluit, sed impium est à Deo sperare dimissionem veniam; aut quod vnum mortale quoad culpam sine alio remittat: ergo nec Sacerdos potest vnum sine alio remittere.

16 Ioannes de Medina male sensit de virtute Clauium, existimans à Deo solum remitti peccatum virtute contritionis, & à Sacerdote solum quoad exclusionem a Regno Coelorum: vnde q. 1. dixerat absolutionem quatenus reconciliatiuam cum Deo, non dimidiari, sed remittere omnia peccata. Cum ergo absolutio Sacerdotis Dei vice fungentis vere sit reconciliatiua cum Deo, non potest absolutio quoad culpam mortalem esse partialis. Licet nec tota poena remittatur semper. Itemque absolutio à censuris posset esse partialis, vt ex cap. *Ex parte*, & cap. *Officij, de sententiâ Excomm.* Docet Paludanus in 4. dist. 18. q. 5. art. 3. n. 20. & alij communiter. Sed non absolutio à peccatis mortalibus.

17 Secundam sententiam vt improbabilem, impugnat Suarez disp. 31. lec. 1. cōc. 1. dupliciter. Primo, quia integritas tam est necessaria in absolutione, quam in confessione: imò in hac requiritur propter illam; ergo, si in confessione requiritur integritas, cur non magis in absolutione? Secundo, vel ille confessor habet intentionem conficiendi Sacramentum, vel non? Si non habet; nullum peccatum remittit. Si habet; velit, nolit omnia peccata remittit; si alium non ponit obicem: Quamvis enim valor Sacramenti pendeat ex intentione ministris; tamen positio Sacramenti, effectus eius non pendet ex illius voluntate, quia Sacramentum causat per modum causæ naturalis, iuxta dispositionem recipientis: hic autem recipiens dispositus est, vt per se, & directe remittantur illi omnia peccata per Sacramentum. Hæc ibi.

Præterea, iuxta S. Thomam, dicere, *Ego te absoluo*; est idem ac impendo Sacramentum, & confero gratiam in remissionem peccatorum: sed Sacramentum, & gratia ad omnia peccata mortalia se extendunt: ergo & forma non potest esse partialis.

Dæmum, qui exterius diceret, quædam peccata in confessione audita se absolueret, & quædam retinere, non solum sacrilege faceret; sed præberet sufficientissimum fundamentum vt pœnitens existimaret non serio vere absolueret: ergo vt vere iudicaret confessionem esse nullam defectu absolutionis. Vnde in simili Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 6. in fine ait. *Nec is esset, nisi saluus sua negligentissimus, qui Sacerdotem iocose absoluentem cognosceret: & non alium se*

rio agentem, sedulo requireret. Similiter idem Concilium ibi capite 1. de pœnitentibus, *qui scienter aliqua mortalia retinent*, docet, quod nihil diuina bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Ergo Sacerdos, qui aliqua mortalia retineret, à nullo vinculo pœnitentiæ reuera absolueret. Sed de isto puncto iterum agendo de peccatorum reseruatiōe.

DVBIVM OCTAVVM.

Vtrum impositio manuum Sacerdotis requiratur ad hoc Sacramentum?

1 **R**efert D. Thomas Opusculo 22. cap. 4. quod suo tempore quidam asserere præsumpsit, & libello publicare, quod impositio manus est de necessitate Sacramenti Pœnitentiæ. Referebat pro se Guillelmum Auernum. De quo S. Thomas ait ibi ad 6. se nescire an hoc dixerit: sed scio (inquit) eum non fuisse tantæ autoritatis, vt eius dicto statim sit in tanta re. Præsertim cum Dominus Petro post statum Clauium exposcens, non dixerit: cuiusque manus impositueris: sed: *quodcumque solueris*.

2 Idem impugnat hæc q. art. 4. nãim impositio manuum in Sacramentis Ecclesiæ fit ad designandum aliquem copiosum gratiæ effectum, quo illi, quibus manus imponuntur quodam modo per quandam similitudinem, continuantur ministris; in quibus copia gratiæ esse debet. Et ideo manus impositio fit in Sacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus Sancti; & in Sacramento Ordinis, in quo confertur quædam excellentia potestatis in diuinis mysterijs. Vnde & 2. ad Tim. 1. dicitur. *Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum*. Sacramentum autem Pœnitentiæ non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiæ; sed ad remissionem peccatorum. Et ideo ad hoc Sacramentum non requiritur manuum impositio: sicut etiam neque ad Baptismum: in quo tamen sit plenior remissio peccatorum, iuxta dicta q. 69. dub. 1.

3 Sed obijciunt. Verba Sacerdotis in hoc Sacramento non sunt maioris efficacia.

cia,quam in alijs Sacramentis: sed in alijs Sacramentis non sufficiunt verba ministri, nisi aliquem actum exercent: sicut in Baptismo, simul cum hoc, quod Sacerdos dicit: *Ego te Baptizo*: requiritur corporalis ablutio: ergo etiam simul cum hoc quod Sacerdos dicit: *Ego te absoluo*: oportet quod aliquem actum exercent circa pœnitentem, imponendo ei manus.

Respondetur cum D. Thoma ad 3. quod in Sacramentis, quæ perficiuntur in usu materiæ, minister habet aliquem actum corporalem exercere circa eum, qui suscipit Sacramentum: sicut in Baptismo, & Confirmatione, & Extrema unctione. Sed hoc Sacramentum non consistit in usu alicuius materiæ exterioris appositæ, sed loco materiæ se habent ea, quæ sunt ex parte pœnitentis. Vnde sicut in Eucharistia Sacerdos sola prolatione verborum super materiam perficit Sacramentum: ita etiam sola verba Sacerdotis absolventis super pœnitentem perficiunt absolutionis Sacramentum. Et si aliquis actus corporalis esset ex parte Sacerdotis necessarius, non minus competere Crucis signatio, quæ adhibetur in Eucharistia, quam manus impositio: *In signum, quod per sanguinem Crucis Christi remittuntur peccata*: Et tamen non est de necessitate huius Sacramenti; sicut nec de necessitate Eucharistiæ. Hæc S. Thomas.

4 Sed inquirentes, iam quod manuum impositio non sit de necessitate Sacramenti, an sit de necessitate præcepti; vel saltem expediat illa uti?

Recte respondet Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 4. §. sunt autem. Quod Vualdenſis, vt Thomas Vualdenſis to. 2. de Sacram. ca. 147. commemorat, omnem manuum impositionem deridebat. At vero, quamvis non sit necessaria, vt ostensum est, *nihilominus non est despicienda*: Fuit enim in usu in primitiua Ecclesia, non solum in confirmatione, quæ ideo manus impositio dicebatur, vt patet can. *Manus, de consecratione, dist. 3.*, Verum etiam in Sacramento Pœnitentiæ, vt patet in Concilio Niceno can. 9. & in Carthaginensi capit. 32. Vnde, & qui erant in pœnitentia publica, per manuum impositionem reconciliabantur, vt constat dist. 50. can. *Pœnitentes*, & 26. q. 6. can. *Qui recedunt*, & can. *Is qui*. Quare S. Augus. lib. 4. de Baptismo, quod refertur, 1. q. 1. can. *Manus*, Sacramentum hoc ipsum Pœnitentiæ appellat manus impositionem, vbi ait, *Manus*

impositio, non sicut Baptismus, repeti non potest. Et caremonia hæc, vt illic refert Vualdenſis, ex veteri lege consuetudine traxit: Sacerdos enim, vt legitur Leuitici 16. dum peccata populi confitebatur, manus capiti hirci emissarij imponebat: qui quidem hircus pœnitentis figura erat. Et enim quoniam manus instrumentum sunt operandi, caremonia illa significabat gratiam suo ministerio conferri. Item, quia Christus corporeos morbos manuum impositione curare docuit, dicens Marci ultimo: *Super agros manus imponent, & bene habebunt*; agritudines etiam animæ eodem manuum tactu curabant. At vero quoniam caremonia illa non est necessaria, *usus ille aboli usest*: cuius ideo in Concilio Florentino nulla fit mentio. Vnde licet Paludanus dist. 22. q. 3. arbitrat: *Esse etiam nunc congruum* manus imponere inter absoluendum pœnitentem: verum tamen: *Non habetur in usu. Neque vero est congruum; nisi ubi in tota Prouincia esset in more*. Et multo minus manum eleuare dum fit absolutio. Hæc Soto. Idem tenent Suarez, & Vazquez, & Nuño, & alij communiter articulo 4.

5 Ad idem pertinet, quod ait Nauarrus cap. 1. de Pœnitentia dist. 6. (non 8: vt est apud Leandrum) n. 29. secundum autem præambulum, scilicet, manus impositio super capite (quod maxima cura quosdam etiam cum duabus manibus seruare video) adeo est absolutioni substantiale, vt neque sit de necessitate præcepti faciendum, secundum Thomam 3. p. q. 84. ar. 4. immo aliquando facere malum est, puta cum pœnitens est femina, & forte molli pulchritudine, ac mollior ornata: quoniam, vt ait Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum, relatus in cap. *Hospitiolum*, 32. dist. *Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere*. Quod ipsum Paludanus, vir in huiusmodi rebus expertus, in illa q. 3. annotauit. Hæc Nauarrus: & omnes communiter.

6 Cum quibus non video qualiter cohæreat, quod Coriolanus de casibus reseruat, 1. p. sec. 3. vbi de secunda conditione confessionis, & Leander tract. 5. disp. 2. q. 37. dicunt, solum in vno casu esse necessarium, vt Sacerdos manum suam, super pœnitentem extendat, vt putet, quando adsunt circumstantes, & Sacerdos rationabili de causa absolutionem denegat pœnitenti, & ex eo quod non extendat manum super illum, ad stantes pos-

possunt suspicari, quod propter aliquod graue peccatum pœnitens non esset absolutus: tunc enim debet manus extendere, & dicere pœnitenti, quod propter circumstantes id facit, ne de illo scandalicentur; sed quod nihilominus non dat ei absolutionem, sed dicit aliquam aliam orationem, vt ita confusus non recedat. Hæc illi: Quod non componi cum communi doctrina (quam ipsi in hoc puncto docuerant) patet: quia si non est præceptum, nec consuetudo in omni casu regulariter imponere manus, nec eas eleuare, dum fit absolutio; nec in casu, quod denegetur ex iusta causa absolutio, erit necessarium extendere, vel imponere manus ad vitandum scandalum, vel infamiam, vel admirationem ex denegata absolutione: quia potius erit admirationis, infamiae, & scandali occasio; nunc facere, quod fieri non consuevit. Si vero nunc in aliqua Prouincia perseverat consuetudo imponendi manus, vel eas eleuandi, dum fit absolutio; non solum in vno, sed in omnibus casibus erit necessarium vt Sacerdos imponat, vel extendat manus super pœnitentem.

7 Addit Paludanus in 4. dist. 22. q. 3. n. 9. secundum, quod consequenter requiritur, est signum Crucis, *de consecratione, dist. 5. c. 29. numquid*, omnia Sacramenta Crucis signaculo perficiuntur: quia etiam mediante potestate excellentiæ, quam habuit Crucifixus, & merito Crucis in nos deriuatur potestas ministerij. Idem dicit Nuño in fine art. 4. dicens signum Crucis esse caremoniam præceptam, non vt necessariam, sed vt maxime conuenientem. Imò absolute debitam ex præcepto dicit Landtmeter libro 24. de veteri Clerico Monacho capite 89. in fine: quia S. Augustinus ser. 19. de sanctis, qui est rectius de Annunciatione, ait: *Huius Crucis mysterio: & vniuersaliter omnia Ecclesiastica Sacramenta in huius virtute perficiuntur*. Quod & docet ser. 181. de tempore, seu primo in Vigilia Pentecostes, & tract. 118. in Ioannem ad finem. Similiaque dicunt S. Chrysost. hom. 55. in Matthæum, & hom. de veneratione Crucis & Author de Cardinalibus operibus Christi, apud S. Cyprianum, cap. de Baptismo, & cap. de Passione, & S. Venerabilis Beda in cap. 19. Ioannis, & Amalarius lib. 3. de Ecclesiasticis cap. 24. quamvis enim non intendant Patres Crucis signationem esse de

necessitate huius Sacramenti, sicut neque est de necessitate Eucharistiæ, vt ex D. Thoma ad 3. diximus n. 3. & notant Glosa in dicto capit. *Num quid* 10. ver. *Nisi Cruce*: & Turrecremata ibidem; Tamen videtur imponi ibi præceptum: quia Author illius Canonis fuit Sanctus Stephanus Papa Sextus, qui in epistola ad Episcopos Orientis, relata à Cardinali Baronio Anno 886. num. 26. ait. *Pet. venerandam Crucem omnia dona Sacerdotibus ministerij perficiuntur*. Sed secluso contemptu, non damnarem vt reum peccari mortalis, qui hanc caremoniam, etiam scienter, omitteret: quia nec consuetudo, nec Theologi sub maiori obligatione in hoc Sacramento caremonia ista vtuntur.

8 Conformiter ad hoc, in Cathecismo Pij Quinti, loquendo de ritibus, & caremonijs ad confessionem Sacramentalem adhibendis, fol. 270. dicitur. Sed quæ admodum confessionem à Domino Salvatore instituta esse fideles docendi sunt: ita etiam monere eos oportet, quosdam ritus, & solempnes caremonias Ecclesiæ auctoritate additas esse, quæ & si ad Sacramenti rationem non spectant; eius tamen dignitatem magis ante oculos ponunt, & confitentium animos, pietate accensos, ad Dei gratiam facilius consequendam, præparant. Cum enim aperto capite ad pedes Sacerdotis abiecti, demisso in terram vultu, supplices manus tendentes, aliaque huiusmodi Christianæ humilitatis signa dantes, quæ ad Sacramenti rationem necessaria non sunt, peccata confitemur, ex his perspicue intelligimus, tum in Sacramento celestem vim agnoscendam, tum à nobis diuinam misericordiam summo studio requirendam, atque efflagitandam esse. Hæc ibi.

DUBIVM NONVM
Vtrum hoc Sacramentum sit
de necessitate salutis?

§. I. Vtrum sit medium necessarium ad salutem?

1 DE necessitate mediij, & præcepti distinctione, egimus ca. 7. Thol. Moral. q. 2. §. 1. in genere qualiter Sacramenta sint de necessitate salutis? Diximus quæst. 65. dubio 4. De

necessitate Baptismi egimus late q. 63. dub. 1. & 2. cum autem dicat Concilium Tridentinum ses. 14. cap. 2. in fine. *Est autem hoc Sacramentum Poenitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus*: Manifestum relinquitur, quae diximus de necessitate Baptismi, proportionaliter procedere de necessitate Sacramenti Poenitentiae. Quae amplius corroborabuntur, q. 86. agendo de effectu Poenitentiae: & amplius loquendo de necessitate contritionis, & confessionis. Nunc videatur D. Thomas hic art. 5.

2 Prætereque docet Concilium Tridentinum illo capite 2. quod merito *Poenitentia laboriosus quidam Baptismus à Sanctis Patribus dictus fuit*. Canone que secundo definit *recte Poenitentiam secundam post naufragium tebulam appellari*, capite. *Secunda post naufragium, de Poenitentia* distin. 1. ex D. Hieronymo tom. 5. super illud Esaiæ 3. *Peccatum suum quasi Sodoma*: De quo D. Thomas toto art. 6. & alijs locis citatis in margine. Optimeque declarat Soto in 4. dist. 14. q. 1. artic. 6. Et contra hæreticos Patrum loquutionem spernentes, videatur Bellarminus lib. 1. cap. 18.

3 Sed tres difficultates sunt huius loci propriae, & ideo de eis tunc agendum. Prima, utrum hoc Sacramentum sit necessarium necessitate medijs? An vero solum necessitate præcepti? Gabriel in 4. dist. 17. q. 1. artic. 1. & 2. lit. C. & E. & H. dicit confessionem esse necessariam necessitate præcepti diuini positiui: siquidem necessaria est obseruantia præceptorum ad salutem: secundum illud Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*. Confessio autem sacramentalis, est de iure diuino; quia à Christo præcepta, & per Apostolos promulgata Ecclesiae verbo, & facto sine omni scriptura. Idem videtur docere Ioannes de Medina Codice de confessione tract. 2. q. de confessionis necessitate ad salutem. Et nouissime De gadillo de poenit. dub. 2. à nu. 4. Probans primo, quia ad consequendam gratiam, & gloriam superueniunt alia remedia, nempe, amor Dei super omnia, contritio, & martyrium. Secundo, quia votum expressum recipiendi Sacramentum non iustificat sine contritione: ergo nec voluntas explicita recipiendi: Tertio, quia Sacramentum Poenitentiae in re susceptum non est medium ad iustificationem necessarium. Sed quando aliquis finis potest ha-

beri sine reali positione alienius, absque fundamento asseritur, quod illud, aut aliud votum est medium necessarium ad consecutionem illius ergo nec effectus recipiendi, nec Sacramentum Poenitentiae est necessarium necessitate medijs peccatori: sed sola necessitate præcepti.

4 Communis tamen sententia docet Poenitentiam esse necessariam ut medium ad salutem. Ita Durandus in 4. dist. 9. (non 4. ut male multi citant, eo quod errore typographico refert Vazquez) quæst. 2. num. 5. dicens. Aliquod Sacramentum potest esse necessarium ad salutem dupliciter: vno modo ratione sui: alio modo ratione præcepti. Ratione sui, quando effectus eius est necessarius ad salutem. Et num. 6. ait, quod respectu singularum personarum Baptismus, & Poenitentia sunt necessaria simpliciter ad salutem: Baptismus quidem quoad omnes: poenitentia autem solum quoad lapsos in peccatum mortale. Et huius ratio est, quia illa sacramenta sunt de necessitate salutis quoad quamlibet personam, quæ ordinatur ad defectum in compossibilem salutem: sed Baptismus, & Poenitentia sunt huiusmodi: Baptismus quidem quoad omnes propter peccatum originale; quia omnes nascuntur filij iræ, ad Ephes. 2. Ad quod tollendum ordinatur Baptismus. Poenitentia vero est necessaria ad salutem his qui lapsi sunt in peccatum mortale, quod est in compossibile salutem: ad quod tollendum ordinatur principaliter poenitentia. Ergo Sacramentum Poenitentiae, & Baptismi sunt de necessitate salutis, ita scilicet ut actu suscipiantur, vel saltem in voto; cum susceptionem eorum impediatur articulus necessitatis. Idem docet dist. 17. q. 9. n. 6. docens, quod confessio est de necessitate salutis, habita copia sacerdotis, his qui peccauerunt mortaliter. Cuius ratio est, quia omne remedium ordinatum contra culpam, cum qua non stat gratia, est de necessitate salutis: quia sine gratia non est salus: & gratia Dei vita æterna. Sed confessio vocalis coram ministro, ex diuina ordinatione, est huiusmodi: ex illo Ioann. 20. *Quorum remisistis peccata, &c.* Et confirmatur: quia non minus opponitur salutem peccatum actuale mortale, quam originale peccatum. Sed Baptismus, qui est Sacramentum ordinatum con-

contra peccatum originale, est de necessitate salutis in re, vel in voto. Ergo similiter confessio est de necessitate salutis ut actu fiat, nisi casus necessitatis impediat, & non contemptus confitendi. Sequitur Paladanius in 4. dist. 9. q. 1. nu. 10. Cano Relec. de Poenitentia parte 5. conc. 2. Videndus Cano & argumenta soluenta.

5 Ad idem pertinet doctrina D. Thomæ libro 4. contra Gentes capit. 72. & 3. p. q. 65. artic. 4. & quæst. 84. artic. 5. ubi est illud argumentum; quod sicut Christus Dominus Ioann. 3. dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei*: Ita, & Luca 13. dixit: *Si poenitentiam non habueritis, omnes simul peribitis*. Vnde Soto in 4. distin. 14. q. 1. articulo 5. §. *Qua propter*, ait, necessitas hæc Sacramenti huius post lapsum, tanquam Euangelica, orthodoxaque veritas est auscultanda, Ecclesiae sanctionibus receptissima, ut de Poenitentia dist. 1. quam plurimis Canonibus est videre, ut utroque Canone *Non potest*, & Can. *Neminem*, & Can. *Agite poenitentiam*, & Can. *Multiplex*, ait Leo; per Poenitentiae medicinam spem vitæ æternæ lapsis parere. Et in Conc. Trident. ses. 6. canone 29. & ses. 14. cap. 6. dicitur: *Confessionem sacramentalem iure diuino esse ad salutem necessariam*. Qua propter Suarez disp. 17. sec. 2. & Granados controu. 7. de Poenit. tract. 1. dispa. 7. n. 2. dicunt hoc esse certum secundum fidem.

6 Melius tamen Nuño in Additionibus ad 3. p. q. 6. art. 1. dub. 2. conc. 3. aduertit, quod est de fide Sacramentum Poenitentiae esse necessarium; ita quod post Christi institutionem, adultis non remittitur peccatum mortale, nisi in ordine ad confessionem vocalem, & externam: & sic negare Sacramenti necessitatem, est *erroneum*: quia saltem secundario est de fide (& forte est immediate de fide, quia id definit Concilium Tridentinum) Quod vero Sacramentum Poenitentiae, & confessionis debeat appellari: cum proprietate medium necessarium ad salutem sic assertio non pertinet ad fidem: est tamen ita certum, ut oppositum, vel sit improbabile; vel parum habeat probabilitatis.

§. II.

Utrum exigatur votum explicitum?

7 **S**ecunda difficultas est, utrum ad salutem necessarium sit votum confessionis expressum, & particulare; an vero satis sit commissio- rum criminum poenitere; & proponere in futurum vniuersa mandata seruare?

Respondet Cano Relectione de Poenitentia parte 5. concl. 3. folio michi 26. quod non satis est ad æternam salutem consequendam peccatoribus baptizatis votum implicitum huius Sacramenti; sed explicitum; & formale requiritur. Quod ad eundem modum Poenitentiae Sacramentum est necessarium peccatoribus baptizatis; ad quem Baptismus non baptizatis; eo quod per utrumque virtus passionis, & sanguinis Christi in peccatorum remissionem applicatur; sine qua quidem applicatione ne vnum quidem mortale peccatum remitti potest. At sine voto explicito Baptismi nullus saluatur: Marci ultimo; *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur*; ut exponunt Vualdensis de Sacram. ca. 130. Hugo de S. Victore libro 2. de Sacramentis parte 6. capit. 7. S. Bernardus epist. 77. ad Hugonem. S. August. libro 1. de Baptismo contra Donatistas capit. 8. & libro 4. capit. 21. & libro 2. contra Cresconium capit. 13. si igitur, citra Baptismi votum explicitum nullus omnino saluari potest, cum non adest facultas Baptismi re ipsa suscipiendi; nec sine voto quidem Poenitentiae explicito saluabitur, qui peccatum mortale post Baptismum perpetravit: noluit enim Deus sine Christo, & Ecclesia sua cuiquam parere salutem.

8 Docet prætereque folio 27. col. 2. votum explicitum Poenitentiae esse necessarium ad remissionem peccatorum mortalium, quæ post Baptismum commissa sunt. Quia id colligitur ex Magistr. Sententiarum in 4. distinctione 17. capitulo 2. & Diuus Tho.

Thoma ibidem, q. 1. art. 5. q. 1. Et apertius art. 1. q. 1. & dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. & libro 4. contra Gentes cap. 7. 2. & 3. p. q. 84. art. 5.

9 Sunt quoque argumenta non leuia ad hanc opinionem confirmandam. Primum ex Concilio Complutensi, sub Alfonso Carrillo, Archiepiscopo Toletano, quod probatum est à Sixto Quarto, in Bulla, qua condemnauit Petrum Oxiensem (Cathedræ primariæ Theologiæ Salmantice moderatorem: cam refert Miranda, seu Carranza in summa Conciliorum, & Castro verbo *confessio*, in fine) cuius prima conclusio, ibi damnata, est in hanc formam. *Peccata mortalia, quantum ad culpam, & pœnam alterius sæculi, delentur per solam cordis contritionem, sine ordine ad claus.* Atque per Pœnitentiam, quæ est actus virtutis, peccata remittuntur, sine explicito voto huius Sacramenti, reuera delentur peccata sine ordine ad claus. Rursum, in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 14. definitur, quod pœna æterna cum culpa, vel Sacramento, vel Sacramenti voto remittitur. Item Ioannis 20. *Quorum retinueritis, retenta sunt.* Ergo, quando quis, nec re, nec voto accepit hoc Sacramentum, cum Sacerdotes eiusmodi peccata retineant, retenta sunt.

Præterea, nulli hæretico, vel schismatico remittitur culpa, nisi formaliter, & explicitè proponat Ecclesiæ vniri, atque ab ea veniam peccati implorare: Ergo sola contritio, quæ est actus virtutis, non satis est ad remissionem peccatorum sine ordine ad claus Ecclesiæ. Antecedens asserit S. Augustinus libro de vera, & falsa Pœnitentia capit. 12. Hæc Cano.

10 Primæ conclusioni M. Cano assentit M. Nuño, & dissentit posteriori: ideoque in Additionibus 3. p. q. 6. art. 1. dub. 1. conc. 5. & sexta asserit, quod votum implicitum confessionis sufficit ad primam salutem, id est, vt homini remittantur peccata per gratiam, ad quam est vitima dispositio contritio: quæ haberi potest ab illo, qui ignorat inuincibiliter, vel non cogitat explicitè de Pœnitentiæ Sacramento. Votum tamen explicitum confessionis est medium ad consequendam vitimam salutem, seu vitam æternam. Sicut enim Baptismus est necessarius omnibus conceptis in originali peccato, ita, & confessio his, qui peccauerunt mortaliter post Baptismum: est enim confessio necessaria

tanquam principium, & causa efficiens: atque adeo necessaria non tantum in intentione, & voto, sed etiã in executione, & in re. Nec aliter potest verificari, quod confessio prout in executione speciali quodammodo sit necessaria ad salutem illis, qui peccauerunt mortaliter post Baptismum: Quia votum implicitum etiam est necessarium ad Sacramentum Eucharistiæ: Et tamen Eucharistia in executione non dicitur necessaria necessitate mediæ ad salutem.

11 Per oppositum Alexander Aletis 4. p. q. 76. membro 2. & in noua editione q. 18. mēbro 2. ar. 1. Richardus in 4. dist. 17. art. 2. q. 1. Adrianus in 4. q. 1. de confessione §. *Restat nunc ad secundum principale*, dicunt ad vtramque salutem sufficere votum implicitum. Vnde eos referens Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 5. §. *Quod si se feceris*, sic ait. Sed arbitror hanc veritatem non pluribus egere testibus: ait enim Dominus Ezechielis 33. *Impietas impij non nocebit ei, in quocumque die (id est, in quocumque momento) conuersus fuerit ab impietate sua.* Ergo, cum primum quis ante Dei tribunal ingemiscit, subito cū ipso reconciliatur: iuxta illud Psalmi 31. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Sed non opus est vt illo momento pœnitenti in memoriã veniat Sacramentalis confessio: ergo absque eius voto expresso fieri potest remissio. Imò vero fieri potest, vt pœnitens diu perseueret coram Deo lamentatus sine memoria Sacramenti. Satis ergo est vt adueniente tempore præcepti confiteatur. Tamen si votum illud explicatum (seu explicitum) salubre sit cum primum quis cõteritur: nã per illud vehementius excitatur deuotio.

12 Hinc fit, quod dum quis rapitur ad Martyrium, non opus habet voto confessionis: Primum, si non adsit copia confessoris, vanum esset: Et quamvis adesset, posset tam subito rapi ad amorem Dei, & inflammari ad Martyrium, vt memoriæ nõ occurreret Sacramentalis confessio. Et nihilominus per Martyrium obtinetur veniam: nam Martyrium, non tanquam Pœnitentiæ, sed tanquam heroicis actus Charitatis remittit peccata. Quamquam, si meminit Sacramenti, & confiteri potest, tenetur. Hæc Soto. Et Araujo. par. q. 84. artic. 5. dub. 1. cõpct. 2. numero 47. Candidus disquis. 24. articulo 3. dubio 6. Late Vazquez, quæst. 84. articulo 5. dubio vnico à num. 29. vsque 47. Va.

Valentia puncto 6. Suarez disp. 17. sec. 3. Granado trac. 1. disp. 7. num. 7. Auerfa quæst. 8. sec. 2. in fine, & alij frequenter. Vnde Suarez vocat communem, & præcise certam.

13 Ad argumentum contrarium respondent Soto, Valentia, & Araujo, cõceso antecedenti, negãdo consequentiã: nam licet vtrumque Sacramentum sit necessarium; tamen Baptismus nõ habet præfixum tempus, sed habita copia, & oportunitate, statim est suscipiendus. Quare Cathecumeno necessarium est vt Baptismum perat, atque eius habeat expressum votum. Sed tamen tempus confessionis, licet præceptum diuinum sit, est tamen ab Ecclesiã præfinitum: Et ideo forsatis est, ad contritionem, vt homo proponat seruare omnia mãdata: quantum fortè non sit cõfessionis memor. At tamen, quia hoc Sacramentum ad id remissionis munus institutum est, suapte natura dicitur peculiari voto includi in contritione, ac ita respondet Soto.

14 Araujo autem respondet, quod in latitudine mediorum necessariorum ad salutem est sua latitudo, & alia sunt alijs necessaria: sicut etiam inter propositiones veritate necessaria gaudentes; alia alijs maiori gaudent necessitate: sicut sunt magis necessariae propositiones, quæ formantur de Deo, quam quæ formantur de creaturis. Sic Baptismi necessitas ad salutem, est maior, quam cõfessionis, aut Eucharistiæ.

15 Suarez vero, Granados, Auerfa, & alij negant antecedens: quia in Baptismo sufficit votum implicitum, vt docet D. Thomas q. 69. art. 4. ad 2. Ergo pari ratione ad vtrãque salutem illius, qui post Baptismum peccauit mortaliter. Sicut enim potest quis habere fidem, & contritionem cum ignorantia inuincibili Baptismi; ita potest Baptizatus habere fidem, & contritionem, cum obliuione inuincibili confessionis, vel etiam cum ignorantia. Videatur etiam Vazquez n. 44. & 45.

16 Consequenter tamen ad ea, quæ diximus q. 68. dub. 2. §. 5. discurrendum est de necessitate Pœnitentiæ, diximus autem ibi num. 57. supposita institutione Christi statuentis Baptismum esse necessarium medium ad salutem, per se loquendo, votum explicitum illius esse necessarium ad iustificationem; per accidens tamen supposita ignorantia sufficere votum implicitum ad gratiam, &

gloriam obtinendam. Quod tenent Soto, & alij vndecim Authores ibi relati. Ideo pariter asserimus, quod eo ipso, quod ex institutione Christi, Pœnitentiæ Sacramentum est medium necessarium ad iustificationem eorum, qui mortaliter peccauerunt post Baptismum susceptum, non possunt iustificari sine reali susceptione Pœnitentiæ; vel sine voto explicito illius, cum confiteri non possunt. Per accidens tamen, supposita ignorantia inuincibili, vel obliuione inculpabili, poterunt iustificari, & saluari sine isto voto explicito, cum solo voto implicito; vt insimili de fide explicita diximus cap. 7. Theol. Mor. q. 4. à n. 13. vsque ad 40. Probantque argumenta pro extremis sententijs adducta.

17 Sumitur ex D. Thoma in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 1. in corpore dicente: *Illæ Sacramenta, quæ ordinantur contra culpã, cum qua salus esse non potest, sunt de necessitate salutis: & ideo, sicut Baptismus, quod deletur originale, est de necessitate salutis; ita & Pœnitentiæ Sacramentum.* Illis verbis docet primam partem. Posteriores vero indicat ibi, art. 5. q. 1. corpore dicens. *Contritio enim votum Confessionis annexã habet.* Vtramque vero partem indicat D. Thomas dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. in corpore contra quosdam sic arguens ab inconuenienti. Si enim claus nullo modo ad culpæ remissionem ordinaretur, sed ad dimissionem pœnæ tantum (vt quidam dicunt) non exigeretur votum suscipiendæ effectum claus ad culpæ remissionem: sicut non exigitur votum suscipiendæ alia Sacramenta, quæ non ordinantur ad culpam, se d contra pœnam. Quod inconueniens nõ esset, si non esset sermo de voto speciali, & explicito. Pariter comparat, & quoad hoc, parificat D. Thomas Baptismum, & Pœnitentiam, lib. 4. contra Gentes, cap. 72. §. *Considerandum tamen*, vbi ait: *Clauis Ecclesiæ efficaciam habent in aliquo antecedente, in eis se actu subijciat; si tamen habet propositum vt se eis subijciat.* Idem docet D. Thomas q. 84. art. 5. & q. 86. art. 6. in corpore. Quod canonicatum est in Concilio Tridentino sessione 14. capit. 4. docente, *Et si contritionem, aut aliquando charitate perfectam esse contingat, hominem que Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto (quod in illa includitur) non esse adscribendam.* Quod plane intelligitur, per se, & regulariter

loquendo, de voto explicito, licet per accidens sufficiat votum implicitum, non solum ea generalitate, qua iustus vult seruare mandata; sed speciali titulo, quo infirmus vult remedia suæ salutis: & ex diuina institutione lapsus hoc est vnicum remedium contra peccatum.

Tertia difficultas sequebatur de præcepto diuino Pœnitentiæ. Sed quoniam non distinguitur à præcepto diuino contritionis, & confessionis, de illa disputatur, quando agemus de contritione, & confessione.

DVBIVM DEZIMVM.

Vtrum hoc Sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum?

I Christi Dominum immediatè instituisse omnia septem Ecclesiæ sacramenta, est de fide, vel immediatè, vel mediate, ita vt id negare ad minus sit erroneum, vt late ostendimus q. 64. dub. 2. §. 4. Vnde cum sit certum secundum fidem Pœnitentiæ esse Sacramentum nouæ legis, à Baptismo, & alijs distinctum; est de fide, saltem mediate, quod immediatè Sacramentum hoc fuit à Christo Domino institutum. Quando autem Sacramentum hoc fuerit institutum, declarauit Concilium Tridentinum sess. 14. capite 1. dicens. *Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus insurrexisset in Discipulos suos, dicens Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Vnde iam inter Catholicos non est controuersia de eo quod Christus instituerit hoc Sacramentum, & de tempore institutionis.

§. I. Exponitur artic. 7. D. Thoma.

Sed ad huius doctrinæ maiorem expositionem, afferenda est tradita a D. Thoma hac, q. 84. articulo 7. quia licet non nulli, ad pauca respicientes, pronuncient Concilio Tridentino contrariam, michi videtur fere totam

doctrinam illius capituli, sicut & aliorum multorum Concilij, esse ex D. Thoma desumptam, & istum articulum septimum esse egregium Commentarium illius capituli primi Concilij Tridentini. Notum illud Cardinalis Casaris Baronij in Notationibus ad Martyrologium Romanum die septima Martij de D. Thoma dicentis. *Vix quisquam enarrare sufficeret, quos vir Sanctissimus, atque eruditissimus Theologorum præconijs celebratur, quantumque eius illibata doctrina à Sanctis Patribus in S. S. Oecumenico Tridentino Concilio confidentibus fuerit acclamatum.* Igitur D. Thomas isto art. 7. respondet, quod sicut supra dixerat art. 2. in hoc Sacramento actus pœnitentis se habet sicut materia; id autem, quod est ex parte Sacerdotis, qui operatur vt minister Christi, se habet vt formale, & completiuum Sacramenti. Materia vero etiam in alijs Sacramentis præexistit à natura, vt aqua, vel ab arte, vt panis; sed quod talis materia ad Sacramentum assumatur, institutione indiget hoc determinate. Sed forma Sacramenti, & virtus ipsius totaliter est ex institutione Christi, ex cuius passione procedit virtus Sacramentorum. Sic ergo huius Sacramenti materia præexistit à natura (ex naturali enim ratione homo mouetur ad pœnitendum de malis, quæ fecit) Sed quod hoc, vel illo modo homo pœnitentiam agat, est ex institutione diuina. Vnde & Dominus in principio prædicationis suæ indicit hominibus, vt non solum pœniterent; sed etiam pœnitentiam agerent, significans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc Sacramentum. Sed id quod pertinet ad officium ministrorū, determinauit Matthæi 16. vbi dixit Petro, *Tibi dabo clauas Regni Cælorum, &c.* Efficaciam autem, & originem virtutis eius manifestauit post resurrectionem Lucæ vltimo, vbi dixit, quod oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, præmisso de Passione, & Resurrectione: ex virtute enim nominis Iesu Christi patientis, & reurgētis hoc Sacramentum efficaciam habet in remissionem peccatorum: Et sic patet, conuenienter hoc Sacramentum in noua lege institutum fuisse. Hæc S. Thomas.

30 Cuius Doctrina difficilis videtur Vazquez, qui, q. 90. art. 1. dub. 1. n. 23. sic ait. Hæc ergo sententia difficilis apparet, quoniam vt infra dicemus, constat ex Concilio Tridentino institutum fuisse

hoc

hoc Sacramentum, & præceptum Confessionis, Ioan. 20. Neque credendum est antea fuisse præceptum confessionis in dictum, quam esset in Sacerdotibus potestas absoluendi. Denique lex Christi tantum cepit obligare à morte ipsius: vnde & præceptum confessionis non fuit antea: Sed neque existimo in verbis illis: *Agite pœnitentiam*: Christum prædicasse præceptum, quod futurum erat post Resurrectionem: sicut in illis: *Nisi quis renatus fuerit*. Instituit præceptum Baptismi, quod post mortem incipere debebat tantum obligare, Tunc enim non prædicabat Christus, quod postea facturi erant ex præcepto; sed quod tunc opus erat vt facerent: tunc autem constat non fuisse obligationem confessionis: Ergo nec tunc Christus intinuit præceptum, quod futurum erat. Quemadmodum Matthæi 16. promissit Petro Clauas Regni Cælorum; quas tamen postea tradidit, cum surrexit à mortuis. Tunc ergo Christus id, quod Ioannes prædicabat: *Pœnitentiam agite*: Quod temper ad peccatorum remissionem necessarium fuit.

4 Difficile etiam est, quod tertio docet D. Thomas efficaciam huius Sacramenti explicatam fuisse à Christo Lucæ vltimo, vbi dicitur de Christo, qui apparuit Apostolis ianuis clausis, cum Thomas non esset cum illis: *Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas & dixit eis: quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam.* Quævis enim verum sit in ea apparitione dedisse Apostolis potestatem absoluendi, vt constat Ioan. 20. & inde colligi aperte præceptum confessionis: & ita Lucæ vltimo, cum dicitur. *Oportebat prædicari pœnitentiam in nomine eius*: Reuera de hac Pœnitentia, quæ in Sacramento sit, sit intelligendum. Tamen ex illis tantum verbis non deducitur hoc præceptum, nisi costaret aliunde datam esse illis potestatem absoluendi, & retinendi; aut nisi ita traditione accepta à Christo, verba illa Lucæ vltimo sic intelligerentur, vt intelliguntur. Verumtamen ex illorum verborum forma non deducitur, nisi aliunde iuuetur, sicut colligitur expresse ex Ioannis 20. non ergo explicata fuit efficacia huius Sacramenti Lucæ vltimo; hæc ibi continetur. Hæc Vazquez.

5 Facile tamen respondetur in primis D. Thomam hac ipsa questione 84. art. 3. ad 3. expresse attulisse illa verba

Ioannis 20. ad probandam authoritatem Sacerdotum ad peccata remittenda. Rursus in 4. sententiarum dist. 22. q. 2. art. 3. sic ait D. Thomas quasiuncula tertia, dicens, quod Pœnitentia in diuersis locis est à Deo instituta quantum ad diuersa: *Quantum enim ad utilitatem est instituta Matthæi 4. vbi dicit: Pœnitentiam agite: Vnde sequitur: Appropinquauit enim, &c. sed quantum ad necessitatem, vbi dixit Lucæ 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Sed quantum ad potestatem clauium Matthæi 16. vbi dixit Petro: *Quodcumque ligaueris, &c. & Ioannis 20. vbi dixit omnibus: Quorum remiseritis peccata, &c.* Sed postea Iacobus expressit aliquid de Pœnitentiæ modo, Iacobi 5. vbi dixit: *Confitemini alterutrum, &c.* Tertio ipse D. Thomas super caput 20. Ioannis lectione quarta lit. E. notat, quod Spiritus Sanctus super Apostolos primo descendit in flatu, ad designandum propagationem gratiæ in Sacramento, cuius ipsi ministri erant: vnde dicit: *Quorum remiseritis peccata, &c.* & postea cum S. Ioanne Chrysostomo docet, quod Spiritus Sanctus datus fuit Ioannis 20. Discipulis; *Non communiter ad omnia; sed ad aliquem effectum, scilicet, ad dimittenda peccata.* Posteaque tres quasiunculas de Sacramento Pœnitentiæ determinat. Tribus ergo locis expresse docet D. Thomas id, quod postea determinauit Concilium Tridentinum, quoad institutionem Sacramenti Pœnitentiæ illo loco Ioannis 20. Quod & docet in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 2. docens post resurrectionem collatam Apostolis à Christo Domino potestatem ligandi, atque soluendi, illis verbis Ioan. 20.

6 Addit Suarez, q. 84. in commentario art. 7. n. 10. verba Ioannis 20. D. Thomam attulisse art. 3. ad 3. quæ articulo 7. prætermisit indicans eis dedisse Christum potestatem Sacerdotibus, & consequenter instituisse vt eorum verba essent efficacia ad remittenda peccata. Cuius rei maiorem explicationem forte seruabat in questionem inferius tractandam de potestate clauium.

7 Addit Granado Controu. 7. de Pœnit. tract. 1. disp. 10. n. 3. & 4. non sine causa Concilium Tridentinum addidisse illam particulam, *præcipue*, vt denotaret id quod S. Thomas in art. 7. explicat, scilicet in alijs temporibus *institutum, vel imbutum, aut declaratum* fuisse aliquid pertinens ad Sacramentum Pœnitentiæ. Et

D.

D. Thomas articulo 7 solum tractat de convenientia institutionis Sacramenti Pœnitentiæ: ostendereque noluit convenientiam in eo, quod in lege gratiæ fuerit institutum: idèdque non attulit testimonium Ioannis, quod potius declarat potestatem Apostolorum, & Sacerdotum administrandum ipsum Pœnitentiæ Sacramentum, ligando, atque soluendo. Igitur non negat, sed fatetur præcipue institutum fuisse hoc Sacramentum in die resurrectionis.

8 Præterea respondet Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 7. §. *Sed arguat*: quod S. Thomas non contendit hanc formam tam expressam ostendere in Euangelio, quam est illa: *Hic est corpus meum*: sed quod verbis Euangelicis monstratur, eam, & Christum instituisse, & Apostolos Ecclesiæ promulgasse. Quare dum dicit: *Pœnitentiæ agite*: materiam pœnitentiæ explicuit, siue dum quis baptizaretur, siue dum lapsus reconciliaretur. Et claves viuens promissit, quibus post passionem Sacerdotes functari erant. Sed præceptum Pœnitentiæ, sicut & Baptismi, non nisi post resurrectionem posuit: sicut enim dicit: *Ite docete omnes gentes, baptizantes eos*, &c. ita dicit: *Oportet prædicari pœnitentiæ in remissionem peccatorum in omnes gentes*.

9 Deinde dico, quod Lucæ ultimo, & Ioannis 20. eademmet historia refertur: & ideo D. Thomas in 4. Sententiarum ad idem intentum vtrumque testimonium citat: & hic summam scribens pro eodem reputat citare testimonium Lucæ, ac si referret verba Ioannis 20. Quamuis enim ut vsus clavis, & ministri magis exprimat Ioannis 20. Tamen sub voce Pœnitentiæ, & *eff. eius*, magis exprimitur Lucæ ultimo, ut patet ex expositione S. Bedæ, & Eusebij Emisleni in Catena Aurea, Maldonati, Lucæ 24. Ver. 47.

10 Nec D. Thom. dicit (ut ei tribuit Vazquez) quod præceptum Confessionis, eo modo quo post resurrectionem exercendum erat, antea esset impositum à Christo. Solum enim docet antea docuisse Christum Dominum fuisse necessariam pœnitentiæ externam: & non explicuit an opus esset alia ab illa, quæ fiebat ab illis, qui baptizabantur Baptismo Ioannis, vel Christi: quia hoc retinuit vsque post Resurrectionem: quia in supremæ nocte Coenæ Apostolos ordinavit Christus Sacerdotes, & solis Sa-

cerdotibus contulit potestatem remittendi peccata, quæ remissio fit virtute Passionis, & Resurrectionis Christi. Quod autem hæc sit mens D. Thomæ, adhuc constat ex ipso in corpore articuli septimi verbis relatis: & clarius ad 2. & ad tertium in fine: & insuper super Matth. caput quartum: nam illa verba *Exinde cepit Iesus predicare, & dicere: Pœnitentiæ agite*: ait D. Thomas: *Notandum, quod eadem verba dicit hic Christus, quæ Ioannes, propter dicit: Primo enim admonet nos de humilitate ut scilicet, nullus dedignetur verba ab alijs dicta predicare: cum ipse fons Ecclesiasticæ scientiæ eadem predicauerit: Secundo, quia Ioannes est vox: ipse vero Verbum: idem autem significatur per verbum, & vocem: nisi quia verbum est expressiuum vocis. Quæ ponderationes fallum supponerent, si Christus predicaret diuersum modum Pœnitentiæ, ac Baptista predicauerat. Ista autem notatio est etiam S. Hieronymi, & S. Ioannis Chrysostomi, & Rabbani, ut refert D. Thomas in Catena Aurea Matthæi 4. lit. F. Et ipse D. Thomas in 4. Sententiarum dist. 2. q. 2. art. 3. q. 3. ad 2. ait: Non est enim idem pœnitere, & pœnitentiæ agere: quia agere pœnitentiæ est exterius pœnitentiæ internam demonstrare. Nec Ioannis instituit, quamuis similiter predicasset: quia Ioannes predicauit ut prece Regis, Christus ut lex, & legislator noster: cuius erat sermo potestatem habens, ut dicitur Matthæi 7. *Sed ubi ad Sacerdotes remisit, non instituit: sed præfigurauit Sacramentum Pœnitentiæ*. Et sic omnia argumenta soluta manent.*

§. II. Vtrum Pœnitentiæ sit de iure naturæ?

11 **S**ed obiecis. Ea quæ sunt de iure naturali, institutione non indigent. Sed pœnitere de malis, quæ quis gessit, est de iure naturali: non enim potest aliquis bonum diligere, quin de contrario doleat: Ergo pœnitentiæ non fuit convenienter instituta in noua lege.

Respondet D. Thomas art. 7. ad 1. quod de iure naturali est, quod aliquis pœniteat de malis, quæ fecit, quantum ad hoc, quod doleat fecisse, & doloris remedium quærat: & quod etiam aliqua signa doloris ostendat: sicut & Niniuitæ fecerunt, ut Ionæ 3. legitur: In quibus tamen aliquid fuit adiunctum fidei, quam

conceperant ex prædicatione Ionæ, ut scilicet hoc agerent sub spe veniæ consequenda à Deo, secundum illud, quod ibi legitur: *Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus?* Sed sicut alia, quæ sunt de iure naturali, determinationem acceperunt ex institutione legis diuinæ, ut 1. 2. q. 95. art. 2. & q. 107. art. 3. dictum est ita etiam, & Pœnitentiæ.

12 Hanc D. Thomæ doctrinam exponit Caietanus art. 7. dicens, circa illud, quod Pœnitentiæ est de iure naturali, quoad dolorem, & doloris remedium, & aliquod signum doloris, aduerte, quod dupliciter possunt hæc verba intelligi: Primo, simpliciter, & absolute, ut sonant: & sic magnam habent difficultatem, si non sunt falsa. Tum, quia si peccatum non fuit scandalosum, seu manifestum alijs; nulla apparet ratio naturalis ad signa doloris: Tum, quia abstrahendo à documentis fidei, dolor, seu tristitia de præterito peccato, nullam videtur habere rationem remedij: & propterea superfluum videtur dolere de malis præteritis. Accedit ad hæc, quod difficile est nosse, quid homo infra ius naturale solum stando, cognosceret de abolitione peccati, per aliud quam per cessationem à peccando. Alio autem modo intelliguntur, *supposita in homine cognitione fidei*; ita quod supposita fide, non ex fide, sed ex ratione naturali prouenit, quod homo doleat de peccatis commissis, & quod dolorem in remedium assumat, & quod aliquod signum doloris ostendat. Quamuis hoc tertium intelligendum sit, sicut de exteriori religionis cultu videtur, quod in communi sit de iure naturali: dicit enim naturalis ratio homini fideli, ut doleat de offensa creatoris: & quia nullum aliud ex nobis est remedium, nisi cor humiliatum; ideo huiusmodi humiliationem in remedium doloris, hoc est, peccati dolendi, quærat. Hæc Caietanus.

13 Sequitur Suarez disp. 1. de Pœnitentiæ sec. 2. num. 5. & 5. quia satis incertum est, an sola ratione naturali cognosci possit peccatum hominis esse iniuriam, & offensam Dei, ratione cuius frilli necessaria pœnitentiæ. Addit tamen, quod si pœnitentiæ latè sumatur pro quacumque displicentiâ, vel dolore commissi peccati, cadere potest sub cognitionem rationis naturalis: quia existimari potest possibilis, & honesta; quia

amor virtutis inclinatur ad odium vitij, & detestandum illud. Et quia pœnitentiæ potest esse utilis ex natura rei, & ad bonos mores. Idem Suarez in commentario art. 7. hoc latius disputat à num. 1. vsque ad 7. Admittit tamen num. 3. quod posset probabiliter dici, etiam præceptum naturalis doloris de peccato esse naturale: sicut est naturale præceptum amoris Dei Authoris naturæ: quamuis difficile, & à paucis cognoscatur solo naturali discursu.

14 Aliter distinguit Soto dist. 148. quæst. 1. art. 7. ad 1. dicens, quod pœnitentiæ esse remedium peccatorum intelligitur tripliciter. Vno modo quod sit Sacramentum conferens gratiam, & hoc pacto notissimum est, non esse cognitum ante fidem Euangelicam: quia nec erat institutum. Secundo modo per aliud extremum, quod *lumen ipsam naturæ*, quæ ratione docet recedere à malo, & facere bonum, subinde admonet vter rata displiceant: displicentiæ autem dolor naturaliter sublequitur: atque adeo non nulla diligentia malo medendi. Nam si in morbis naturalibus natura sollicita est salutis, sit, ut nisi sit omnino corrupta, sollicita sit in spiritualibus. Ad hoc enim muneri prouida natura, ut interiectionibus nos indiget ad prodendum morbum; sic facit ut nostra nos conscientia compungerat, ut nostras corruptas affectiones amicis panderemus; salutaria que consilia peteremus, & procuraremus medulam; ut respicientes coleremus virtutes; quas in nos natura ipsa tenuit. Et hoc est quod hic S. Thomas docet. Sed medio modo contingit pœnitentiæ esse remedium, scilicet; *obtinenda veniæ à Deo*. Et hoc S. Thomas, in exemplo Niniuitarum, docet à fide prouenire. Sed tamen loquitur de cognitione fidei supernaturali, quæ erat in lege naturæ (de qua ipse Soto dist. 1. q. 2.) Tametsi, & naturalis ipsa Dei cognitio, qua cognoscitur esse vnus, & res humanas administrare, & mundum gubernare, perinde doceat Deum nostris malis offendi. Quare Respublica naturalis bene instituta Deum suis sacrificijs placere studebant, credentes, quod post hanc vitam tam iustos, quam iniquos manerent retributiones. Ob idque nonnulla in eis vigeat imago spei veniæ. Attamen veram rationem tum offensæ Dei, tum sempiternæ felicitatis, quæ in Dei visione consistit, sola Euangelica fides

explicitè docuit: ob idque dicitur explicita fides. Vnde Apostolus ad Roman. 3. ver. 25. Christum, inquit, *Proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore.* Quasi iustitia sua, hoc est, iustificatio omnium delictorum, quæ fuerunt à principio mundi, non antea satis, sed per Christum fuerit ostensa.

15 Valde placet hæc sententia, quia bene à suo Authore probatur, & videtur esse ad mentem D. Thomæ. Docentque Vega lib. 13. in Trident. cap. 25. Suarez disp. 3. sec. 7. num. 2. Ledesma 1. p. Quarti q. 26. art. 1. Araujo 84. q. art. 7. dub. unico. Nec dissentit Nuño quæst. 84. art. 7. dub. 2. conc. 2. & 3. dicens, quod si peccatum consideretur, ut est auersio à Deo, & eius offensa, & iniuria, naturaliter nõ est pœnitentia de illo *cum certa spe veniæ* consequendæ: quia naturaliter certo non cognoscitur quod Deus velit remittere offensam certo, & infallibiter, cum gratis remittat. Evidensque sit nostris solis viribus nos non posse plene satisfacere, & offensam abolere: Effet tamen de peccato ut sic in puris naturalibus pœnitentiæ cū *probabili spe veniæ* consequendæ: quia benignitas, & summa bonitas, & clementia Dei naturali lumine cognoscitur: & ex his posset coniectari, quod remitteret offensam hominibus pœnitentibus. Vnde cum naturale sit homini, quod internum dolorem signis externis exprimat; & Deum animo, & corpore colat, in pura natura explicaret homo istum dolorem aliquo signo externo: essetque in illo statu verus habitus pœnitentiæ. Concludit tamen Nuño concl. 6. quod talis habitus non esset virtus simpliciter loquendo: quia non esset dispositio perfectæ ad optimum; quia nõ essent homines certi de consequatione veniæ; & ita nimis imperfectè disponderet habitus ille: sicut & simili ratione opinio non est virtus intellectus.

16 Affert Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. §. Et per hoc: & Suarez num. 7. illud Ouidij lib. 1. de Ponto de suis Dijs dicitur: *Sapè leuant pœnas, ereptaque lumina red dunt, Dum bene peccati pœntruisse vident.* Addit tamen, illius imperfectæ veniæ nõ posse haberi certam spem; quia hæc fundatur in verbo, & promissione Dei, quæ non potest homine naturali cognosci. De quo iterum, q. sequenti, dub. 5.

DVBIVM VNDECIMVM

De duratione pœnitentiæ.

§. I. Exponitur D. Thomas.

1 **P**roponitur ad exponendam doctrinam D. Thomæ art. 8. & 9. In priori docet, quod cum duplex sit pœnitentia, scilicet, interior, & exterior: interior pœnitentia est qua quis dolet de peccato commisso: talis pœnitentia debet durare vsque ad finem vitæ: semper enim debet homini displicere, quod peccauit: si enim placeret peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet: displicentia autem dolorem causat in eo, qui est susceptivus doloris, qualis est homo in hac vita. Post hanc vitam autem sancti non sunt susceptivi doloris: vnde displicebunt eis peccata præterita sine omni tristitia: secundum illud Esaia 65. *Oblivioni tradita sunt angustia priores.* Pœnitentia vero exterior est, qua quis exteriora signa doloris ostendit, & verbo tenus peccata sua confitetur sacerdoti absolventi: & iuxta eius arbitriū satisfacit. Et talis pœnitentia nõ oportet, quod duret vsque ad finem vitæ; sed vsque ad determinatum tempus secundum mensuram peccati.

2 **A**rticulo vero nono docet D. Thomas, quod pœnitere dicitur dupliciter, secundum actum, & secundum habitum. Actum quidem impossibile est; quod homo continue pœniteat; quia necesse est, quod actus pœnitentis, siue interior, siue exterior, interpolletur ad minus somno, & alijs, quæ ad necessitatē corporis pertinent. Alio modo dicitur pœnitere secundum habitum; & sic oportet, quod homo continue pœniteat, & quantum ad hoc quod nunquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis dispositio pœnitentis tollatur; & quantum ad hoc, quod debet homo in proposito gerere, quod semper sibi præterita peccata displiceant.

3 **H**orum articulorum D. Thomæ doctrinam, bene post Caietanum, exponit Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 9. dicens: Primam conclusionem, art. 8. distinctio subiuncta in articulo 9. declarat: cum enim ait, quod semper vsque ad finem

vitæ debet homini displicere, quod peccauit, non intelligitur secundum actum, ut semper homo actu cogitet de peccatis: nam displicere, ut ait Caietanus bifariam sumitur. Vno modo pro actu positivo contrario complacentiæ: & cum de isto actu sit præceptum affirmatiuum, saltem ratione Confessionis, sufficit eum semel habere; sicut, & semel peccata confiteri. Quare licet nunquam amplius homo, postquam semel absolutus est, de suis culpis cogitasset, nunquam incurreret novum peccatum. Alio modo accipitur negatiue, ut displicere idem sit, quod non placere: atque isto modo intelligit S. Thomas conclusionem, videlicet, quod perpetuo debet peccatum nõ placere; ut patet per eius probationem: nam si peccatum remissum post aliquando placeret, illa complacentia esset peccatum.

Et pari modo intelligitur secundam conclusio articuli noni, quod semper debet homo secundum habitum pœnitere: non quod semper debeat iustus actuale habere propositum non peccandi; quia sicut non teneretur habere memoriam præteritorum; ita neque præsentem cogitationem futurorum; sed secundum habitum oportet ut sit dispositus seruare mandata Dei.

4 **H**uic communi doctrinæ se opponit Nuño art. 8. motus argumentis non magni roboris: & contendens probabilius esse, quod D. Thomas loquatur de pœnitentiâ positiva: quia loquitur de dolore, qui causatur: pœnitentiâ vero negatiua non causatur. Item loquitur de displicentia, quæ causat dolorem: displicentia autem negatiua nihil causat. Si etiam D. Thomas intelligeretur de displicentia negatiua, inepta esset repetitio; quia antecedens, & consequens essent prorsus idem: siquidem idem est displicere negatiue, quod non placere. Sed quia falsum manifestè est, quod pœnitentiâ positiva debeat, semper durare; ideo Nuño ad primum respondet D. Thomam non dicere hominem semper teneri ad talem pœnitentiâ; sed solum quod debet habere illam: verbum autem, debet, non semper significat obligationem; sed multoties significat optimum consilium.

5 **V**erum tamen expositio est gratis excogitata: quia licet negari peccat, quod verbum, debet, est ambiguum ad debitum decentiæ, & debitum præcepti:

quia peccata debita dicuntur: & impletæ præcepta dicuntur Luc. 17. ver. 10. quod *debeamus facere, fecimus*: & id quod decens est, etiam solet dici debitum, ut Matthæi 3. ver. 4. *Ego à te debeo baptizari*: & Ioan. 13. *Vos debetis alter alterius lavare pedes.* Tamen eadem ambiguitas esset si diceret teneri; quia est obligatio decentiæ, & obligatio præcepti. Deinde D. Thomas clare loquitur de debito præcepti: quod si homo transgrediretur, peccatum incurreret: ergo iuxta subiectam materiam: non loquitur de solo consilio. Præterea ipse D. Thomas articulo nono exponit quod dixerat articulo 8. ita ut duratio pœnitentiæ, & eius continuatio quoad non placere, debet esse simpliciter continua; & ita obligat sicut præcepta negatiua semper, & pro semper. Sed quia ista præcepta actu positivo violantur; si aliquando peccatum placeret, iam interueniret actus positivus. Quantum vero ad dolorem positivum, dicitur sat esse, quod habeatur solum in animi præparatione; & quando exit in actum, ex displicentia peccati in subiecto capaci doloris, iste causatur. Et isto sensu D. Thomas loquitur de pœnitentiâ positiva.

§. II. Non tenemur pœnitere quoties peccata occurrunt memoria.

6 **S**ED inquires primo, vtrum quoties peccata memoriae occurrunt, teneatur homo dolere de illorum commissione?

Affirmant Alexander A lensis in antiqua editione 4. part. quæst. 68. membro 2. art. 2. & in noua quæst. 17. membro 2. art. 2. §. 2. & eum sequens Richardus in 4. dist. 14. art. 9. quæst. 1. ait, quod peccator tenetur pœnitere. *Quando non adest probabilis coniectura de remissione peccati: Aut quando de peccato suo ex deliberatione ratio cogitat; tunc enim illud detestari tenetur: nõ enim fideliter seruat nõ reparat sedus diuinæ amicitia, cui nõ actu displicet, quando de hoc deliberat illud, quod inter ipsum, & Deum causa fuit inimicitia.*

7 **A**ddit Gabriel Biel in 4. dist. 14. q. 3. art. 3. dub. 2. Et posset talis ratio addi, quando peccatum per intellectum præsentatur voluntati sub ratione diuinæ offensa.

offensionis, aut voluntas circa illud elicit actum aliquem; aut nullum? Si nullum; videtur magna paruipensio Dei, quæ non stat cum eius dilectione, cogitare actualiter eius offensam, & in voluntate non habere displicentiam; cum nullus cogitet de offensa amici, quin displiceat sibi. Et vtile est nimis apud voluntatem, quod circa cogitatum nullum elicit actum; videtur enim illud contemneret. Si vero elicit actum; aut complacentiæ: & hoc non: sic enim denuo peccaret: ergo actum displicentiæ. Et potest ratio breuiter sic formari. Occurrente peccato in memoria vt Dei offensiuo, voluntas tenetur circa illud elicere aliquem actum tamquam circa rem arduam, & non vilipendam. Et tenetur non elicere actum complacentiæ. Ergo actum displicentiæ. Quia non sunt alij actus voluntatis elicti, quam complacere, & displicere, id est nolle, & velle.

8 Et confirmatur. Ex charitate Dei quilibet tenetur nolle, quod actualiter nouit Deo displicere. Sed actualiter considerans peccatum vt Dei offensiuum, nouit illud Deo displicere. Ergo tenetur illud nolle in quantum Dei offensiuum. Consequentia nota cum minore. Et maior videtur similiter manifesta: quia ex eo, quod tenemur nos conformare diuinae voluntati nobis cognita, cui displicet omne peccatum in ratione offensa, debet, & nobis displicere. Item præceptum est nobis nolle peccare; secundum illud Ioann. 5. & 8. *Vade, & amplius noli peccare.* Aut ergo obligat nos pro aliquo; vel pro nullo tempore? Nō secundum; quia sic non obligaret, & ita non esset præceptum. Vel pro aliquo tempore: & non potest assignari aliud, nisi dum actualiter occurrit in memoriam vt Dei offensiuum. Et secundum hoc dicit Gabriel intelligendas autoritates S. August. de vera, & falsa pœnitent. cap. 13. S. Gregor. in Moralib. ad illa verba, Iob. 14. *Anima ipsius super semetipso lugebit.* Hugonis lib. 2. de Sacramento part. 14. cap. 2. & alibi dicentis *Dominus soluens pœnitentem a culpa, ligat eam vinculo perpetuae detestationis.* Concludit Gabriel. Quidquid sit de necessitate horum actuum displicentiæ peccati vt offensiuo Dei, & dilectionis Dei in casibus dictis, vtile tamē est, & meritorium eos elicere, & periculosam omnittere.

9 Meminit huius doctrinæ Paludanus in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. num. 20. & tri-

dicat. Primo quod hoc est durum, & videtur falsum: quia præceptum affirmatiuum non obligat ad semper: vnde licet semper, siue recolat, siue non, teneatur non complacere sibi in peccato: non tamen tenetur odire actu peccatum: sicut non tenetur diligere Deum actu quoties de Deo recollit. Alioquin nullus posset cogitare de Deo speculative, quin peccaret mortaliter; quia non potest diligere Deum, nisi cogitet de Deo practice. Vnde potest dici, quod est verum de debito congruitatis, non necessitatis, &c. Secundo dicit, quod si occurrat peccatum commissum practice, scilicet, vt materia delectationis, vel detestationis, tenetur homo iudicare detestandum, & detestari. Vel potest dici tertio, quod quando cumque recollit homo se offendisse amicum valde dilectum, dolet: & sic charitas ad hoc inclinatur. Et sic facere contra inclinationem charitatis, est mortale peccatum. Hæc Paludanus. Quem in secundo dicto sequuntur Syluester, verbo *Contritio*, q. 2. Catherinus lib. 5. annot. in Caiet. Viguerius in institut. Theol. cap. 16. §. 4. ver. 11.

10 Merito tamen oppositam sententiam docent Caietanus q. 84. art. 9. & 10. 1. Opusc. tract. 17. q. vnica. Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 9. & dist. 17. q. 2. art. 6. conc. 6. Ioannes de Medina Cod. de Pœnit. q. 6. dub. 2. & Suarez disp. 15. sec. 4. à num. 4. vsque ad 10. Vazquez q. 84. art. 9. dubio vnico, num. 19. dicens, quod præceptum pœnitentiæ non obliget quando peccata memoriae occurrunt, etiam vt offensa Dei, michi certissimum est: quoniam non parum id onerosum esset: & satis gratis, & sine ratione id asseritur. Neque enim infidelitatis argui posset, vt dicebat Richardus, ille, qui post initam in iustificatione cum Deo amicitiam, si memoriae occurrat contra Deum commissum delictum, etiam vt est offensa Dei, cogitationem alio conuertat, vt in ea re amplius non immoretur, &c. Et ita in hac re pactum iustificationis custoditur negatiuo, non vero affirmatiuo præcepto.

Neque vero, vt inquit Gabriel, occurrente memoria peccati commissi, tenetur quis elicere actum, & operari circa illud, quasi esset paruipendere rem magni momenti nihil circa illud operari: quoniam enim prudenter mentem ab ijs cogitationibus auerteret, non minus vtili remedio vteretur ad propulsandas tentationes;

im

imò aliquando sic expediret: satis ergo est, si tunc peccatum non placeat; nec necessarium est, displiceat. Etsi mens alio se conuertit, paruifacit ipsa peccata, quæ cogitatione occurrunt; non vero paruifacit iustificationis gratiam; sed sic eam in se tutius aliquando conseruat, quam si ad contritionem conareretur.

11 Nec hæc doctrina omnium iam communis, & certa, est contraria Diu. Thomæ, quia congrue exponitur à Caietano, & Soto, & potius nobis fauet ar. 3. & 9. In 4. autem sententiarum dist. 17. q. 3. art. 1. quæstiuncula 4. solum ait, quod quis ad contritionem tenetur quando peccata memoriae occurrunt, cum præcipue in periculo mortis esset; aut in aliquo articulo in quo sine peccati remissione peccatum oporteat eum incurere: sicut cum teneatur ad celebrandum, si desit copia Sacerdotis, salutem conteri tenetur, & habere propositum confitendi. Duos casus proponit D. Thomas, in quibus stante memoria peccatorum, tenetur homo ad contritionem: nepe cum est in periculo mortis, & cum tenetur celebrare, & deest Confessarius, qui eum absoluat: Ex quo non inferitur, quod quoties peccata memoriae occurrunt, tenetur habere contritionem: quia potest suspendere actum, vel cogitationem alio diuertere: esset namque durum (inquit Soto illa dist. 17. conc. 6. in fine) asserere, quod propter id quod nobis naturaliter contingit, qualis est peccatorum recordatio, nouo præcepto dilectionis cogemur. Nec demum tenemur ratione periculi: quoniam potest homo quoties peccatum occurrit, vel de nouo committendum, vel iam commissum, vt eius cogitatu tunc oblectetur, cogitationem ab illo dimouere, per quod satis ei resistit.

12 Imò verò prosequitur idem Soto nonnulla sunt peccata, potissimum carnis, quæ longius euitantur dum eius cogitatio fugitur; quam si illa præsentē cōfendat homo displicentiam eius habere: adeo sunt lubrica, & quæ se violenter insinuant. Fateor equidem, quod si casus dari posset; in quo homo non posset cōsensum in culpa cauere, nisi positio actus voluntatis consentum repellendo, teneatur quidem. Sed non video casum, in quo non sit facilius aliorum cogitatum diuertere. Cui autem voluntas adest in virtutis propensa, consilium esset ad displicentiam, & detestationem conari. Hæc Soto: Contra cuius additionis doctrinam,

tot limitationibus prudentibus propositam, parum vrgent, quæ solent obijci de resistentia tentationum, vel per suspensionem, vel per digressionem ad alia cogitanda: quia ipse fatetur regulariter hoc sufficere, & solum conditionaliter ait, quod dato casu, quod in medium vnicum ad repellendam consentum, esset positio displicentia, ad illam teneatur sic reuertens. Vnde & in 4. dist. 14. q. 1. art. 9. §. *Quod autem* (ait) diximus nullam esse obligationem habendi propositum actuale, & actualis cogitationem futurorum: de lege ordinaria intelligimus. Nam quando vehemens tentatio, & procella irruit, quæ præsentaneum periculum offert consentiendi in malum, forte assere ratione periculi tenemur propositum actu confirmare ad propulsandum rabidum tentationis impulsum. Ecce quanta moderatione proponit, non vt certam, nec semper in omnibus locum habentē. Vide, quæ insimili diximus c. 7. Theol. Mor. q. 3. §. 4. & c. 11. q. 2. & alibi.

13 Secundo inquiritur, in quod non sit præceptum nisi semel conteri de culpa commissa, crebra culpa remissa cogitatio an sit laudabilis? Egregie respondet Soto in 4. dist. 14. q. 1. a. 9. dicens: Sed rogās, vtrum licet nulla sit obligatio, laudabile sit ei, cui sunt peccata remissa, illa sedulo in memoria reuocare? Aiebat enim Dauid Ps. 50. *Peccata meū contra me est semper: hoc est in conspectu meo est semper: cuius causa stractum suum lacrymis continenter rigabat.*

Respondetur de hoc non esse certā regulā: sed prudentiā adhibere opus est, secundū ingenium hominū, & scelerū qualitatem incipientibus namque, & continētibus, quæ consilia carnis perferunt non nunquam præteritorū memoriā periculosa est: & ideo quando periculū offert, recindi debet. Quando vero eius modi periculū nō creat, salutare consiliū est eadē peccata identidē memoria repetere; quæ pensatis peccatorū in eō modis, & detrimētis, cor humiliet, & in bonū confirmet; & fructibus pœnitentiæ ante actā vitā vicifertur. Potissimum, cum Ecclesiasticis, legatur: *De propitiato peccato noli esse sine memoria.* Debet enim in huiusmodi hominibus sic metus ex vna parte, & fiducia, & misericordia ex alterā vicarias habere operas, vt nec metus desperationem metis, nec fiducia seueritatem generet: Illis vero qui peccata satis luxerunt; & sunt virtute progressi, quāuis crebra peccatorū

H me

memoria quasi humilitatis frenum ad contremendam elationem mentis utilis sit. Tamen saepe altior diuinorum contemplatio accomodatior est. Nam & si Magdalena tam multis annis antro abditam pœnitentiam egerit, non dubium quin altissima contemplatione usque ad Angelorum colloquium fuerit euecta. Hæc ibi.

14. Hoc sensu intelligendus S. Isidorus libro 2. de summo bono, cum ait: *Prospiciatio Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est.* & S. August. de vera, & falsa pœnit. cap. 13. *Pœnitens dolorem cum ubi a finiat, & infra. Dolor continue in pœnitentia custodiatur. Sic semper doleat, & de dolore gaudeat, & non sit satis quod doleat, ex fide doleat, & se nō semper doluisse doleat.* Videatur D. Thomas art. 9. ad 2. & ibi late Nuño exponit qualiter dolor, & gaudium possint esse simul?

DVBIVM XII.

Utrum Sacramentum Pœnitentiæ debeat iterari?

1. **V**T respondeat, præmittit D. Thomas art. 10. quod circa pœnitentiam quidam errauerunt, dicentes non posse hominem per pœnitentiam secundo consequi veniam peccatorum. Quorum quidam (scilicet Nouatiani) hoc tantum extenderunt, ut dicerent post primam pœnitentiam, quæ agitur in Baptismo, peccantem non posse per pœnitentiam iterato restitui. Alij vero fuerunt hæretici (ut S. August. libro de vera, & falsa pœnit. cap. 5. tom. 4. dicit) qui post Baptismum dicebant quidem esse utilem pœnitentiam, non tamen pluries, sed semel tantum.

2. Hos errores confutat D. Thomas subiungens. Videntur autem huiusmodi errores ex duobus processisse. Primo quidem ex eo quod errabant circa rationem veræ pœnitentiæ: cum enim ad veram pœnitentiam charitas requiratur (sine qua non delentur peccata) credebant, quod charitas semel habita non possit amitti; & per consequens pœnitentia si sit vera, nunquam per peccatum tollatur, ut sic sit necesse eam iterari: Sed hoc improbatum est 2. q. 24. art. 11. ubi ostensum est, quod charitas semel habita (propter libertatem arbitrii) potest amitti; & per

consequens per veram pœnitentiam potest aliquis peccare mortaliter.

3. Secundo, ex eo quod errabant circa æstimationem grauitatis peccati; putabant enim adeo graue esse peccatum, quod aliquis committit post veniam impetratam, quod non sit possibile ipsum remitti. In quo quidem errabant, & ex parte peccati (quod etiam post remissionem consequentia potest esse, & grauius, & leuius, quam fuerit primum peccatum remissum) Et multo magis contra infinitatem diuinæ misericordiæ, quæ superat omnem numerum, & magnitudinem peccatorum: secundum illud Psalmi 50. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam; & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam:* Vnde reprobatur verbum Cain dicentis Genes. 4. *Maiores iniquitas mea, quam ut veniam merear.* Et ideo misericordia Dei peccantibus, per pœnitentiam veniam præbet absque villo termino. Vnde dicitur 2. Paral. vlt. (in oratione Manasse, quæ extra Canonem in fine solet haberi) immensa, & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ super malitiam hominum. Vnde manifestum est, quod pœnitentia pluries est iterabilis. Hæc D. Thomas.

4. Adiecit Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 10. quod author primus pestilentissimæ hæresis huius, quod lapsis non pateat remedium Pœnitentiæ, ut aduersus Iouinianum lib. 2. author est S. Hieronymus, fuit hæresiarcha ille veratissimus Montanus, à quo eam post modum Nouatus Romanus Presbyter hereditauit, ut libro 6. Eccles. hist. refert Eusebius capitulo 34. deinde Cathari Nouatum sectantes, ut libro de Hæres. capitulo 38. ait S. Augustin. & libro 2. tomo 1. hæresi 59. S. Epiphanius. Vnde superbissimum, odiosissimumque nomen sibi arrogarunt, ut propter munditiam, quia nunquam peccabant. *Cathari*, id est, *mundi* dicentur. Tamen S. Hieronymus super illa verba Psalmi 95. *Cantate Domino omnis terra:* Nouationos non prorsus dixerit, omnium pœnitentiam peccatorum de medio tollere; sed solum aliquorum. *Dicit Nouatianus (inquit) sunt aliqua peccata, pro quibus debemus agere pœnitentiam; ac si dicat de mendatio, periurio, de furto: cæterum qui fornicatus fuerit, qui homicidium fecerit, iste agere non potest pœnitentiam.*

6. Sed reponit Vazquez q. 84. art. 10. du-

dubio unico; num. 9. dicens. Ego vero nescio, qua ratione dixerit D. Thomas in hoc articulo, & cum eo Sotus, hunc errorem in eo habuisse fundamentum, quod crederet, nec charitatem, nec pœnitentiam, quam quis semel habuisset, amitti posse. Nouatus enim, & sui sectatores, & ad pœnitentiam internam hortabantur, ut à Deo obtinerent peccatores criminum veniam, ut constat ex S. Cypriano lib. 4. epistol. 52. & S. Ambrosio lib. 1. de Pœnitent. post medium cap. 1. & notant Sanderus lib. 7. de inst. Monarchia hæresi 49. Lindanus Panopliæ, lib. 4. cap. 61. Et fatebantur aperte labi posse in peccata, qui semel baptizati in vera charitate fuerant. Imò ita eorum delictum horrebant, ut dicerent admittendos non esse ad pœnitentiam. Non ergo ita errabant, quia purarent admitti non posse charitatem; sed quia talem potestatem in Sacerdotibus indulgendi peccata negarent.

6. Cæterum Vazquez ad ostendendam inanem eruditionem, studio contra dicendi Diuo Thomæ, veritati, & sibi ipsi eodem dubio duplici ex parte contrarius est. In primis, quia numero 1. cum Sandero, & Lindano, fatetur Montanistas in eodem fuisse errore cum Nouationis: quod colligit ex S. Hieronymo tom. 2. epistol. 54. ad Marcellam de Montani erroribus, de Montanistis dicente: *Illi ad omne penè delictum Ecclesiæ obserant fores: quia negant Sacerdotis munus absoluenti.* Et tamen de eisdem infra ait S. Hieronymus: *Rigidi autem sunt, non quo, & ipsi peiora non peccent: sed hoc inter nos, & illos interest, quod ille erubescunt confiteri peccata quasi iusti. Quamuis ergo in veritate peccarent, in sua estimatione se reputabant iustos: ac proinde retinere charitatem, & non indigere pœnitentiâ, nec absolutione Sacerdotis.*

Rursus ipse Vazquez n. 6. fatetur, quod secundum omnium sententiam, Cathari à Nouato originem traxerunt: qui ideo se mundos appellabant, quasi semper arbitrarentur Baptismi puritatem se retinere. Ita eos appellari docet Euseb. lib. 6. Hist. cap. 33. alias 35. & S. Ambr. illo cap. 1. Nicephorus lib. 8. cap. 20. & lib. 1. cap. 14. & li. 12. cap. 28. Si ergo retinebant Baptismi puritatem, cum illa haberent à gratia, & charitate, consequenter tenebantur fateri charitatem in Baptismo infusam, non amitti per peccatum. Quod est assertum D. Thomæ, restat hærese,

referentis, ut radicibus euellat!

7. Addit Cardinalis Baronius tom. 2. ad Annum 254. cap. 106. quod fuerunt hæc à Nouatiano prima excogitata impietatis dogmata, quæ (ut de alijs quoque hæresibus accidit) à successoribus aucta sunt, ac turpius deformata. Et infra. Quod præterea se mundos dicerent, nec vel quando lapsos, ac neque confortium vel lent habere cum lapsis, pulchro nomine (an potius dicant Pharisæico) Catharos se dici voluisse affirmat Eusebius lib. 6. cap. 35. Eisdem pariter decoros candidis vestimenti incedere solitos; auctor est Socrates lib. 6. cap. 20. Contra eosdem S. Augustinus tom. 3. de Agone Christiano cap. 31. ait. *Nō audiamus eos, qui negant Ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere: itaque miseri; dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas Ecclesiæ clauis Regni Cœlorum, ipsas de manibus amiserunt. Isti sunt, quæ viduas; si nupserint, tamquam adulteras damnant: & super doctrinam Apostolicam se prædicant esse mundos: qui nomen suam, si vellet agnoscere, mundanos se potius quam mundos vocarent.* Videatur etiã Theodorus Petreus in Cathalogis hæreticorum, verbo, *Cathari*, & verbo *Nouatiani*.

8. Doctrinam Catholicam multis Scripturæ testimonijs, & Patrum, & Theologicis rationibus confirmant Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 10. Andreas Vega lib. 13. in Concilium Tridentinum cap. 3. Bellarminus lib. 1. de Pœnitentia, cap. 10. & 13. sufficit testimonium illud 1. Ioann. 2. quod ponderat S. Hieronymus aduersus Iouinianum relatus Cap. *Si enim de Pœnitentiâ dist. 1. Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, ad vocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustitiam: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi: & infinitorum mundorum, si essent, ut ait Dicitur Thomas in Compendio Theologiæ. Qui & sic ad 5. optimam proponit rationem congruentiæ diuinæ institutionis: nam pœnitentia habet virtutem ex passione Christi, sicut spiritualis medicatio, quæ frequenter iterari potest. Et solus ad 3. ex S. August. de vera, & falsa pœnitent. cap. 5. attulerat illa verba notanda. *Ideo non scribitur Dominum aliquem nisi semel sanasse, ut quilibet timeat iterari peccato: medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui**

malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum, centies curare: qui caeteris minor esset, si alijs possibilita ignoraret. Post Concilium Nicensium I. cap. 8. Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 1. ex illis verbis Domini ad Apostolos, & successores Ioann. 20. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* &c. docet, *Quod Nouatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica, tamquam haereticos exposcit, atque condemnauit.* Et Canone I. de finit in hac verba: *Si quis dixerit Catholicam Ecclesiam, Poenitentiam non esse verum, & proprium Sacramentum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro, institutum, anathema sit.*

9 Recte tamen Soto, art. 10. in fine corporis, ait: Hoc autem in calce memoriae commendandum est, quod cum hoc ingentissimum beneficium bonum nobis nostrum Deus contulerit, nos illo absurdissime abutimur: nam tan certa spes veniae securiores nos reddit, ut in peccatorum volutabero diutius reuoluamur. Sed caueant vero poenitentes incertum exitum, quo creberrime iratum Deum experiuntur. De quo multa ex Patribus, & Doctoribus solita pietate, & elegantia Demosthenes Christianus venerabilis, & piissimus Ludouicus Granatensis lib. 1. in scripti, *Guia de peccatores* cap. 26. per quinque §§. S. Aug. trac. 33. in Ioan. & ser. 164. de tempore, & ser. 5. de Verb. Dom. cap. 9. & ser. 16. & ser. 214. de tempore, & lib. 50. hom. 11. cap. 2. & 3. S. Ioan. Chrysost. hom. 22. in 2. ad Corinth.

10 Nec tamen ad aliud extremum desperationis peccator declinet, aduertē

dum, quod auctor libri de operibus Christi Cardinalibus, serm. de Coena Domini, inter opera S. Cypriani, videtur Nouato tribuere, quod nimis sera poenitentia sit irrita: nam inter alia, ait: *Et velit nolit Nouatus haereticus omni tempore Dei gratia recipit poenitentes.* Sed quia hunc errorem alij antiqui Nouato non tribuunt, inquit Theophylus Raynaudus in libello, inscripto, *Laus breuitatis*, cap. 7. quod potuit Nouatus varijs temporibus varia effutire pro more haereticorum: quo ex capite, aequae ac ex alijs illi attributis, Nouatus *Crudelitatis, & feritatis planebelluina* iure notandus est cum Theodoro, lib. 5. diuinorum decret. cap. de Poenit. digna sunt, quae integra referantur verba Concilij Moguntini, Praeside Rabano, ex cap. 27. vbi habetur: *Salutem ergo homini adimit qui, quis mortis tempore poenitentiam denegat, & desperat de clementia Dei, qui eam ad subueniendum morienti sufficere, vel in momento posse non credit.* Perdidisset latro in Cruce praemium ad Christi dexteram pendens, si illum vnus horum poenitentia non iuisset: cū esset in pena poenituit, & per vnus sermonis professionem, habitaculum Paradisi Deo promittente promeruit, *Vera ergo ad Deum conuersio in vitinis peccatorum, mente potius est estimanda quam tempore, Propheeta hoc, taliter asserente, cum conuersus ingemueris tunc saluus eris.*

De iteratione Sacramenti Poenitentiae super commissa peccata, partim dictum est agendo de materia Poenitentiae, & iterum dicitur tractando de Confessione.



QVÆ

QVÆSTIO LXXV. DE POENITENTIA SEC VNDVM QVOD EST VIRTUS.



VM in Sacramento Poenitentiae pro materia proxima Deus instituit ipsos humanos actus, qui ad huc seclusa institutione, & eleuatione, possent esse virtutis exercitium, occasione Sacramenti, agit D. Thomas de ipsa poenitentiae virtute in hac quaestione, ut in sequentibus tractet de effectu verae poenitentiae, de virtute autem ipsa sex proponit articulos. In primo dicit esse manifestum, quod poenitentia, de qua nunc loquimur, vel est virtus, vel actus virtutis. In secundo docet, quod poenitentia est specialis virtus, nempe pars iustitiae, quae tamē solum reddit equale secundum quid, ut declarat art. 3. In quarto dicit manifestum, quod poenitentia est in voluntate sicut in subiecto. Docet in quinto habitum poenitentiae immediatē à Deo infundi sine nobis principaliter operantibus; non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus, qui à timore serui procedunt sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato, à timore autem filiali sicut ab immediato, & proximo principio. Denique in ultimo declarat, & probat, quod poenitentia non est simpliciter prima virtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturae: sed quantum ad aliquid est prima, quia eius actus primus occurrit in iustificatione impij.

DVBIVM PRIMVM.

Vtrum poenitentia sit virtus?

1 Poenitere est de aliquo prius à se facto dolere, ut notat D. Thomas.

Thom. ar. 1. & q. 84. ar. 8. Et sic fuit in usu Ciceronis, & Ouidij, & Aufonij, ut retulimus in prologo q. 84. Et Antoninus Imperator lib. 8. num. 8. ait: *Poenitentia est reprehensio quae, in sui ipsius, propter bonum aliquod dimissum.* Hincque vltus huius vocis apud Catholicos consonus est notioni eius vltate apud Ethnicos. Ideoque Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 4. contritionem definiens ait: *Est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso.* Et S. Thomas hic articul. 1. ad 3. exponit, quod dolor poenitentis est displicentia, seu reprobatio facti praeteriti, cum intentione remouendi sequelam ipsius, scilicet, offensam Dei, & reatum poenitentiae.

2 Notauerat autem idem D. Thomas q. 84. art. 9. ad 2. quod de dolore, & gaudio dupliciter loqui possumus. Vno modo secundum quod sunt passionem appetitus sensitiui. Alio modo secundum quod consistunt in simplici actu voluntatis, cui aliquid placet, vel displicet.

§. I.

Certa praemittuntur.

3 Poenitentiam esse virtutem simpliciter, & propriè, negarunt quidem Gentiles, & nonnulli Haeretici; imò & aliqui Catholici: licet vltus diuersis. Gentiles, quia arbitrabantur malum, quod peccando incurrimus, non posse tolli, nec sanari. Vnde Tullius lib. 3. Academico ait: *Quod feliceret is, qui in itinere deerrauissent, sic d' à deuiā sequutos, corrigere errorem poenitendo, felicior esset emendatio temeritatis.* Stobaeus etiam in Eclogis Ethicis, cap. 4. §. de Stoicorum decretis, refert existimare Stoicos, poenitentiam.

nitentiam; quae est dolor de malefactis, esse miserum, ac turbulentum affectum, quo homo sibi tanquam auctori irascitur, atque adeo inhonestum, & improbandum.

Alia via id tuebantur Gentiles alij, de quibus Rufinus ad decimum Symboli articulum ait: *Solent cum irrisione dicere aduersum nos Pagani, quod ipsi nos decipiamus, qui putamus crimina, quae opere commissa sunt, verbis posse purgari: Et aiunt: Numquid potest qui homicidium commisit, homicida non esse; aut adulter non videri, qui adulterium perpetravit? Quomodo bususcemo si criminum reus, sanctus vobis effici subito vi detur, & purus?* Aliorum Gentilium calumniam refert S. Augustinus libro 50. hom. in hom. 27. *Dicunt (inquit) nos dare peccatis licentiam, quia portam poenitentiae pollicemur.*

4 Haeretici vero, praesertim Lutherani, viam carnis ingredientes, & carneum, & delicatum nouum Euangelium buccinautes, dixerunt dolorem de peccatis hominem facere hypocritam, & magis peccatorem. Vnde Lutherus, apud Rosenem art. 7. aiebat, verissimum est proverbium, omni doctrina de contritionibus huc vsque data praestantius, quo dicitur; *optima poenitentia noua vita.* Quos sequatur alij haeretici dicti *illuminati*: de quibus Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. inquit. Proles autem Lutheri sunt illi, qui illuminati dicuntur, qui scilicet aiunt peccatorum dolorem, & lacrymabiles gemitus, adeo non esse officia virtutis, vt sint vituperabiles. Quinam fuerint isti haeretici, plane, & erudite tradit Grauius in opere inscripto *Lapis Lydius* lib. 1. cap. 6.

5 Inter Catholicos duo sunt indubitata. Primum, quod vtile, & laudabile, & actus virtutis, est poenitere de peccato vt est peruersio, & malum creaturae rationalis. Quod euident est in ipso homine naturae, vt constat ex Aristotele lib. 7. Ethicorum cap. 7. & contra celsum probat Origenes libro 3. & S. Ambros. lib. 2. de Poenitent. cap. 10. & de Elia, cap. 12. & S. Augustinus lib. de duabus animabus, cap. 14. optime ait: *Ve inter omnes sanos constat, vtile est poenitere peccati. Quid ego nunc in hanc rem diuinarum Scripturarum testimonia, quae vsque quaque diffusa sunt, colligam? Vox est etiam ista natura. Ne vntnem stultum rei huius notitia deseruit. hoc nobis nisi etiam poenitus in situ esset, periremus. Potest aliquis dicere, non se pecca-*

re: non autem sibi esse, si peccauerit, poenitendum; nulla barbaries hoc dicere audebit.

6 Idem demonstrat ratio D. Thomae art. 1. dicentis: Vt dicitur 2. Ethic. cap. 2. & 6. virtus est habitus electiuus secundum rationem rectam. Pertinet autem ad rationem rectam vt aliquis doleat de quo dolendum est, & eo modo, & sine, quo dolendum est. Quod quidem obseruatur in poenitentia, de qua nunc loquimur: nam poenitens allumit moderatum dolorem de peccatis praeteritis cum intentione remouendi ea. Vnde manifestum est, quod poenitentia, de qua nunc loquimur, vel est virtus, vel actus virtutis.

7 Cuius rationis vim bene declarat Soto art. 1. §. *Quod autem, dicēs.* Etenim, vt ait Aristoteles, actus virtutis est ille, qui electiuus est, immediate inter duo extrema consistens, prout sapiens determinauerit, scilicet, ille, qui de bono est obiecto, debitis circumstantijs vestitus. Obiectum autem legitimum voluntatis, sicut respectu amoris est bonum; ita respectu odij contrarium malum. Vnde, sicut bonum, quando, & vbi oportet, amare, bonum est; ita & malum, quando, & vbi oportet, odisse. Quod fit per actum poenitentiae. Contingit namque non numquam gaudere: iuxta illud Salomonis: *Letantur cum male fecerint.* Non nunquam vsque ad desperationem poenitere, vt Cain, qui aiebat: *Maiores iniquitas mea, quam vt veniam merear.* & Iudas, qui poenitentia ductus se suspendit. Dum ergo prudentia debetum finem, & modum poenitentiae praescribit, quem piam, vt scilicet, spe veniae cum modamine poeniteat delictorum; actus ille erit virtutis officium, &c. Prouida enim natura primum nostrorum errorum accusatorem nobis constituit conscientiam nostram, vt ad Romanos 9. ait Paulus. Quo circa, qui peccatorum odium negant esse virtutem; cum natura ipsa pugnant.

8 Et probatur secundo. Zelus ille, quo quis aliena peccata execratur; & officium iudicis, quo in malefactores animaduertit, virtus est: Multo ergo magis ille quo quis tua sponte propria peccata abominatur, & vlciscitur, vt consequatur salutem: iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 11. *Si nos metipfos diiudicemus, non vti que iudicaremur.*

9 Secundo certum est, conformem esse

rationi naturali, & actum esse virtutis dolere de peccato vt est offensa Dei, quod sit cum spe veniae per gratiam consequenda, est de fide actum esse laudabilem, & virtutis. Prior pars sumitur ex S. Dionysio de Diuinis nomi. cap. 3. Et contra Laceronem, docet Lactantius lib. 6. Inst. cap. 24. dicens. *Nam si liberos nostros, cum delictorum suorum cernimus poenitere, cor rectos esse arbitramur; & abdicatos, abiectosque, rursus tamen suscipimus, suscipimus fouemus, amplectimur; cur desperemus clementiam Dei Patris poenitendo posse placari? Argumentum est a fortiori, seu a bonitate, & clementiam patris creati, ad bonitatem, & misericordiam creatoris.*

10 Rationem eandem indicat Tertullianus lib. de poenitentia cap. 3. cum ait. *Domino cognito, vltro spiritus, a suo auctore respectus, emergit ad notitiam veritatis, & admissus ad dominicam praecipua, ex ipsis statim eruditur, id peccato deputandum, a quo Deus arceat. Quoniam cum Deum grande quid boni constet esse, vti que bono, nisi malum non displiceret, quod inter contraria sibi nulla amicitia est. Quasi dicat: omnis, qui non ignorat dari Deum, pariter cognoscit esse summum bonum, cui summe displicet malum, & peccatum: & ideo peccans facit contra Dei voluntatem; & amat, quod Deo odio habet; & vetat; & ideo ius Dei laedit; & ne ab ipso puniatur, debet facti poenitere: quia vt dixerat cap. 2. *Bonum factum Deum habet debitorem; sicut & malum: quia iudex omnis retributor est causa.* Illustrat idem ex dictis Ethnicorum Theophilus Raynaudus lib. 4. de virtutibus sec. 3. capit. 3. a. num. 357.*

11 Calumnijs Gentilium responderet S. Augustinus illa hom. 27. si clauderetur additus Poenitentiae, nonne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quanto magis sibi desperaret ignostit? Diceret enim sibi; Ecce peccaui; ecce scelus admisi; iam michi veniae nullus est locus, Poenitentia infructuosa est: *Damnatus sum, quare iam non viuo, vt volo? Quia ibi non inuenio charitatem, hic saltem pascam cupiditatem meam. Quare enim abstineam? Ibi enim locus michi clausus est. Hic, quod non factus, perdo; quia quae post hanc futura est vita, michi non dabitur. Quare ergo non seruo libidibus meis, vt eas impleam, & saturem, & faciam quidquid non licet, sed libet, &c.* Ergo si tuleris portum Poenitentiae, augerebuntur peccata. Ecce nihil dicunt illi;

li; qui putant augeri peccata; quia portus Poenitentiae in christiana proponitur fide. Haec S. Augustinus ibi.

12 Afferit item S. Thomas, q. 84. art. 10 ad 6. vt simili occurrat difficultati; quod habetur de Poenit. dist. 3. cap. 2. ex lib. de ver. & falsa Poenit. cap. 5. vbi dicitur, constat Deo multum displicere peccata, quia semper presto est ea destruere, ne soluantur, quod creauit, ne corrumpatur, quod amauit, scilicet per desperationem.

13 Obiectio, & calumnia relata a Rufino, ab ipso depellitur, quia constat, quod non nisi voluntate peccatur, vt primo mouente, alius autem potentis peccatur sicut ab ea motis, vt ex D. August. docet D. Thomas 1. 2. q. 74. art. 2. ad 2. Vnde sicut mala voluntas hominem peruertit peccando; ita bona voluntas poenitendo hominem conuertit. Et hoc modo (inquit Rufinus) fides nostra non inuenitur naturalibus rationibus aduersari: cum remissio peccatorum, non gestis; quae mutari non possunt, sed animo, quem de bono in malum verti posse certum est deputatur.

14 Secundam assertionis partem probat D. Thomas in argumento, *Sed contra praecipua legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit cives facere virtuosos, vt dicitur 2. Ethic. cap. 1. Vbi dicitur. *Hic rei atheniensi statuit id quod in civitatibus fieri solet: Legum latores enim assidue faciunt cives facere bonos: & hac porro est vnus cuiusque legum latoris voluntas.* Sed praecipuum diuinae legis est de Poenitentia, secundum illud Matthaei 4. *Poenitentiam agite.* Ergo Poenitentia est virtus.*

15 Addijcit Soto conc. 2. Extant praeterea inter Decreta septem distinctiones de Poenitentia, & inter Decretales titulus de Poenitentijs, & remissionibus, vbi in numeris testimonijs Ecclesia decernit Poenitentiam esse virtutem; eandem que cis, qui mortali crimine tenentur, necessariam. Quae propter conclusio haec, non vt cumque vera, sed catholica fides est, cuius adeo negatio est haeretica. Quod confirmat ex illo Plal 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.* Iob 2. *Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu.* Et Baruch. 2. *Anima, quae triptis est super magnitudinem mali.* Lucæ 6. *Bona, qui nunc fletis.* Et 2. ad Cor. 7. *gaudeo quia contristati estis ad Poenitentiam, &c.* Videatur Suarez disp. 3. sec. 5.

16 Denique contra Lutheri haesim

Concilium Tridentinum ses. 14. cap. 4. sic ait. Declarat igitur Sancta Synodus, hanc contritionem, non solum cessationem à peccato, & vitae novae propositum, & inchoationem; sed veteris etiam odium continere: iuxta illud Ezec. 18. *Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus praevaricati estis, & facite vobis cor novum & spiritum novum.* Et certe, qui illos Sanctorum clamores consideraverit: Psal. 50. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* Psal. 6. *Laboravi ingemitu meo, lanabo per singulas noctes lectum meum.* Isaia 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae.* & alios huius generis, facile intelligit eos ex vehementi quodam antea & vitae odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Idem definit canone 5. His praemissis.

§. II. Vtrum sit proprie, & simpliciter virtus?

17 **R**estat inter Theologos difficultas, an Poenitentia sit virtus simpliciter, & proprie; an solum secundum quid, & late?

Respondet Durandus in 4. dist. 14. q. 1. n. 6. quod actus virtuosus quandoque sumitur stricte, scilicet, pro solo actu elicitivo à Poenitentia perfecta per habitum virtuosum: & sic non oportet, quod poenitere sit semper actus virtuosus. Probat. n. 7. quod poenitere non potest esse primus, & principalis actus alicuius virtutis: quia primus, & principalis actus alicuius virtutis, nunquam exigit actum vitij in operante virtuose. Actus enim principalis temperantiae non requirit quod homo prius intemperate egerit; nec actus principalis liberalitatis requirit quod aliquis prius avarus fuerit; & sic de singulis. Alioquin nullus posset fieri virtuosus, nisi prius fuisset vitiosus: quod non est necessarium. Sed poenitere necessario praesupponit actum vitiosum praecessisse in poenitente: est enim de malo commissio. Ergo poenitere non potest esse primus, & principalis actus alicuius virtutis.

Et confirmatur, quia actus primus, & principalis cuiuslibet virtutis est secundum electionem boni ut fiat: secundus vero differens à primore, vel ratione, est fuga mali, ne malum fiat: tertius autem est, si contingat malum fieri, quod illi displiceat: ut patet in omnibus virtutibus. Et sic poenitere de malo, quod non

contingit, non est primus, & principalis actus virtutis, sed secundarius, vel tertius; & de objecto contingente per accidens ipsi virtuosus: contingit enim virtuosus peccare; sed non in quantum virtuosus est; per habitum tamen virtutis detestari malum, si contingit. Haec Durandus.

18 Videtur subscribere Caietanus 2. q. 144. art. 1. dicens, Poenitentiam non esse virtutem, nisi ex suppositione: quoniam non pertinet ad perfectionem hominis simpliciter, sed ex suppositione peccati, ut hic art. ult. docet D. Thomas & hic art. 1. ad 2. Ad idem pertinent rationes, quas Caietan. format hic q. 8. art. 2. ut probet Poenitentiam esse solum actum secundarium religionis. Sed quoad intentum praesens, quod Poenitentia solum sit virtus ex suppositione, etiam docet Vazquez ar. 1. dub. unico in fine. Et ex parte Suarez disp. 7. sec. 1. n. 7. dicens Poenitentiam quantum ad actum retractationis, ex hoc solo capite non habere rationem virtutis consumatae, & perfectae.

19 Nihilominus Poenitentiam esse virtutem simpliciter, & proprie, communiter omnes alij Theologi merito constantiter asserunt. Et plane docet S. Thomas tota hac quaestione: & in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. probans. Secundum Philosophum in 6. Ethic. c. 3. quod principale in virtute morali est electio: unde omnis habitus, qui facit rectam electionem, potest dici, proprie loquendo, virtus. Unde cuius actus Poenitentiae non causetur tantum ex passione, sed magis ex electione, etiam si nulla sit passio, constat quod Poenitentia, proprie loquendo est virtus; & non improprie sicut verecundia, & aliud huiusmodi.

20 Praeterea ibi ad 4. fundamentum contrarium sibi opponit, & diluit ad 4. inquit dicendum, quod bonum illud ad quod virtus ordinat immediate, est actus perfectus ipsius: & ideo aliqua virtutes sunt, quae principalem actum habent in retrahendo ab aliquo: sicut dixerat in 3. lib. dist. 23. de temperantia & modestia, & huiusmodi. *Et similiter actus perfectus Poenitentiae est in retrahendo ab aliquo malo. Nec propter hoc sequitur, quod non sit virtus.*

21 Rursus ibi art. 3. quaestiuicula 2. docet in innocentibus esse habitum Poenitentiae: quamvis non sit actus Poenitentiae, quod explicat ad primum, quia quamvis peccatum non commiserunt; possunt tamen committere; & ideo eis habitum Poenitentiae habere competit. Sed

tamen habitus iste nunquam in actum exire potest; nisi forte respectu venialium peccatorum: quia peccata mortalia tollunt ipsum. Nec tamen est frustra, quia est perfectio potentiae naturalis. Denique idem docet S. Thomas, 1. p. 95. art. 3. ubi in Adamo in statu innocentiae docet fuisse habitum Poenitentiae, licet non actus eius: *erat enim primus homo sic dispositus, ut si peccatum praecessisset, doleret.* Quae omnia falsa essent, si poenitentia non esset virtus simpliciter.

22 Ex qua doctrina S. Thomae Capreolus in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. ad 3. Durandi folio 170. bene diluit argumentum Durandi, dicens. Conceditur enim, quod principalis actus Poenitentiae est bonum facere, vel eligere: sed ista bona electio potest esse in retrahendo à malo, & detestando illud, eligendo talem detestationem tanquam rectae rationi consonam, & in electione proportionando, & taxando poenam peccato commissio, & in placando Deum, & expurgando peccatum. Unde materia remota Poenitentiae, ut supra dictum est, est peccatum, & malum, circa quod potest esse multiplex bona electio. Sicut temperantia facit rectam electionem circa turpissimas passiones, scilicet circa concupiscentias, & delectationes tactus, ut ostendit diffuse S. Thomas 2. q. 141. in octo articulis. Non oportet autem, quod primus, & principalis actus virtutis sit electio circa bonam materiam remotam; cum circa furtum, & homicidium bene eligat ipsa iustitia. Item, ut dictum est, aliud est de virtutibus retrahentibus à malo, & aliud de inclinativis in bonum. Haec Capreolus, & Araujo art. 1. dub. unico ad 3. in fine, & Aversa q. 2. de Poenit. sec. 1. ad 1.

23 Aliter respondet Nuño q. 85. art. 1. dub. unico ad 1. & 2. quod habitus Poenitentiae essentialiter non supponit peccatum; siquidem infunditur à principio antequam sit peccatum: actus vero Poenitentiae, in probabiliori sententia, implicat, quod sit sine precedente peccato. Unde poenitentia est intrinsece, & essentialiter bona; sed supposito illo accidenti. Quod quidem respectu existentiae Poenitentiae non se habet omnino per accidens; sed est conditio requisita: Quemadmodum iuramentum est actus religionis; atque adeo essentialiter, & intrinsece bonum; supposita tamen necessitate, & hominis imperfectione.

24 Sed, quia per se notum est, quod

magis essentialiter est Poenitentiae, quod sit circa peccatum, quam quod iuramentum respiciat statum imperfectum, ideo meliores sunt praecedentes solutiones: & aptiora earum exempla. Vel, ut ait Lugo disp. 1. de Poenitentia sec. 1. n. 64. etiam medicina supponit morbum; & tamen est expetibilis. Et quidem ante morbum est expetibilis conditionate; post morbum vero absolute: ita se habet poenitentia, quae est secunda tabula post naufragium. *Dices:* Ergo non est expetibilis nisi per accidens: ergo non est virtus, quia virtus est per se expetibilis. *Respondet:* non esse de ratione virtutis, quod sit expetibilis per se, hoc est, nulla facta suppositione; sed quod sit per se expetibilis, id est, gratia sui, praescindendo ab omni alio motivo. Totam hanc doctrinam optime tradiderat Cano in Relec. de Poenit. parte 2. ad 1. dicens unicuique statui, & conditioni suas virtutes esse tribuendas. Rectioribus iustitiam; pauperibus patientiam; peccatoribus poenitentiam. Certe virtus medica artus morbum supponit in subiecto, cui debet applicari. Quod si per hanc artem quisque sibi solum mederetur, adque optime posset, laus huius artis non exinde minueretur. Eadem quoque ratione sunt quaedam virtutes ad tuendam bonam valetudinem animae. Et virtus quoque est ad reparandum, si quando fuerit amissa. Unde nego antecedens Nam licet absolute virtus hominis non exigit prius hominem vitiosum, sed ex suppositione. Tamen si incidat in peccatum, nihil verat ut sit virtus ad medendum illud. Nam & hominis natura integra non exigebat vindicationem: at si mali sint, & praevaricatores, virtus necessaria est: non enim vindicatio sceleris alieni supponit vitium in alio; sic vindicatio sceleris proprii supponit vitium proprium. Haec Cano.

§. III. Vtrum verecundia sit virtus proprie?

25 **E**X alio capite est etiam difficultas, nam secundum Philosophum 4. Et hic cap. ult. verecundia non est virtus: Tum quia est passio habens corporalem imitationem: Tum etiam quia non est dispositio perfecti cui sit de turpi actu: quod non habet locum in ho-

homine virtuoso. Sed similiter pœnitentia est quædam passio habens corporalem immutationem, scilicet, ploratum (sicut S. Greg. dicit hom. 34. in Euang. Quod pœnitere est peccata præterita plangere) Est etiam de turpibus factis, scilicet, de peccatis, quæ non habent locum in homine virtuoso. Ergo pœnitentia non est virtus.

26 Respondet Richardus in 4. dist. 14. art. 1. q. 1. ad 2. quod Philosophus non negat verecundiam esse virtutem, secundum quod accipitur pro habitu causato ex multis verecundari sub debitis circumstantiis, sed in quantum accipitur pro passione: est tamen passio bona in quantum prohibet peccare. Sed quia Philosophus videtur negare verecundiam esse virtutem, etiam secundum quod accipitur pro habitu, ideo potest dici quod Philosophus ibi loquitur de virtute, cuius actus nihil vituperabile præsupponit esse, vel fuisse in virtuoso; vel non repugnat cuicumque perfectioni virtuosi. Hæc Richardus ibi, & in 3. dist. 33. art. 5. q. 8. & Salas, 1. 2. tract. 11. disp. 4. sec. 7. Et ex parte Theophilus Raynaudus libro 6. de virtutibus sec. 3. cap. 2. num. 330. contendens Philosophi rationem claudicare, quia hæc ratio non expungit verecundiam ex albo virtutum, quæ re ipsa, & essentialiter virtutes sint: quamvis nomine tenus à simpliciter dictis virtutibus se cerneretur æque ac pœnitentia. Et nisi Philosophus alias rationes protulisset; quibus probaret, quod dixit verecundiam non esse virtutem, hæc controuersia esset mere de nomine. Vereque negata tantum appellatione virtutis, saluus esset verecundia, virtutis census, & dignitas.

27 Vazquez vero q. 85. articul. 1. dub. vnico à num. 2. dicit sibi non esse dubium pessime errasse Aristotelem eo capite asserentem hunc affectum secundum se non esse laude dignum; sed solum in iuuenibus, eo quod illo detineantur sæpissime intra virtutis tramitem: quia existimauit Aristoteles virtutes esse connexas & illis hominem peccare non posse; quia studiosus, qui omnes habet virtutes, nihil potest prauè agere. Quod quidem falsissimum est; & contra nostram christianam fidem, propter arbitrii libertatem. Quod si Deo permittente studiosus prauè agat; cur non laude dignum erit erubescere de turpi facto? Concludit numero 14. quod vere-

cundia; pro vt esset timor infamiæ, & affectu æstimationis, & honoris proprii proueniens, non est laudabilis, nec virtutis actus; sed quid indifferens & quod ad virtutem ab extrinseco dirigi potest. Impugnatque Philosophum Antonius Ludouicus libro de pudore sub finem, quia falsum ait, virum virtute præditum, & sapientem, omni affectu vacuum esse oportere.

28 Hæc doctrinâ communiter reijcitur. Araujo dub. vnico numero 11. asserit; quoad omnia eius dicta est falsa. Theophilus numero 329. dicit *Falsum, & ex oscitanti Philosophi lectione prolatum*, quod vsquam dixerit, affectus in sapientem non cadere: quia erat doctrina Stoicorum, à quibus summopere discrepauit Aristoteles. Nec asseruit virtuosum non posse peccare. Tantum itaque affirmavit, viri boni, & virtutem sectantis esse, potius mala non admittere, quam de admittis erubescere. Item voluit pudorem non cadere in virum bonum, quatenus vir bonus est, & honestati addictus; sed tantum prout a recto deflectit. Quæ constat esse verissima, & cum fide nostra recte consentientia.

29 Denique vltimum assertum Vazquez impugnat Lugo disput. 1. numero 2. quia licet timor ille infamiæ non sit laudabilis, quando nimius est: si tamen sit moderatus, non est cur non sit laudabilis, & honestus: cum etiam iubeamur curam habere de bono nomine: ergo, per se loquendo, pertinet ad virtutem, sicut alij affectus honesti.

30 Melius D. Thomas hic articulo 1. ad 2. respondet, quod pœnitentia secundum quod est passio non est virtus; vt dictum est: sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam. Est tamen virtus secundum quod habet ex parte voluntatis electionem rectam. Quod tamen magis potest dici de pœnitentia, quam de verecundia: nam verecundia respicit turpe factum vt præsens, pro quo timet confundi: pœnitentia vero vt præteritum. Est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis in præsentem habeat turpe factum, de quo oportet eum verecundari: non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oportet eum pœnitere, cum ex vitioso fiat aliquis virtuosus.

31 Idem

31 Idem probat D. Thomas, & explicat 2. 2. q. 144. art. 1. dicens. Ille, qui est perfectus secundum habitum virtutis, non apprehendit aliquid ex probabile, & turpe ad faciendum, vt possibile, & arduum, id est difficile ad vitandum; neque etiam actu facit aliquid turpe, vnde opprobrium timeat. Vnde verecundia proprie loquendo, non est virtus: deficit enim a perfectione virtutis. Idem probat ibi art. 4. & lib. 4. Eth. lec. 17. per totam & in 3. sent. dist. 27. q. 1. art. 3. q. 2. ad 2. Et in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 2. ad 5. ait D. Thomas, quod verecundia est timor de turpi: timor autem futuri. Futurum autem non timetur nisi secundum quod habet propinquam dispositionem in causa sua: & ideo verecundia ponit propinquam dispositionem in eo, qui verecundatur ad turpe committendum, prout Philosophus de verecundia loquitur: & ideo de necessitate ponit imperfectionem in eo cui inest. Sed pœnitentia respicit turpe in præterito, cum potest succedere perfecto in præsentem; & ideo non est actus imperfecti de necessitate.

D. Thomam sequuntur Capreolus, Caietanus, Soto, & Araujo, & omnes Thomistæ. Valentia, Azor, Suarez, Dandinus, Picolom, & Lælius, alijque non pauci, vt refert, & sequitur Theophilus Raynaudus illo lib. 6. de virt. n. 328. Auerza, q. 2. sec. 1. circa finem.

32 Displicet tamen Vazquez: quia quoad hoc non differunt pudor, & pœnitentiam de peccato præsentem ira potest esse pœnitentia, sicut & pudor; sicut enim statim commisso peccato potest aliquem facti pœnitere, sic etiam potest erubescere, si ab aliquo in eo deprehendatur. Quod si ab homine in eo deprehensus potest erubescere, cur etiam statim, commisso peccato non potest ipsum facti pœnitere, quod fuerit Dei offensa, & in conspectu Dei, & Angelorum erubescere, considerans se coram ipsis peccasse? Denique, cur non dicemus, erubescentiam, seu pudorem, cum aliquo peccato commisso longo antea tempore reprehenditur quis, & reprehensione confunditur? Ergo non minus de præterito potest esse confusio, & erubescencia, quam pœnitentia: non ergo vltimo modo differunt materia.

33 Contra rationem ex 2. 2. arguit Vazquez n. 6. dicens. sed hæc ratio etiam non probatur mihi, quoniam verecundia non est timor opprobij, & infamiæ future ex futuro peccato: sed timor infamiæ

præsentis, aut future, de præterito, & iam commisso peccato: est autem difficile, & arduum moderari huiusmodi affectum: potest ergo esse materia virtutis. Et cur non potest, postquam quis omnes habuerit virtutes, turpe aliquid agere, Deo permittente? Quod confirmat Lugo disp. 1. n. 4. in casu, quo aliquis eo ipso instanti, quo ex ignorantia culpabili peccat, habeat reuelationem sui peccati præsentis, & potest quis, cum actu peccat ex cognitione peccati humiliare se, & orare pro viribus ad resistendum: ergo non est contra rationem virtutis supponere turpitudinem præseindendo à præsentem, vel præterito.

34 Rationem ex 4. sentent. quam sequitur ibi Durandus ad 1. impugnat Vazquez n. 4. quia ab Aristotele ibi non definitur pudor, quod sit timor futuri peccati; imò nec ipsius peccati vltimo modo; sed infamiæ, quæ ex peccato oritur. Vnde erubescencia non secum affert futurum peccatum: sed futuram infamiam de peccato commisso timet; aut de præsentem infamiam ob peccatum commissum tristatur: & hoc etiam est erubescere. Secundo, quoniam pudor potius retrahit à peccato aliquando, quam ad peccatum inclinet: ergo non secum affert pronitatem ad peccatum. Denique, si aliquis cognoscens fragilitatem suam timeret peccatum, quod esset offensa Dei, non minus studiose operaretur, quam si pœnitentiam iam commissi, quod est etiam Dei offensa: ergo & si erubescencia esset timor peccati futuri, non minus esset studiosus actus, quam dolor de præterito, quando esset eadem motiua ratio formalis.

35 Respondetur cum Caietano 2. 2. illa q. 144. Valentia, & alijs, quos refert, & sequitur Araujo ad 2. & Suarez disp. 7. sec. 1. n. 9. Verecundiam à Philosopho excludi à ratione virtutis: Tum quia est passio: Tum quia vt sub electionem liberam cadit, potest esse de turpi facto, dum actu fit: & in hoc consistit dicta differentia; non vero in eo quod nunquam possit esse verecundia de peccato præterito, vel proxime, vel etiam remote, si per apprehensionem præsens fiat. Quod etiam confirmatur ab Aristotele, qui in viris perfectis non est verecundia, quod *moraliter, ac regulariter* loquendo verificatur: pœnitentia autem interior in viris etiam perfectissimis, & quatenus in præsentem sunt, locum habet: Denique excluditur verecundia à ratione virtutis; quia motiua

vum fugiendi, non est per se honestum; sed ad summum indifferens. Vnde etiam S. August. epist. 51. ad Macedonium dixit: *Nihil aliud est verecundia quam quidam displicendi metus.* Quod sane quid indifferens est. Et Valentia puncto 1. & Aversa in fine sec. 1. dicunt pertinere ad charitatem sui: & sub alia ratione Theophilus Raynaudus n. 326. dicit pertinere ad virtutem magnanimitatis, vel humilitatis: sed istae rationes sunt extrinsecae verecundiae praecipue sumptae prout est motus vitandi dedecoris. Et de illa inquit S. Gregorius Naziancenus carm. 63. *bona ruborem, esse, florem amabilem.* Et Bernardus ser. 86. in Cant. *Verecundia nescio an quicquam gratius aduertit in moribus hominum queat.* Et infra. *Ita expunctorum malorum, & propugnatricis puritatis innata specialis gloria conscientiae, & fama custos, vita decus, virtutis sedes, virtutum primitiae, natura, laus, & insigne totius honesti.* Haec & alia, quae de verecundia dicunt Patres, probant esse affectum laudabilem, & esse initium, vel inchoationem, vel comitem virtutum. Vel sumunt verecundiam in latiori significatione, vt etiam S. Ambrosius lib. 1. de Officijs cap. 18. descriptus ab auctore libri de ordine vitae, initio, inter opera D. Bernardi. Nam loquendo de verecundia proprie sumpta, esse simpliciter virtutem, negat Richardus Victorinus in Beniamino minore cap. 48. in fine.

36 Aliam solutionem indicat Araujo, & late prosequitur Lugo n. 5. docens verecundiam non esse virtutem, quia eius actus non est efficax; sed inefficax, & talis cum qua potest stare amor efficax ipsius turpitudinis: & ita licet affectus sit laudabilis, sed tamen non habet appellationem virtutis simpliciter, & absolute. Bene igitur S. Thomas colligit verecundiam non esse virtutem ex eo, quod supponat turpitudinem praesentem: nam licet illa illatio formalis non sit; est tamen bona in ijs actibus, qui ex obiecto opponuntur cum turpitudine: ij enim si efficaces essent, non possent compati turpitudinem praesentem, vt verba Aristoteils indicant.

37 Sed vered nec in Philosopho, nec in D. Thoma vllum fundamentum reperiri huius rationis: vnde videtur, quod eis desertis, noua excogitetur ratio. Impugnatio etiam, qua probatur, quod illatio non sit formalis, non urget: quia D. Thomas, non ait, quod qui habet habitum virtutis, non possit supponere turpitudinem praesentem vt cumque: sed addit 2. 2. ita

quod sit arduum, & difficile ad vitandum; neque actu fecit aliquid turpe vnde opprobrium timeat. Quod moraliter, & regulariter verum est: quia studioso non est difficile malum vitare; & per se loquendo, virtuosus non facit vnde opprobrium timeat: & poenitentia solum permissiuè est de malo praesenti: nam de se excludit malum; & ideo cum haec omnia non verificentur in verecundia, non est virtus proprie, sed solum communiter. Praeterquam quod, licet verecundia, quae est passio appetitus sensitui, habeat illam in efficacitatem; restat tamen reddere rationem, cur verecundia, quae est bona ex electione, & ratione, non possit in suo genere habere efficacitatem, sicut habent aliae virtutes morales, & sicut habet poenitentia? Nam non est cur ibi non sint aliqui actus efficaces, & aliqui inefficaces. Quare solutiores sunt praecedentes solutiones.

§. IV. Vtrum detestatio peccati sit actus absolutus?

38 **T**ertiam difficultatem tangit D. Thomas in tertio argumento, quod est huiusmodi. Secundum Philosophum 4. Ethicorum, nullus est stultus eorum, quae sunt secundum virtutem. Sed stultum videtur dolere de commisso praeterito, quod non potest non esse: quod tamen pertinet ad poenitentiam. Ergo poenitentia non est virtus.

Respondet bene D. Thomas, quod dolere de eo, quod prius factum est, cum intentione conandi ad hoc, quod factum non fuerit, esset stultum. Hoc autem non intendit poenitens. Sed dolor eius est displicentia, seu reprobatio facti praeteriti cum intentione remouendi sequelam ipsius, scilicet, offensam Dei, & reatum poenae: & hoc non est stultum: Latius idem D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. quaestiuicula sexta ad tertium, ait, dicendum, quod quamvis peccatum sit praeteritum quantum ad actum, manet tamen quantum ad effectum, vel reatus, vel maculam, vel offensam diuinam: & sic potest aliquis de peccato dolere, in quantum est praesens dolor enim de praesenti est. Vel dicendum, & melius, quod quamvis, voluntas completa non sit de impossibili, est tamen de ipso velleitas quadam, id est, voluntas conditionata: vellemus enim, si esset possibile, quod hoc non fuisset. Et secundum hoc etiam accipiunt ex conditione pra-

dicta quandam rationem praesentis, vt de eis possit esse dolor, qui non est nisi de praesentibus.

39 Hanc D. Thomae Doctrinam non omnes admittunt. Quidam arbitrantur detestationem omnem peccati esse actum absolutum. Quod videtur tenere Beatus Albertus Magnus in 4. dist. 14. art. 2. & Alexander Aletensis 4. p. q. 54. membro. 2. art. 3. in fine, & in noua editione q. 12. membro 1. ar. 2. §. 2. & Ioannes de Medina Co-dice de Poenit. tra. 1. q. 1. ad 1. probas, quia voluntas desiderij, & simplicis appetitus potest esse impossibile. Sic enim Angelus malus dicitur impossibile appetiui se, quando cupiuit Deo aequalis esse, & eadem assimilari: sic etiam damnati in inferno existentes desiderant mori, scientes id ipsis de lege impossibile esse; de quibus scriptum est Isaia 14. *Desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* Sic etiam caeci desiderant videre, cum sciant id illis per naturam impossibile esse. Ergo pariter peccator potest actu absoluto desiderij velle se non peccasse absque vlla conditione, aut absolute nolle se peccasse.

40 Alia via idem tueretur Vazquez 1. 2. disp. 42. c. 4. & disp. 43. c. 3. & 1. to. in 3. p. disp. 73. n. 6. quia existimat in voluntate nullum esse actum conditionatum, sed omnes esse absolutos: quando autem dicuntur conditionati, & explicantur per verbum, velle, tunc non esse actum voluntatis, sed intellectus iudicantis, quae actum absolutum haberet voluntas nostra, posita illa conditione. Ex parte idem docuerat Adrianus in 4. q. 1. de Poen. post tractatum de Restit. §. Sed dubium videtur, & §. Pro huius clariori. & Quodlibeto 10. ar. 2. admittens dari actus conditionatos, dum conditio existimatur possibilis, cognita tamen conditionis impossibilitate, negat manere actus conditionatos. Dum volo (inquit) aliquid solui sub conditione, cum primum intellexero non stare conditionem, desino illud velle: vt si volo Petro dare elemosynam, si est pauper, cum primum intellexero eum non esse pauperem, non volo ei dare: & cum desidero aliquid sub conditione, si Deo, vel patri meo placet, redditus certior, quod Deo, vel patri meo non placet, statim desino optare illud. Cum ergo peccator certo cognoscat, ex suppositione quod peccauit, esse impossibile non peccasse, stante hac cognitione, nec conditionatim vult non peccasse.

41 Pro explanatione tamen doctrinae D. Thomae, quae non solum est Thomistarum, quos refert, & sequitur Araujo hic art. 1. cub. unico ad 2. a. n. 7. vsq; ad 10. sed & aliorum communis, vt Suarez di. pu. 3. to. 1. sec. 3.

Lugo disp. 4. sec. 2. & Auerf. q. 2. sec. 11. & aliorum, quos ipsi referunt, dicendum est, primo actus poenitentis ad delendum peccatum habituale, & maculam animae, & reatum poenae aeternae, & temporalis, & Dei offensam, possunt esse absoluti, & efficaces. Haec nemo potest negare, quia etiam tractatio actu, manet homo de praesenti, & dicitur peccator, & habet maculam, vt pote carens nitore gratiae, & ordinis rationis, & est reus poenae damni, & tenus, & Deo est iratus, quia peccando eum offendit: ergo, etiam si dolor, & poenitentia efficax non sit nisi de praesentibus, cum ista omnia praesentia sint, potest de illis peccator dolere. Et hoc plane vt manifestum tradit D. Thom. verbis relatis n. 3. 8. Nec de istis est difficultas, sed de ipso peccato actuali: quod ex suppositione, quod fuit commissum, non potest non fuisse.

42 Dicendum secundo, de ipso peccato praeterito est in illo, qui peccati poenitet: efficax displicentia, & detestatio, & dolor de eius commisione. Ita D. Thom. ad 3. illis verbis. *Sed dolor eius est displicentia, seu reprobatio facti praeteriti, cum intentione remouendi sequelam ipsius.* Vbi condistinguendo culpam actualis ab abituali, & a reatu, & offensa Dei, & loquendo de actu efficaci Poenitentiae, admittit D. Thom. voluntatem detestari, & illi efficaciter displicere peccatum. Concilium etiam Tridentinum, sess. 14. c. 4. docet, quod *Contritio est animi dolor, ac detestatio de peccato commissio.* Ratioque est plana: quia peccata aliena, vel propria praesentia, vel praeterita, aequae digna sunt vt displiceant, & odio habeantur, ac si essent nunc existentia: cum ad hoc munus sit differentia per accidens esse praeteritum, vel praesens, quia malitia, & offensa praesens, vel praeterita aequaliter meretur displicentiam, reprobationem, & odium. Ergo poenitentis actus isti efficaces esse possunt.

43 Dicendum tertio, circa non existentiam peccati praeteriti, siue dicendo. *Si ego posse contrahere cum peccato praeterito negationem praeteritio nis, id facere:* vel dicendo. *Si ego nunc habere poenitentiam vt peccatum illud non fuisset, id facere:* vel dicendo: *volo non peccasse,* implicat contradictionem, quod sine errore in intellectu, si voluntas completa, & efficax: non tamen implicat; sed potius de facto contingit, quod sit actualis voluntas in efficax. Prior pars est per se nota, quia supposita existentia peccati, implicat contradictionem non peccasse. Vnde D. Thom. cum S. Aug. & S. Hier. & Philosopho, probat. 1. p. q. 25. ar. 4. implicare contradictionem praeterita non fuisse. Impossibilia autem ex suppositione, cognita impossibilitate, efficaces, & complete

ta voluntate amari non possunt. Quod expresse fatetur Authores oppositae sententiae. Vnde Ioann. de Medina illa sol. ad 1. ait. *D. voluntate tamē efficaci (qua scilicet, quis de medijs inquirat, & ea eligit, & opere exequitur ad finē obtinēdū, quod cupit) verū est quod liberari nō potest de impossibilitate cognito, quā loquidē electi nō nisi possibilis est ex eo dē Aristotele.* Hæc ille. Alij loquuntur de affectu efficaci efficacia solum affectus; & habet non parum quaestionis de nomine. De quo alibi.

44 Secūda pars est D. Thomae. 1. 2. q. 13. art. 5. ad 1. & lib. 3. & hic lec. 5. & q. 16. de Malo art. 4. ad 9. & est cōmunis Parrū, & Scholasticorū, vt multis relatis, probat Ildephōsus Baptista. 1. 2. to. 2. disp. 144. dub. 2. & 2. Probatq; Caietan. 1. p. q. 63. art. 3. *§. His statibus, nā id quod est impossibile per accidens, posse appeti per se, declaratur ex cōtinua in nobis experientia.* Quilibet enim seclusa fide de omni potentia Dei, & resurrectione mortuorū, & immortalitate animæ, mortuo filio desiderat eius vitā; & totaliter perditō, & abscisso mēbro, desiderat corporis integritatē: & alia huiusmodi, quæ supponuntur impossibilia: per accidens tamen, quoniam hic, aut nūc reddita sunt hæc impossibilia: *Quæ ad modum desiderās aliquod peccatum nō fuisse.* Hæc Caietanus.

45 Quod & prosequitur Soto in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. *§. Hæc autē, illud, præter cetera, adiiciēs. Imō vero, cū quis filiū, aut rē charā amisit, propterea mæret, quod vellet illud nō accidere; quod videt impossibile nō accidisse. Ob idq; nō est prudens cōsolatio illa vulgaris, dū quis mæstus est de re aliqua, dicere illā mæstitiā nihil prodesse; & ideo esse abiiciendā. Quare Solon, dū defunctū filiū amare iugeret, dicenti ei, quod nihil illæ lachryma illi prodesset; respondit, Propterea lachrymor, quia nihil lachrymā lo proficere.* Et infra cōcludit. *Indubie ergo detestatio Poenitentia est, nōllē peccasse, si esset possibile; & quia homo videt esse impossibile, cōtristatur, & mæstus fit de Dei offensa.* Recte ego per illā volūtatē incōpletam, & conditionatam, quæ velleitas dicitur, explicatur iste actus.

46 Explicatq; recte M. Serra 1. 2. q. 13. art. 5. cō. 4. dicens. Michi tamē videtur per hoc nomē, *velleitas*, & per verbū hoc, *vellet*, duos actus volūtatē significari. Primus est formalis, qui actu præsens est, & fertur ad impossibile, quia secūdū se, & absolute bonū est. Secūdus est interpretatiuus; qui actu nō est; sed esset, si obiectū hic, & nūc, & secūdū alias circūstātiās esset pos-

sibile. Et hic actus fundatur in primo: ex hoc enim, quod simplici cōplacētia afficitur volūtas ad illud obiectū, eo quod secūdū se abstrahēdo à circūstātijs bonū est interpretamur, & iudicamus fore habiturā volūtatē absolutā circa illud, si hic, & nūc, & secūdū alias circūstātiās esse possibile. Pariter peccator vidēs malitiā peccati, & grauitatē offensæ, & mala inde sequuta, hæc omnia detestatur, & reprobatur, & habet actū absolutū ex parte actus, & cōditionatū ex parte obiecti; & recte interpretatur, quod si possibile foret, faceret, quod peccatum, quod fuit, nō fuisset. Et sic illa, quæ nūc dicitur volūtas incōpleta, & velleitas, & volūtas cōditionata, esset volūtas absoluta, si suppositio illa impossibilis nō esset. Vnde Granad, contr. 7. de Poenit. tr. 2. disp. 4. n. 4. docet, quod hic actus mixtā habet efficacitatē, & in efficacitatē; quia detestatur peccata nolēs illa cōmississe; non quia hoc præcise possit efficaciter intēdi, cū sit omnino impossibile; sed quia virtute huius detestationis saltē implicite decernat in futurū præcavere. Vel potius facere, si posset quod non fuisset.

§. V. Vtrū in appetitu sensitivo sit virtus Poenitentia.

47 **V**ltima restat difficultas iā ratiōta sed non plene soluta: quia verecūdia excluditur à Philosopho à ratione virtutis, quia est passio, vel cū passione corporali, vt patet 4. Ethic. lec. 17. Poenitentia autē etiā est passio, vel cū passione doloris, & tristitiæ, vt patet ex S. Greg. hom. 34. in Euangelia dicente, quod poenitere est præterita mala plangere.

48 Respondet Scotus in 4. dist. 14. q. 2. ad 1. quod, & si tristitia sit passio; tamē imperare eā est actus; & sicut dictū est prius, tristitia nō est actus virtutis Poenitentia, etiā quocūq; modo accipiēdo poenitentia, sed Poenitentia virtutis primo modo acceptæ, tristitia est effectus remor; effectus autē proximus causæ immediatæ ipsius tristitiæ.

49 Exponit Vazquez q. 85. ar. 2. nu. 21. quod Scotus nō solū loquitur de tristitia partis sensitivæ, sed etiā de tristitia volūtatē; quæ secūdū Scotū, nō est actus à volūtatē elicitus, sed passio quædam ab obiecto proueniēs; & ideo nō est actus virtutis; sed quia authores, quos referunt, & sequuntur Vazq. 1. 2. disp. 14. & Aluar. ibid. disp. 30. docet tristitiā esse actionē vitalem, nō mōnō, quā delectationē, & amorē; idē oex hac parte tristitia appetitus sensitivi nō excluditur à ratione virtutis, si sit regulara.

Alia

30 Alia via quidā relati à Paludano, vbi infra, dicit poenitentia, prout est actus sensitivæ partis, non esse actū virtutis Poenitentia ab ea immediate elicitū: quia, nulla potētia sensitiva apprehēdit peccatū prout est Dei offensivū. Quod tamē facit poenitentia, de qua loquimur: Quod & confirmatur ex D. Thomae. q. 85. ar. 1. in corpore dicente, quod dolor, vel tristitia, secūdum quod est passio quædam appetitus sensitivi, nō est virtus, sed passio sic enim habet corporalē trāsmutationē adiūtā, vt ait ad 2. quod & docet art. 4. corp. & ad 1.

51 Nilominus Paludan. in 4. dist. 14. q. 2. ar. 2. n. 11. sic ait. Poenitentia sensitivū, siue sit ipsū plangere, vel flere, siue dolor cordis (licet sit actus nō à poenitentia elicitus; quia ipsa est involūtate, & nullū actū elicit extra suū subiectū) nihilominus tamē potest dici *actus virtutis Poenitentia simpliciter*; quia est ab ea per se, & non per accidens intētus, & imperatus. Et hoc primo patet per simile: quia sicut genuflexiones, & huiusmodi sunt actus latræ imperati; & affectio animi interior, quavis ipsa sit in volūtatē, & habeat Dei honorem pro formali obiecto, quod nō potest virtus sensitiva apprehēdere; & nihilominus dicitur actus latræ simpliciter; licet nō principaliter. Sic licet peccatū, vt est Dei offensivū, nō sit à sensu cognoscibile; nihilominus circa hoc potest actus sensitivus imperari per se, & directe; & per hoc esse actus virtutis simpliciter, alias nullus actus exterior erit actus virtutis. Itē, si sua ratio est bona, quod dolere sensibile nō sit actus virtutis, quia sensus nō apprehēdit peccatū vt est Dei offensivū, hic nulla virtus esset in appetitu sensitivo, &c. Et quod Thomas dicit, quod Poenitentia passio nō est actus virtutis, verum est. Sed prout electione elicitur, vel imperatur, & secūdum rationem poenitet, est actus virtutis.

52 Idem docet Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. *§. Hinc fit*, & art. 4. *§. Vtrū autem*, dicens, quod licet tristitia per se non sit virtus; est tamē quia nascitur ex recta voluntatis electione. Et satis est, quod volūtatē, cuius electione illa passio exurgit, Deum attingat. Nam & virtus temperatiæ, & fortitudinis sunt in appetitu sensitivo, quorum actus per charitatem, quæ est in voluntate, referuntur in Deū. Quin vero actus executiarum potentiarum; vt orare, & docere, sunt virtutes; licet nō sint nec cognitivæ, nec appetitivæ: sat enim est, quod fiant ex electione. Quare, & gemitus, & lachrymæ poenitentis actus sunt etiam virtutis.

Aduertit autem ipse Soto in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. cōc. 2. quod dolor, qui est passio appetitus sensitivi; licet cū ex voluntatis electione sit, sit virtus; non tamē est ad virtutem poenitentia necessarius. Tum quod in patria sancti possunt detestari peccata; licet non doleant. Tū quod in via non est in potestate hominis, vt semper eliciatur.

53 Quæ omnia cōmuniter admittuntur; licet discriminentur Theologi; & in modo loquendi an iste actus debeat dici solū imperatus; vel etiā elicitus à poenitentia? Et quoad rē ipsam; an in volūtatē sola sit habitus poenitentia; an vero etiā reperitur in appetitu sensitivo? De quo inf. dub. Nunc aduerte, quod Vazq. q. 85. ar. 1. n. 23. asserit illū actū dici elicitū à virtute; sed impetratū à volūtatē; dicitur elicitus à virtute; quia est eiusdē obiecti: cū vero virtus imperatur à virtute, est alterius obiecti; quā virtus, quæ imperat. Sed quia actus potest esse ex motivo duplicis obiecti; & hic potest miseri quaestio de nomine, pro quaestione de re ipsa, vide insimili, quæ de actibus Religionis dixi cap. 30. Theolog. Moral. quest. 2. §. 2.

54 Vel si placet, distingue cū Aluarez 1. 2. disp. 92. n. 14. & 15. & Patrib. Carmelitanis 1. 2. trac. 12. disp. 2. dub. 1. n. 8. (insinuatque Bañez, licet in terminis non exprimat 2. 2. q. 3. ar. 1. ad 3.) quod dupliciter potest aliquis actus dici elicitus ab aliqua virtute: vel propriē, & strictē, quia est immediata eius operatio, ac proinde manet in eadē potētia: vel large, ex eo solū quod non sit media alia virtute, quāvis mediet alia potentia. Et sic actus ille, quæ Paludanus vocat virtutis poenitentia simpliciter; licet ab ea non sit elicitus; potest dici elicitus large; licet nō sit elicitus strictē. Sed dum de re cōstat, partim refert sic, vel aliter loqui. Videatur D. Thomas in 4. dist. 15. q. 4. art. 1. q. 2.

DVBIVM SECVNDVM. Vtrū poenitentia sit specialis virtus?

§. I. Conclusio affirmans est cōmunis.

Refert D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3. quod quidā dixerūt, quod poenitere non est actus alicuius specialis virtutis; sed omnes virtutis cōmuniter. Ita Antistidiorēsis lib. 4. sum. trac. 6. q. 3. & Major in 4. dist. 14. q. 2. dub. 1. Ex parte fauēt Alexander Alenſis 4. p. q. 12. memb. 7. art.

1. §. 2. docens poenitentiam esse quodam modo virtutem generalem, secundum actum, qui transit in peccatum: quia odium & detestatio peccati actus generalis est; & ideo secundum hunc actum virtus Poenitentiae est quodam modo generalis: sed tamen virtus poenitentiae secundum actum, qui transit in personam, est specialis: quia est actus, quo vult se ipsum punire veluti in compensationem delicti. Cirantur Scotus, & Gabriel, & Ioannes de Medina: sed tamen non loquuntur de omni actu Poenitentiae, sed solum de odio, & detestatione peccati: & ideo commodius infra eorum sententia proponetur.

2. Potissima fundamenta huius sententiae tangit D. Thomas tribus argumentis, quae sibi obijcit art. 2. praecipue primum, quod est praecipuum, in hac forma proponit. Eiusdem rationis est gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis perpetratis. Sed gaudium de bono prius facto, non est specialis virtus, sed est quidam affectus laudabilis ex charitate proveniens, ut patet ex D. August. libro 14. de Civit. Dei capitulo 7. vnde & Apostolus 1. ad Cor. 13. dicit, quod charitas: *Non gaudet super iniquitate; congaudet autem veritati.* Ergo pari ratione, nec poenitentia, quae est dolor de peccatis, praeteritis est specialis virtus; sed est quidam affectus ex charitate proveniens.

3. Nihilominus merito communiter Theologi docent, quod poenitentia est specialis virtus. Probat D. Thomas articulo 2. nam sicut in secunda parte habitum est 1. 2. quaest. 54. artic. 1. ad 1. & articulo 2. species habituum distinguuntur secundum species actuum. Et ideo ubi occurrit specialis actus laudabilis, ibi necesse est ponere specialem habitum virtutis. Manifestum est autem, quod in poenitentia invenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet: *Operari ad destructionem peccati praeteriti, in quantum est Dei offensam: quod non pertinet ad rationem alterius virtutis.* Vnde necesse est ponere, quod poenitentia est specialis virtus.

4. In hac ratione omnes agnoscunt discursum esse legitimum: & facile admittunt maiorem: vnde tota difficultas est in explicanda minori, & probanda, & in assignando proprio actu poenitentiae, & in ostendendo, quod ad nullam aliam virtutem pertinet: ex his enim pendet radix necessitatis Poenitentiae, quae sit specialis virtus.

§. II. Quidam male exponunt proprium actum Poenitentiae

5. Vos antiquorum dicendi modos refert, & impugnat D. Thomas in 4. illa quaestione tertia, his verbis. Et ideo alij dicunt, quod poenitentia est specialis virtus: & specificatur ex hoc quod detestatur peccatum commissum a se: Sed hoc non potest specificare virtutem, quia cum virtus sit peccato contraria, maxime repugnat ei, prout est in eodem subiecto: vnde hoc est omni virtuti commune, quod vitium repellit a suo subiecto.

6. Et ideo alij dicunt, quod specificatur ex hoc, quod detestatur peccatum a se commissum sub spe veniae: Sed hoc non potest esse; quia nulla virtus recipit speciem ex hoc, quod imperatur ab alia virtute. Quod autem dicitur, ex spe veniae, nihil aliud dicit quam imperium spei: vnde ex hoc non haberet, quod esset specialis virtus: sicut nec actus castitatis, propter hoc quod a charitate imparatur, speciem recipit virtutis specialis.

7. Richardus in 4. dist. 14. art. 1. q. 2. ait, quod Poenitentiae obiectum proprium est proprium actuale peccatum sub ratione qua est transgressio divinae legis vindicabilis, & expiabilis per actum ipsius poenitentis. Et ad 1. ait, charitas opponitur cuilibet peccato mortali in quantum quodlibet peccatum mortale est contrarium sumae bonitati, & poenitentia cuilibet peccato in quantum est contra iustitiam divinae legis & expiabile per actum poenitentis. Idem dicit ar. 2. q. 1. & 2. ar. 3. q. 1. & 2.

8. Sed contra est Primo, quod non assignat actum primum Poenitentiae: de quo postea. Deinde arguit Vazquez articulo 2. dubio unico numero 36. & 37. quoniam qua ratione contra iustitiam attributum considerans peccatum, considerare etiam poteris contra aliam Dei attributa: & sic considerare poteris in peccato multas rationes, quibus odio haberi possit ab alijs virtutibus: quod esset gratis, & absque ratione dictum. Praeterea, si sermo sit de iustitia praceptorum Dei, quibus opponitur peccatum, sub ista ratione odio habet peccatum quodcumque obedientia, sub ea ratione, qua fit contra divinum praecipuum: sicut enim obedientia habet pro materia omne opus pra.

praecipui, ut constat ex D. Thoma 2. 2. q. 104. articulo 2. sic etiam habere potest pro obiecto, quod odio prosequatur, omne peccatum, quod est contra praecipuum sub illa formali ratione, quatenus est contra praecipuum.

9. Alia opinio est Scoti in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. §. De secunda & tota q. 2. vbi distinguit quatuor actus Poenitentiae, videlicet committum, detestari commissum, acceptare poenam inflictam; patienter ferre poenam inflictam: & primus actus, qui est velle punire, est causa, vel imperat actus subseqentes: & ita specialis actus poenitentiae pertinet ad iustitiam vindicativam. Sequuntur Scotista, cum quibus D. Gadillo cap. 2. de Poenit. a dub. 3. vsque ad dub. 12. cum tamen ponant praecipuum actum Poenitentiae esse vindicare peccatum, dicit n. 32. dub. 8. & dub. 10 n. 37. poenitentiam esse in Deo: quia peccatum alienum potest Deus velle vindicare per punitionem. Nam indicat Scotus in 4. dist. 14. q. 2. §. Ad argumenta. ver. Aliter, quatenus affirmat, esse materiale virtuti Poenitentiae, quod peccatum ad quod vindicandum inclinatur, sit proprium, vel alienum. De quo tamen dicemus agendo de subiecto Poenitentiae, & de obiecto contritionis: nam voces Theologorum ab horrent Deum vocare poenitentem, aut credentem, aut merentem, aut orantem. Principalem sententiam sequitur Gabriel quaest. 1. artic. 3. dub. 3. Quamvis etiam opinionem D. Thomae sequatur: Ex parte sequitur Vazquez, q. 83. art. 2. dub. unico a n. 36. vsque ad 60. quamvis non censeat necessarium tot actus multiplicare: & tandem docet, quod proprius actus virtutis specialis Poenitentiae est. *Velle recompensare Deo pro peccato.* In quo ex parte convenit cum communi sententia, licet male neget odium peccati, ut est offensam Dei expiabilem per actum peccatoris, esse actum Poenitentiae.

10. Ipsam principalem sententiam bene rejicit Soto in 4. dist. 14. q. 2. ar. 2. in primis nam tot multiplicare actus in poenitentia adeo non est necessarium, ut confusio pariat. Neque vero arbitror Scotum intellexisse in propria forma esse requisitos: plebs etenim, quin vero viri docti, dum ad mentem redeunt, eiusmodi munerum, aut ordinum actuum nequaquam recordantur. Imo, neque primus est velle punire, sed certe detestatio illa, quae est, nollem peccasse: haec enim est substantia poenitentiae; vnde naturaliter sub sequi-

tur dolor, & propositum emendandi vitam, & satisfaciendi; per quam vtrique satisfactionem vindictam, & supplicium sumunt de peccatis. Quin vero unus potest esse actus, eiusmodi intentiones includens: quis enim dixerit hominem prius velle punire peccatum, quam ei displiceret? Ad haec art. 3. monstrabimus velle punire non satis exprimere rationem Poenitentiae: nam punire solum dicit exactio nem penae pro culpa: poenitentia vero dicit auferre culpam.

11. Denique Ioannes de Medina Codice de Poenitentia tract. 1. q. 1. licet in solutione ad 4. expresse teneat conclusionem D. Thomae; tamen post solutionem ad 5. sic ait. Quod si velis poenitentiam ad aliquam virtutem ex notis reducere, id facile poteris, si obiectum ipsius poenitentiae attendas, simul, & finem, quem poenitens principaliter intendit: ex parte quidem obiecti, quod homo detestatur, & odit, ad illam virtutem pertinet, cui contrariatur ipsum peccatum, de quo poenitet homo. Non obstante quod sint habitus realiter differentes. Ex parte etiam finis ad illam reducitur virtutem, quae ad illum finem directe inclinatur; ut si homo de peccatis commissis doleat, intendens principaliter punire quod male fecit; ad iustitiam pertinet. Si vero principaliter intendat Deo reconciliari, ad amicitiam, seu Dei charitatem videtur reduci. Si autem principaliter intendat veniam peccatorum impetrare, ad charitatem sui, seu elemosinam, aut misericordiam reduci videtur; quam non solum proximis, sed nobis ipsis debemus impendere: prout scriptum est Eccl. 30. *Miserere animae tuae placens Deo.* Prohis facit, quod S. Ambrosius ait, *affectus tuus, inquit, operi tuo nomine imponit.* Haec Ioannes de Medina.

12. Et Raphael Aueria q. 2. de Poenitentia sec. 2. concl. 1. ait, quod summi potest poenitentia generaliter prout spectans ad omnes, & singulas virtutes in propria materia: quia prorsus eiusdem moralitatis est, velle bonum aliquod honestum, & nolle malum illi oppositum. Conclusionem secundam dicit, quod poenitentia potest summi prout inclusa in charitate Dei, vel virtute spei, vel alia ex virtutibus; Quia ad eandem virtutem pertinet gaudere de bono, & dolere de malo opposito: vnde ad charitatem, ad quam pertinet gaudere de bono Dei, expectat dolere de peccato appro-

hensio vt malo Dei. Ideoque contritio est dolor de peccatis propter Deum sum me dilectum. Et etiam peccatum malum spirituale peccantis: vnde ad virtutem spei, ad quam pertinet velle sibi bonum spirituale, gloriam eternam, spectauit etiam dolere, seu poenitere de peccato quatenus sub hoc motiuo consideratur. Ad virtutem vero obedientiae, quatenus peccatum est contra legem.

13 Iam tamen praecipue occupauerat D. Thomas in 4. sententiarum illa quaestiuicula tertia notans, quod nulla virtus recipit speciem ex hoc quod imperatur ab alia virtute. Et signanter ibi ad tertium ait, quod quamuis detestari absolute mala peccata consequatur omnem virtutem secundum quod habet electionem rectam; tamen ad expiationem detestari, est proprium specialis virtutis. Et radicatus hoc explicat D. Thomas hic art. 2. ad 1. dicens, quod a charitate derivatur aliquis actus dupliciter: vno modo sicut ab ea elicited & talis actus virtuosus non requirit aliam virtutem praeter charitatem: sicut diligere bonum, gaudere de eo, & tritari de opposito. Alio modo aliquis actus a charitate procedit quasi a charitate imperatus. Et sic quia ipsa imperat omnibus virtutibus (vt potest ordinans eas ad finem suum) actus a charitate procedens, potest etiam ad aliam specialem virtutem pertinere. Si ergo in actu poenitentis consideretur sola displicentia peccati praeteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet: sicut & gaudere de bonis praeteritis. Sed intentio operandi ad delationem peccati praeteriti, requirit specialem virtutem sub charitate.

14 Ex quo infert Soto sol. ad 1. quod si in actu poenitentis sola displicentia peccati praeteriti simpliciter consideretur, nulla speciali opus esset virtute poenitentiae: nam odium offensae Dei actus est elicited charitatis, sicut eius amor: atque a deo simplex ille dolor proprius eius est actus, sicut gaudium de bono virtus. Sed tamen actus poenitentiae non solum dicit dolorem quemlibet, sed peculiarem ad delendum peccatum, & totam emendandam vitam: quod non est proprium officium charitatis: & ideo ad eliciedendum illum actum requiritur specialis virtus poenitentiae. Nihilominus charitas virtutum omnium imperatrix, imperat poenitentiae ad eundem actum eliciedendum. Quia vero fides, & spes, & timor

& humilitas, & patientia, & multae aliae virtutes eidem imperant poenitentiae, vt timor seruilis, qui virtutem poenitentiae excitat. Sicut vice versa ipsa virtus poenitentiae imperat alijs, quae sibi sunt adiuuicula ad illum conlandum dolorem, veluti humilitati, verecundiae, & patientiae. Vt enim citharadus consonantibus fidibus ad eandem musicam vtitur; sic poenitens virtutum choro ad poenitentiam perficiendam. Haec Soto. Videantur S. Ioh. Chrysostomus libr. 2. de compunctione non longe a principio, & S. Bernardus sermone 10. in Cantica, ab illis verbis: *Et conuentum, quod sibi conficit anima multis irretita criminibus, &c.* Et D. Thomas hic art. 3. ad 4. & art. 5.

15 Conformiter ad haec notat Cano Relectione de Poenitentia p. 2. conc. 2. quod dolere de peccatis, eo quod contra rationem rectam facta sunt, non pertinet ad aliquam specialem virtutem. Cum enim omnis virtus sit conformis rectae rationi, eadem sufficit, & vt placeat quidquid rationi consentaneum est, & vt displiceat, quod a recta ratione discordat. Vnde temperantia satis est, vt de testemur actus in temperantiae, & iustitia vt iniustitiam abominemur.

16 Praeterea dicit exploratum esse, dolere de peccato vt languenti animo medeamur, non indigere alia virtute praeter charitatem. Nam sicut ex amore naturali medicinam appono morbis corporis; ita ex charitate qua me ipsum diligo propter Deum, medicinam affero agnitionibus animae. Atque ab eadem omnino charitate est tritari de culpa, vt mihi conciliem Deum. Etenim quaecumque humana actio, ob id parata vt comparem amicitiam hominis, nullam exigat specialem virtutem humanam; sed ex quodam desiderio amicitiae consequenda proficiscitur: quod inchoatio quaedam est; & veluti amicitiae semen. Tritari ergo de peccato vt in gratiam Dei reddeamus, inchoatio quaedam est diuinae amicitiae, nec ad aliam virtutem pertinere potest.

§. III. Propius, & principalis actus poenitentiae.

17 **H**ic igitur reiectis, relinquatur dicendo secundo, quod proprius, & principalis actus poenitentiae, exigens virtutem specialem, & qui ad nullam aliam virtutem sub hoc mo-

tio pertinet, est detestari peccatum vt est offensa Dei, vt expiabilis, & delebilis per actum peccatoris. Ita S. Thomas art. 2. & 3. & in 4. sent. vbi supra. Paludanus in 4. dist. 14. q. 1. n. 12. & q. 2. n. 7. Capreolus q. 1. art. 3. ad argumenta Aureoli contra secundam, vbi dicit, quod principalis Poenitentiae actus est dolere, & detestari. Et quod actus completus Poenitentiae duo obiecta respicit, scilicet, culpam, de qua dolet, & poenam, quam assumit. Vtrum autem eodem simplici actu doleat de peccato, & eligat poenam, & emendam; an sint duo actus? Non refert ad propositum. Sed videtur quod sit idem actus habens duo obiecta ordinem inter se habentia, &c. Soto dist. 14. q. 2. art. 2. §. *Hinc ergo*: & ad 2. Marinus Ledesma, 1. p. Quarti q. 26. art. 2. Nufio q. 85. art. 2. dub. 1. Araujo dub. 1. conc. 3.

18 Probat Cano Relec. de Poenitentia parte 2. conc. 2. §. *Tristari ergo* (inquit) de culpa, eo fine vt compensetur offensa, quae aduersus Deum commissae est, id nos asserimus exigere propriam, specialemque virtutem. Nam, vt dare Petro pecuniam, si in se quidem absolute consideretur, nullam habet laudem; sed si do vt releuem miseriam eius, actus est misericordiae: sicut bene illi faciam, scilicet, quia bonum ipsius est; ad beneuolentiam, & amicitiam pertinet. Sin vero tanquam donum gratuitum pecunias confero, nepe vt suo loco, & tempore, quibus decet; distribuantur, ad virtutem liberalitatis spectat. Ita tristitiam assumere, quia iniuriam Deo factam compensatio fiat, a virtute speciali oriatur necesse est; cum finis ille tam specialis sit, vt pertinere ad duas virtutes nequeat; nedum ad plures: diuersa quippe formalia motiua voluntatis diuersae sunt formales rationes obiecti: at que consequenter diuersos habitus, & virtutes efficiunt.

Praeterea, si quem haerese sua poenitentat vt emendetur offensa Deo facta, actus virtutis sine dubio est. Nec tamen potest elici a fide, quae est in intellectu. Sed ne ab alijs quidem virtutibus generaliter. Dabitur ergo aliqua specialis virtus, vnde ille actus existat: quam nos poenitentiam appellamus.

Postremo, velle compensare iniuriam factam proximo requirit specialem virtutem: ergo & velle compensare, ac vindicare iniuriam factam Deo.

19 Idem docent Valentia hic, q. 2. punct. 1. Henriquez lib. 1. de Poenit. cap.

19. §. 2. Granada contro. 7. de Poenit. tract. 2. disp. 3. a. n. 3. vsque ad 7. vbi sic probat. Consentaneum rationi est detestari, & conari destruere iniuriam illam tam domino, patri, amico; benefactoris: multo igitur magis decens, & honestum est detestari peccatum, quod intrinsece est iniuria in Deum summum nostrum, & rerum omnium Dominum, amantissimum Patrem, fidelissimum amicum, maximum benefactorem: quae omnia munia praestat Deus praesertim comparatione bonorum super naturalium gratiae, & gloriae: & ideo honestas in hac detestatione reperta pertinet ad ordinem supernaturalem. Rursus, detestatio, si vera est, & seria, ex modo ipso affectus voluntatis conatur euertere iniuriam, seu maius, quod detestatur. Non potest autem aliter hic affectus haberi melius, quam si quis velit non peccasse, exoptet offerre compensationem iniuriae, quo funditus extinguatur, & decernat nunquam iterum ad peccandum redire. Habet ergo poenitentia pro formali obiecto honestatem, quae reperitur in eo, quod peccatum destruitur, & compensetur iniuria illata Deo. Ex quo fit, hoc obiectum formale esse proprium, & peculiare virtutis poenitentiae: quia nulla alia virtus est, quae speciem desumat ab honestate intrinsece reperta in eo solum quod peccatum seu iniuria iam Deo irrogata destruitur, & compensetur.

20 Sed arguit Vazquez diffuse a. n. 17. vsque ad 38. Odium peccati vt est Dei offensa, est charitatis actus, si secundum se accipiatur: quia eiusdem virtutis est diligere bonum proprium, & odio habere malum contrarium: ergo etiam erit charitatis actus si sit simul cum intentione satisfaciendi; si vnusquisque actus habeat suum finem: quia erunt actus omnino diuersi, nec ad inuicem non sub ordinati: & per hoc quod sint simul non tollitur quod vnusquisque suae propriae virtutis finem, & rationem retineat. Nec apparet qualiter isti actus possint ad inuicem sub ordinari: nec qualiter per sub ordinationem deperdatur quod ille actus sit charitatis. Nec potest dici, quod est vnus actus velle compensare offensam, & odio habere peccatum: quoniam impossibile est hoc modo non esse actum aliquem voluntatis reflexum, qui pro obiecto habeat alium actum voluntatis; & ita necessario erunt duo actus. Neque idem actus potest esse intentio, & electio.

Et id dato, oportet assignare in obiectis, & rationem appetibilis propter aliud, & appetibilis propter se.

21 Ad hoc iam responderat Capreolus esse eundem actum. Et Araujo n. 20, respondet, quod cum actus intellectus, & voluntatis super se invicem reflectantur, vt docet D. Thomas in 1. dist. 10. q. 1. art. 5. ad 2. & dist. 17. quæst. 1. art. 5. ad 4. eodem actu intelligit intellectus se intelligere, quo intelligit obiectum ad extra: & eodem actu amoris, quo voluntas amat rem amatam, vult etiam se amare: ac proinde eodem actu odij & detestationis peccati ex motiuo pœnitentiæ, vult compensare Deo offensam per odium, & dolorem illius. Sicut eodem actu electionis ex motiuo iustitiæ vult homo satisfacere pro humana iniuria personæ læsæ, & simul satisfacit eligendo debitam satisfactionem exterius exhibendam. Et cum detestatio peccati ad satisfaciendum Deo non importet diuersa motiua formalia; ideo non oportet multiplicare actus, per se loquendo. Per accidens tamen potest pœnitens pro sua libertate multiplicare actus, & in actu signato per alium actum reflexum velle actum detestationis assumendum in satisfactionem peccati. Et se habent sicut actus electiui reflexus, & directus, vt vult Araujo. Et quamuis, vt admittit Capreolus, se habeant vt intentio, & electio: tamen vno, & eodem actu potest voluntas ferri in finem, & in ea, quæ sunt ad finem, secundum quod finis est ratio volendi ea, quæ sunt ad finem, vt expressè docet D. Thomas 1. 2. q. 8. art. 3. & q. 12. art. 4.

22 Aliam rationem, quam proponunt Soto, & Martinus Ledesma, & Vasolis, late defendit Araujo à nu. 17. Probationem aliã ex autoritatibus, efficacem non esse contendit Auersa q. 2. sec. 2. conc. 3. Sed certe non sine mysterio Concilii Trident. sel. 6. can. 3. distincte nominavit, *credere, sperare, diligere, & pœnitere*. Bene video ibi expressè non haberi: quia vt ait Vazquez n. 60. Patres commẽdantes pœnitentiam, non curant eam distinguere à contritione, & actu charitatis. Nec ad iustificationem requiritur explicitus actus sub motiuo satisfaciendi pro offensa. Nec huc vsque diffinitum est pœnitentiam esse specialem virtutem. Sat est id haberi ex communi Theologorũ, & ex ratione à priori iam exposita.

23 Possit quis alia via satisfacere difficultati proposita dicendo, odium quidẽ peccati esse actum charitatis, actum vero pœnitentiæ esse ab illo diuersum, quia respicit solum bonum compensationis: & in hoc dicendi modo non habet locũ tota illa obiectio Vazquez. Et ita defendit Becanus de Sacramento pœnitentiæ cap. 30. q. 3. dicens obiectum adæquatam pœnitentiæ esse solum modo bonum sub ratione boni: quia pœnitentia proprie est, quæ intendit compensare diuinam iniuriam, satisfacere Deo offenso; quæ compensatio, & satisfactio bonum quid est. Idem videtur docere Granad. trac. 2. disp. 3. n. 3. dicens, obiectũ formale virtutis pœnitentiæ esse eam supernaturalem honestatem, quam recta ratio innenit in eo, quod peccatum commissum destruat, quantum est ex parte conatus voluntatis creatę diuinitus adiutę, atque adeo quod compesctur iniuria Deo irrogata, seu resartiat ius diuinum læsum. Aduertitque nu. 4. se loqui de obiecto adæquato: & 8. dicit, quod nõ est obiectum formale pœnitentiæ ille conatus in destructionem peccati, & illa compensatio effecta à voluntate; sed honestas supernaturalis, quæ reperitur in peccato; vt destructibili per actum detestationis tendentis in illud, & in iure diuino læso, quatenus compensabili per actum, qui hoc ius respiciat.

24 Contra hanc doctrinam arguit Lugo disp. 2. sec. 2. num. 17. quia inducit virtutem pœnitentiæ, quæ nunquam pœnitent, & doleat de peccatis: quod sane videtur contra omnium mentem, qui præcipuum pœnitentiæ actum cogitant esse pœnitere, & dolere: vt patet ex S. Gregor. hom. 34. in Euang. & lib. 9. Registri epist. 39. & S. Hieron. in Psalm. 118. ad illa verba: *Exitus aquarum*, S. August. lib. 2. q. q. ad Simplicianum q. 2. S. Ambros. serm. 1. Quadrag. relato cap. 39. de Pœnit. dist. 1. dicente, *Pœnitentia vera est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit*. Et S. August. ibi cap. *Non sufficit*. Et Magister in 4. distinct. 14. *Pœnitentia est virtus, quæ mala commissa, cum emendationis proposito planamus, & odimus*.

Adde D. Thomam in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 6. ad 6. & hac 3. part. q. 84. art. 7. & 8. vbi & assert S. Augustinum, & q. 85. ar. 1. ait: *Pœnitere est de aliquo prius a se factõ dolere*. Quod & docet ad 2. & art. 3. in corpore, & alibi sæpè. Et in Catechismo ad Parochos de Pœnitentia, cap. 2. dicitur:

Nec

Negare præterea nemo potest, quin dolere, quando quomodo, & quatenus oportet, virtus sit. Hoc autem vt recte fiat pœnitentiæ virtus præstat.

25 Ex quo sic formatur argumentũ: Pœnitentiæ virtus potissimum est ad dolendum de peccatis commissis, vt Patres Theologi docent. Imò Concilium Tridentinum sel. 14. cap. 4. docet, *quod contritio, quæ primũ locum inter pœnitentiæ actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, &c.* Et postea docet Sacerdotum clamores, & gemitus *ex vehemẽti quodam ante astra vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione mansisse*. Virtus autem, quæ solum respiceret formaliter bonum compensationis, non est ad dolendum de peccatis: illud enim bonum, prævisè, non mouet ad dolendum de peccato præterito, cum peccatum præteritum non obstat, imò profit compensationi ponendæ: nam sine peccato non posset esse compensatio.

26 Vtget etiam Lugo satis prolixè tota sectione tertia, quo modo possit esse motiuum honestum illud cuius honestas includit peccatum, vel offensam præteritam. Compensatio autem, vt compensatio, includit offensam præteritam, & actionem præsentem, obsequij: ergo virtus illa, quæ afficitur formaliter erga hanc pulchritudinem, & honestatem, necesse est, quod afficiatur erga vtrãque partem illius complexi, altera enim sola, prout condistincta ab altera, non est compensatio adæquate, sed dimidia pars compensationis. Concedit ergo Lugo, quod bonum compensationis est per se appetibile, & potest terminare actum virtutis distincta à pœnitentiã: & quod hæc compensatio includit simplicem complacentiam, & affectum erga peccatum præteritum, prout de facto Ecclesia gaudet, non absolute, sed affectu simplici de peccato Adæ propter bonum Redemptionis inde secutum, iuxta illud: *Osæliæ culpa, &c.* vt expressè ait, n. 37.

27 Rectè tamen hæc impugnat Auersa quæst. 2. de Pœnitentiã sec. 6. dicens: *Verum, per se absurdum apparet dicere, in mente pœnitentis esse, & debere esse affectum erga peccatum præteritum, per modum scilicet prolequutionis, & amoris: & talem affectum includi in eo ipso actu, quo pœnitens recedit, ac recedere, & auerti debet ab ipso peccato: Quin imò in mente, & affectu pœnitentis est, & esse debet odium, abominatio,*

ac detestatio peccati. Est, ac esse debet talis voluntas, quæ nollet se offendisse Deum; & si posset facere vt peccatum non fuisset, fateret. Animus pœnitentis est, ac esse debet, destruendi, & abolendi peccatum quantum potest: quod directè opponitur affectui erga peccatum, &c. Quod infra explicat varijs exemplis: *Index vult punire, & punit delicta, ac Deus ipse peccata: & amat hanc honestatem iustitiæ vindictiæ consistentem in hac punitione: quæ quidem exerceri non posset absque præuijs peccatis: sed non per hoc habet affectu aliquem erga ipsa delicta, & peccata. Quæuis hunc ipsum affectum in Deo admittat Lugo num. 6. Quod sane tolerari non potest, &c.* Similiter agrotus, vult, & amat remedium, quo curetur; sed non per hoc habet affectum erga morbum, de quo potius habet maximam displicentiam: Hęc & alia tale prosequitur Auersa:

28 Sed vnico verbo, totum id rejicitur: quia vt omnes admittunt cum D. Thoma quæst. 84. art. 2. *Peccata sunt materia remota pœnitentiæ, non acceptanda, sed detestanda, & destruenda*. Vnde compensatio, licet supponat peccata, non tamen nunc ea amat, sed odio habet: Vnde solũ rejicienda est præcedens positio, quia compensatio non dicit actum adæquatam pœnitentiã: quia præcedit, & prius dicit displicentiam, odium, & detestationem, & reprobationem eius, quod olim placuit, & ideo operatur ad delendum, & satisfaciendum Deo. Rectè ergo dixit Capreolus, quod actus completus pœnitentiæ duo obiecta respicit, peccatum quod odit, & satisfactionem, quam assumit. Sed odium peccati vt est malum Dei, est actus charitatis; sed odium peccati vt est offensa emendabilis, est actus

pœnitentiæ, vt ait Diu.

Thomas art. 3.

(.1.2.)



DVBIUM TERTIVM.

Vtrum Pœnitentiâ sit virtus à Religione distincta?

§. I. Opinio negans.

Proponitur ad examinandam opinionem Cardinalis Caietani, qui hac q. 85. art. 2. duo assertit. Primum quamvis actus pœnitentiæ sit actus virtutis specialis; sed non est actus virtutis ab alijs distincta. Probat primo ex proprijs: quia nulla virtus exigit, aut præexigit habentem ipsam sub illius contrariio. Sed pœnitentiâ præexigit pœnitentem fuisse sub peccato, quod contrariatur pœnitentiæ. Ergo pœnitentiâ non est specialis virtus. Et hæc ratio (inquit) convincit intellectum meum.

Quæ, & confirmatur, quia virtutum semina sunt ita nobis insita vt possint à nobis acquiri cum auxilio diuino, & recta ratione, & vt non sit necesse nos peccare, si omnes habendæ sunt virtutes in actu: sed ad pœnitentiæ virtutem habendam in actu impossibile est nos peruenire, nisi peccatum interueniat: igitur non est virtus specialis. Nec euaditur hæc confirmatio ex hoc, quod pœnitentiâ ponitur virtus non acquisita, sed infusa: quoniam simile est de vtriusque iudiciu, quoad hoc, quod non oportet peccare, vt virtutes habeamus in actu.

Et confirmatur iterum ex parte subiecti: quia in Christo fuerunt omnes virtutes: & tamen in ipso non fuit pœnitentiâ.

2 Altera ratio est ex parte obiecti, quia scilicet obiectum hoc, scilicet, offensa, vt recompensabilis per actum proprium, &c. non requirit propriam virtutem. Quod ex duobus apparet. Primo, ex eo quod inter homines obiectum hoc laudabili actu voluntario attingitur, vt patet, cum is, qui aliquem offendit, humiliat se illi, confitendo se male fecisse, dolendo de offensa, & subiuciendo se illi ad recompensandam offensam: per hos enim actus recuperat offensi gratiâ: iuxta illud, *Parcere subiectis, & debellare superbos*. Et tamen nulla virtus specialis ponitur propter actum, aut obiectum istud. Proportionaliter igitur loquendo, nulla

est ponenda specialis virtus ad recompensandam Dei offensam. Secundo ex eo quod ad huiusmodi recompensationem inuenitur alia virtus sufficiens, scilicet religio, vt in secundo asserto magis declarat.

3 Dicit ergo Caietanus secundo: quod actus pœnitentiæ est actus religionis: si quidem religionis actus est subijcere se Deo reddereque illi debitum, non minus offenso, quam benefactori: ita quod sicut reddere Deo debitum ob beneficia suscepta non exigit specialem virtutem ultra religionem; eadem ratione reddere Deo debitum ob offensam in eum ad Religionem quoque spectabit: cadunt enim hæc speciales rationes debiti, scilicet, pro beneficijs, & pro offensa, sub illa communi ratione debiti, quam attendit religio.

Et confirmatur, quia præcipuus actus pœnitentiæ coincidit cum actu primo Religionis: subiectio enim hominis ad Deum, est præcipuum quod pœnitentiâ virtus offert Deo in recompensam: quam eandem offert religio; secundum actum quidem deuotionis absolute; secundum vero actum gratitudinis, pro beneficijs receptis; secundum actum pœnitentiæ pro offensa commissa. Vnde sicut Religionis quidam actus est recompensare beneficia, ita recompensare peccata.

Et confirmatur hoc quia in lege veteri actu Religionis expiatur peccatum: & David cor contritum, & humiliatum (quod est ipsa emenda pro peccato) sacrificium appellat.

4 Præterea id explicat, distinguendo duos actus pœnitentiæ; alterum ad recompensandam offensam, alterum ad recompensandam indulgentiam: nam peccato & Deum offendimus, & nobis plus indulgemus, quam fas erar: & primum, quod est præcipuum in pœnitentiâ, vocatur satisfacere quoad culpam; secundum satisfacere quoad penam. Horum autem actuum (vt ex his, quæ inter homines videmus ad diuina ascendamus) primus consistit in tribus, scilicet, displicentiâ de offensa, confessione peccati, & submissione sui ad offensum: cum his enim tribus recurrit homo ad hominem pœnitentiâ: & si his non placatur offensus, nulla restat recta via obtinendi conciliationem offensi. Secunda autem satisfactio consistit luendo penam, vt clare patet. Ex his autem ad diuinam reconcilia-

tio-

tionem ascendendo, eadem tria sufficere credimus ad diuinam misericordiam prouocandam. Horum autem nullum aliam virtutem quam charitatem, religionemque requirit: nam displicentiâ offensa in Deum, actus est charitatis; cuius est gaudere, & complacere in bono Diuino. Confessio autem peccati, non solum exterior actus est Religionis, absque alia virtute media imperatus, cuius est enunciare peccatum. Submitio autem sui ad Deum, religionis actus est: nec aliquid addit ratio pœnitentiæ, nisi causam scilicet pro offensa: sicut ratio gratitudinis addit pro beneficio.

5 Et probatur ratione, quia Religionis actus est quo excellentiam diuinam, nostramque subiectionem ad Deum profiteretur. Sed vterque istorum actuum, scilicet, interior confessio, & voluntaria submitio in vtriusque professione consistit. Nam qui confitetur Deo aduersus se iniuriam suam, submittendo se, & confessione, & submissione submissionem suam fateretur, simul & excellentiam diuinam, cui se submittit: cuius excellentissima omnipotentia parcendo manifestatur; cuique proprium est misereri semper, & parcere. Est igitur velle operari ad recompensationem offensa pro priâ Deo, Religionis actus elicitus.

6 Et confirmatur, quia virtus pœnitentiæ non est virtus (vt infra patebit) acquisita, sed infusa: non ex ratione naturali, sed ex lumine diuina reuelationis vim habens; eodemque cursu, quo Religio currit accepta. In cuius signum inter præcepta Religionis, ita sunt sacrificia, & orationes pro peccatis, sicut pro beneficijs. Et sicut virginitas dicitur à D. Thoma specialis virtus: quæ tamen non est nisi Religio determinata ad tam excellentem materiam: ita latiori vocabulo potest dici pœnitentiâ specialis virtus. Cum etiam Religio ipsa debitam pœnam exsoluat, vt perficiatur satisfactio debita a filio, seruoque, Domino, ac patri: hoc enim iustum secundum quid Religio attendit inter hominem, & Deum, cum iustum simpliciter esse nequeat. Quod vterius constat, ex eo quod non nullus cultus est diuinæ excellentiæ ex nostra subiectione, vt voluntariè huiusmodi pœnas offeramus ei pro usurpatis contra, aut præter voluntatem diuinam. Hæc omnia acutissime proposuit Caietanus.

7 De quo inquit Soto in 4. dist. 14.

14. q. 2. art. 2. §. Et reuera opinio hæc, quæ uis noua, non omnibus displicet; neque est eorum displiceat. Columnaque sequenti in eius fauorem affert; quod S. Augustinus lib. 10. de Ciuitate Dei, quem refert D. Thomas 2. 2. q. 81. art. 1. ait, quod Religio à religendo dicta est, quem negligentes amiseramus: amittimus autem cum per peccatum: ergo reeligimus per pœnitentiâ.

Accedit, quod Sacramentorum usus, quibus iustificamur, atque adeo pœnitentiæ Sacramentum ad cultum Religionis attingit: subijcere ergo nos clauibus Ecclesiæ Religio est. Probabilemque esse hanc opinionem, docent Martinus Ledesma 1. p. Quarti, q. 26. art. 2. dub. vnico in fine. Ioannes Vincentius in Relectione de gratia Christi, q. 5. fol. 275. Assertiueque tuetur Coninch disp. 1. de Pœnitentiâ. dub. 4. conc. 5. num. 25. & alij.

8 Alia via idem tenent Suarez de Pœnitentiâ disp. 7. sec. 2. & trac. 1. de Relig. lib. 3. cap. 7. Theophilus Raynaudus, lib. 4. de virtut. sec. 4. docentes pœnitentiæ actus ab alijs Religionis actibus differre: habitus tamen infusus potest dici vnus: quia datur sufficiens ratio conuenientiæ inter actum pœnitentiæ, & alios Religionis, videlicet reddendi Deo debitum, seruandi iustitiam.

9 Tandem Lugd. disp. 2. sec. 4. à num. 49. docet, quod obiectum formale pœnitentiæ est æqualitas moralis cum Deo, quæ explicatur per hoc quod est, non habere Deum rationabiliter auersum, & indignatum; seu non dare Deo fundamentum rationabile se auertendi ab homine: sicut inter homines datur similis virtus, vt patet experientia, & ratione naturali; est enim honestum, & laudabile neminem habere offensum, nec rationabiliter auersum: quæ est quædam pœnitentiâ propria, quæ tollit, quæ elat, & offensionem rationabiles aliorum: non vero illa pax, de qua agit S. Thomas 2. 2. q. 29. quæ est effectus charitatis. Quia minus formaliter est Deum habere placatum, seu non offensum, quam eum habere inimicum. Vnde num. 57. dicit pœnitentiâ differre à Religione strictè sumpta: quia pœnitentiâ non colit Deum propter eius excellentiam, quod est proprium Religionis. Potest tamen dici pars potestatiua Religionis: sicut omnes virtutes, quæ respiciunt debitum aliquod hominis erga Deum, possunt dici partes

fo-

potestatiue Religionis; non tamen stri-
cte, & rigurose.

§. II. Poenitentia distinguitur à virtute Religionis.

10 **M**erito tamen Theologi cō-
muniuiter docent poeniten-
tiam tam quoad actum, quam quoad ha-
bitum esse omnino à virtute Religionis
distinguitur. In primis hoc expressè do-
cet D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q.
5. vt probet, quod poenitentia sit pars po-
tentialis iustitiæ, sic ait. Aliquis effici-
tur Deo debitor per hoc, quod ab eo ali-
quid recipit: & hac ratione reddit Deo de-
bitum honorem latria, siue Religio. Alio
modo ex hoc, quod contra Deum peccauit: &
sic reddit Deo debitum poenitentiae: vnde Reli-
gio ponitur pars iustitiæ à Tullio, sicut
non quidem quasi species: sed quasi pars
potentialis, in quantum aliquem mo-
dum iustitiæ participat; ita etiam poe-
nitentia pars iustitiæ debet poni. Et dist.
15. q. 4. ar. 7. q. 1. ad 2. ait, quod non est in-
conueniens actum vnus virtutis impe-
perari à virtute, quæ contra ipsum diui-
ditur, sicut actum temperantiæ interdū
fortitudo imperat: & sic etiam actum la-
triae potest poenitentia imperare: & sic erit
satisfactorius: sicut etiam sacrificia pro
peccatis in veteri lege fiebant, & nunc
fiunt. Hæc D. Thomas conclusionem do-
cens; & rationem à priori tangens, & viā
aperiens ad diluenda argumenta.

11 Idem manifestè supponit hac q.
85. ar. 2. & 3. Nam vt ponderat Soto di-
stin. 14. q. 3. ar. 2. §. Et reuera, vbi cumque
S. Thomas definit aliquam esse specialem
virtutem, intelligit distinctam ab omni-
bus alijs: cum ergo hic dicat poenitentiam
esse specialem virtutem, cui attribuit spe-
cialem actum destruendi peccatum præ-
teritum: manifestè intelligit ita esse spe-
cialem, vt in nullā aliam incidat. Si enim
esset Religio, id ipse explicuisset, vel in
conclusionem, vel in responsionibus argu-
mentorum, quæ hoc exigebant, vel in ter-
tio, vel in articulo subsequenti, vbi tamē
non ait, nisi quod est species iustitiæ. Idē
plane docet D. Thomas 2. 2. q. 32. art. 1.
ad 2. & 3.

12 Attenta etiā propria ratione Re-
ligionis, quam explanat D. Thom. 2. 2.
q. 81. ar. 3. De qua egi cap. 30. Theologiæ
Moralis, q. 1. clara habetur ratio à priori,
quam tangit D. Thom. & exponit, &

alia ratione confirmat. Cetero Relectione
de Poenitentia part. 2. post 2. conc. dicēs:
Religio non reddit Deo quodcumq; de-
bitum, sed honorem; vt poenitentia per se
quidem intendit compensare iniuriam
Dei. Assumit tamen ad hūc finem ea per
quæ compensatur iniuria, quæcumque
illa sint. Vnde primum assumit tristitiā
de vitæ veteri; deinde propositū vitæ; no-
uæ mox exteriorū poenam, & satisfactio-
nem; denique in is omnibus subiectio-
nem, & humilitatem erga Deum his e-
nim homines humanas iniurias solet
compensare. Cum igitur finis poe-
nitentiæ proximus, satque præcipuus
non sit honorem Deo reddere; certe Re-
ligio esse non potest; cuius proximus fi-
nis est reddere Deo cultum.

Præterea non est eiusdem virtutis
reddere debitum honorem principi, &
ipsius offensam compensare: illud enim
ad obseruatiam pertinet; hoc ad iusti-
tiam. Ergo non est eiusdem virtutis
Deum colere, & eius offensam satisfacere.

13 Aliam adijcit probationem Nu-
tio art. 2. dub. 1. cum redarguit quintam
sententiam. Vbi est diuersa difficultas, est
diuersa ratio obiecti virtutis, vt docet
Aristoteles in 5. Ethicor. sed in actibus
poenitentiae est formaliter diuersa diffi-
cultas, quæ non est in actibus Religionis:
ergo sunt diuersæ virtutes. Minorem pro-
bat experientia, qua constat, quod mul-
to difficilius est reddere debitum cultū
pro offensa Deo debita per modum re-
compensationis, puniendo ipsam offen-
sam in se ipso, quod pertinet ad poeniten-
tiam, quam reddere Deo debitum cul-
tum per modum recognitionis supre-
mi dominij: quod pertinet ad Religio-
nem.

14 Vim argumentorum Caietani
poenitus tollunt solutiones, quam adhi-
bet Soto; & ideo transcribere placet: ait
ergo in fine articuli secundi. Vnde ad ar-
gumentum Caietani respondetur, mirā-
dum esse illo argumento si conuinci: ni-
hil enim miraculi est, sic detur aliqua vir-
tus, cuius totum negotium sit morbos
animæ depellere; quæ ideo vsum habere
non potest, nisi supposito morbo: neque
ideo à perfecta virtutis ratione deficiet.
Herba enim, & medicamen, licet non
habeant virtutem nisi pellendi morbos
præsentēs; nihilominus tam proprie sunt
virtuosa, quam quæ bonam valetudinem
conseruant: sicuti, & ars medica, quæ so-
lam

lam haberet vim contra præsentēs mor-
bos, optima esset.

Adde quod verecundia virtus est; aut
saltem laudabilis passio: & tamen non
est nisi deturpi factio. Et vindicatiua iu-
stitia locum non habet nisi in sceleribus
corrigendis, & vlciscendis: quare in
statu naturæ integræ nullus ei pateret
locus. Ob id enim diximus poeniten-
tiam non connumerari virtutibus, nisi
ex transverso, supposita scilicet culpa.
Tamen si culpam tollere, ratio est opti-
ma obiecti; præsertim cum annexum ha-
bet propositum emendandi vitam, qui
est actus directe intentus in bonum.

15 Ad primam confirmationem
respondet, quod semina virtutum in
sunt à natura vt possint à nobis cum au-
xilio diuino acquiri ita vt nullum sit
necessarium peccatum ad illas acquiren-
das, non est vniuersaliter verum; sed
solum verificatur de illis virtutibus, quæ
per se versantur circa bonum, vt tem-
perantia, & reliquæ. Poenitentia vero
non est nisi ad tollendum malum.

16 Ad secundam confirmatio-
nem respondet, quod licet poenitentia
non fuerit in Christo, non ideo minus
fuit virtutibus exornatus, quam S. Pe-
trus, qui Poenitentiam habuit; imò plus
eo quod innocentia præstantior est quam
poenitentia. Sicut neque habuit fidem,
quæ obscura dicit visionem; sed eui-
dentem eorum notitiam, quorum nos
habemus fidem. Quo circa non sequi-
tur, vt Durandus sibi videtur concedere,
quod quanto quis pluries poeniteret,
studiosior esset. Tum quia habitus poe-
nitentiæ non facit per se magis studio-
sum, quam illo carere, si quis esset in-
nocens: Tum quia habitus poeniten-
tiæ non intenditur per frequentationem
actuum, quando per frequentia peccata
mortalia interrumpitur; sed quando
poenitens perseuerat, & non recidit: vt
Magdalena, quæ intensissimum habuit
poenitentiae habitum; & ideo multis in-
nocentibus, qui numquam mortali-
ter deliquerunt, sanctior fuit. Hæc
ibi.

17 Potest addi quod si argumen-
tum conuinceret, probaret, quod poe-
nitere non est actus laudabilis, & bonus:
quia nullus actus bonus, per se loquen-
do, exigit habentem esse malum. Hæc
autem nullus Catholicus admittit. Di-
-

stinguere oportet sicut in actibus, ita
& in virtutibus, quod aliqui sunt circa
bonum, & nec ex modo, nec ex suppo-
sitione, nec ex materia remota sunt cir-
ca malum: alij vero actus boni, & virtu-
tes specificantur quidem à bono, sed ha-
bent malum obiectum remotum, vel
malum ex suppositione, vel aliquam im-
perfectionem: quod quidem sufficit vt
non sint virtutes primariæ, nec sint in
Deo, & in Christo. Cum quo tamen
compatitur quod in sua sede sint in cha-
ro virtutum. Et hoc modo simili diffi-
cultati occurrit D. Thomas 3. p. quæst.
7. art. 3. ad 1. reddens disparitatem cur
in Christo ponantur virtutes morales,
quæ ex specie sua sunt minus perfectæ,
& circa ignobilius obiectum, quam
virtutes Theologicæ. Et tamen ex istis
Fides, & spes non sunt in Christo: quia
licet sint circa nobiliorem materiam:
Sed tamen importat quemdam defectum in
ordine ad illam materiam: qui defectus in
Christo non fuit.

18 Secundo argumento satisfacit
dubio 4. Ad vltimum respondet Soto,
quod sunt non nullæ virtutes adeo simi-
les, vt sæpè vnus nomen transferatur ad
aliam: vt misericordia per quam ma-
ximè Charitas elucet, sæpè solet Cha-
ritas appellari (& tamen ab illa distin-
gui ostendimus cap. 13. Theolog. Mo-
ralis, quæst. 1.) Et ideo licet per quam-
cumque virtutem Deum colamus: ta-
men quia Poenitentia simillima est Re-
ligioni, vt per quam honorem exhibe-
mus Deo, & nos ipsos macerantes sa-
crificamus; Poenitentia dicitur quando-
que Religio, & sacrificium: iuxta illud
Psalmi 50. *Sacrificium Deo spiritus con-*
tribulatus. Præsertim dum Poenitentia
virtuti addimus Sacramentum subij-
ciendo nos Clauibus; tunc enim Poe-
nitentia imperat virtuti Religionis,
eamque ad suum opus, vt ait D. Tho-
mas in 4. dist. 15. quæst. 4. ad 2. illis ver-
bis iam relatis, num. 10. *Et sic etiam ac-*
tum latria potest poenitentia imperare: &
sic erit satisfactorius, sicut etiam sacri-
ficia pro peccatis in veteri lege fiebant: &
nume sunt. Similiter imperat latria vt
oret, quæ est vna pars satisfactionis.

19 Motiua sententiæ Suarez ces-
sant expensis motiuis nostræ assertio-
nis ex obiectis enim specie diuersis be-
ne probamus diuersitatem actuum,
&

& ex istis diuersitatem habituum. Diximus etiam quæst. 1. capit. 30. Theolog. Moralis Religionem esse vnam virtutem secundum speciem a Thomam: & motiuum specificum illius non est adunabile sub vna ratione formali cū poenitentia: quamuis possit vna virtus aliā imperare, vel ad suum finem ordinare, & in apparientia, & materia possint coincidere.

20 Sed respondet Auerſa in fine sec. 4. quod hæ rationes ad summum probant distinctionem actuum poenitentiae, & Religionis: sed non etiam habitus debere esse distinctos: quia bene potest vnus, & idem habitus respicere totum ius diuinum, & potest antecederet, & consequenter inclinare positue ad exercendos actus debitos Deo, & negatiue ad abstinendum ab actibus indebitis, in ratione iustitiae.

21 Contra hoc est, primo doctrina generalis, qua specie distinguimus virtutes Theologicas, Intellectuales, & Morales, imò & omnes habitus ex actibus, & obiectis formali specie differentibus, de quo D. Thomas 1. 2. q. 54. art. 2. Deinde quamuis in virtutibus, præcipue infusis, possint in vno habitu adunari actus specie partiali distincti (de quo suo loco) tamen hoc solum distinguit quando adunantur in vna ratione formali. Quod hic nõ cõtingere cõstat ex diuersa ratione formali debiti diuinæ excellentiæ, quæ respicit Religio: poenitentia autem respicit debitum compensationis offensa. Honor autem excellentiæ; & compensatio offensa in moralibus formaliter differunt. Denique æqualitas cum Deo: consistens in hoc vt Deus non sit offensus, siue iniure, quod habet vt nõ sit offensus, quod assignatur vt obiectum poenitentiae in hac solutione, si non recurratur ad obiectum quod ex D. Thoma assignauimus, non requireret specialem virtutem: quia ad hoc sufficeret charitas, & in singulis materijs virtutes proprie: quia vt ait D. Thomas art. 2. ad 1. *Si in actu poenitentis, consideretur sola disciplina peccati præteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet, sicut & gaudere de bonis præteritis.* Et ad tertium adëit, quod qualibet virtus specialis formaliter expellit habitum vitij oppositi, sicut albedo nigredinem: & virtus quæ inclinatur ad actus debitos, facit abstinere ab indebitis: ad hoc ergo non esset opus poenitentia. Requiritur ergo vt operetur ad de-

lectionem peccati præteriti compensando Dei iniuriam, debitam satisfactionem exhibendo. Qui actus formalissime diuersi sunt ab actibus Religionis: nec sub ratione formali illius possunt adunari nec in habitu.

Qua doctrina rejicitur vltima sententia: quia proprium est amicitiae curare ne amicus habeat motiuum offensa, & mihi iniuri: & ideo ad id sufficeret charitas: quod si exigitur poenitentia, est quia ad eam pertinet conari delere peccatum curando pro posse pro illo satisfactionem adhibere. De quo iterum dubio sequenti.

DVBIVM QVARTVM.

Vtrum virtus poenitentia sit species iustitiae?

§. I. Poenitentia non est eiusdem speciei iustitiae erga homines.

1 **A**bsolutè affirmat Durandus in 4. dist. 14. quæst. 2. num. 6. & 7. quod poenitentia est ipsamet virtus iustitiae, prout actus eius imperatur à virtutibus Theologicis circa obiectum per actum earum circumstantiarum. Quia proprius actus virtutis iustitiae est reddere vnicuique quod suum est, Deo obedientiam, obseruando mandata, & fugiendo transgressionem eorum; & si contingat transgredi, tunc elicere actum poenitentiae: propter quem actum sortitur nomen poenitentiae.

2 Opponit Durandus Caietanus quæst. 85. art. 3. Ad secundum, quod cum inter Deum, & hominem non sit iustum simpliciter, sed secundum quid, non videtur erudite dictum, quod poenitentia coincidit cum iustitia absolutè. Nec ratio allata hoc infert, quoniam oportet addere quod reddit debitum æquale.

3 Secundam quoque impugnationem adiicit Soto in 4. dist. 14. quæst. 2. artic. 3. ad 2. *§. Adde:* nam iustitia non habet nisi reddere æquale: non autem emendare vitam, aut reconciliare amicum. Qui enim iniuria quem piam affe-

ffecerit, solum per virtutem iustitiae renetur non compensare quod abstulit. vel in bonis; vel in honore; siue amicitia refarciatur, siue secus. Et quando iudex reorum peccata vindicat, non emendam hominis, quem suspensio enecat, intendit: sed supplicium sumere. Vindicta vero poenitentiae procedit ex amore filiali ad emendam vitam. Quare non est omnino iustitia.

4 Alia via Durandum impugnat Vazquez quæst. 85. art. 3. dub. vnico, num. 6. nec enim Durandus negat, quod Theologi communiter consentiunt, quod hominum ad Deum non est iustum simpliciter: quia idem de Religione, & poenitentia dixit, neque enim existimaret ille, Religionem Deo simpliciter iustum reddere; & ad Deum ex nobis esse speciem iustitiae. Quod enim Deo iustum simpliciter reddere non possumus, docuit ille in 2. dist. 27. quæst. 2. num. 12. Sed meo iudicio quamuis Religione, & poenitentia non reddamus iustum Deo, existimauit Durandus ad eandem virtutem iustitiae pertinere. In quo aperte fallitur: si enim, & iustitia tribuimus iustum simpliciter, vt inuenitur inter homines: & Deo hoc iustum simpliciter non tribuimus, cõstituemus diuersas virtutes, aliam iustitiae, aliam Religionis, aliam poenitentiae: saltem poenitentiam à iustitia distinctam: est enim diuersa ratio iusti vnus, & alterius. Tum etiam immerito dixit Durandus obedientiam esse iustitiae actum. Deo enim reddimus debitam præceptorum obseruantiam, vel communiter diuersis virtutibus secundum diuersitatem præceptorum, vel specialiter ex obedientia, quæ respicit hanc formalem rationem, qua præceptum est. Vnde hæc non est iustitia; sed pars eius potestatiua. Obijcit etiã Auerſa quæst. 2. sec. 3. conc. 3. *§. Habet tamen* in fine, quod ipse Durandus in 3. dist. 9. q. 1. num. 10. dixit latram, seu Religionem, non esse simpliciter, sed secundum quid iustitiam erga Deum.

Quare idem de Poenitentia sateri debet.

(X)

§. II. Novus modus defendendi sententiam Durandi.

5 **D**istinctionem specificam actuum virtutis poenitentiae, admittit Theophilus Raynaudus lib. 4. de virtutibus sec. 3. cap. 3. à num. 366. vsque ad num. 375. vbi docet Poenitentiam nostram de iure diuino violatæ specie distingui a iustitia commutatiua humana. Hæc enim respicit ius alterius hominis, quod per se loquendo, & seculum accidentaria impotentia, est adæquabile. At Poenitentia puri hominis (de qua sola nunc agimus) respicit ius inadæquabile; & quidem essentialiter, & per se: cum impotentia essentialiter adiungatur humanæ naturæ puræ. Quod est indicium sufficiens specifice distinctionis.

6 At quoad alios quosdam actus Poenitentiae virtutis specialis, facile (inquit Theophilus) concedo Durando, huiusmodi virtutem esse specie, & essentialiter eandem cum iustitia humana. Nempe quoad actum quo quis vult ius diuinum seruare illæsum. (Quoad hoc conuenit cum Lugo disp. 2. sec. 4. à num. 49. docente obiectum formale Poenitentiae esse æqualitatem moralem cum Deo.) Discrimen enim quodcumque assignabile inter principium morale actus, quo intenditur indemnitas diuini iuris, & actus illius quo intenditur indemnitas iuris humani alieni, est discrimen mere materiale. Honestas autem poenitentiae quæ perendum esset formale, ac specificum discrimen, eadem est vtrobique; & idem etiam procedendi, ac operandi modus. Sunt quidem multo plures tituli, quibus homo ad eam diuini iuris indemnitate vrgetur. Tamen inde non potest peti specifica diuersitas, de qua agimus. Sed ad summum inde habetur ius diuinum esse longe radicatus, & fundatus, quippe multo pluribus titulis firmatum. Qua ratione in humanis ex eo quod eidem personæ, pluribus eiusdem rationis titulis, idem ius fundantibus, obstringamur, non exurgit multiplex virtus, sed vna arctius commendata.

7 Quod autem hic actus non pertineat ad charitatem, sed ad Poenitentiam,

K 2

pro

probat num. 363. dicens: Secerni autem eam rationem obiectiuam à ratione obiectiuam propria charitatis, ex eo evidens efficitur, quod videmus in humanis. Aliud est enim diligere aliquem ex obiecto charitatis naturalis; aliud vero ius eius indemne, aut factum velle. Nam etiam, quem non diligimus, nolumus iniuri, esse: & id circo ab inferenda ei iniuria, violandoque eius iuri abstinemus; tamen si eum amicitia non dignemur. Ergo sumpta assensu, non pro amicitia violatione, quam amouere ad charitatem pertinet; sed pro læsione, qua aliquis verè apud alium offendit, huiusmodi declinatio offensæ fundamentalis, nõ est obiectum principians honestatem diuersæ formaliter rationis, ab ea quæ duci potest à declinatione iniuriæ homini inferendæ, & voluntate ius suum cuique illibatum, & indemne relinquendi.

8 Denique id confirmat, & explanat, n. 376. dicēs. Nihil quippe verat hominẽ quoad aliquos actus, ita ius diuinum respicere vt illud adæquet. Quod manifestum videtur, cum homo ex pacto oneroso cum Deo inito, aliquid agit. Explens enim conditionem sibi propositam, exæquavit quoad hoc ius Dei ex pacto illo exortum. Similiter si Deo sponte datam liberet, exfoluit ius fidelitatis, Deo ex promissione facta partum. Ira vt quamuis non expleuerit titulum gratitudinis, vel similem. Tamen extinguat omne debitum ex promissione iniectum. Idem ergo dicendum est in præsentem. Quamuis enim ius Dei sit fundatissimum; cum tamen nihil aliud ab homine exigat, vt abstineat à violatione per culpam. Id homo cum prestat, exæquat plane, & exhaurit omnem iuris illius exigentiam. Ac proinde velle illud ius diuinum illæsum esse (qui est actus pœnitentiæ sumpte adæquate) non habet diuersam specie honestatem, ab eo actu, quo homo ius hominis indemne permittit, fixam, & ratum habet. Ergo huiusmodi actus

Pœnitentiæ est virtutis eiusdem
speciei cum humana iustitia commutata,
ua,

§. III.

*Reijcitur ex multis capitibus
seruare illæsum ius
Dei non est proprium
Pœnitentiæ.*

9 Plus tamen subtilitatis, quam soliditatis, inuenio in hac doctrina sic ad speciem composita. In primis, quia rationes formales virtutum, sunt ex quibus formanda est earum definitio, quæ debet esse communis animi conceptio: & ideo promenda ex eorum communi Patrum, & Theologorum. Mirum autem silentium in Patribus, & raro apud Theologos auditum, sic exponere obiectum formale, & obiectum proprium Pœnitentiæ. Quamuis enim Aureolus in 4. dist. 14. q. vnica, art. 1. aliquid insinuet; sed alij Theologi non approbant.

10 Præterea insimili id reijciunt cum enim Suarez de Incarnat. disput. 4. sec. 5. §. Quo circa: & Granados ibi tract. 2. disp. 4. sec. vlt. docuissent dari in hominibus specialem virtutem innominatam, cuius proprium est diuinum ius illæsum seruare, etsi fuerit læsum reparare. Post alios Theologos eis obijcit Cornejo disp. 5. de Incarnat. dub. 8. nu. 4. mirum esse tot sæculis non fuisse cognitam hanc virtutem, cum nullus Theologus eam agnouerit. Nec Angelicus Doctor de ea mentionem fecerit tota secunda parte, vbi tam diligenter de virtutibus in genere, & in specie differit.

11 Tertio, in Christo Domino, & in Angelis, qui à recto declinare nequeunt D. Thomas, & communior Theologorum sententia, negant habitum, & omnes actus Pœnitentiæ propriæ dicere, vt patet 1. p. q. 95. art. 3. & in 4. dist. 14. q. 1. artic. 3. Et tamen cum hoc comparitur summo affectu voluisse seruare ius diuinum illæsum: & ob id de eo scriptum erat. *Zelus domus tua comedit me*: Non ergo iste est proprius actus Pœnitentiæ.

12 Præterea, ius diuinum illæsum seruare, vel sit ex motiuo boni diuini, vel

ex

ex motiuo boni communis, vel ex motiuo generali affectus omnium virtutum, & oppositione ad illud, quod singulis opponitur. Nullo ex his motiuis est actus iustitiæ. Nec facile assignari potest alia vna ratio obiectiuam, qua in omni materia seruare ius diuinum sit actus vnus virtutis specialis. Ergo talis virtus non est ponenda. Minor probatur, in primis ex D. Thoma 2. 2. q. 58. art. 6. dicente: *Sicut charitas potest dici virtus generalis, in quantum scilicet ordinat actus aliarum virtutum ad bonum diuinum: ita etiam iustitia legalis, in quantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum commune*. Ex quo infert, quod est vna virtus secundum speciem, sed est generalis in virtute, & imperio: & quod alia virtutes secundum quod ab ea ordinantur ad bonum commune, possunt materialiter, & extenso vocabulo, dici iustitia legalis. Quod intento adaptat 2. 2. q. 59. art. 1. ad 1. dicens: *Quod sicut iustitia legalis dicitur per comparisonem ad bonum commune humanum; ita iustitia diuina dicitur per comparisonem ad bonum diuinum, cui repugnat omne peccatum: & secundum hoc omne peccatum dicitur esse iniquitas*, 1. Ioann. 3. Quod, & notat D. Thomas 2. 2. quest. 58. art. 5. ad 3. & quest. 79. artic. 2. ad primum. Indèque formatur ratio, quia si actus est ex motiuo charitatis, vel iustitiæ legalis, earum virtutum speciem habet. Si vero solum sit ex motiuo propriæ virtutis, solum est circumstantia generalis, & sic omnia peccata dicuntur iniustitiæ, & iniquitates, & transgressiones, quando non sunt ex motiuo speciali affectus contra Deum, vel contra bonum commune; sed solum ex motiuo speciali opposito speciali virtuti. Vnde, & Suarez disputat. 2. de Pœnitent. sec. 3. num. 2. quia eiusdem virtutis est fugere malum, cuius est prosequi; & amplecti bonum; ideo optimè dixerunt multi Theologi, detestationem peccati, quæ est propter specialem malitiam eius, quæ dici solet malitia conuersationis, elici à propria virtute illi vicio contraria, vt patet ex Durando distinct. 14. quest. 2. & Ruuardo art. 4. contra Lutherum non longe à principio.

12 Ratio alia sumitur ex D. Thoma in 4. dist. 1. §. quest. 1. art. 2. q. 3. dicente: *Quod indignatio Dei ad nos auersioni peccati respondet*. Hoc autem commune est omni peccato mortali. Vnde

de si posset esse conuersio sine auersione, non esset peccatum mortale, vt docet Sanctus Thomas 2. 2. quest. 20. artic. 3. Ideoque auersio est formale in peccato mortali, vt docet ibi, quest. 10. art. 3. & quest. 110. artic. 4. & alibi sæpè.

Sicut ergo per Gratiam, & omnes virtutes, & auxilia Dei mouemur ad operandum bonum; & declinandum à malo, & sic perseueramus, & non peccamus, sic per eas seruatur à nobis ius diuinum illæsum, dum efficiamur, & ab eo non auertimur.

13 Confirmatur ex D. Thoma 2. 2. quest. 34. artic. 2. probante, quod *Voluntaria auersio à Deo per se quidem importatur in odio Dei, in alijs autem peccatis quasi participatiue, & secundum aliud: sicut enim voluntas per se inhaeret ei quod amat, ita secundum se refugit id quod odit*. Quæ ratio à contrario etiam probat, quod seruare ius diuinum illæsum, per se quidem pertinet ad Charitatem; participatiue autem ad proprias virtutes. Vnde nulla alia virtute est opus ad seruandum diuinum ius illæsum.

Confirmatur iterum ex D. Thoma 2. 2. quest. 24. artic. 12. probante cum communi Theologorum, quod quolibet mortali peccato amittitur Charitas: eo quod quilibet actus peccati mortalis contrariatur Charitati secundum propriam rationem, *Quæ consistit in hoc quod Deus diligatur super omnia, & quod homo totaliter se illi subiiciat omnia sua referendo in ipsam*. Vnde quamuis alij habitus acquisiti vnico actu destrui non valeant, non permanet Charitas vel vno solo admisso mortali, quia non potest voluntas esse in Charitate, & esse à Deo auersa. *Est enim de ratione Charitatis ut sic diligat Deum quod in omnibus velit se et subiicere, & præceptorum eius regulam in omnibus sequi. Quidquid enim contrariatur præceptis eius, manifeste contrariatur Charitati, vel directe, vel indirecte, vel explicite, vel implicite*.

Ex qua eminentia, & vniuersali extensione Charitatis; quia respicit pro obiecto finem vltimum, & firmissimum manet assertum: & disparitas est manifesta inter hunc amorem, & alios inferiores. Ideoque Charitas odit peccatum, quia displicet Deo, & est malum Dei

salte m extrinſice, & quia irritat Deum, & auertit eum ab homine: & ad istos actus non opus eſſet Pœnitentia. Sed ad deſtruendum peccatum in quantum eſt Dei offenſa pro ſuo poſſe ſatisfactionem exhibendo. Quo ſoluta ſunt, quæ obijcit Lugo à n. 50. vſque 54.

14. Quamvis autē ultra Charitatē, & virtutes ponenda eſſet virtus ad ſeruandum diuinum ius læſum, non video nec eſſentiam, nec notionem Pœnitentiæ, nec quoad habitum, nec quoad actus inſcriptura, & Patribus, & Theologis; imò apud Chriſtianos, (adde, & apud Ethnicos) vſitatam, illi virtuti cōuenire. Nec enim pœnitentia ſonat actum, vel habitum honeſtum, vel virtutem præſeruatiam à peccato commitendo, vel directe reſpicientē, vel proſpicientē pro diuino iure. Quin potius omnes intelligunt hac voce aliquid, quod reſpiciat, ſanct, medeatur, ſatisfaciat pro cōmiſſo peccato. Et hoc probant illa verba Chriſti Dñi. Luc. 5. v. 31. *Nō egēt qui ſani ſunt, medico, ſed qui mala habent. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Ergo ſi peccatores non fuiſſent, pœnitentia non egerent; nec eam agere. Nec iuſti, ſed ſolis peccatoribus dixit Apoſtolorū princeps Actorum 3. ver. 19. *Pœnitimini igitur, & conuertimini, ut deleantur peccata vſtra.* Hac notione ſuppoſita Concilium Tridentinum ſeſ. 14. cap. 1. probat neceſſitatem Pœnitentiæ, quia iuſtitia & ſanctitatem homo fragilis per peccatum amittit: & ideo opus eſt contritione, & Pœnitentia pro peccatoribus Deo reconciliandis. Sic etiam ſumitur ex S. Chriſt. lib. 2. de Pœnit. & alijs Patribus in premio relat. S. Ambro. ſer. in Feria 3. poſt Domin. 1. Quoad. & S. Greg. hom. 34. *Pœnitentia eſt præterita; vel vt alij legunt, perpetrata mala plangere.* Ipſeque Philoſophus ſimplicius in cap. 38. Enchiridij Epiſt. q. 3. *Cum eos qui peccarunt, ex animo delictorū pœniter, iſta conducunt ad conuerſionem ad Deum, cum ſint arguēta Pœnitentiæ.* Aliæ authoritates adductæ dub. 2. n. 24. idem probant. Et S. Thomas art. 2. & in 4. diſt. 14. q. 1. ar. 1. q. 3. ad vltimum; non docet actum, aut obiectum proprium Pœnitentiæ eſſe æqualitatem cum Deo, vt ex illo conatur de ducere Lugo n. 51. Quin potius de peccato præterito deſtruendo loquitur: illo enim Deus offenditur, & ſatisfactione Pœnitentiæ placatur. Iuxta id quod dicit Eccleſia: *Deus qui culpa offenſus, Pœnitentia placatur.* In

futurum ius illæſum ſeruare, ſit perſeuerando, & Gratiā, & Charitatem, & virtutes non amitendo. Pœnitentia autem ſolum ex conſequenti eſt medicina præſeruans. Vnde D. Thomas in 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. ad 3. ait. *Quamvis Pœnitentia ex prima ſui intentione reſpiciat præteritum, tamen etiam ex conſequenti futurum reſpiciat, in quantum eſt medicina præſeruans: & ſic etiam ſatisfactio.* De qua ſuo loco. Videatur quæſt. 6. ad 4. Conſtatque ex dictis ibi de proprio actu, & obiecto Pœnitentiæ.

15. Vt autem huic nouæ exiſtimationi vndique additus præcludatur, data, & nō conceſſa, hac noua virtute, quæ eſſet Pœnitentia, & iuſtitia, non puto quod eſſet eiſdem ſpeciei cum iuſtitia commutatiua humana, quia licet formaliter ex parte æqualitatis pollet non interuenire formalis diuerſitas; tamen atteata excellentia, & diuerſitate perſonarum, quorum ius eſſet illæſum ſeruandum, ſufficienter habetur differentia ſpecifica virtutum. Nam vbi ſunt diuerſarum rationum excellentiæ earum perſonarum, quibus ius eſt debitum, diuerſæ ſunt per ſe differentiæ debiti vt debitum eſt. Hincque probat D. Thomas 2. 2. q. 101. art. 1. pietatem à Religione diſtingui: quia vt inquit art. 3. ad 2. Deus longe excellentiori modo eſt principium eſſendi, & gubernationis, quam pater, vel patria. Et ideo alia virtus eſt Religio, quæ cultum Deo exhibet, à pietate quæ exhibet cultum parentibus, & patriæ. Similiaque docet, q. 104. art. 2. ad 4. dicens, quod reuerentia ſecundum diuerſam rationem excellentiæ perſonæ, diuerſas ſpecies habet. Vbi Caietanus, docet, quod obedientia diuini præcepti & obedientia humani præcepti, *Diuerſarum ſunt rationum, & ſimiliter in obedientia: quoniam vna reſpiciat Deum, & alia hominem.* Pariter ergo iuſtitia quæ reſpiceret ſeruare ius diuinum illæſum, eſſet diuerſæ rationis à iuſtitia commutatiua, quæ vnicuique hominum ius ſuum reddit.

16. Sed yrgebis argumentū ſupra obiectum, præmittendo ex D. Thoma. 1. 2. q. 18. art. 5. quod poteſt aliqua differentia obiecti eſſe per ſe, & dans ſpeciem, comparata ad vnum principium; & eſſe per accidens in comparatione ad aliud. Tunc ſic. Differentia per ſe dans ſpeciem iuſtitie eſt æqualitas. Vnde autē docet D. Thomas 2. 2. q. 61. art. 1. iuſtitia reſpiciat æqualitatem vel rectum, vel perſonarum, vel etiam

etiam operum. Et q. 57. & 58. docet quod iuſtitia importat æqualitatem quandam, vt ipſum nomen demonſtrat, dicuntur enim vulgariter ea, quæ adæquantur, iuſtari. Semel ergo admiſſo quod iuſtitia reddat æquale ſimpliciter, ſiue reddat homini, ſiue reddat Deo, erit eiſdem ſpeciei. Ideoque Caietanus 2. Corint. 5. ver. 21. illa verba Apoſtoli: *Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* Explicat De merito, & ſatisfactione Chriſti. Paſſio ſi quidem innocentis pro peccatoribus iuſtitia eſt ſatisfactoria: *Species eſt iuſtitie commutatiua pro iniuria ſoluentis pœnam.* Quod de iuſtitia commutatiua eiſdem ſpeciei cum iuſtitia commutatiua inſula, quæ eſt in alijs hominibus, admittit Aluarez de Incarn. diſp. 4. con. 4. & ad 6. & latius præſequitur Cabrera 3. p. q. 1. art. 2. diſp. 8. §. 4. & 5. & Arango dub. 6. conc. 2. *Quia diſtancia infinita perſonæ, debiti, & præſiſtentiæ differentia in eſſe entis: quæ differentia materialiter, & per accidens ſe habet ad æqualitatem, quam ſolam per ſe attendit iuſtitia.*

17. Iſta tamen non tollunt vim rationis factæ, quam ſic proponit Auerſa q. 2. ſec. 3. conc. 3. quia ſine dubio diuerſa moralitas eſt in hoc quod eſt ſatisfacere Deo, ac ſatisfacere homini; & ius diuinum eſt longe eminentius, quam ius humanum. Quare iuſtitia, quæ reſertur ad Deum, plane diſtincta, ac diuerſa eſt ab ea, quæ reſertur ad homines. Sic Religio, quæ reſertur ad Deum, eſtque *aliquaſiter* iuſtitia erga Deum, assignatur diuerſa à iuſtitia, quæ eſt inter homines. Similiter ergo Pœnitentia.

Retorqueri item facile poteſt obiectum argumentum: nam probabilior Thomiſtarum opinio tenet, quod licet Chriſti ſatisfactio pro noſtris peccatis fuerit actus elicitus à commutatiua iuſtitia proprie, & ſtrictè ſumpta; non tamen erat eiſdem ſpeciei cum noſtra; ſed longe eminentior ex perſona offerente, & ex pretio oblato, & ab illo cui offerebatur, & ex iuris diuerſitate, prout diuerſimode probant, qui id docent: nempe Medina 3. p. q. 1. ar. 2. dub. 3. ad 2. Nazarius cōtrou. 2. tertia parte illius in fine, & concl. 6. Cornejo diſp. 5. dub. 8. ad 4. Imò prior loco eam tradit Aluarez. Nobiſque meliori videtur probari argumento iam facto. De quo ſuo loco diſſerendum latius.

18. Hac tantum ſub hypoteſi impoſſibili inter puros homines pro claritate doctrinæ obiter notata accipito; nam in ve-

ritate Pœnitentia deficit à ratione iuſtitie ſtrictè ſumptæ quia non reddit æquale in principali actu, qui eſt ſatisfacere pro culpa mortali: quamvis poſſit ſatisfacere ad æqualitatem pro pœna temporali quæ poſt reconciliationem cum Deo ſoluenda reſtat. Quam æqualitatem fieri poſſe non videtur poſſe negari, vt notat Caiet. ad 3. dubium, cum Iob 6. dicat: *Vinum appenderetur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtatera; quaſi arena maris hæc grauior appareret.* Hæc autem inæqualitas ſatisfactionis pro malo culpæ oritur ex inæqualitate perſonæ ſatisfacientis, & Dei offenſi, iuxta D. Thomam 3. p. q. 1. art. 2. ad 2. Nec ſilet hac q. 85. art. 3. ad 2. ſed perius radicitus expreſſit dicens, quod medium iuſtitie eſt æqualitas, quæ conſtituitur inter illas, inter quos eſt iuſtitia, vt dicitur in 5. Eth. cap. 1. in quibusdam autem non poſteſt perfecta æqualitas, conſtituitur: *propter alterius excellentiam.* Sicut inter patrem, & filium, inter Deum, & hominem, vt Philoſop. dicit lib. 8. Eth. cap. viſ. Vnde in talibus ille qui eſt deficientis, debet facere quicquid poteſt. Nec tamen hoc erit ſufficiens ſimpliciter; ſed ſolum ſecundum acceptationem ſuperioris. Et hoc ſignificatur per exceſſum, qui attribuitur Pœnitentiæ. Similia docet D. Thomas 2. 2. q. 57. art. 1. ad 3. vt expoſui-mus cap. 16. q. 1. n. 23. in 2. tomo Theol. Moral. *

19. Sequitur vt de alijs ſpeciebus iuſtitie dicamus, an ſub eis contineatur Pœnitentia?

Scotus in 4. diſt. 14. q. 2. §. *Primus articulus*, docet Pœnitentiam ad virtutem iuſtitie pertinere, quia ex peccato præterito exiſtimat ſolum relinqui reatum ad pœnam peccator autem ex intentione puniendi, & vindicandi peccatum contra ſe operatur vt miniſter Dei iuſti iudicis vindictam poſtulantis.

Similiter Gabriel in 4. diſt. 14. q. 1. ar. 3. dub. 3. docet, vindicare iniuriam Deo factam per peccatum, eſſe actum iuſtitie diſtributiua, cuius proprium eſt præmia virtutibus, & ſupplicia peccatis ſtatueret.

Per aliud extremum Lugo diſp. 22. ſec. 1. n. 10. in nullo ſenſu videtur admittere Pœnitentiam pertinere ad iuſtitiam: ait namque Pœnitentiam non eſſe virtutē iuſtitie proprie dictæ; nec virtutē ſimile iuſtitie; & diſſimile ſolum quoad hoc, quod non obliget ad ſatisfactionem æqualem, ſed in æqualem pro iniuria.

§. IV. Poenitentia pars potestativa Iustitiae.

Ceterum S. Thomas, fere communiter ab alijs Theologis receptus, media graditur via, duabus assertionibus quaerit respondens, quarum prima est. Poenitentia est species iustitiae. Ita D. Thomas art. 4. Poenitentia, inquit, secundum quod est virtus, sicut dictum est, est species iustitiae. Probat art. 3. in arg. Sed contra ex S. Aug. lib. de vera, & falsa Poenitentia cap. 3. Et ratione. Proprius actus Poenitentiae est recompensatio, & satisfactio pro offensa in Deum commissa. Sed hoc ad materiam iustitiae pertinet. Ergo manifestum est, quod Poenitentia secundum quod est virtus est pars iustitiae. Maiorem probat, & explicat quia, sicut dictum est, Poenitentia non habet quod sit virtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato (ad hoc enim sufficeret Charitas) sed ex eo quod poenitens dolet de peccato commisso, in quantum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensa contra aliquem commissa, non fit per solam cessationem offensa; sed exigitur ulterius quaedam recompensatio. Vt patet iniurijs contra hominem commissis; & constat ex vocum communi acceptione. Recompensatio vero habet locum in offensis in alterum commissis, sicut & retributio, & condonatio, & acceptatio satisfactionis. Nisi quod recompensatio est ex parte eius, qui offendit (vt pote cum satisfacit) Retributio autem est ex parte eius, in quem est offensa commissa. Ergo proprius actus Poenitentiae, ex parte peccatoris, est recompensatio, & satisfactio: cui ex parte Dei correspondet condonatio, offensa, & acceptatio satisfactionis. Minor vero est manifesta, quia vtrumque ad materiam iustitiae pertinet: quia vtrumque est commutatio quaedam.

Sumitur ex illo Baruch 2. ver. 18. *Anima, quae tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficiente, & anima esuriens, dat tibi gloriam, & iustitiam Domino.* Quasi dicat, reddit tibi quod iustum est, & ex iustitia Domino debetur. Confirmatur primomam secundum S. Anselmum lib. 1. cur Deus homo cap. 11. satisfacere est Deo debitum honorem impendere. Et vt ait D. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. articulo 1. quaest. 2. &

3. satisfactio est iniuriae illatae recompensatio secundum iustitiae aequalitatem: & ideo est elicitiue a iustitia. Sed Poenitentiae actus praecipuus est satisfactio pro iniuria. Ergo est species iustitiae. Confirmatur secundo ex Suarez disput. 2. sec. 3. num. 6. nam Scriptura frequenter vocat peccatum iniuriam, & offensionem Dei. Debet autem Scriptura proprie intelligi, cum commode potest. Confirmatur tertio ex eodem ab exemplo. Debet enim subditus Principi tributum, & honorem ex iustitia. Multo ergo magis homo debet Deo rationem ultimi finis. Et cum denegat, & ab eo peccando auertitur, iniuriam facit. Ergo Poenitentia, quae pro culpa satisfacit, est actus iustitiae.

Secunda assertio D. Thomae est: Poenitentia non reddit iustum, & aequale simpliciter, sed solum secundum quid. Probat his verbis. Sciendum tamen est, quod secundum Philosophum 5. Eth. capitulo 6. dupliciter dicitur iustum, scilicet, simpliciter, & secundum quid. Simpliciter quidem iustum est inter aequales, eo quod iustitia est aequalitas: quod ipse vocat iustum politicum, vel ciuile, eo quod omnes ciues aequales sunt, quantum ad hoc quod immediate sunt sub principe, sicut liberi existentes. Iustum autem secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorum vnus est sub potestate alterius: sicut seruus sub domino, filius sub patre, vxor sub viro. Et tale iustum consideratur in Poenitentia. Vnde poenitens recurrit ad Deum, cum emendationis proposito, sicut seruus ad Dominum, secundum illud Psal. 122. *Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Et sicut filius ad patrem: secundum illud Lucae 15. *Pater, peccavi in Coelum, & coram te.* Et sicut vxor ad virum: secundum illud Ieremias 3. *Fornicata est cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Haec D. Thomas. Illa verba Psal. 122. de peccatore poenitente intelligi, constat ex S. Augustino ibi dicente. *Vapulat Adam; sed ita multi obdormerunt, vt nec sentiant suas plagas.* Et Cassiodorus ibi. *Quando pro culpa vapulare iuuentur, donec audiant, Parco.*

Pro harum assertionum intelligentia perfectione, duae aliae propositiones, seu assertiones subiiciendae sunt. Dico ergo tertio, Poenitentia non est pars subiectiua iusti-

iustitiae, sed solum pars potentialis. Seu, non continetur sub speciebus iustitiae specialis, directe, & simpliciter, & proprie, sed solum indirecte, secundum quid, & reductiue. Sumitur ex D. Thoma art. 3. ad 2. & 3. Expresitque in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. quaestiuicula 5. illis verbis. Cum ergo inter hominem, & Deum sit maxima distantia, non poterit ibi esse proprie dicta iustitia hominis ad Deum; sed aliquis iustitiae modus quasi per similitudinem. Concludit in fine corporis. Vnde sicut Religio ponitur pars iustitiae a Tullio, non quidem quasi species, sed quasi pars potentialis, in quantum aliquem modum iustitiae participat, ita etiam Poenitentia pars iustitiae debet poni. Videatur ibi ad 1. & q. 4. ad 4. & art. 3. q. 3. & dist. 17. q. 2. ar. 2. q. 4. & art. 3. q. 2. & dist. 15. q. 1. ar. 1. q. 2. & 3.

20. Sensum huius assertionis, & connectionem illius cum praefertis peregrinie declarat Soto in 4. dist. 14. q. 1. ar. 3. in haec verba. *Qui virtutum ordinem, & chorum ignorat, nihil si ambigat quomodo poenitentia sit specialis virtus, a coeteris omnibus distincta, & tamen sit pars iustitiae: nam si est eius species, vere erit iustitia.* At vero nulla est repugnantia: quoniam ingenium fuit Aristotelis, omniumque Philosophorum omnes virtutes Morales ad quatuor capita reducere, quae sunt quatuor virtutes Cardinales. Militant autem omnes sub istis, aut tanquam species sub genere, vt sub genere iustitiae distinguuntur distributiua, & commutatiua; sicut homo, & equus sub animali. Aut tanquam partes potentialis eius. Dicitur enim pars potentialis virtus, quae non habet totam quidditatem alterius, sed partem. Vt partes potentiales iustitiae sunt Religio, & Liberalitas, vt docet S. Thomas 2. 2. q. 80. art. vnico: quia vtraque est ad alterum, sicut iustitia: sed Religio non dicit aequalitatem: quae esse non potest inter nos, & Deum. Neque vero Liberalitas dicit rationem debiti: cum vtraque harum conditionum sit de quidditate iustitiae.

21. Iam ergo probata manet prior assertionis pars. Sola ea iustitia, quae est eiusdem speciei cum iustitia humana, est eius pars subiectiua, & est simpliciter, & proprie iustitia. Sed Poenitentia non est eiusdem speciei cum iustitia humana; nec est simpliciter, & proprie iustitia. Ergo non est iustitiae pars subiectiua. Probat minor nam iustitia humana reddit simpliciter

aequale, quod iure humano simpliciter est debitum Poenitentia autem non reddit simpliciter aequalem satisfactionem pro peccato: & non respicit ius humanum, sed diuinum. Ergo non est eiusdem speciei cum iustitia humana. Quod totum etiam docet Suarez disp. 7. sec. 1. n. 17. probans: nam ius diuinum, & debitum eius est longe superioris ordinis, quam omne ius humanum: & ideo etiam iustitia, quae respicit hoc ius, & secundum illud intendit, prout potest, aequalitatem constituere, virtus distincta, & superior est. Vnde ad distinguendas has virtutes non est accidentalium, sed valde per se, quod recompensatio fiat Deo, vel homini: quia ex illo capite ipsum ius, quod est iustitiae obiectum, longe excellentius est; ideoque excellentiorem virtutem constituit, & requirit. Sicut etiam ob similem, vel proportionalem causam, gratitudo ad Deum ob beneficia recepta, & Fidelitas in seruandis promissis, virtutes postulant altiores, quam proportionales actus, prout circa homines exercentur. Haec Suarez. Qui non contradicit sibi (prout Lugo videtur indicare n. 5.) disp. 2. sec. 3. nam ibi n. 4. statuit priorem conclusionem D. Thomae, & Thomistarum, & multorum aliorum Theologorum, quod Poenitentia est species iustitiae & ideo respicit offensam Dei vt compensandam, & expiandam. Cum qua veritate compatitur veritas tertiae assertionis, cuius meminit Suarez ibi n. 6. dicens, in omni peccato, quatenus est contra Deum, inueniri propriam quandam rationem iniuriae altioris rationis, quam sit omnis iniuria humana; sicut ius diuinum altius & excellentius est.

22. Manifesta similiter ex dictis relinquitur secunda assertionis pars. Partes potentiales iustitiae sunt, quae in aliquo conueniunt, in aliquo deficiunt a perfecta ratione ipsius. Et cum ratio iustitiae consistat in hoc quod alteri reddatur, quod ei debetur secundum aequalitatem; virtutes quae debitum quidem alteri reddunt, sed non possunt reddere aequale, sunt partes potentiales iustitiae, ei ad iunctae, & ad eam pertinentes reductiue. Sed Poenitentia non potest reddere Deo aequale, Primo, ratione generali, qua vtitur D. Thomas 2. 2. q. 80. art. vnico, loquendo de Religione: nam quicquid ab homine Deo redditur, debitum est; non tamen potest esse aequale, vt scilicet: tantum homo ei reddat, quantum debet: secundum

secundum illud Psalmi 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit michi? Secundo ratione speciali, quam proposuimus ex art. 3. & in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3. ait, quod quia iustitiae aequalitas quaedam est, ideo non potest esse vera aequalitas, ubi non est perfecta ratio iustitiae, sed aliquis iustitiae modus. Sicut dicit Phil. in 5. Eth. quod domini ad seruum non est simpliciter iustum, sed dominatum iustum. Cum ergo inter hominem, & Deum sit maxima distantia, non poterit ibi esse iustitia proprie dicta hominis ad Deum, sed aliquis iustitiae modus quasi per similitudinem. Tertia ratio specialior sumitur ex D. Thoma 3. p. q. 1. art. 2. ad 2. de impossibilitate satisfactionis puri hominis pro peccato mortali propter eius infinitatem. De quo alibi.

23 Assertionem istam, non solum sunt Thomistarum omnium, sed aliorum Theologorum, nempe S. Bonaventurae, Alexandri Alesis, Richardi, Dionisij Carthus. Thomae Argentinae, quos cum Thomistis refert, & sequitur Vazquez q. 85. art. 3. dub. vn. n. 32. Coninch disp. 1. dub. 4. Aueria q. 2. sec. 3. Multos alios refert, & sequitur Araujo quaest. 85. art. 3. dub. 3.

§. V. Reducitur ad commutativam, & vindicativam.

24 **D**ico quarto, actus virtutis Poenitentiae possunt reduci ad iustitiam commutativam, vel vindicativam. Priorem partem docet D. Thomas hac q. 85. art. 3. ad 3. ubi ait, quod sicut est commutatio quadam in beneficiis (cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit) ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alterum commissa, vel iniustus punitur, quod pertinet ad vindicativam iustitiam: vel voluntarie recompensat emendam. Quod pertinet ad Poenitentiam, quae respicit personam peccatoris, sicut iustitia vindicativa personam iudicis. Vnde manifestum est quod utraque sub iustitia commutativa continetur. Haec S. Th. Vbi omnem actum poenitentis pro culpa satisfaciens videtur reducere ad iustitiam commutativam.

25 Ceterum alibi videtur reducere ad iustitiam vindicativam: nam in 4. dist.

14. q. 1. art. 1. q. 4. ad 4. ait. Sic ergo vindicativa iustitia constituit medium in offensis, quae sunt eius materia; non quidem tenendo medium in offensis, ut quasdam retineat, & quasdam abijciat (sicut temperantia ponit medium indelectationibus) sed omni offensa proportionando poenam debitam. Et similiter Poenitentia pro quolibet peccato commisso poenam infert sibi ipsi debitam; non autem ita quod dimittat aliquod peccatum, & aliquod abijciat.

26 Et dist. 15. q. 1. art. 1. quaestiuicula secunda dicit. Nulla autem pars iustitiae respicit offensam praecedentem, nisi vindicativa, iustitia quae aequalitatem constituit in eo qui iustum patitur, indifferenter, sive sit patiens idem quod agens: ut quando aliquis sibi poenam infert: sive non sit idem; ut quando iudex alium punit: ad utrumque iustitia vindicativa se habente. Similiter & Poenitentia, quae aequalitatem tantum in faciente importat, quia ipsemet poenam tenet, ut sic quodammodo Poenitentia vindicativae iustitiae species sit.

27 Ad idem pertinet quod affert S. Thomas hac q. 85. art. 3. in Argumento. *Se contra* est (inquit) quod S. Aug. lib. de vera, & falsa Poenit. cap. 8. dicit. Poenitentia est quaedam dolentis vindicta, semper puniens in se, quod dolet commississe. Sed vindictam facere pertinet ad iustitiam. Vnde Tullius lib. 2. de inuent. fol. 4. in sua Rheto. ponit vindicativam unam speciem iustitiae.

28 Haec omnia esse simul vera facile patet ex doctrina Caietani art. 3. notante, quod D. Thomas loquitur de Poenitentia ut est recompensativa Deo; tam pro culpa, quam pro poena. Primus enim & praecipuus Poenitentiae actus est operari ad reconciliationem peccatoris cum Deo offenso per recognitionem peccati, & submissionem sui iuxta illud Psalmi 31. *Dixi confitebor adversum me iniquitatem meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Cooperando autem remissioni culpa, secundo satisfaciens poena, culpam vindicando in se. Vnde licet Poenitentia quoad actum secundarium, qui est solutio poenae, sit forte actus iustitiae vindicativae: quia tamen vindicta fit secundum aequale iustitiae commutativae, ex hoc ipso non excluditur iustitia commutativa, sed includitur; sicut genus includitur in specie. Nec enim aliter distinguitur vindicativa contra commutativam;

tuam, nisi sicut species distinguitur a genere. Eodem modo respondet Soto dist. 14. q. 2. art. 3. ad 3. Adijciens, quod vindicta facta per iudicem pertinet ad iustitiam commutativam. Si autem ille qui iniuriam passus est, vindicaret se, non esset virtus. Sed tamen posset vindictam a persona publica petere in iudicio. Et haec non est omnino obligatio iustitiae ratione debiti: quoniam qui laesus est, non tenetur recompensationem petere, ut ipse de iustitia facere debeat: nam potest iniuriam remittere. Et ideo illa est specialis virtus vindicativae, quae reducitur ad vindictam tanquam pars eius potentialis. Quae est doctrina S. Thomae 2. 2. q. 108. art. 2. ad 1. & Theologorum communis, ut dixi cap. 16. Theol. Mor. q. 7. §. 3. ibique solum est, quod hic q. 85. art. 3. dub. vnico n. 14. obijcit Vazquez docens, quod petere vindictam iniuriae est actus iustitiae commutativae, quamvis privata persona eam petere non teneatur: sicut petere debitum pecuniarum, vel eius quod ablatum est, vel mutuo datum, iustitiae simpliciter actus est, quia petit sibi fieri iustum simpliciter: cum tamen illud petere quis non teneatur. Sed iam ibi diximus quod petitio pecuniae potius est actus amoris sui, quam actus iustitiae in petente. Possuntque petere a distribuentibus bona communia ut servent iustitiam, & ipse operatur ex iustitia, vel legali, vel distributiva, & aliquando ex iustitia commutativa, ut diximus ex D. Thoma 2. 2. q. 62. art. 1. ad 3. cap. 17. Theol. Mor. q. 1. a. n. 7. Et tamen petens ex nulla iustitia operatur.

29 Igitur Poenitentiae satisfactio reducitur ad commutativam, nam Poenitentia reddit, quod peccatum abstulit. Nam est commutatio quadam in offensis: & sicut recompensare beneficia accepta, ita & refarcire iniurias illatas est proprium iustitiae commutativae, ut dicit D. Thomas ad 3. sed quia offensa proportionare poenam debitam, est actus iustitiae vindicativae, ad eam reducitur Poenitentia. Quamvis ab ea deficiat, quia ut ait Caietanus, poenitens, non tenet personam ministrari, & rei tantummodo: non puniendi tantum; sed principaliter reconciliandi per proprium opus ad divinam misericordiam accedentis. Et rursum optime notat D. Thomas 3. p. q. 90. art. 2. quod alio modo fit recompensatio offensa in poenitentia, & in vindicativa iustitia. Nam in vindicativa iustitia

fit recompensatio secundum arbitrium iudicis, non secundum voluntatem offendentis, vel offensi. Sed in poenitentia fit recompensatio offensa secundum voluntatem peccantis, & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic non quaeritur sola reintegratio aequalitatis iustitiae (sicut in iustitia vindicativa) sed magis reconciliatio amicitiae. Quod fit dum offendentis recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit.

§. VI. Argumenti contra conclusionem solvantur.

30 **S**ed contra tertiam conclusionem obijcit Lugo disp. 2. sec. 1. n. 6. in primis valde materiale esse quod possit satisfieri aequaliter pro debito, vel inaequaliter; si tamen obligationis radix, quoad alia omnia est similis. Iustitia enim formaliter solum obligat ad ponendam aequalitatem, in quantum potest: si potest totaliter, totalem: si vero solum partialiter, partialem. Si ergo Poenitentia ponit aequalitatem cum Deo quantum potest, satisfaciens toti debito iustitiae. Repugnat enim deberi ex iustitia plusquam praestari possit.

31 Confirmatur, quia reparatio damni illati, quae cum effectu ad hoc non conducit, est compensatio affectiva, sed non effectiva: & per consequens non debita admodum iustitiae. Si autem partialiter reparat damnum illatum, ergo iam satisfaciens pro parte debiti ergo ex perfecta iustitia. Sicut qui debet centum, & dat decem, quae sola habet, satisfaciens ex iustitia pro parte debiti.

32 Confirmatur Secundo, quia sequitur quod per illam partialem satisfactionem nostram, tollatur condignae partialiter peccatum: non enim manet iam homo ita iniurius Deo, sicut antea. Quod tamen dici non potest: omnia enim nostra obsequia sine liberali condonatione Dei non sufficerent, neque etiam partialiter, ad extinguendam, vel minuendam maculam peccati commisi.

33 Confirmatur tertio. Impotentia satisfaciendi adaequate pro peccato mortali non est essentialis homini: potest enim per unionem hypostaticam humanitas elevari ad eam dignitatem, quae possit pro suis peccatis praeteritis superabundanter satisfacere.

34 Respondetur imprimis, quod si haec

hac argumenta convincerent, probarent nullas dari virtutes Iustitiæ adiunctas, seu partes eius potestativas. Quod est contra omnes Theologos. Imò contra Aristotelem, Tullium, Macrobius, & omnes Morales Philosophos. Et sic nec Religio, nec Pietas, nec Observantia essent partes potentiales Iustitiæ, eo titulo assignato ab istis, & à D. Thom. 2. 2. q. 80. art. vnic. Cum igitur ut ibi ait, ratio Iustitiæ consistat in hoc quod alteri reddatur, quod ei debetur secundum æqualitatem: cum nomen Iustitiæ essentialiter æqualitatem importet: quod per se, & ab intrinseco deficit à ratione æqualis, essentialiter deficit à ratione Iustitiæ. Quod intento applicat D. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. dicens, quod dupliciter homo debitor Deo efficitur. Vno modo ratione beneficii accepti: alio modo ratione peccati commisi. Et sicut gratiarum actio, vel latria, vel si quid est huiusmodi, respicit debitum accepti beneficii ita satisfactio respicit debitum peccati commisi. Sicut ergo in Religione, Pietate, & Observantia: *Impossibile est æquivalens reddere secundum quantitatem, sed sufficit quod homo reddat quod potest, quia amicitia non exigit æquivalens nisi secundum quod possibile est.* Posteaque explicat interuenire, non æqualitatem arithmeticam, secundum æquivalentiam, sed secundum proportionalitatem. *Et sic aliquo modo forma Iustitiæ conservatur. Et similiter (inquit) est ex parte satisfactionis.* Bene ergo percipitur quod Pœnitentia ponat æqualitatem cū Deo quantum potest, & non satisfaciatur toti debito Iustitiæ. Ideoque concludit ibi D. Thomas. *Vnde non potest homo satisfacere, sily, satis, æqualitatem quantitatis importet. Contingit autem si importet æqualitatem proportionis, ut dictum est. Et hoc sufficit ad rationem Iustitiæ, ita sufficit ad rationem satisfactionis.* Bene ergo intelligitur, quod Pœnitentia sit Iustitia, non hominis ad hominem, sed ad Deum: & quod non reddat æquale simpliciter: sed æquale proportionaliter. Ideoq; D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 5. ad primum ait: *Sicut latria est pars Iustitiæ, quamvis non reddat æquale honorem beneficii accepti, ita, & pœnitentia, quamvis non possit reddere æquale offensæ præcedenti.*

35 Ad primam confirmationem respondetur, quod Pœnitentia cum effectu satisfacit, nō per partes, sed prout potest: & sic reparat damnum illatum ad æqualitatem proportionis reddendo satis: sed

quia non reddit satis ad æqualitatem omnimodam, indiget acceptatione Dei offensi. Et hoc modo respondet D. Thomas hac 3. p. q. 85. art. 3. ad 2. dicens, quod medium Iustitiæ est æqualitas, quæ constituitur inter illos, inter quos est Iustitia, ut dicitur in 5. Ethic. cap. 1. & 2. In quibusdam autem non potest perfecta æqualitas constitui, propter alterius excellentiam: sicut inter patrem, & filium; inter Deum, & hominem, ut Phil. dicit lib. 8. Eth. cap. vlt. Vnde in talibus ille, qui est deficiens, *debet facere quicquid potest.* Nec tamen hoc erit sufficiens simpliciter, *sed solum secundum acceptationem superioris. Et hoc significatur per excessum, qui attribuitur Pœnitentiæ.*

36 Ad secundam confirmationem dicitur impropiam esse loquutionem vocare satisfactionem partialem illa quæ fit pro culpa: quia hæc nec dimittitur per partes, nec sine acceptatione, & gratia Dei opera hominis aliquid valent ad satisfaciendum. Melius ait D. Thomas in 4. Sent. ad 3. dicens, quod ratio illa concludit, *Quod Deo æquivalens satisfactio fieri non possit: non tamen quod non possit sibi sufficiens fieri.*

Ad tertiam respondetur, quod impropria potentia satisfaciendi est essentialis homini puro, in quo est virtus Pœnitentiæ: Christus autem pro nobis satisfecit ex rigore Iustitiæ commutatiæ: iuxta illud Apostoli ad Rom. 3. v. 25. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad offensionem Iustitiæ suæ,* propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei, *ad offensionem Iustitiæ eius in hoc tempore.*

37 Præterea arguit Lugo n. 8. Si hoc solum Pœnitentia non esset Iustitia, quia non satisfacit æqualiter, non restat ratio ad negandum Pœnitentiam saltem de venialibus esse proprie Iustitiam. Cur enim pro illis non poterit homo iustus diuturnis obsequijs plene satisfacere? Sane incredibiliter, & sine fundamento negatur. Vel ergo fatendum est cum Suarez (melius diceret cum Durando: quia Suarez cum D. Thoma, sentit) Pœnitentiam esse virtutem Iustitiæ ad Deum: vel aliunde quam ex inæqualitate satisfactionis reddenda est ratio cur non sit? Simile argumentum fieri potest de satisfactione pro poenis temporalibus, quæ est ad perfectam æqualitatem: & ideo non est cur non, sit actus perfectæ Iustitiæ.

Respondetur in primis multos sapientissimos Thomistas non admittere nos posse satisfacere de cōdigno pro culpis venialibus, aut pro poenis temporalibus. Ita Petrus Soto de Pœnit. lec. 18. cō. 1. videtur tenere: quævis nos eius mentē aliter exponamus infra q. 87. dub. 1. Tenet tamē Zumel. 1. 2. q. 114. art. 3. disp. 2. Cipullus 3. p. q. 1. ar. 2. dub. 3. sec. 1. §. 11. n. 55. quia licet si satisfactio Pœnitentiæ, & bonitas actus Charitatis consideratur ex obiecto, videatur adæquari: tamē propter inæqualitatem satisfaciens, & Dei cui fit satisfactio, excedit malitia peccati, quia quodammodo est offensa personæ infinitæ.

Deinde tenedo verā, & cōmunē sententiā, quod pro poena temporali, & pro culpis venialibus possumus per Dei gratiam satisfacere ad æqualitatem: quod talis satisfactio nō sit de rigore Iustitiæ, tripliciter explicat, & probat Araujo q. 85. ar. 3. dub. 3. n. 56. §. Hinc ergo, fol. 647. quia sufficit quod Pœnitentiā in suo primario actu, quo satisfacit pro offensa mortali, & reatu poenæ æternæ, temporalis, & pro culpa veniali, quævis reddat simpliciter æquale, nō dicatur satisfacere ex rigore Iustitiæ: quia virtus à primario actu, & obiecto specificatur, & denominationē habet. Sicut Religio in solutione Decimarū reddit æquale pro toto debito sustentationis Sacerdotū, ut dicitur 2. 2. q. 87. ar. 1. Et tamē solū est pars potēntialis Iustitiæ, quia in primario actu cultus Dei nō reddit perfecte æquale, alia exēpla nideri possūt in Patribus Carmel. 1. 2. trac. 8. disp. 1. du. 4. §. 4. Secūdo, ideo æqualitas, quæ pœnitentia hominis iusti exhibet pro poenis temporalibus nō est Iustitiæ perfectæ, quia tota bonitas, & dignitas satisfaciens est sub dominio Dei: ut insimili 1. 2. q. 114. ar. 1. D. Thomas concedit meritū condignū vitæ æternæ, cū æqualitate, & cōdignitate, quam agnoscit art. 3. Et tamē non est de rigore Iustitiæ: quia totum esse, & bonum iusti hominis est sub actuali dominio Dei. Tertio, quia Concilium Trident. sess. 6. cap. 11. appellat remissionem venialium beneficium Dei: quia supponit gratiam, quæ gratis iustificamur, & procedit ab auxilijs gratuito collatis. Et ut fiat gratis, iuxta idē Cōc. ca. 8. sufficit quod nihil præcedat in suscipiente, quod ipsum donum de condigno promereatur. Si autē est Dei beneficium, non obtinetur ex rigore Iustitiæ. Quamvis autem remissio venialium sit terminus satisfactionis, non tamen est terminus meriti: cū meritū ad bonū operan-

ris per se primo, satisfactio vero ad bonū offensi, cui compensatur iniuria, per se primo ordinatur.

38 Facilius tamen nos possumus ex dictis difficultatē euacuare, recollendo ex dictis D. Thomæ art. 3. ad 2. quod medium Iustitiæ est æqualitas, quæ constituitur inter quos est Iustitia. Vnde cōsiderando de bitū culpæ venialis, & reatu poenæ temporalis, & bonitatē satisfactionis Pœnitentiæ, seu cōtritionis, & Charitatis, quando sunt à iusto ex auxilio supernaturali, est adæquatio satisfactionis pro culpa, & solutionis pro debito: sed attēta infinita distantia exhibētis satisfactionem, & Dei cui exhibetur, propter infinitā personarū divinitatē, sēper deficit à rigore Iustitiæ in omni suo actu Religio, Pietas, & Pœnitentiā. Et hoc (inquit D. Thomas) significatur per excessum, qui attribuitur Pœnitentiæ. Bene ergo cōpatitur actus secundarios Pœnitentiæ esse satisfactiones de cōdigno pro culpis venialibus, & pro reatu poenæ temporalis, & nō esse de rigore Iustitiæ: quia hominis ad Deū non ex rigurosa Iustitiā, sed pars eius potentialis, seu quidā Iustitiæ modus. Specialiter contra primā assertionē, imò cōtra doctrinā articuli tertij D. Thomæ §. 7. arguit idē Lugo dist. 2. sec. 1. n. 10. Primo, quia licet possit fieri iniuria contra Deū, nō autē omne peccatū habet rationē iniuriæ. Quia in primis nō sēper exigit Deus nostra opera, & obsequia ex dominio proprietatis quod habet, & quod necesse esset ad rationē iniuriæ: sed ex dominio iurisdictionis, & legislatoris, ut dixerat dist. 3. de Incar. sec. 9. deinde multi sūt qui inuincibiliter ignorāt illā malitiā iniuriæ esse in omnibus peccatis. Multi, qui illā probabiliter negāt: cū quibus possumus me practice cōformare. Et per cōsequēs meū peccatū, saltē per accidēs, nō habet malitiā contra Iustitiam. Ergo Pœnitentia non poterit dolere de illo peccato sub motivo formali iniuriæ.

Secundo, peccator non potest reddere in individuo, quod abstulit. In æquivalenti non tenetur reddere: quia illud in æquivalentiam est in plena Dei potestate. Ergo non reddat quomodo ex motivo Iustitiæ velit satisfacere pro iniuria.

Tertio, si Pœnitentia esset Iustitia, obligaret proculdubio statim quam primum post commissum peccatum: nam Iustitia sicut obligat ad non ledendū ius alienum, obligat etiam, quando læsum est ad satisfaciendum, quantum fieri possit, statim. Consequens autem est factum: nō

enim peccat homo de nouo, eo quod post primum peccatum non statim conteratur, vel agat Poenitentiam.

Denique Motiuum iustitiae includit obligationem satisfaciendi pro laesione iuris alieni. Poenitentia autem non semper respicit satisfactionem, ad quam sit obligatio. Nullum enim est praecipuum obligans ad satisfaciendum in hac vita pro peccatis venialibus. Et tamen Poenitentia potest, & de facto versatur circa illa. Ergo non habet pro motiuo obligationem satisfaciendi, quod est obiectum iustitiae. Aliud ergo motiuum formale debemus assignare Poenitentiae, quod non sit motiuum iustitiae.

39 Haec tamen parum vrgent: sed quia tangunt plura alibi discutienda, non possumus in singulis immorari. Peccatum esse proprie offensam Dei, docet D. Thomas hic art. 2. & 3. & 1. 2. q. 113. art. 2. & in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 2. & Opusc. 3. cap. 7. & q. 28. de Veritate art. 2. Et S. Ansel. lib. 1. Cur Deus homo cap. 11. ait. *Aufferre Deo quod suum est, & Deum exhonorare, hoc est peccare.* & Saluianus lib. 4. ad Eccles. ca. 3. *Omne enim peccatum est Diuinitatis iniuria.* Indicatur; Scriptura Sacra Psal. 31. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino.* Prima Ioan. 3. *Omne peccatum est iniquitas.* Primi Regu. 10. *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Habr. 10. *Qui Filium Dei concubauerunt: & spiritui gratiae contumeliam fecerunt.* Similiaque passim occurrunt in Scriptura, & Patribus. Latiusque ponderantur agendo de satisfactione puri hominis, vel supra q. 1. vel infra de parte Poenitentiae, quae est satisfactio.

40 Secundo, quavis aliqui Theologi haec exponant de offensa metaphoricè, non differunt quantum ad intentum praesens: quia eo modo quo peccatum fuerit iniuria, & offensa Dei, sub hoc motiuo speciali Poenitentia satisfacet pro illo. Ideoque Durandus in 4. dist. 17. q. 7. n. 10. docet peccatum esse offensam metaphoricè: & tamen dist. 14. q. 2. n. 6. dixerat, quod Poenitentia est ipsamet virtus iustitiae. Vazquez etiã 3. p. disp. 7. & 1. 2. disp. 223. ca. 2. qui etiã omne peccatum dixerat offensam, & iniuriam Dei metaphoricè. Tamen hac 3. p. q. 85. art. 3. dub. unico n. 32. cum D. Thoma, & communi Theologorum nobis cum docet Poenitentiam esse quandam iustitiae partem potest statipam, sicut est Religio.

Tertio, nemo, qui peccat, potest inuincibiliter ignorare Deum offendere, siue proprie, siue metaphoricè, siue cognoscit

explicitè, siue implicitè. Quia non peccat homo, si non operatur contra dictam rationem: & hoc ipso peccat contra Deum: quia ut ait D. Thom. 1. 2. q. 71. art. 2. ad 4. eiusdem rationis est quod vitium, & peccatum sit contra ordinem rationis humanae, & quod sit contra legem aeternam. Quamvis autem aduertat ibi art. 6. ad 4. quod a Theologis consideratur peccatum praecipue secundum quod est offensa contra Deum; a Philosopho autem Moralè secundum quod contrariatur rationi. In praxi autem utraque ratio exercetur, & agnoscitur ab omni creatura rationali; licet soli sapientes sciatur has subtilitates distinguere.

41 Quarto potest addi cum Auersa q. 2. sec. 3. §. *Ad argumenta*, quod si quis peccaret ignorans Deum peccatis offendit; aut putans non offendit (quae tamen existimatio nullatenus est probabilis) satis est, quod sciat se agere contra ius naturale rationis: quia eo ipso Deus auctor naturae, & rationis vocat se offensum. Durante tamen tali ignorantia, non dolebit talis peccator de suis praue factis ex motiuo diuinae offensa, constitutiuo huius iustitiae. Sed tamen poterit adhuc dolere postea quando id addiscet.

Ad secundum respondetur ex D. Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. ad 2. quod homo, qui ad imaginem Dei factus est, aliquid libertatis participat in quantum est Dominus suorum actu per liberum arbitrium: & ideo ex hoc quod per liberum arbitrium agit, Deo satisfacere potest: quia quamuis Dei sit, prout a Deo est sibi concessum, libere tamen traditum est ut eius dominus sit: Quod seruo non competit. Deinde, si argumentum conuinceret, probaret, quod nullo modo possemus Deo satisfacere sub quocumque motiuo fiat. Quod non consonat doctrinae Concilij Tridentini sess. 14. cap. 9. & can. 13.

Ad tertium respondet Ripald. lib. 4. de ente supernaturali disp. 84. sec. 2. ad 4. quod Deus posset obligare ut statim quod homo peccauit, conteratur, poeniteat, & satisfacet. Sed non utitur iure suo. Quae Dei voluntatem colligimus quia Ecclesia Fideles hanc obligationem non docet.

42 Impugnauerat tamen Lugo num. 13. quia potius in Sacra Scriptura videtur oppositum indicari, ubi saepe admonemur, ne differamus, & procrastinemus conuerti ad Deum. Aut cur potius Deus ob nostram fragilitatem cessit iure suo in ordine ad Poenitentiam, & non ad primam laesionem, cum eadem fragilitas sit ad eandem dependendum, quae est ad non resurgendum?

Aliter Nuno in Add. 3. p. q. 2. art. 3. dist. sic.

hic. 3. Suarez 10. 4. disp. 15. sec. 5. Auersa q. 1. de Poenit. sec. 6. ad 8. & q. 2. sec. 3. circa finem, & alij dicunt, quod est diuersa ratio, quia homini offensa damnosa, & iniuriosa est dilatio restitutionis, seu satisfactionis, Deo autem nullum damnum infertur. Si autem tale fuisset peccatum, quod quis laesisset quasi Dei formam, siue diuinum cultum, aut circa fidem, aut circa mores; teneretur statim hoc quasi damnum reparare.

43 Replicat tamen Lugo. Quia licet ablatio illa non sit Deo nocua, dicimus iustitiam obligare ad non auferendum, & postquam ablatum est, ad restituendum aliquando Deo. Ergo licet dilatio non sit nocua, obligabit eadem iustitia ad non differendum restitutionem. Quia in humanis idem nocuum quod sufficit, ut obligemur ad non laedendum ius alterius, sufficit, ut obligemur ad non differendam restitutionem, vel satisfactionem: nam quoadiu differtur restitutio, manet dominus cum nocuum, & laesione, quaecumque sit.

Retorqueo argumentum contra Lugo qui eadem disp. 2. sec. 4. a n. 49. docet obiectum formale Poenitentiae esse aequalitatem moralem cum Deo, quia est virtus, quae inclinat ad habendam pacem cum Deo, seu ad vitandam offensam Dei, & respicit non habere Deum aduersum, & indignitatem. Quia in humanis (ut ipse arguit) idem nocuum, quod sufficit ut obligemur ad non laedendum ius alterius, sufficit ut obligemur ad non differendam satisfactionem. Ergo ipse teneretur soluere argumentum, quod obijcit.

44 Omnes ergo respondemus, quod peccatum non nocet Deo in effectu, & intrinsece: quia dicitur Iob 15. *Si peccaberis, quid ei noceris? Si iuste egeris, quid donabis ei?* Extrinsece tamen, quantum ad affectum nocere intentat, ut dicitur S. Bern. ser. 3. de Resur. *Ipsam (quantum in ipsa est) Deum peruenit voluntas propria.* De quo S. Thom. 1. 2. q. 2. art. 4. ad 1. Vnde diuersus modus nocuum facit quod non teneamur statim satisfacere Deo, ut colligitur ex D. Thoma in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. Nisi in casibus iam exceptis, de quibus ait D. Thomas 1. 2. q. 73. art. 6. ad 2. Et tamen potest dici, quod & si Deo nullus possit nocere quantum ad eius substantiam: potest tamen nocuum extirpare in his, quae Dei sunt: sicut extirpando fidem, violando sacra: quae sunt peccata grauissima. Et tunc statim teneretur reparare, quantum potest, nocuum quod facit. In alijs

autem peccatis sufficit satisfactionem Deo exhibere, quando praecipuum possit: quia est diuersa ratio offensa contra homines, & contra Deum: iuxta illud Iob 35. ver. 6. *Et si multiplicat a fuerint iniquitates tuae, quid faciens contra eum?* Et ver. 8. *Homini, qui similis tui est, nocet impietas tua: & filium hominis adiunabit iustitia tua.*

45 Ad ultimum respondet Auersa q. 2. sec. 3. circa finem, quod non semper iustitia debet supponere obligationem actiuam, ut ita dicam, ad aliquid agendum: satis est, si supponat obligationem passiuam, id est, ordinationem ad poenam, quam saltem supponit poenitentia de venialibus, siue satis est, quod supponat offensam, sicut etiam venialia Deum suo modo leuiter offendunt; ut consequenter poenitentia ex motiuo talis offensa, sit & dicatur actus iustitiae.

Melius respondetur, quod cum in peccato mortali sit auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad commutabile bonum inordinata. Actus primarius Poenitentiae satisfacit pro offensa, & reatu poenitentiae, qui correspondet auersioni. Sed actus secundarius satisfacit pro reatu temporalis poenitentiae secundum ordinem diuinae iustitiae. Quia ut ait D. Thomas q. 86. art. 4. *in ordinatio culpae non reducit ad ordinem iustitiae nisi per poenam.* Iustum est enim ut qui voluntati suae plus indulget, quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patiat: *Sic enim erit aequalitas.* Hanc aequalitatem facit iustitia, vel Dei vindicantis hic aut in Purgatorio, vel hominis satisfaciens pro culpa, & poena: quod pertinet ad poenitentiam, ut diximus ex D. Thoma hic art. 3. ad 3. Et quoad hoc, non est differentia inter culpam mortalem, & venialem, nisi quod peccatum veniale, sicut simpliciter non est offensa Dei, sic nec aduertit ab eo simpliciter, ut dicit S. Thomas 1. 2. q. 72. art. 5. & q. 88. art. 1. Sed tamen, sicut offendit secundum quid, sic auertit secundum quid. Ideoque D. Thom. in 4. dist. 43. q. 1. art. 3. ad 5. ait. *Quod peccans venialiter similitur ei, qui nimis moratur in via. Et hoc non est auerti, nisi secundum quid.* Et dist. 35. q. 1. a. 2. ad 2. docet, quod non omnino a fine deordinat: sed aliquomodo a fine retardat, ordine ad finem saluato. Ad delendum ergo veniale exigitur poenitentia qua deleatur auersio secundum quid & satisfactio pro inordinata mora, & retardatione. Quod si voluntarie non fiat nostra poenitentia satisfaciens, ponetur

æqualitas à iustitia Dei vindicante. Omnis ergo actus Poenitentiae est actus potentialis iustitiae, ut etiam docet D. Tho. in 4. ad Anib. dist. 14. q. vn. ar. 3.

DVBIVM QVINTVM.

Vtrum poenitentia sit virtus moralis, supernaturalis, & infusa?

§. I. Referuntur sententiae.

Per duo extrema aliqui in hoc puncto oppinati sunt. Quidam non agnoscunt aliam poenitentiam, nisi supernaturalem, & infusam, & respuunt omnem aliam naturalem, & acquisitam. Ita Vazquez q. 85. art. 5. dub. 2. n. 15. dicens. Et cum verum sit, quod diximus 1. 2. disp. 86. per actus virtutum infusarum non acquiri habitus virtutum adquisitionum: sic per actum Poenitentiae virtutis infusae, non acquiratur alius Poenitentiae habitus. Cum etiam non sit nisi vna ratio particularis, ob quam sit constituenda specialis virtus Poenitentiae, non existimo esse aliam virtutem Poenitentiae, nisi quam dicimus esse naturam suam infusam. Hac Vazquez. Pro qua sententia referri solent Cano, & Soto. Sed immerito, ut dicenda monstrabunt.

Per oppositum Durandus in 4. dist. 14. q. 2. n. 6. dicit quod poenitentia non est virtus infusa: quia nulla talis est praeter Theologicas. Nec est virtus acquisita distincta per essentiam à iustitia. Si enim esset secundum se quaedam virtus acquisita ex actibus poenitendi, tunc ille, qui pluries peccaret, & pluries poeniteret, esset virtuosior, seu plures virtutes haberet, quam innocens, qui semper in actibus virtuosus perseveraret: & per consequens non acquireret sibi virtutem Poenitentiae ex actibus poenitendi, quia nunquam poeniteret eo quod peccatum fuisset. Hoc autem est irrisorium. Hac Durandus.

2. Scotus etiam in 4. dist. 14. q. 2. §. De secundo principali, lit. M. dicit, quod peccator in peccatis existens, potest ex naturalibus cum communi influentia considerare peccatum commissum ut offensivum Dei; & ut contra legem divinam, & ut auersivum à Deo; & ut impedivum praemij, & ut inducivum supplicij; & sub multis talibus rationibus. Et potest voluntas

ipsum sub aliqua harum rationum, vel sub multis illud peccatum sic consideratum detestari. Et ille motus potest continuari, & intendi ante infusionem gratiae. Hac ille. Ac per hoc videtur admittere quod absque auxilio gratiae potest peccator poenitere: id enim indicant illa verba potest ex naturalibus cum communi influentia. Nempe cum auxilio generali naturali.

Postea vero eadem dist. 14. q. 3. distinguens poenitentiam, quod alia est regulata naturali lumine, alia regulata ex notis divina revelatione, subiungit lit. F. Nec ex hoc quod regula istius virtutis est tantum ex revelatione, vel fide nota, sequitur istam virtutem appetitivam non esse moralem: quia secundum Philosophum 2. Eth. cap. 1. virtus moralis dicitur esse ex hoc quod est ex more, vel ex consuetudine generabilis. Quaecumque autem notitia, siue ex lumine naturali habita, siue ex fide, potest secundum illam appetitus inclinari, & ex frequenti actione generare in se habitum sic inclinantem, qui erit habitus electivus: quia appetivus, & secundum rectam rationem. Licet non naturalem, sed aliam rectiorem. Et hoc modo paupertas, & humilitas, castitas, & huiusmodi sunt virtutes morales; quia secundum perfectam, & rectam rationem, licet non pure naturalem, ex more, id est, frequenter sic eligere, generatur. Sic supposita ista regula nota ex Euangelio Matthaei 3. Poenitentiam agite: potest voluntas ex frequenti elicere actum conformem isti regulae generare in se habitum inclinantem ad similes actus. Et ille vere est; quia recte rationi, imò rectissimae, consonus. Et tamen moralis: quia ex more, & consuetudine generatus. Et post non nulla concludit Scotus, quod quocumque modo sit naturaliter cognoscibile peccatum esse detestandum, & puniendum, sub ea ratione potest habere pro regula poenitentiam primo modo dictam, scilicet, ut cognoscibile naturaliter. Sed ut cognoscibile supernaturaliter, sic habet pro regula poenitentiam secundo modo dictam. Haec tenet Scotus. Et Ioseph Angles q. 1. de Sacramento Poenitentiae artic. 2. dist. 2. ait, quod poenitentia est habitus ex plurius actibus acquisitus: potestque manere informis in peccatore; sicut aliae virtutes absque charitate, & in eodem existere possunt. Ratio est: quia prius natura habet homo dolorem de peccatis, quae Deus iustificet illum: quam ob rem talis dolor non

non erit à poenitentia infusa elicitus. Et Delgadillo cap. 2. de poenit. dub. 13. probat quia nulla virtus moralis est per se infusa, ut dicit Scotus in 3. dist. 36. §. Contra hoc. ver. licet de istis. Sed poenitentia est virtus moralis. Ergo non est per se infusa.

3. Denique Paludanus in 4. dist. 14. q. 2. n. 20. ait. Item poenitentia potest esse, non solum infusa, sed etiam acquisita, sicut caeterae morales. Sed ad eius acquisitionem magis requiritur fides, vel actus fidei, quam aliarum: quia finis immediatus est Deus cognitus supernaturaliter. Non enim cognitio naturalis docet Deum sic placari ad evadendum gehenam, & ad habendam gloriam. Sequitur Capreolus q. 1. ad argumenta Durandi contra primam folio 169. col. 2. Istos duos habitus Poenitentiae problematicos admittit Richardus dist. 14. art. 4. q. 1.

§. II.

In quo aliqua tanguntur difficultates, & resolvuntur prima.

Quia relatae sententiae tangunt plures difficultates, ab isto instituto non extraneas, & alijs locis satis inter Theologos controuersas, ut non confundantur, multiplici distinctione est opus. In primis D. Thomas hac q. art. 5. distinguit, quod de poenitentia loqui possumus dupliciter: Vno modo quantum ad habitum: alio modo loqui possumus de poenitentia quantum ad actus.

Cum etiam q. 84. dub. 10. §. 2. dixerimus quod poenitere quodammodo est de lege naturali. Aut potest esse sermo de habitu, & actu poenitentis habitus sine lumine fidei; aut de illis qui eliciuntur ab his qui fidem habent, & saepe actus Poenitentiae, & satisfactionis exercent, an isti actus sint naturales, & acquisiti, an supernaturales, & infusi? Et an eis mediatis generentur habitus, vel solum à Deo infundantur?

5. De habitibus vero istis rursus potest inquiri an perfecta habeant rationem virtutis? An vero propter suam imperfectiorem, ad hoc non pertingit, sed solum sint habitus imperfecti vel praecedentes, vel subsequentes habitus supernaturales, & infusi. Notat enim Cajetanus hic art. 5.

quod aliud est habere aliquem habitum electivum secundum rationem rectam, & aliud est habere similem actum secundum rationem virtutis. Verbi gratia. Aliud est habere habitum amoris acquisitum ex frequentibus actibus amandi Deum, & proximum, etiam secundum regulas fidei: & aliud est habere virtutem Charitatis. Habere enim virtutem Charitatis, est habere habitum infusum diuidentem filios Dei à filiis perditionis. Habere autem habitum acquisitum Charitatis, non est habere huiusmodi virtutem, quae est donum Dei, ut ex se patet.

Praeterea ibi notat Cajetanus, quod esse virtutem infusam, contingit dupliciter, vel per se, vel per accidens. Per se quidem virtus infusa est, quae nec ex natura, nec ex acquisitione, sed sola infusione haberi potest, ut Charitas. Per accidens autem est, quae ex suo genere nata est acquiri, sed accidit, quod in hoc sit infusa: ut cum Deus infundit alicui habitum scientiae, vel moralis virtutis, ut habitum temperantiae, seu fortitudinis. Quae doctrina est D. Thomae 1. 2. q. 51. art. 4. & Theologorum communis.

6. Dico primo, solo lumine naturali, & cum auxilio naturali generali, potest peccator poenitere, & dolere de peccatis, ut sunt malum rationalis naturae, & offensa Dei: & cum aliquali spe abolitionis eorum, & divinae condonationis sumitur ex D. Thomae quaest. 84. articulo 7. ad 1. dicente: Quod de iure naturali est quod aliquis poeniteat de malis, quae fecit, quantum ad hoc, quod doleat fecisse, & doloris medium quarat. Expressit Soto in 4. dist. 14. q. 1. articulo 7. ad 1. & probat quia lumen ipsum naturae, qua ratione docet recedere à malo, & facere bonum, subinde admonet ut errata displiceat. Displicentiam autem dolor naturaliter subsequitur. Atque adeo non nulla diligentia malo medendi. Nam si in morbis naturalibus natura sollicita est salutis, sit, ut nisi sit omnino corrupta, sollicita sit spiritualibus. Secundam partem probat infra, dum ait. Tametsi, & naturalis ipsa Dei cognitio, qua cognoscitur esse vnus, & res humanae administrare, & modum gubernare, perinde docet Deum nostris nobis malis offendi. Quare Respublicae naturales bene institutae Deum suis sacrificijs placare studebant, credentes, quod post hanc vitam tam iustis, quam iniquis mererent retributiones. Ob idque non nulla in eis vigabat imago spei veniae. Se-

quantur etiam Authores relati, q. 84. dub. 10. §. 2. n. 15.

7. Priorem partem probat Cano Relec. de Poenit. part. 2. ad 2. docens, non nullos ex Philosophis poenitentiam commensasse. Senecam in Tragædijs. Quem poenitet peccasse, poenitens est innocens. Periantrum Corinthium. Cum peccaueris, subeat te poenitentia. Arist. 7. Eth. ubi cap. 7. asserit, intemperantem ab incontinente hoc distare, quod intemperans non poenitet; ideoque est incurabilis: at incontinens poenitet: ob idque morbus eius curabilis est. Sed & Ovidius, 1. de Põro. Sapè (ait) leuant poenas, ereptaque lumina reddunt, cum bene peccati poenituisse vident.

Contra Celsum arguit Origenes lib. 3. contra ipsum, inter alia dicens. Itaque non solum contra nos mentitus est Celsus, dicens plane constare, ingrata, & consuetudine confirmata vitia, ne castigando quidem, & poenis coercendo emendari sed etiam contra serio Philosophias deditos, nec desperantes virtutem recuperare, ut rem impossibilem homini. Probat idem Tertullianus de Poenit. ca. 2. & 3. Et contra Tullium arguit Lactantius lib. 5. Institut. cap. 24. dicens. Nam si liberos nostros, cum delictorum suorum cernimus poenitere, correctos esse arbitramur, & abdicatos, abiectosque, rursus tamen sustentamus, suscipimus, fouemus, ampleximur; cur desperemus clementiam Dei Parris, poenitendo posse placari? Illustrat eandem veritatem ex dictis Ethnicorum Theophilus Raynaudus de virtutibus lib. 4. sec. 3. cap. 3. à n. 350 vsque 358.

8. Secundam partem Probat etiam Suarez disp. 3. sec. 7. quia lumine naturæ cognoscitur existentia Dei, & eius prouidentia de humanis actibus: ex quo facile colligitur Deum offendi hominum peccatis, vel quia eius præceptum, & obedientia contemnitur, vel quia in ratione finis ultimi aliquid ei præfertur. Hæc cognitio (supposita, naturaliter potest displicere peccatum sub hoc moriuo: quia etiam illa ratio mali est propter se detestabilis; unò detestabilior quam alia, cū sit gravior cæteris: estque repugnans ipsi naturæ, & naturali rationi. Præterea, ut bene notat Martinus Ledesma 1. p. Quarti, q. 26. ar. 1. & Suarez n. 7. non repugnat cognoscere, vel potius suspicari posse Deum remittere peccati poenam, & consequenter etiam tollere debitum eius per

moralem condonationem nihil cognoscendo de ordine gratiæ, & facta à Deo ut auctore naturæ, ut latius probat idem Suarez lib. 7. de gratia cap. 22. à nu. 8. & Ripalda libro 6. de Ente supernaturali disp. 32. sec. 27. Lorca disp. 37. de Gratia. Zumel. 1. 2. q. 113. art. 2. disp. 3. Curiel dub. 2. §. 5. Nuño 3. p. q. 86. art. 2. dub. 2. ad 2. & ad 10. Docuitq; olim Franciscus Victoria relatus à Medina, 1. 2. q. 113. art. 2. §. 5. & proximum est. Quia non alienum ab ordine naturæ, quod Deus eius auctor creaturæ rationali plura beneficia gratuito conferat propter suam bonitatem, liberalitatem, & munificentiam; ergo etiam posset peccata gratuito condonare. Et similiter coniectare posset homo, nullum esse medium aptius ad hanc remissionem obtinendam, quam sit poenitentia peccati.

9. Sed obiicit Caietanus q. 84. art. 7. Tum quia abstrahendo à documentis fidei, dolor, seu tristitia de præterito peccato, nullam videtur habere rationem remedij: & propterea superfluum videtur dolere de malis præteritis. Deinde, difficile est nosse, quid homo infra ius naturæ solum stando, cognosceret de abolitione peccati, per aliud quam cessationem à peccando.

Præterea, ut docet Cano Relec. de Poenit. parte 2. ad 2. quod Deus concilietur, eiusque offensa concilietur per poenas compensetur per poenas voluntarie assumptas, ratio naturalis non assequitur. Sed solo lumine fidei intelligimus clementiam Dei poenitendo posse placari: indulgentiam peccatorum poenitendo posse comparari: compensationem iniuriæ Deo factæ poenitendo posse fieri: morbos omnes animi poenitendo posse aboleri. Ea ratio naturalis non tenet: reneq; fides.

10. Tertio argui potest ex Vazquez, 1. 2. disp. 207. cap. 1. n. 8. docente, mutationem secundum naturalem virtutem non reparare totum damnum illatum per peccatum in statu puræ naturæ. Nam per peccatum constituitur homo dignus qui gloria, & gratia Dei, eiusque amicitia in perpetuum careat, & sit dignum obiectum inimicitiae Dei: Ac proinde peccatum auertit eum à Deo sine supernaturali. Cum igitur restitudo moralis non possit omnia hæc damna compensare, ut patet: per solam restitucionem naturalem non posset tolli tota macula peccati mortalis.

§. III.

§. III. Resoluitur secunda difficultas, & argumentis positus satis fit.

11. Argumentis satis fit, dico secundo, quamuis per frequentationem actuum naturalis poenitentia possit generari habitus; non tamen pertinet ad veram rationem virtutis, quia nec potest peccati mala curare, nec damna eius reparare, nec solo lumine naturæ potest certa spes veniæ haberi; nec poenitentia naturalis de congruo meretur, aut remote disponit ad iustificationem. Prior pars patet ex generali doctrina Phil. 2. Erich. cap. 1. & 2. docente, habitus virtutum, & virtutum ex actibus causari. Probatque D. Thomas 1. 2. quæst. 51. ar. 2. Nam omne quod patitur, & mouetur ab alio, disponitur per actum agentis. Unde ex multiplicatis actibus generatur quædam qualitas in potentia passiva, & mota, quæ nominatur habitus. Sicut habitus virtutum causantur in appetitiuis potentijs secundum quod mouetur à ratione. Et habitus scientiarum causantur in intellectu secundum quod mouetur à primis propositionibus. Quod etiam continua experientia patet etiam in Artibus. Ergo per frequentes poenitentia actus acquiritur facilitas ad actus consimiles repetendos. Quæ facilitas prestatur ab habitu acquisito actuum repetitione.

12. Secunda pars sumitur ex D. Thomas 3. part. quæst. 84. art. 7. ad 1. ubi agens de poenitentia Niniuitarum, dicit non fuisse virtutem, nec profuisse ex pura natura, sed ex fide, & spe, & auxilio supernaturali veniæ consequenda. In quibus tamen (inquit) aliquid fuit adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ionæ, ut scilicet hoc agerent sub spe veniæ consequenda à Deo; secundum illud quod ibi loquitur: *Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore irasua, & non peribimus?*

Deinde in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3. ad 4. ait D. Thomas, Philosophi ideo de hac virtute mentionem non fecerunt, quia remissio peccati, siue expiatio pertinet ad prouidentiam Dei de actibus, in quantum culpa offenditur, & poenitentia placatur. Philosophi autem non considerauerunt virtutes dirigentes in actibus

humanis prout ordinantur ad Dei prouidentiam; sed prout ordinantur ad bonum humanum: Et ideo de Poenitentia mentionem non fecerunt. Et articulo 2. q. 2. ad quintum, ait: *Primus poenitentia motus non procedit ex electione boni formata per aliquem actum alterius virtutis, sed per naturalem quendam appetitum; vel etiam de ipso habitu poenitentia virtutis bono.* Et tamen de ipsa virtute (quæ simpliciter est talis) dixerat in corpore, *quod virtutem poenitentia Deus nobis infundit.* Principaliter probatur ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. declarante, attritionem, quæ communiter concipitur, vel extirpationem peccati consideratione, vel ex Gehennæ, & poenarum metu, si voluntatem peccandi excludat, *cum spe veniæ, donum Dei esse, & Spiritu Sancti impulsam;* non ad huc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo poenitens adiurus viam sibi ad iustitiam parat. Vbi plane est sermo de dono, & auxilio supernaturali; non tantum ad fidem & spem, sed ad ipsam poenitentiam. Quo auxilio simpliciter non egeret peccator, si sine illo posset dolere de peccato ut malum hominis, & offensa Dei, & disponendo se ad Dei amicitiam, cum spe veniæ obtinenda à Deo.

13. Rationem à priori indicat D. Thomas illa sol. ad 4. adiciens. Sed ex similitudine aliarum, quas determinauit (Philosophus) possumus nos istam accipere (virtutem specialem poenitentia). Sicut enim est alicuius virtutis, ut homo placeat eum, quem peccando offendit: Ita etiam est alicuius virtutis, ut homo Deum placeat, quem peccando offendit. Et in corpore illius quæstionula dixerat, quod poenitentia accipit specialem rationem obiecti ex hoc quod respicit peccatum à se commissum ut expiabile poenitentis: & est specialis ratio obiectiua eius, & distinctiua ab alijs virtutibus: quia delectari peccatum ex motu purgandi, & quantum ad culpam, & quantum ad reatum, hoc nulla alia virtus facit. Formatur ergo ratio sic. Omnis habitus, qui facit rectam electionem disponendo ad optimum, & perfectum in suo genere potest dici proprie loquendo virtus, ut constat ex Philo. 7. Phil. textu 18. & 6. Eth. cap. 3. Sed poenitentia naturalis non disponit ad optimum actum, & perfectum in suo genere: quia non perfecte placat Deum, nec expiat peccatum, nec perfecte purgat, *quantum ad culpam, & quantum ad reatum.*

reatum. Nec intra ordinem naturae est ali-
quod principium firmum, quo certificetur,
quod haec obtinebit, ut argumenta ob-
iecta probat. Ergo non est perfecte virtus.

14 Occurrit Auerſa q. 2. ſec. 5. §. Quinto dicens. Sed nos libenter quoque concedimus, eſſe longe inferiorem, & minus perfectam, quam ſit virtus inſula. Non tamen per hoc negari debet, quominus ſit abſolutè, & ſimpliciter virtus: eodem, inquam modo quo aliae virtutes morales, quae ſiſtunt intra ordinem naturae, & non ſufficiunt ad ſalutem. De quo vide D. Thomam, & Caietanum 2. 2. q. 23. art. 6. Sed iam reſponderat Nuño q. 84. art. 7. dub. 3. conc. 6. quod requiritur ad rationem virtutis, prout etiam ſignificatur diſinitione Philoſophi, quod taliter perficiatur potentia circa obiectum proprium, ut poſſit ſiſtere, & quaſi ſatiari ut maneat quieta pro praſenti ſtatu circa talem materiam: licet non ſatietur, & maneat quieta ſimpliciter. Et hoc modo perficitur appetitus ſenſitiuus per virtutem temperantiae in Moralibus: Et in virtutibus Theologicis intellectus perficitur per fidem: quamuis enim viator tendat in beatitudinem, quam appetit; verum tamen propter certitudinem quam habet, eſt ſecurus, & diſponitur per fidem intellectus perfecte pro tali ſtatu; licet imperfectè reſpectu viſionis. Quod quidem non tollit à fide Theologica rationem virtutis: a quoquid non eſſet vna virtus perfectior altera. Quia igitur poenitentia naturalis non regulatur habitu intellectus habente aliquam certitudinem, nullo modo maneret potentia quieta, & ſecura, etiã in propria materia, & in proprio ordine. Et ideo non eſſet virtus ſimpliciter.

15 Secundo reſpondetur, quod poenitentia eſt ſpecialis virtus, quia placet offeſum, expiandum peccatum, quod deſtatur ex motiuo purgandi quantum ad culpam, & quantum ad reatum. Sed intra ordinem naturae omnia haec imperfectè ſunt, quia non innotescit quo Deus placeatur; nec quo ſatiſſat pro culpa, nec notum eſt quo tollatur reatus poenae. Ideoque D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 7. & q. 28. de verit. art. 2. & lib. 3. contra Gentes, cap. 157. probat, quod homo à peccato mortali reſurgere non poteſt niſi per gratiam. Vnde dicitur Eſaiã 43. ver. 25. *Ego ſum, ego ſum iuſe, qui de leo iniquitates tuas prop-
ter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Per quae, & alia excluditur error Pelagianorum, qui dixerunt hominẽ poſſe

à peccato reſurgere per liberũ arbitriũ. Quod reiicit D. Thom. illo art. 7. quia non eſt idem reſurgere à peccato, quod ceſſare ab actu peccati. Sed reſurgere à peccato eſt reparari hominem ad ea, quae peccando amiſit. Quae ſunt tria, de quibus ibi S. Thomas, & Ferrara. Patet ergo, quod omnis poenitentia naturalis, non ſolum eſt imperfecta comparative ad ſupernaturalia; ſed etiam intra ordinem naturalis, & moralis rectitudinis: & ideo non pertingit ad verã rationem moralis virtutis; quia non reparat omnia mala, quae peccatum fecit contra rationem, & contra Deum auctorem naturae.

§. IV. Alia argumenta ponuntur, & diluuntur.

16 Ex alio capite argui poteſt contra rationem conſuſionis, qua purificat D. Tho. ſatisfactionem, qua homo placat hominẽ, & poenitentiam qua Deus placatur. Quia ſi hoc ita eſt, reſumit vires argumẽtum Caiet. art. 2. ex eo, quod inter homines ad hoc non eſt neceſſaria ſpecialis virtus; ſed laudabili actu volũtario attingitur: ut patet cũ is, qui aliquem offendit humiliat ſe illi conſitendo ſe male feciſſe, & dolẽdo de offeſa, & ſubiſciẽdo ſe illi ad recõpenſandã offeſam: per hos enim actus recuperat offeſi gratiam: iuxta illud: *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.* Et tamen nulla virtus ſpecialis ponitur propter actum, & obiectum iſtud. Proportionaliter igitur loquendo; nulla eſt ponenda ſpecialis virtus ad recõpenſandam Dei offeſam.

Reſpondet Soto diſt. 14. q. 2. ar. 3. ad 2. Primo, quod forſã requiritur virtus ſpecialis ſimilis poenitentiae: nam charitas ſolum facit poenitere de offeſa amici. Sed tamen tollere peccatum cõmiſſum in amicam, dicit nouam rationem. Secundo reſpõdet, quod quidquid ſit inrer homines; negatur cõſequentia inter nõs, & Deum: quia poenitentia dicit ſingularẽ modum placendi Deum, concurrẽdo ſimul cum ipſius ſpeciali auxilio ad abolẽdum peccatũ, & emendandum totã vitã.

17 Priorẽ ſolutionẽ ſequitur Valẽs. ad 5. q. 2. pun. 1. Granad. contr. 7. de Penit. 2. diſp. 3. n. 7. Vtrãque tamẽ impugnat Vazq. q. 85. ar. 3. n. 23. Quod ſpeciẽ, illius ſpecialis virtutis inter homines, ipſe non aſſignat, nec aſſignare poteſt. Differentiã quo ad hoc, inter placare hominẽ, & placare Deum, ille non ſatis explicat.

Ipſe

Ipſe ergo Vazquez reſponder diuerſam eſſe rationem, quoniam parentibus aliam iniuriam, aut offeſam facere non poſſumus, quam iniuſtitiae, aut impietatis, aut inobedientiae. Quod damnum iuſtitia reddendo aequale, & pietas reddendo debitum honorem, & obedientia reddendo debitam ſubiectiõnem, reparant. Et hominibus per eãdem virtutem, qua ſatiſſacimus, intendimus ſatiſſacere: quia ſatiſſactionis intentio eſt circa idem obiectum, ac eſt ipſa ſatiſſactio. Sed in charitate non item, quia ipſa ſatiſſactio eſt conciliatio cum Deo. Hac autem odium peccati eſt: & actus charitatis, ut late dixerat art. 2. dub. vnico a n. 38. quia habet Deum pro obiecto immediato. Poenitentia autem eſt affectus expreſſus compenſandi offeſam: & iſte actus reflexus velle ſatiſſacere pro offeſa, & iniuriam peccati compenſandi, eſt actus ſpecialis virtutis poenitentiae, quae eſt poteſtatiua pars iuſtitiae.

18 Plura diſplicet in hac ſolutione. Primo arguit Lugo diſp. 2. ſec. 4. a num. 52. vſque 56. odium peccati prout eſt Dei offeſa, non poſſe ſub illa formalitate pertinere ad charitatem, ſed ad aliam virtutem. Aliud enim eſt habere Deum placatum, hoc eſt, non auerſum, non iratum, non offeſum: aliud habere Deum amicum, hoc eſt poſitiue beneuolum, & gratum. Illud primum ſolum expetit formaliter poenitentia: licet de facto nunquam reperiatur illud primum ſine hoc ſecundo. Sed tamen ſicut etiam inter homines datur ſtatus medius inter amicitiam, & inimicitiam: Ita poenitentia poteſt intendere formaliter hoc quod eſt non habere Deum inimicum, & tollere omnes occaſiones offeſionis, & diſidiũ, ſine eo quod intendat poſitiue eius amicitiam.

Deinde Araujo q. 85. art. 3. dub. 3. ad 2. num. 37. obiicit: Tum quia non ſolum elicitur à poenitentia actus iſte reflexus, qui eſt intentio, vel voluntas ſatiſſaciendi: ſed etiam ille alius directus, qui eſt ipſa ſatiſſactio pro offeſa. Imò ſapẽ iſtum ſub ſpeciali motiuo compenſandi offeſam elicit poenitentia, priori omiſſo. Tum etiam, quia alias in materia cuiuſcumque virtutis ad actum reflexum cõſtituenda eſſet ſpecialis virtus. Ut adhuc actum, quo vult quis habere actum Religionis, vel temperantiae, requireretur alia virtus diſtincta à Religionẽ, vel à temperantia. Siquidein non eſt cur in actu

reflexo volendi ſatiſſactionem, potius quam in iſtu ſpecialis difficultas, & honeſtas reperiatur, diſtincta ab illa, quae in actu directo circa eandem materiam reperitur. Quod tamen non eſt admittendum, ut idem Vazquez fatetur, n. 28.

19 Tandem Auerſa q. 2. ſec. 4. ad 2. ait. Sed facilius dicitur, etiam inter homines ad iuſtitiam pertinere ſatiſſactionem pro offeſis. Et ſic poenitentiam eſſe iuſtitiam erga Deum, nempe partẽ potentialem iuſtitiae. Hac ſolutio eſt cõformis doctrinae D. Thomae q. 85. art. 3. corpore, & ad 3. & in 4. diſt. 14. q. 1. art. 1. q. 3.

§. V. Tertia difficultas reſoluitur.

20 Dico tertio, actus poenitentiae ſalutaris ſunt ſupernaturales, non ſolum extrinſice, & moraliter; ſed intrinſice, & quoad ſpeciem. Probatuſ demõſtrationẽ theologicã, quae ita certam conſeſionem reddit, quoad priorẽ partẽ, ut oppoſitum ſit erroſneum. Actus, qui ex natura ſua nullo modo fieri poſſunt ſine auxilio gratiae ſupernaturali, ſunt ſupernaturales. Sed eſt certum ſecundum fidem, ex Scriptura ſacra, Concilijs, & Patribus, actus ſalutaris poenitentiae fieri nullo modo poſſe per vires naturae, ſed ſolum ex auxilio ſupernaturali gratiae. Ergo actus poenitentiae ſalutaris ſunt ſupernaturales. Maior patet, ex notione actus ſupernaturalis. Et, quia non alia ratione probatur actus virtutum Theologicarum eſſe ſupernaturales. Minorem oſtendunt Cano Relect. de Poenit. part. 2. §. *Quartum fundamentum*: & alij, quos refert, & ſequitur Suarez diſp. 3. ſec. 6. a num. 1. ex illo Ieremias 31. ver. 18. *Conuertere me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus: poſtquam enim cõuerſi ſi me, egi poenitentiam.* In qua verba S. Hieron. Vide (inquit) quantum ſit auxilium Dei, & quam fragilis humana cõditio, ut hoc ipſum, quod poenitentiam agimus, niſi nos Dominus ante conuerterit, & niſi Dei nitamur auxilio, nequaquam implere valeamus, & ad idem ea verba aſſert S. Tho. 1. 2. q. 109. art. 6. ad 1. Deinde D. Thom. 3. p. q. 85. a. 5. ait, quod actum, quibus Deo operanti in poenitentia cooperamur, primum principium eſt Dei operatio conuerſentis conſeſcendum illud Thren. vlt. in orat. Ieremias ver.

ver. 21. *Converte nos Domine ad te, & convertemur.*

21 Ponderat ad idem S. Augustinus lib. 1. contra duas epist. Pelag. cap. 20. illud Ezequielis undecimo ver. 19. & cap. 36. ver. 26. *Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.*

Constat idem ex illo Actorum 5. ver. 31. *Ad dandam poenitentiam Israeli, & remissionem peccatorum.* Cap. 11. ver. 18. *Ergo & gentibus poenitentiam dedit Deus ad vitam.* Et ad Roman. 2. ver. 4. *Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit?* Et 2. ad Tim. 2. ver. 25. *Ne quando Deus det illis poenitentiam.* Quae contra Pelagium ponderantur in Epistola Aurelij Cartag. Episc. quae est 72. inter Epistolas S. Leonis, & ipse epist. 69. alias 91. ad Theodorum ait. Ipsam poenitentiam ex Dei credimus inspiratione conceptam, dicente Apostolo: *Ne forte det illis Deus poenitentiam.* De quo S. Aug. lib. 5. contra Iulianum cap. 3. S. Fulgentius de Fide ad Petrum, cap. 31. S. Bernardus ser. 1. Pentecost. ait, Initium enim revertendi ad Deum, poenitentia est: *quam sine dubio Spiritus operatur, non nos, sed Dei. Idque, & certatio docet, & confirmat auctoritas.*

22 Definiunt idem Celestinus Papa epistola ad omnes Galliarum Episcopos, cap. 4. & Conc. Araus. 2. Can. 4. dicens: *Si quis, ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit: non autem ut etiam purgari velimus, per Spiritus Sancti infusionem, & operationem fieri confisetur, resistit Spiritui Sancto dicenti: Praeparatur voluntas a Domino.*

Expresius idem diffinit Concil. Trid. sec. 6. cap. 6. & Can. 3. *Si quis dixerit sine praeveniente Spiritu Sancti in spiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere, sicut oportet ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.*

23 Calumniatur harum probationum efficaciam Vazquez q. 85. art. 5. dub. unico a num. 7. quia ex illis solum habetur esse de fide poenitentiam esse Dei donum, & ex auxilio gratiae excitatis, & adiuvantis provenire. Quod verum potest esse, etiam si ipsam non dicamus virtutem infusam. Sicut ad omnia opera virtutis moralis, etiam acquisitae, & ad vincendas tentationes, (praecipue graues) exigitur Dei donum; & tamen isti

actus non sunt supernaturales. Sicut ipsi 1. 2. disp. 86. & disp. 187. cap. 2. dixerat ex testimonijs, quibus probatur fidem esse donum Dei, non probari esse infusam virtutem, nec actum eius esse supernaturalem, sicut visio Dei est. Sed illud aliunde probandum esse.

Præterea, auctoritates loquuntur de poenitentia, & dolore peccatorum propter Deum, hoc est, ut sunt Dei offensa, vel propter poenas inferni. Quod vero sit sub illa intentione satisfaciendi Deo, & compensandi offensam; id non docent Sancti, nec Scriptura, nec Concilia. Unde si quis dixerit actum charitatis esse supernaturalem, & illum detestari Dei offensam, & actum poenitentiae non habere aliam supernaturalitatem, nisi quia est imperatus a charitate, nulla esset censura dignus.

24 Quod confirmare possumus, quia actus intrinsece, & quoad speciem supernaturales, vel non agnoscit, vel negat. Se videtur multi graues, antiquique Theologi. Sexdecim pro sententia negante refert Ripalda tom. 1. lib. 3. de Ente supernat. disp. 44. sec. 1. Vbi tamen num. 3. & 4. refert, quod Canus de Poenitent. par. 3. ante medium dicit, sententiam negantem actus in entitate super naturales, non solum esse falsam, & periculosam, sed erroneam; *nequid, addit acerbius dicam.* Petrus Soto sec. 9. de Poenitent. non esse tutam, & à D. Thoma iudicatam Pelagianam. Medina vero 1. 2. q. 109. art. 3. & 4. & q. 62. art. 2. asserit oppositum esse de fide Catholica. Minus nostri Doctores (inquit Ripalda) loquuti sunt. Vazquez 1. 2. disp. 187. cap. 2. solum probabiliorum. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 1. & lib. 2. de Gratia, non esse tantis censuris dignam.

Similiter Ludovic. Torres disp. 46. dub. 6. solum dicit probabiliorum. Pariterque Basilus Legion. 1. part. variar. quaest. 3. expositiva, cap. 6. & 2. part. Relec. de necess. gratiae, cap. 3. num. 12. dicit, opinionem, quae docet assensum fidei esse supernaturalem secundum substantiam, solum esse probabilem; neque efficaci alia qua ratione probari. Ergo isti idem dicent de poenitentiae actu, quem non constat tam supernaturalem esse, ac sunt actus virtutum Theologicalium.

25 Haec argumenta probant quidem secundam partem assertionis non pertinere ad fidem neque mediate: non tamen quod prima pars non sit de fide, ad minus

me-

mediate. Itaque fides Catholica nos credere iubet quibus actibus debeamus nos preparare ad iustificationem obtinendam; modum autem quo id fiat, & alias subtilitates scholasticas, relinquit disputationibus Theologorum. Sed debuisse Vazquez advertere, quod Cano auctoritates non attulit ad probandam infallitionem habitus poenitentiae, de qua agit conc. 3. vbi nullam refert auctoritatem: sed in quarto fundamento ad probandum, quod ad actum poenitentiae salutaris egerit homo auxilio supernaturali Dei, quo ipse moueat voluntatem nostram ad veram poenitentiam. Hoc autem esse de fide, Suarez aduertit de Poenitent. disp. 3. sec. 6. num. 1. & eiusdem testimonijs probat. Idem notat Auersa quaest. 2. sec. 5. conc. 1. §. Tertio.

Nec meliori fide Canum refert Ripalda, quia illa parte tercia folio 15. §. Quibus, non loquitur nisi determinate contra asserentes contritionem exigere certam intensiorem. Contra quos inquit: *Imaginatio haec non modo falsa est, sed etiam periculosa, & erronea, ne quod verbum atrocius dicam.* Quae censura, agendo de contritione, videbimus quibus probetur. Modo non video quorsum referatur.

Petrus Soto illa lec. 9. nihil quod ad rem faciat, docet. Lectione autem 8. ita ait folio mihi 176. Haec igitur sunt certissima fidei definitiones, quas ideo attulimus, quoniam nonnulli inter Scholasticos non infimae auctoritatis contrarium scripserunt, quod videlicet, *uis virtutis quis possit sic poenitere ut gratia consequatur.* Itaque sto ut hoc illis donerem, & ab errore culpabili eos excusemus: certe eos adhuc velle defendere, aut sequi, excusandum non est. Hec ibi. Quae docet, ut probat, *quod principium primum poenitentiae, & vera eius origo est operatio diuina gratia, cor nostrum ad se conuertentis.* Quae propositio est D. Thomae art. 5. & est de fide, ut adducta testimonia demonstrant.

26 Nec integre Ripalda retulit sententiam Medinae: siquidem 1. 2. q. 62. art. 2. fol. 563. col. 2. conc. 3. ait. Non est dogma haereticum, nec auersarium sanae doctrinae, asserere, quod ista opera differant tantum in genere moris. Quamuis conc. 4. dicat, *verosimilius videtur, & diuinae Theologiae magis consentaneum, quod isti actus differant etiam in genere naturae secundum substantiam.* Quae verba refert, & maxime probat Alvarez lib. 7. de

Auxil. disp. 65. n. 3. Non ergo Thomistas sunt rigidi caecores; nec mitius sui loquentur auctores.

27 Secunda ergo pars probatur rationibus, quibus Medina, & alij probant actus virtutum Theologicalium esse quoad speciem supernaturales: quoad hoc enim, inter illos, & istos, nulla est assignabilis ratio disparitatis. Item militant omnes rationes, quibus generatim solet probari supernaturalitas intrinseca actuum virtutum moralium. Imò, & omnium actuum salutarium. De quibus latè Ripalda disp. 44. sec. 5. & 6. & 7. Specialiter loquendo de poenitentia, probat Suarez disp. 3. sec. 6. num. 5. quia poenitentia non est supernaturalis ex solo modo intensiōis, nec ex sola extensione, nec ratione durationis. Præter hos autem modos nullus alius excogitari potest in actu, qui sit illi intrinsecus, a quo habeat actus quod sit supernaturalis. Ergo hoc habet ex vi suae essentiae. Secundo. Motuum poenitentiae est superioris ordinis, & excedens omne naturale motuum actus autem debet esse proportionatus motui, seu obiecto formali; & ideo etiam est superioris, & supernaturalis ordinis.

28 Vtrum autem supernaturalitas actuum quoad speciem, sit semper supernaturalitas, quoad substantiam physicam, & entitatem? Et an quoad hoc sit aliquod discrimen inter supernaturalitatem visionis beatæ, & virtutum Theologicalium, & actus virtutum moralium, tam earum, quae sunt in voluntate, quam earum, quae sunt in appetitu sensitivo? Quaestio est inter Thomistas, alibi opportunius determinanda. Examinandaque sententia Caiet. 10. 1. Opusc.

29 In quantum vero argumenta Vazquez contra utramque partem assertionis procedunt in discriminatim, oportet respondere. Ad primum ex Araujo q. 85. art. 6. dub. 1. num. 28. dicitur auxilia collata à Deo ad opera moralia ordinis naturae non dici gratiam simpliciter, quia non sunt indebita creaturae naturaliter inclinanti ad bonum rationis; sed dicuntur gratuita secundum quid, quia in individuo sunt indebita. Testimonia autem sonant gratiam simpliciter, cum potiora non adducantur ad probandam aliorum actuum supernaturalitatem.

Ad secundum dicitur, quod supposita vulgari regula, & approbata à S. Athanasio libro de communi essentia Patris,

& Filij, quae verba Scripturae sunt in proprietate accipienda, nisi aliquid obftet sana doctrina aduersum, oportet credere verum actum poenitentiae salutaris esse supernaturalem, & viribus naturae elici non posse, prout conducit ad salutem. Qualiter vero huius actui insit supernaturalitas, an intrinsicè, an extrinsicè, an moraliter, an physicè? Non pertinet ad Fidem, relinquatur Theologis disputandum. Sicut etiam non pertinet ad fidem, an sit specialis virtus, distincta à charitate, Religione, iustitia: quia opiniones Theologorum supra relatae, non sunt ab Ecclesia reprobatæ.

¶ VI. Alia duae difficultates resolvuntur.

30 **D**ico quarto, habitus poenitentiae immediatè à Deo infunditur, tunc nobis principaliter operantibus: non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. Ita D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 1. & 3. p. q. 85. art. 5. Vbi Cajetanus sic Probat. Quod autem poenitentiae sit virtus per se infusa, ex eo patet, quod omnes illae virtutes, quae ex suo genere ordinant hominem secundum statum vitae gratiae, sunt ex genere infusae, ut potè excedentes statum vitae, quae est secundum naturam, & rationem naturalem. Sed virtutem poenitentiae constat ad statum vitae, quae est secundum gratiae Dei pertinere: sicut & Religionem, ut est circa Sacramenta, circa venerationem Dei vnius, & trini, Ergo est virtus per se infusa.

Probat deinde Cano in Relec. de Poenitent. part. 2. conc. 3. Quoniam hac sola ratione ponimus virtutes Theologicas infusas, quod actus earum excedunt naturae facultatem. Et explicuerat in secundo fundamento ex D. Thoma. 1. 2. q. 51. art. 4. quia non est alia causa ponendi habitus infusos à Deo, nisi ut homo se habet ad producendos actus supernaturales. Probat manifestè, quoniam ad actus naturales, quos potentia cum auxilio Dei generali producere potest, non est opus habitu infuso supernaturali (cum per actus nostros possit habitus acquiri) quo bene potentia se habeat ad similes actus. Quare tunc vel virtus acquisita superfluet: Vel (ut dicamus verius) superfluet ipsa virtus infusa, quae nihil aliud prestaret, quam quod presta-

ret acquisita. Et praeterea talis virtus non esset infusa per se, de quanos loquimur: sed esset potius per accidens infusa. Sed actus poenitentiae salutaris esse ex solo auxilio gratiae, & esse super naturales diximus esse mediate de fide. Relinquitur ergo ad actum poenitentiae necessarium esse habitum virtutis infusum.

Confirmat, quia Deus suauiter disponit omnia: ergo cum actum virtutis naturalis non producat sine habitu naturalis neque actum etiam supernaturalem perfectam virtutis producat, sine habitu supernaturali. Quorsum ratio est: quia habitus est dispositio animi in ordine ad operationem. Ergo, si operatio est naturalis, habitus erit naturalis: & si operatio est supernaturalis, habitus erit supernaturalis. Et praeterea, cum agens non se extendat ultra fines naturae, non poterit producere habitum poenitentiae, quae videlicet, perficit hominem in ordine ad finem excedentem naturae facultatem.

31 De certitudine praecedentis conclusionis est dubium: Quia Suarez disp. 3. sec. 6. n. 10. dicit, quod in rigore ad doctrinam fidei, & ad intelligendam diffinitionem Concilij Tridentini, sufficit cõfiteri actum esse supernaturalem; & detestatio peccati, quae ad remissionem peccati disponit, sufficeret ex motiuo charitatis. *Solumque probabilis esse dari virtutes morales per se infusas.* Et tantum hoc modo infra disp. 7. sec. 1. n. 3. docet habitum poenitentiae esse supernaturalem, & infusum.

Araujo vero q. 85. art. 6. dub. 1. n. 26. sicut 2. 2. q. 23. art. 1. dub. 1. dixerat esse de fide dari virtutes theologicas, sub nomine fidei, spei, & charitatis: quauis subtractione virtutis, aut habitus hucusque; diffinitum non sit dari donum supernaturale. Ita est de fide dari permanentem poenitentiam supernaturalem, quauis non sit de fide esse habitus per se infusum virtutis; cum non sit magis certum dari habitum infusum poenitentiae, quam habitus infusos virtutum moralium.

34 Demum M. Ioanes à S. Thoma. 1. 2. q. 63. disp. 16. art. 7. a fol. 232. docet, quod negare virtutes morales per se infusas distinctas a theologicas, & donis Spiritus Sancti, non est dignum censura certa, & indubitabili: neque cum magno fundamento astrui posse, loquendo de omnibus virtutibus. Loquendo autem de virtute morali poenitentiae, ad minus esse proximum errorem negare quod sit virtus per se infusa: quia per proximam, & immediatam consequentiam deducitur ex doctrina Concilij Tridentini. Sed, 6. canone 3. vbi actus credendi, sperandi,

di, & diligendi eodè iure supernaturalitatis censentur, atque actus poenitendi. Et sec. 14. cap. 4. loquendo de actu poenitentiae distincto à charitate; siquidè loquitur de actu non formato, dicit esse donum, & impulsivum Spiritus Sancti: atque ad iustitiam parare viam, quia est dispositio ad iustificationem. Quod totum supernaturale est. Ergo virtus poenitentiae est habitus moralis per se infusus. Consequentia est nota: quia actus per se, & ex sua substantia supernaturalis, petit principium ex sua specie supernaturale. Ergo, & infusum: quia supernaturalis habitus non acquiritur. Nec minus infusionem postulat, quam alij habitus supernaturales fidei, & charitatis, & spei. Ita tamen ut in proprio loco disputantur 1. 2. agendo de virtutibus infusis, q. 63. & de iustificatione, q. 113.

33 Ex quo reijcies, ut paradoxum, & ut indignum ut in scholis audiaris, quod nouissime intrepide, contra tot Theologorum censuras, & rationes, audeat affirmare Delgadillo capit. 2. dub. 14. quod non est possibile, quod virtus poenitentiae sit per se infusa: quia eius motiuum nequit esse supernaturale, & diuinum: & quia aliqua poenitentia potest acquiri per repetitionem actuum. Quae instantur in virtutibus Theologicis, & eorum motiuis: inter quae, & motiua poenitentiae, quantum ad hoc, Concilium Tridentinum, negat esse disparitatem.

34 Dico quinto, poenitentia non est virtus theologica, sed moralis. Ita D. Thom. art. 3. ad 1. & in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 4. probas. Virtus theologica habet idem pro obiecto, & pro fine. Hoc autem non est in poenitentia; quia obiectum eius est peccatum commissum, quod intendit expiare: finis autem est cui intendit reconciliari. Et ideo non est virtus theologica: sed inter morales virtutes numeranda est.

Obijcies. Poenitentia Deo reconciliat, & ei satisfacit, & eum placat: ergo habet Deum pro obiecto. Et ad minus habet Deum pro obiecto cui; quod videtur sufficere ad rationem virtutis theologicae. Sicut charitas est virtus theologica etiam in his actibus, quibus vult Deo bona extrinseca, quia habet Deum pro obiecto cui.

Respondet Lugo disp. 2. sec. 4. n. 60. quod satisfaciens se ipsum habet pro obiecto cui formali, & ultimo; non Deum: ille enim actus non amat Deum; sed satisfacit Deo: quod totum est aliquid creatum. Sicut, obe-

dieta vult obedire Deo, & religio colere Deum: & tamè non sunt theologicae propter eadem rationem. At vero charitas ita habet Deum pro obiecto cui, ut habeat ipsum pro motiuo formali: vult enim Deo bona, quia bona Deo sunt, quem formaliter amat per illum actum.

35 Hoc esse contra communem Theologum, notat Auerfa. q. 2. sec. 6. §. Quarto. Et in primis S. Thom. a. 1. ad 1. art. quod sicut dicitur in 5. Eth. c. 1. iustitia est virtus ad alterum: ille autem ad quem est iustitia, non dicitur materia iustitiae; sed magis, quae distribuitur, vel commutatur. Vnde, & materia poenitentiae non est Deus; sed actus humani, quibus Deus offenditur, vel placatur. Sed Deus se habet sicut ille ad quem est iustitia: quia est eius pars potentialis. Iustitia autem respicit pro obiecto cui: illum cui intendit reddere debitum, & iustificare. Sic etiam religio vult, & reddit cultum debitum Deo, habetque pro obiecto, cui ipsum Deum.

Deinde respondet Auerfa, quod distinguendum debet bonum honestum, & bonum veluti commodum seu debitum: & quidem honestum semper refertur ad eundem operantem, qui dicitur virtuosè, & honestè agere: sed commodum, seu debitum potest referri ad alterum: & hinc denominatur obiectum cui. Sic charitas vult alteri bonum, iustitia vult alteri reddere debitum. Poenitentia ergo cum velit satisfactionem quatenus debitam ipsi Deo, habet pro obiecto cui ipsum Deum.

36 Fateor posse in hoc puncto misceri quaestionem de diuerso usu vocabulorum. Sed ab his praescindendo, radicatus id exponit S. Thomas in 4. sententiarum ad secundum dicens, quod virtutes infusae tripliciter se habent ad Deum. Quaedam enim habent Deum pro obiecto, & sine; sicut theologicae. Quaedam non pro obiecto in quo transeat earum actus; sed pro fine proximo; sicut patet de latría, quae aliquas seruitutis protestationes quasi materiam habet, quas immediate ordinat in Deum quasi in finem. Et tales virtutes proximissimae sunt theologicas. Vnde & actus harum virtutum attribuuntur virtutibus theologicas, sicut proximis imperantibus. Vnde dicitur ab Augustino in Enchirid. capitul. tertio, quod Fide, Spe, & Charitate colitur Deus. Quaedam autem non habent Deum pro obiecto, neque pro fine proximo, sed ultimo: sicut temperantia, quae habet passiones pro

meteria, & quietem animi pro fine proximo: sed hanc ulterius ordinat ad Deum. Poenitentia autem quamvis non habeat Deum pro obiecto (nempe quod, aut quo) habet tamen Deum pro fine proximo: quia ad hoc in peccata commissa destruenda mouetur, vt Deo reconcilietur: & ideo actus eius, scilicet, peccatum expellere, vel iustificare, quanque fidei, quandoque charitati ascribitur.

Ex his verbis S. Thomae elicit Soto distinct. 14. quaest. 2. artic. 3. ad 1. §. Unde, quod licet materia poenitentiae sint peccata, tamen finis intrinsecus est amicitiam reficere inter Deum, & homines: quia ea ratione qua est conuersio in Deum, intrinsicè habet dolere propter ipsum. Imò vero quoddam modo Deus est obiectum eius in obliquo: est enim actus poenitentiae dolere de offensa Dei, ea ratione qua est Dei. Ideoque D. Thomas hic artic. 3. ad 4. docet, quod poenitentia licet sit directè species iustitiae: *Comprehendit tamen quodam modo ea quae pertinent ad omnes virtutes.* Quia earum committatu stipatur, vt ibi docet S. Thom. cuius solutionem, vt per egregiam commèdat Soto vbi supra ad 4.

37 Obijciens secundo. Virtus moralis consistit in medio circa suam materiam. Sed poenitentia non consistit in medio suae materiae, quia omne peccatum commissum detestatur. Ergo non est moralis virtus.

Respondet D. Thomas illa quaestiuicula 4. quod vindicatiua iustitia constituit medium in offensis, quae sunt eius materia: non quidem tenendo medium in offensis vt quaedam retineat, & quaedam abijciat (sicut temperantia ponit medium in delectationibus) sed omni offensae proportionando poenam debitam. Et similiter poenitentia pro quolibet peccato commissio poenam infert sibi ipsi debitam: non autem ita quod dimittat aliquod peccatum, & aliquod abijciat. Ita D. Thomas loquendo de medio ex parte materiae.

Loquendo autem de medio ex parte affectuum in 4. distinct. 17. quaest. 2. artic. 3. quaest. 2. ait, quod contritio ex parte doloris, qui est in ratione, scilicet, displicentiae, quo peccatum displicet in quantum est offensa Dei, non potest esse nimia: sicut nec amor charitatis, quo intenso talis displicentia intenditur, potest esse nimius. Sed quan-

tum ad dolorem sensibilem, potest esse nimia; sicut etiam exterior corporis afflictio potest esse nimia, vt supra dist. 15. quaest. 3. art. 1. quaest. 2. ad 3. de ieiunio ex verbis S. Hieronymi paruit.

38 Restat respondere argumentis propositis in sententijs initio relatis. Fundamentum Vazquez falsum assumit: si quidem S. Thomas quaest. 17. de Veritate artic. 1. ad 13. (quod erat quartum secundi ordinis) docet. *Quod ex actibus infusae charitatis generatur aliquis habitus dilectionis; vel praexistens augmentatur. Sicut in eo, qui habet habitum temperantiae acquisitum ex actibus, ipse habitus augmentatur.* Quod intelligit Petrus Bergomensis in Concordantijs dub. 697. de habitu acquisito *diversae speciei ab habitu infuso.* Tum vt possit esse simul in eodem subiecto cum illo: si quidem duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse simul in eodem subiecto: Tum vt D. Thomas non contradicat illis, quae docet quaest. 1. de Veritat. artic. 10. ad 19. & 1. 2. quaestio. 5. artic. 4. ad 3. asserens ex actibus virtutis infusae non generari alium habitum; nempe supernaturalem. Rationemque assignat Caietanus 2. 2. quaest. 17. artic. 5. nam licet fides, spe, & charitate acquisita aliquis innitatur Deo, ad Deum propter Deum: Habitustamen ille acquisitus non ex natura sua, sed ex studio humano inclinatur in tales actus non bonos supernaturaliter, nec proportionatos supernaturali obiecto. Ideo opus est habitibus infusis, qui ex natura sua determinant ad actus bonos supernaturaliter, proportionatos obiecto supernaturali.

Ad hoc enim nihil acquiritum sufficit ex natura sua, vt patet per actus enim nostros, neque naturales, neque supernaturales, valent acquiri virtutes supernaturales; sed solum à Deo immediate infunduntur: Vnde D. Thomas quaest. vnica de virtut. artic. 10. ad 13. ait: *Aliquid est in potentia in anima, quod non est natum educi in actum, nisi per virtutem diuinam: & sic sunt in potentia in anima virtutes infusae.* De quo Caietanus 2. 2. quaest. 24. artic. 6. & 1. 2. quaest. 63. artic. 4. & eisdem locis communiter Thomistae, & alij Theologi, vt videre est apud Carmel. 1. 2. trac. 12. disput. 3. dub. 3. Videatur Caietanus 1. 2. quaest. 63. artic. 3. Medina quaest.

quaest. 51. artic. 4. dub. vltimo. Et Suarez lib. 6. de gratis cap. 14. à num. 17. dicit, quod est communis sententia, habitus acquisitos frequenter acquiri, & concungi cum infusis, & eos iuuare.

39 Quod ad intentum applicant Ca preolus in 4. dist. 14. q. 1. ad argumenta Durandi contra primam folio 169. col. 2. Et Soto in 4. dist. 14. quaest. 2. art. 5. §. Ex ijs tandem, dicens: *Quod circa etiam admittatur aliqua acquisita virtus poenitentiae, quae sit in peccatore: non tamen illa est digna nomine poenitentiae absolutè, sed secundum quid: quia neque est similis legitimae poenitentiae: quem admodum temperantia infusa, & acquisita sunt similes, quia neutra attingit Deum. Virtus enim poenitentiae, simpliciter sic dicta, habet, sicut charitas, distinguere inter filium Dei, & filium irae.*

Per quae idem Soto ibidem respondet Durando, & Scoto, notans, quod virtus infundi, prius in capit. *Maiores, de Baptismo*, sub opinione relictum est: & in Concilio Vniuersali, tanquam probabilius approbatum.

40 Et nuper in Synodo Tridentina ses. 6. canone 11. certius assertum. Quare de tribus Theologicis virtutibus nemo est, qui ambigat infundi cum gratia in Baptismo, & in quacumque iustificatione vbi infunditur gratia. Morales vero virtutes per se infusas, quamquam negauerint Durandus in 3. dist. 3. quaest. 6. Scorus in 3. dist. 36. quaest. vnica, §. *Contra hoc est*, & quidam alij. De facto tamen infundi virtutes morales, & specie distingui ab acquisitis, docet D. Thomas 1. 2. quaest. 63. artic. 4. & quaest. 51. artic. 4. Et quaest. vnica de virtutibus in communi, ar. 10. & in 3. dist. 33. quaest. 1. ar. 2. & S. Antoninus 4. partit. 1. cap. 1. §. 3. & communiter Doctores Theologi, vt multis relatis ostendit Ripalda lib. 6. de Ente supernat. disp. 120. sec. 6. Imò Capreolus, Conradus, Medina, Alvarez, Gregorius Martinez, & Montefinos, vt etiam refertur Patres Carmelitani 1. 2. tract. 12. disput. 3. dub. 1. num. 1. oppositam sententiam graui censura dignam arbitrantur. Et Serra 1. 2. quaest. 63. artic. 4. dicit ad minus esse improbabilem. Et in Carechismo Pij Quinti asseritur Baptismi effectus, *nobilissimus omnium virtutum committatus, quae in animam cum gratia diuinitus infunditur.* Et S. Augustinus ad illa verba Psalm. 83. *Ibant de vir-*

tute in virtutem, cum numerasset quatuor virtutes cardinales, subiungit: Iste virtutes ante in conualle plorationis per gratiam Dei donantur nobis. Cum ergo poenitentia sit pars potestativa iustitiae, infusa simul cum illa infunditur.

Vnde D. Thomas in 4. distinct. 14. quaest. 1. artic. 2. quaest. 1. ait: *Quod virtutem poenitentiae Deus nobis infundit: sed dispositio aliqua ex parte nostra praecedit: & secundum hoc habet aliquam originem in nobis.* Et quaestiuicula 2. & artic. 3. quaest. 2. ait: *Omnes virtutes simul infunduntur. Sed poenitentia est virtus: Cum ergo innocentes in Baptismo infundantur aliae virtutes, infunditur etiam, & poenitentia.* Ita in argumento primo, *Sed contra*, quod & repetit in corp.

Addunt Soto illo artic. 3. §. *Unde*, & artic. 5. §. *Exijs*, & Patres Carmelitani tom. 3. in fine, in *Arbore virtutum*, §. 9. num. 75. quod habet poenitentia nexum indissolubilem cum gratia, non ea solum generali ratione qua reliquae virtutes infusae; sed peculiari titulo: nam cum poenitentia per se tendat ad auferendam offensam irrogatam Deo, media satisfactione: & huiusmodi satisfactio quantumvis magna ex se, in aequalis sit praedictae offensae: requirit suum sortiri effectum, nisi ex Dei acceptatione, supplente diuina misericordia, quod non valet hominis praestare iustitia. Hoc autem esse non potest, nisi Deus pacetur homini, reddaturque ipsi amicus. Quod fit per gratiam.

Similiter habet nexum cum charitate, quia dolor ablatiuus offensae Dei non est quicumque, sed dolor (vt sic dicamus) super omnia: quia hic solus est praedictae offensae proportionatus: Sicut autem omnis dolor ex aliquo procedit amore, sic dolor super omnia de diuina offensa oriri debet ex amore super omnia diuini boni; qui est amor charitatis. Et hoc est quod docet D. Thomas artic. 3. ad 4. quod poenitentia in quantum est iustitia quaedam hominis ad Deum, *Oportet quod participet ea, quae sunt virtutum Theologicarum, quae habent Deum pro obiecto.*

41 Specialiter circa secundam partem argumenti Durandi, notat Vazquez quaest. 85. art. 3. dub. vnico, num. 3. & 4. quod contra ipsum eodem modo pugnat: si quidem etiam sequitur, eum

qui frequentius peccat, & poenitentiam agit, perfectiorem habere iustitiae virtutem; quia quoad actum poenitentiae etiam extenditur illa virtus, & perficitur. Qui ergo frequentius peccat, & dolet, studiosior erit, quia & eam virtutem perficiet. Respondetur ergo, poenitentiam infusam cum alijs virtutibus, & gratia amitti quolibet mortali peccato. Et quamvis per poenitentiam virtutes omnes restituantur, eo modo, quo infra dicatur. Non tamen sequitur quod qui pluries peccaret, & pluries poeniteret, esset studiosior quam innocens: quoniam quamvis quoad hanc virtutem perficiatur; in alijs vero non ita. Vnde studiosior esset simpliciter, si studium quod in hac virtute impendit, non supponit aliarum defectum, & peccatum. Cum tamen illud supponat, non sit simpliciter studiosior: sed quo magis peccata accumulatur, magis aliarum virtutum defectum sentit. Videatur etiam D. Thomas 2. 2. q. 106. art. 2.

Argumentis Scoti respondetur conclusionem primam, & secundam.

DUBIVM SEXTVM.

Vtrum voluntas sit proprie subiectum poenitentiae?

§. I. Doctorum sententiae referuntur, & à D. Thoma rejiciuntur.

Doctorum sententias (nominibus eorum suppressis, more antiquo) referunt S. Thom. in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 1. & S. Buenau. 1. p. dist. art. 2. q. 1. Facile tamen est earum sententiarum certos Authores designare. Quidam dicunt subiectum omnis virtutis esse liberum arbitrium. Ideoque Alexander Alensis 4. p. q. 12. memb. 2. art. 3. §. 2. docet poenitentiam esse in libero arbitrio, vbi & prima ratio meriti, & libertatis.

Reijcit tamen hanc sententiam D. Thomas dicens. Sed hoc non potest esse: quia omnis actus humanus ordinatus elicitive procedit ab aliqua virtute humana.

Qualibet autem potentia humana

habet aliquem actum ordinatum? Et dico potentiam humanam, rationem, vel quae rationi obediatur. Et ideo in omni tali potentia potest esse virtus, quae eliciat ordinatum actum illius potentiae. Et de hoc in tertio lib. dist. 33. plura dicta sunt q. 2. ar. 4. q. 1. Et 1. p. q. 82. ar. 4. probat D. Thomas, quod eiusdem potentiae est velle, & eligere: Et propter hoc voluntas, & liberum arbitrium non sunt duae potentiae, sed una. Vnde in reidem est constituere poenitentiam in voluntate, vt communiter Theologi cum Diu. Thoma constituunt, ac asserere esse in libero arbitrio.

Præterea arguit Vazquez art. 4. dubio 1. nu. 2. quia si Alexander per liberum arbitrium intelligit duas potentias, intellectum scilicet, & voluntatem, quatenus ratione, & deliberatione ducitur, hac ratione fallitur: quia sicut poenitentiae actus non est intelligere: sic etiam non erit poenitentia habitus intellectus: sed cum eius actus sit affectus quidam, necessario illa erit in parte affectiva, quae est voluntas, aut appetitus.

2. Alij dicunt, quod poenitentia est in omnibus viribus animae. Ita Antistodorenensis lib. 4. trac. 6. quæst. 3. Quia existimat non esse specialem virtutem poenitentiae; sed omnium virtutum actum esse dolere in de peccatis.

Sed quia iam est ostensum poenitentiam esse specialem virtutem, & vnam; ideo vnum subiectum necesse ei debet assignari. Vnde impugnat hanc positionem D. Thomas in 4. vbi supra dicens. Sed hoc non potest, quia vnus habitus non potest esse nisi vnus potentiae: sicut vna forma nisi vnus materiae, & vnam accidens non nisi vnus subiecti. Videatur D. Thomas quæst. 14. de veritat. art. 4. ad 7. Quod explanat S. Thomas 1. 2. quæst. 56. art. 2. docens impossibile vnam virtutem ex æquo esse in duabus potentijs. Possit tamen residere in vna principaliter, & in alijs per extensionem, diffusionem, & aliquam dispositionem.

Tertiam sententiam refert S. Thomas in 4. sententiarum subiungens. Et ideo alij dicunt quod est in irascibili: quia vt dicit S. August. relatus, cap. Poenitentia, de Poenit. dist. 3. est vindicta quadam, quae appetit ira. Videtur sententia S. Bonaventurae illo art. 2. q. 1. & Beati Alberti ibi art. 8.

Sed

Sed hoc non potest esse (prosequitur D. Thomas) quia vindictam ex petere de altero, quod arduitate habet, ad irascibilem pertinet. Sed vindictam pati non videtur esse irascibilem.

3. Et ideo quidam dicunt, quod poenitentia est dolor: & propter hoc est inconcupiscibili.

Sed hoc etiam non valet, quia ille dolor, qui est inconcupiscibili, est passio: dolor autem, qui est actus poenitentiae, non est passio.

Verumtamen Suarez disp. 7. sec. 1. nu. 4. ait, in hoc puncto ego non immoror multum: quia neque in appetitu, neque in voluntate irascibilem, & concupiscibilem existimo esse potentias realiter distinctas. Et sine dubio possunt inueniri in hoc habitu actus pertinentes ad irascibilem partem, vt est appetitus vindictae de peccato commissio: & actus etiam pertinentes ad irascibilem partem; vt est appetitus vindictae de peccato commissio: & actus etiam pertinentes ad concupiscibilem; vt est ipsa voluntas non offendendi Deum, & amor ipsius honestatis, quae est in obiecto poenitentiae. Idem Auerla quæst. 2. sec. 16. §. Addunt tertio.

Sed certæ D. Thomas loquitur formaliter, & strictè, vt Theologum decet. Sic autem in voluntate non est irascibilis, & concupiscibilis, vt constat ex Philosopho 3. Ethic. cap. 10. & ex D. Thoma 1. 2. q. 56. art. 4. & 6. & q. 31. art. 2. & 2. 2. q. 58. art. 4. Loquendo autem de poenitentia secundum quod per extensionem est in appetitu sensitivo, rectè ipse Doctor sanctus hac q. 85. art. 4. dicit, quod de poenitentia dupliciter loqui possumus: Vno modo secundum quod est passio quadam: & sic, cum sit species tristitia, est inconcupiscibilis sicut in subiecto. Quod & repetit ad 1. quia inconcupiscibili est etiam gaudium. Et in hoc sensu conuincitur argumento probante, quod est incompatibile, dicens ad primum, quod ratio illa procedit de poenitentia secundum quod est passio. Non autem eodem conuincitur argumento intendente, quod est in irascibili, quia ad secundum ait, quod vindictam appetere ex passione de alio, pertinet ad irascibilem. Sed appetere, vel facere vindictam ex ratione, de se, vel de alio, pertinet ad voluntatem. Propter hanc ergo rationem D. Thoma, cui huc vsque responsum non est, eius doctrinæ acquiescendum. Aduertit tamen ipse D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 4.

quod quamuis poenitentia secundum quod est passio, non sit in irascibili. Tamen aliquis voluntatis actus similitudinariè poenitentia dicitur, quo quidem de testatur, quod facit; sicut & amor, & aliae passiones dicuntur in intellectu appetitu, vt in 3. lib. dist. 26. q. 1. art. 5. dictum est.

§. II. Communis Theologorum sententia stabilitur.

Relinquitur ergo, non solum ab exclusione aliarum sententiarum, sed propter commune aliorum Theologorum consensum, & eorum rationes, quod poenitentia, secundum quod est virtus, est in voluntate, sicut in subiecto. Probat Diu. Thomas in argumento, Sed contra. Poenitentia est sacrificium quoddam: secundum illud Psalmi 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sed offerre sacrificium est actus voluntatis: secundum illud Psalmi 53. Voluntarie sacrificabo tibi. Ergo poenitentia est in voluntate. Qualiter ex hac ratione non inferatur, quod poenitentia sit virtus Religionis, diximus dub. 3. Sed pro elucidatione verborum Psalmi 50. notatione digna sunt verba Casiodori ibidem dicentis. Postquam dixit Propheta quænam sacrificia Deus respicit: modo dicit illa, quae possunt fieri: tu enim sacrificium datus Deo, spiritum superbiae humilitate confitentis mactatum; vnde non sanguis egreditur, sed lacrymarum fluenta decurrunt. Nam spiritus iste, quando est latus, nos obligat (id est, obnoxios peccato facit, vt in hoc articulo exponit Combesis.) Quando est secundum Deum contritum, absoluit. Item S. Augustinus libro 2. contra Cresconium, cap. 12. asserit Sacrificio contriti cordis eos mundari, qui resipiscunt ab errore.

Rationem à priori proponit Diu. Thomas in corpore articuli 4. Poenitentia, sicut dictum est articuli 3. est species iustitiae. Iustitia autem vt in secunda parte habitum est 1. 2. quæst. 56. articuli 6. & 2. 2. quæst. 55. articuli 8. & quæst. 58. & alibi sæpè habet pro subiecto appetitum rationis, qui est voluntas. Vnde manifestum est.

est, quod poenitentia, secundum quod est virtus, est in voluntate sicut in subiecto: & proprius eius actus est propositum emendandi illud, quod contra Deum commissum est.

5 Sed obijcies. Poenitentia non est pars subiectiua iustitiae, sed solum pars potentialis, ut dictum est. Sed saepe contingit quod pars potentialis vnius virtutis est indiuisa potentia, quam sua virtus principalis, cuius ipsa pars potentialis est: sicut temperantia est in appetitu, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 141. Et aliqua partes potentiales eius sunt in voluntate, ut continentia, & humilitas, & aliae, quae assignantur a D. Thoma 2. 2. q. 143. similiter Magnificencia subiectatur in voluntate, iuxta D. Thomam 1. p. q. 21. art. 1. ad 1. Et tamen est pars potentialis fortitudinis, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 134. art. 4. subiectaturque fortitudo in irascibili, ut constat ex D. Thoma q. de virtut. art. 4. & art. 10. ad 11. & 1. 2. quaest. 85. art. 3. Ergo ex eo, quod poenitentia sit pars potentialis iustitiae, & quod haec sit in voluntate, non sequitur poenitentiam esse in voluntate.

Respondetur non modicam esse difficultatem, tam simpliciter, quam de mente D. Thomae, inadaquate exponendo subiecto omnium virtutum, tam moralium acquiratarum, quam infusarum: de qua disputare non est huius tractatus proprium. Interim sufficit, quod docet Ioannes a S. Thoma 1. 2. q. 55. disp. 15. art. 5. aduertens non repugnare, quod aliqua virtus sit per se, & directe in appetitu sensitiuo: & tamen participet aliquid a voluntate, vel ab aliqua virtute in ea existente. Et sic originarie sit a voluntate; subiectiue autem in appetitu. Dicaturque aliquando pertinere ad voluntatem, ratione suae originis, & deriuationis: aliquando ad appetitum quia subiectatur in illo. Ibi applicat doctrinam ad virtutes, de quibus procedit argumentum.

6 Sed nunc pro percipienda efficacia rationis D. Thomae, notatione sunt digna verba ipsius 2. 2. q. 100. art. 1. ad 2. dicentis: *Quod sicut supra dictum est, iustitia, & omnes partes eius, & per consequens omnia vitia opposita sunt in voluntate sicut in subiecto.* Vnde quicquid sit de partibus potentialibus aliarum virtutum, & si sub dubio ponatur, an omnes sint in eadem potentia, in qua est principalis virtus, id negari nequit de iustitia: quia ratio D. Thomae 2. 2. q. 58. art. 4. aequo probat de omni iustitia, & omni eius parte, siue subie-

ctiua, siue potentiali: *Quia illa potentia est subiectum virtutis, ad cuius potentia actum reificandum virtus ordinatur.* Iustitia autem non ordinatur ad dirigendum aliquem actum cognoscitiuum: non enim dicimur iusti ex hoc quod recte aliquid cognoscimus, sed ex hoc quod aliquid recte agimus. Et quia proximum principium actus est vis appetitiua; necesse est quod iustitia sit in aliqua vi appetitiua sicut in subiecto. Quae ratio militat in virtute Poenitentiae, quia licet praesupponat cognitionem peccati, & malitiae eius, & grauitatis offensae Dei, ex hac sola cognitione non dicimur, nec sumus poenitentes; sed quia mouemur, & volumus eorum detestationem, & pro eis satisfacimus. Vnde Tridentinum ses. 6. cap. 6. cum praemississet, *Et dum peccatores se esse intelligentes,* post numeratos alios actus, loquendo de Poenitentiae actu, ait: *Ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est per eam poenitentiam.* Et cap. 14. affert illud Apoc. 2. *Memor esto vnde excideris, age poenitentiam.* Vnde supponit cognitionem, & memoriam, & residet in voluntate. Vnde poenitentia non est in memoria, sed praesupponit eam, ut ait D. Thomas ad 3. Ideoque Concilium Trid. ses. 14. cap. 4. ait. Contritio, quae primum locum inter dictos poenitentis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso.

7 Quod autem iustitia non resideat in appetitu sensitiuo probat D. Thomas. Reddere unicuique quod suum est, non potest procedere ex appetitu sensitiuo: quia apprehensio sensitiva non se extendit ad hoc, quod considerare possit proportionem vnius ad alterum: sed hoc est proprium rationis. Vnde iustitia non potest esse sicut in subiecto in irascibili, vel concupiscibili; sed solum in voluntate. Quod Poenitentiae applicat, & confirmat Soto dist. 14. q. 2. art. 4. §. *Cum triplex:* quia Poenitentia est virtus ad alterum: virtus autem appetitus sensitiuus non ordinat hominem ad alterum, sed ad se ipsum, sed dando passionem rationem conturbantes.

Secundo idque maxime confirmatur: quia poenitentia attingit Deum tanquam intrinsecum finem, ut dictum est: appetitus autem sensitiuus, ut qui cognitionem sequitur sensitiuam, neutquam Deum attingit. Igitur sicut iustitia inter homines est in voluntate, qua homo reddit alteri ius suum: Ita & poenitentia est

ibi

ibidem, quippe qua reddit Deo ius suum, quantum ei facultas suppetit.

Obijcies. Nihil agit vbi non est. Sed poenitentia excludit peccatum ab omnibus viribus animae. Ergo poenitentia est in qualibet vi animae, & non in voluntate tantum.

Respondetur ex D. Thoma art. 4. ad 4. quod voluntas (sicut in prima parte q. 82. ar. 4. habitum est) mouet omnes alias potentias animae. Et ideo non est inoconueniens, si poenitentia in voluntate existens: *Aliquid in singulis potentijs animae operetur.* Qualiter voluntas moueat alias potentias animae? Exposui lib. 3. de Anima q. 32.

9. III. Duae difficultates examinantur.

8 **S**ed duae insurgunt difficultates: Prima, vtrum dolor appetitus sensitiuus, ex poenitentia, quae est in voluntate, causatus, sit formaliter, & proprie actus Poenitentiae? Secunda, vtrum dolor idem in eodem appetitu sensitiuo habitum generet, sicut detestatio illum generat in voluntate? Ideoque vere dicatur, quod virtus Poenitentiae, non solum residet in voluntate, sed in appetitu sensitiuo?

Vtrique difficultati affirmatiue respondet Paludanus in 4. dist. 14. q. 2. n. 11: quia poenitere sensitiuum, siue sit ipsum plangere, vel flere, siue dolor cordis, licet sit actus non a poenitentia elicited, quia ipsa est in voluntate, & nullum actum elicit extra suum subiectum: nihilominus potest dici actus virtutis, Poenitentiae simpliciter: Quia est ab ea per se, & non per accidens, intentus, & imperatus. Et hoc primo patet per simile. Quia sicut genus flexiones, & huiusmodi sunt actus patriae imperati, & affectio animi interior, quamvis ipsa sit in voluntate, & habeat Dei honorem pro formali obiecto (quod non potest virtus sensitiva apprehendere) & nihilominus dicuntur actus patriae simpliciter, licet non principaliter. Sic, licet peccatum ut est Dei offensiuum, non sit a sensu cognoscibile, nihilominus circa hoc potest actus sensitiuus imperari per se, & directe: & per hoc esse actus virtutis simpliciter. Alias nullus actus exterior erit actus virtutis.

Item ratio, quae in contrarium adducitur, non est bona, quod dolere sensibile non sit actus virtutis; quia sensus non ap-

prehendit peccatum ut est Dei offensiuum: Quia sequitur quod nulla virtus esset in appetitu sensitiuo: quia virtus est habitus electiuus, in mediocritate consistens, ut recta ratio determinabit. Sensus autem apprehendit obiectum, sed non prout est conueniens rationi, vel disconueniens: & tamen ordo ad rationem est formale in virtute. Nihilominus tamen est virtus, & actus virtutis in appetitu sensitiuo: sicut temperantia, & fortitudo, & concupiscere temperate, & irasci fortiter, prout recta ratio dicit. Ad quod sufficit sensum obedire rationi.

9 Nec oportet sensum obiectum referre ad rationem. Imo etiam videretur alicui, quod si sensus obediat rationi dolendo de peccato, sicut ratio dicitur dolendum, etiam propter hoc habitus, qui in sensu ad hoc generabitur, erit virtutis, vel virtuosus. Et sicut habitus detestariuus luxuriae, ut est quid turpe secundum rationem, est in sensu: sic habitus penitens de luxuria, ut est contra Deum, potest in eo poni: quia non magis sensus cognoscit peccatum, ut est contra rationem, quam ut est contra Deum: cum vtrumque sit supra sensum. Sed sicut iustitia virtus proprie est in voluntate; sed aliqua correspondens ei, est in sensu: Sic de Poenitentia dici potest. Et quod S. Thomas dicit, quod Poenitentiae passio non est actus virtutis: verum est: sed prout ex electione elicitur, vel imperatur, & secundum rationem poenitet, est actus virtutis. Haec Paludanus.

Sequitur Soto dist. 14. q. 2. art. 4. §. *Vtrum autem:* quia licet tristitia, & dolor appetitus sensitiuus per se non sit virtus, est tamen quia nascitur ex recta voluntatis electione. Satisque est, quod voluntas, cuius electione illa passio exurgit, Deum attingat. Nam, & virtus temperantiae, & fortitudinis sunt in appetitu sensitiuo, quarum actus per charitatem, quae est in voluntate, referuntur in Deum. Quin vero actus executiuarum potentialium, ut orare, & docere, sunt virtutes; licet non sint nec cognitivae, nec appetitivae; sat enim est quod fiant ex electione. Quare, & gemitus, & lachryma poenitentis actus sunt etiam virtutis.

Quod autem habitum in appetitu sensitiuo generent, potest affirmari: quia & in voluntate est difficultas ad poenitendum; & in appetitu ad moderate dolendum. Quare vtrouque requiritur habitus. Quemadmodum liberalitas, quam vis

vis

vis quia est pars iustitiæ, principaliter sit in voluntate, vt S. Thomas 1. 2. q. 2. art. 1. ad 1. affirmat. Et nihilominus similis habitus & in appetitu, vt ait S. Thomas 1. 2. q. 60. articulo 5. & 2. 2. quæst. 104. art. 4.

Idem tenent Martinus Ledesma 1. p. Quarti q. 25. ar. 4. Et Suarez disp. 7. sec. 1. n. 4. ait, mihi videtur res clara, quia ille actus Pœnitentiæ, quæ ostendimus esse in appetitu, est sæpè repugnans sensibili inclinationi eius: vnde est sine dubio difficilis: vsu autem, & consuetudine fit facilis: ergo generat habitum. Et confirmatur, quia eo modo quo in appetitu, verbi gratia, est habitus temperantiæ, est etiam habitus ad dolendum de actu intemperantiæ, vt sic. Ergo pari ratione potest generari habitus ad dolendum de peccato, vt offensa Dei, eo modo quo appetitus potest participare talem actum.

Subscribunt Valentia q. 2. puncto. 2. Auersa q. 2. sec. 1. & sec. 16. Coninch disp. 1. dub. 6. n. 36.

Cæterum oppositam sententiam iam olim docuerat Herueus Brito in 4. dist. 14. art. 4. Nec ipse Soto omnino firmus in ea sententia persistit, quia subiungit. Posset nihilominus responderi, satis esse prudentiam, & fortitudinem in appetitu ad moderandas passiones: & ideo pœnitentiam sufficere in voluntate, ad generandam tristitiam, & dolorem in appetitu. Quare ita tenent Peñã, quem refert, & sequitur Nuño q. 85. art. 4. dub. 1. ad 6. Araujo dub. 2. Vazquez dub. 1. n. 4. Granados controu. 7. de Pœnitentia tract. 2. disp. 6. n. 3. Enriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 22. n. 4. lit. Q. dicens communem, D. Thomæ, Richardi, & recentiorum.

11 Duplici via potest sustineri in appetitu sensitiuo non esse habitum virtutis Pœnitentiæ. Primo, quia nullus habitus residens in appetitu sensitiuo habeat vere, & proprie rationem virtutis. Et sic tenent S. Bonaventura in 3. dist. 33. art. 1. q. 3. Scotus ibidem q. vnica. Vazquez 1. 2. disp. 87. cap. 2. & alii multi.

Sed nos via incedere non possumus: quia D. Thomas 1. 2. q. 56. art. 4. & q. vnica de Virtut. ar. 4. & in 1. dist. 33. q. 2. ar. 4. expresse docet habitus residentes in appetitu sensitiuo esse proprias virtutes: si quidem Philosophus 3. Ethic. cap. 10. fortitudinem constituit in irascibili, & temperantiam in concupiscibili. Quod & tenent omnes Thomistæ, vt multis relatis sequuntur Patres Carmel. 1. 2. tract. 12. disp. 2. dub. 2. De quo Conimb. disput. 7.

Eth. q. 5. art. 2. Salas 1. 2. tract. 11. disp. 27. & alij.

Sed cum dicat Aristoteles 3. Ethic. cap. 5. quod ignorare esse operationibus frequentatis habitus ensæci, valde stupidi hominis est. Videndum restat cur ex frequentatis actibus in appetitu sensitiuo non generetur habitus; vel si generatur, cur circa materiam Pœnitentiæ non habeat rationem virtutis? Cum eam habeat circa fortitudinem, & temperantiam? Herueus sit probat. Pœnitentia non est in appetitu sensitiuo: quia habitus virtuosus, & potentia, in qua est talis habitus, respiciunt idem obiectum; quia potentia distinguitur per habitum; & habitus per obiectum. Sed appetitus respicit vt obiectum bonum delectabile, vel tristabile secundum sensum. Ergo habitus, siue illæ virtutes, quæ sunt in appetitu sensitiuo sicut in subiecto, respiciunt bonum delectabile, vel delectabile secundum sensum. Sed pœnitentia non respicit vt obiectum aliquod delectabile, vel delectabile secundum sensum: quia obiectum eius est offensa Dei vt expiabilis: & hoc non horret, nec delectat secundum sensum: ergo Pœnitentia non est in appetitu sensitiuo sicut in subiecto. Relinquitur ergo quod sit inuoluntate. Hæc ille.

12. Nuño quidem id probat triplici ratione. Prima iam insinuata à Soto, quia omnes passiones, quæ possunt impedire actum Pœnitentiæ, sufficienter moderantur per alias virtutes. Ergo ad hoc non est necessarium constituere aliquem habitum Pœnitentiæ, in appetitu sensitiuo. Secundo. Nullum agens corporale potest versari erga spiritum, vt principium principale. Sed obiectum Pœnitentiæ est omnino spirituale, scilicet, honor, & cultus diuinus, qui exhibetur in destructionem peccati. Cum ergo omnis habitus residens in appetitu sensitiuo sit corporalis; nullus dari potest qui sit virtus Pœnitentiæ; Tertio, quoniam dolor, qui est in appetitu sensitiuo, licet regulariter sequatur ad actum Pœnitentiæ, & tanto maior multoties quanto crescit pœnitentia interior: tamen neque est essentialis Pœnitentiæ, neque simpliciter necessarius: quia, vt probat Soto art. 4. De essentia virtutis Pœnitentiæ nulla est sensualis passio, vel affectio: quoniam tota essentia virtutis in delectatione mali consumatur. Imo potest esse vera Pœnitentia sine huiusmodi affectibus, vt si homo sit durus. Sensus, vel per vehementem letitiam de aliare: & maxime de Dei

con

contemplatione. Ergo ad istos affectus non est constituendus habitus Pœnitentiæ. Araujo non aliter probat, quam soluendo argumenta contraria.

§. IV. Aliqua explicantur, & dua soluntur difficultates.

13 **O**portet tamen radicam à priori ostendere, & sensum doctrinæ prius exponere, vt sit pateat quid veritatis in obiectis rationibus contineatur. Pro quo præmittendum ex D. Thoma 1. 2. q. 60. ar. 2. quod operatio, & passio dupliciter potest comparari ad virtutem. Vno modo sicut effectus. Et hoc modo omnis moralis virtus habet aliquas operationes bonas, quarum est productiua, & delectationem aliquam, vel tristitiam, quæ sunt passiones. Siue causæ immediate, & efficientiæ, siue mediæ, vel imperatiuæ. Et in hoc sensu q. 59. art. 4. ad 1. exponit Phil. 2. Eth. cap. 3. admittentem omnem virtutem moralem esse circa passiones, & tristitias, scilicet, sicut circa aliquid consequens: Alio modo potest comparari operatio ad virtutem moralem, sicut circa materiam circa quam est. Et secundum hoc oportet alias esse virtutes morales circa operationes, & alias circa passiones. Specialiter quæ ibi probat D. Thomas: Quod iustitia, & partes eius propriæ sunt circa operationes sicut circa propriam materiam. Ideoque Thomistæ habitum appetitui negant circa iustitiæ materiam. Quod verificatur eadem ratione de omni parte potentiali iustitiæ, quia in illis militat rationes D. Thomæ. Circa quas notabili quarto aduertit Caietanus, quod in operatione ad alterum est duo considerare, primo bonitatem propriam; secundo communem. Communis bonitas est, quæ ad omnes actus virtutum exigitur, vt ponitur 2. Eth. rectitudo, firmitas, moderatio, & discretio. Propria autem bonitas est, quam ex propria ratione, vt contra alios distinguitur, sortitur. Et secundum propriam bonitatem actus iustitiæ nihil refert quo quis animo actum faciat, dum modo commensuratum alteri faciat: Quia bonum, & malum accipitur in eis secundum rationem commensurationis ad alterum. Secundum vero omnem bonitatem ad actum iustitiæ virtutis requisitam, refert quo quis animo faciat. Et sic

iustitia, & vniuersaliter virtus bonificatiua operationum, est principaliter circa operationes, & secundario circa passiones: quia est principaliter circa bonitatem propriam operationi; secundario circa communem.

14 Iuxta hoc ergo dicendum primo, pœnitentiam essentialiter, proprie, primario, & formaliter in esse virtutis Pœnitentiæ, in sola residere voluntate, & nullatenus in appetitu sensitiuo. Ita sumitur ex D. Thoma isto art. 4. Et clarius in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 1. dicente. Pœnitentiæ, quæ est passio, est inconcupiscibili, sicut in subiecto, quia est dolor quidam. Sed hæc passio est quasi materiale in pœnitentiæ virtute: quia Pœnitentiæ virtus hunc dolorem recompensat pro peccatis commissis. Sicut & pœna, quam patitur reus, est materiale in vindicatiua iustitia. Et ad 2. ait, quod dolor, qui est inconcupiscibili, non est actus Pœnitentiæ virtutis, sed materiale, vt dictum est. Sed dolor, qui est delectatio culpæ commissæ, est actus eius. Et hoc est voluntatis, in qua est iustitia, cuius actus est delectari in equalitatem præexistente, & eam ad equalitatem reducere.

15 Hinc sumitur ratio à priori. Ille habitus non potest formaliter, & proprie, essentialiter, & primario, rationem virtutis habere, qui istis modis non respicit eius rationem formalem. Sed nullus habitus, vel dispositio, aut passio appetitus sensitiuo potest hoc modo respicere rationem formalem virtutis Pœnitentiæ nec actum eius exercere: quia solius voluntatis est delectari inæqualitatem præexistentem, & eam ad æqualitatem reducere. Non ergo pœnitentia vt virtus residet in appetitu sensitiuo.

Secundo, quando passiones comparantur ad virtutem solum vt effectus, non comparantur vt materia circa quam, nec vt obiectum; nec primarius actus earum est passionum moderatio; nec in subiecto passionum virtus residet. Sed dolor appetitus sensitiuo est effectus Pœnitentiæ virtutis. Ergo non residet proprie in appetitu sensitiuo.

Tertio pœnitentia est pars potentialis iustitiæ: sed omnes partes iustitiæ proprie resident in voluntate tantum. Vnde non ponimus virtutem religionis in appetitu sensitiuo, quia exhibet cultum Deo: ergo cum pœnitentiæ Deo satisfaciat, non residet formaliter in appetitu sensitiuo.

Quarto, pœnitentia est quasi quædam vindicatiua iustitiæ, eo modo, quo expo-

sui.

fulimus dub. 4. q. 3. sed vindicativa iustitia non respicit primario, & formaliter passionem, sed aequalitatis restitutionem: ergo nec poenitentia, vt virtus, residet in appetitu sensiuo. Vnde D. Thomas ibi ad tertium ait: *Quod exhibitio vindictae est materialis in poenitentia, sicut etiam iniustitia vindicativa: non enim exhibet vindictam ex appetitu vindictae, sed ad aequalitatem restitutionem.* Et Capreolus in 4. dist. 14. q. 1. ad argumenta Aureoli contra secundam paginam 171. col. 2. ait. Poenitentia respicit tanquam materiam, vel obiectum tam culpam, quam poenam. Sed differenter: quia culpam respicit vt materiam circa quam agit: *Poenam vero vt id quod agit, & quasi proprium effectum.* Sicut & iustitia punitiua, vel commutatiua differenter respicit iustum, & iniustum.

Quinto probatur, & tertia ratio confirmatur doctrina D. Thomae in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. qua in uincula 2. dicentis, quod in contritione est duplex dolor de peccato *Vnus in parte sensitua, qui passio est. Et hic non est essentialiter contritio, prout est actus virtutis; sed magis effectus ipsius. Sicut enim poenitentia virtus exteriorem poenam in suo corpore infligit ad recompensandum offensam, quae in Deum commissae est officio membrorum. Ita etiam & ipsi concupiscibili poenam infert doloris praedicti: quia ipsa etiam ad peccatum cooperabatur.* Haec D. Thomas. Cuius doctrina & hucusque dicta firmantur, & aperitur via vt argumenta: contraria in arguentes retorqueantur quia probant dolorem appetitus sensitui esse actum laudabilem, & effectum virtutis, non tamen esse essentialiter ipsam virtutem Poenitentiae.

16 Dicendum ergo secundo, secundario, materialiter, per redundantiam motionis, & imperij Poenitentiae, bene possunt in appetitu sensitiuo esse motus, vel dispositiones Poenitentiae: quae tamen non habent rationem virtutis nisi ex motione voluntatis, in qua sola est essentia habitus Poenitentiae. Ita D. Thomas art. 4. ad 4. verbis iam relatis. Et in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 1. ad primum ait, dicendum, quod poenitentia non expellit omne peccatum formaliter: *Sed quasi actiue.* Vnde non oportet quod sit vt in subiecto inqualibet vi ubi potest esse peccatum: sed quod ea, quae sunt in illis virtutibus viribus subiciantur ei quasi materialia. Et hoc poenitentia habet in quantum est in ratione, cui omnes aliae vires subduntur quasi ab ipsa quae, & regulatae. Hoc solum probant ra-

tiones Paludani, & aliorum:

Fauetque S. August. epist. 108. (quae corrupte solet inscribi *Ad Seleucianum*, sed est: *Religiosissima & in Christi delectatione honoranda sumula Dei Seleuciana*) dicens: *Est poenitentia bonorum & bonitatum fidelium poena quotidiana, in qua peccata tundimus dicentes: dimitte nobis debita nostra.* Et S. Greg. hom. 34. in Euang. *Poenitentiam quippe agere est, & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare.* Per Poenam enim, & plangunt, & tunc iunctionem peccatoris, quasi per effectum contriti cordis, poenitentiam definiunt. Sicut & auctor libri de vera, & falsa poenit. cap. 19. per vindictam, & punitionem definit. Et tamen diximus ex D. Thoma, quod exhibitio vindictae est materialis in poenitentia.

17 Instabis dicendo rationes propositas, non solum probare poenitentiam esse in appetitu sensitiuo per redundantiam, sed etiam per essentiam, non quidem totaliter, sed partialiter: vel nulla erit ratio ad probandum in appetitu sensitiuo esse fortitudinem, & temperantiam. Ratio enim D. Thomae 1. 2. quaest. 56. art. 4. *Quia actus, qui progreditur ab una potentia secundum quod est ab alia motu, non potest esse perfectus, nisi utraque potentia sit bene disposita ad actum. Sicut actus artificis non potest esse congruus, nisi etiam artifex sit bene dispositus ad agendum, & etiam ipsum instrumentum.* Haec, inquam, ratio procedit in virtute Poenitentiae, quia requiritur habitualis confirmatio appetitus sensitui ad rationem, & voluntatem, vt a Poenitentia interiori voluntatis prompte & suaviter possit appetitus moueri. Vel nihil probat de alijs virtutibus residentibus in appetitu sensitiuo.

Respondetur, quod vt ait D. Thomas q. unica de virtut. art. 13. *Cuiuslibet habitus regulam, & mensuram, bonum consistit in hoc, quod est adaequari suae regulae, vel mensurae.* Vnde dicimus illud bonum esse, quod neque plus, neque minus habet. Et secundum diuersas regulas, & mensuras, ibi late explicat qualiter diuersae virtutes regulantur, & sint in medio. Cum ergo quaedam virtutes per se, & formaliter versentur circa passiones, & aliae per se, & formaliter circa operationes, bene percipiuntur, quod illud quod se habet directe, & primario in virtutibus residentibus in appetitu sensitiuo; se habeat solum materialiter, & ex consequenti respectu earum, quae sunt in voluntate. Vnde si iustitia regu-

gulatur prudentia, est vt sit virtus moralis & si exigit passionum moderationem, est secundario. Ideoque D. Thomas 1. 2. q. 60. art. 2. ait. coniungit autem quod in operationibus, quae sunt ad alterum, praetermittatur bonitas virtutis propter inordinatam animi passionem. Et tunc in quantum corrumpitur commensuratio exterioris operationis, est corruptio iustitiae. *In quantum autem corrumpitur commensuratio interiorum passionum, est corruptio alicuius alterius virtutis.*

18 Sic ergo sufficienter prompte, & suaviter disponitur iustus per poenitentiam ad satisfaciendum Deo, & imperando, & mouendo alias virtutes, & vtendo eis, & applicando ad placandum Deum, est bona dispositio potentiae mouentis, & motus: quia, vt ait D. Thomas 1. 2. q. 56. art. 4. *Bona dispositio potentiae mouentis, & motus attenditur secundum conformitatem ad potentiam mouentem.* Quod intento appiicat D. Thomas hac q. 85. art. 3. ad 4. dicens, quod Poenitentia: *In quantum est virtus moralis, participat aliquid prudentiae, quae est directiua omnium moralium virtutum.* Sed ex ipsa ratione iustitiae, non solum habet id quod iustitiae est; sed etiam ea, quae sunt temperantiae, & fortitudinis, in quantum scilicet ea, quae delectationem causant, ad temperantiam pertinent; vel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in commutationem iustitiae veniunt. Et secundum hoc ad iustitiam pertinet, & abstinere a delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam: & sustinere dura, quod pertinet ad fortitudinem. Haec D. Thomas. Frustra ergo in appetitu sensitiuo ponitur habitus Poenitentiae, cum sufficiat: *Poenitentia in voluntate existens, aliquid in singulis potentiae, animae operans, vt dicit S. Thomas art. 4. ad 4. Quia vt docet 1. 2. q. 56. art. 2. vna virtus pertinere potest ad plures potetias; ita quod in vna sit principaliter, & se extendat ad aliam per modum diffusionis, vel per modum dispositionis, secundum quod vna potentia mouetur ab alia, vel secundum quod vna potentia accipit ab alia.*

§. V. Vltima resoluitur difficultas.

19 **T**ertio restat vltima difficultas, vtrum habitus Poenitentiae remaneat in peccatore? Affirmare videtur S. Bonaventura in

4. dist. 17. parte 7. art. 7. q. 3. circa finem, docens habitum Poenitentiae existentem in homine iustificato non amitti per nouum peccatum, sicut amittuntur aliae virtutes morales infusae simul cum charitate, & gratia: sed remanere informem, sicut habitus fidei, & spei.

Fauere videtur Vazquez 1. 2. disp. 88. cap. 1. n. 3. dicens. At ego certe non video, qua ratione probari possit peccatum mortale pugnare cum virtutibus moralibus infusis; siquidem nihil repugnat hominem manentem in peccato, elicere actum virtutis moralis infusae. Quare etiam de poenitentia 3. p. q. 85. art. 4. dub. 2. n. 15. sub dubio relinquit, an non amittatur, sicut non amittitur fides, & spes per quodcumque peccatum.

20 Probatumque primo, supposita definitione Concilij Tridentini ses. 6. can. 15. & 28. quod habitus fidei infusae non perditur quolibet peccato mortali; sed permanet in peccatore. Et de habitu spei idem docent Theologi cum D. Thoma. Ex quo sic arguitur. Maiorem connexionem habent inter se virtutes theologicas vt pote eiusdem generis, quam istae habeant cum virtutibus moralibus infusis. Sed aliquae virtutes theologicae de facto remanent in peccatore sine Charitate. Ergo & in illo remanet habitus Poenitentiae.

Præterea. Habitus dantur propter actus connaturaliter eliciendos. Sed in peccatore fidei dantur actus supernaturales virtutis Poenitentiae. Vnde in Concilio Tridentino. ses. 14. cap. 4. declaratur attritionem: *Donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsam, non adhuc quidem inhabitantis; sed tantum mouentis, quod poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat.* Cum ergo homo iustificetur per gratiam, & charitatem, *Quae diffunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, vt dicitur ad Rom. 5. v. 5.* Attritio ista est in peccatore non iustificato, vt per eam poenitendo viam sibi ad iustitiam parat. Sicut ergo ad hoc Deus in illo conternat habitus virtutum theologicalium fidei, & spei, eadem, vel potiori ratione, in peccatore remanebit habitus infusus Poenitentiae.

21 Cæterum D. Thomas 1. 2. q. 65. art. 2. expresse probat, quod virtutes morales infusae sine charitate esse non possunt. Et art. 4. ad 1. assignat discrimen, quoad hoc, inter ipsas, & fidem, & spem, docens: *Quod virtutes morales dependent a*

prudencia: prudentia autem infusa nec ratio-
nem prudentiæ habere potest absque charita-
te, ut pote deficiente debita habitudine ad pri-
mum principium: quod est ultimus finis. Fi-
des autem, & spes secundum proprias ratio-
nes, nec à prudentia, nec à charitate depen-
dent: & ideo sine charitate esse possunt. De
quo, ultra alios, videatur M. Ioan. à S.
Thoma 1. 2. disp. 17. art. 2. Eandem sen-
tentiam colligi ex illo 2. Petri. 1. v. 3. *Quo-
modo omnia diuina virtutis sue, quæ ad vi-
tam, & pietatem donata sunt:* Et ex com-
muni Patrum, & Theologorum, probat
Ripalda lib. 6. de Ente supern. disp. 128.
sec. 4. & 5. à n. 35. vsque 46. Et quia gratia,
& virtutes comparantur inter se tanquam
natura rationalis, & ipsas potestati. At de
ficiende natura rationali, deficient natu-
raliter eius potentia. Ergo deficiente gra-
tia deficient virtutes. Assumptum est D. Tho-
ma. 1. 2. q. 110. art. 4. ad 1. dicentis: *Quod si
cut ab essentia animæ effluit eius potentia,
quæ sunt operum principia: ita etiam ab ipsa
gratia effluunt virtutes in potentias animæ,
per quas potentia mouentur ad actus.*

22. Specialiter habitum infusæ Pœni-
tentiæ nõ manere in peccatore, docet D.
Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 2. cum
enim in corpore dixisset: *Quod virtutes
omnes simul infunduntur quantum ad habi-
tus:* Sol. ad 2. assignat discrimen inter fidem,
& spem, quæ possunt esse sine gratia, secus
vero pœnitentiæ: *Et sic pœnitentiæ earum cau-
sa non est.* Et dist. 17. q. 2. art. 1. q. 3. dicit:
*Habitibus enim virtutum infusarum, qui vo-
luntatem respiciunt, nõ possunt esse informes,
cum charitatē consequantur, ut in 3. lib. dictum
est. Vnde antequam gratia infundatur, nõ est
habitus, à quo actus contritionis postea elici-
tur.* Ipse S. Thomas in 3. dist. 36. q. 1. ar. 2.
docet, quod ratio connexionis in virtuti-
bus gratuitis extrinsecus sumi potest. Primo
ex charitate, quæ est forma virtutum, cū
qua omnes virtutes simul infunduntur.
*Secundo ex gratia, quæ est quasi totum poten-
tiale ad virtutes, ex qua quodam modo fluunt
virtutes, sicut ex essentia animæ potentia. Vn-
de sicut omnes potentia sunt simul in quantum
connectuntur in essentia: ita omnes virtutes
gratuita sunt simul, in quantum connectun-
tur in gratia.* Ecce faciles rationes conne-
xionis, quas desiderabat Vazquez. Illaque
quæ facilis, & præopta visa est Ripaldæ tra-
dicta fuerat à D. Thoma, quem nõ refert.

23. Argumentum primum iam solutum
est à D. Thoma: & ad 2. respondet Ioan. à
S. Thoma, dicens, ad instantiam de attri-
tione, & pia affectione, respondetur, istas

non esse virtutes perfectas in genere super-
naturali, sed imperfectum quid in eo ge-
nere, & per modum dispositionis, nõ virtu-
tis: & sic non requirunt connexionem cū
alijs virtutibus: sicut nec virtutes imper-
fectæ connexæ sunt inter acquisitas. Do-
ctrina est D. Thomæ in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1.
q. 2. vbi cum in tertio argumento obiecit
set, quod *attritio non est actus virtutis, ut
ab omnibus dicitur: ergo nec contritio.* Respon-
det negando consequentiam: *Quia signifi-
cat attritio in spiritualibus quandam discipli-
centiam de peccatis commissis, sed nõ perfe-
ctam: contritio autem perfectam.*

24. Cur autem magis debuerit relinqui
in peccatore habitus spei, quæ Pœniten-
tiæ infusæ, rationem assignat Lugo disp.
6. de pœnitentiâ n. 18. dicens, nõ ita requi-
ri virtutem Pœnitentiæ, sicut spem, ut ne-
mo resurgat ex peccato: nam licet homo
non pœniteat ex speciali motiuo virtutis
specialis Pœnitentiæ (de qua loquimur) po-
test pœnitere ex alijs multis motiuis: qua-
re virtus specialis Pœnitentiæ non est ne-
cessaria. Non enim potest homo disponi
regulariter ad iustificationem; imo neq; ali-
quid arduum, & diuturnum aggredi in or-
dine ad salutem sine spe veniæ, & salutis.
Videtur partim subscribere Ripalda illa
disp. 128. sec. 5. n. 75. in fine, dum ait. Fi-
des & spes superstitis sunt post peccatū;
& quia omne peccatum eis non aduersa-
tur: & quia earum dispositio per se, ac re-
gulariter determinate exigitur. At Pœni-
tentiæ strictæ, & aduersatur omne pecca-
tum: & eius dispositio determinate non
exigitur, potius quàm alterius moralis vir-
tutis. Præterea licet Pœnitentiæ cõpetat
ratio, propter quam potuit conferuari à
Deo post peccatum, sicut fidei, & spei: ta-
men non constat factam à Deo dispensa-
tionem illius, quàm constat factam spei, ac fidei.

Obiter tamen meliorem rationem in-
dicauerat Suarez disp. 7. sec. 1. n. 3. dicens,
licet eo modo, quo dari possunt actus Pœ-
nitentiæ imperfecti, & naturales, illis res-
pondere possit habitus per eos acquisitus
qui manere potest in peccatore, & esse in-
formis. Tamen ad actus supernaturales
Pœnitentiæ eliciendos habitus infusus ne-
cessarius est, eo modo quo in alijs virtuti-
bus: est enim eadem omnino ratio.

25. Sed adhuc melius Raphael Auer-
sa q. 2. de Pœnit. sec. 16. in fine, adhuc lo-
quendo de actibus supernaturalibus, no-
tat: *Quod necesse non est, in peccatore reperiri
habitualmente totum principium necessarium
ad eius conversionem, sed satis est si auxilijs
actua-*

lialibus adiuetur a Deo: & habitualiter
retineat spem cum fide. Vnde contritio, &
dolor de peccatis ex amore Dei; habens
vim iustificandi peccatorem per gratiã, est
actus elicitus Pœnitentiæ, & charitatis ex
imperio; & tamẽ in peccatore nõ reman-
net utiq; habitus charitatis. Similiter ergo
non oportebit remanere illum habitum
Pœnitentiæ, quæ est virtus specialis. Et
hoc est quod dixerat D. Thomas in 4. dist.
17. vbi supra, quod *Antequam gratia in-
fundatur, non est habitus, à quo actus contri-
tionis postea elicitur.* Et dist. 14. q. 1. art. 3. q.
2. ad 1. loquendo de habitu Pœnitentiæ in
innocentibus, ait. *Sed tamen habitus iste
nunquam in actum exire potest (nisi forte res-
pectu venialium peccatorum) quia peccata
mortalia tollunt ipsum.* Et ipse D. Th. hic
art. 5. habitum Pœnitentiæ ponit simul
cum gratia, & alijs virtutibus infundi:
actus vero quibus Deo operanti in pœni-
tentiâ cooperamus, non docet oriri ab
habitibus; sed primum illorum principium
esse Dei operationem conuertentem cor:
iuxta illud: *Conuerte nos Domine ad te, &
conuertemur.* Pariterque Concilium Trid.
ses. 6. cap. 5. docet exordium iustificatio-
nis sumendum a præueniente gratia, seu à
vocatione, & auxilijs. Non ergo in pec-
catore opus est habitu Pœnitentiæ.

D V B I V M SEPTIMUM.

*Vtrum Pœnitentiæ sit in om-
ni creatura intelle-
ctuali?*

§. I. *Proponuntur sententiæ,
& prima conclusio
statuitur.*

2. **C**ertum est actum proprium
Pœnitentiæ, hætenus exposi-
tum, solum posse reperiri in eis qui pecca-
tum commiserunt; & eum proprijs acti-
bus expiare possunt: quia ut ait D. Tho-
mas in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 2. & 4. actus
Pœnitentiæ est detestari malum commi-
sum cum emendationis proposito, & in-
tentione expiandi, vel Deum placandi de
offensa commissa. Certum est secundo,

vt notat Vazquez dub. 2. n. 4. questionem
procedere in vera sententiâ Theologorum,
qui cum D. Thoma asserunt Pœnitentiam
esse specialem virtutem, ab omnibus alijs
distinctam: qui enim dicunt esse, aut chari-
tatem, aut religionem; aut iustitiam, di-
cent facillime hos habitus esse in quo-
cumque iusto, & in Christo: Sed non posse
in omnibus exercere actum illum specia-
lem Pœnitentiæ, qui supponit pecca-
tum.

Distinguunt rursus Alexander Aletis
4. p. q. 12. membro 1. art. 1. §. 1. circa finem
Et Suarez to. 1. in 3. p. disp. 4. sec. 5. & to.
4. disp. 7. sec. 1. n. 10. Et Cominch disp. 1. de
Pœnit. dub. 2. Lugo disp. 6. Et Aueria q. 2.
sec. 17. quod si de pœnitentiâ loquamur
secundum denominationem vocis, per
quam connotatur respectus ad proprium
peccatum commissum, & retractationem
eius; sic verum est pœnitentiam non esse
in illis, qui non peccauerunt; vel non po-
tuerunt peccare; vel non valent peccatum
retractare. Loquendo autem de habitu,
vel sub nomine, & conceptu iustitiæ ad
Deum, vel sub alio magis ei essentiali, di-
cendum habitum Pœnitentiæ esse posse
in omni voluntate creata, quæ tenetur ius
diuinum illæsum seruare: & in ea habere
posse saltem absolutam voluntatem non
transgrediendi aliquod diuinum manda-
tum, sub ratione vitandi diuinam iniu-
riam.

2. Post alios, arguit Lugo n. 7. Vbi non
repugnat ex natura rei actus Pœnitentiæ
absolute, licet hic & nunc ratione ali-
cuius circumstantiæ repugnet: non repug-
nat habitus infusus elicitiuus illius actus.
Habitus enim non respiciunt quid possit
hoc subiectum facere, attentis omnibus
circumstantijs; sed quid possit simpliciter
facere. In ijs autem omnibus, quarum est
ex parte subiecti, non repugnabat actus
detestationis absolute; licet repugnet hic
& nunc ratione allicuius circumstantiæ.
Ergo in ijs omnibus potuit esse habitus
elicitiuus, quantum erat de se, illius dete-
stationis absolute. Maior videtur mani-
festa, quia quando baptizatur cæcus, vel
mutus, non minus datur ei habitus infu-
sus ad coercendam linguam; vel oculos;
quàm si mutus, vel cæcus non esset: atten-
ditur enim ad id quod subiectum dese po-
terat facere: licet hic, & nunc ob aliquam
circumstantiam non possit. Minorem pro-
bat discurrendo per singulos.

Alia via arguit Aueria. Quia habitus
datur propter actus: & vbi possunt esse

actus, & quidem ex precipuis alicuius virtutis, potest etiam esse habitus. Sed in omni voluntate creata possunt esse actus Poenitentiae, & quidem ex precipuis, ac principalibus; nempe, voluntas non peccandi, gaudium de non peccando; satisfactio etiam pro alienis peccatis. Imò eodigniores sunt illi actus, qui non presupponunt peccatum commissum, quo sunt absolute expetibiles, & amplectendi. Omnino ergo ob huiusmodi actus potest ac debet concedi habitus.

3. Ducta est opinio Vazquez q. 85. art. 4. dub. 2. qui existimat vniuersaliter hanc virtutem Poenitentiae non esse in illis hominibus in quibus nec praecessit peccatum, antequam haberent illam virtutem Poenitentiae; nec ratione status, nec aliunde peccare potuerunt. Aut si peccare potuerunt, necessario per peccatum primum amissuri erant ipsam Poenitentiae virtutem. Vnde nec in Virgine, neque in Christo: Nec in homine in statu innocentiae esse, aut fuisse hanc virtutem Poenitentiae. Aut si in vno ex ijs conceditur, in alijs similiter. Quia licet in statu innocentiae esset libertas ad peccandum; tamen primum peccatum illius status debebat esse mortale, si aliquod futurum erat. Vnde antequam haberet materiam circa quam operaretur poenitentia virtus, iam illa esset amissa per peccatum. Frustra ergo daretur homini in eo statu, in quo manens non posset habere actum Poenitentiae. Licet autem per aliam numero similem virtutem ille possit Poenitentiae habere actum. Tamè omnino frustra conceditur primam illam virtutem fuisse concessam, si impossibile fuit illammet numero operari.

4. Opposita ratione potest concedi in partibus baptizatis; quia vt dixerat 1. 2. disp. 1. 9. ca. 2. primum illorum peccatum potest esse veniale. Vel saltem postquam veniens ad usum rationis fuerit iustificatus, iuxta opinionem D. Thomae. 1. 2. q. 89. ar. vlt. postea poterit venialiter peccare; & de illo poenitere. Subiungit tamè n. 15. Vnde in Beatis ego non negare hanc speciale virtutem, & actum eius, quod ea habuerint in via: sed in his tantum, qui habuerunt peccatum. In illis enim qui nunquam habuerunt, vt in innocentibus, & in fantibus, nescio qua de causa sit constituenda.

5. Tertia sententia aliorum Theologorum communis, est vera, & D. Thomae, pro qua exponenda. Dico primo. In innocentibus, habentibus gratiam, est habitus Poenitentiae virtutis. Probat D. Thomas in 4. dist. 14.

q. 1. ar. 3. q. 2. in argumentis *Sed contra*. Primo, omnes virtutes simul infunduntur. Sed poenitentia est virtus. Cui ergo innocentibus in Baptismo infundatur aliae virtutes, infunditur etiam & poenitentia. Sed de certitudine eorum, quae hae ratio assumit, iam diximus dub. 5. Secundo probat. Ille qui nunquam fuit infirmus corporaliter, dicitur sanabilis (& de illo tractat Medicina). Ergo & similiter, qui nunquam fuit infirmus (spiritaliter). Sed si cut sanatio in actu a vulnere peccati non est nisi per actum Poenitentiae, ita neque sanabilitas nisi per habitum. Ergo ille, qui nunquam habuit infirmitatem peccati, habet habitum Poenitentiae.

6. In corpore hoc discursu sensu conclusionis explicat, & probat. Habitum alicuius virtutis competere alicui, cui non suppetit materia, propter hoc quod suppetere potest; & ita in actum exire. Sed innocentes possunt exire in actum, quantum est ex parte sui, licet in actus non prorumpant defectu materiae. Ergo actus Poenitentiae in eis esse non potest; sed habitus potest. Et hoc si gratiam habeat, eum qua omnes virtutes infunduntur. Majorè probat à priori nam habitus medius est inter potentiam, & actum. Et quia remoto priori, remouetur posterius, non autem è conuerso. Ideo remota potentia ad actum, remouetur habitus, non autem remoto actu. Secundo ratione, & exēplo. Quia subtrahit materia tollit actum, propter hoc quod actus non potest esse sine materia in quam transit; & tamen non tollit habitum, seu virtutem. Sicut pauper homo potest habere habitum magnificientiae, sed non actum: quia non habet magnitudinem diuitiarum, quae sunt materia magnificientiae; sed potest habere. Prima vero minor constat, cum innocentes in statu innocentiae non habeant peccata commissa, quae sunt materia Poenitentiae; sed possunt habere.

Quod magis explicat D. Thomas ad primum dicens, quod quamvis non commiserunt, possunt tamen committere; & ideo eis habitum Poenitentiae habere competit. Sed tamen habitus, iste nunquam in actum exire potest (nisi forte respectu venialium peccatorum) quia peccata mortalialia tollunt ipsum. *Nam tamen est frustra, quia est perfectio potentiae naturalis.*

7. Sed dices solutionem istam ediametro pugnare cum doctrina ipsius D. Thomae in 3. dist. 31. q. 2. art. 4. in fine corporis asserentis. *Dicere enim quod habitus remaneat, & actus nullo modo, videtur absurdum.*

dem: quia habitus nihil est aliud, quam habitus ad actum. Excludit ergo D. Thomas permanentiam habituum solum quo ad ornatum, & perfectionem potentiae.

Secundo. Si omnes homines essent innocentes, nec quoad habitum, permaneret vindictiua iustitiae. Sed poenitentia quodammodo reducitur ad vindictiua iustitiam; vt supra diximus, quia est quaedam dolentis vindicta. Ergo nec quoad habitum remanet poenitentia in innocentibus.

8. Respondetur, quod potentiam non posse exire in actum, contingit dupliciter: vno modo quia deest ibi ratio formalis, & possibilitas actus primarij, vel secundarij. Et hoc modo fides euacuatur in patria: & si scientia perse in niteretur fidei, scientia omnino destrueretur. Ideo quae frustra esset scientiae habitus in patria, si nullum actum haberet possent. Et hoc solum intendit S. Thomas in 3. sent. docens euacuari imperfectiorem intelligendi per discursum, & modum imperfectum per conuersionem ad phantasmata; & manere scientiam quoad certitudinem notitiae: quia manente ratione formale specificatiua, non est cur habitus non permaneat. Alio modo est impossibilitas actus solum defectu materiae. Et hoc non sufficit, vt impedita possibilitate actus, euacuatur, seu destruat habitus. Hanc esse metè D. Thomae, eius verba declarat, & exēplum quo id exponit. Quod latius prosequitur 2. 2. q. 129. art. 2. ad 2. vbi ait: quod connexio virtutum non est intelligenda secundum actus, vt scilicet, cui libet competat habere actus omnium virtutum. Vnde actus magnanimitatis non competit cuilibet virtuoso: sed solum magnis. *Sed secundum principia virtutum, quae sunt prudentia, & gratia, omnes virtutes sunt conexas secundum habitus simul in anima existentes, vel in actu, vel in propinqua dispositione.* Et sic potest aliquis: *Cui non competit actus magnanimitatis, habere habitum magnanimitatis, per quem scilicet disponitur ad tale actum exequendum: si sibi secundum statum suum competere.*

9. Quod adhuc alijs exēplis illustrat S. Thomas 2. 2. q. 152. art. 3. ad 2. addens. *Nil enim prohibet alicui virtuoso suppetere materiam vnius virtutis; non autem materiam alterius.* Sicut pauper habet materiam temperantiae, non autem materiam magnificientiae. Et hoc modo alicui habenti alias virtutes, deest materia virginitatis, id est, praedicta integritas carnis. Tamè potest id quod est formale in virginitate habere vt scilicet, habeat in preparatione metis.

praedictae integritatis conseruandae propositum, si hoc sibi competere. Sicut pauper potest in preparatione animi habere propositum magnificos sumptus faciendi, si sibi competere. Et similiter ille, qui est in prosperitate, habet in preparatione animi propositum aduersa equanimiter tolerandi. Et sine hac preparatione animi non potest aliquis esse virtuosus. Hae S. Thomas. Sicut ergo coniugatis, pauperibus, & in prosperitate constitutis, desunt actus virginitatis, magnificientiae, & patientiae, defectu materiae; & non deficit virtus, quia hoc est materiale respectu habitus & rationis formalis dantis speciem. Virtutes, quae remanent, nedum ad ornatum, sed ad dandam animi preparationem actus: *si sibi secundum statum suum competere, vel si materiam circa quam haberent.* Ita S. Thomas in 4. ad Anibaldum dist. 14. q. vnicam art. 3. ad 2. docet: *Quod in innocentibus est virtus Poenitentiae, sed non usus, quia non habet materiam, sicut in paupere liberalitas.* Ideo recte admittit Soto dist. 14. q. 2. art. 5. §. *Sed est: Quod potest innocens habere actum conditionalem, si peccare, me poeniteret peccati.* Quod & admittit Thomas Argentina in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. parte 3. articuli circa finem; & Araujo hic art. 4. dub. 3. n. 23. Habentque actum absolutum detestandi peccata venialia, quae compatiuntur cum habitu infuso virtutis Poenitentiae.

10. Ad 2. respondet S. Thomas in 4. sent. ad 3. quod remanente potentia ad peccandum, adhuc haberet locum vindictiua iustitiae, secundum habitum, quavis non secundum actum, si peccata actum non essent. Sicut enim iudex debet esse paratus punire peccata, si committantur; ita homo iustus debet esse paratus punire in se, quod commississe contingerit: & sic optime seruat ius diuinum illaesus; quavis in actum absolutum non possit exire nisi praecedat pro materia remota peccatum proprium, vt expiandum, & delendum. Quod totum amplius exponemus sequenti assertionem.

§. II. In Adamo in statu innocentiae fuit habitus Poenitentiae.

II Dico secundo, in Adamo in statu innocentiae fuit habitus Poenitentiae. Nam

quamvis non fuerit actus absolutus, defectu materiae, durate illo statu. Ita D. Thomas 1.p.q.95.art.3. eam probans his verbis. Si imperfectio, quae est de ratione virtutis alicuius, repugnat perfectioni primi status, poterat huiusmodi virtus ibi esse secundum habitum, & non secundum actum: *Ut patet de poenitentia, quae est dolor de peccato commisso*; Et de misericordia, quae est dolor de miseria aliena. Perfectioni autem primi status repugnat tam dolor, quam culpa, & miseria. *Vnde huiusmodi virtutes erant in primo homine secundum habitum, & non secundum actum. Erat enim primus homo sic dispositus, ut sic peccatum praecessisset, doleret.* Et similiter si miseria in alio videret, ea pro posse repelleret. Sicut Philof. dicit in 4. Eth. cap. vlt. quod verecundia, quae est de turpi facto, contingit studioso solum sub conditione: est enim sic dispositus, quod verecundaretur, si turpe aliquid committeret. Hac doctrina mirifice confirmatur supra dicta. Videatur D. Thomas in 3. dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 3. Et quael. vnic. de virt. ar. 2. ad 5. & 7.

12. Sed dices, homo in illo statu poterat venialiter peccare: siquidem peccatum mortale magis opponitur integritati primi status, quam peccatum veniale. Et de facto non obstante integritate primi status, Adam peccavit mortaliter. Ergo poenitentia in illo habuit exercitium detestationis venialium.

Respondetur quod S. Thomas 1.2.q.89. ar.3. docet, *Quod communiter ponitur quod homo in statu innocentiae non potuit venialiter peccare.* Et in illa sententia argumentum non habet locum. Qui autem tenent oppositam, facile admittent in illo statu exercitium Poenitentiae. Sicut Soto ubi supra ait, quod Apostoli etiam postquam fuerunt confirmati in gratia, habuerunt habitum, & actum Poenitentiae: Tum quia peccare potuerunt venialiter: Tum quia erant in statu peccandi mortaliter, licet ex privilegio reseruentur. Vnde D. Thomas in 3. Sententiarum dist. 22. q. 2. art. 1. ait. *Vnde etiam & illi, qui proximi Christo fuerunt, confirmati sunt: ut Apostoli, etiam viatores existentes, mortaliter peccare non potuerunt, quamvis potuerint peccare venialiter.* De quo & dist. 38. ar. 4. ad 4. & q. 7. de Malo art. 7. ad 8. Et ad Gal. 2. lec. 3. princi. & q. 24. de Verit. ar. 6. affert quod Glos. Inter illa verba Psalm. 74. Ego confirmavi columnas eius: de Apostolis exponit. Et ad secundum dicit: *Quod haec confirmatio Apostolos decuit, quia erant quasi fundamentum, & basis totius ecclesiae: sicut etiam edificij: vnde eos firmos esse*

oportuit. De quibus late S. Thomas in Prologo epist. ad Ephes.

13. Sed in stabis argumento iam obiecto, frustra infundi virtutem in statu in quo repugnat exire in actum, nisi destruendo statum, & amittendo ipsam virtutem.

Respondet Soto art. 5. §. *Sed est apparen-* *rens*, quod Deus cum gratiam infundit, pariter omnes virtutes pertinentes ad illum statum infundit. Quare licet illa virtus numero non possit exire in actum circa peccatum existens, potest tamen habere actum conditionalem, scilicet, si peccarem, me poeniteret peccati. Item, quia illa perdita, dum homo respicit infunditur similis, per quam hominem poenitet peccatorum praeteritorum, etiam si sint remissa. Rationem a dicit Nuño q. 85. art. 4. dub. 2. conc. 5. quia ad perfectionem gratiae pertinet, ut non sit tanta differentia, & varietas in subiecto ut aliquando sit cum habitu Poenitentiae, aliquando vero sine illo. Quod magis exponit Araujo dub. 3. conc. vlt. n. 23. quia sufficit ne remere ponatur habitus, illum dari ad ornamentum, naturaliterque consequi ad gratiam, quando non adest conditio repugnans illi, hoc est, quando simul stat possibilitas obiecti primarij, & actus absoluti circa illud; & si per accidens ab exercitio talis actus impediatur. Status autem innocentiae originalis relinquebat arbitrium liberum ad peccandum: ac proinde erat absolute potestas ad detestandum peccatum: & sic erat in preparatione animi: & secundo exercere poterat propositum satisfaciendi pro peccato, si illud committeret, ut ex doctrina Philosophi, & D. Thomae dictum est.

14. Multis alijs modis responderi Auerfa sec. 17. §. *Debet item, & omissis duobus primis, quia non consonant nostrae doctrinae, tres alios dicendi modos proponit his verbis:* Tum quia in illo statu integritatis potuissent a Deo constitui primi parentes, etiam si antea mortaliter peccassent: & sic haberent occasionem detestandi talia peccata. Quare ex natura rei in illo statu erant quoque capaces huius habitus. Tum etiam de facto habitus Poenitentiae simul cum alijs infunditur etiam paruulis quantum ad propria voluntate innocentibus: & non infunditur solum, quia peccare possunt venialiter; sed absolute. Tum praesertim, licet per peccatum mortale amittatur habitus infusus permanens Poenitentiae, sicut aliam

rum virtutum: tamen interim dantur homini auxilia actualia suppletia vice habitus. Et in reparatione gratiae restituuntur habitus amissi. Quare non frustra, sed conuenienter infunditur ijs antecedenter habitus Poenitentiae; licet per peccatum mortale amittendus. Haec ibi.

§. III. Quomodo in Beatis sit habitus Poenitentiae secus veroin Christo Domino.

15. **D**ico tertio, Beati, qui in via habuerunt habitum Poenitentiae infusae, retinent in patria. Probat D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 3. dicens. Virtutes cardinales in patria remanebunt: sed secundum actus, quos habet in fine suo, ut in 3. lib. dist. 33. q. 1. art. 4. dictum est. Et ideo cum poenitentia virtus sit pars iustitiae, quae est virtus cardinalis, quicumque habet habitum Poenitentiae in hac vita: *Habebit in futura. Sed non habebit eadem actum, quae nunc habet; sed alium, scilicet, gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata.* Iuxta hoc illud, quod firmitur ex hom. 40: *S. Greg. Beati peccatorum recordantur, sicut nos sani sine dolore dolorum memoratur.* Dicit ad primum solum probare, quod Poenitentia in patria non habet eundem actum, quem hic habet. Et ad tertium dicit, quod poenitere, proprie loquendo, prout dicitur actum Poenitentiae, qui nunc est, non erit in patria. Nec tamen habitus frustra erit: quia aliam actum habebit.

16. Oppones. Gratiarum actio ad Deum ponitur ab Apostolo 1. ad Ti. 2. inter actus orationis, ut exponit D. Thomas 2. 2. q. 83. ar. 17. & q. 106. art. 1. ad 1. dicit, quod *gratiarum actio ad Deum supra posita est inter ea, quae ad religionem pertinent.* Per hoc ergo quod iste actus maneat in patria, solum habetur virtus religionis in patria manere. Respondet Nuño dub. 2. coc. 6. ad primum, dupliciter. Primo illum actum diuersis rationibus posse pertinere ad diuersas virtutes: secundum enim quod respicit beneficium receptum, pertinet ad gratitudinem: secundum vero quod respicit hoc quod est factis fecisse pro iniuria, pertinet ad habitum Poenitentiae.

Secundo respondet non esse necessarium, quod habitus habeat suum actum in patria: sed manet ad decorum, & perfectionem subiecti, postquam in via habuit, vel potuit habere actum. Ut patet etiam de virtutibus moralibus, de

quibus dicitur 1. 2. q. 67. ar. 2. quod manent in patria licet aliqua ibi non possint habere suum proprium actum. Actus enim, qui ponitur a D. Thoma pro temperantia, non est proprius actus illius.

17. Haec secunda responsio displicet quia D. Thomas in Poenitentia Beatorum ponit aliquem actum: quem ista responsio non admittit. Et etiam contradicit D. Thomae in 3. dist. 31. q. 2. art. 4. in fine corporis, ut supra retulimus.

Secundo communiter Thomistae: & multi alij Theologi, quos referunt & sequuntur Lorca, Valeria, & Salas, & Ioan. a S. Thoma 1. 2. q. 67. disp. 17. ar. 4. non solum docent in patria manere habitus virtutum: sed etiam actus earum quantum ad suam rationem formalem ex prudenti regulatione rationis: quamvis alio modo exercentur propter diuersam dispositionem materiae.

18. Ideoque standum priori solutioni, quam solam sequitur Araujo dub. 3. in fine: quia licet ad gratitudinem ad Deum pertineat gratias rependere Deo benefactori, non autem ut offenso, quem ut sic respicit poenitentia in praedicto actu: habet enim gaudere de proprijs actibus habitus in via: quia eiusdem virtutis est gaudere de proprijs actibus cuius est operari illos. Vnde D. Thomas 1. 2. q. 36. art. 4. ad 1. ex Phil. 2. Eth. cap. 3. ait. *Omnis enim virtuosus delectatur in actu virtutis, & tristatur in contrario.*

Aduertendum tamen cum D. Thoma hac q. 85. art. 2. ad 1. quod si in actu poenitentiae consideretur sola displicentia peccati praeteriti; hoc immediate ad charitatem pertinet: sicut & gaudere de bonis praeteritis (iuxta D. Aug. lib. 14. de ciu. Dei ca. 7.) *sed intentio operandi ad deletionem peccati praeteriti, requirit specialē virtutē sub charitate.* Quando in via precessit peccatum a Deo remissum cooperante poenitentia peccatoris, gaudium de illa satisfactione, & de misericordia Dei illam satisfactionem acceptante, ponitur a D. Thoma actus Poenitentiae in Patria.

19. Dico quarto, in Christo Domino non fuit virtus Poenitentiae, nec quoad actum, nec quoad habitum. Ita S. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. ar. 3. q. 3. ad 2. dicens: *Quod Christus non potuit peccare, ut in 3. lib. dist. 12. q. 2. ar. 1. & 2. dictum est: & ideo materia huius virtutis non competit sibi, nec actu, nec potentia: & propter hoc non est simile de ipso, & de alijs.* Idem indicat D. Thomas in 4. dist. 2. q. 2. ar. 3. q. 3. ad 3. Et hac 3. p. q. 84. ar. 7. ad 4. Assumptumque huius rationis late confirmatur 3. p. q. 15. art. 1.

Secundo. Rationes, quibus D. Thomas 3.p.q.7.art.3.& 4. probat, quod in Christo non fuerint fides, & spes Theologica, ostendunt in illo non fuisse poenitentiam, nec quoad actum, nec quoad habitum. Si quidem S. Thomas ibi art. 9. ad 1. ait, quod fides, & spes nominantur effectus gratiae in quodam defectu, qui est ex parte recipientis gratiam, in quantum scilicet fides est de non visis, & spes de non habitis. Unde non oportet, quod in Christo, qui est author gratiae, fuerint defectus, quos importat fides, & spes. Sed etiam poenitentia essentialiter importat defectum ex parte recipientis, quia importat potentiam peccandi, & dat inclinationem ad expiandum peccatum. Ergo nullo modo poenitentia fuit in Christo.

20. Obijcies rationes has nimirum probare, videlicet, quod habitus poenitentiae, nec in alijs beatis sit; quia non solum non peccat, sed nec peccare possunt. Unde D. Thomas in 3. dist. 12. q. 2. art. 1. sic arguit. Hae est perfectio naturae glorificationis, ut iam peccare non possit. Sed Christus ab instanti suae conceptionis fuit verus comprehensor. Ergo nunquam peccare potuit. Et in corp. art. ait. Secundum vero quod fuit comprehensor, mens eius totaliter est coniuncta fini, ut agere non possit nisi secundum ordinem ad finem; sicut in 2. lib. dist. 7. q. 1. art. 1. de Angelis confirmatis dictum est. Sed sancti in Patria sunt Christo conformes, ut comprehensores. Ergo in eis admittenda est poenitentia absque imperfectione; & sic non erit in Christo.

Confirmatur: quia sicut Scotus in 4. dist. 49. q. 6. ponit beatos ab intrinseco esse peccabiles; & solum esse impoecabiles ab extrinseca protectione Dei: ita idem admittit de humanitate Christi. Sed S. Thomas, sicut Christo Domino tribuit omnimodam impoecabilitatem; siquidem illa dist. 12. ait: *Quod simpliciter loquendo, Christus nullo modo peccare potuit.* Ita idem docet de omnibus Beatis 1. 2. q. 4. art. 4. & lib. 4. contra Gentes cap. 92. Et de Angelis 1. p. q. 62. art. 8. Et hoc provenire ab intrinseco Beatitudinis, omnes Thomista, & frequenter alij Theologi docent. Ergo si non posse peccare, probat in Christo non fuisse habitum poenitentiae, idem concludet de omnibus Beatis.

21. Praeterea S. Thomas habitum spei, & fidei non tantum excludit a Christo; sed pari ratione excludit ab omnibus Beatis, ut patet 1. 2. q. 67. art. 3. & 4. Et art. 5.

probat, quod nihil idem numero, vel specie, quod est in fide, remanet in patria: Et cum obijcisset, quod substantia habitus non tollitur per hoc quod subtrahitur materia; potest enim homo habitum liberalitatis retinere, etiam amissa pecunia: sed actum habere non potest. Obiectum autem fidei est veritas prima non visa. Ergo hoc remoto per hoc quod videtur veritas prima, adhuc potest remanere ipse habitus fidei. Respondet S. Thomas ad 3. quod ille, qui amittit pecuniam, non amittit possibilitatem habendi pecuniam: & ideo convenienter remanet habitus liberalitatis. Sed in statu gloriae, non solum actu tollitur obiectum fidei, quod est non visum; sed etiam secundum possibilitatem, propter beatitudinis stabilitatem. Et ideo frustra talis habitus remaneret. Hae tamen doctrina non obstante, in alijs beatis, quibus negamus habitum fidei, & spei, cum D. Thomas concedimus eum eodem habitum poenitentiae. Ergo male eum negamus fuisse in Christo.

Praeterea, ut docet D. Thomas 3. par. quaest. 7. art. 2. ad 3. concupiscentias pravae Christus omnino non habuit (ut probat q. 15. art. 1. & 2.) Nec propter hoc tamen excluditur quin habuerit temperantiam, quae tanto perfectior est in homine quanto magis pravis concupiscentijs caret. Ergo licet Christus non potuerit peccare, potuit habere habitum poenitentiae, vnde diuini illa sum servaret, & pro peccatoribus satisfaceret: iuxta illud Psal. 68. *Quae non rapui, tunc excubebam.*

22. Respondetur rationes istas probare, quod Beati, qui nec in via, nec in termino potuerunt peccare: sicut in Patria, ita etiam in via, debet ab eis excludi habitus poenitentiae, sicut excluditur habitus fidei, & spei: quia non solum impeditur exercitium defectu materiae; sed tollitur possibilitas deficiente ratione formali specificatiua. Unde excluditur habitus poenitentiae a Christo, & ab Angelis viatoribus, & beatis. Alij vero, qui in via habuerunt poenitentiam quoad habitum, vel etiam quoad actum, retinent habitum in patria, qui mutat exercitium. Unde Paludanus in 4. dist. 14. q. 4. conc. 3. n. 5. ait, quod poenitentia est in beatis hominibus; non quoad actum dolendi; sed quoad actum gaudendi de dolore praeterito, non praesentis. *Sicut alium actum habet gratia, quando est sursum, tunc dicitur deorsum.*

deorsum: & alium quando est deorsum, scilicet, quietem in patria, in finem. Ideoque Nuño dub. 2. conc. 6. ad 2. reddit disparitatem, quia Christus Dominus nunquam fuit in statu, in quo possit peccare, sicut fuerunt omnes alij sancti. Potest aprari intento quod ait, S. Bernard. serm. 23. in Cantica: *Non peccare, Dei iustitia est; hominis iustitia indulgentia Dei.*

23. Sed adhuc instabis Nam poenitentia vel habet ex sua specie essentiali imperfectionem repugnantem subiecto in peccabili; sicut habet fides, & spes, vel solum habent imperfectionem accidentalem, sicut habent virtutes morales, quae sunt in via, & remanent in patria? Si primum dicaror, sicut excluditur virtus Poenitentiae a Christo, & Angelis, ita debet excludi ab omnibus Beatis. Nec obstat, quod ea habuerint in via; quia etiam habuerunt fidem, & spem, quae euacuantur in patria: & ita non permanebit virtus Poenitentiae, de cuius ratione essentiali est imperfectio subiecti. Si autem secundum reuertitur, sicut in beatis ponimus habitum Poenitentiae pro gaudio actuum, qui praeserant in via, erit in Christo ut gaudeat etiam de misericordia Dei relaxate peccata, pro quibus ipse satisfecit.

Respondetur poenitentiam ex sua specie importare imperfectionem essentiali ex parte subiecti recipientis nempe potentiam peccandi, quia materia eius essentialis remota est peccatum proprium ut expiabile per proprios actus. Ideoque excluditur ab Angelis, & a Christo omnino in peccabili; non solum ex statu beatitudinis, sed ex parte personae dirigentis, cui attribuantur operationes. Non tamen inde habetur quod excludatur ab omnibus beatis (sicut excluditur fides: quia visum, & non visum habent essentiali repugnantiam) quia beatitudo se ipsa oppositionem habet cum peccato tunc committendo, & excludit actum Poenitentiae doloris actualis de illo: non tamen excludit habitum, seu preparationem animi ad satisfaciendum, quam possunt habere, qui aliquando potuerunt esse peccatores: tollitur enim materia, sed non tollitur poenitentia antiqua possibilitas. Sicut sanus, qui nec est infirmus actu, nec potentia, curabilis non est; nec de illo tractat medicus: sicut Angeli medicis non indigent. At vero ille, qui modo sanus est, vel ex bona dispositio, one, vel ex priuilegio, si tamen

ex complexione naturae constantis ex contrarijs, est corruptioni, & infirmitati obnoxius, curabilis dicitur, & habitu medicinae indiget. Cum ergo (sicut dicit D. Thomas 1. p. q. 63. art. 1.) *Quicumque creatura hoc comperit, ut peccare non possit, hoc habet ex dono gratiae, non ex conditione naturae.* Ideo omnis purus homo est ex se peccabilis, & sanabilis (spiritualiter, & capax habitus Poenitentiae).

24. Ex quibus aliae obiectiones solutae manent: quia temperantia, & fortitudo, solum de materiali important in perfectionem; sed etiam passionibus, vel omnino extinctis, possunt habere exercitium quoad alios actus, vel primarios possibili, vel secundarios in exercitio in Christo, & in Beatis. Verissimum atque est passionem Christi causate nostram salutem, per modum satisfactionis: quia ut ait D. Thomas 3. p. q. 48. art. 2. *Christus ex Obsequio, & obedientia patiendo, maius Deo aliquid exhibuit, quam exigeret recompensatio totius offensa humani generis.* Sed ille formaliter non fuit actus Poenitentiae, sed iustitiae commutatiuae, & fuit actus religionis, in quantum fuit sacrificium, & obedientiae, & patientiae, fortitudinis, & charitatis, ut exposuimus agendo de satisfactione Christi.

§. IV. In Beata Virgine non fuit actus Poenitentiae bene tamen habitus.

25. Dico quinto, in Beatissima Virgine Dei genitrice Maria non fuit actus Poenitentiae: fuit tamen, & modo est, habitus Poenitentiae, sicut & in alijs Beatis. Hanc ex Thomisticis negat Nuño dub. 2. conc. 3. dicens sibi oppositum videri probabilius: quia talis habitus esset omnino otiosus. Et quia pertinet ad maiorem dignitatem, & excellentiam Beatissimae Virginis, quod assimilatur Filio suo in eo quod est non habere habitum virtutis, qui secundum se praesupponat imperfectionem in proprio subiecto. Priuilegium enim Virginis ad non peccandum, propter suam excellentiam, videtur habere modum iustus. Unde adferendum solum habuisse Beatissimam Virginem illos habitus, qui non pertinent ad statum peccati.

Sed in primis illi Theologi, qui in voluntate humana Christi, quae ab intrinse-

co ex vi hypostatice vnionis erat impeccabilis; agnoscat habitum Poenitentiae; non reputabunt aliquid minui dignitatis & excellentiae Virginis, quae ex priuilegio est à peccato immunis, si ponant habuisse virtutem, non quoad denominationem, & exercitium Poenitentiae; sed quoad entitatem habitus iustitiae ad Deum isti sunt A lensis, Marfilus, Argentina, Suarez, Coninch, Lugo, & Auerfa, & alij: Siquidem cum concedant Filio, non denegabunt Matri. Vnde Lugo n. 11. ait. *Ex quo deniq; si à fortiori, potuisse dari hunc habitum in Beata Virgine, in qua impotentia ad peccandum erat magis extrinseca, quam in Christo.*

26 Præterea D. Thomas adeo sublimiter sentit de confirmatione in gratia, quam habuit Deipara vt eam conferat cum ea, quae habetur per apertam Dei visione m: hæc enim secundum communem legem solum confirmat in gratia. *Et hoc dico* (inquit D. Thomas) *secundum legem communem: Quia ex aliquo priuilegio speciali secus accidere potest: sicut creditur de Virgine Matre Dei.* Ex quo sic arguitur. Impeccabilitas Deiparæ, nunc in gloria, & antea dum erat viatrix, non magis habet permanentiam, & statum, quàm habeat impeccabilitas Angelorum, & Beatorum: quia de omnibus dicitur illud Esaiæ 60. ver. 21. *Populus tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt terram: & illud Psalmi 124. Non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.* Sed ipse Nūño conclusionem 6. cum D. Thoma, & communi Theologorum (excepto Vazquez, & vno, vel altero) agnoscat in Beatis omnibus habitum poenitentiae; & non otiosum, sed in nobiliori exercitio. Vnde Soto in fine articuli quinti dicit beatos homines in gloria insigniri habitibus poenitentiae, quos habuerunt in via: Tum ad ornatum, quia sunt insignia triumphii, per quæ de peccatis triumpharunt: Tum vt gratias agant Deo de sua misericordia relaxante peccata. Et conc. 1. late ostendimus, quod in innocentibus est habitus poenitentiae, non vsus. Ergo consequenter loquendo, idem de Virgine erat affirmandum.

Nec est inconueniens, quod quoad hoc Deipara assimiliter alijs Beatis hominibus, & non pertingat ad excellentiam Filij Dei: quia, vt ait S. Bonauentura in 3. sentent. dist. 3. part. 1. q. 2. num. 18. Ad illud quod obijcitur, quod honor Matris refertur ad Filium: Dicendum, quod ve-

rum est. *Non tamen sequitur, quod omnis honor, qui attribuitur Filio, attribuendus sit Matri: quia sic non esset Filium honorare, sed potius Filio contumeliam facere, dum honorem sibi soli debitum, quis alijs attribueret.*

27 Conclusionem ergo cum alijs Theologis, tenent communiter Thomista. Sed M. Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 5. circa finem his verbis eam proponit. Sed de Beata Virgine Paludanus distin. præc. q. 4. asserit simili ratione habuisse poenitentiam, quia potuit peccare venialiter. At quicquid sit de conclusione, ratio profecto est falsissima: quia, vt nuper Tridentina Synodus pronuntiauit, non potuit venialiter peccare. Nam ante Christi conceptionem, religatum habuit fomitem, vt ait S. Thomas: Qui tunc fuit omnino extinctus. Qui autem diceret, habuisse habitum poenitentiae: quia cum fuerit homo pura, & viatrix, fuit in statu peccandi; licet fuerit per priuilegium reseruata; nihil absurdi diceret. Hæc Soto.

28 Sed certe Paludanus perilegēs, nihil in eius verbis video absurdum, nec contrarium pronuntiat a Concilio Tridentino: imò consonum assertis D. Thomæ. Verba Paludani in 4. distin. 14. q. 4. num. 4. hæc sunt. Secunda conclusio est, quod poenitentia est in innocentibus, & puris hominibus; etiam in Beata Virgine: quia etsi nunquam peccauit; tamen ante conceptionem Filij peccare potuit. Ecce quod nullum verbum est de peccato veniali; sed generaliter de omni peccato. De quibus duo asserit. Primo, quod *numquam peccauit.* Secundo, quod hoc habuit ex speciali gratiæ priuilegio, quod semper ille collatum est: sed cum hoc discrimine, quod potentia peccandi plenius, & magis ab intrinseco illicollata est, quando formes, non solum fuit ligatus, vt erat ante Filij conceptionem; sed etiam penitus fuit extinctus, vt fuit post realem Filij Dei in eius carne præsentiam. Et totum hoc ipse Soto concedit. Tridentina autem Synodus nil de potentia peccandi: sed solum de actuali præseruatione à venialibus, ait scilicet 6. can. 23. *Si quis hominem semel iustificatum dixerit: posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, Anathema sit.* Hæc Synodus. Eadem Paludan. illis verbis. *Et si nunquam peccauit.* Imò ex modo loquendi Concilij,

lij sumitur ratio pro conclusione. Qui ex speciali Dei priuilegio vitat peccata, ex se, secluso priuilegio, non vitaret, & infirmitatem peccati posse incurere. Ergo, licet durante priuilegio, non peccet, nec indigeat actu poenitentiae; sanabilitas tamen, quæ respicit libertatem arbitrij, capacitatem relinquit habitui poenitentiae.

29 Quod autem ratio Paludani consonet doctrinæ Diu. Thomæ, constat. In primis, quia q. 24. de Veritate, art. 9. ad 2. ait: *Confirmatio autem in bono Beata Virgini competebat quia Mater erat diuina sapientia, in qua nihil inquinatum incurrit, vt dicitur Sap. 7. Et 3. p. q. 27. art. 4. multis demonstrat, quod non fuisset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando.* Et concludit: *Et ideo simpliciter fatendum est, quod Beata Virgo nullum actuale peccatum commisit; nec mortale, nec veniale: vt sic in ea impleatur quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Et hoc Ecclesia tenere, declarauit Tridentinum. Cū quo tamen stat, quod ipse S. Thomas eadem 3. p. q. 27. art. 5. ad 2. dicat, loquendo de plenitudine gratiæ Beatæ Virginis. Nā primo in sua sanctificatione adeptæ est gratiam inclinantem eam ad bonum: *In conceptione autem Filij Dei consummata est eius gratia confirmans eam in bono:* in tui vero glorificatione consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.

Et magis ex professo in 3. sentent. dist. 3. q. 1. art. 2. quaestiuicula tertia ait. In prima sanctificatione gratia collata fuit, *ad bonum efficaciter liberum arbitrium inclinans.* Quamuis non esset sufficiens ad tollendum flexibilitatem liberi arbitrij in malum: quam etiam homo in primo statu habuit. In secunda vero sanctificatione gratia superaddita fuit, *quæ ita potentiam liberi arbitrij impleret, vt in contrarium flexi non posset.* Non quidem tollendo naturam libero arbitrio; sed deficiente. Sicut materia Cæli, ex eo quod subsistit formæ, quæ omnem priuationem ab ea excluditur, non est in potentia ad corruptionem. Sed materia exaltatione eius per gratiam perfectam, in gloriam transeuntem, fini coniuncta est: *ex quo perfecta immobilitas causatur.* Ergo maiorem, & magis ab intrinseco, impotentiam peccandi habuit Beata Virgo in Incarnatione Filij, quam in prima sanctificatione; & adhuc perfectiorem in glorificatione, quādo consummata est gratia in fruitione

omnis boni: *Ex quo perfecta immobilitas causatur.* Ergo non mirum, quod, quoad hoc, discurremus de ipsa viatrice, sicut D. Thomas discurret de hominibus glorificatis, & de omnino innocentibus.

Consonat Seraphicus Doctor S. Bonauentura in 3. sententiarum dist. 3. parte 2. q. 3. num. 36. dicens: *Sed cum Sancti Sanctorum gestauit in utero suo, tunc sanctificata fuit conformiter Filio suo: non tantum quantum ad impotentiam ad peccatum; sed etiam quantum ad impossibilitatem labendi in aliquod peccatum.* Et infra concludit. *Concedenda sunt ergo rationes ostendentes, quod Beata Maria, post Filij Dei conceptionem, peccare non potuit, non propter alicuius potentiam amissionem; sed propter potentiam confirmationem, & defectus ablationem.*

30 Omnino intentum euincit, & aperta sunt, quæ hic inferantur, verba Beati Alberti Magni de laudibus Dei genitricis Mariæ, cap. 175. dicimus, ait; esse verum, quod non habuit potentiam peccandi, distinguendo tamen, quod non peccare per se, sequitur naturam inuertibilem. Et hoc modo Deus Trinitas dicitur non posse peccare. Secūdo modo dicitur non posse peccare, quod habet vnionem personalem cum natura inuertibili. Et hoc modo Christus homo non potest peccare. Tertio modo dicitur non posse peccare, quod habet coniunctionem, & conuersionem ad naturam inuertibilem, per medium, quod est de sui natura inseparabile: vt est habitus gloriæ. Et hoc modo sancti in Patria non potuerunt peccare. Quarto modo dicitur non posse peccare, quod habet coniunctionem ad naturam inuertibilem, per medium, quod secundum sui naturam, in se quidem est separabile: sed tamen omnino est separatum a contrario re-pugnante, vel resistente, vel impediante: & præterea in suo summo in tali subiecto est inseparabile. Vt est plenitudo gratiæ in Beata Virgine. Et hoc modo dicitur Beata Virgo non posse peccare. Hæc ibi. Cum ergo quartus modus non pertingat ad perfectionem tertij, nec ambo ascendere possint ad perfectionem primi, solius Dei, & secundi solius Christi propriorum: cum tertius modus impeccabilitatis Beatorum relinquat locum habitui, licet non actui poenitentiae expiantis, nec dolentis de peccato, à fortiori idem dicendum de habitu poenitentiae Mariæ purissimæ, quod illi cum gratia in via fuit infusus, & nunc eum retinet in gloria. Videatur S. Ansel-

de excellent. Virginis cap. 7. & Richardus de S. Victore libro de Emanuele à cap. 26. vsque ad 30. vbi concludit: *Videtur itaque, iuxta hoc, ab hora superuenientis Spiritus Sancti, ab hora superobumbrata Virgo Maria, non solum in omni gratia consummata; verum etiam in omni bono, & dono, quod acceperat, confirmata.*

§. V. In Angelis nullo modo potest esse poenitentia virtus.

Dico sexto, Angeli susceptiui poenitentiae virtutis esse non possunt. Probat D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 4. Quia peccatum Angeli est irremissibile, vt in 2. lib. dist. 7. q. 1. art. 2. dixerat. Et quia peccatum vt est remissibile, vel, expiabile est propria materia istius virtutis, quae poenitentia dicitur: Ideo, cum materia non possit eis competere, non adest eis potentia exeundi in actum. Et ideo nec habitus eis conuenit: Et ideo Angeli susceptiui poenitentiae virtutis esse non possunt.

Concedit tamen S. Thomas, quod mali Angeli, seu Demones, habent aliquos poenitentiae motus; sed non quae sit virtus: & ideo in beatis nullo modo isti motus poenitentiae esse possunt. Primum constat: quia timor est initium poenitentiae: & in eis est timor: iuxta illud Iacobi 1. *Demones credant, & contremiscunt.* Et Philo. 9. Eth. cap. 5. circa finem, dicit, quod poenitudine replentur mali: & haec est maxima poena eis. Et quia detestatio mali competit alicui secundum quod habet ordinem naturalem ad bonum. Et quia in nulla creatura talis inclinatio totaliter tollitur. Ideo etiam in damnatis talis detestatio manet: & per consequens poenitentiae passio, vel similis ei, vt dicitur Sapientiae 5. ver. 3. *Poenitentiam agentes, & pra angustia spiritus gementes.*

32 Indeque probat secundam partem: nam, cum haec poenitentiae non sit habitus; sed passio, vel actus (eo modo quo similitudinarie in actibus voluntatis sunt passiones doloris, vel tristitia de malis commissis) nullo modo in beatis Angelis esse potest; in quibus peccata commissa non praecesserunt. Sed in malis Angelis est: cum sit eadem ratio de ipsis,

& de animabus damnatorum: quia secundum Damascenum lib. 2. de fide orthodoxa, cap. 4. quod *est homini mors, hoc est Angelis casus.*

33 Sed dices, ex hac auctoritate oppositum conuinci: quia secundum Damascenum ibi, & cap. 12. idem iudicium est de Angelis, & de animabus separatis. Sed in animabus beatis, quae sunt in patria, est habitus poenitentiae infusus. Ergo & in Angelis potest esse poenitentia.

Respondetur ex D. Thoma ad 4. quod non est eadem ratio de Angelis sanctis, & animabus sanctis: quia in animabus sanctis praecessit, vel praecedere potuit, peccatum remissibile: non autem in Angelis. Et ita quamuis sit similes quantum ad statum praesentem; non tamen quantum ad statum praeteritum, quem poenitentia respicit directè.

34 Arguit tamen Thomas Argentinae quia in voluntate Angeli; sicut & in voluntate humana Christi Domini, potest habere locum actus conditionalis, quod diceret, si peccarem, vel si peccassem, vel se satisfacere Deo. Nec satisfacit Vazquez num. 12. contendens non dari in voluntate huiusmodi actus conditionales. Quia alij Theologi oppositum docent: & experimur in nobis huiusmodi actus. Nec etiam satisfacit Suarez nu. 11. dicens, quod de facto non videtur talis actus tribuendus Christo Domino, qui peccare non poterat. Quia replicat Auerfa: nam absolutè poterat in illo esse. Quod sufficeret ad ponendum habitum.

Confirmatur: quia potuisset Deus de potentia absoluta assumere naturam, quae prius in proprio supposito fuisset infecta peccato. Ergo de rigore cogitari potest hic actus in humana voluntate Christi, quod si ante assumptionem habuisset peccatum, illud semper detestaretur. Ita arguit Lugo numer. 11. concludens. Non ergo repugnat, per se loquendo, actus perfectae poenitentiae cum vnione hypostatical magis, quam memoria peccati.

Nam satisfiet respondendo, istos actus conditionales esse imperfectos, & specie distinctos ab actibus virtutis poenitentiae: & ideo propter illos non esse ponendos in voluntate habitus infusos.

Quia contra hoc est, quod isti actus respiciunt formaliter idem obiectum virtutis poenitentiae, nempe peccatum expiandum: liquidem res existens, & eadem quoad quidditatem, & essentiam, eiusdem speciei

speciei sunt. Vnde iste actus, si possem, darem eleemosynam, eiusdem speciei est cum voluntate absoluta, & efficaci de facto dandi eleemosynam.

35 Respondetur cum Araujo nu. 13. quod deficiente possibilitate obiecti primarij, & actus absoluti circa obiectum cuius virtutis, impossibile est talem virtutem manere propter solos actus conditionatos circa obiectum simpliciter impossibile. Cum virtus sit dispositio perfecta ad optimum actum; non potest dari propter solos actus imperfectos (cuius modi sunt conditionati de obiecto simpliciter impossibili) sed necesse est illam circa obiectum possibile simpliciter, & sub aliquo actu absoluto attingibili, verificari. Quo per accidens, & solum pro aliquo statu deficiente, poterit virtus dari propter actum conditionatum de obiecto simpliciter possibili, licet ex aliqua suppositione reddatur impossibile.

Addit Nuño post primam conclusionem, quod si forte habebat Christus Dominus illos actus conditionales, pertinebant ad virtutem charitatis: sicut & dolor, quem habebat de peccatis aliorum. Quia possibilitas peccandi in proprio, subiecto, refundit diuersitatem in obiectum. Vnde actus illi formaliter non essent eiusdem speciei, nec haberet idem obiectum, cum obiecto poenitentiae. Actus autem conditionari tunc solum sunt eiusdem speciei cum actibus absolutis, quando subiectum est capax actus absoluti. Quando vero subiectum est incapax elicendi actum absolutum, neque actus conditionati pertinent ad illam speciem. Sicut Angelus potest habere actum conditionatum, si possem, comederem temperate: Tamen neque iste actus pertinet ad virtutem temperantiae, nec est eiusdem speciei cum actibus virtutis temperantiae humanae.

36 Ad confirmationem respondetur D. Thomam in 3. dist. 12. q. 2. art. 1. triplici capite probare impeccabilitatem Christi, ex gratiae plenitudine, ex gloria comprehensoris, & ex sanctitate personae: *Nam secundum quod fuit Deus, & anima eius, & corpus fuerunt quasi organum Deitatis, secundum quod dicit S. Damasc. lib. 3. de fide, cap. 19. Deitas regit animam, & anima corpus. Vnde non poterat peccatum attingere ad eius animam, sicut nec Deus potest peccare.* Si ergo assumeret animam peccatoris, peccatum illud esset alterius personae; quia actiones sunt suppo-

ditorum. Vnde non haberet materiam poenitentiae, quia nec peccatum proprium hominis Dei; licet esset humanitatis assumpta à Filio Dei.

37 Secundo dicitur, quod sicut ignis consumit stipulam, & sicut lux expellit tenebras, ita omnino vnio hypostatica se ipsa consumit peccatum: iuxta illud Apostoli 2. ad Corinth. 6. ver. 14. *Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? Aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conuentio Christi ad Belial?* Vnde illud peccatum hominis, seu humanitatis assumptae, nec pro vno instanti posse esse in Christo; nec de illo posset agere poenitentiam: quia peccata poenitus remissa non sunt materia primarij actus poenitentiae. Sicut ergo, quamuis Beati recordentur se credidisse in via, non ideo credunt in patria: quia lux patriae se ipsa destruxit tenebras, seu caliginem viae, cui fidem comparat Apostolorum Princeps 2. Petri 1. v. 19. dicens: *Quasi lucerna lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.* Ideo quamuis in illo casu Christus recordaretur peccati suae humanitatis, non tamen posset poenitere de illo vt proprio: quia nec est suae personae; nec est possibilis in Christo actus primarius, sicut est in alijs Beatis, quorum impotentia ad peccandum est à gloria, & non à persona.

38 Denique occurrunt Vazquez, & Auerfa docentes, quod Angeli in via non erant inflexibilis voluntatis: sed solum ex diuina dispositione non eis concedebatur gratia conuersionis, & remissionis. Quare de facto in Angelis Beatis permanet hic habitus inter alias virtutes infusas.

Verumtamen S. Thomas docet, quod in Daemonibus liberum arbitrium est in malitia obstinatum, ex conditione naturae status, vt probat D. Thomas 1. part. q. 63. art. 2. quia apprehendit immobiliter, & ideo liberum eorum arbitrium est flexibile ante electiones, sed non post electionem. Quod modo supponendum ex proprio tractatu.

Argumenta initio obiecta ex probationibus conclusionum manent soluta. Ad primum conceda maiori, neganda est minor. Pariiterque ad secundum. Vel distinguenda est, & concedenda de alijs voluntatibus, exceptis voluntate Christi, & Angelorum, & de istis neganda: quia Angeli sunt incapaces poenitentiae, propter inflexibilitatem arbitrij. Christus est incapax

Capax poenitentiae propter impeccabilitatem personae & tantam incapacitatem nulla creatura pura potest attingere. Stante autem impossibilitate simpliciter obiecti formalis, alij actus secundarij, vel sunt impossibiles, vel non pertinent ad eandem virtutem: vt infimili docet D. Thomas 1. 2. q. 67. art. 4. ad 3. Ad vltimum respondimus in secunda conclusione.

D V B I V M O C T A V V M.

Vtrum principium poenitentiae sit ex timore?

¶ Vnicus ex quo timore poenitentia procedat, resoluitur.

Proponitur ad expositionem articuli quinti D. Thomae, vbi distinguit, quod de Poenitentia loqui possumus dupliciter. Vno modo quantum ad habitum; & sic immediatè à Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus, non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. De quo satis multa iam scripsimus dub. 5. Et praecipua difficultas est de actibus: siquidem vtaut D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 1. virtutem poenitentiae Deus nobis infundit: Sed dispositio aliqua ex parte nostra procedit: Et secundum hoc habet aliquam originem in nobis. Sermo ergo non est de causa physica principali poenitentiae; sed de causa dispositiua, seu de poenitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti in poenitentia cooperamur.

2 De istis ergo proponit talem conclusionem S. Thomas. Actus poenitentiae à timore seruilis procedit, sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato. A timore autem filiali sicut ab immediato, & proximo principio. Probat numerando sex actus, qui solent interuenire. Quorum actuum (inquit) primum principium est Dei operatio conuertentis conuertendum illud Thre. capit. vltim. Conuertere nos, Domine, ad te, & conuertemur. Secundus actus est motus fidei. Tertius est motus timoris seruilis, quò quis timore suppliciorum à peccatis retrahitur. Quartus actus est motus spei, quo quis sub spe

veniae consequendae, assumit propositum emendandi. Quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet secundum se ipsum, & iam non propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis quo propter reuerentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert.

Confirmat in argumento, sed contra. Etsi Esaia 26. dicitur: Sicut, quae concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus, scilicet, per poenitentiam. Et postea, v. 18. vbi Vulgata: *Peperimus spiritum, salutes non fecimus in terra.* Secundum aliam litteram, nempe iuxta Septuaginta: *A timore tuo Domine concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis;* id est, poenitentiae salutaris, vt per praemissa patet. Ergo poenitentia procedit ex timore.

3 Inter Catholicos certum debet esse primum principium actuum poenitentiae salutaris esse Dei operationem conuertentis cor. Vnde addit D. Thom. ad 3. quod ipse etiam motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. Vnde dicitur Deuter. cap. 5. *Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me?* Iste autem motus Dei praeuenientis semper est necessarius, iuxta illud Ioan. 6. ver. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Est autem hic sermo de auxilio Dei speciali, vt notat Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 5. §. *Diuidemus autem.* Quae est doctrina Concilij Trid. sess. 6. cap. 5. dicentis: *Declarat praeterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Iesum Christum praeuientis gratia sumendum esse.*

4 Miratur Vazquez dub. 1. nu. 1. cur S. Thomas non explicat quisnam sit hic motus, sicut nec Soto; qui singula huius articuli persequitur? Facile tamen dicitur hoc pertinere ad tractatum de gratia, vbi S. Thomas 1. 2. q. 109. fere per totam distinguit auxilia generalia, in quantum omnia agentia secunda à causa prima mouentur, seu praemouentur ad agendum. Et ista generalia auxilia sunt motiones primae causae, de qua diximus 2. part. Metaphis. controuers. 12. & lib. 2. Phis. quaest. 14. & hac 3. part. quaest. 62. dub. 4. §. 2. quod haec motio Dei est qualitas habens esse transiens, & incompletum. Praeter ista autem dantur motiones speciales morales, efficaces, ex efficacia decreti, à quo originantur; & consistunt in illuminationibus, & motionibus, quibus Deus suauiter, & efficaciter nos ad se trahit, & conuertit, vt optimè declarat S. Thomas

mas ad Roman. 8. lec. 3. ad illa verba: *Qui spiritu Dei aguntur.* Et 2. ad Corinth. 5. lec. 3. ad illa: *Charitas Christi urget nos.* Et Ioann. 6. ver. 44. lec. 5. ad illa verba: *Traxerit eum.* De istis autem nunc esse sermonem, constat ex Concilio Tridentino. nam exponit nomine *praeuientis gratiae* intelligi *Dei uocationem*; & hanc fieri *per Dei excitantem*; atque *adiuantem gratiam*; & postea dicit Deum tangere *cor hominis per Spiritum sancti illuminationem*; & postea hanc vocat *inspirationem Dei*. Quibus clare insinuat sermonem esse de auxilio speciali supernaturali; & quod interueniunt motiones morales, quas homo, & abijcere potest; sed non abijciat, si proueniunt ex voluntate Dei efficaci vt conuertatur: quia voluntas Dei efficax temper impletur vt fiat actus, & vt libere fiat: quia totum id Deus vult, & cauatur. Vnde etiam Suarez in Comment. art. 5. notat quod D. Thomas de hoc puncto, non agit: quia ad materiam de gratia spectat. Et de isto eadem proportione loquendum est, quae de habitu: vtriusque enim principale principium, non solum in genere causae primae, sed etiam in genere causae proximae, est Deus, vt auctor supernaturalium donorum. Est tamen discriminatum quod habitus saepe infunditur medio Sacramento vt instrumento; non vero actus, qui vel non tunc interuenit, vel supponitur. Habitus item fit à solo Deo vt principio extrinseco. Actus vero fit à Deo operante, & cooperante, non tamen sine influxu physico humanae voluntatis.

5 Notat autem Soto, §. *Ad rem ergo*, non semper omnes istos actus esse necessarios formaliter: alioquin non posset homo subito conuerti; sed necessario indigeret tempore, sine quo series haec perfici non posset. Consequens autem est falsum: quoniam cum vt Diu. Thomas 1. 2. quaest. 112. art. 2. docet, praeparatio hominis ad gratiam sit opus Dei praeuientis, subito potest illam dispositionem perficere: iuxta illud Eccles. 11. *Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem.* Quamuis enim in instanti plures actus fieri possint, regulariter series sex actuum tempus solet implere.

6 Aliam rationem adijcit D. Thomas in 4. dist. 14. quaest. 1. quia istae dispositiones, non sunt agentium naturalium, agentium de necessitate, & semper ope-

rantium eodem modo; sed est opus agentis libere, & moraliter: & in moralibus id dicitur fieri absolute, quod fit vt in pluribus. Sed quia humani actus (inquit Diu. Thomas) non procedunt ex necessitate, sed ex libero arbitrio; ideo non potest assignari causa ex parte nostra alicuius actus nostri, ex quo semper procedat, sed ex quo vt in pluribus contingit propter dispositionem existentem in nobis ad hoc: quae tamen non necessario inclinatur. Vnde omnes sermones morales sunt tales, vt Philosoph. in 3. Eth. cap. 8. dicit, *quod vt in pluribus oportet eos intelligere.* Cum etiam non extat diuinum, aut humanum praecipuum de ordine istorum actuum, non est quid cogat ad asserendum eos semper interuenire, & hoc ordine.

7 Occurrit tamen Vazquez dubio 1. num. 3. fere omnia asserta S. Thomae carpens. Nescio (inquit) quomodo tot actus, vt hic enumerat D. Thomas, concurrant communiter. Quod si concurrant; nescio quomodo eo ordine, quem Diu. Thomas assignat, Quod numerum attinet, non numerat Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 6. timorem filialem, qui praecedat actum poenitentiae, sicut docet D. Thomas. Sed primum actum docet esse fidem, &c. Et certe, cum timor filialis ille sit quo quis timet ob Dei amorem ab eo per peccatum separari; non videtur qua ratione hic communiter sit in iustificatione hominis, sicut D. Thomas hic docet, & 1. 2. q. 113. art. 4. ad 1. Quod si actus timoris filialis dicatur esse, non fuga peccati futuri ex amore Dei; sed reuerentia quaedam. Quem actum timoris diximus 1. tom. in 3. p. disp. 44. cap. 2. manere in patria, & esse in Christo; certe non video ita communiter concurrere. Vnde merito illius nullam mentionem fecit Concilium.

Nullam etiam mentionem fecit intentionis illius specialis satisfaciendi Deo offensam, aut compensandi illam: Quoniam, & haec expressa intentio, quae tribuitur speciali virtuti poenitentiae; non video quomodo a frequenter in usum veniat ad iustificationem obtinendam. Haec Vazquez.

8 Sed magis credo sapientissimo Domino Soto, qui Tridentino Concilio interfuit; & tamen dicto articulo,

10, 5. §. *Quæstio est*, docet, quod S. Thomas, *Consideratissime* ordinem iustificationis impij ob oculos ponit. *Quia* utique questionem 1. 2. quæst. 113. *Doctissime* edidit. Et non longe à fine, §. *Supposita ergo*, restatur, quod eadem Tridentina Synodus illic, cap. 6. ordinem hunc sex nostrarum actionum exhibet loco Sancti Thomæ desumpsit. Idem dicunt Nuño dub. 1. initio, & Araujo, dub. 2. num. 35. Et Pater Suarez in Commentario artic. 5. expressè ait: *Et ideo doctrinam hanc quoad hanc partem Concilium Tridentinum amplectuntur.* Et post latè collatam doctrinam illius, cap. 6. cum doctrina artic. 5. concludit: *Vnde constat in doctrina Div. Thome nihil esse contrarium doctrinæ Concilij.* Sed Concilium illum actum timoris filialis omisi se, qui fortasse adeo frequens, aut necessarius non est. Eodem modo consonantiam doctrinæ Concilij illo, cap. 6. cum isto articulo 5. agnoscit Enriquez lib. 1. de Pœnitent. cap. 21. litter. A. Et Granados, controuers. 7. de Pœnitentia trac. 2. disp. 6. num. 8. ait: Nam differt ab hac dispositionum serie ille ordo, quem Trident. sess. 6. cap. 6. statuit in actibus, quibus homo disponitur ad iustificationem. Idem dicit Cominch disput. 2. dub. 4. Valentia quæst. 2. pun. 3. Auerfa quæst. 2. sec. 18. & passim alij. Nec in dubium vertet, qui legerit Cardinalem Casarem Baronium in Notis ad Martyrologium die septima Martij dicentem: *Vix quisquam enarrare sufficeret, quot vir sanctissimus, atque eruditissimus, Theologorum præconijs celebretur; quantum eius illi beata doctrina à Sanctis Patribus in S. S. Armento Tridentino Concilio confidentibus fuerit acclamatum.* Videatur Didacus Pavia tom. 2. serm. 2. de B. Thoma in fine, & iste etiam fuit ocularis testis, isque grauiissimus, & ex ipso ponderat Ioannes a S. Thoma disput. 1. de approbat. D. Thomæ artic. 2. fol. 197.

9 Illud etiam, cum alijs, notat Auerfa, quod D. Thomas consuetum dispositionum pœnitentiæ cursum, & congruum suauitati diuinæ prouidentia explicuit. Et eodem modo loquutum est Concilium de tota dispositione præuia ad iustificationem, considerans hominem antea infidelem, & à via salutis alienum. Quod constat ex illis verbis, cap. 6. Ac propterea mouentur adue-

sus peccata per odium a liquid, & detestationem. hoc est, per eam pœnitentiã, quam ante Baptismum agi oportet. Denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare nouam vitam, &c. At vero D. Thomas præcipue agit de pœnitentia fidelium lapsorū in peccata mortalia. Afferitque in 4. sentent. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 1. illud S. August. serm. 214. Timor introducit ad charitatem. Et considerat, quod cum pœnitentia sit reuocatio à peccato, ut sumitur ex S. Damasc. lib. 4. cap. 20. Oportet originem eius in nobis accipi secundum dispositionem existentis in peccato. Ille autem qui in peccato est, non habet gustum sanum, ut ex dulcedine diuinæ bonitatis à peccato reuocetur. Sed habet affectum infectum amore sui in ordinato. Et ideo per pœnas, quæ naturæ suæ contrariantur, & voluntati à peccato reuocatur, ut Phil. in 10. Ethic. cap. 1. dicit de talibus. *Et ideo in eis ut in pluribus ex timore pœnitentia initium sumit. Quamuis etiam in aliquibus ex amore pœnitentia inchoetur.* Concilium ergo explicuit id quod est magis regulare, & frequens: non ut ait D. Thomas ibi ad 3. bonitas Dei, & gloria, quantum est de se, magis nata sunt reuocare à peccato, sed nõ quantum est ex parte eorū qui in peccato sunt, qui prædictorum gustum non habent. Sed D. Thom. hac 3. p. a. 5. art. 1. hoc idè expressè dicens, quod peccatum primo incipit homini displicere (maximè peccato ri) propter supplicia, quæ respicit timor seruilis, quam propter Dei offensam, vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad Charitatem.

Sed quia aliquando ex amore pœnitentia inchoatur: & isti actus amoris, qui præcedunt pœnitentiæ actum, aliquando, imò fere semper, sunt imperfecti, & ab auxilijs procedunt, & non ex habitibus infusis, qui non sunt in peccatore; ideo nec semper sunt expliciti in specie charitatis, nec in specie timoris filialis. Quia verò timor seruilis introducit, generat, & est origo pœnitentiæ, ea tamen introducta, actus perfectæ pœnitentiæ potius imperatur a charitate, & ex timore filiali nascitur quod propter Dei reuerentiã ad quis emendam Deo voluntarius offerat, & Deo satisfaciat per actum pœnitentiæ; ideo hos actus tam exacte distinxit hic S. Thom. & in 4. sent. ad 4. aduertit, quod pœnitentia timore seruili con-

cipitur, quia pœnam respicit. Nec oportet quod timor seruilis, & pœnitentia sint simul: quia timor seruilis non est causa esse ipsius pœnitentiæ, sed generationis eius. Sicut etiam sumptio medicinæ est causa sanitatis, non tamen sunt simul.

10 Quod docet S. Augustin. trac. 3. in Canonicam Ioann. & tract. 9. timorem seruillem comparat setæ futuri, quæ linum introducit: & refertur, capit. *Sicut seta*, de Pœnitent. distinct. 2. De quo D. Thomas 2. 2. quæst. 19. art. 4. Et in Concilio Tridentino sess. 6. Canone 8. contra Lutherum diffinitur. *Quod si quis dixerit Gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, Anathema sit.* Quod rectè confirmant Soto dicto articulo 5. & Bellarminus lib. 2. de Pœnitentia, capit. 17. & 18.

11 Qui autem actus indispensabiliter exigantur ad iustificationem impij? Disputatur 1. 2. quæst. 113. Dubium huius loci proprium, de necessitate actus pœnitentiæ ad peccati remissionem, quæst. 86. discutietur. Nunc aduertendum, quod Soto, §. *Hinc ergo*, in fine ita ait: Imò vero motus timoris seruilis accidentarius est, nec necessarius ad conuersionem. Potest enim homo primo motu detestari peccata, quatenus sunt offensa Dei. *Neque requiruntur semper duo actus charitatis, & pœnitentiæ distincti; sed saepe vnicus pœnitentia alium virtute continet.* Hæc Soto.

De cuius sententiæ sic suam profert Nuño dub. 1. in fine. Imò M. Soto super istum articulum docet posse contingere, quod actus pœnitentiæ, & actus charitatis sint idem actus numero. *Quæ tamen sententia michi falsa videtur: siquidem isti duo actus procedunt à diuersis habitibus; & differunt specie,*


12 Caterum M. Soto non asserit, quod actus pœnitentiæ, & actus charitatis sint idem actus numero. Sed solum docet, quod actus vnus alium virtute continet, quia ab eius imperio procedit. Sicut 3. part. quæst. 64. dub. 8. §. 2. explicuimus virtute primæ intentionis manere virtualiter in actibus sequentibus. Et D. Thomas quæst. 28. de Veritat. artic. 2. in corporis fine, ait,

Sic ergo liberum arbitrium in iustificatione impij mouetur in Deum, motu fidei, Charitatis, & S. ei: oportet enim iustificationem in Deum conuerti amando ipsam cum spe veniæ. Et hoc tria compatantur pro vno motu completo, in quantum vnus includitur in alio: denominatur tamen iste motus à fide, eo quod virtute continet in se illos motus, & in eis includitur.

Multique Theologi cum Vega lib. 6. in Concil. Tridentin. cap. 27. & alijs, quos sequitur Araujo 1. 2. quæst. 113. artic. 5. dub. 1. docent ad iustificationem non requiri actum formalem spei; sed sufficere virtualem, vno ex duobus modis, aut quia antecedenter præcesserit, aliquis actus formalis spei; qui ceptetur virtualiter perseverare: aut quia licet nullus præcesserit, censetur virtualiter contineri in contritione. Idem pariter dicit in præsentibus dubio 2. & Vazquez dub. 2. num. 2. & 4. Forteque hoc solum docet Soto lib. 2. de natura, & gratia, cap. 13. initio. & §. *At vero.* Quod & docet cap. 16. §. *Suboritur.* De quo hic dub. 9. & infra quæst. 1. de contritione.

Fatemur tamen vnum actum numero externum posse esse actum charitatis, & pœnitentiæ: quia ut docet D. Thomas 1. 2. quæst. 1. artic. 3. ad 3. *Nihil prohibet actus, qui sunt idem secundum speciem naturæ, esse diuersos, secundum speciem moris.* Et quæst. 18. art. 7. ad 1. probat, quod actus, qui secundum substantiam suam est in vna specie naturæ, secundum conditiones morales supervenientes ad duas species referri potest. Vnde vnus actus in esse naturæ potest esse ab habitu charitatis, & pœnitentiæ. Sed in actibus internis supernaturalibus secundum substantiam, & secundum speciem, hoc contingere nequit: siquidem ut ait ibi D. Thomas. *Secundum substantiam suam non potest aliquid esse in duabus speciebus, quarum vna sub altera non ordinatur.* De quo iterum dub. sequenti.

(. . .)



DV BIVM NON V M.

Utrum poenitentia sit prima virtutum?

§.I. *Diuersa Auctorum placita proponuntur.*

VT respondeat, duo certa praemittit D. Thomas articulo sexto. Primum est, quod in virtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habitum, quia cum virtutes sint connexae (vt in secunda parte habitum est, videlicet 1.2.q.65.art.1.) omnes simul incipiunt esse in anima. Sed dicitur vna earum esse prior altera ordine naturae, qui consideratur ex ordine actuum, secundum scilicet, quod actus vnus virtutis praesupponit actus alterius virtutis.

Loquendo igitur de actuum prioritate, secundo vt certum, & experientia conpertum, praemittit D. Thomas, quod actus quidam laudabiles etiam tempore praecedere possunt actum, & habitum poenitentiae: sicut actus fidei, & spei informium, & actus timoris seruilis. Addit Auersa q.2. sec.18. §.Tertio, etiam aliarum virtutum moralium actus posse praecedere. Solet enim peccatores interim exercere plures actus diuini cultus, beneficentiae erga proximum, & similia opera. Quae & iuuant vt is, ex diuina misericordia ad perfectam poenitentiam perducatur.

His praemissis, asserit D. Thomas, quod actus, & habitus charitatis simul sunt tempore cum actu, & habitu poenitentiae, & cum habitibus aliarum virtutum. Nam sicut in secunda parte habitum est, videlicet 1.2.q.113.art.3. & 8. in iustificatione impij simul est motus liberi arbitrij in Deum (qui est actus fidei per charitatem formatus) & motus liberi arbitrij in peccatum, qui est actus poenitentiae. Horum tamen duorum actuum primus naturaliter praecedit secundum: nam actus virtutis poenitentiae est contra peccatum ex amore Dei. Vnde primus actus est ratio, & causa secundi. Hae S. Thomas.

Cuius doctrina in hac parte, vt inquit Soto in 4. dist. 14. q. 6. §. Prima dua, videtur difficilis, & plurima egens Philoso-

phia, vt explicetur. Scholasticorum enim ceterus punctum hoc non nisi superficialiter attingunt. Quare actum poenitentiae putant praecedere, & charitatem, & gratiam: eo quod per poenitentiam homo conuertitur in Deum: & conuersio est motus ad suscipiendam gratiam, cum qua infunditur charitas. Igitur Alexander Alensis 4. p. q. 12. membro 3. art. 2. Et S. Bonaventura in 4. dist. 14. parte 1. dist. art. 2. dicunt priorem esse actum poenitentiae, quia est immediatior dispositio ad iustificationem. Et quod praecedat poenitentiae actus actum charitatis, etiam docent Paludanus in 4. dist. 14. q. 3. num. 4. Vazquez q. 85. art. 5. dub. 1. n. 8. Auersa, q. 2. sec. 18.

3. Praeterea Scotus in 4. dist. 14. q. 2. §. Primus, ver. Ad illam ergo instantiam, & Gabriel, quaest. 2. art. 3. dub. 2. Et Vazquez aliquando priorem, esse actum charitatis, & odium peccati vt est Dei offensam, & inde sequi voluntatem concipiendi Deo offensam, & aliquando e contra. Vnde Scotus, §. In ista quaestione, a ver. Et hoc patet. Et Valentia quaest. 2. puncto 3. Et Vazquez num. 10. & Auersa docent poenitentiam imperare charitati, & charitatem poenitentiae. Quia potest homo ex dilectione Dei moueri ad eliciendam actum poenitentiae: & e conuerso ex poenitentia moueri ad eliciendum actum charitatis. Nec obstat excellentiae charitatis quominus eius actus ordinari, & imperari possit ab aliqua inferiori virtute. Sed satis esse charitati ex obiecto suo, & excellentia magis conuenire imperare quam imperari.

Quando autem actus charitatis, & poenitentiae realiter distinguuntur, in rigore necesse non est quod actus concurrant simul. Nec semper realiter differunt. Vnde Vazquez num. 4. §. Sed quamuis, ait. Tamen vt supra artic. 2. dixi, & 1. 2. disput. 211. cap. 3. cum odium peccatorum necessario in se sit dilectio Dei, non est cur distinctos actus assignemus in iustificatione. Et quamuis aliquando esse possint, forsam frequentius non ita accidit, &c. Postea tamen num. 6. docet quod dilectio Dei cum odio peccati, & intentio satisfaciendi sunt duae voluntates, & quod ista secunda, quae est actus poenitentiae quasi imperat motum charitatis.

4. Sed magis vniuersaliter Gabriel Biel in 4. dist. 14. q. 1. artic. 3. dub. 3. praemittit

ex

ex dictis in 1. dist. 1. quod vno actu possumus ferri in finem, & in medium propter finem: & possumus ferri in finem & medium duobus actibus distinctis. Sic in proposito (inquit) actus Poenitentiae quo detestor peccatum propter Deum tanquam finem vltimum, potest esse vnus, qui respectu finis est amor, respectu vero peccati est odium. Nam illo vno actu peccatum odio propter Deum super omnia dilectum. Et ille actus simul pertinet ad virtutem Theologicam, & moralem, id est, pertinet ad habitum inclinatum in actum illum prout terminatur ad vtrumque obiectum, finem scilicet, & medium. Et ille habitus est virtus moralis, & theologica acquisita, quia habet pro obiecto Deum, ideo theologica: & peccatum, vel poenam, ideo moralis. Possunt etiam esse duo. Vnus respectu finis, qui est actus dilectionis Dei super omnia. Alius respectu peccati, vel poenae, qui pertinet ad virtutem moralem, sicut primus ad Theologicam, scilicet, charitatem. Hae ibi. Et Bartholomeus Medina 1. 2. q. 113. art. 5. ad 3. ait, quod actus dilectionis, qui interuenit in iustificatione impij, non est distinctus a detestatione peccati: & ideo non illius causa existit. Quod latius prosequitur ibi Zumel disp. 2. dub. 4. Videturque fauere Soto lib. 2. de natura, & gratia cap. 13. vt iam retulimus.

5. Consequenterque idem fateri tenetur, qui dicunt posse eundem actum supernaturalem respicere duo obiecta formalia. Quod tenent Durandus quaest. 1. Prologi a n. 30. vsque 39. Idem Gabriel in 3. dist. 23. q. 2. Molina 1. p. q. 1. art. 1. disp. 1. Valentia 2. 2. q. 7. punct. 4. §. 2. & alij quos refert & sequitur Ripalda lib. 3. de Ente supern. disp. 47. sec. 1. & 2. vbi n. 11. docet, quod eiusmodi actus potest sufficienter fieri a duplici habitu supernaturali de facto existenti, quorum obiecta formalia simul complectitur actus. Loquendo autem de habitibus acquisitis libere admittere fas est etiam de facto existere tertium habitum a misericordia, & religione distinctum. Vnde si actus fiat ex motu charitatis, misericordiae, Poenitentiae, & religionis produceret habitum omnia haec obiecta formalia vt motiua intrinseca partialia respicientem.

Tangunt relata sententiae plures difficultates proprias aliorum tractatum. Vt tamen breuitas clare proponatur, & suis locis formanda referretur, praenotandum ex D. Thoma 1. 2. q. 112. art. 2. ad 1.

quod preparatio hominis ad gratiam habeat, quaedam est simul cum ipsa infusio gratiae. Et ista vocatur vltima dispositio committans, & est in eodem tempore, & instanti in quo est ipsa gratia. Est autem alia preparatio gratiae imperfecta, quae aliquando praecedit donum gratiae gratum facientis. Quae tamen est a Deo mouente: non solum per auxilium generale, & promotionem primae causae, sed per speciale supernaturale gratuitum auxilium gratiae. Vnde D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 6. probat quod ad hanc preparationem: Oportet praesupponi aliquod auxilium gratuitum Dei, interius animam mouentis, siue inspirantis bonum propositum. Declarauerat autem 1. 2. q. 58. art. 1. quod inspiratio diuina significat quandam motionem ab exteriori.

§. II. *Quo modo Poenitentia charitatem praecedat, & ad illam subsequatur.*

Loquendo ergo de dispositionibus supernaturalibus tempore praecedentibus iustificationem, sic vera est prima sententia, & in hoc sensu solum eam docet Paludanus: & sic intelligit D. Thomas Petrus Bergomensis in concordant. dub. 1018. Vnde dicunt vt sic priorem esse actum Poenitentiae actu charitatis, & quod quandoque aliquis actus imperfectae charitatis praecedat actu Poenitentiae: & aliquando actus aliarum virtutum praecedunt actus Poenitentiae. Quod totum docet D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 2. vbi ait. Et ideo S. Greg. hom. 4. super Ezeq. dicit, quod Poenitens mouetur inter spem, & timorem: deinde, vt in pluribus, sequitur motus Poenitentiae, & deinde motus charitatis, & aliarum virtutum per ordinem. Quandoque etiam motus amoris motum Poenitentiae praecedit, vt dictum est. Sed ille amor non est charitatis, quia charitas amissa non recuperatur nisi per contritionem de peccatis praecedentibus, quae est motus Poenitentiae virtutis.

7. Ratio D. Thomae videtur intentum conuincere, quia poenitentia est in voluntate. Motus autem appetitus in duobus consistit, scilicet, in fuga mali, & in prosecutione boni. Et haec duo diuersimode ordinantur. Quandoque enim aliquis fugit malum propter desiderium boni: quandoque autem e conuerso.

Et hic motus est vt frequentius in reuersione peccatoris ad Deum per poenitentiam.

tentiam, vt dictum est. Quod magis declarat ad 1. & ad 5. ait, quod pœnitentia de malo commisso, quamvis ex electione boni possit provenire; tamen etiam ex alia causa quandoque contingit, scilicet, ex fuga mali pœnæ, vt dictum est. Et quando etiam ex electione boni contingit. *Primus pœnitentiæ motus non provenit ex electione boni formata per aliquem habitum alterius virtutis; sed per naturalem que ad appetitum; vel etiam ex ipso habitu pœnitentiæ virtutis bono.* Et ideo primus motus pœnitentiæ præcedit motus aliarum virtutum. *Sed non est inconueniens vt motus aliarum virtutum quandoque causent aliquos motus pœnitentiæ.* Sicut aliquis ex amore temperantiæ de luxuria præcedente motum pœnitentiæ habet; quia etiam interdum ex virtute sequente motus præcedentis virtutis oritur. Sicut si quis mouetur in amorē Dei, qui castitatem præcipit, ex hoc quod castitas ei placet. Ecce quod loquitur S. Thomas de dispositionibus præuijs non formatis gratia, & charitate, vt etiam declarat ad primum, & secundum. Et clare docet quandoque actum pœnitentiæ procedere ex motu aliarum virtutum; & quod vt in pluribus, & frequētius, actus iste imperfectus pœnitentiæ præcedit actū charitatis, & contritionis. Deinde, quasi iuncula tertia docet D. Thomas, quod in vita spiritali timor, & pœnitentia dicuntur fundamentum in genere eorum quæ ad affectum pertinent quantum ad fugā mali: licet diuersimode: quia timor est primum in isto toto genere, quod est recedere à malo; sed pœnitentia quantum ad hanc speciem, quæ est recedere à malo commisso.

8 Quod totum, præterquam quod comprobatur ratione D. Thomæ, & quotidiana experientia, confirmatur non leuiter ex Concilio Tridentino sess. 6. cuius caput sextum est de modo præparationis in adultis, vbi numeratis actibus fidei, timoris, & spei, subiungit 3. *Illumque tamquam omnis iustitiæ fontē deligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod ac detestationem hoc est, per eam pœnitentiā quam ante Baptismum agi oportet.* Vbi plane est sermo de amore Dei, & odio peccati, & pœnitentiæ actu iustificationem præcedentibus, & non supponentibus necessario gratiā, & charitatem infusam: quia vt adultus iustificetur in Baptismo, non requiritur quod præcedat contritio, vt multis ostendimus

3. part. q. 68. dub. 5. §. 4. Deinde, quia de dispositionibus vltimis, & comitantibus iustificationem non agit ibi, sed capite septimo immediato. Ergo ex amore Dei solent peccatores moueri ad odium peccati, & ad pœnitentiā. Cum vero idem Concilium sess. 14. cap. 4. contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, doceat habere communiter pro motiuo vel considerationem turpitudinis peccati, vel gehennæ, & pœnarum metum; iam admittit quod amor iste soleat protinere ex timore mali. Vnde vera est illa propositio in qua nititur ratio D. Thomæ, quod *quandoque aliquis fugit malum propter desiderium boni, quandoque autem è conuerso.*

9 Loquendo autem de dispositionibus vltimis, & comitantibus, de quibus loquitur S. Thomas isto articulo sexto, verissime asserit actum perfectæ pœnitentiæ, & contritionis esse simul tempore cū actu charitatis, & in genere causæ dispositiuæ præcedere infusionem gratiæ, in genere autem causa formalis, & efficientis eam subsequi: & quod actus charitatis prius natura est causa, & ratio actus virtutis pœnitentiæ. Quod infusio gratiæ, & charitatis, & pœnitentiæ in adultis sint simul cum actu charitatis, & pœnitentiæ, non leuiter insinuat Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 7. dum docet, quod iustificatio est *sanctificatio, & reuocatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum: vbi distinguit inter gratiam, & dona, & inter actus quibus illa susceptio est voluntaria.* Et clarius postea distinguit formam qua iustificamur, & eius inæqualitatem reducit ad Spiritus Sancti distributionem, *secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.*

10 De ordine vero actuum S. Thomas hac 3. p. q. 89. art. 1. ad 2. ait, quod *actus primus pœnitentiæ se habet vt vltima dispositio ad gratiam, scilicet, contritio; alij vero sequentes actus pœnitentiæ procedunt iam ex gratia, & virtutibus.* Non quia contritio non procedat à gratia; sed quia contritio vt dispositio præcedit in genere causæ materialis, licet in alijs generibus causæ formalis, & efficientis; subsequatur subsequentes vero, nec in genere dispositionis præcedunt, sed omnino subsequuntur. At vero vt ait S. Thomas hic art. 6. quantum ad aliquid pœnitentiæ est prima inter ceteras virtutes ordine temporis, *quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impij.* Quod & dicit

cit ad 1. Lateque 1. 2. q. 113. art. 8. probat, quod naturali ordine primum iniustificatione impij est gratiæ infusio. *secundum est motus liberi arbitrij in Deum; tertium vero est motus liberi arbitrij in peccatum.* Propter hoc enim ille, qui iustificatur, detestatur peccatum, quia est contra Deum: unde motus liberi arbitrij in Deum præcedit naturaliter motum liberi arbitrij in peccatum; cum sit causa, & ratio eius. Idem docet ibi ar. 7. & q. 107. art. 7. & q. 111. art. 2. ad 2. & q. 112. art. 2. ad 1. & q. 28. de Verit. art. 8.

11 Ratio D. Thomæ est, quia contritio, quæ est vltima dispositio ad gratiam, est dolor de offensa Dei, ad eum placandum, & perfectam amicitiam, & reconciliationem cum ipso ineundam. Sed dolor offensa amici, & voluntas eum placandi, ex præuia charitate, & amore illius emanat. Ergo actus charitatis est prior quam actus pœnitentiæ.

Probat etiam Araujo dub. 2. conc. 2. Nam in agentibus liberis intentio finis est prior natura, & causalitate, quam electio mediorum, cum illa sit causa istius: alioquin electio fieret à casu, præter intentionem: quod derogat debito modo operandi agentis liberi. Sed dilectio, seu charitatis actus erga Deum, cum sit amor vltimi finis, habet modum intentionis. Actus vero pœnitentiæ, cum sit circa medium, scilicet, compeniendam offensam, & peccati destructionem, habet rationē electionis. Ergo illa præsupponitur ad illam. De quo iterum quæst. 1. de contritione dub. 1.

12 Sed obijcies. Nam D. Thomas fatetur, quod contritio, quæ est actus pœnitentiæ, est vltima dispositio ad gratiā, & charitatem; ergo est prior quam gratia & charitatis. Impossibile est autem idem esse prius alijs, & eodem posterior: ergo non est posterius quam gratia. Ergo charitas, quæ a gratia dimanat, non est causa actus charitatis, qui sit causa actus pœnitentiæ.

Respondet M. Soto dist. 14. q. 2. art. 6. §. Sed exurgit, quod licet argumentum videatur vehementissimum, & iam tunc a neotericis existimaretur insolubile, tamen ad illud, tota schola S. Thomæ bene respondet, per distinctionem minoris, Aristoteles enim 2. Phil. docet duo posse sibi esse mutuo causam in diuersis generibus causarum; atque adeo vnum posse esse prius altero, & è conuerso. Sanitas enim est causa finalis moderati exercitij: quæ ideo prius mouet hominem ad deambu-

landum: sed tamen de ambulatio prior est fanitate in genere causæ efficientis. Et ventus aperiens fenestram prior est in genere causæ efficientis a pertione, sed tamē a pertio prior est in genere causæ materialis; quia nisi prius fenestra aperta esset, aer non ingrederetur. Eodem ergo pacto Deus per auxilium speciale mouens liberum arbitrium vt homo conuertatur in ipsum, simul infundit gratiam; ac sub inde virtutes; inter quas, & pœnitentiā. Cuius ideo actus in genere causæ efficientis posterior est infusione gratiæ, & actu fidei, spei, & charitatis. Sed in genere causæ materialis motus ipse pœnitentiæ est prior: quin nisi homo pœniteret, non fieret gratus. Et sic respondet S. Thomas 1. 2. q. 113. ar. 8. ad 2. Quod late prosequitur Soto, & dist. 15. q. 1. art. 6. §. Contra hoc, dicens esse expressam D. Thomæ, & dist. 16. q. 2. art. 1. & dist. 17. q. 2. art. 5. & lib. 2. de natura, & gratia, cap. 18. Cum hanc sententiam quatuor, vel quinque vicibus Soto tam expressè, & ex professo doceat (vt etiam fatetur Suarez libr. 8. de gratia cap. 1. num. 2. Nec dubitare possit, qui Sotum legerit) miror qua fidelitate eum referat Lugo disp. 8. sec. 7. num. 170. pro opposita sententia in 4. dist. 49. q. 2. art. 4. Vbi tamen non agit de iustificatione, sed de visione Dei. Tenentque nobiscum communiter Thomistæ 1. 2. quæst. 113. art. 8. (Quamvis Montesinus ibi & Ioanna S. Thoma disp. 28. art. 2. oppositum teneat.) specialiter, & Nuño hic dub. 1. Araujo dub. 2. citans Capcolum, Caiet. Durandum, Argentinam, & Richardum. Tandemque ait, *iuxta nostram conscientiam;* non est inconueniens, sed potius naturæ consentaneum primam contritionem in genere causæ materialis, ac dispositiuæ præcedere habitus gratiæ, charitatis, & pœnitentiæ: à quibus tamen præceditur in genere causæ efficientis. Ita habet folio 673. col. 2. ver. *Neque tertium.* Et art. 2. dub. 2. fol. 633. col. 2. Vnde videtur oblitus eorum, quæ dicit 1. 2. q. 113. art. 8. dub. 2. fol. 611. quia contrarium ex professo docet. Pro communi tamē, & vera Thomistarum sententia, videatur Alvarez, lib. 7. de Auxil. disp. 66. Imò, & Vazquez 1. 2. disp. 111. cap. 3. & Valeria 1. 2. disp. 8. q. 3. punct. 4. & q. 5. punct. 4. Tractant de hoc puncto Theologi 1. 2. q. 113. De mutua dependentia causarum, late diximus 2. Phys. q. 24. Et quod dispositiones vltimæ dimanent à forma ad quam disponunt, multis ostendimus lib. 1. de Generat. q. 9. Illud

Illud solum est notandum, quod cum iuxta S. Aug. de natura, & gratia cap. 26. & S. Thomam 1. 2. q. 109. art. 9. ille, qui iam consequutus est gratiam, & virtutes, adhuc indiget auxilio, non solum generali primi motoris, sed etiam speciali gratuito ad opera supernaturalia; multo magis in prima iustificatione dispositiones supernaturales, non solum sunt à gratia, & virtutibus, sed etiam ab auxilijs diuinis generalibus, & specialibus procedunt: quia ipse non solum dat gratiam, & virtutes, quibus possumus operari, sed etiam dat ipsum usum habitum. Vnde S. August. de gratia, & lib. arb. cap. 17. ait. *Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando in cepit: quia ipse, ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* De quo suo loco. Hoc interim notando percipies plura quae scribit Suarez lib. 8. de gratia cap. 12. poenitus corruere, & antiquos Authores non bene profertulisse.

14 Ostendimus etiam cap. 30. Theologiae Mor. q. 2. §. 2. n. 14. quod religio nūquā imperat formaliter virtutibus Theologicis; sed solum materialiter, & secundum quid. Vnde pariter charitatis proprium est imperare poenitentiam; quia ista subditur eius efficaciam, & motionem: nec poenitentia potest imperare charitatis actus, quia, stricte loquendo, virtus inferior nequit imperare virtuti superiori, nec eius actui. Sed late loquendo de imperio, quia materialiter assumit actum amoris ad Deum placandum, potest admitti quod secundum quid, & materialiter poenitentia imperet charitatis actibus.

§. III. Quod actus charitatis, & Poenitentia, non sint idem numero actus, ostenditur, & argumenta in contrarium solvantur.

15 **R**estat solum probare, quod actus charitatis, & Poenitentiae (supposito quod est specialis virtus, ut probatum est) non sint idem numero formaliter, quod in primis constat ex generali doctrina D. Thomae 1. 2. q. 18. art. 2. docentis: *Quod sicut res naturalis habet speciem ex sua forma; ita actio habet speciem ex obiecto, sicut & motus ex termino.* Et 1. 2. q.

1. art. 3. ad 3. dicit: *Quod idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad unum finem proximum; à quo habet speciem: sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorum unus est finis absterius.* Ergo vnus actus numero habet vnā rationem formalem specificatiuā intrinsicam, a qua habet speciem vel charitatis, vel Poenitentiae: licet secundo, vel extrinsece ex fine, vel circumstantijs possit alterius speciem participare. Sicut dicit S. Thomas 2. 2. q. 4. art. 3. ad 1. quod nihil prohibet vnū actum à diuersis habitibus informari: *Et secundum hoc ad diuersas species reduci ordine quodam, ut explicat 1. 2. q. 18. ar. 6. & 7. & q. 56. ar. 2.* Vnde & 2. 2. q. 154. art. 10. & q. 181. art. 1. ad 3. dicit, quod virtus, quae ordinatur ad finem alterius virtutis, transit quodammodo in speciem eius. Nempe extrinsece vnde Coninch disp. 2. de Poenit. dub. 6. n. 55. ait, quod proprie loquendo, fieri nequit, ut formalis amor Dei sit formalis detestatio peccati: quia vterque actus habet distinctum obiectum, tam materiale, quam proximum formale: & distincto omnino modo in illud tendit; vnus scilicet per modum prosecutionis; alter per modum fugae. Vnde Caietanus 1. 2. q. 113. art. 5. & Montesinos ibi disp. 34. q. 2. n. 75. & 76. & alij frequenter dicunt, quod motus liberi arbitrij in peccatum secundum se, & in Deum explicite, & secundum se, sunt duo motus realiter distincti: licet quando liberum arbitrium fertur in vnū istorum explicite, & in aliud implicite, vnus, & idem motus est secundum rem.

16 Secundo constat, quia ut probat D. Thomas 1. 2. q. 17. art. 4. imperium, & actus imperatus sunt vnus actus humanus: *Sicut quoddam totum est vnū, sed est secundum partes multa.* Vnde D. Thomas in 4. dist. 38. q. 2. art. 2. q. 2. cor. docet, quod si actus imperetur ab vno habitu, & eliciatur ab alio, determinatur ad diuersas species. Ergo si charitas imperat, & Poenitentia elicit, iam sunt duo actus, non solum numero, sed specie distincti. Vnde communiter Thomistae, & Suarez 1. 2. tract. 3. docent vnū actum internum non posse simul esse ex duobus proximis motiuis virtutum specie diuersarum; sed solum quando motiua ita inter se sunt subordinata, ut vnū sit proximum, & aliud remotum.

17 Tertio specialiter illam sententiam Gabrielis, & Durandi, Molinæ, & Ripaldæ, impugnat Suarez disp. 3. de fide

sec.

sec. 9. à n. 13. quia ibi concurrunt duo motiua natura sua formaliter diuersa, & sufficientia ad constituendas diuersas species actuum realiter distinctorum. Sed quod simul, & eodem tempore, moueant, non confundit rationes obiectiuas, nec facit illas coalescere in vnā: quia ibi tantum inuenitur concomitantia temporis, & subiecti, quae non sufficit ad confusionem, vel vnionem illorum motiuorum in vnū. Ergo non confurgit ex illis vnus actus.

18 Quarto, non obstante quod aliquando intellectus vno actu attingat expresse, & formaliter, & in recto principia, & conclusiones, non tamen actus vnus est à duplici habitu, ut ex D. Thoma q. 22. de verit. art. 14. ad 3. dixi lib. 3. Logicae q. 3. n. 24. Ita pariter quāvis verum sit, quod inquit Caietanus 1. 2. q. 8. art. 3. quod nullum inconueniens est, vnū actum numero numerositate subiecti esse velle, & nolle respectu diuersorum: odium enim peccati propter Deum, est & actus charitatis respectu Dei, & refutationis respectu peccati. Tamen non est actus vnus numero charitatis, & Poenitentiae: quia quilibet virtus respicit ut quod diuersam rationem formalem: & solum possunt adunari in vno actu: *Quando finis est ratio volendi ea quae sunt ad finem, ut ait D. Thomas, 1. 2. q. 12. art. 4. & q. 8. art. 3. vbi Greg. Martinez dub. 3. cōc. 5. probat, quod ille actus qui fertur in finem, & media, non potest ferri super vtrumque sumptum ut quod: quia ut sic non ad inuicem coordinantur nec habent rationem vnus.* Cum ergo vt actus sit formaliter in specie virtutis Poenitentiae, debeat respicere ut quod diuersam rationem formalem ab obiecto charitatis, non possunt isti actus esse omnibus modis vnus, sed solum quodammodo in quantum ex imperante, & imperato sit quodammodo vnus. Per quae omnia motiua contraria cessant.

19 Concludit ex premis D. Thomas art. 6. quod poenitentia non est simpliciter prima virtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturae: quia secundum ordinem naturae simpliciter praecedunt ipsam virtutes theologicae. *Sed quantum ad aliquam est prima inter ceteras virtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impij.* Quia videlicet praecedit in genere causae materialis vt dispositio vltima ad introductionem formae iustificantis, & dolet de peccato ex amore Dei.

Sed ordine naturae videntur alia virtu-

tes priores, sicut est perse, est prius eo quod est per accidens. Nam aliae virtutes per se videntur esse necessariae ad bonum hominis; poenitentiae autem supposito quoddam, scilicet, peccato praexistenti. Sicut etiam dictum est hac 3. p. q. 66. art. 4. circa ordinem sacramenti ad alia sacramenta praedicta.

20 Obijcies. Ipse D. Thomas praemisferat, quod actus quidam laudabiles praecedere possunt actum, & habitum Poenitentiae, sicut actus fidei, & spei, & timoris seruilijs; & alios actus posse praecedere diximus. Ergo falso asserit D. Thomas quod actus Poenitentiae primus occurrit in iustificatione impij.

Propter hoc Valentia q. 2. punct. 14 hoc intelligit sub nomine Poenitentiae includendo omnes actus, quos S. Thomas numerauit, & incipiendo a primo ipso actu, quo inchoatur dispositio poenitentis.

Auersa vero q. 2. sec. 18. in fine ait, quod potest intelligi de actu formali, & proprio Poenitentiae; per comparisonem tamen ad virtutes pure morales, id est non theologicas. Ait enim: *Esse primam inter ceteras, scilicet, eiusdem ordinis virtutum moralium.* Quia certe non est par ratio ut actus virtutum moralium debeant praecedere actum Poenitentiae, sicut de actibus dictis virtutum Theologicalium.

Confirmatur haec expositio: nam cum D. Thomas obieciisset, quod Glossa ordinaria Matthaei 3. ad illa verba: *Poenitentiam agite;* dicit quod prima virtus est per poenitentiam punire veterem hominem, & vitia odisse. Respondet ad hoc quod Glossa illa loquitur quantum ad hoc: *Quod actus Poenitentiae primus est tempore inter actus aliarum virtutum moralium.* Per quae videtur exponere, & limitare, quod in corpore articuli dixerat.

21 Verum tamen ipse D. Thomas ad tertium docet, quod poenitentia aperit aditum virtutibus, expellendo peccatum per virtutem fidei, & charitatis, quae sunt naturaliter priores. Ita tamen aperit eis aditum, quod ipsae simul intrant cum ipso: nam in iustificatione impij simul cum motu liberi arbitrij in Deum, & in peccatum, est remissio culpae, & infusio gratiae, cum qua simul infunduntur omnes virtutes, ut in 2. parte habitum est 1. 2. q. 113. art. 7. & 8. & q. 65. art. 2. & 3. Haec D. Thomas.

22 Vbi dubitat Soto in fine articuli sexti, vtrum poenitentia scilicet virtutibus

mo,

moralibus aditum pandat; an etiam theologicis? Nam cum illæ sint priores natura, ægre intelligitur, quomodo pœnitentia illis aperiat aditum? Respondet, quod de omnibus id intelligit D. Thomas: nã qua ratione pœnitentia est id per quod tollitur peccatum, quod est impedimentum gratiæ, & virtutum, aperit eis aditum, licet earum ope suffulta modo iam satis exposito. Dixerat autem solutione ad 2. quod pœnitentia est prior in exercitio moralibus virtutibus; sed ex parte obiecti, & finis, illæ sunt priores. Theologicæ autem etiam in exercitio sunt priores natura quam pœnitentia, quia sunt eius radices. Siquidem in genere causæ efficientis priores sunt actus virtutum theologiarum actu Pœnitentiæ: quamvis in genere causæ materialis, & dispositivæ actus Pœnitentiæ sit prior. Et hoc modo quantum aliquid inter actus comitantes, primus, qui occurrit in iustificatione, est actus Pœnitentiæ.

§. IV. An Pœnitentiæ virtus omnes alias virtutes morales simpliciter excellat.

23 Tandem ex dictis determinanda restat ultima difficultas, utrum Pœnitentiæ virtus sit simpliciter excellentior omnibus virtutibus moralibus per se infusis?

Respondet Nuño q. 85. art. 6. dub. 2. quod pœnitentia est imperfectior virtutibus Theologicis: quia non habet Deum pro immediato obiecto quod, sicut illæ. Et etiam imperfectior religioni: quia respicit cultum divinum excellentiori modo, scilicet per se, & ex natura rei: pœnitentia vero tantum per accidens, supposito peccato. Pœnitentia respicit fugam mali, quod est quid minus, quam per se intendere bonum. Quare hanc opinionem ut probabilior sequitur Granado con. trou. 7. tract. 2. disp. 6. n. 10. Videturque favere D. Thomas art. 6. illis verbis. *Sed ordine nature videntur esse alie virtutes priores: sicut quod est per se, est prius eo quod est per accidens.*

Sed D. Thomas non videtur loqui de ordine perfectionis essentialis; alioquin posponeret omnibus virtutibus moralibus. Cum tamen Nuño conc. 3. & Granados dicant, quod præter religionem, pœnitentia

est excellentissima omnium aliarum virtutum: quia est ultima dispositio ad gratiam, & expellit peccatum. Et quia omnes alie virtutes immediate respiciunt bonum creaturæ: pœnitentia vero sicut, & religio, respicit cultum divinum: & ita ex perfectiori obiecto est perfectior virtus.

24 Alij vero, quos sequitur Araujo dub. 3. eam anteponunt omnibus virtutibus moralibus, etiã religioni: quia actus eius primarius, nempe contritio, est ultima dispositio ad gratiam, & est necessarius ad iustificationem adulatorum extra Sacramentum; & immediate pendet ab actibus virtutum theologiarum: & pœnitentia destruit peccatum effectiue, saltem moraliter, & per eam amissæ virtutes reparantur. Quæ sunt signa maioris perfectionis simpliciter. Quamvis secundum quid excedatur ab actu religionis, quatenus supponit peccatum, & inuoluit imperfectionem repugnantem Christo, quam religio non inuoluit.

25 Nec obstat quod D. Thomas 2. 2. q. 81. art. 6. probat religionem excedere omnes virtutes morales: & quod cap. 30. Theol. Moral. q. 1. n. 26. diximus religionem etiam iustitiam legalem excedere, quæ est potissima inter species iustitiæ: & ita videtur excedere pœnitentiam, quæ est quædam iustitia. Quia repugnat vnam speciem esse perfectiorem altera in ratione differentiali iustitiæ, & imperfectior in ratione generica virtutis moralis. Nã respondet Araujo n. 44. pœnitentiam participare rationem virtutis media specie subalterna innominata, quæ potest dici virtus ad alterum. Non autem media ratione iustitiæ strictæ dictæ; siquidem non est pars subiectiva, sed solum potentialis iustitiæ, & per analogicam conuenientiam. Solum autem comparando religionem cum iustitiâ & eius speciebus strictè sumptis, docet S. Thomas, religionem omnibus excellentiorem.


26 Similiter Suarez tom. 1. de Relig. tract. 1. lib. 3. cap. ult. n. 17. & Aueria q. 2. sec. 18. in fine docent, quod virtus specialis Pœnitentiæ collocanda est infra virtutes theologicas, & supra alias morales. Et quod potest religioni præferri, in quantum magis participat de ratione iustitiæ, quia respicit debitum magis rigurosum, nempe, ut satisfaciat Deo offenso, ut rearsariat, vel ut illæsum seruet ius diuinum.

Ceterum non possumus in hoc vim

facere: quia iustitia propriissime attendit æqualitatem, quam non potest facere pœnitentia: & ideo non est iustitia simpliciter, sed qualis hominis ad Deum potest esse. Et Granado etiam negat illud esse magis strictum, & rigurosum debitum: non enim minus tenetur homo colere

Dei statutis temporibus, quam detestari peccatum. Ino illud primum perse obligat, hoc vero secundum non nisi ex hypothesi quod peccauerit. Quare in istis comparationibus religionis, & Pœnitentiæ, vnicuique fas est in suo sensu abundare quæ nam alteri sit preferenda.

QVÆSTIO LXXXVI. DE EFFECTV POENITENTIÆ QVOD AD MORTALIVM PECCATORVM REMISSIONEM.



Xposita essentia, & natura Pœnitentiæ, congruo doctrinæ ordine eius effectus veniunt declarandi. Cum autem potissimum sint quatuor, qui maiores præferunt theologicas difficultates, de illis istis subsequentiibus quatuor quæstionibus disputat D. Thomas, ut effectibus expositis, à quæstione 90. tractet de Pœnitentiæ partibus. Priorem hanc quæstionem de primo, & principali effectu Pœnitentiæ, nempe, *remissionem mortalium peccatorum*, lex articuli determinat. Stabilis in primo, quod omne peccatum in hac vita per pœnitentiam veram deleri potest. Probat que in secundo, esse impossibile peccatum actuale mortale sine pœnitentiæ virtute remitti. Est item impossibile per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti, ut docet articulo tertio. Exponit in quarto, quod remissa culpa per gratiam, simul tollitur reatus pœnæ æternæ; possunt tamen remanere reatus pœnæ temporalis, & peccatorum reliquiæ, magis per modum dispositionum; quæ per modum habituum, ut declarat articulo 5. Vnde concludit in sexto. Et sic patet, quod remissio culpæ est effectus Pœnitentiæ, secundum quod est virtus: principalis tamen secundum quod est Sacramentum.

(.)

DVBIVM PRIMVM.

Vtrum per Pœnitentiam omnia peccata remoueantur?

§. I. Sensus dubij exponitur, & varij dicendi modi referuntur.

Sensu dubij explanat Soto dist. 15. q. 1. art. 1. dicens, quæstio præsens non est, utrum per pœnitentiam deleantur peccata: huius enim affirmatiua responsio ex superioribus supponitur: sed quæstio est de sensu vniuersali, utrum omnia aboleat ira ut nullum sit peccatum, quod pœnitentia auferre nequeat. Quantum quidem attinet ad sensum articuli primi D. Thomæ, videtur expositio ad eius mentem, ideo enim in titulo apposuit *ly omnia*: & responsio præcipue ad hoc tendit. Et in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. titulum sic proponit: *Vtrum per pœnitentiam semper peccata tollantur? Ly semper* ad idem denotandum adijcitur. Sed quia hoc præsuppositum D. Thomæ, etiam ex amice indiget, nos etiam de illo agemus.

Secundo præmittendum cum D. Thomæ art. 1. quod hoc quod aliquid peccatum per pœnitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter. Vno modo quia aliquis de peccato pœnitere non possit: alio modo quia pœnitentia non potest delere peccatum.

2 Refert Lactantius lib. 6. instit. cap. 24. hæc verba Tullij Ciceronis ex libro tertio Academico. *Quod si liceret ijs, qui in via deerrant, sic viam deitiam secutos, corrigere errorem poenitendo, felicior esset emendatio temeritatis.* Eundem errorem tenuisse Celsum constat ex Origene, qui libro tertio contra eum, ait. *In hoc celsus valde falli mihi videtur, quod non concedit perfectam mutationem naturæ, & consuetudine peccatoribus, qui eos ne poenis quidem putat sanabiles.*

Item refert Bellarminus lib. 2. de Poenit. cap. 12. quod Lutherus in assertione 12. dixit fidem sine contritione esse non posse, sed contritionem: *Non operari iustificationem aut remissionem peccatorum: fides enim in verbu Dei iustificat, & purgat.* Et Calui. lib. 3. inst. ca. 4. §. 3. quamvis fateatur nūquam sine poenitentia obuenire peccatorum remissionem, adicit tamen: *Poenitentiam non esse causam remissionis peccatorum.*

3 Præterea duos alios errores refert Soto art. 1. Lutheranorum blasphemantium, quod Deus nos ad peccandum compellit. At per consequens non solum poenitentiam non potest deleri, sed neque villo modo euitare possumus quin illud perpetremus. Refert etiam quod Armachenus lib. 9. de quæstion. Armen. cap. 27. contendit probabile esse secundum scripturam aliquod esse irremissibile peccatum.

Tres aliorum errores refert Suarez disp. 8. sec. 2. Primus assertentium Christianos post Baptismum peccantes non posse veniam peccatorum obtinere. Et hoc modo errarunt hæretici dicti Cathari, & Catharygæ, & alij, vt referunt S. Ephiphanius hæresi 39. S. Hier. lib. 2. contra Iovinianum. & epist. 50. & 54. S. August. lib. de hæres. & de Agone Christi. cap. 30. & S. Cyrill. epist. 5. 2. secundus error dicebat, poenitentiam sufficere ad tollenda semel peccata: non tamen sapius: quia daretur hominibus nimia peccandi licentia, si semper peccatorum remissio per poenitentiam conferatur. Demum alij asserbant regulariter poenitentiam peccata auferre: excipi tamen debere quædam peccata grauissima, quæ per poenitentiam quantumuis perfectam, non tolluntur, vt apostasia a fide, vel negare Christum in tormētis. Qui fuit error Nouati, vt sumitur ex Eusebio 9. Historiæ cap. 35. Ruffino cap. 33. Nicephoro lib. 6. cap. 3. Verum tamen Alfonso de Castro lib. 12. contra hæreses titulo

de poenitentia hæresi tertia, hos duos errores non distinguit: & addit. Verum & si omnes, qui de Hæresibus scripserunt hunc errorem tribuant huic Nouato tanquam primo illius inuentori, tamen Beatus Hieronymus lib. 2. aduersus Iovinianum, dicit hunc etiam fuisse errorem Montanicum, quem constat esse Nouato vetustiore, quoniam ille sub Commodio Imperatore, & Sothero Papa fuit: hic autem sub Decio, & sub Cornelio. Recte tamen Baronius to. 2. Anno 254. n. 105. ostendit ex S. Cypriano epist. 52. & S. Paciano epist. 1. ad Simpr. ex Stoicis, & Montano Nouarianū mutuatū esse venena, & epist. 3. Tertullianū sequutū esse: quæ (vt alijs quoq; hæresibus accidit) à successoribus aucta iunt, ac turpius deformata.

§. II. Duae difficultates resolvuntur.

4 Dico primo, poenitentia vere est causa remittendi peccatum. Probat D. Thomas in argumento, sed contra ex Ezequielis cap. 18. ver. 21. *Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis, quæ operatus est: vita viuet, & non morietur: Omnia iniquitatum eius, quæ operatus est, non recordabor.* In 4. Sententiarū probat ex eo quod Christus Dominus Lucæ 5. ver. 32. ait. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.* Sed inutilis esset ista vocatio poenitentibus, nisi veniam de peccato largiretur. Ergo poenitentia peccata delet.

Sapientia 11. ver. 24. *Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam.* Ieremias 18. *Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam, & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei.* Isaiæ 55. ver. 7. *De relinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserabitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.*

S. Athanasius lib. de Virginitate, ultra medium, ait. Vide quale remedium in lacrymis spectata, quæso, quam iniquitatē deleuerint. Quid enim tetrius hoc vitio? Quippe qui ter iure iurando Dominū abnegauerit, tantum tamē scelus per lacrymas deleuit. S. Basilii lib. de vera virginitate dicit. Poenitentia certum est relaxari peccata S. Amb. lib. 2. de poenit. cap. 3. & lib. 10. in Lucam ad illa verba Lucæ 22.

Ref.

Respexit Dominus Petrum: Lacrymæ (inquit) veniam non postulant, sed merentur. Et postea. Et si tu veniam vis mereri, dilue culpam lacrymis tuam.

5 S. Ioa. Chris. lib. 2. de corp. cordis. Sola est cordis corporeitas, quæ sicut ignis omne animæ vitiū perurit, & adimit: & quæ tactu, in ea repererit mala, abstergit vniuersa, & poenitus delet. S. Ephræ in lib. de die iudicij ca. 5. corporeitas sanitas animæ est, illuminatio mentis est: corporeitas remissionem delictorum nobis acquirit. S. Hier. in epist. Fabio læ & lib. 2. contra Pelagianos. S. Aug. epist. 54. ad Macedon. Et in Psal. 50. Niniuitæ poenitentia egerit, & certam misericordiam meruerat. Quæ & alia Patrum testimonia assertit Bellarmi. & cõcludit. Habemus igitur ex testimonijs veterū Patrū cõtritionem, siue poenitentiam vere causam esse iustificationis, eū peccata delet, abluat, abstergat, sanet, cū Deū placet, illi satisfaciatur, eius misericordiam impetret, ac suo modo mereatur. Videantur etiam S. Ambr. lib. 1. de Poenit. cap. 4. & S. Aug. to. 10. ser. 181. de Tempore cap. 14.

6 Et in Cõc. Lat. sub Innoc. III. ca. 1. dicitur. Si post suspensionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatū, per veram sepe potest poenitentiam reparari. Idē docet Conc. Tri. sel. 6. ca. 5. & 6. & sel. 14. ca. 4. & in Cap. V. de fructibus Poenitentia dicitur. *Poenitentia itaq; omnis in eo vis est, vt nos in Dei gratia restituat, eū eoque summa amicitia coniungat.* Et infra. *Hæc adeo propria eius vis est, vt peccata delet.* Rationem assignat D. Th. in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 1. dicens Poenitentia ex ratione sui actus habet, quod per eam peccata dimittantur, secundū quod peccata commissã sũt materia actus eius. Cū enim peccatū ex hoc remitti dicatur, vel retineri, quod habet rationem offensæ, illud quod offensam aufert, peccatū tollit. Cū autē offensa, in quatuor huiusmodi, sit inæqualitas quædam, qua vnus alio subtrahit quod debitū orat; actu illius virtutis peccatū remittitur, quæ inæqualitatem prædictam ad æqualitatem reducit. Hoc autē fuit poenitentia, vt ex dictis patet, quæ in recõpensatione offensæ spiritui Deo contribulatū offert. Et ideo Poenitentia etiã ex parte actus sui competit peccatum tollere.

7 Dico secundo, nullū est peccatum adeo graue, nec tanta multitudo peccatorum, quæ non possint per veram poenitentiam deleri. Est certa secūdū fidem hæc cõclusio, sicut & præcedens: quauis enim D. Th. oppositū vocauerit erroneū, sicut reuera erroneū est, nõ inde infertur quod nõ sit etiã hæreticū: quia illo tempore, vlt. ad Cõstantiense Cõcilium nõ erat in vsu seorsim distinguere diuersos gradus casuum, & propositiones, quæ sũt immediate cõ-

tra fidem, vocare hæreticas, & illas, quæ solūmediate fidei opponuntur, appellare erroneas. Vnde D. Th. lib. 3. cõtra Gêtes ca. 13. cõcludit. *Per hoc autē excluditur error Nouatianorū, qui dixerunt quod de peccatis, quibus post Baptismum peccat homo, veniam esse equi nõ potest.* Refertur Phil. lib. de Har. S. Eph. Assert. S. Tho. illud Esa. 1. v. 18. *Si fuerint peccata vestra vt coccinus, quasi vix dealbabitur.* Et illud Pro. 10. v. 12. *Vniuersa delicta operis charitas.* Cui correspondet illud 1. Petri 4. v. 8. *Quia charitas operis multitudinem peccatorum.* Cõstat etiã ex illa vniuersali loquutione Psal. 102. v. 3. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus suis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Ezeq. 18. eadē vniuersalitate qua dicitur. v. 24. *Sed auerterit se iustus à iustitijs suis, quod omnes infirmitates eius, quas fecerat, nõ recordabitur.* Eadē vniuersalitate promittitur venia poenitentibus. v. 22. *Omnia iniquitatum eius, quas operatus est nõ recordabor.* Similiq; vniuersalitate Christus Dñs. Ioa. 20. dedit potestatem omnia remitti peccata: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Omnia autē quæ operatur Sacramentū Poenitentia in re susceptū, operatur contritio in voto Sacramenti, vt docet Concilium Tridentinum sel. 14. cap. 4. 8. Põderat etiã ad intētū S. Patr. Bas. hom. de poen. Amb. lib. 2. de Poen. ca. 4. Hier. lib. 2. cõtra Iouin. illud 1. Ioa. 2. *Sed & si quis peccauerit, aduocatum habet apud Patrem: scilicet Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nõ pro nostris autē tantū, sed etiã pro totius mundi: & infinitorū, si eliser, vt ait D. Tho. S. Cyril. Hieros. Cat. 2. multis testimonijs hoc cõfirmas, subdit. *Non dixeris: graua peccata scelerum, idq; nõ semel, sed frequentissime, nõ quid cõdēnabit? Audi quid dicat Psalter. Quam magna multitudo bonitatis tuæ Domine. Nõ superat vulnera, quæ sumi illi medici experientia, fidelē modo te ipsū præbeas, id est nil omittas eorum, quæ fides docet poenitentē debere facere: vnde cõcludit. *Est itaq; & viris, & mulieribus, salus quæ per poenitentiam cõciliatur.* S. Chri. epist. 5. ad Theodorū Monac. lapsū. *Talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei, nunquam spernit poenitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiã si ad summū quis perueniat malorū, & inde tamē velit reuerti ad virtutis viam, suscipit libenter, & amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorē reuocet statū.* S. Aug. lib. 50. hom. 27. quæ ex Possidio, & celsura Louaniensium inscribitur. *De utilitate agenda Poenitentia ca. 3. ait Et cõtrario nullas hæreses tenuit Ecclesia Catholica ista veritate de poenitentia agenda. Fuerunt enim qui dicerent, quibus sunt peccatis nõ esse danda poenitentia: & exclusi sunt de Ecclesia, & hæretici facti sũt. In quibus quæque peccatis non perdit viscera pia mater Ecclesia.***

9 Heresit Nouati, & Monrani danata est Romæ à Cornel. Papa in Cœcilio sexaginta Episcoporum, & totidē Presbyterorum, & multo pluriū Diaconorū. Et quāuis huius Cœc. decreta nō extēt, refert tamē ea Eusebius Cæsariensis lib. 6. Hist. ca. 35. vt notat Alfonso à Castro vbi supra. Cæterū Baron. to. 2. ad Annū Christi 254. n. 90. ait. Porro Cœciliū hoc de restitutione lapforum Romæ sub Cornel. habitū (cuius meminit S. Cyprianus epist. 52) diuersū plane ab illo est, cuius Euseb. lib. 6. cap. 35. meminit, in quo dicit excommunicatū fuisse Nouatianū, cuius mentionē si cit ipse Cornel. ad Fabiū Antiochenū scribēs. Nā in priore hoc, nihil actū fuit cōtra Nouatian. sed de eo in posteriori tractatū est. Apparet autē errore labi, qui hoc cū illo cōfundūt: i. e. quo suo tēpore dicturū sumus. De quo ipse anno 255. n. 2. Et nu. 3. meminit alterius Cœciliū Italici de eadē re cuius meminit S. Hieron. de Scrip. Eccl. in Cornel. Cœciliaq; plura nō solū Romæ, sed in diuersis alijs Prouinc. eadē ex causa fuisse celebrata, ex Eusebio & alijs probat ibi n. 4. Danaturq; hæresis in Concilio Nizeno 1. ca. 8. & demū in Trid. sess. 6. ca. 14. Et Can. 29. Si quis dixerit eū, qui post Baptismū lapsus est, nō posse per Dei gratiā resurgere, aut posse quidē, sed sola fide amissam iustitiā recuperare sine Sacramento Pœnitentiæ, prout Sancta Romana, & vniuersalis Ecclesia, à Christo Domino. & eius Apostolis & locis hucusq; professa est seruauit, & docet, anathema sit.

10 Probat optime D. Th. in Cōpēd. Theologiae ca. 145. dicens. Si quis autē dicat peccata irremissibilia esse, nō propter diuinā impotentiā, sed quia hoc habet diuinā iustitia, vt qui cadit à gratia, vltius nō reuertatur ad ipsā: Hoc patet esse falsū: non enim hoc habet ordo diuinæ iustitiæ, quod quādiū aliquis est in via, sibi detur quod pertinet ad terminū viæ. Immobiliter autē se habere, vel in bono, vel in malo pertinet ad terminū viæ: immobilitas enim & quies est terminus motus. Tota autē præses vita est status viæ. Quod demonstrat mutabilitas hominis & quātū ad corp⁹, & quātū ad animā. Non igitur hoc habet diuinā iustitia, vt homo post peccatum immobiliter maneat in eo. Adhuc, ex diuinis beneficijs periculum homini non irrogatur; & præcipue ex maximis. Effer autē periculosū homini mirabilē vitā agētī gratiā accipere, si post gratiā peccare possit, & iterū redire ad gratiā nō possit. Præsertim cū peccata quæ gratiā præcedūt, remittantur per gratiā: quæ interdum maiora sūt his, quæ post gratiā susceptā homo cōmittit. Nō est igitur dicendū, quod peccata hominis irremissibilia sūt, quæ ante, siue post committantur.

11 Præterea idē probat D. Th. hic ar. priusmo ex differentia peccatorū Demonum, & danatorū, quorū voluntas est obstinata in malo, qui pœnitere nequeunt fructuose, & cū spe veniæ. Tale autē non potest esse aliquod peccatū hominis viatoris: cuius libertū arbitriū flexibile est & ad bonū & ad malū. Derogaretur etiā virtuti gratiæ, per quā moueri potest cor cuiuscūq; peccatoris ad pœnitentiā: secundū illud Prov. 21. Cor Regis in manu Domini, & quocūq; voluerit vertet illud. Vnde nullū cor est ita obstinatū, & obduratū, cuius duritiæ, & obstinationem nō possit vincere efficaciam diuinæ gratiæ. Repugnaret etiā diuinæ misericordiae, de qua dicitur Ioel. 2. v. 13. Quia benignus, & misericors est, patiens, & multa misericordia, & prae stabilis super malitia. Hoc est, excellēs malitiæ magnitudinē, vt (sicut exponit S. Hieron. ibi) si nos egerimus pœnitentiā super peccatis, ipsū quoq; cōminationis pœniteat, & mala, quæ cōminatus est, nō inferat; nostraq; mutatione sententiæ ipse miseretur. Hoc etiā derogaret virtuti Passionis Christi, per quā pœnitentiā operatur, sicut, & cætera sacramēta, de quo videantur verba 1. Ioā. 2. iā relata. Vnde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hac vita per pœnitentiā veram deleri potest.

S. III. Pœnitentiā virtus, sicut & Sacramentum, sæpē debet iterari.

Dico tertio, pœnitentiā virtus, si vera sit cōtritiō, nō tantū semel, sed quoties homo peccauerit, sufficiens est ad tollendā peccata. Diximus q. 84. dub. 12. esse immediate de fide pœnitentiæ Sacramētū esse iterabile. Quod æque verū esse de virtute Pœnitentiæ, ac de Sacramento, notat Suar. disp. 8. sec. 1. cō. 2. quia illa verba Ioā. 20. Quorū remiseritis peccata, licet intelligatur de potestate clauis: tamē ex Cœc. Trid. cōstatā Sacramento aduerā pœnitentiā esse efficacē argumentū. Quare optima ad intētū sūt illa verba Mar. 18. ve. 22. Nō dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. Vbi ille numerus pro indefinito ponitur, vt ibi annotarūt S. Hier. & S. Hil. Ca. 18. & S. Chris. hom. 62. Vbi aduertit, licet sit ibi sermo ad litterā de remissione iniuriarū hominū inter se; tamē per hoc significasse Christū infinitā Dei misericordiā, quæ pœnitentiā hominū sæpē acceptat. Hom. 2. in Psal. 50. Peccasti Pœnitere millies, Peccasti & Millies pœnitere, & hom. 24. ad Populum & hom. 40.

12 Verū tamē hæc verba S. Chrisost. non tantū reprehendit Socrates lib. 6. Historiæ cap. 21. quia ipse Nouarianus erat. Sed ex Catholicis Neoter. eruditis scriptoribus Dionys. Petrus in annotationibus ad S.

Epist.

Epiphani. hier. 59. infirmat, & Ioā. Morin⁹ Blesensis, Cōgregationis Oratorij in Cōmētario Historico de disciplina in administratione Sacramēti Pœnitentiæ edito Parisiis 1651. affirmat: Fidelibus post actū semel de grauissimis criminibus pœnitentiā grauius iterum peccatis, neq; priuatim, neq; publice Pœnitentiā ab Ecclesia esse impositā, multis rationibus, & auctoritatibus demonstrari. Attulerat c. 27. auctoritas Hermæ S. Pauli discipuli Clemētis Alexādr. Tertull. & Origenis. Postea ca. 28. dicit id demonstrari ex Cœc. Eliberitano, cui us affert quinq; Canonū verba, sed præcipue Canone tertio ita decernitur de flaminibus, qui iā semel de adulterio pœnitentiā egerāt: Si post pœnitentiā fuerint machati, placuit vltis eis nō esse dandā comunione, ne lussisse de Dominica cōmunionē videantur.

13 Ratio ad dita manifestū facit pœnitentiā secūdo nō fu ipse post Baptismū cōcessā. Ira Canone septimo. Si quis forte fidelis, post tēpora cōstitutā actū Pœnitentiæ, denuo fuerit fornicatus, placuit cum, nec in fine habere comunione. Itaq; plurimis peccatis usq; dabāt pœnitentiā; quibus vero dabāt, cæterorū more, semel tantū. Ex S. Paciano affert epist. 3. ad Sympronianū. Ex S. Ambrosio ponderat verba lib. 2. de Pœn. ca. 10. S. Hieron. in ca. 3. Esaiæ & in Dan. & in epist. ad Demet. & in fine epist. ad Saluinā, alibi quoq; metaphora tabulæ naufragij vitur, quā dubium nō est à Tertullian. desūsisse: & cōsequenter eodē quo ipse sensu vsurpasse. Ex S. August. pōderat testimonium ipsius ex epist. 54. ad Macedoniū in Africa Præsidi, aut Procōsulē. Hæc q; cōsuetudinē multis post S. Augustinū annis vigiūsse ex Canon. 11. Concilij Toletani Tertij colligitur, quod celebratū est anno 589. relatis verbis Canonis, subiūgit. Hoc canone mihi videtur omnia exprimi clarissime, quæ ad hoc demonstrandum requiruntur. Cap. 29. affert Episcopum Aurelian. lib. 2. obseru. 6.

14 Cæterū hæc positio, ne dum incredibilis, & improbabilis, sed intolerabilis, & crudelis; & parū benigne sentiēs de misericordia Dei, & piæ matris Ecclesiæ prudētī gubernatione, multis videtur. In primis S. Clemēs, sinē cōstitutionū Apostolicarum auctor lib. 2. c. 16. Sic igitur vas facere oportet, eos scilicet, qui se pœnitere aiunt peccasse se gregare, tēpore proportionē peccatorū definito, postea vero recipere pœnitentiā, quā patres fecerunt. Si cū segregatis, seu ex cōmunicatis, ita benigne erat agēdū, si pœniterēt, nō minore benignitate erat cū alijs peccatoribus procedēdū. In fine ca. 18. sic monet Episcopū. Quo circa curā amittit suscipere, tūquā ratio nō de pluribus redditurus, ac sanos quidem cōser-

ua, lapsos vero mone, & qui in ieiunio præmissa, leua in remissione, & est, qui lupis, recipit, cū Ecclēsia pro eo deprecāre, & matris impossita, sine eū in posterū in oculis subsistere, & agnosce igitur Episcopo dignitatē tuā, quod sicut potest ligandi tibi obtigit, ita quoq; potestatis soluendi habes. Loquitur ergo de impositione manus, cū qua cæremonia, & oratione, sacramentaliter absoluebatur, & isti dicuntur leuari in remissione, & quod si pœniterēt, & lugerēt, esset leniādi, & recipiendi. Similia multa habentur in Decreto causa 26. q. 7. Quorū nō nulla infra referemus. Notariōneq; sunt digna verba S. Cyrilli Hier. & S. Chris. iā supra relata. S. Hilar. Canon. 18. in Mat. N. q. 3. us est (inquit) nos ex præscripta legis, dā le viciā numero cōcludi, cū per Euāgelij gratiā sine rudo nobis à Deo fuerit indulta. Præmiserat supra, quod Christus Domin⁹: Omnimodo ad similitudinē nos humilitatis, ac bonitatis sue instruit. Et infra. Quanto magis oportere ostendit, sine modo ac numero veniā nobis esse reddēdā: nec cogitādū quoties remittamus? Videatur S. Hier. Mat. 18. ver. 21. S. Ioā. Chris. hom. 62. in Mat. ait. Hæc verba que pœnitent, nullā terminū attulisti cū simpliciter iusseris ipsum esse recipiendū. Quoties igitur ipsū serā pœnitentē? An septies? Quid igitur facilis, ac misericors Domin⁹? Nō dico tibi vsq; septies, ait, sed vsq; septuagies septies. Quæ quidem oratione, nullū omnino numerum posuit, sed, indefinite, cōtinue, ac semper significauit. Idem hom. 19. ex varijs in Mat. bene præcludit euasione, notās, quod Quia Petrus hoc interrogabat, in quo vniuersalis Ecclesia, fundata est, ideoq; cognoscimus in eadem Ecclesia toto tēpore dimitti peccata. Et infra. Ecce iam, fratres, declarauit nobis veritas omnia peccata dimitti in Ecclesia Sancta Catholica. Et quāuis graua, quāuis criminosa, quāuis execrabilia, dimittit illa omnia pater bonus, qui nō vult mortē morientis, tantū reuertatur, & viuat. Similia S. August. ser. 15. de verbis Domini ca. 3. S. Petrus Crisolog. ser. 139. ait. Præscriptus ergo numerus nō angustat veniā, sed dilatat; & quod præcepto fuit, sine fine relinquit arbitrio; vt si quātū iusserit remissuris tantum sit obedientia, sit præmij.

15 Quod totū adaptat intēto proposito D. Thom. q. 84. art. 10. ita arguens. Homo inducitur ad misericordiam exēplo diuinæ misericordiae: secundū illud Luc. 6. Etsi vos misericordes sicut & Pater vester misericors est. Sed Domin⁹ hæc misericordiā discipulis suis imponit, vt sæpius remittat fratrib⁹ cōtra se peccatis. Vt patet Matthæi 18. Ergo etiā Deus sæpius per pœnitentiā veniā peccatis præbet. Præcipue cū doceat nos petere: Dimitte nobis debita nostra, sicut

nos dimittimus debitoribus nostris. Ergo Sacerdotes ministri Dei, & Ecclesiæ, in foro conscientiæ, pœnitentibus rite confesis, quoties petierint veniam, errata confitendo, debent absolutionem dare.

16 Præterea eodē incōueniētia sequitur, si post Baptismū semel tantū cōcedatur Pœnitentiæ Sacramētum, ac sequitur ex hæresi Nouati. Sed vt inquit Soto in 4. dist. 14. q. 1 ar. 10. §. Et quoniam: Si hæresis hæc vllum haberet probabilitatis colorē, omnimodum obijceret desperationis periculum, & ideo est fundit⁹ ex humanis mētibus eradica. Ergo nullaten⁹ est arbitrādū tot sæculis ita Ecclesiā practicasse. Maior probatur, quia inter quatuor rationes, quibus probat D. Tho. in 4. dist. 14. q. 1. ar. 4. q. 3. Quod erroneū est dicere, quod pœnitentiā nō possit iterari, & misericordie diuine cōtrariū; ea est potissima quia pœnitentiā est quædam sanatio spiritus: & quia pluries sanari, & curari potest homo quādiu in hac vita viuūt. Et adsecundū ait ibi D. Tho. Nec obstat quod quidā ex hoc sumunt occasionē delinquēdi: quia ex cōtrario sumerēt occasionē desperādi: quod esset grauius. Et ad 3. ait: & præterea hoc occultata fide videmus, quod frequēter homines infirmantur, & diuina virtute, quæ omnia restaurat, curantur. Quod ex lib. de vera & falsa pœnit. ca. 5. affert D. Tho. q. 84. ar. 10. ad 3. Sed qualis hic medicus, qui malū iteratū nesciret curare? Medicorū est cōtrarios infirmū cōtrarios curare. Sed istæ rationes equæ militāt cōtra pœnitentiā enormiū criminū semel tantū datā. Recte ergo infert Soto vbi supra. Igitur si post Baptismū semel lapso pœnitentiā nō negatur, eadē ratione nec si septuagies septies labatur: nā ingratiū eadē est in omnibus & licet in posterioribus crescat, tamē alia ratione priora possunt esse peiora. Antea quæ dixerat. Vnde sicut in vita corporis generatio nō est nisi vna, sanatio vero a frequētib⁹ morbis quotidiana: sic in vita spirituali Baptismus natura sua nō iteratur: pœnitentiā vero toties quoties læthalis morbus expostulat.

17 Ad idē vrgeri valet ratio D. Thom. in Cōpēdio Theologiæ ca. 147. de qua cō. 2. quia hoc esset periculosū homini fragili, mutabili; & Sacramētum essent potius in eius præiudiciū. Præterea Cōcil. Trident. ses. 6. ca. 29. restatur doctrinā de Sacramēto Pœnitentiæ, Sactā Romanā Ecclesiā, & vniuersalē, a Christo Domino, & eius Apostolis edictā, & sic huculq. professā esse seruasse, & docuisse. Cū ergo ses. 14. ca. 1. ait. Si quis dixerit in Catholica Ecclesia. Pœnitentiā nō esse vere, & proprie Sacramētū, pro fidelibus, quoties post Baptismū in peccata labūtur, ipsi Deo re-

uocandis, a Christo Domino nostro institutis, anathema sit. Idē quod docet, est illud idem quod a Christo Domino, & ab Apostolis est edicta, quod sēper professā est, & quod huculq. seruauit. Quod falsum esset, si post tot sæcula, quibus oppositū practicauerat, nūc in fine sæculorū aliud faceret. Vnde & ses. 14. ca. 6. anathemate dānat dicētes: Modū secreta cōfiteudi soli Sacerdoti, quē Ecclesia Catholica ab initio per obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi: & inuētū esse humanū. Pariter ergo est ab institutione Christi, & semper est in Ecclesia obseruatū, & nō est nouū humanū inuētū, pœnitentiā priuatim imponere secreto in Ecclesia pro magnis criminibus quoties post Baptismū fideles in ea labūtur.

§. IV. De praxi Ecclesiæ in administratione Pœnitentiæ.

18 **R**ursū praxi Ecclesiæ nō debet esse cōtraria finis institutionis: alioquin ministri Ecclesiæ nō essēt fideles dispensatores mysteriorū Dei: cōtra id quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorū Dei. Hic itā queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Quæ fidelitas potissime exercetur, si faciant quod Princeps Apostolorū omnibus præcipit 1. Petri 4. ver. 10. Vnusquisq. sicut accepit gratiā, in alterutrum illū ministrātes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Sed finis Pœnitentiæ Sacramēti maxime impeditur, si post grauiissima crimina, absolutis, relapsis, iterūq. cōtritis, & cōfesis, absolutio nō cōcedatur. Ergo neutiquā suspicādū Ecclesiā sic fieri statuisse suis sactis legibus, aut sua vniuersali praxi sic obseruasse per tot sæcula. Minor probatur doctrina Cathæcismi Pij Quinti de hoc Sacramēto, sic docētis. Quæ admodū humanæ naturæ fragilitas, & imbecillitas omnibus nota est, eaq. in seipso quisq. facile experitur: ita quātā habēat necessitatē Pœnitentiæ Sacramētū, ignorare nemo potest. Ex quo infert, quod de hoc Sacramēto, quā de Baptismo, eo accuratius agēdū est, quod Baptismus semel tantū administratur, nec iterari potest; Pœnitentiæ vero toties locus datur, eiusq. repetēda necessitas imposta est, quoties post Baptismū peccare cōtingat. Ita enim a Tridentina Synodo ses. 14. ca. 2. dictū est: Sacramētū Pœnitentiæ nō secus lapsis post Baptismū, ac Baptismū nō dū regeneratis ad salutē necessariū esse. Postea agendo de necessitate sacramentalis cōfessionis, docet, Cathæcismus: Quod omnibus fere pijs persuasū est, quicquid hoc tēpore sanctitatis, pietatis, & religionis in Ecclesia,

sum.

summo Dei beneficio conseruatum est, id magna ex parte confessio: & tribuendum esse. Posteaque docet a Christo institutum, vt fideles statim sibi parata medicamenta inueniant, quæ non solum præsentis agritudinis sanandæ, verum ita præparandæ animæ cælestem quandam vim habeant, vt deinceps facile futurum non sit in eiusdem morbi, & vitij genus recidere: Vltimo notanda illa verba Cathæcismi. Constat enim si sacramentalē confessionem a Christiana disciplina exerceas, plena omnia oculis, & nefariis sceleribus futura esse, quæ postea, & alia etiam multo grauiora, homines peccati consuetudine deprauati, palam committere nō verebuntur. Sed si Pœnitentiæ Sacramētum semel tantum administraretur, tollitur exercitium medicinæ pro sanandis grauissimis morbis, tollitur anthidotus ad salutem conseruandam, & præcauendum lapsum: ergo impeditur finis instituentis Sacramētum.

19 Hæc ratio in simili traditur a S. Ioanne Chrysostomo hom. 43. ad cap. 23 Matth. dicente. Vbi enim pater familias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, vt quid Sacerdos eius austerus vult apparere? Confirmatur. Execranda esset lex, & nocina salutis corporali, si præciperet, quod medici, quos a grauissimis morbis semel sanarent, iterū in easdē infirmitates, vel multo grauiores relapsos non secundo curarent. Si enim medici semel tantum scirent curare, reputarentur idiotæ, & ignorantes, si scirent, & curare nolēt, essent crudeles: & crudeliores Principes, si mandarent in perniciē populorū. Vnde ex Auctore lib. de vera, & falsa pœnitentiā, ait D. Thomas q. 84. art. 30. ad 3. Sed qualis hic medicus, qui malū iteratū nescire curare? Medicorum enim est centies infirmum, centies curare. Quæ ceteris minor esset, si alij, possibilia ignoraret. Sed salus animæ magis est curanda, quāto spiritus corpore est præstantior, & æternum excedit temporale. Vnde præmittitur. Quo modo enim corpus quod vilius est, & ab ipso dissimilius, sapē sanaret, & animam digniorem & redemptam, non toties liberaret? Medicū se vocat, & non sanis, sed male habentibus oportunitum. Et S. Thomas ad quintum ait, quod Pœnitentiā habet virtutem ex passioe Christi, sicut spiritualis medicatio, quæ frequēter iterari potest. Ergo Ecclesia, quæ a Spiritu Sancto regitur, tā feram pœnitentiā non præcepit, nec medicos spirituales tā crudeles esse nō præcepit, nec docuit Præterea vt ad simile intentū illo articu-

lo decimo quarto arguit Soto. Qui negat pœnitentiā toties iterandam, quoties peccatum est, ius naturæ r. dicitur cōuel- liri: natura enim admonet, vt quoties homo deliquerit, redire studeat in viam. Fides autem nos docet redire in viam neminem posse, nisi per Dei auxilium in eius gratiam reconcilietur. Sublata vero pœnitentiā, cum nullā fiat reliqua spes veniæ, ne vno respicere curaret, sed in hac vita homo Diabolus fieret.

20 Occurrunt tamen dicentes, se nō præcludere peccatoribus viā salutis, quia quamvis Pœnitentiā in Ecclesia non nisi semel concederetur, tamē peccatores Dei auxilijs adiuti potē conteri, & iustificari. Vnde S. Augustinus epist. 54. ad Macedoniū dicit: Quod Deus facit etiam super tales oriri solem suum; nec minus tribuit, quam ante tribuebat, largissima munera vite, ac salutis. Et quamuis eis in Ecclesia locus humillimæ Pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen super eos sua patientiā nō obliuiscitur, &c.

Sed cōtra primo, quia Concil. Trident. ses. 14. ca. 4. docet reconciliationē cum Deo, sine Sacramēti voto (quod in illa includitur) non esse adscribendā. Quod votū frustraneū esset, si post primā reconciliationē peccator sciret ad secundam non esse admittendum in Ecclesia. Secundo frustra Christus nos induceret ad misericordiam exēplo suæ misericordiæ, si esse sciremus diuersum modum procedendi Ecclesiæ, ac Dei, vt arguit D. Thomas. Tertio ratio in situendi Sacramētum externum Pœnitentiæ inter alias ea ponitur in Cathæcismo Pij Quinti. Vt nobis de remissionē peccatorū quam Deus pollicitus est, minus dubitare nohis liceret, vehementer enim pœnitentiā animo de intima pœnitentiā opus esset, cū de suo cuiq. iudicio in ijs, quæ agit, merito timēti sit. Quod magis timendum quāto grauiora sunt peccata: Quia dicit illud Ionā 3. ver. 9. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus? Vel potius illud Ieremiæ 18. ver. 12. Quis dixerunt: Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnus quisq. prauitate cordis sui malifacietur. Vnde optime arguit S. Thom. quod ex illa praxi sumerent peccatores occasionem desperandi: quod esset grauius. Quod attendens Nicol. Papa relatus cap. De his vero. Causa 26. q. 7. ait. Verū quia crimina nō equalia sunt, peribet quosq. alios horū propter nimiam habitudinē in desperationē cecidisse, alios ob hoc ad Paganos fugisset tibi hoc cōmittimus decerē, damnamurū, qui loca, & tēpora regionis illius, & modū culpæ, nec nō, & Pœnitentiā, & gemitus hominū

ad confessionem venientium praesens positus inspicere vides. Idem dicitur cap. *Hi qui ex Conc. Laodiciensi cap. 2. & cap. Poenitentibus.* Ex *Con. Cart. 3. cap. 31.* Et ex *Cartaginensi 4. alias Laodicensi cap. 14.* ibi in cap. *Sacerdos*, dicitur *Sacerdos poenitentiam imploranti, absque personarum acceptione poenitentiam secundum leges iniungat. Negligentes vero poenitentes tardius reconcilientur. Omni autem tempore ieiunij manus poenitentibus a Sacerdotibus imponatur.* Saepé diximus tunc vltatā caeremoniam, quod in absolutione Sacramentali manus imponeretur poenitenti. Ergo pro Sacerdotum arbitrio, quoties iudicabantur poenitentes dispositi, absoluebantur. De nique ibi cap. *Poenitentem*, ex 8. Synodo dicitur. *Poenitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut Dominus offendit, cum dicit Luca 15. Quia conuocaui amicos meos, & vicinos dicens: congratulamini mihi quia inueni ouem meam, quam perdideram.* Et *S. Th. q. 84. art. 10. ad 6. ait, quod secundum Aug. seu auctorem lib. de vera, & falsa poen. cap. 5. Constat Deo multum displicere peccata, quae semper prelo est ea destruere, ne soluantur quod creauit, ne corrumpatur quod amauit, scilicet, per desperationem.*

22 Denique probatur: quia argumenta Neotericorū iam ab antiquis sunt praenisa, & soluta, & frigide satis replicando, intrepide pronunciant se a demonstrarū, quod nec apparenter est probatum. In primis *D. Thomas q. 84. art. 10.* cum sibi obieisset auctoritatem *S. Ambrosij*; in qua maximam vim faciunt, respondet ad 2. *Quod Ambrosius loquitur de poenitentia solemnī, quae in Ecclesia non iteratur, ut infra dicitur.* Videatur *q. 89. art. 3. ad 3. de publica poenitentia etiam est mentio in cap. Si quis Presbiter. dist. 30. ex lib. Martini Arch. Bracar. ex Synodis graecorum.* De ista loqui *S. Ambrosium*, manifestum est: nam verba eius lib. 2. de *Poen. cap. 10.* Haec sunt. *Merito reprehenduntur, qui sapientius agendam poenitentiam putant, quia lascariatur in Christo. Nam si vere agerent poenitentiam, iterandam postea non putarēt. Quia sicut unum Baptisma, ita una poenitentia, quae tamen publice agitur.* Loquitur ergo de vna poenitentia publica, & solemnī & sic *S. Ambrosium* exponit *Gratianus* in cap. *Si quis* dist. 50. & *S. Augustinum* epist. 54. ad *Macedonij* cap. *Quamuis* eodem dist. Er in 4. dist. 14. q. 1. art. 5. quaest. 2. ait *D. Thomas: Quod solemnī poenitentia iterari non debet propter tria.* Primo, ne ex iteratione viliscat. Secundo, propter sig-

nificationem, quia est figura expulsiōnis hominis de Paradiso, quae est semel tantū facta. Tertio, quia solemnitas est quasi quaedam professio perpetuo poenitentia conseruandi: & ideo iteratio solemnī itari resistit. *Si tamen post modum peccauerit, & clauditur ei locus Poenitentiae, sed poenitentia solemnī iterum ei iniungenda non est.* Haec *D. Thomas.* Eadem *Innocentius Quintus* seu *Petrus Tarantasia* in 4. dist. 14. art. 7. q. 2. *Raynerius* de *Pisus* in *Panth. de Poenitentia* cap. 14. *Soto*; & alij *Thomistae.* *S. Raymundus* in *Summa de Poenit. & rem. §. 6.* Et late *Ioannes de Triburgo* lib. 3. summae tit. 34. a. q. 8. usque ad 11. *Syluester* verbo *Poenitentia* n. 2. Et ante hos omnes *Hugo* de *S. Victore* trac. 6. *Summae* cap. 12. *Beatus Albertus Magnus* in 4. dist. 14. art. 28. *Alexander Alesius* lib. 4. *Summae* q. 14. membro 9. art. 2. ad 2. & alij antiqui, & moderni.

23 Tandem *Suarez* to. 4. de *Poenit. disp. 8. sec. 1. in fine* ait: Respondetur in illis *Decretis de Poenitentia* dist. 3. per multa capita, & apud *S. Ambrosij, S. Aug. Clementem Alex. Tert. S. Chris. hom. 1. ad Eph. & Orig. hom. 1. in Leuiticum*, non esse sermonem de poenitentia ut est virtus, vel Sacramentum, & ad internam peccati remissionem ordinata. Sed de quadam poenitentia solemnī, quam possumus caeremonialem appellare: quoniam peculiarī ritu ab Ecclesia instituto olim fiebat ad publicam satisfactionem, & adificationem. Et illa semel tantum concedebatur, vel ad maiorem terrorem, & ne contemneretur: Vel forte ne alijs esset scandalum, si sapius talem poenitentiam aliquis ageret. *Quod autem post illam adhuc esset locus Sacramento Poenitentiae, & consequenter remissioni peccatorum per poenitentiam, certissimum est. Et specialiter constat ex Siricio Papa epist. 1. decretali cap. 5.* Haec *Suarez.*

24 Etiam olim *Durandus* in 4. dist. 14. q. 4. postquam a n. 6. omnia hucusque dicta de solemnī poenitentia approbaret, subiungit. Et licet ista fieri debeant secundum ius scriptum: Tamen quia tota praedicta solemnitas est de iure positio, cui consuetudo derogat: ideo secundum ritum, & consuetudinem aliquarum Ecclesiarum, omittatur aliquid de praedictis, vel etiam dimittatur totus ritus solēnis poenitentiae, non est hoc detestandū. *Nam plures Ecclesiae de solemnibus poenit. it. et ijs non se introuertunt. Aliqua enim vno tempore congruunt, quae alio tempore nocua sunt.*

Imo

Imo vt notat *Glossa Decreti 2. part. de Poenit. dist. 3.* Cum dicitur, capit. *Quod quidam 1. q. 1. & in cap. Reperiuntur*, eadem dist. quod poenitentia solemnī non debet iterari, est intelligenda tam maximē secundam consuetudinem quam rādam, Ecclesiarum: & hoc super eodem crimine. Super diuersis autem credit *Gratianus* solemnem iterari posse, *Quod dicit cap. Quamuis 2. 2. ex S. Aug. epist. 54.* Idemque habetur ex eadem auctoritate, cap. *Quamuis*, dist. 50. vbi idem notat *glossa*, ver. *Ne medicina.*

25 Sed & *Magister Sententiarum*, lib. 4. dist. 14. adducta auctoritate praedicta *S. Ambrosij* relata in dicto cap. *Reperiuntur*, de *Poenit. dist. 3.* & alia et usdem eadem dist. cap. finali, §. vltimo, & auctoritate *S. Augustini* ex epist. ad *Macedonium*, & *Originis* hom. 15. in *Leuiticum* dicentis: *Ita grauioribus enim criminibus semel tantum poenitentia conceditur locus. Communia quae frequenter incurrimus, semper poenitentiam recipiunt, & semper redimuntur.* Subiungit *Magister*, *Communia* dicit venialia peccata, & forte mortalia quaedam alijs minus graua: quae sicut saepé committuntur, ita frequenter per poenitentiam redimuntur. *Sed de grauioribus criminibus semel tantum agitur poenitentia, scilicet, solemnī: Nam, & de illis, si iterentur, iteratur poenitentia, sed non solemnī.*

Quod tamen in quibusdam Ecclesijs non seruetur. Vbi *S. Thomas* in expositione litterae *Magistri*, ait: *Hoc intelligitur de poenitentia publica: sed solemnī, ut quidam dicunt, nunquam iteratur.* Distinguit poenitentiam priuatam, publicam, & solemnem, & refert quod alij tunc dicebant. Ecce quod visis auctoritatibus, quibus recentiores conuincuntur, *S. Thomas*, & *Magister Hugo* de *S. Victore*, *S. Raymundus*, *Beatus Albertus*, *S. Bonauentura*, & *Alexander*, & alij *Theologi*; non iudicantur praxim antiquam Ecclesiae esse aliam ab ea, quae suo tempore erat in vtu, quo ad priuatam reconciliationē sacramentalem: quicquid dicatur de poenitentia publica, & solemnī. Denique *Ioannes Viguierius* in *Institut. cap. 16. §. 4. ver. 7.* ait: *Omnis poenitentia solemnī est publica, sed non e conuerso.* Concludit tamen. *Poenitentia tamen solemnī quandoque paritur pro publica. Et secundum hoc auctoritates quaedam varie loquuntur. Et quia hodie parum est in vtu, ideo per trānam, secundum duxi.* De partitione poenitentiae

in priuatam, publicam, & solemnem, videatur *Bellarminus* lib. 1. de *Poenitent. toto cap. 21.* De ritibus poenitentiae solēnis toto cap. 22.

26 Hodie igitur paucissima, vel quasi nulla extant vestigia solemnī poenitentiae: Nisi in absolutione publica a censuris. Vel in crimine Hæresis, iuxta praxim sanctae Inquisitionis. Quarū in reconciliationum caeremoniae diuersae sunt ab illis antiquis.

Pro similibus valde sunt notanda verba *Hugonis a S. Victore* lib. 2. de *Sacramentis* parte 1. in fine, capite 2. dicentis. *Salubre esse credimus quidquid spiritu Dei dictante, ab illa fuerit institutum, & dignum reuerentia iudicatum.* Et etiam si alijs temporibus aliquando non ita fuisse, & nunc aliter esse quam fuit, demonstretur. Non tamen cogitare debemus quasi leuitate aliqua factum sit, vt nunc aliter teneatur, & aliter institutum sit, quam fuit. *Sed quod tunc oportebat, & ita salubre fuit, vt sic teneatur, & sic iuberetur. Nunc autem alia esse tempora, & aliud esse congruum, siue necessarium salutis humanae.*

§. V. Auctoritates exponuntur.

27 Hinc promptum est ad omnia sigillatim respondere. *S. Augustinus* respondebat *Præsidi*, sed *Proconuli Africae*; qui ex consuetudine Ecclesiae arguebat aduersus *Episcopos Africae*, qui pro quibuscumque supplicio afficiendis intercedebant. Ideoque, vt argumentum habeat apparentem, procedit a praxi fori externi Ecclesiae ad praxim fori secularis, quia nihil valeret argumentum, si argueret a praxi fori interni secularis administrationis Sacramenti a Christo instituti pro *Fidelibus*, quos post *Baptismum* in peccata labuntur.

28 *Tertulianum* haereticum fuisse, constat ex *D. Thoma 2. 2. q. 188. art. 5. & in 2. dist. 30. q. 2. art. 1. & ad Rom. 7. lec. 4. & 2. ad Cor. lec. 5.* Testanturque *S. Hieron.* & *S. Vincentius Lirenensis*. Nec *Pamellius* in fine vitae *Tertulliani* putat verisimile respicisse, aut errores retractasse; id enim non praetermississent sancti Patres in re tanti ponderis.

Errasse in hoc puncto *Originem* colligitur.

igitur ex hom. 5. in Marthaeum. Sed de illo non curandum: quia fuit *fontis Arrianorum*, ut ait D. Thomas 1. p. q. 34. ar. 1. ad 1. Et haereticè omnia dicta in facris Scripturis de poenis Damnatorum intelligit metaphoricè, ut notat D. Thomas q. 26. de Verit. art. 1. Similiter errat in alijs, ut notat D. Thom. 3. par. contra Gentes cap. 89. Vnde horum auctoritate non est cur premarur.

29 Clemens Alexandrinus confirmat suam doctrinam auctoritate Apostoli ad Hebræos 6. & 10. & ideo sicut D. Thomas ibidem, & q. 84. art. 10. ad 1. S. Chrysostot. ibi. S. Ambros. lib. 2. de Poenitent. cap. 2. Et S. Athanas. orat. de blasphemia in Spiritum Sanctum, & alij dicunt sensum esse, eum, qui peccat post Baptismum, non posse mundari alio Baptismo: quia est vnica Christi mors in eo representata, & vnicum lauacrum. Sed notat S. Iustinus q. 96. ad Gentes, relinquit lapsis remedium, si Poenitentia remedio uti velent. Ita pariter Clemens potest exponi.

30 De Herma notat Sixtus Senesius lib. 2. Bibliothecae sanctae, verbo, *Herma*, quod à Summo Pontifice Galasio inter scripturas dubiae fidei reiectus est, ut arbitror (inquit Sixtus) ad Haereticorum subuersionem, qui inde execrabili dogmatum praesidia assumebant. S. Prosper contra Collatorem Herma auctoritatem non admittit. Et ut notat Baronius tomo 2. Anno Christi 159. nu. 6. Ante Gelasium, atque Prosperum, ut apocryphum, non absque trepidatione citari solitum, ipse S. Hieron. in Amos, cap. 7. significat.

Canones Concilij Eliberitani frustra tantum exaggerantur, cum loquatur de non ministranda Eucharistia; & non solum tunc, sed modo, saepe non licet Eucharistiam ministrare, quibus tamen non negatur Sacramentum Poenitentiae, ut patet tempore interdicti, ex cap. *Alma mater*, de sentent. excommunic. in 6. Vbi & causa assignatur. *Concedimus* (inquit Bonifacius VIII.) *quod tempore Interdicti, ab homine, vel à Iure prolato, non tantum morientes* (quibus dumtaxat Iure antiquo concedebatur, cap. *Quod in te*, de Poenitent. & remis. cap. *Non est nobis*, de spōsalibus) *sed etiam viuentes, tam sani, quam infirmi, ad poenitentiam, quae propter facilitatem, & pronitatem hominum ad peccandum summe necessaria est, licite admittantur.* De eadem communione loquitur

Siricus Papa; nam quod non contradicatur, sed potius sit pro nobis, iam notatum est.

31 Infulse, satis error Tertuliani S. Hieronymo tribuitur, eo quod metaphoram Tertuliani vocantis Poenitentiam secundam tabulam post naufragium, approbarit; cum ceteris metaphoram probasse, & sinistram intelligentiam reprobasse. Omnes enim Scholastici cum D. Thoma metaphoram approbant, & Poenitentiam iterandam toties quoties, ut de fide certum, pronuntiant. Imò sacrum Concilium Tridentinum sess. 14. canon. 2. sub anathemate damnat asserentes, *non recte Poenitentiam secundam post naufragium tabulam appellari*: & tamen canone primo immediato diffinierat Sacramentum Poenitentiae institutum *pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis.*

32 Reliquae auctoritates nullam habent apparietiam. Instat tamen Morinus cap. 29. num. 10. Denique quosensu Canonem Concilij Toletani Tertij interpretabimur? *Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum Ecclesias, non secundum canonem, sed foedisime pro suis peccatis homines agere Poenitentiam, ut quotiescūque peccare libuerit, toties à Presbytero se reconciliari, exposculent, &c.* Nā hic plane est sermo de reconciliatione priuata, & secretā.

33 Facillime respondetur, illo tempore anno Christi 539. (ut in editione Conciliorum vulgari, & iuxta Valæum, & Morales, & Mariana, & Baronium: vel potius anno Christi 590. ut demonstrat eruditus, & diligens Franciscus Viuaris in Commentarijs Marci Maximi eo anno, num. 3. folio 671.) sub Pelagio Papa secundo, & Maesona Emeritano Episcopo, in illo Concilio Prouinciali reprehendi eos, qui omittebant poenitentias imponere secundum formam statutam à sacris canonibus: *Et ideo* (inquit) *procoercenda tam execrabile praesumptione, id à sancto Concilio iubetur, ut secundum formam canonum antiquorum detur poenitentia; quod explicans, subiungit: hoc est, ut prius eum quem sui poenitet facti, à communione suspensum, faciat inter reliquos poenitentes ad manus impositionem crebro recurrere.* Vbi solum suspendit à communione, & praecipit ut crebro recurrat ad manus impositionem, ut Sacerdotes orarent pro eo, & eum Sacramentaliter ab.

absoluerent, quia illo tempore cum manus impositione Sacramentum Poenitentiae ministrabatur, ut ex Concilio Nizeno, & Cartaginensi, & plurimis Decretorum capitulis, notat Soto dist. 14. q. 1. art. 4. §. *Sunt autem*; & alij relati, q. 84. loquendo de ritu Poenitentiae. Vnde potius infertur crebro recepisse Sacramentum Poenitentiae, quod intelligebatur in illa impositione manus oratione, & absolutione Sacerdotis. Vnde S. Augustinus lib. 3. contra Donatistas, capit. 16. *Manus impositio, non sicut Baptismus repeti non potest. Quid enim est aliud nisi oratio super hominem?* Et S. Ambrosius, lib. 1. de Poenitent. cap. 7. ait: *Cur ergo manus imponitis, & benedictionis opus creditis, si quis forte reualuerit egrotus?* Quod loquatur de absolutione Sacramentali, ex subsequenti constat, quia subiungit post pauca. *Quid interst, utrum per poenitentiam, an per lauacrum. hoc ius sibi datum Sacerdotes vendicent? Vnum in utroque mysterium est. Sed dices, quia in lauacro operatur mysterium gratiae. Quid in poenitentia nonne Dei nomen operatur?* Ergo manus impositio cum verbis Sacerdotis, iuxta phrasim illius temporis, significant complementum Sacramenti Poenitentiae.

33 Demum concludit Concilium. *Expleto autem satisfactionis tempore, sicut Sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni restituat.* (Vbi clare supponit post relapsum posse absolui, & communicare, de licentia Sacerdotis.) *Hi vero, qui ad propria vitia, vel infra poenitentiae tempus, vel post reconciliationem relabuntur, secundum priorum canonum seueritatem dammentur.* Canonum seueritas non erat negare Sacramentalem absolutionem: ut desperarent, sed ieiunijs, & poenitentijs, vel excommunicatione coercere, vel ut Apostolus docuit 1. Corinth. 5. ver. 5. *Tradere huiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.* Quod sine poenitentia, & remissione peccatorum, non esse potest, iuxta illud S. Augustini serm. 11. de verbis Domini: *Quis est fructus correctionis, sine vlla spe remissionis?* Vnde ipse S. August. de Fide, & operibus, cap. 26. ait. *Nisi essent, quaedam ita graua, ut etiam Excommunicatione plerenda sint, non diceret Apostolus; Congregatis, &c.* Hanc, simul cum alia expositione huius loci, tradit S. August. lib. 3. contra primam Epist. Parmeniani cap.

1. & subiungit, quod Apost. 2. ad Cor. 2. *Sicut adhibet peccati damnationem, sic cor recto, atque trementi, atque humilianti in Poenitentia cor suum, vult reddere consolationem.*

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrum sint aliqua peccata quorum poenitere non possit homo viator?

§. I. *Qualiter intelligantur, nonnulla scriptura testimonia.*

1 **A**D completam expositionem conclusionum dubij praecedentis, tria videnda restant. Primo qualiter intelligantur nonnulla Scripturae testimonia, quae contrarium videntur sonare: Secundo, utrum sit aliquod peccatum essentialiter irremissibile per poenitentiam? Et an aliqui sint in hac vita ita obdurati, quod non possint poenitere, ut aliqui Patres videntur affirmare?

Circa primum, in generali notatione sunt digna verba Cathedrae sancti Petri Quinti de fructibus Poenitentiae dicentis. Quod autem in Scripturis legimus, quosdam à Domino non fuisse consequutos, quamuis eam vehementer implorauerint: id vero id circo factum esse intelligimus, quod eos vere, atque ex animo delictorum non poenitebat. Quare, cum huiusmodi sententia in sacris litteris, vel apud sanctos Patres occurrunt, quibus videntur affirmare aliqua peccata remitti non posse: Ita eas interpretari oportet, ut *difficilem admodum esse veniam impetrationem intelligamus.* Ut enim morbus, aliquis ea re insanabilis dicitur, quod aegrotus ita affectus sit, ut *salutaria medicina vim oderit.* Sic quodam est peccati genus, quod remittitur, nec condonatur, propterea quod proprium salutis remedium, Dei gratiam, repellit. In hac sententiam à D. Augustino lib. 1. de Sermone Domini in monte, cap. 44. dictum est: *Tanta labes est illius peccati, cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, opugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam inuidia facibus agitur, ut de precandi humilitatem subire non possit, etiam*

si peccatum mala conscientia agnosceret, & annuntiare cogatur. Hæc ibi.

2 Quod est desumptum ex D. Thoma hic art. 1. ubi illa verba Apostoli ad Hebræos 12. ver. 17. dicentis, quod Esau non inuenit poenitentiae locum, quamquam sua lacrymis inquisisset eam. Vbi Glossa Interl. id est, non inuenit locum veniæ, & benedictionis per poenitentiam. Et illud 2. Machabæorum 9. ver. 13. de Antiocho. Orabat autem hic scelestus Dominum, a quo non esset misericordiam consecutus. Hæc inquam sibi obijciens, respondit D. Thomas, quod Esau non vere poenituit, quod patet ex hoc, quod dixit: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter nec Anthiochus vere poenituit, dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei; sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

Auctoritatem S. Augustini exponit D. Thomas quod non possit, scilicet, de de facili, secundum quod dicitur ille non posset sanari, qui non potest de facili sanari. Potest tamen hoc fieri per diuinam gratiæ virtutem, quæ etiam interdum in profundum maris conuertit, ut dicitur in Psalm. 67.

¶ II. De peccato in Spiritum Sanctum.

3 **P**raterea obijcitur. Matthæi 12. ver. 31. dixit Iesus Pharisæis *Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus spiritus autem blasphemia non remittetur. Et qui eumque dixerit verbum contra filium hominis, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Ergo aliquod peccatum est irremissibile in hac vita.

Dupliciter respondet D. Thomas ad 3. Primo, quod illud verbum, vel blasphemia contra Spiritum Sanctum est finalis impoenitentia, ut S. August. dicit serm. 21. de verbis Domini. Quæ poenitentia irremissibilis est: quia post finem huius vite non est remissio peccatorum. Secundo respondet, quod si intelligatur per blasphemiam in Spiritum Sanctum, peccatum, quod fit ex certa malitia, vel etiam ipsa blasphemia Spiritus Sancti, dicitur non remitti, scilicet, de facili: Vel quia tale peccatum non habet in se causam excusationis: Vel quia pro tali peccato puniatur aliquis, & in hoc sæculo, & in futu-

ro, ut in secunda parte expositum est 2. q. 14. per quatuor articulos. Vbi late Expositores, & Theologi cum Magistro in 2. distin. 42. & 43. & interpretes Bibliæ Matthæi 12. Marci 3. v. 28. & Lucæ 12. ver. 10.

Caietanus Matthæi 12. ver. 41. notat, quod non dicit Christus irremissibilis est: sed euentum præcedit, scilicet, quod non remittetur. Quod intellige, regulariter: nam nec diuina potentia, nec diuina misericordia alligata est ad non remittendum spiritus blasphemiam: sed secundum regularem cursum eueniet non remissio, quia comitem semper habebit obstinationem. Cum quo simul memento (ut notat ver. 32. idem Caietanus) quod misericordia Dei est supra omnes regulares cursus: & propterea nulli esse desperandum. S. Augustinus lib. 1. Retract. cap. 19. *De nullo* (inquit) *quamuis pessimo in hac vita constituto, desperandum est, & pro eo non imprudenter oratur, de quo non desperatur.* Similiter S. Ambr. lib. 2. de Poenit. cap. 4.

4 Multi Patres dicunt illum peccare in Spiritum Sanctum, qui cognitam Spiritu Sancto illustrante, improbat, & signa, ac prodigia, virtute Spiritus Sancti facta, tribuit Satanæ. Ita S. Athanasius in libro de hac re, & orat. 2. in Arrianos S. Chrysost. hom. 42. in Matth. S. Basilus in Moralibus Summa 35. cap. 1. & in quæst. breuius disputatis, q. 273. S. Hieronym. epist. ad Marcellam, & Matthæi 12. Vbi S. Hilarius, S. Beda, & S. Ansel. & Theophil. S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 3. S. Patianus epist. 3. ad Sympronianum, quos referunt, & sequuntur Bellarm. lib. 2. de Poenit. cap. 16. Maldonatus Matthæi 12. ver. 31. Quod duo Auctores in hoc displicent, quod ut hanc expositionem statuunt, alias D. Augustini, & Magistri, & D. Thomæ impugnant. Melius Suarez disp. 8. sec. 1. num. 19. Tandem fatetur, quod ad hunc modum accomodari potest ad hanc expositionem communis doctrina Theologorum.

Et certe D. Thomas non quodlibet peccatum ex malitia commissum, dicit in Spiritum Sanctum, sed commissum ex certa malitia. Et horum præcipuum erit, quando ex malitia, & duritie cordis, spiritui malo tribuuntur diuina opera, quæ Spiritus Sanctus ad confirmandam fidem, vel conuertendos peccatores operatur. Explicaturque in istis ver-

bis id quod regulariter, & moraliter, & frequentius accidit. Hocque peccatum non committitur ex ignorantia: & ideo dicitur ex certa malitia, & excusationem non habet. Et quia raro, & difficile dimittitur, dicitur irremissibile. Vnde Diu. Thomas 2. 2. q. 14. art. 1. hanc communem Patrem expositionem, simul cum expositione S. Augustini, & Magistri defendit. Et ad tertium aduertit, quod peccatum ex certa malitia, secundum quod prouenit ex inclinatione habitus, non est speciale peccatum, sed quædam generalis conditio peccati. *Prout vero est ex speciali contemptu effectus Spiritus Sancti in nobis, habet rationem speciales peccati. Et secundum hoc etiam peccatum in Spiritum Sanctum est speciale genus peccati. Et similiter secundum primam expositionem.* Ecce quod expositio quæ nunc ultimo hic relata est, & ibi ad D. Tho. refertur prima, ab ipso non reprobatur; sed ex parte concordatur cum sua expositione, & Magistri. Imò hic tandem approbatur in sol. ad 3. in illis verbis. *Peccatum quod fit ex certa malitia vel etiam ipsa blasphemia Spiritus Sancti.*

5 Verumtamen Petrus Lorca 2. 2. q. 14. art. 3. num. 7. non poenitus acquiescit, ait namque. Urgent tamen verba Marci 3. ver. 29. *Non habebit remissionem in æternis, sed reus erit æterni delicti.* Quæ verba clare significant peccatum illud nunquam fore remittendum. Quæ propter ero existimo, illis verbis non contineri communicationem poenæ, & decretum Dei, quo vniuersum peccatum illud irremissibile asseratur; sed prophetiam annuntiationem eius, quod Pharisæis, & Iudæis calumnia totibus euenturum erat. Quibus reuera cõtigit, quod peccati illius remissionem non obtinuerunt; sed in hoc sæculo, & in futuro puniti sunt. Culpa tamen sua poenitere noluerunt: & iusto Dei iudicio, quo promeritis priuati sunt efficacibus auxilijs, quibus ad poenitentiam conuerterentur: est ergo sententia coartanda ad illa tempora, & personas, cum quibus Christus agebat. Quæ non pronunciat peccatum esse irremissibile, sed non fore remittendum. Quam expositionem etiam indicant Chrysol. & Anselmus Adde, & Caietanus.

6 Si hæc expositio admittatur, cessat argumentum totaliter. Sed vget quod apud Matthæum Christus vniuersalissime loquitur, ut constat ex illis ver-

bis: *Omne peccatum, & ex illis. Et quicumque dixerit: Non ergo est cur sententia saluatoris coartetur ad solos Iudæos, similiter apud Marcum, ver. 28. Amen dico vobis quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blasphemia, quibus blasphemauerint: qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum, non habebit remissionem.* Vbi eadem vniuersalitate quæ affirmat omnibus alijs hominibus, omnia in vniuersum peccata remittenda, si poenituerent, negat remittendam blasphemiam in Spiritum Sanctum. Sed primò non potest coartari ad solos Iudæos. Vnde S. Pacianus epist. 3. retorquet argumentum contra Nouatum dicens. *Aut ego fallor, aut istud exemplum contra te valet: Nam si omne peccatum, & blasphemia relaxabitur, vides veniam poenitentibus non negari. Ergo omne peccatum: ergo ipsa quoque blasphemia.* Ergo neque secundum (quæuis verum sit quod in illis verbis significetur futura æterna damnatio) potest coartari ad solos Iudæos. Quod clarius apparet Luc. 12. ver. 10. ubi Christus Dominus vniuersaliter ait *Et omnis, qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum Sanctum blasphemauerit, non remittetur.*

7 Quæ propter in terminis S. Basilii illa q. 273. hanc euasione præoccupauerat dicens: *Et ea, quæ tunc facta est blasphemia à Pharisæis, ob quos etiam hoc iudicium prolatum est, manifestum est, quod etiam nunc ille blasphemus est in Spiritum Sanctum, qui actiones, & fructus sancti Spiritus contrario desert: id quod plerique facimus probum quidem, sæpe vanaglorie cupidum periculose appellantes: eius vero, qui bonam amulationem ostendit, iram, mentientes: & alia huiusmodi in prauis suspicionibus falso producentes.* Hæc S. Basilus. Ex quo recte infert Cornelius Ianferius Episcopus Gadauensis in concordia euangelica, cap. 49. Quod si cut intelligendum relinquitur, quod non tantum crimina sex, quæ communiter (iuxta D. Thomam 2. 2. q. 14. art. 2.) dicimus peccata in Spiritum Sanctum, hoc nomine, iuxta verbum Domini nuncupando. Ita quamquam de illis sex peccatis Dominus non sit proprie locutus, recte tamen etiam eo nomine appellatur, quod eis communis sit ratio, & malitia, & irremissibilitatis, cum eo peccati genere, de quo hic Dominus loquitur, quia & peculiari ratione sunt contra bo-

nitatem diuinam, ac gratiam Spiritus Sancti: & non facile eorum remissio obtinetur. Eximie etiam hæc appellatio, & irremissibilitas conuenit ipsi impœnitentiæ: ideoque mirum non est illi hunc locum D. Augustinum sapè tribuisse. Quod eo magis fecit, quia de peccato ad mortem, eoque solo Ioannes significat ipsam non remitti. Hæc Iansenius, satis quidem Theologicè, & iuxta mentem D. Thomæ, & S. Augustini.

§. III. De peccato ad mortem.

Vnde aperiatur via respondendi ultimo argumēto, quod de sumitur ex illo 1. Ioann. 5. ver. 16. *Especcatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.* Respondet enim S. Thomas q. 3. de Malo art. 15. ad 3. quod peccatum ad mortem potest intelligi quò aliquis vsque ad mortem perseverat. Et sic pro tali non est orandum, quia suffragia non profunt damnatis, qui sine pœnitentiâ decedunt. Hanc expositionem proposuit D. Thomas propter auctoritatem S. Augustini. lib. 1. de serm. Domini in morte cap. 44. & serm. 11. de verbis Domini, & lib. 1. Retrac. cap. 19. Et lib. de correptione, & gratia, cap. 12. Tenereque videntur S. Hieronymus in illud Ieremiæ 14. *Noli orare pro populo illo.* S. Pacianus epist. 3. S. Gregorius 16. Moral. cap. 28. S. Beda, vtraque Glossa Interlin. & ordin. Hugo Cardinalis, & Lyra. Et Suarez hic disput. 8. sec. 1. numer. 22. dicit ad hunc locum rectè accomodari expositionem illam de peccato finalis impœnitentiæ, quod merito ad mortem dicitur, quia in morte consummatur, & ad mortem dicitur æternam. Et tunc optime, & cum toto rigore dicitur pro eo non esse orandum, quia iam est extra statum salutis.

Sed non caret difficultate. Vnde Soto in 4. dist. 13. q. 1. art. 1. §. *Ad hunc locum* ait. Tamen si fatear hunc mihi sensum quadrare non posse. Nam etsi huiusmodi peccatum irremissibile sit, nemo tamen illud in hac vita cognoscere potest. Quis enim de alio nouerit an sit pœnitentia ante mortem facturus? Ioannes vero peccatum aliquod insinuat, quod homines possent deprehendere. Quomodo ergo dicere potuit ut pro illo peccato nemo oraret, quod nemo nouerit? Nisi forsam de aliquo defuncto con-

staret vita in peccato fuisse de functum: quod vix constare potest. Similem difficultatem obiicit Hugo Card.

Ideirco S. Thomas secundam adhibet expositionem subiungens. Si autem intelligatur peccatum ad mortem, id est, quod ex malitia committitur, sic non prohibetur quin aliquis pro eo oret: *Sed non quicunque*: quia non quicumque est tanti meriti, ut orando ei gratiam impetrare possit: *quia sanatio talis est, quasi miraculosa.* Sicut si diceretur pro suscitatio mortui, non dico ut oret quis pro eo, id est, quicumque sed aliquis magni meriti apud Deum. Hæc expositio S. Thomæ est facillima, & literalis, & præferenda est duodecim, vel tredecim, quæ eiusdem loci circumferuntur expositionibus.

Nec diuersam puto ab ea, quam adhibent ipse D. Thomas q. 24. de veritate art. 11. ad 8. & in 2. dist. 43. in expolitione ad 2. Et tom. 18. super 1. Ioann. 3. (si D. Thomas est eius operis auctor.). Et S. Ambrosius lib. 1. de Pœnitentiâ, cap. 9. dum ait: *Tales igitur peccatores in delictis maximis sunt requirendi. Nam si qui de populo orant, non exaudiuntur.* Et postea subiungit. Non enim Ioannes ad Moysen, & Ieremiam loquebatur, sed ad populum qui suorum peccatorum alium peccatorem deberet exhibere, cui satis est si pro leuioribus delictis Deum precetur, *graviorum veniam iustorum orationibus reseruandam putet.* Toto cap. 8. similiter exponit illud 1. Regum 2. ver. 25. *Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Cum enim hanc scripturam obijcerent Nouatiani, respondet S. Ambrosius. Tamen quid scrupuli ista affert quæstio? Non enim scriptum est: *Nihil orabit pro eo: sed quis orabit?* Hoc est, quis ille sit, qui in tali causa orari possit queritur, non excluditur. Hanc phrasim visitatam in scriptura, probat ex Psalm. 14. & 23. & 82. & Osee 14. & Luca 12. *Similiter igitur accipiendum est. Quis orabit pro eo? Hoc est, singularis vite aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum: quia quo maior culpa, eo maiora sunt querenda suffragia.* Similia S. Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum. Et sequens sensum litteralem, probat Caietanus 1. Ioann. 5. ver. 16. Dixerat S. Ioannes fiduciam in nobis esse impetrandi quicquid petierimus: & quoad nos ip-

fos quidem petentes pro nobis ipsis explicauerat: modo eandem fiduciam explicat relative ad petitionem pro alijs: & temperat fiduciam penes differentiam peccati ad mortem, vel non ad mortem. Nam in Græco habetur *non dico ut roges.* Ecce moderatio fiduciam: non audet Ioannes extendere fiduciam impetrandi vitam alijs peccantibus ad mortem. Nec tamen prohibet orari pro eis: nam non dicit affirmatiue, pro illo dico ut non roges: sed à negatione incipit, *non pro illo dico ut roges.* Memini Bernardi adiungentis: *sed gemas si forte gemitus penetrat, quo oratio non profumit vendere.* Et quod hic videtur *verissimum esse huius loci sensus*, ait Bellarminus lib. 2. de Pœnitentiâ cap. 16. in fine, & alij multi.

Cæterum Soto in 4. dist. 15. q. 1. a. 1. sic ait. *Has ego expositiones Patrum sic veneror, ut tamen sensum paulo differentem mihi videre videat apud Ioannem.* Præmiserat enim dicens, quod quodcumque petierimus secundum Dei voluntatem, obtinebimus ab eo: & ideo orandum nobis esse cum fiducia. Sed quia poterat quis obijcere, sapè nos orare pro illo, qui est in peccato: & tamen frustra: Respondet, quod quando peccatum fratris est ad mortem, non obligamur pro illo orare. Vocat ergo peccatum ad mortem, quando hominem videmus adeo peccatis esse inueteratum, & obstinatum, ut in inimicitijs, aut in concubnatu, aut vsura, aut obstinatissima hæresi, ut quantum prudentia docet humana, nulla spes de illo habeatur. Et tunc non prohibet orare pro illo. Non enim ait: *Nemo oret: Sed non dico*, id est, non præcipio ut roget quis: vel quod admodum est Græce, *ut roges.* Nam quæ admodum supra diximus, nemo potest alteri mereri primam gratiam, nisi merendo illi bonum motum. Et orare pro talibus, est orare pro re difficillima: sed, nihilominus possunt conuerti, ut Paulus precibus Stephani, & Augustinus precibus Matris. Quare sapè est consilium orare pro talibus. Tamen pro Turca raro sint qui orant. Quare Ecclesia pro infidelibus non nisi in die Parasceue orat. Hæc Soto. Cuius expositionem sequuntur Cornelius 1. Ioann. 5. & Lugo disp. 3. sec. 1. n. 9. Licet Sotum non referant,

videturque approbanda, ut maior explicatio expositionis S. Ambrosij, & Diuini Thomæ.

§. IV. Vtrum dari possit peccatum irremissibile essentialiter?

Circa secundum, respondet Lugo disp. 8. sec. 1. nu. 4. dicens. Si non loquamur de peccatis solis, quæ de facto fieri possunt, sed de alijs, quæ in alia rerum serie, & non iuxta hæc leges diuinæ providentiæ fieri possunt, non apparet repugnantia in eo quod aliquod esset peccatum, cui per suam essentialitatem repugnaret per pœnitentiâ auferri. Potuisset enim Deus, saltem de potentia absoluta, nolle remittere peccatum homini, etiâ pœnitenti: & potuisset hoc suum decretum alicui reuelare, ita ut homo obligatus esset ad illud credendum. Quæ causa, si homo culpabiliter nolle credere illi reuelationi sufficienter proposita, peccaret grauius contra fidem. Et illud quidem peccatum, ex suis principijs intrinsicis esset irremissibile per pœnitentiâ. Nam si posset remitti, posset esse falsa reuelatio Dei, de non remittendo villo peccato homini pœnitenti: Si enim remitteretur, fallax esset quod nunquam esset remittendum. Cum ergo essentialiter repugnet poni illud peccatum, & subsequi eius remissionem, fatendum est illud peccatum per sua prædicata intrinseca tale esse, ut nulla pœnitentiâ posita possit auferri.

De facto tamen illud peccatum non potest poni, quia Deus de facto non habet tale decretum, sed aliud decretum contrarium, scilicet, de remittendo quolibet peccato homini pœnitenti. Ergo non potest Deus de facto reuelare illud, primum decretum: neque homo potest de facto peccare non credendo tale reuelationem. Possent quidem de facto aliquis ex ignorantia, & conscientia erronea existimare, Deum habere tale decretum, idque reuelasse, & obligare ad id credendum. Possent etiam aliquis ex eadem conscientia erronea existimare, quod id sit prædictum creditibile, adhuc nolle id credere, atque adeo peccare in eiusmodi incredulitate. Illud tamen peccatum non esset per pœnitentiâ irremissibile: sed posset, de facto remitti, quia posset homo agnita veritate, dolere de peccato à se commisso per conscientiam erroneam. Et tunc obtineret proculdubio eius peccati veniam. Hæc ibi

Afferendum tamen est, contradictio-
nem implicare dari peccatum ex suis prin-
cipijs intrinsicis irremissibile: & ita fieri
non posse, nec de potentia absoluta. Hac
Theologi omnes supponant; quamvis
in quaestionem non vertant. Supponit D.
Thomas in 4. dist. 43. q. 1. art. 4. ad 5. di-
cens: *Quodcum dicitur peccatum irremissi-
bile, non priuatur potentia absolute ad re-
missionem: sed magis aptitudo, vel facilitas
quadam.* Rationem indicat S. Thomas
in Compendio Theologiae ad Reginal-
dum Opusc. 2. cap. 144. dicens: *In q̄s, quae
supra naturam aguntur, possibile, & i. . .
possibile attenditur secundum potentiam
diuinam: non secundum potentiam natura-
ralem.* Quod enim caecus illuminari pos-
sit, vel mortuus resurgere: non est natu-
ralis potentiae, sed diuinæ. Dona autem
gratuita sunt supernaturalia. Quod igitur
ea aliquis consequi possit, ad diui-
nam potentiam pertinet. Dicere igitur
quod aliquis post peccatum gratuita do-
na consequi non possit, est diuinæ pot-
entiae derogare. Gratuita autem dona si-
mul cum peccato esse non possunt: cum
per gratuita dona homo ordinetur ad
finem, a quo per peccatum auertitur. *Di-
cere igitur peccata irremissibilia non esse,
diuinæ potentiae contrariatur.* Eandem ra-
tionem indicat D. Thomas hic art. 1. &
ex professo libro 3. contra Gentes, cap.
156. per totum, sed præcipue ratione sex-
ta assumit, quod non est aliqua potentia in
anima humana, quae non sit reducibilis in ac-
tum per potentiam actiuam diuinam. Vnde
inde probet, quod auxilio gratiae homo
potest consequi remissionem peccato-
rum. Hinc est quod dicitur Isaia. 1. ver.
18. *Si fuerint peccata vestra sicut coccinum,
quasi nix dealbabitur. & si fuerint rubra
quasi vermiculus, velut lana alba erunt.*

14 Ratio ergo sic formatur. Vt pec-
catum aliquod sit ex suis predicatis in-
trinsicis irremissibile, est necessarium di-
cere, quod in Deo non sit potentia ad
illud remittendum. Sed hoc contradi-
ctionem implicat. Ergo etiam impli-
cat contradictionem, quod datur aliquod
peccatum ex suis predicatis intrinsicis
irremissibile. Ergo id fieri repugnat, etiã
de potentia absoluta Dei. Maior proba-
tur: quia ut dicit S. Thomas in Compen-
dio Theologiae cap. 146. *Peccata remitte-
re solus Deus potest: culpam enim contra ali-
quem commissam ille solus remittere potest
contra quem committitur.* Afferit S. Tho-
mas lib. 3. contra Gentes cap. 177. art. 33.

illud Isaia 43. ver. 25. *Ego sum, ego sum ip-
se, qui deleo iniquitates tuas propter me, &
peccatorum tuorum non recordabor.* Ergo
potest dici peccatum irremissibile, nisi
negata Deo potentia ad illud remitten-
dum.

15 Dices, Deum posse illud remit-
tere condonando gratis, sed non remit-
tendo per poenitentiam, & retractatio-
nem peccatoris. Hoc iam reiectum est ex
D. Thomae hic art. 1. quia per hoc dero-
garetur virtuti diuinæ gratiae, per quam
moueri potest cor cuiuscumque peccatoris
ad poenitendum secundum illud Prou.
21. *Cor Regis in manu Dei, & quocumque
voluerit inclinabit illud.* Et S. Augustin. in
Enchir. cap. 98. *Quis ista desipiat, ut dicat
Deum malas hominum voluntates, quas
voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, non
posse in bonum conuerti?* Quae ponderata
sunt 2. p. Metaph. controu. 11. artic. 6. &
num. 137.

Iterum dices, hæc procedere de lege
ordinaria, & rebus ut nunc; non autem
in alio ordine rerum, & de potentia ab-
soluta.

16 Sed contra. Aliud est dicere aliquod
peccatum non est remittendum; aliud
asserere, aliquod peccatum non est remissi-
bile ab intrinseco, & essentialiter. Primū
denotat decreta libera Dei, secundū de-
notat essentiam peccati. Quod Deus sta-
tuat remittere, vel non remittere pecca-
ta, cum istis, vel illius conditionibus, po-
test variari in hoc, vel illo ordine rerum,
quia ex eius libera dispositione dependet.
Quod vero ipse solus sit principalis cau-
sa remissionis, hoc variari nequit: quia
est peccatum mortale essentialiter auer-
sio a Deo, & offensa Dei, & offensam co-
tra Deum commissam; ipse solus remit-
tere potest. Quod voluntas viatoris non
est obstinata in malo, sicut voluntas dam-
natorum, hoc pertinet ad præsentem dis-
positionem. Et tamen Deus valet omnes
homines etiam obstinatos, & ipsos Doe-
mones conuertere. Vnde Dæmonū pec-
cata sunt remissibilia de potentia abso-
luta, & irremissibilia de lege ordinaria.
Sed tamen asserere aliquod peccatum
esse ab intrinseco essentialiter irremissi-
bile per poenitentiam, est minuere effica-
ciam omnipotentiae, & gratiae.

17 Denique probatur ex facili solu-
tione argumenti contrarij. Admittimus
enim casum, quod Deus decerneret nullū
peccatum remittere: & quod reuelaret
hoc decretum eū obligatione credendi,
vel

vel fide priuata, vel fide vniuersali theo-
logica: & quod peccaret quis mortaliter
non credendo. Illud quidem peccatum
mortale vere diceretur nunquam esse
remittendum: quia in Deo supponimus
esse decretum absolutum, & eadem ne-
gandi remissionem omni peccato: & sic
verificaretur reuelatio. Sed decretum non
est, nec esse potest, quod peccatum illud,
non sit ab intrinseco irremissibile, nec hoc
sequitur ex illis decretis sic positus, & re-
uelatis. Quod sit manifestum: nam de fa-
cto omnium reprobatorum est reuelata fi-
nalis impoenitentia: & quod eorum vlti-
ma peccata non remittentur: & tamen
remissibilia sunt: quia ut ex S. August. de
Præd. & gratia cap. 6. & 9. docet D. Tho-
mas. 1. p. q. 23. art. 3. ad 3. reprobatio Dei
non subtrahit aliquid de potentia re-
probati. Vnde licet aliquis non possit
gratiam adipisci, qui reprobat a Deo:
tamen quod in hoc peccatum, vel illud
labatur, ex eius libero arbitrio contingit.
Vnde & merito sibi imputatur in culpā.
Secundo in Scriptura sacra est reuelatum
quod Antichristus damnabitur, ut erudi-
te probat Maluenda lib. 13. de Antichri-
sto à cap. 3. vsque ad 7. Et tamen eius pec-
cata remissibilia sunt: & impoenitentia
imputabitur ad peccatum. Similiter Iu-
dæi, de quibus Christus Ioan. 8. ver. 21. *In
peccato vestro moriemini:* erant reprobi, &
obstinati in malo: & ita de præsciencia ab-
soluta interpretantur S. Aug. trac. 38. in
Ioā. S. Greg. hom. 18. in Euang. S. Chris-
t. S. Beda, & S. Th. in Car. & Ioan. 8. lec. 3.
Lyra, Caiet. & Maldonatus. Et tamē dū
erant viatores peccata eorum erant re-
missibilia absolute: & nūc in Inferno pec-
cata omnium damnatorū sunt remissibi-
lia de potentia absoluta. Tertio, hoc cō-
stat: nam multi Patres, & Theologi illa
verba Marc. 3. v. 29. *Non habebit remissio-
nem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti:*
exponunt de prædicatione absoluta decre-
ti illius peccati nunquam remittendi. Et
tamen nullus vult admittere illa pecca-
ta, de quibus loquitur, esse irremissibilia
simpliciter, & ab intrinseco: Ergo quod
Deus in alio ordine rerum decerneret
nullum peccatum remittere in hac vi-
ta, sicut nullam remittit in Inferno, non
probat dari aliquod peccatum essentia-
liter, & ab intrinseco irremissibile: sed so-
lum dari peccata nunquam remittenda,
vel sicut de facto plura non remittuntur
vel propter vniuersalem legem nullum
remittendi, sicut in alia vita: vel propter

rea quod eis negatur auxilium ut cō-ue-
tatur, vel quia ex natura illius status sunt
obstinati in malo.

18 Solū ergo, supposito decreto illo,
peccatum esset irremissibile necessitate
ex suppositione, & consequenti; non vero
irremissibile esset ab intrinseco, & necessi-
tate simpliciter, & antecedente. Et qua-
stio non est, an illud peccatum dimittatur,
vel sit remittendū; sed an possit ab intrin-
seco remitti de potentia absoluta? Quod
diuersum est. Vnde ad aliud intentum.
S. Augustinus de natura, & gratia, cap. 7.
ait: *Non est autem consequens. ut quod esse
potest, etiam sit. Quia enim Dominus Laza-
rum suscitauit, sine dubio potuit. Quia vero
Iudæi non suscitauit, nunquid iecundum est,
non potuit? Potuit ego, sed noluit. Nos de
sola possibilitate tractamus.*

19 Vnde, & Ouedo controu. 53
de Anima, punct. 6. num. 5. & 1. 2. tract.
8. controu. 4. punct. 8. nostram, & com-
munem tenens sententiam, argumento
contrariæ dupliciter responder. Primo
peccatum illud infidelitatis, quod com-
mitteretur in illo casu, non habiturum
connexionem essentialem cum reuela-
tione: quia idem peccatum posset com-
mitti ex conscientia erronea, qua quis si
bi certo persuaderet existere illam reue-
lationem, & esse sufficienter applicatā,
quando talis reuelatio non existeret:
quia quamvis quasi materialiter, & quasi
physice, peccatum foret diuersum: ta-
men quoad imputationem eadem for-
malis malitia esset in utroque casu. Sed
quicquid sit de connexionem, illa admis-
sa, secundo responder, adhuc peccatum
illud non esse dicendū intrinsicè irremi-
ssibile: quia immediatè, & per se ipsū nō
magis repugnaret remissioni, quā quod-
libet aliud. Sed tantum haberet conne-
xionem cum reuelatione, cui per se ip-
sam repugnaret coniungi cum remissio-
ne peccati; non ratione peccati, sed ra-
tione veracitatis diuinæ, seu veritatis in-
trinsicæ reuelationis. Qua propter si re-
uelatio illa posset falsificari, peccato illi
specialiter non repugnaret remissio, nec
illi magis violenta esset, quam cui libet
alij peccato. Sed nostra solutio cla-
rioribus terminis facilius argu-
tatem.

S. V. Vtrum aliqui peccatores careant auxilijs sufficientibus ut possint poenitere?

20 **C**irca tertium refert Soto in 4. dist. 15. q. 1. a. 1. §. Sed praeter, quod Richardus Armachanus lib. 9. de quest. Armenorum, cap. 27. contendit probabile esse secundum Scripturam aliquod esse irremissibile peccatum, in hoc sensu, quod sicut Deus confirmat aliquos in bono, ut Apostolos, quae quidem confirmatio non fuit ablatio liberi arbitrij, sed irrevocabilis lex ut numquam peccarent mortaliter. Sic sunt quorundam peccata firmata lege, veluti peccata Daemoniorum irremissibilia. Gregorius etiam Ariminensis in 1. dist. 46. q. unica & dist. 47. docet, quod non solum ob multa peccata actualia, & in poenam eorum, sed etiam propter solum originale denegasse Deum multis hominibus auxilia sufficientia. Multi alij Theologi docent, multis peccatoribus in poenam praecedentium peccatorum actualium, denegare Deum auxilia sufficientia, & ita esse obstinatos, & obduratos, ut non possint veram agere poenitentiam, & exire a statu peccati. Ita Henricus Quodlib. 8. q. 5. lit. G. Abulensis in Exod. cap. 4. q. 12. Et in Deut. c. 2. Michael Medina de recta in Deum fide, lib. 3. cap. 1. Ambr. Cather. Opusc. de Praed. & repro. Rossensis art. 26. contra Lutherum. Villegas 1. p. contr. 16. disp. 2. posteriori, cap. 3. Et probabile iudicat Ruardus Taper art. 7. Imo. §. Procedunt autem, sic ait: *Mibi quidem certum est, non omnibus, & singulis semper ad esse huiusmodi auxilium, quo opus est, ut convertatur, aut converti possit peccator. Et hanc esse sententiam Beati Augustini, &c.* Probant proximo ex sacra Scriptura. Ecclesiastes 7. ver. 14. *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit.* Iosue 11. ver. 20. *Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum:* Ioannis 12. ver. 39. & 40. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias cap. 6. ver. 10. Excacavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & sanentur eos.*

21 Secundo probant Patrum auctoritate: sed praecipue S. August. In lib. expof. epist. ad Rom. c. 62. loquendo de Pharaone, ait: *Nemo ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperavit, quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat: sed quia talem se praeiuit cui cor obduraretur.* Ergo propter priora peccata fuit Pharaon auxilijs sufficientibus ita destitutus ut excusetur ab illo peccato. Unde idem S. de Corrupt. & gratia, cap. 11. loquendo de adiutorio sine quo homo permanere non potuisset docet, *quibus deest adiutorium Dei, poenam esse peccati.* Rationemque assignat libro de perfec. iustitiae respons. 15. *quia si potest vitare, praesens voluntas hoc facit: si autem non potest praeterita voluntas hoc fecit.* Quod, & docet lib. 1. Retrac. cap. 15. Fauetque de Praed. sanc. cap. 6. & 8. & de bono perseverantiae, cap. 8. & alibi saepe.

S. Ildorus lib. 2. de summo bono, cap. 15. *Nemulli, ait, ita a Deo despiciuntur, ut deplorare sua mala, non possint.* S. Gregor. lib. 11. Moral. cap. 5. *Cain (inquit) divina vocem admoneri potuit; mutare non potuit: quia exigente culpa malitia, iam intus Deus cor relinquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat.* Similia lib. 31. Mor. cap. 11. Et S. Bernard. de fallacia huius saeculi loquendo de Pharaone. S. Prosper lib. ad obieg. Vincent. ad 7. S. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 13. & alij.

Tertio arguunt ratione. Quia peccata totum hoc & amplius merentur: expeditque ita fieri ad ostensionem divinae iustitiae, & ad terrorem ne alij tam frequenter peccent. Et confirmatur primo. Nam saepe acerbiori poena punit Deus peccatum, ut interficiendo actualiter peccantem. Vel vitium demergendo in infernum: Sicut Numer. 16. v. 33. *Datham, & Abiron, Descenderunt vivi in infernum operibus suis.*

Confirmatur secundo ratione iam insinuat, quia Apostolos, & alios Deus ita confirmat ut peccare non possint: ergo pariter alios ita deserit, & obdurat in peccatis ut resurgere non possint. Consequens est manifesta: nam vira haec est via, quia liberum arbitrium flexibile est ad bonum, & ad malum: sicut ergo firmare in bono, ut peccare nequeat, non extrahit confirmatos in gratia a statu viatorum, ita nec oblatio in malo, ut poenitere nequeat, extrahet peccatores a statu viatorum. Et Deus aequus est iustus, ac misericors: quia sicut est ipsa

Dub. 2. An sint aliqua peccata quorum non possit esse Poenitentia. 185

ipsa misericordia, ita est ipsa iustitia: & ut dicitur Psal. 65. ver. 5. *Terribilis in conspectibus super filios hominum.* Et hoc verificari videtur in casu relato a D. Gregorio lib. 4. Dial. cap. 38. de Crisostomo, qui moriturus vidit Daemones eius animam ad inferna rapturos. Et Petrus Cluniacensis lib. 1. Mirac. cap. 25. refert quandam criminofum Sacerdotem, qui moriturus dixit se iudicatum, & aeternae poene damnatum, nec orationem pro ipso amplius prodesse. Vide in Theatro vitae humanae verbo Infernus folio 216. alia exempla.

22 Nihilominus Soto in 4. sent. dist. 15. vbi supra, loquendo de sententia Armachani, ait. Quare huiusmodi error, non solum est a veritate evangelica alienus, verum, & hominibus perniciosissimus, si quis talem de Deo suspicionem haberet. Aequi parat enim viuentes homines infernalibus Daemonibus, atque adeo in scopum desperationis adigit eos. Afferit multa Scripturae testimonia, de quibus supra, & concludit. Quo circa error iste blasphemus est, & iniurius in Christum, & eius passio nem: nam si aliquid esset irremissibile peccatum, non fuisset uniuersalis redemptor. Postea §. Contra hanc, ut argumenta diluit, notat, quod inter auxilia specialia sunt gradus. Est enim auxilium orationis, quod per se absq. alio sufficit ut resurgat. Quod quidem Deus semper cuique homini, etiam sceleratissimo, offert: de quo Apoc. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso.* Sed est aliud praeterea excellentius auxilium, quo homines in profundum malorum collapsi, indigent, ut resurgant. Et hoc non semper Deus illis offert: sed est quasi miraculum, ut respiciant: ut apparuit in Pharaone, & in Babylonicis, de quibus legitur Ieremiae 51. ver. 9. *Curauimus Babylonem, & non est Sarata; derelinquamus eam, & eamus unusquisque in terram suam: quoniam peruenit usque ad caelum iudicium eius.* Et in hoc sensu dicuntur excacati non posse credere.

23 Praeterea idem Soto lib. 1. de natura cap. 18. col. 4. multis argumentis probat neminem in hac vita destitui auxilijs sufficientibus. Enim vero (inquit) si Deus ita quempiam auxilio destitueret, cui statuisset nunquam opitulari, quo modo verum esset, quod *vult omnes homines saluos fieri?* Neque esset communis sol de se illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, qui modo animum non occluserit. Neque verum in uniuersum haberent de omnibus hominibus voces illae

euangelicae: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos. Et poenitentiam agite.* Et, *conuertimini ad me in toto corde vestro.* Et, *Deus non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & ego sto ad ostium, & pulso, &c.*

Et confirmatur. Si ita de Deo fas esset opinari, liceret homini scelestissimo ambigere, taliter ne esset a Deo in peccatum derelictus. Quia propter neque esset cur tantopere reprehenderetur: aut desperatio Iudae, aut blasphemia illa Cain Gen. 4. ver. 13. *Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear.*

24 Praeterea Cum homo non plus valeat a culpa sine speciali fauore, & ope Dei exurgere, quam sine pedibus ambulare, aut sine oculis, vel lumine videre, non intelligo cur culpae magis daretur peccatori illi, ita a Deo excacato, aut destituito, non respicere, quam caeco non videre, aut compedito non ambulare? Licet esset poena commissa culpa. Hoc quippe ab illis, qui in infernum detrusi sunt, distamus in hac vita, quod dum viuimus, viatores sumus. Ratio autem viae haec est, ut nemo sit ita firmatus in gratia, cui praeter priuilegium non imminet periculum decidendi: neque sit villos a Deo ita longe ab alienatus, cui non sit paratissimum suppetias ire; nisi culpa sua gratiam respuerit. Alioquin intelligibile non est, quomodo id quod homo ille derelictus faceret, esset peccatum noua poena dignum. Ut ibi late profequitur.

25 Idem docet Petrus Soto sec. 5. de Poenit. probans auctoritate D. Aug. lib. 2. de pecc. meriti. cap. 6. & 17. Sequitur Andreas Vega libro 13. super conc. cap. 13. Vazquez 1. p. disp. 97. Suarez de Poena disp. 8. sec. 2. conc. 3. Et lib. 3. Auxil. cap. 6. & lib. 4. de Prou. cap. 3. n. 11. Bella. lib. 2. de Gratia & lib. arb. cap. 5. Valentia q. 3. de Gratia puncto 3. §. 1. Ripalda to. 2. lib. 5. de Ente supern. disp. 111. sec. 3. & 4. Auesca 1. p. q. 23. de Prouidentia superna naturali Dei sec. 6. & alij Probant auctoritate S. August. de Poenit. medicina cap. 5. Vbi ait. *Quicquid feceris, quaecumque peccaueris, adhuc in hac vita es, unde te Deus, si sanare nollet auferret.* & lib. ad art. falso sibi impositos art. 15. lib. de Praed. & gratia. cap. 14. clarissime fauet dicens. *An forte, si pie de Deo, sicut expectat, sentiamus; etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus, patientia enim Dei ei valere debuit ad salutem, qua differens istum, meritumque supplicii, miraculorum verbera crebra aemulabat. Nam*

quid non potuit, sicut flagellis cedens expul-
sit populum; ita miraculis credens Deum
tantae virtutis agnoscere? Et alibi sapē.
Similia S. Prosper de vocat. gentium, &
ad obieq. Vinc. resp. 25. S. Fulgent. epist. 7
S. Cyr. lib. 4. epist. 2. & ad Demetrianum.
Quando istinc excessum fuerit, iam non erit
locus poenitentiae: hic vita aut amittitur,
aut tenetur, neque quisquam, aut peccatis
retardatur, aut annis. Quod & docet ser.
de Passione, & ablutione pedū. S. Chris-
tom. 4. de Lazaro, & in Panareti de poen.
& ser. 16. super ad Rom. 9. S. Greg. hom.
11. in Ezeq.

26 Ratio à priori (inquit Suarez
num. 11.) est diuina promissio, orta ex
misericordia, & fundata in iustitia
Christi. Quam confirmat num. 14. quia
in hac vita numquam cessat praeceptum
poenitendi, & praeceptum etiam speran-
di, quibus repugnat talis priuatio, seu
caerentia totius auxiliij.

Propter vtriusque extremae senten-
tiae grauiissima argumenta, excogitatae
sunt aliae mediae, quibus extremarum ri-
gor temperaretur. Bañez 1. p. q. 23. art.
3. dub. 3. post quintam conclusionem
clarissime, vt asolet, quaestioni respon-
det notando, quod hoc verbum, dare,
in communi modo loquendi solet esse
æquiuocum: ita vt vno modo accipiatur
prout est correlatiuum cum verbo re-
cipere. Vt verbi gratia, si quis pecunias
se dedisse dicat alicui; statim colligi-
mus, quod alius recepit pecunias. Alte-
ro modo dare accipitur pro hoc quod
est offerre aliquid alicui, inuitado ipsum
vt recipiat, vt si Petrus dicat Paulo, do
tibi filiam nuptui, hoc est, inuito vt acci-
pias eam in uxorem.

27 Quo praemisso, in sexta conclu-
sione ait. Si dare accipiatur secūdo mo-
do, pro hoc quod est, offerre, seu propo-
nere, vel in communi inuitare, sic Deus
omnibus hominibus dat supernaturale
auxilium sufficiens ad salutem omnium.
Quod dicit certum secundum fidem ex
illo Ioann. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt
Filium suum unigenitum daret. Et 1. Ioā.
2. Dedit pro omnibus Sacramenta, &
Euangelium; & haec omnia vt dicitur
Luca 2. Quod parasti ante faciem omnium
populorum, id est, ad omnium illumina-
tionem, & salutem. Octaua autem con-
clusionone ait. Si vtamur verbo, dare, vt est
correlatiuum verbi accipere, Deus non
dat omnibus hominibus, etiam venien-
tibus ad usum rationis, auxilium super-

naturale gratiae preparantis, vel ad cre-
dendum, vel ad poenitentiam agendum.
Probat ex D. Thoma 2. 2. quest. 10. art.
1. & communi Theologorum admira-
tionem adhuc post promulgatum Euā-
gelium, aliquos excusari a peccato in-
fidelitatis propter ignorantiam inui-
cibilem. De quo iam diximus capit. 2.
Theolog. Mor. q. 12. §. 4. num. 15. aduer-
tendo à tribus Summis Pōtificibus pro-
hibitam propositionem 68. Michaelis
Baij. Infidelitas pure negatiua in his, qui-
bus Christus non est predicatus, peccatum
est. Ita probat Bañez ex D. Thoma 2. 2.
q. 2. art. 5. ad 1. referente S. Augustin. de
cor. & gratia, cap. 5. & 6. Estque doctri-
na S. Bedae lib. 1. in Cant. cap. 5. vt dixi-
mus, cap. 11. Theol. Mor. q. 1. n. 14.

28 Hanc doctrinam M. Bañez frequen-
ter sequuntur Thomista, qui post cum
scripserunt. Nuño hic q. 86. art. 1. dub. 1.
Araujo art. 2. dub. 1. Alvarez lib. 11. de
Auxilijs disp. 112. conc. 3. dicens satis cō-
munem inter Thomistas, & expressam
S. Augustini, & D. Thomae, Ioannes Gō-
calez Aluelda 1. par. q. 23. disp. 77. sec. 3.
conc. 2. Ioannes à S. Thoma ibi disp. 10.
art. 3. à n. 30. vsque 37. qui probat: nā mul-
ti paruuli in maternis uteris moriuntur:
& non sunt capaces illius remedij per
quod secundum legem communem par-
ticipes Baptismi, & passionis Christi ef-
ficiantur, à qua est remissio peccatorū:
quia non possunt subijci operationi mi-
nistrorum Ecclesiae, per quos talia reme-
dia ministrantur, vt docent D. Thom. in
4. dist. 6. q. 1. ar. 1. ad 1. & S. Prosper carm.
de in gratis, cap. 30. & S. Aug. de natura
& gratia cap. 7. & 8. Adulti etiam existē-
tes in peccato mortali, solent infirmitate
incurabili priuari vsu rationis: & sic
mori. Vnde cum sit incapax operandi,
priuatur auxilio sufficienti. Sicut etiam
infideles negatiue, cum in incognitum
nō possint amore affici, non possunt cre-
dere. Pro praecipis autem supernatura-
libus adimplendis, cum praecipia instā,
dantur auxilia sufficientia semper quid-
dem à Deo parata, & oblata; non tamē
semper in nobis recepta; cōformiter ad
doctrinam D. August. de gratia, & libr.
arbit. cap. 16. & Conc. Trid. sess. 6. cap. 11.
Et licet cognoscant, vel ignorantia af-
fectata nolint cognoscere instare praē-
ceptum, peccant: quia in voluntate non
recipiunt adiutorium, aut vires ad operā-
dum: quia plerumque aut voluntas est in-
firma, & suis cupiditatibus victa: aut ita ob-

obdurata, & pertinax, vt de industria di-
cat Deo: Recede à nobis, scientiam viarū
tuarum nolumus: & vt aliter Pharao re-
pondeat sibi proponenti praēceptū Deo:
Nescio Dominum, & Israel non dimittam.
Exod. 5. Et de talibus dicit S. Aug. lib. 5.
contra Iul. cap. 5. Reos fieri, ac vere pecca-
re eos, qui deserti à Deo, suis cupiditatibus
seruiant, & à Diabolo superantur. Quod
rotum videtur docere Caietanus, Ioann.
12. v. 40. nam dicit, quod excacatio est
priuatio potentiae videndi, hoc est, auxiliij
gratuiti in intellectu, quo posset mentis
oculis videre: & duratio est priuatio gra-
tiae praeuenientis in voluntate: & has p. e.
nas incurerunt Iudaei propter eorū pec-
cata: nam Deus non est prius ultor, quā
homo sit peccator.


29 Solis verbis ab ista sententia dif-
crepat Lugo disp. 8. de Penitentia sec. 11.
à n. 12. vsque 42. dicens certum videri nō
omnes peccatores habere de facto post
peccatum potentiam proximam ad poe-
nitentiam concipiendam. Quod quidem
experientia manifestū est: vidimus enim
multos in ipso actu peccati repentina
morte perire, vel etiam in somno mori:
sicut autem à causis naturalibus proue-
nit impotentia, potest etiam proueni-
re à distractione, vel involuntaria, vel
voluntaria. Potest etiam cōcedi aliquos
carere potentia morali proxima ad poe-
nitentiam, & conuersionem supernatura-
lem, qui tamen habent potentiam re-
motam ad illam: quia si cōsentirent mo-
tibus, quae habet ad aliquem actum bonū
naturalem, & quem moraliter possunt
elicere, Deus daret illis motiua propor-
tionata ad actum poenitentiae superna-
turalem. Sicut etiam infidelibus lumen
ad amplectendam fidem supernaturalem,
si obseruarent praēcepta naturalia, quae
lumine naturali cognoscunt. Vnde de
quolibet peccatore obdurato, quandiu
viuit, dici potest, quod dum cogitat de
conuersione, potest cōverti: quia si facit
quantum potest moraliter, Deus dabit
illi cogitationes, & auxilia, quibus im-
mediatē, & proximē moraliter possit
circa ipsam poenitentiam, & conuersionem,
& prauam dispositionem, est illi mora-
liter impossibile.

30 Placet haec tertia sententia, quia
per has distinctiones facile arguuntur
soluuntur. Non parumque fauet S. Hier.
epist. ad Cresiph. & Conc. Trid. sess. 6.
cap. 11. illis verbis. Deus impossibilia non

suber: sed iubendo monet, & facere quod pos-
sis, & petere quod non possis, & adiuuat vt
possis. Vnde cōstat aliqua esse praēcepta,
quae non possumus per nos impiere, nisi
petendo a Deo adiutorium quo possumus
implere. Et etiam quia est ad mētem D.
Thomae loci citatis. Praecipue notanda
illa verba D. Thomae 2. 2. q. 2. art. 5. ad 1.
ubi ait, dicendū: Quod si in potestate homi-
nis esse dicatur aliquid excluso auxilio gra-
tiae: sic ad multa tenetur homo, ad quae non
potest sine gratia reparante, sicut ad dilige-
ndum Deum, & proximum: & similiter ad
credendum articulos fidei. Sea tamen hoc po-
test esse cō auxiliij gratiae. Quod quod de auxiliij
quibuscumq; diuinitus datur, misericorditer
datur: quibus autem non datur, ex iustitia
non datur, in poenam praecedentis peccati. &
saltem originalis peccati, vt Augul dicit in
lib. de corrept. & gratia. Ecce D. Thomae
quod ipsum auxilium sufficiens, requisitū
ad hoc quod actus sit in potestate ho-
minis, & dans posse, non temper est in-
trinsicē receptū, sed solum oblatum, sicut
existēt in peccato mortali offertur gra-
tia. Et quod ad hoc vt quod in se est fa-
ciat, etiam requiritur auxiliū gratiae, vt
probat D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 6. & ar-
4. ad 2. & art. 5. Patet etiam hoc auxiliū
non omnibus dari, & tamen iuste prop-
ter praecedentia peccata. Vnde D. Tho-
mas in 3. contra Gentes, c. 160. ait: Quā-
uis autem illi qui in peccato sunt, vitare
non possint per propriam potestatem
quin impedimentum gratiae praesēt, vel
ponant (vt ostenderat cap. praecedente)
nisi auxilio gratiae praeueniantur: nihilominus
tamen hoc eis imputatur, ad culpam,
quia hoc de se est ex culpa praecedente in eis
relinquitur. Sicut ebrius, ab homicidio
non excusatur, quod per ebrietatem
committit, quā sua culpa incurrit.
Postea cap. 162. exponens id quod de
induratione Pharaonis habetur Exodi
10. & quod de excacatione Iudaeorum
dicit Itala cap. 60. & capit. 63. ver. 17.
Quare errare nos fecisti Domine de vjjs
tuis; indurasti eor nostrum ne time-
mus te? Et illud ad Roman. 1. ver. 28.
Tradit illos Deus in reprobum sensum,
vt faciant ea, quae non conueniunt: Sub-
iungit S. Thomas: Quae omnia secundum
hoc intelligenda sunt, quod Deus aliquibus
non confert auxiliū ad vitandum pecca-
tum, quod alijs quibusdam confert. Hoc au-
tem auxiliū est non solum infusio gratiae, sed
etiam exterior custodia, per quam occasio-
nes peccandi homini ex diuina providentia
tol-

tolluntur, & provocantia ad peccatū comprimentur. Et in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. q. 2. cum obieciſſet quod Gloſſa Exodi 7. exponēs illud: *In duratum eſt cor eius: ait, quod ita in duratum eſt cor eius, quod nihil poterat fieri acceptabile Deo: Respondet D. Thomas ad 1. quod tunc dicitur Pharaon non potuiſſe, non quia omnino non potuerit: ſed propter ſiſtentionem obſtinatæ voluntatis ad malum; in quam incidit divina gratia deſertus. Vbi non eſt ſermo ſolum de denegatione auxilij effiſcatis: quia auxilia effiſcacia omnibus, qui mortaliter peccant, non dantur: nam ſi conferrentur ad vitandum peccatum, de facto non peccarent: & tamen non omnes, qui peccant, dicuntur excæcati, & indurati, & dati in reprobum ſenſum: Ergo iſti adhuc carent auxilijs ſufficientibus, quibus proxime poſſint. Vnde ipſe Suarez illa ſec. 3. n. 23. fatetur aliquos homines ita eſſe diſpoſitos, & prave affectos ut cum ordinaria providentia moraliter ſit illis diſcillimum conuerti. Et Soto diſt. 15. illo §. *Contra hanc*: docet in excæcatis, & obduratis nō ſufficere auxilia ſupernaturalia ordinaria; ſed requiri excellentius auxilium: *Et quod hoc non ſemper illis offert; ſed eſt quaſi miraculum ut reſpiſcant.* Ergo moraliter eſt impoſſibile ut conuertantur: & ita carent immediatis, & proximis intrinſecis auxilijs ſupernaturalibus ſufficientibus. Vnde D. Thomas lib. 3. contra Gentes cap. 161. ait. *Quod ſicut Deus non omnes cæcos illuminat, nec omnes languidos sanat, ut & in illis, quos curat, opus virtutis eius appareat, & in alijs ordo naturæ ſeruetur: ita non omnes, qui gratiam impediunt, auxilio ſuo prouent ut auertantur à malo, & conuertantur ad bonum: ſed aliquos in quibus vult ſuam miſericordiam apparere, ita quod in alijs iuſtitia ordo manifeſtetur.* Affert verba Apoll. ad Rom. 9. videndus ibi S. Thomas ſec. 4.*

(1)



DVBIVM TERTIVM.

Vtrum ſine pœnitentiâ peccatum remitti poſſit?

§. I. De fide eſt Pœnitentiâ neceſſario requiri ad remiſſionem peccati actualis mortalis.

Certum eſt ſecundum fidem Catholicam, quod per ſe loquendo virtus Pœnitentiæ eſt neceſſaria ad remiſſionem peccati actualis mortalis. Habetur Actorum 3. ver. 19. *Pœnitentiâ igitur, & conuertimini, ut deleantur peccata veſtra*, dicebat Apoſtolus Petrus. *Chriſtus Dominus Lucæ 13. v. 5. Sed ſi pœnitentiâ non egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Apocal. 2. ver. 5. *Memor eſto itaque vnde excideris, & age pœnitentiâ, & prima opera fac: ſin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiâ egeris.* Quod ſæpiſſime exprimitur in nouo teſtamento. Imo hoc prædicauit Chriſti Præcurſor Matthæi 3. ver. 2. *Pœnitentiâ agite, appropinquauit enim Regnum Cælorum:* Quod non obtinetur niſi præuia remiſſione peccatorum: & ideo dicebat ver. 8. *Fate ergo fructum dignum Pœnitentiæ.* Sicque impleuit, quod de illo erat prophætatum Eſaiæ 40. docturum homines rectas facere ſemitas: nam pœnitentiâ ſola eſt (inquit S. Chriſoſt. hom. 10) *quæ rectam facit viam, quæ in peccatore erat obliqua.* Similia ipſe ſaluator prædicauit Matthæi 4. ver. 17. *Exinde capit Ieſus prædicare, & dicere: Pœnitentiâ agite: appropinquauit enim Regnum Cælorum.* Vbi Caietanus aduertit, quod Ieſus ab eadem materia inchoat prædicationem ſuam, à qua inceperat Ioannes: Tum quia Ioannes præparatorie, Ieſus vero perfectiue hanc materiam prædicabat: Tum ad confirmandum prædicationem Ioannis: Tum ad exemplum noſtrum ut non dedignemur inchoata etiam ab alijs minoribus bona proſequi.

Quia vero ut docet Concilium Trident. ſeſ. 14. cap. 4. *Fuit quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus neceſſarius.* Ideo non minus expreſſe eius neceſſitas declarata fuit in veteri Teſtamento. Affert ibi illud Ezeq.

18.

18. ver. 30. & 31. *Conuertimini, & agite pœnitentiâ, ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiricum nouum: & quæe morientini domus Iſraël? Similia habentur Ierem. 18. ut affert D. Thomas hic ar. 1.*

Eccleſiaſtici 2. ver. 22. *Si pœnitentiâ non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.* Quod adeo frequenter proponunt Sacrae litteræ, quod nec recentiores Hæretici audeant negare. Vnde Hemnitius 2. p. Examinis fol. 901. ait. *Eſt & hoc extra controuerſiam apud nos, neminem poſſe Deo reconciliari, & remiſſionem conſiſi peccatorum, niſi agat pœnitentiâ.* & fol. 954. Et Calvinus lib. 3. Inſt. cap. 4. §. 2.

3 Sed Lutherus in ſermone de pœnitentiâ, & ſæpe alibi, & alij delicati, & carnei noui euangelici, contendunt pœnitentiâ non ſignificare odium, vel dolorem de vita præterita, ſed amorem iuſtitia, & nouæ vitæ: & ita hoc nomen nihil habet amarum, vel acerbum: ſed omnia grata, & dulciſſima.

Quod tamen reiicit Sacrum Concilium Trident. ex iam relato teſtimonio Ezeq. Et certe (inquit) qui illos ſanctorum clamores conſiderauerit: *Pſal. 50. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: Pſal. 6. Laboraui ingemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Iſaiæ 38. Recogitauit tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Et alios huius generis, facile intelliget eos ex vehementi quodam ante actæ vitæ odio, & in genti peccatorum deteſtatione maſſe.

Præterea Eccleſiaſtici 21. dicitur. *Fili peccati? Non adicias iterum: ſed & de priſtinis deprecare ut tibi dimittantur:* Quod ponderans S. Auguſt. lib. 1. de Nuptijs, & concup. cap. 26. ait. *Si à peccando deſiſtere, hoc eſſet non habere peccatum; ſufficeret ut hoc nos Scriptura moneret: Filij peccati? Non odicias iterum. Non autem ſufficit: ſed addidit: & de priſtinis deprecare, ut tibi dimittantur.*

4 Quæ ad intentum affert S. Thom. 2. 2. de Verit. art. 5. & 1. 2. q. 113. art. 2. ad 3. Et in 4. diſt. 14. q. 2. art. 5. affert. S. Aug. de pœnit. medicina cap. 2. dicentem. *Nemo ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus potèſt inchoare nouam vitam, niſi pœniteat eum veteris vitæ.* Et cap. 5. *Niſi ſatis eſt, ait, mores in melius mutare, ſed oportet ſatisfacere et Deo per Pœnitentiæ dolorem.* Et epiſt. 50.

circâ finem. Niſi egeris pœnitentiâ, ſaluus eſſe non poteris: *Quomodo enim gaudebis fuiſſe cor reſectum, niſi doleas fuiſſe peruerſum?* S. Ambroſ. lib. 5. Epiſt. 28. *Peccatum non tollitur, niſi lacrymis.* & pœnitentiâ. Alia ſanctorum teſtimonia hoc loco congerere, ut inquit cano tertia parte relecte Pœn. conc. 1. fuerit in re non dubia teſtibus uti non neceſſarijs. Si quis tamen ea noſſe cupit, multa colligit Gratianus de Pœnit. diſt. 1. Et Roſenſis art. 5. & Belarminus lib. 2. de Pœnit. cap. 4. Notanda ſunt illa verba S. Auguſtini hom. 27. ex lib. 50. hom. *Nemo eligit vitam nouam, niſi quem veteris pœnitet.* Et ſer. 7. de tempore. *Pœnitentiâ certam non facit, niſi actum peccati, & amor Dei, quando ſic pœnitentes; & tibi amarum ſapiat in animo, quod arte dulcefuit in vita: & quod te prius oblectabat in corpore iſum te cruciat in mente, iam tunc bene ingemifcis apud Deum, & dicit: Tibi ſoli peccaui.*

5 Ratio à priori eſt ordinatio diuina in ſcripturis manifeſtata. Hinc enim rationem ſumendam, bene explicat Petrus Soto lec. 4. de Pœnitentiâ dicens. Primo igitur omnium, cum remiſſio peccati ex diuina pendet voluntate, dicente Pſalmiſta Pſal. 50. *Tibi ſoli peccaui:* quaſi diceret: ideo tu ſolus remittere potes: merito ex ſcriptura, in qua hæc diuina voluntas oſtenditur, petenda eſt cognitio huius, qua ſcilicet ratione, & conditione remitti poſſit. Quam autem conformiter hoc ſit ad rerum naturam, bene probat D. Thomas in 4. diſt. 14. q. 2. art. 5. hac breui ratione. Manente cauſa, manet effectus. Cauſa autem quare aliquis priuatur gratia per peccatum, eſt inæqualitas peccatoris, qua Deū offendit. Vnde quando illa inæqualitas ad æqualitatem non reducitur, non poteſt priuatio gratiæ ceſſare, hoc enim facit pœnitentiâ per ſuum actum, ut dictum eſt ſupra q. 85. & ibi diſt. eadem 14. q. 1. ar. 1. Vnde ſine actu Pœnitentiæ peccatori ſaluus eſſe non poteſt. Eandem rationem radicatus exponit D. Thomas hic art. 2. ſed quia continet propoſitiones poſtea examinandas, poſt eas declaratas manifeſtior erit.

6 Duas alias rationes ex Patribus proponit cano in fine illius primæ conſiſionis dicens. Pœnæ medicina ſunt aduerſus peccata appoſitiſſimæ. Eoque præſertim, quod triſtitia, atque dolor humilitatem inducunt, ſuperbiam excludunt, quæ morborum humani generis prima cauſa eſt. Contritam manum, vel brachium leuare non

non possumus: sic maror in corde viri humiliabit illum. Prou. 12. ver. 25. Vide S. Chris. hom. 3. in Matthæum, & 11. ad populum Antioch. Præterea, nihil est quod ita animum humanum contineat, & frenet, quàm pœna. Vt igitur homines peccata vitaret diligentius, in quæ semel decidissent, pœnitent, ac timore cohiberi debuerunt. Atque (vt S. August. ait, & habetur de pœn. dist. 14. cap. Nullus) ita impartitur Deus misericordia largitatem, vt non relinquatur iustitiæ disciplina: Siquidem naturalis ratio postulat, vt legum præuaricatores iusta vindicta puniantur.

§. II. Difficultatibus occurruntur.

Sed occurrunt circa hanc catholicam veritatem, non contemnenda theologica difficultates. Prima, quia vbi suppetunt alia remedia, singula sufficientia ad obtinendam remissionem peccati, non est præcise necessaria Pœnitentiæ medicina. Sed ex Sacra Scriptura, & Patribus, constat peccantibus esse alia remedia idonea ab obtinendam remissionem peccatorum. Ergo sine pœnitentia peccatum remitti potest. Minorem probat S. Chrisost. hom. 4. in 2. ad Corint. ad finem dicens. *Numerata remedia, quibus vulnera tua sanantur, humilitatem, confessionem, iniuriarum oblivionem, gratiarum actionem in aduersis, misericordiam iniuandis, tam pecunia, quam studio, & officio proximis, firmas, & robustas preces, præsidium oppressorum.* Hom. 22. ad populum Antiochenum, assignat compunctionem, eleemosynam emendationem vitam.

S. Cyrillus super Leuiticum & Origines ibi hom. 2. ad septem referunt remedia idonea ad consequendam remissionem peccatorum. Baptismus, vt constat ex illo ad Titum 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.* Secundum est charitas. Lucæ 7. ver. 47. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* 1. Petri 4. ver. 7. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Tertium est Martyrium. Ioan. 15. ver. 13. *Maiores rem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Et Mat. 10. ver. 32. *Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.* Et ver. 39. *qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.* Quartum est eleemosyna, iuxta illud Lucæ 11. ver. 41. *Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia vitia sunt vobis.*

Et Tobia 4. ver. 11. Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Quintum est remittere iniuriam. Matthæi 6. ver. 14. *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet, & vobis Pater vester caelestis delicta vestra.* Sextum est, conuertere peccatorem ab errore viae suae. Iacobi 5. ver. 20. *Qui conuertit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudine peccatorum.* Septimum est pœnitentia. Ezechielis 18. ver. 21. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis: Omnia iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.* Quod autem alia remedia sine vltimo sufficiant, constat quia singulis seorsum promittitur peccatorum remissio. Specialiterque id exprestit S. Chrisost. hom. 22. ad populum. Cum enim dixisset compunctionem, atque eleemosynis Regnum Cælorum emittit: Subdit. *Non habes pecunias? Non compunctionem? Ecce clamat Prophetas dicens. Psal. 33. ver. 13. Quis est homo qui vult vitam? Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum: Et in salutem tibi sufficiet.*

Huic difficultati occurrunt D. Thomas 3. p. q. 84. ar. 5. ad 2. quod ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides, & misericordia, non liberant hominem a peccato sine pœnitentia. Requirit enim charitas, quod homo doceat de offensa in amicum commissa, & quod amico homo studeat satisfacere. Requirit etiam ipsa fides, vt per virtutem passionis Christi, quæ in Sacramento Ecclesiae operatur, quaeratur iustificari a peccatis. Requirit etiam ipsa misericordia ordinata, vt homo subueniat pœnitendo suæ miseriam, quam per peccatum incurrit, secundum illud Prou. 14. ver. 34. *Miserus facit populos peccatum.* Vnde Eccles. 30. v. 24. dicitur: *Miserere anime tuae placet Deo.*

Simili modo respondet S. Augustinus Creconio lib. 2. contra ipsum cap. 12. docens non solo Baptismo peccata mundari: quia & mundatur sacrificio contriti cordis, mundantur & eleemosynis. *Mundantur ipsa, quæ supereminet omnibus, charitate ab illo, qui per Apostolum Petrum dixit. 1. Petri 4. charitas cooperit multitudinem peccatorum: Quæ vna si adsit, omnia illa recte sunt: si autem desit illa, omnia frustra sunt.* Pariter Soto dist. 15. quæst. 1. art. 2. §. *At vero, ait. Ad hæc autem, & ad id genus alia respondetur, sic ista omnia censenda esse peccatorum remedia, vt nullum, neque omnia sine pœnitentia, sint*

sint sufficientia. Primum enim fides, spes, & charitas sunt necessaria, tanquam fundamenta Pœnitentiæ. Quare nec fides, nec spes formantur nisi per charitatem. Neque vero charitas existenti in peccato est legitima, nisi cum detestatione peccatorum. Eleemosyna vero, & remittere iniurias, ponuntur tanquam remedio induplici sensu. Vno modo quod multum peccatori conducunt, vt conuertatur; tunc propter preces pauperum, & eorum, quibus remissa sunt iniuriæ: tunc quia cor emolliunt, & præparant, vt Deus singulariter operam adferens, illud conuertat. Secundo, post remissionem culpam sunt per modum satisfactionis remedia ad soluendas pœnas. Hoc enim modo vt legitur Ecclesiastici 3. ver. 33. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Et Danielis 4. ver. 24. *Peccata tua eleemosynis redime.* Verba S. Ioan. Chrisost. exponit Suarez dist. 9. sec. 1. n. 6. quod loquatur de sensibili dolore, & afflictione. Quod constat ex hom. 42. in Matth. in fine, vbi eadem remedia numerat ad remissionem peccati, & distinguit compunctionem, a contritione cordis, & cor contritum dicit *appropinquare requiri.*

Orationi tribuit Andreas de Vega lib. 6. super Trid. cap. 38. virtutem obtinendi veniam, quia habet infallibilem promissionem Dei. Sequitur Ioseph Angles q. de pœn. ar. 3. diff. 8. conc. 3. dicens. *Quando mors instat, & præ nimia mortis angustia non recordatur aliquis peccatorum, neque Pœnitentiæ, si ex toto corde misericordiam petat, sine actuali pœnitentia, per solam orationem iustificabitur.* Probat ex illo Matthæi 7. ver. 7. *Petite, & dabitur vobis: vbi S. Chrisost. omnis, qui petit, accipit, siue iustus sit, siue peccator.* Et Matthæi 18. ver. 32. *Serue nequam omne debitum remisit tibi quoniam rogasti me.* Deus pollicetur se daturum pœnitenti quicquid petitum fuerit ad salutem expediens: sed nihil magis expediens quam peccatorum remissio: Ergo. Sed Suarez sec. 1. n. 14. dicit esse singularem sententiam contra doctrinam generalem Conciliorum, & Patrum, & vniuersales loquutiones Scripturæ de necessitate Pœnitentiæ, & amoris. Indebite etiam peccator petit veniam sine remedio, quod ipse potest, ac debet adhibere. Ergo petenda est à Deo vera pœnitentia, & auxilium ad illam; & consequenter remissio peccatorum. Similiter aduertit Auerfa q. 1. de Pœnit. sec. 3. sine, quod hoc non potest intelligi de ora-

tionem absque pœnitentia: ad summum vero posset intelligi de vi orationis ad impetrandum à Deo spiritum veræ Pœnitentiæ, Sed neque hoc dici debet infallibile: quia vna ex conditionibus requisitis ad infallibilem orationis effectum, est vt procedat ab homine existente in gratia, vt ex suo loco supponimus. Hæc ille. In hoc secutus Grabielem, Aragon, Bellarminum, & Bonacinam. Cæterum Caietanus, & Ferraræ, & Raphael. Alensis, Toletus, & Suarez, & multi alij, quos retuli, & secutus sum 2. to. Theol. Mor. cap. 30. q. 4. §. 5. n. 42. docet orationes peccatorum posse esse infallibiliter impetratorias: Similiter valent alia plura bona opera ad impetrandam à Deo gratiam Pœnitentiæ ex misericordia, & iuxta dispositionem diuinæ pietatis, & voluntatis. Dum affectum peccati excludant, & velint Deo satisfacere.

Descendendo ad singula, S. Thomas hac q. 86. art. 2. ad 1. reddit discrimen inter Baptismum, & Pœnitentiam, quia in pueris non est nisi peccatum originale: quod non consistit in actuali deordinatione voluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturæ, vt in secunda parte habitum est 1. 2. q. 82. art. 1. Et ideo remittitur eis peccatum cum habituali immutatione per infusionem gratiæ, & virtutum: non autem cum actuali. Sed adulto, in quo sunt actualia peccata, quæ consistunt in deordinatione actuali voluntatis, non remittuntur peccata, etiam in Baptismo, sine actuali immutatione voluntatis. Quod fit per pœnitentiam. Sed quia de hoc puncto late scripsi q. 68. dub. 5. Et de Baptismo sanguinis, seu de Martyrio, qualiter sufficiat ad salutem? Abunde disputauimus q. 66. dub. 12. His omnis, est.

§. III. Vtrum actus amoris Dei sine actu formalis Pœnitentiæ sufficiat ad peccati remissionem.

Secunda difficultas, vtrum actus amoris Dei, sine actu formalis Pœnitentiæ, sit sufficiens dispositio ad remissionem peccati mortalis?

Significat Alexander Alensis 4. p. q. 17. membro 3. ar. 3. §. 2. pœnitentiam formalem, quæ sit detestatio de peccatis commissis, esse adeo necessariam, quod si quis post commissum aliquod mortale omnino eius obliuisceretur, & nec ingenere sententiam

sentiat remorsum conscientie se peccasse, hunc non posse iustificari; esseque extra statum salutis.

At vero Cano in Relectione de Pœnitentia parte tertia §. Sed hi a folio 16. in editione Complutensi anni 1583. asserit sine Pœnitentiæ actu, per solam charitatem, neminem posse saluari. Et quod non sufficiat pœnitentia virtualis, probat dicens. Sed hi primum in eo falluntur, quod non vident inter esse plurimum inter ea, quæ solum necessaria sunt vt præcepta, & quæ necessaria sunt etiam vt media, sine quibus salus haberi non potest. Aiunt namque excusari hominem à pœnitentia, & memoria peccatorum, cum habet de peccato commissio, vel ignorantiam inuincibilem, vel etiam distractionem necessariam à peccatis cogitandis; quasi pœnitentia solum esset necessaria quia præcepta est; & non item quia medium ad salutem necessarium. At qui in huiusmodi medijs, licet admittatur excusatio, ne homo peccet, quando ex ignorantia defunt, non tamen admittitur vt sine illis homo saluetur. Vt patet ex his quæ dicuntur de necessitate fidei, & de necessitate Baptismi. Sic igitur cum pœnitentia sit ad salutem medium necessarium (quod abunde sacrarum etiam litterarum testimonijs ostensum est) diuinæ procurationis esse conuincitur, vt facienti quod potest, ea suggerat, quæ fuerint huic remedio adhibendo necessaria.

14 Errant deinde vehementer, quod testimonia illa Scripturæ Sacræ, de pœnitentia formali, vel virtuali interpretantur, idque vt opinionem suam pugnacissime defendant. At si semel hanc nobis licentiam interpretandi permittimus, facile quoque cætera media ad salutem præfinita, per eandem expositionem eludemus. Fides quippe Christi explicabitur ad salutem necessaria formaliter, vel virtualiter: Votum etiam Baptismi dicetur etiam necessarium formale, vel virtuale. Proterea, cum sancti omnes de pœnitentia formali, & explicata prædicta testimonia inter prætentur, temere, & inconsiderate in contrariâ intelligentiam peruertuntur.

15 Præterea, talem interpretationem admittentes, in nullo euenru probare poterunt formalem pœnitentiam esse necessariam. Dicemus enim illis, etiam cū peccata memoriæ occurrunt, non oportere formaliter, expliciteque dolore: neque id refelli aliquo testimonio potest: quoniam charitas est pœnitentia virtua-

lis: quæ sufficere diceretur; quoniam locis præscriptis formalis pœnitentia non prescribitur. Ita, si huic expositioni dabitur locus, satis erit ad salutem noua vita, sine detestatione veteris: quæ est hæresis Luterana.

Quædam insuper testimonia ex illis de pœnitentia virtuali exponere, impudentiæ manifestissimæ fuerit: vt illud Ioelis 2. ver. 12. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu: & scindite corda vestra:* Illud ite Acto rum 2. versu 38. *Pœnitentiâ agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum.* Quod quidem testimonium, si de pœnitentia, vel formali, vel virtuali volumus exponere, in eum errorem incidimus, quæ paulo ante reprobauimus; hoc est, Baptismum sine pœnitentia formali peccata remittere.

16 Verum hæc missa facio (quæ tamen decernere controuersiam possunt) illud quæro, si cui peccatori diuina bonitas occurrat; eo etiam tempore, quo nec diligere Deum, nec pœnitentiam agere tenetur, non occurrant autem peccata; vnde delictis, occupatissimo in diuinæ bonitatis contemplatione: Quæro tunc (inquã) an isti habenti actum dilectionis, peccata sine pœnitentia condonentur? Nam si condonantur; Ergo etiam quando non tenebatur ille, aut Deum diligere, aut in Dei contemplatione versari, remissionem peccatorum consequetur sine pœnitentia. Quod vel isti concedere verentur. Sin autem non condonantur: Nec ille peccator potest in actum dilectionis sine Pœnitentiæ actu prodire: Ergo pœnitentia formalis (quod modo contendimus) est ad remissionem peccatorum necessaria. Atque (vt sæpè iam diximus) ad diuinam procurationem spectat, vt nullus peccator in actum dilectionis prodeat, cū primum ad Deum conuertitur, quin simul, quem admodum bonum per amorè amplectitur, ita etiam odio malum prosequatur. *Pœnitentiâ igitur* (inquit) *& conuertimini, vt deleantur peccata vestra.* Acto 3. ver 19.

17 Accedit illa quoque causa, quod cum Sacramentum Pœnitentiæ baptizatis tam sit necessarium ad salutem, quam Baptismus non baptizatis (quod suo postea loco demonstrabitur) certe, sicut sine Baptismo in re, vel in voto, nemo adultus salutem consequi potest; ita sine Pœnitentiæ Sacramento in re, vel in voto, nemo


adultus salutem consequi potest; ita sine Pœnitentiæ Sacramento in re, vel in voto, saluatur nemo. Votum autem Sacramenti Pœnitentiæ nullum habet sine peccatorum memoria, & displicentia. *Verius est igitur, nimirum illud quod nos asserimus sine Pœnitentiæ actu per solam charitatem nemo posse saluari.* Hæc ad verbum Melchior Cano. Quæ sententiam esse probabiliorē affirmat Petrus Soto lec. 4. de pœnitentia afferens auctoritatem S. Th. 3. q. 84. ar. 5. ad 2. Quia vera Dei dilectio sine detestatione peccati in peccatore, nusquã in Scriptura legitur. Nam quis non videt veram dilectionem alicuius primo omnium detestationem omnium iniuriarum in eū prius commissarum excitare? Et certe nihil magis videtur charitas respicere, quam quod est contrarium ei, quem amat. Quæ sententiam esse *probabilem* ait Nauio art. 2. dub. 1. cõc. 7. Imò post 4 conclusionem dixerat, quod est *magis probabilis*. Sequitur Petrus Ledesma de penit. cap. 6. conc. 13 dicto secundo.

18 Per aliud extremum Ioannes de Medina Codice de Pœnit. tract. 1. q. 12. §. *Risponso*, ait. Potest quis diligere Deum, cre, & meritorie, etiam si de peccatis memoriæ occurrentibus actu illū nō pœniteat. Pater hoc, si diligat quis Deum tempore pro quo non tenetur formaliter pœnitentiam agere. Nam cum dolere de peccatis sit de præcepto affirmatio, quod nō pro semper obligat: dabile igitur est tempus pro quo tō currat obligatio talis præcepti. Igitur illo tempore poterit vere, & meritorie Deum diligere, non dolendo actu de peccatis occurrentibus, &c. Si dicas, quod ipsa dilectio necessitabit hominem vt de omnibus occurrentibus doleat. Contra, quia vel est dilectio Dei simplex, qua scilicet, quis vult Deo bene esse: vel est obediētiālis. Si primum, illa dilectio nō necessitat voluntatem ad volendum seruare mandata Dei: sicut nec dilectio qua filius diligit patrem suum compellit illū ad seruandū eius mandata, vt constat. Igitur illa Dei simplex dilectio non necessitat diligentē ad seruandū Dei mandata: & ita nec ad dolendum de commissis: Si vero sit obediētiālis dilectio; nō etiã necessitat peccatorē ad detestandū peccata, nisi pro illo tempore, quo ipsa detestatio cadit sub obligatione; nō pro alio tempore, quo de cõsilio est; & nō de præcepto: quale est tempus de quo casus positus est. Dilectio enim Dei nō necessitat ad actus cõsiliij, etiam si obediētiālis sit, vt constat. Hæc Ioã. Medi-

na. Quæ sequitur (licet nō referat) Lugo disp. 5. de Pen. lec. 7. n. 95. quia nō apparet necessitas habendi pœnitentiã, etiã si homo diligat Deū; dilectione, quæ est actualiter cõsilio, & etiã si desideret efficaciter suam salutē: hi enim actus solum inferunt necessario electionem mediij necessarii ad suos fines: non est autē mediū necessarium ad salutem, vel ad finem charitatis, dolere nunc de peccatis: alioquin vt geret præceptum Pœnitentiæ pro hoc instanti. Quod est contra id quod supponimus. Ergo potest stare dilectio Dei, & memoria peccatorū, & nō elicere tunc actū formale Pœnitentiæ: sed ad summū habere propositū eliciendi eū debito tempore. Sicut enim dilectio actualis Dei est omnino incompossibilis cū peccato mortali; sic eadē dilectio actualis se sola expellit sufficienter peccatum actuale mortale. Cum hoc tamē stat, quod cõmuniter ex dilectione actuali Dei, & memoria peccatorum, oriatur statim pœnitentiã, & dolor de illis. Eandem sententiam docuit Valentia q. 3. puncto 2. Gaspar Hurtado disp. 2. dif. 5. Becanus de Sacram. cap. 30. q. 3. nu. 124. conc. 3. fol. 29. Lean. tract. 5. dif. 1. q. 24.

19 Subscribit in re Auerſa q. 3. lec. 3. quamvis enim dicat quosdam actus amoris Dei nec virtualiter habere rationē, & vim Pœnitentiæ: quia non perfecte excludunt omnem peccati affectū: & possunt stare simul cum voluntate, vel cõplacētia de aliquo peccato mortali cõmittendo, vel cõmissio: & ideo in nullo casu sufficiunt ad remissionem peccati. Tamen cõc. 2. docet esse quosdã alios actus amoris Dei, qui per se sufficienter ad iustificationem disponere valent, qui formaliter vim, & rationem Pœnitentiæ continent, virtualiter: etiamque in casu aduertentiæ de peccatis commissis; cum possit tunc elici actus perfectæ dilectionis absque distincto actu Pœnitentiæ: nulla enim ratione hæc obligatio inducitur. Quare extra tempus præcepti potest homo ad libitum alterutrum ex his actibus, vel dilectionis, vel Pœnitentiæ, sine altero elicere, & iustificaretur per actum dilectionis ante actum formale Pœnitentiæ.

(3)



§. IV. De dispositione ad actum charitatis sufficientem ad salutem elicendum.

20 **D**ico tamē primo. Existenti in peccatis mortalibus, quæ vel habet in memoria, vel diligēti indagine in eā valet reuocare, nullus prorsus charitatis actus quantuncūq; egregius, sufficit ad salutē. Proponit eā ijs terminis Soto dist. 15. q. 1. ar. 2. §. *Contra hanc* & lib. 2. de natura & gratia cap. 16. Suarez dist. 9. sec. 1. n. 2. dicit esse certā & n. 11. asserit quod eam docent omnes excepto Medina, & quod est nō solū securior, sed etiā verior. Cōmunem etiā dicunt Corduba lib. 1. q. 15. Coninch dist. 2. dub. 6. n. 50. Multos refert, & sequitur Zamel 1. 2. q. 113. ar. 3. disp. 1. cōc. 3. fol. 506. Arauj. ibi dub. 2 & hac q. 86. ar. 2. dub. 1. Est expressa D. Th. hac 3. p. q. 84. ar. 3. ad 2. illis verbis iā relatis & hac q. 86. ar. 2. & q. 87. ar. 1. & 1. 2. q. 113. ar. 5. Et q. 28. de Veritat. ar. 3. ad 1. ait: *Quod dilectio non potest esse sine detestatione eius, quod a Deo separatur; & ideo præter motum dilectionis in Deum, requiritur in iustificatione peccati detestatio.* Unde & *Magnalona, cui dictum est:* Dimissa sunt ei peccata multa, lacrymas emisit pro peccatis. Idem dicit ad 2. & tertium. In corpore attulerat S. August. lib. 1. de Nuptijs & cōc. c. 26.

21 Rationemq; radicalē, & vniuersalē tangit D. Th. 1. 2. q. 86. ar. 2. dicens. *Licet autem cesset actus peccati, quo homo discessit a lumine rationis, vel legis diuinae, non tamē statim homo ad illud redit in quo fuerat: sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui. Sicut si aliquis sit distans alicui per aliquem motum, nō statim cessante motu fit ei propinquus: sed oportet quod appropinquet rediens per motū contrariū.* Formaturq; ratio sic. Impius non potest iustificari, nisi ab eo tollatur peccatū habituale, quod est terminus a quo iustificationis. sed peccatum habituale nequit tolli sine contritione, & pœnitentia. Ergo actus pœnitentiæ requiritur, & sine illo non iustificabitur. Minor probatur. Peccatum habituale est auersio habitualis a Deo relicta ex auersione ab eo, & conuersione ad creaturas facta per actuale peccatū. Sed conuersio nequit fieri, nisi per motū contrarium. Ergo vt appropinquet Deo per motum contrarium, debet dolere, & de-

reverti vias antiquas, vt per viam contritionis, & charitatis ad Deum redeat. Præterea est ratio D. Th. in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 4. dicentis. Sicut in generationibus naturalibus, in quibus vna forma expellitur, & altera introducitur, propter hoc quod generatio vnus est corruptio alterius (1. de Gener. textu 27) oportet esse disponens ad vtrumque: Ita in iustificatione, qua gratia confertur, & culpa expellitur, oportet esse dispositionem voluntatis secundum proprium actum ad vtrumque. Ex quo concludit infra. *Quod in iustificatione, qua iustificatur impius, oportet dispositionem esse duplicem, vnā ad introducendam gratiā, scilicet, motum liberi arbitrii in Deum; alterā ad expellendam culpam, scilicet, motum liberi arbitrii in peccatum.* Si autem sola charitas sufficeret, nō esset necessaria duplex dispositio, sed sufficeret vna, nec esset differentia inter iustificationē impij, & iustificationem innocentis: de quo præmiserat S. Th. *Quod in iustificatione, qua innocens iustificaretur, oportet esse dispositionem solum ad gratiam inducendam.* Et in illo vltima dispositio est sola charitas; in iustificatione impij, vt dicit S. Th. ad 1. *Fuor dilectionis ad dimissionem culpa non operatur sine peccati detestatione, quæ directe dimissioni culpa respondeat.* Et vt ait, ad 2. *requiritur conuersio ad peccatum (detestandum) quasi remouens impedimentum.*

22 Fauet etiā Concilium Trid. ses. 6. cap. 6. & cap. 14. vbi docet: *Christiani hominis pœnitentiā post lapsū continere non modo cessationem a peccatis & eorum detestationem, aut cor cōtritum, & humiliatum, verum etiā eorundem sacramentalem confessionem saltē in voto.* Et ses. 14. cap. 4. vbi ait. *Declarat igitur Sancta Synodus, hanc contritionem, non solum cessationem a peccato, & vitā nouā propositam, & inchoationem; sed veteris etiam odium continere: iuxta illud Ezeq. 18. Projice a vobis omnes iniquitates vestras.* Vrget etiā Soto Sacra Scripturæ testimonia citatā cū in omnibus pœnitentiā palā exigatur tanquā necessaria ad salutē, nō sufficienter verificatur de virtuali Pœnitentia. Pari enim modo vbi Apostolus ait, quod sine fide impossibile est placere Deo, possent glossare, sufficere fidē virtualem. Imō & dicere possent, quod dare eleemosynā, & remittere iniurias, esset pœnitentiā virtualis: nam etiā illi actus pertinent ad charitatem. Quod esset hæreticum.

Secundo, vt corū fundamentum enervemus, charitas de se non est pœnitentiā vir-

virtualis: nam, vt per humana hæc visibilia inuisibilia intelligamus, quamvis ille, qui inimicum suum iniuria affectit, dicat, & vere dicat, deinceps illum ex intimo corde dilecturum, & in omnibus ei morem gerere proponat, non propterea charitas illa virtute comprehendit pœnitentiam præteritæ iniuriæ. Nam cum illa dilectione stat vt non eū iniuriæ illatæ pœniteat: sed quia animo suo iā satisfecit, vult esse deinceps amicus; alioquin non esset.

23 Tertio quia ex opposito sequitur quod ad salutē sufficiat inchoatio nouæ vitæ, & non requiritur dolor præteritæ. Et tamen id damnatum est à Cōcilio. Legitima etiā pœnitentia debet includere votum confessionis: quod sine peccatorū detestatione haberi nō potest. Item, quia qui dicit Charitatem esse pœnitentiam virtualem, dicere conuincitur, quod etiā si tunc peccata occurrerent memoriæ, nō opus esset formali detestatione: quando quidē iā habes sufficiens remediū. *Quod profecto absurdum esset cōcessū,* inquit Soto.

Denique §. *Ad argumenta,* ait. Concedimus actum charitatis contrariū esse peccato: & quod quicumque legitime Deum diligit, vicissim ab ipso diligitur. Sed tamen qui est in peccato mortali, neutiquā habere potest legitimum actum dilectionis, nisi detestando peccata. Nam cū peccatum sit motus auersionis, nō expellitur nisi per motum contrarium conuersionis. Quare licet peccatrici dictū sit dimissa esse peccata quoniam dilexit multum, tamen eius Lacrymæ fuerunt Pœnitentiæ indices.

24 Ad idem intentum Bellarminus lib. 2. de Pœn. cap. 9. ad 2. ait, quod sola charitas sufficere dicitur, quia nunquam est sola; sed chorū aliarū virtutum partim sequitur, partim præcedit. Et hoc est, quod S. Th. docet 3. p. q. 84. ar. 5. ad 2. *Quomodo enim potest aliquis vere Deum diligere, nisi peccatū detestetur, per quod a gratia Dei excidit? Quod postea probat, & exponit. Nam qui conscientiam peccati mortalis gerunt, nihil prius cogitant, cū conuertuntur ad Deū, quā peccata sua tunc enim maxime conscientia stimulus sentitur, cū is placere incipit, quē peccati do offendimus, & cuius gratiam desideramus. Quod etiam experimur in rebus humanis. Qui enim nō magnificunt amici tiam alicuius, facile obliuiscuntur iniurias, quas illi fecerunt: sed cū reconciliari cupiunt, tunc ad memoriam redeunt omnes iniuriæ. Euationes præcluduntur, conciliatio sic immediata.*

§. V. Qui peccati mortalis conscientius non est quacumq; causa potest Deum diligere sine per omnia.

25 **D**ico secundo, qui peccati mortalis conscientius nō est, siue obliuione, siue inconsideratione, siue occupatione, siue alia causa, potest adiutorio gratiæ diligere Deū super omnia, & sine formali pœnitentiā iustificari. Sumitur ex D. Th. 1. 2. q. 113. ar. 5. ad 1. dicitur: *Quod ad eā de virtutē pertinet prosequi vnū oppositorū, & refugere aliud: & ideo sicut ad charitatē pertinet diligere Deū, ita etiā detestari peccata, per quæ anima separatur a Deo.* Loquens doq; de peccatis obliuioni traditis, ait ibi ad 3. dimitti: *Quia homo in statu illo est sic dispositus, vt etiā de his, quæ nō meminit, cōteretur, si memoria adesset.* Et 3. p. q. 87. ar. 1. loquendo de peccatis obliuio post diligentē inquisitionē, docet remitti per virtualē displicentiā: quā dicit interuenire, cū aliquis hoc modo fertur secundū affectū in Deū, & res diuinas, vt quidquid sibi occurreret quod eū ab hoc iniquo retardaret, displiceret ei, & doleret se hæc cōmississe, etiam si actu de illo nō cogitaret. Et quævis q. 28. de Ver. ar. 5. ad 3. dicat, quod *quādo aliquis ignorat antiqūā per peccatū mortale a Deo auersus fuerit, potest dolere sub cōditione scilicet, auersus est: & quod per huiusmodi motū ille, qui oblitus est de peccato, cōteri potest.* Nō tamē dicit hanc cōtritionē cōditionalē esse necessariā. Et ideo Caiet. 3. p. q. 87. ar. 1. Ad secundū dubiū ait, quod si ex speciali dono Dei sola displicentiā virtutis affuisset, sufficienter saluaretur cōcurrente Pœnitentiā implicita, & virtualiter. Unde Soto cōtrahit ait. *Quod si dicas, debere tūc cōteri in genere sub cōditione, si peccatū habeat, profecto nō video cur ad hoc teneatur, postquā nullam habet peccatorū memoriā. Dicere autem, quod tunc Deus ei adiuuabit, vt recordetur, nullum prorsus habet fundamentum. Igitur quævis illa obliuio peccatorum non sit remediū remittendi peccata; quoniam cū nullus actus intellectus ad id sufficiat; multo minus ignorantia, vel obliuio. Tamē quicūque alius actus charitatis, ad quem Deus auxiliō speciali cōcurrat, erit sufficiens. Et est planū ex plū de Baptismo: nā licet sit per se necessariū ad salutē; nihilominus si daretur aliquis ipsi inuincibiliter ignorantis, citra votū eius expressum, posset*

in Deum converti. Vide quae diximus 3. p. q. 68. dub. 2. §. 7. & cap. 7. Theol. Moral. q. 4.

26. Probat praeterea Bellarm. lib. 2. de Pen. ca. 9. ad 2. quonia alioqui frustra cum Dauide diceremus Deo Psal. 18. *Ab oculis meis munda me Domine*: Nam si absque forma contritione nulla peccata deleri possunt; & contritio formalis de occultis haberi nequit: certe sequitur ut ab occultis nulla ratione liberari possimus. Quorsum igitur oramus; si quod petimus, impetrari non potest? Praeterea mirum est, si non absurdum videatur, posse contingere, ut homines aliqui in media Ecclesia, sine miraculo iustificari nequeant: quales nimirum illi essent, qui aut morbo, aut senectute, aut alia de causa omnino peccatorum suorum memoriam perdidissent.

27. Vniuersaliter probatur ex S. August. tract. 5. in epist. Ioa. dicente. *Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios Diaboli*. Et in fra. *Hec est praetiosa margarita, sine qua nihil tibi prodest, quodcumque habueris; quam si solus habueris, sufficit tibi*. Quod & docet lib. 2. contra Cresconium Gram. ca. 12. & lib. 14. de Civitate Dei ca. vlt. S. Greg. ho. 3. in Euangelia S. Ber. epist. 170. quae & alia multa, quae de praestantia dilectionis Dei super omnia passim obuia sunt in Patribus, videntur ex Sacra Scriptura desumpta. Ioa. 14. ve. 21. *Qui diligit me, diligitur a Patre meo*. Pro. 8. ver. 17. *Ego diligentes me diligam*. Ergo si homo diligit Deum amore charitatis supernaturalis, amatur a Deo simpliciter, & sic iam iustificatus est a peccato: quia dicitur Pro. 10. ver. 10. *Vniuersa dilectio operit charitatis*; & 1. Petri 4. v. 8. *Quia charitas operit multitudinem peccatorum*. Et 1. Ioan. 4. ver. 7. *Et omnis, qui diligit, ex Deo natus est*. Ergo si homo habeat actum amoris Dei super omnia, statim peccata; ex Deo natus est, & per eam est iustificatus; quia & est obiectum congruum diuinae dilectionis. *non un lapsus est in peccatum*. In speciali Suarez. cum praemississet n. 6. quod casus de peccatis ablitis, & communis est, & mihi certus, postea n. 7. probat eadem rationes militare in casu naturalis inconsiderationis. Quia in moralibus, eandem vim habet ad excusandum actus inconsideratio inculpabilis, pro contingenti, & tempore quo est, ac habet naturalis obliuio quia ut dicit D. Thomas 1. 2. q. 10. ar. 8. *Non prodest esse actus voluntatis, quod ignoratum est*. Quia ad volendum non sufficit habitus, sed necessaria est actualis cogitatio. Ratio vero a priori est, quia posita hac na-

turali inconsideratione vel obliuione peccati, ex parte intellectus nil obstat ut possit esse actualis consideratio diuinae bonitatis, & alicuius motus ad diligendum Deum super omnia. Nec ex parte intellectus plus requiritur. Ex parte autem voluntatis in primis est libertas; & distinctio sufficiens inter ipsos actus ut vnus possit sine alio exerceri; & independentia eorum inter se. Nec est vilius apparens fundamentum ut Deus suum auxilium denegat: nec nisi diuina do affirmari valet auxilium denegatum. Ergo ex nullo capite impossibile est exercere tunc amor sine formali dolore. Quo actu vitima disponetur ad iustificationem, & obtinendam peccati remissionem. Quorum omnium ratio est: quia actus verae charitatis & amoris Dei eminenter continet omnem vim & bonitatem actus Poenitentiae. Qui enim perfecte Deum super omnia amat, perfecte omnino ad eum conuersus est; & virtualiter ab omni peccato mortali omnino auersus est: ita ut repugnet eum ita Deum super omnia amare, & simul affici erga peccatum mortale. De quo videatur Arau. hic dub. 2. n. 14. & Ser. 1. 2. q. 113. ar. 5. fol. 741 §. *Si queras*; & ad 4. Candidus dilq. 24. ar. 15. dub. 5. & 6.

29. Quae doctrina communiter admittitur sed inde confurgit non mediocris difficultas contra priorē conclusionem: quia ex istius probationibus videtur inferri non esse solum ad amatum ad affirmandum requiri formale contritionem ut consequatur remissionem peccatorum, ille, qui est eorum memor, si ille qui est immemor eorum, sola charitate potest ultimo ad iustificationem disponi: quia eiusdem eminentiae, & valoris est actus charitatis in vtroque casu. Respondetur lolet rationem discriminis esse manifestam: quia memor sui peccati, praecipio diuino obligatur, ut formaliter de eo coteratur; a quo immemor, propter ignorantiam, excusatur. Haec quidem euasio verissimum quid assumit: sed difficultati propositae non satisfacit. Prima patet ex doctrina D. Th. q. 28. de Veritat. 5. probantis quod iustificatio impij addit aliquid supra iustificationem simpliciter: nam iustificatio simpliciter importat solummodo iustitiam in satisfactionem: sed super hoc addit iustificationem impij remissionem culpae: quae nam obrinetur, nisi destruedo peccati praeteritum: unde conscius mortalis peccati non iustificabitur, nisi obira praeteritum iniquitatem operetur detestando ipsam, ut ait ibi D. Th. ad 2. Sed quod per hoc difficultati non satisfiat, constat ex argumento Ioa. Medinae: nam praecipua affirmatiua non

non obligat pro semper. Si ergo amor peccati amet Deum pro tempore, quo non tenebatur ceteri: tunc non peccabit non eliciedo contritionem: & melius faciet eliciedo actum charitatis, quam illum omittendo. Per hoc autem, quod elicit actum charitatis, non contrahit nouam obligationem ad contritionem. Ergo, si solam charitatem exerceat, facit actum eminenter continentem bonitatem contritionis, & poenitentiae; & consequenter sine actu poenitentiae poterit iustificari, sicut iustificatur in memor peccatorum.

30. Respondet Suarez n. 12. quod licet absolute possit vnus actus ab alio separari: amen supposita voluntate efficaci expellendi culpam, quam formaliter, vel virtute habet, qui vere amat; & supposita necessitate talis mediij, & recogitatio nis peccatorum, non possent separari. Eodem modo respondet Coninch disp. 2. dub. 6. n. 51. & 52. nam memor sui peccati statim incitatur ad eius formalem detestationem, & dolorem; idque quodam modo necessario, posito quod velit continuare amorē Dei. Nam cum actus charitatis sit omnino efficax, & virtualiter contineat auersionem a peccato; ex amore efficaciter impellitur ad eiusdem peccati detestationem, cui impulsui nequit resistere, nisi desistendo ab amore. Sicut intendens efficaciter finem, non potest non velle medium, quod scit ad eum acquirendum esse necessarium, nisi desistat ab ea intentione. Et sicut hic si perfecte videat nec essentiam mediij ad finem, eodem instanti, quo hunc intendit efficaciter, necessario etiam illud elegit. Ita amans Deum super omnia, si aduertat se esse in peccato, eodem instanti hoc detestatur.

31. Inuit tamen Lugo n. 96. quia vel sermo est de expulsionē culpae actualis: & huius proculdubio habet dilectio Dei efficax odium, saltem virtute; & continet voluntatem expellendi illam. Ad hoc tamen non est medium necessarium dolor de praeteritis: nam sicut dilectio actualis Dei est omnino incompossibilis cum peccato mortali; sic eadem dilectio actualis se sola expellit sufficienter peccatum actus lem mortale. Vel sermo est de expulsionē culpae habitualis. Et tunc negamus dilectionem Dei continere voluntatem efficacem expellendi eam nunc; sed solum expellendi eam debito tempore. Dilectio enim Dei per se solum tendit ad coniungendum amantem ex parte sua cum Deo; non vero ut amatus con-

iuget se, & redamet amantem. Imò posset aliquis ex amore desiderare odio haberi ob amato; si id bonum, & melius iudicaret ipsi amato esse: verus enim amor non querit quod suum est; sed quod bonum est amato. Non ergo est necesse quod dilectio Dei sit voluntas efficax delendi statim culpam habitualem: hoc enim non est amare; sed velle amari a Deo. Sufficient ergo quod velit efficaciter dolere peccatum habituale, quando id necessarium sit ad obediendum Deo, vel non committendum nouum peccatum. Cui hoc tamen itat, quod communiter ex dilectione actuali Dei, & memoria peccatorum oritur statim poenitentia, & dolor de illis, &c. Haec tamen connexio non est adeo necessaria, ut non possit vnquam impediri. Amor enim efficax solum videtur asserre necessario voluntatem eorum, quae adhiberi oportet amore in bonum necessarium illius, quem amo, & ad conseruandam coniunctionem affectiua cum illo.

Similiter Auerfa §. Quinto ergo respondet, quod illa ratio petit principium siquidem supponit formalem poenitentiam esse simpliciter necessariam: quod tamen erat probandum. Potest ergo putare ille qui talem actum dilectionis eliceret, non esse sibi tunc necessarium alium actum formalem poenitentiae; quando quidem loquimur extra tempus praecipii. Quare potuit per solum actum dilectionis tunc iustificari.

32. Tribus alijs vijs (quicquid sit de efficacia harum impugnationum) potest argumentum occurri. In primis Antonius Corduba lib. 1. q. 15. ad. 1. respondet, quod licet praecipuum sit affirmatiuum, & non obliget pro semper, ut alicui remittantur peccata memoria occurrentia, ut iustificetur, debet dolere de omnibus; non ex obligatione praecipii, aut connexionis doloris de vno peccato cum dilectione Dei, aut cum dolore de alijs: sed ratione statuti, seu legis diuinae id requirentis, id habet veritatem; quod scilicet, ex suppositione finis, puta, si homo vult habere gratiam, & remissionem peccatorum, necessario debet habere dolorem. Quia dicitur in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. Fuit autem quouis tempore ad impetrandum veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.

Sed nec hoc videtur satisfacere: Tunc quia haec necessitas non est ex lege solum positiua; sed etiam conaturali, supposita

ta fide, iuxta ea, quæ diximus ex D. Thoma q. 84. art. 7. ad. 1. Et iterum dicemus agendo de præcepto contritionis. Tum quia dilectio Dei, licet non sit formaliter contritio: est tamen virtualiter, & æquiualeuter. Quod sufficit ad verba Concilij verificanda.

32 Quare aliter respondet Vazquez quæst. 86. articulo 2. dubio 1. numero 24. dicens. Modus autem, quo separari debet dilectio, vt sit sine detestatione, nõ potest esse alius, nisi ratione apprehensionis quia cogitat quis de Dei bonitate, vnde diligit ipsum, nullo tamẽ modo recordatur peccatorem esse: quod non video impossibile. Si enim vtrumque memoriæ occurrat, existimo veram sententiam Petri à Soto, & Cano, (in quo & ceteri conueniunt) necessariam esse pœnitentiam ad iustificationem, explicitam, in quam non tamẽ existimo ex institutione Dei, voluntarioque illius præcepto; sed ex naturali rerum ordine, supposita fide: cum enim ea supposita vnicuique incumbat iustificatio: & hæc debeat fieri mutatione ipsius hominis voluntate sua, vt qui per peccatũ inimicus erat, voluntate sua, ex auxilio Dei, fiat amicus. quia via possit, etiã si id posset efficere sola dilectione. Quia tamen: cũ adesse etiam est peccatorũ memoria: adhuc in vniuersali, necessario sequitur ex vera dilectione odium peccati, nec necessariam esse dicimus pœnitentiam: Et quod non esset vera dilectio, si statim non parceret veram pœnitentiam propter Deum. Sicut superbia necessario statim excitat inuidiam; si cogitet quis de aliena excellentia, quæ diminituit propriam; alias, ne sequatur inuidia, cessare debet à superbia. Et cum non sit alia mutatio voluntaria ex actu nostræ voluntatis, qua iustificari possimus, nisi pœnitentia, aut dilectio, sequitur in casu, quo adest memoria peccati, esse necessariam pœnitentiam explicitam: quia est necessaria dilectio, vt constat, & ex illa sequitur necessario pœnitentia.

33 Hæc responsio veram continet doctrinam, conformem D. Thomæ, Soto, & Bellarmino, & alijs auctoribus pro nobis relatis. Sed restat efficacior ratio assignanda actus connexionis amoris Dei, & doloris de peccatis, cum adest illorum memoria. Quia exemplum eius potius probat oppositũ: licet enim S. Greg. lib. 31. Moral. cap. 31. & S. Thomas 2. 2. q. 36. art. 4. ad 1. dicant, quod *Prima superbia soboles inanis est gloria, quæ dum oppresam mentem corrumpit, non inuidiam gignit.* Tamẽ hæc na-

tiuitas, & filiatio non est necessaria, sed libera, quæ potest non esse, & solum vt in pluribus contingens, vt notat ipse D. Th. q. 8. de Malo ar. 1. cor. & ad 5. & in 2. dist. 21. q. 2. art. 1. ad 1. cuius rationẽ assignat: quia vnum peccatum ordinari ad finẽ alterius, vel est ex parte ipsius peccantis, cuius voluntas est pronior ad finem vnius peccati, quam alterius. Et hoc est per accidens: *Alio modo ex ipsa habitudine finium; quorum vnus habet quandam conuenientiam cum alio, ita quod vt in pluribus ad ipsum ordinetur.* Sed hoc non semper accidit: quia exercitium pendet ex libero hominis arbitrio. Et sic experientia est manifestum: non enim semper, quod superbus cogitat de aliena excellentia, ei inuidet: quia nec semper bonum alterius est diminitutum propriæ gloriæ: nec semper vult inuidere.

34 Recurrendum ergo ad rationes D. Thomæ, quas exprimit q. 28. de Verit. ar. 5. ad 1. dicens, quod *dilectio non potest esse sine detestatione eius, quod à Deo separat.* Et ad 2. ait, quod *vt quis iustificetur à peccato, requiritur quod contra præteritam iniquitatem operetur detestando ipsam.* Et hæc 3. p. q. 84. ar. 5. ad 2. *Requirunt enim charitas, quod homo doleat de offensa in amicũ commissa, & quod amico homo studeat satisfacere.* Et 2. q. 113. ar. 5. ad 1. *ad eandem virtutem pertinet proficere vnum oppositorũ, & refugere aliud. Ideo sicut ad charitatem pertinet diligere Deũ, ita etiam detestari peccata per que anima separatur à Deo.* Et in 4. Sent. dist. 14. q. 2. art. 1. ad 2. ait, quod *sicut inter homines nõ restituitur amicitia post offensam, nisi per aliquem de offensa dolorem; ita nec charitas post peccatum, nisi per pœnitentiam.*

35 Possuntque hinc non contemnendæ rationes formari. In primis: quia, de lege ordinaria, causa vnica formalis nostræ iustificationis est gratia, & iustitia Dei, qua nos iustos facit: & actus peccatoris solum concurrunt vt dispositiones vel prædiæ, vel committantes, vt constat ex Concilio Trid. sel. 6. ca. 6. & 7. & sel. 14. ca. 4. Sed ille, qui in genere, vel in specie se esse in peccato mortali cognoscit, non se disponit sufficienter vt iustificetur, nisi doleat de culpa, & pro ea satisfacere proponat. Ergo sine Pœnitentiæ actu nõ poterit iustificari. Probat minor. Peccatum mortale separat à Deo, est offensa Dei, inquinat animam: iustificatio vnit animam Deo, eam renouat, & per eam in amicitiam restituitur. Ergo, qui cognoscit quod hæc omnia dispositiuẽ per ipsum hominem sunt operanda, & operari non vult, non se suffi-

sufficienter disponit: & ideo nec iustificatur. Quod explicatur ex his quæ docet D. Th. 1. 2. q. 113. ar. 1. quod iustificatio Adã in statu innocentie fuit per modum simplicis generationis, qui est ex priuatione ad formam: sed iustificatio impij est per modum motus à contrario in contrarium & importat trãsmutationem de statu in iustitiã ad statum iustitiæ. Vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, vt dicit Concilium Trid. illo cap. 6. Sed iustificatio Adami fuit per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, & per actus spei, fidei, & amoris. Ergo vltra hoc iustificatio impij alias dispositiones requirit, quia & forma alios effectus, debet facere nempe peccatum remittere, & expellere. Isti autem sunt actus Pœnitentiæ. Vnde Concilium. *Ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, &c.* Et sel. 14. cap. 4. docet quod contritio præparat ad remissionem peccatorum: & quod Deo reconciliat, quando est formata charitate: & de attritione ait quod illa penitens viam sibi ad iustitiam parat. Ergo cũ manente memoria peccati, non est cur homo excusetur ab istis dispositionibus eliciendis, si tunc non pœniteat, tunc nõ iustificabitur, quamvis non instet tempus obligationis præcepti contritionis.

36 Secundo ex parte ipsius actus charitatis id probatur. Quia nõ qualibet simplex affectio erga diuinam bonitatem sufficit vt sit vltima dispositio ad gratiã: sed debet esse amor Dei super omnia, auertens ab vltimo fine, ad quem homo fuerat conuersus per peccatum mortale, & constituens Deum suum vltimum finem: & habens essentialia prædicata charitatis infusæ incompossibilis cum peccato mortali. Sed si actus charitatis affectum peccati excludens, & Deo reconcilians, & animam Deo per amorem amicitie coniungens, si sit in illo, qui habet memoriã sui peccati mortalis, non potest nõ esse odiũ peccati, & habere simul dolorem de illo, & propositum satisfaciendi. Ergo de lege ordinaria non poterit non esse simul cum odio peccati, & cum actu Pœnitentiæ. Minor probatur simili ratione, qua probat D. Thomas 2. 2. q. 24. art. 12. quod quolibet actu peccati mortalis charitas amittitur (cuius conclusionem in hac parte docet Concilium Trident. sel. 6. cap. 15. esse *Diuinæ legis doctrinam.* 1. ad Cor. 6) *Quia quilibet actus peccati mortalis contrariatur charitati secundum propriam ratio-*

nem, quæ consistit in hoc quod Deus diligatur super omnia: & quod tota alter se subiciat illi, omnia sua referendo in ipsum. Et vt dicit in 3. sent. dist. 31. q. 1. ar. 1. *Sic homo in peccatum lapsus charitatem amittit: quia per peccatum à Deo diuiditur, cum sibi alium finem constituat, cum non possint duo esse fines vltimi.* Nam charitatis actus vnus Deus vt fini vltimo; est amor Dei, & odiũ peccati, quo scit se fuisse separatum à Deo: est amor amicitie, cupiens amicum placare, & ei satisfacere. Nec cum hac vnione actuali remanet peccatum habituale: alioquin homo haberet simul duos vltimos fines: quod repugnare ostendit S. Th. 1. 2. q. 1. art. 5. vbi Caietanus ait. *Aduerte primo titulum, quod intelligo ipsum de simul ferri tam actu, quam affectu, seu habitu.* De quo Baptista ibi disp. 15. con. 6. & n. 314. Et sic cessat id quod obiebat Lugo. n. 96. quia post actum charitatis nõ manet peccatum habituale; quia est iam retractatus actus præteritus; & si homo est iustificatus (vt ipse contendit) non remanet culpa, sed solum reatus pœnæ. Si ergo pœnitentia est dispositio necessaria ad delendum peccatum, est necessaria ad iustificationem: etiam non instante præcepto contritionis.

37 Confirmatur explicando qualiter quamvis odium peccati, & vele compensare sint actus distincti: quia primus est charitatis actus, & secundus Pœnitentiæ; isti actus sint simul, & vnus sequatur ex alio, & quasi vnus computentur; ex doctrina D. Thomæ in 4. dist. 14. in expositione litteræ, vbi cum Magister dixisset, quod Pœnitentia est *cum emendationis propositio* &c. Obiecit S. Thomas dicens. Sed contra. Vnius habitus vnus est actus: hic autem ponuntur quatuor actus Pœnitentiæ, scilicet, propositum emendationis, plangere peccata præterita, & odire, & iterum nolle vterius committere. Cui difficultati respondet, Et dicendũ: *Quod ista quatuor se consequuntur in pœnitentia, & ideo quasi pro vno actu computantur: quia sicut amor delectationem parit inconsideratione amicitie, ita odium peccati tristitiam de ipso parit, & tristitia ad destructionem ipsius mouet.* Et ideo inter quatuor prædicta, primum est odire peccata, secundum eã plangere, tertium eã destrure, quantum ad præterita, cum proposito emendationis; & quantum ad futurum per hoc quod homo plangenda committere nollit: quod est quartum. Hæc S. Thomas. Sic in proposito ex amore charitatis amans Deum odio

odio habet peccatum, & illud detestatur, & Deum placare intendit, & ei satisfacere: & quamvis isti sint distincti actus charitatis, & Pœnitentiæ: tamē se consequuntur, & ideo quasi pro uno computantur. & in illo, qui amat Deum, memor sui mortalis peccati, non separantur: vel si separari contingat, nec Deum super omnia diliget, nec ultimo ad iustificationem disponitur, sicut nec eam obrinebit; Si affectus peccandi non excludat, aut non sit cum fiducia diuinæ misericordie, & voto prestandi reliqua, que ad rite suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ requiruntur: Si enim hoc docet Concilium de contritione, cuius proprium est impetrare veniam, & nos Deo reconciliare, vt patet 14. cap. 4. afortiori id constat de actu amoris, cuius vis ad hoc non est in Concilijs expressa, nisi Pœnitentiæ, & fidei coniuncta.

38 Quod confirmatur ex S. Augustino de moribus Ecclesiæ cap. 11. dicente, quod *charitas est virtus, qua cum nostra affectio est rectissima coniungit nos Deo, qua cum diligimus.* Et Apostolus 1. ad Tim. 1. ait. *Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona.* Quod exponens S. Thomas 2. 2. q. 24. art. 2. ad 3. ait, quod hoc referendum est ad actum charitatis, qui ex promissis exspectatur. Vel etiam hoc dicitur, quia *huiusmodi actus disponunt hominem ad recipiendum charitatis infusionem.* Quod optime explanat ipse S. Thomas 1. Tim. 1. lec. 2. inter alia dicens: *Impossibile est quod cor impurum sit promptum ad charitatem, quia vnicuique est diligibile, quod sibi est conforme.* Cor impurum diligit illud, quod competit ei secundum passionem. Ergo necesse est, quod sit expeditum à passionibus. Canticorum. 1. *Recte diligit de.* Et infra ad illa verba: *Est conscientia bona:* ait D. Thomas. *Qui ergo non habuerit conscientiam bonam, non potest Deum pure diligere:* quia qui non habet conscientiam bonam, timet pœnam. Timor autem nō est incharitate, sed fugit Deum, & non vnitur ei. Et ideo præcepta, quæ conscientiam rectificant, bene disponunt ad charitatem. Hæc D. Thomas. Recte ergo ipse q. 85. art. 6. ad 3. dixit, quod Pœnitentia simul intrat cum virtutibus, quibus aperit aditum expellendo peccatum, per virtutem fidei, & charitatis, quæ sunt naturaliter priores: quamvis ipsa sit prior ingenere causa dispositiua, & materialis. Et sic cessant motiua secundæ sententiæ.

39 Ad rationes M. Cano respondet Vazquez dub. 1. n. 27. diuersam esse ratio-

nem fidei, & Pœnitentiæ, quamvis enim vtrumque sit medium iustificationis, fides tamen cum sit principium operandi, & dilectionem, & quicquid ad iustificationem proxime disponit, vt si fides non fuerit, non possimus operari; illa debet esse explicita aliqua fides. Non dico cuiuscunque credibilis, sed alicuius saltem. An vero requiratur fides Christi explicitè necessario? Modo non disputo. Si vero est necessarium medium, erit explicita Christi fides ex institutione voluntaria Dei: Quod alibi videbimus. Sed pœnitentia est medium ex natura rei, quia necessario sequitur ex dilectione, quæ est necessaria: & quia potest illa sola illud prestare, constat aliquando sufficere virtualemente illam displicentiam, eo modo, & tempore, vt exposuimus. Secus esset, si Deus eam pœnitentiam expressam proposuisset vt medium necessarium voluntate sua; tunc enim non posset sine illa esse dilectior, quia ad illam Deus non inuaret, si voluit illam pœnitentiam esse medium explicitè: de hac vero institutione libera Dei non constat.

Facilius tamen responderant Soto, & alij potius retorquendo argumentum: quia æque commedatur in Scriptura necessitas Baptismi Ioan. 3. ac necessitas Pœnitentiæ Lucæ 13. sed laborans ignorantia in vincibili posset iustificari sine voto eius expresso; ergo qui oblitus est peccatorum per pœnitentiam virtualemente potest ultimo disponi vt à Deo per gratiam iustificetur.

Præterea, vt notat Coninch n. 53. Scriptura, & Patres non requirunt explicitè formalem contritionem: sed simpliciter contritionem, siue pœnitentiam. Quæ vox, & si proprie, & in rigore formalem pœnitentiam significet, & ideo, quando fieri potest ita accipienda sit: ideoque dicendum sit ordinariè, siue in memorie suorum peccatorum, requiri formalem pœnitentiam, vt dictum est. Tamen absolute ad veritatem istorum locorum potest sufficere, si dicamus sufficere aliquando contritionem virtualemente, quia qui eam habet, vere potest dici contritus: & alias loca Scripturæ, & rationes allatæ nos ad hoc cogunt. Et denique, quia qui iustificatur per actum charitatis, habet saltem formalem pœnitentiam in voto, atque ita potest dici nō omnino sine ea iustificari. Neque vllō modo hoc fauet hæresis Lutherana, damnata à Concilio, & a Leone Decimo: quia illi absolute negant vllam pœnitentiam

vnquam esse necessariam ad remissionem peccatorum: voluntque ad eam sufficere solam desistentiam à peccato, abutentes illo Prouerbio, *optima pœnitentia est noua vita.* Nos vero ordinariè requirimus formalem pœnitentiam, & semper saltem virtualemente.

Reliquis argumentis satisfaciunt probationes secundæ assertionis, & quæ in eius defensionem diximus.

§. VI. Vtrum possit Deus sine actu charitatis, aut pœnitentiæ virtutis peccata mortalia dimittere.

40 Sed restat tertia difficultas, vtrum possit Deus sine actu charitatis, aut pœnitentiæ virtutis, peccata mortalia dimittere?

Negant Petrus Soto lec. 4. de Pœnitentiâ & Dominicus Soto in 4. dist. 15. q. 1. ar. 2. §. Sed quid, & Ioannes Nicolai hic, Becanus de iustific. cap. 3. n. 28. Petrus Lorca 1. 2. de gratia disp. 37. §. Super est. Et Montefinos 1. 2. disp. 16. q. 4. nu. 93. dicit probabilissimam, qui existimant ita sentire D. Thomam art. 2. dicente, *quod impossibile est peccatum actuale mortale sine pœnitentiâ remitti.* Nec aliter fieri posse per potentiam ipsam extraordinariam, & absolutam ex ipso articuli corpore sub intelligitur: quia cum S. Thomas impossibile dicit aliquid quod natum est à solo Deo fieri, subintelligit absolute, vt q. 1. de potentia, art. 4. ex professo explicat. Item, vt ponderat Soto, quia discrimen inter virtutem pœnitentiæ, & Sacramentum, dicens, quod sine Sacramento Deus potest remittere peccatum: & tamen absque illo in se, vel in voto, non potest de potentia ordinariæ, sed de absoluta, quem modum Christus per potestatem excellentiæ remiisit Paralitico, & Magdalene. Ergo sine virtuti intelligit per nullam potentiam id posse.

41 Et ideo tanquam certa statuitur hæc conclusio: quæ quamuis primâ facie dura videatur, fiet intelligenti liquida. Probat post quatuor columnas. §. Hoc igitur Deum mortale, aut originale peccatum hominis remittere, est ipsum in suâ gratiam, & amicitiam reuocare. In gratiam autem, & amicitiam Dei hominem reuocari impossibile est per omnem potentiam, nisi sit bonus, & iustus. Bonum

vero, & iustum impossibile est hominem ad iustum fieri, nisi voluntatem, quam habet à Deo auersam, in ipsum conuertat. Quod per solam peccati deestimationem, quæ est pœnitentia fieri potest. Ergo omnino est impossibile Deum cui piam mortale peccatum remittere nisi per pœnitentiam. Paruuli vero ante vsum rationis, quamuis etiam per nullam potentiam Dei possint in gratiam reuocari, quin fiant iusti, & boni; tamen quia originale non propria voluntate commiserunt, possunt absque proprio etiam motu à Deo iustificari.

42 Oppositam sententiam merito tenent Martinus Ledelma 1. part. Quarti. q. 27. art. 2. dub. 1. conc. 4. Curiel 1. 2. q. 113. art. 3. dub. 2. §. 2. & ibi Montefinos disp. 33. q. 6. num. 210. dicit probabiliorē. Araujo 3. p. q. 36. art. 3. num. 1. dicens, quod *communiter recipitur à Theologis: Nuño art. 2. dub. 2. conc. 1. ait, quod prior sententia parum, vel nihil habet probabilioris.* Patet (inquit) meo iudicio, *evidētior*: quoniam nulla est implicatio in hoc, quod Deus infundat peccatori dormienti habitum gratiæ: & consequenter habitum charitatis, & pœnitentiæ. Sed tunc manebit omnino remissum peccatum: si quidem cum his habitibus esse non potest. Ergo sine actu charitatis, & pœnitentiæ de potentia Dei absoluta potest remitti peccatum actuale mortale.

43 Beneque probat Suarez disp. 9. sec. 2. n. 4. In primis, quia sine actu peccatoris, posset assumi ad vnionem hypostaticam, quæ vnio non potest alicui naturaliter conferri, quin sanctificetur. Deinde arguit n. 3. Quia actus peccatoris non requiritur ad remissionem peccati, raquam forma per se ipsam formaliter excludens culpam: sed tamquam dispositio cōgrua, & ex natura rei, & ex diuina ordinatione. Non repugnat autem Deum conferre effectum formalem sine præuia dispositione ad formam, quæcumque tandem illa forma sit. Quod etiam in naturalibus manifestum est. Videantur Suarez lib. 7. de gratia, cap. 21. Vazquez tom. 2. in 1. 2. disp. 207. cap. 3. & alij quos refert, & sequitur Ripalda lib. 6. de Ente sup. disp. vlt. sec. 24. & 25.

Argumentum contrarium Suarez soluit nam 6. docens sine actibus peccatoris posse fieri conuersionem: quia gratia, & vnio hypostatica faciunt immutationem physicam adeo diuinam, & excellentem, vt ab homine tollant etiam

deformitatem moralem peccati mortalis, & reddant eum sanctum: & hoc aequaleat retractationi morali. De mente autem D. Thomae dubio 5. sequenti dicitur, ubi & radicitus exponemus. Quo modo essentialiter requiratur retractatio vel formalis, vel alia eminentior: & forte hoc solum intendunt Authores prioris sententiae.

DUBIVM QVARTVM.

Vtrum peccatum mortale possit remitti per extrinsecam Dei condonationem?

Quamuis directè hoc disputare pertineat ad tractatū de iustificatione 1. 2. q. 113. Tamen ad plenam intelligentiam articuli secundi, a multis hic per tractatur: nec potest omnino omitti, ut completa maneat doctrina dubij præcedentis. Sed quia vnicè tota ratio decidendi hoc dubium, pendet ex resolutione alterius de constitutio peccati habitualis; hinc necesse est exordium dicendi sumamus.

§. I. Status questionis, & quatuor sententiae de constitutio peccati habitualis.

Supponendum est cum cōmuni Theologorum, & Patrum, quod transeunte actu peccati, manet aliquid ratione cuius homo denominetur peccator, quandiu non assequitur peccati remissionem. Quod constat ex illo Lucae 7. *Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix.* Et cap. 5. Pharisei dicebant ad Christi discipulos. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis?* Ad Roman. 5. ver. 8. *Quoniam cum ad huc peccatores essemus.* Matthaei 9. ver. 14. *Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* Iacobi 5. ver. 20. *Qui conuersi fecerit peccatorem.* Isaia 1. *Va gēti peccatrici.* Et sæpissimè alibi in Scriptura Sacra homines propter peccata, quæ ante commiserant, appellantur peccatores, iniusti, & iniqui. Qui modus loquendi habetur in Concilio Tridentis

no sel. 6. cap. 7. ubi dicitur quod in iustificatione *homo ex iniusto fit iustus.* Et sel. 14. cap. 6. & can. 10. Ad intentum multa adducit Salas 1. 2. tom. 2. trac. 13. disp. 14. sec. 1.

Et in simili idem Concilium sel. 5. in Decreto de peccato originali canonice primo, docet Adam per peccatum sanctitatem, & iustitiam amississe, *incurrisse que per offensam præuaricationis huiusmodi, iram, & indignationem Dei.* Et canone secundo docet per inobedientiam peccatum in posteros non tantum mortem corporis, *sed etiam peccatum, quod mors est anime, transfudisse.* Et canone tertio, asserit hoc peccatum propagatione transfusum, & quod *inest unicuique proprium.* Denique canone quinto, docet per gratiam Baptismatis *reatum originalis peccati remitti, & tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet.* Cum autem pueri, qui peccatum originale contrahunt, non habeant aliquid aliud, quam aliquid simile cum eo, quod mansit in Adam per peccatum ante quam per gratiam remitteretur, sit consequens fere eandem esse difficultatem exponendi, quid est illud unicuique proprium, quod dicitur, & est peccatum originale; ac exponere quid est illud, quod habitualiter maneat, & à quo intrinsicè denominetur peccator? Cum transacto actu, nihil maneat, nisi denominatio extrinseca, qua dicitur peccasse; quæ denominatio neque etiam per infusionem gratiæ tolli potest.

2 Augetur non parum difficultas, quia licet res ipsa in scriptura, & Patribus, & evidenti ratione Theologica, cōstet: tamen hoc complexum, *peccatum habituale*; nec in D. Augustino, nec in D. Thoma, sub istis vocibus, inuenitur. D. August. lib. 1. de Nuptijs, & conc. cap. 26 & lib. 6. contra Iulianum cap. 8. meminisse illius sub nomine *reatus*; quam vocem retinuit Concilium, loquendo de peccato originali. Sed propter vocis varias acceptiones, ex illa nihil certi potest haberi. Ut enim aduertit Magister sententiarum in 2. distinct. 42. *Reatus in scriptura tripliciter accipitur, scilicet, pro culpa, pro pœna, pro obligatione pœne.* Vnde ex hac ratione vocis non possumus sumere certam notionem peccati habitualis. Similiter neque in elaboratissima Tabula Petri Bergomensis vlla est mentio peccati ha-

bitualis. Vnde diligentissimi scrutatores mentis D. Thomae Patres Carmelitani Salmanticenses tom. 4. in 1. 2. q. 86. art. 2. num. 4. voces has in D. Thoma non inuenientes, inferunt, quod ubique quicquid ex peccato actuali relinquatur, quod ad habituale possit pertinere, appellauit S. Doctor nomine *maculae.*

Quod etiam in alijs antiquis Scholasticis animaduertimus: forte enim tunc complexum illud non erat in vsu; sed nomen peccati ad solum actuale, vel originale veteres restringebant: & quod nos habituale, illi non nisi maculam vocabant. Idem docuerat Lorca de Peccatis disp. 49.

Hæc animaduersio non erat ut certa supponenda; quia de hoc ipso est questio (ut referendæ sententiæ monstrabunt) quia maculam esse priuationem, fere est per se notum: & peccatum habituale in sola priuatione consistere, iam numeri antiqui, & recentiores non admittunt. Et Capreolus & Caietanus, & multi Thomistæ distinguunt inter formale peccati habitualis, & offensivæ, & rationem formalem maculæ; Et quamvis voces istæ non inueniantur in D. Thoma, in ipso, & in Tabula Petri Bergomensis, quatuor testimonia notamus infra, in quibus sub æquivalentibus de peccato habituali mentionem facit D. Thomas sub nomine peccati distincti cōtra actuale; licet non tam expresse vocem cōplexam usurparit, *peccatum habituale.* Et adhuc voces usurpando, sunt antiqui, qui expresse impugnent asserentes voces esse synonimas. Siquidem Scorus in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. §. *Hic sunt tria*, lit. A sic ait. De primo sciendum, quod sicut est duplex iustitia habitualis, scilicet, gratia, & charitas; & actualis, scilicet, rectitudo nata in esse actui elicito. Et prima patet. Secunda declaratur: quia actus natus est elici conformiter suæ regulæ: & in ista conformitate consistit rectitudo eius. Item, cum opposita æque multipliciter dicantur, erit duplex iniustitia. *Habitualis*, scilicet, priuatio gratiæ, in eo cui debet esse: & actualis, scilicet, priuatio istius rectitudinis in actu, cui deberet in esse. Post autem actum intrinsicum, & extrinsecum transeunt, manet quadam iniustitia habitualis. Ecce quam antiquæ sunt voces. Et tamen probat, quod hoc non sufficiat ad explicandum peccatum habituale: vnde subiungit. *Sed non ab illa sola dicitur quis peccator*; alioquin qui commisset duo millia peccata mortalia, &

qui vnum essent æque peccatores intenciuæ, & extenciuæ, &c. De quo postea, quia hoc modo non adducimus, nisi ad explicandam, quod per hoc quod habeatur, quid sit macula; non inde habetur quid sit habituale peccatum? Vnde, & Durandus in 2. dist. 32. q. 1. num. 5. & in 3. dist. 19. q. 1. num. 7. & alijs locis referendis, distinguunt maculam a peccato habituali. Videndum ergo an ita sit, & quid sit peccatum habituale? Non omnes referemus sententias; sed solum celebriores, quæ certos habent auctores, & quæ condecant ad dandam resolutioni claritatem.

3 Prima ergo sententia docet peccatum habituale consistere in aliquo positivo. Quæ tribus vijs defenditur. Qui enim dicunt peccatum originale esse qualitatem morbidam superadditam naturalibus qualitatibus, idem dicunt de peccato habituali. Illam autem sententiam docerunt Guillelmus Paris. de vijs, cap. 2. & 3. & 4. Et Henricus Quodlib. 1. q. 27. Okam, & Gabriel in 2. dist. 30. q. 2. art. 1. dub. 1. Richardus ibi q. 1. & distinct. 31. ubi, & Guillelmus Estius. §. 1. Gregor. Arim. dist. 30. q. 1. art. 2. Qui & art. 8. dicit habitus vitiosos, qui ex prauis actibus acquiruntur, habere rationem culpæ habitualis, donec eorum reatus per poenitentiam dimittatur. Iacobus etiam Nancianus ad Rom. 5. ad illa verba: *Non ergo regnat peccatum*, & Corduba lib. 1. q. 45. opinione tertia dicunt, quod est inclinatio præter naturalis, & vehementius inclinans ad delectabilia sensus, seu carnis, & ad intensiorem actum, quam rationis ordo requirit. Et ait Corduba, quod hæc opinio coincidit cum illa de morbida qualitate, quæ bene intellecta, probabilis est.

Zumei 1. 2. q. 86. art. 2. disp. unica, conc. 4. docet, quod mortale peccatum habituale consistit in quadam habituali conuersione ad creaturam, sicut fufius explicatum est in disp. de peccato originali q. 82. art. 3. plerisque in locis, tam in dubio annexo primæ disputationis, quàm in disp. 2. eiusdem articuli. Et probatur (inquit) quia peccatum habituale, quod relinquatur per modum termini, & actus primi in eo, qui actualiter peccauit, & tracto actu peccati, est eiusdem speciei mortalis cum peccato actualiter commisso: & oppositum dicere, stultum est. Dico eiusdem speciei mortalis, ut omittamus modo rationem physicam eius. Sed illud actua-

actuale, quod praecessit, non solum consistebat in priuatione conformatis debita; sed etiam in aliquo positivo, & in conuersione ad obiectum. Ergo habituale peccatum, quod manet transacto actu peccati, etiam dicitur per modum termini, & actus primi, tam priuationem conformitatis, & auersionem, quam habitualem conuersionem: Si ergo eiusdem speciei sunt, sequitur quod habituale peccatum in ipso, a quo denominatur peccator, est aliquid posituum morale ut minimum. Et infra. Unde dicendum est talem conuersionem habitualem ad bonum commutabile, esse aliquid morale posituum, & quasi per modum actus primi in peccatore habituali. quam sententiam, vt probabilioem, defendunt Nuisio 3. p. q. 86. art. 2. dub. 2. §. Pro cuius, a folio 121. vsque 124. dicens hoc posituum esse ens reale, morale, modale, collocatum tantum reductiue in praedicamento qualitatis. Citant alios antiquos Thomistas, in quibus id non inuenio. Tenet tamen Gregor. Martinez 1. 2. q. 86. art. 2. dub. 1. conc. 5. dicens, quod eam tenent quam plurimi Thomistae in manuscriptis.

Probarique solet ex D. Thoma 1. 2. q. 71. art. 1. docente iustificationem impii esse secundum rationem motus a contrario in contrarium; atque adeo a positivo in posituum: nempe a peccato habituali, ad gratiam. Quod exponit q. 28. de Veritate art. 6. dicens: Si autem culpa aliquid ponit, non secundum rationem; sed re, est aliud remissio culpae, & infusio gratiae, si considerentur vt mutationes; quamuis in ratione motus sit vnū, vt supra dictum est; Culpa autem aliquid ponit, & non solum absentiam gratiae. Et quaest. 24. de Veritate art. 12. in medio corporis articuli ait D. Thomas. Homo autem, qui est in peccato mortali, habitualiter peccato inhaeret. Quamuis enim non semper habeat habitum vitij, quia ex vno actu luxuriae habitus non generatur: Voluntas tamen peccantis, derelicto incommutabili bono, bono commutabili quasi fini adhaeret. Et huiusmodi adhaesionis vis, & inclinatio in ea manet, quousque iterato bono incommutabili quasi fini adhaeret. Manet ergo in peccatore aliquid reale habituale, modale, posituum ex mente D. Thomae.

4. Secunda opinio est Scoti in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. §. Dico ergo, asserentis, quod nil reale absolutum, vel relatiuum est in

aliquo cessante omni actu peccati, a quo ille dicatur peccator a tempore cessationis actus vsque ad poenitentiam. Sed tantummodo quaedam relatio rationis, in quantum est obiectum intellectus, vel voluntatis Dei; quia postquam commisit, Dei voluntas ordinat ipsum ad poenam correspondentem peccato: & tunc intellectus prauidet, & pro omni tempore, donec poena debita sit soluta. Istud probatur per S. August. tom. 8. in Enagrat. 2. super illud Psalmi 31. Beati, quorum remissa sunt iniquitates: ita inquit. Coeperta sunt peccata, tecta sunt, abolita sunt: si texit peccata Deus, noluit aduertere; si noluit aduertere; noluit animaduertere; si noluit animaduertere; noluit punire; noluit cognoscere; maluit ignoscere. Ergo ipsum remanere in reatu post actum transeuntem, nihil aliud est, nisi ipsum a Dei voluntate ordinari ad poenam condignam illi peccato. Obiectum autem intellectus, vel voluntatis, vt intellectum, vel volitum, non habet nisi relationem rationis. Ergo: Quod duplici exemplo explicat; & illius, cuius auertitur merita, non aucta gratia, & illius, qui inter homines offendit principem. Ex quo litt. H. infertur, ver. Ex isto sequitur corollarium, quod nihil aliud est post actum peccati cessantem, offensa, macula, & reatus, nisi ista relatio rationis, scilicet, ordinatio ad ad poenam: vt est disconueniens ipsi animae, dicitur eius macula: sicut per oppositum pulchritudo: Vt autem est obligatio formaliter ad illam poenam, dicitur reatus. Et vt est actus voluntatis diuinae, in qua est tota ista realitas, per quem actum ordinatur ad talem poenam, dicitur offensa. Nihil enim aliud est offendi, vel irasci in Deo, quam velle vindicare ista poena. Haec Scotus. Qui idem docet dist. 16. q. 2. §. Respondeo, litt. D. Idem tenent OKam in 4. dist. 14. q. 8. & 9. Gabriel q. 1. art. 1. not. 2. vbi tamen ait litt. H. ver. Si ergo, quod ordinatio illa non est quid vnū; sed est ipse peccator ordinatus, & Deus ordinans, & poenam ad quam ordinatur, & peccatum, quod commissum est, propter quod peccator ad poenam ordinatur. Vel secundum alium modum magis consuetum, ordinatio passiuè, est ordinatus, in quantum sibi conueniunt certae conditiones; hoc est, ordinatio passiuè supponit pro ordinato; & connotat cetera, scilicet, Deum, poenam, peccata, Sed actiuè, est Deus ordinans, & Reatus, & macula dicitur ordinationem passiuè: ideo sunt rea.

realiter peccator ordinatus. Offensa autem accipitur tantum actiue: & sic supponit pro Deo vindicare volente: est enim offensa actus diuinae voluntatis, quo vult vindicare.

5. Durandus etiam in 2. dist. 32. q. 7. n. 5. docet, quod peccatum remitti, non est aliud, quā ipsum non imputari ad poenam: quia sicut Deus non dicitur offensus secundum affectum, sed secundum effectum, in quantum admodum offensi poenam infligit, aut praeparat: ita offensa dicitur remitti solum, quia poena non infligitur, aut praeparatur. Cui concordat dictum Scripturae Psal. 31. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Idem Durandus in 2. dist. 42. q. 3. nu. 4. dicit, quod reatus non est aliud quam debitum poenae. Et in 4. dist. 16. q. 2. n. 6. & dist. 21. q. 1. n. 5.

Et confirmatur ex Innoc. III. cap. Maior es, de Baptismo. Et ex Concil. Trid. in Decreto de peccato originali §. 5. vbi nomine reatus illud significant. Et S. August. to. 7. lib. 2. de Nuptijs, & concup. cap. 26. docet, quod hoc est non habere peccatum, reum non esse peccati. Et in fine capitis de peccatis ait. Sed quomodo manent, si praeterita sunt; nisi quia, quae acta praeteriunt, manent reatu. Quod & docet lib. 6. contra Iulianum cap. 8.

6. Celebris est his temporibus tertia sententia, quam docuit Ioannes de Medina Doctor Complutensis, Codice de Poenitentia trac. 1. q. 7. §. Quicquid, dicens, quod hominem esse in peccato, duo dicit, scilicet, hominem peccasse, & peccatum suum non esse a Deo sibi condonatum. Sequuntur hanc sententiam verius explicatam Vazquez to. 1. in 1. 2. disp. 139. cap. 5. Suarez, to. 4. in 3. p. disp. 9. sec. 4. n. 23. Et clarius to. 3. de gratia lib. 7. cap. 23. n. 15. Granados 1. 2. de peccatis, contr. 6. trac. 8. disp. 1. sec. 1. Lugo de Poenit. disp. 7. sec. 5. n. 48. Ripalda lib. 6. de Ente supernat. disp. ult. sec. 21. a num. 286. & sec. 22. & 23. Alijque multi praesertim recentiores; licet non vna via id explicent. Siquidem Granados vbi supra sec. 2. a num. 9. vsque ad 12. & Palao tom. 1. trac. 2. disp. 2. puncto 4. in fine asserunt priuationem gratiae nullo modo ingredi constitutiuum peccati habitualis. Tannerus de peccatis, disp. 4. q. 6. dub. 1. num. 20. & 24. & Hericæ 1. part. disp. 17. cap. 2. num. 17. docent ingredi vt partem essentialem peccati habitualis, vt habitualis in hoc sta-

tu; secus in statu purae naturae. At vero Quiedo 1. 2. trac. 6. controu. 8. punct. 4. asserit peccatum habituale dicere formaliter actionem praeteritam, & obligationem satisfaciendi.

Melius Lugo num. 48. ait, peccatum habituale nihil aliud esse; quam peccatum actuale moraliter perseverans in ordine ad reddendum hominem rationabiliter exosum Deo. Fundamentum huius perseverantiae moralis est, peccasse hominem, & non satisfacisse condigne; nec Deum offensam condonasse. Quibus positis, prudenter censentur peccatum praeteritum aequiualeter durare; nec minus reddere hominem reum odij, quam si actu existeret physice voluntas peccandi. Ex quo infertur numer. 5. 1. peccatum habituale intrinsicè componi ex peccato actuali praeterito, & ex negatione condignae satisfactionis, & condonationis Dei: complexum enim ex his tribus appellatur peccatum habituale, & quodlibet eorum deficiente, non datur peccatum habituale: cum hoc tamen discrimine, quod peccatum actuale non requiritur praesens, sed praeteritum: negatio vero satisfactionis condignae, & condonationis Dei, vtraque requiritur praesens.

Qualiter autem cohaereat; quod Suarez disput. 8. de peccatis, sec. vnica, conc. 3. essentiam peccati habitualis reducat ad quandam moralem, & prudenter appretiationem, iuxta quam qui peccauit, dum non iustificatur, censetur a Deo auersus: Et quod priuatio gratiae non habet rationem culpae, quia est poena, & a Deo subtrahente. Et tamen disp. 9. sec. 2. peccatum originale constituit in priuatione iustitiae originalis. Haec (inquam) non facile cohaeret. Vnde Patres Carmelitani Salmanticenses 1. 2. quaest. 85. art. 2. num. 16. in fine, dicunt, quod non videtur loqui admodum consequenter: quia peccatum originale vere, & proprie est culpa: vnde si ibi priuatio gratiae simul est culpa, & poena respectu diuersorum; idem posset dicere in peccato habituali.

7. Communiter Thomistae, & multi Theologi, docent peccatum habituale essentialiter consistere in priuatione relicta ex peccato actuali. Licet non via vna, nec eisdem vocibus rem declarant. Caletan. optime videtur re explicuisse duo dicēs 1. 2. q. 86. a. 1. Primo, quod id, quo formaliter homo, postquam peccauit, dicitur, & est

peccator, seu malus, malo culpae, & formaliter quid priuatiuum: quia malum priuatio est: & peccatum priuatiuum, aut priuatio est. Secundo asserit, quod peccatum habituale essentialiter est priuatio coniunctionis ad Deum, non absolute, sed vt ex peccato. Et quod priuatio nitoris, non est id quo formaliter post actum, dicitur quis peccator, sed effectus eius, quia sequitur ex priuatione conuersionis: & à D. Thoma ponitur effectus peccati. Nam sicut dum actu peccat, dicitur malus, & peccator, auersione actuali: ita post, auersione remanente, quae nihil aliud est, quam priuatio conuersionis ad Deum ex peccato. Notat tamen Caietanus, quod priuatio coniunctionis ad Deum, & priuatio nitoris est vna macula secundum rem. Verumtamen (inquit) si quis diligenter attenderit, videbit vtrobiq; vnam solam priuationem diuersis rationibus diuersimode significatam. Anima namque Deo iuncta per charitatem conformatur Deo, conuertitur ad illum, coniungitur illi, illuminatur ab eo, fulget ex illo. Et per oppositum, priuatio coniunctionis ex peccato, opposita facit: & elongatio, dissimilitudo, auersio, maculaque dicitur.

Idem sequitur Petrus Soto lec. 3. de Poenit. & Dominicus Soto in 4. distin. 15. q. 1. art. 2. §. *Quod si arguas*. Similia dixerant Magister in 4. dist. 18. cap. vltim. & ibi S. Bonauentura in exposit. textus, dub. 8. num. 49. Richardus ibidem. Alensis parte. 1. q. 14. membr. 6. art. 4. Capreolus in 2. dist. 14. q. 1. ad argumenta Scoti, & Aureoli contra tertiam, à folio 173. ad 176. multis adductis auctoritatibus D. Thomae, in fine quaestionis concludit. Non enim S. Thomas ponit quod aliquis dicatur formaliter peccator transeunte actu peccati per aliquam priuationem actualis iustitiae, vel gratiae in voluntate praecise: nec similiter per talem priuationem vt est derelicta ex actu peccati. Sed, vt dictum est, ille, qui peccatum commisit, transeunte actu peccati, nondum peccato remisso per gratiam, aut gratiae Sacramento, in illo intermedio, *Dicitur formaliter peccator per peccatum praecedens, aliquo modo manens in suo effectu derelicto ex parte conuersionis, vel quaerionis.*

Pariter Conradus 1. 2. quaest. 86. ar. 1. §. *Hic quaerit*, asserit, quod macula importat priuationem gratiae, non quoniam modo, sed priuationem gratiae

inordinato actu causatam, & quasi habituale auersionem animae à Deo. Loquendo de peccato originali similia dicunt Soto lib. 2. de natura, & gratia, cap. 9. col. 1. Medina 1. 2. q. 82. art. 1. cōc. 4. & 5.

Lorca de Peccatis disp. 50. conc. 5. loquendo de peccato habituali, ait. Praeter priuationem gratiae habitualis, ad maculam pertinet illa priuatio rectitudinis, vel conformitatis ad rationem, & legem, relicta ex peccato actuali, & habitualiter conseruata. Quia cum quis se conuertit ad aliquod obiectum, & auertitur ab opposito, donec contrario motu ab illo auertatur, & ad primum redeat, manet in eadem dispositione, & habitudine, vt patet in corporalibus, & in moralibus idem contingit: quia affectus animae sunt quidam gressus, quibus mouetur ad obiecta. Hanc vero auersionem, & priuationem esse maculam, patet: quia est mala moraliter: est enim perferantia, & conseruatio quaedam malitiae actualis: & sicut ab actuali denominatur homo peccans: sic ab hac denominatur peccator, & esse in statu peccati.

8 Idem docet Franciscus Sornius libr. 2. demonstrat. Relig. Christian. trac. 9. cap. 1. quem refert, & sequitur Curiel 1. 2. quaest. 86. artic. 2. dub. 2. conc. 4. dicens, quod peccatum habituale mortale in homine ordinato ad finem supernaturalem, habet adiunctam priuationem gratiae, tam secundum se, tam quoad effectus reddendi nos Deo gratos, facere animam nitidam, & pulchram, & dignam vt acceptetur ad gloriam. Non tamen consistit formaliter in ea: sed in priuatione habituali conformitatis ad legem, quam aliquis est transgressus per peccatum actuale; quatenus huiusmodi priuatio manet in ipso per modum termini peccati actualis. Probat ex D. Thoma quaest. 86. art. 1. & 2. corpore, & ad 1. & 3. Et impugnatione aliarum sententiarum. Hanc dicit *probabilem* Gregor. Martinez 1. 2. quaest. 86. art. 2. dub. 1. conc. 4. *Quia videtur clare D. Thoma, & est communis omnium, & faciliter intelligitur.* Docetque Zumel 1. 2. q. 86. art. 2. disp. vnicā, conc. 6.

Differunt autē Curiel à Capreol. & ab alijs, quod Curiel, & Zumel excludunt gratiae priuationem acōstitutiue peccati habitualis

At

At vero Capreolus, & alij, ita agnoscunt illam priuationem conformitatis à lege habitualiter permanentem pertinere ad constitutiue, quod etiam per se pertinet priuatio gratiae, vt patet eorum verba consideranti: & ex professo probat Lorca conc. 3. & 4. Quodque ita tenent *ferre omnes Scholastici*, dicit Montefinos 1. 2. q. 86. disp. 16. q. 4. num. 69. & sequitur num. 72. & 73.

9 Quod peccatum habituale consistit immacula, & priuatione gratiae, & nitoris, & supernaturalis in ordine ad suā causam, quae est peccatum, docent Viguerius in Int. cap. 18. §. 1. Aluarez 1. 2. disp. 180. conc. 3. Serra 1. 2. q. 83. art. 2. conc. 3. probans ex D. Thoma ibi art. 1. ad 3. & art. 2. & in 4. dist. 18. quaest. 1. art. 2.

Et quia similiter peccatum originale consistit in priuatione iustitiae originalis. Et quia haec est malum morale, culpaeque rationem habet, cum sit priuatio rectitudinis habitualis voluntaria voluntate propria eius, qui illam habet. Tum quia hoc est quod per se primo excluditur per iustificationem.

Secundā partem probat: quia macula est priuatio quaedam moralis, & voluntaria: alias non haberet rationē culpae: ergo dicit ordinem ad actum, à quo fuit causata, & per modum termini ex illo resultantis relicta.

Confirmatur. Macula est priuatio conformitatis ad legem, quam peccator transgressus est. Ergo cum talem legem fuerit transgressus per actum peccati; in ordine ad hunc erit anima priuatio nitoris animae: alias enim non posset diuersitas macularum, & peccatorum habituum assignari.

10 Eandem comunem Thonistarū doctrinam, probant Patres Carmelitani Salmanticensis 1. 2. tractatu. 13. disp. 16. per totam, agendo de essentia peccati originalis. Et loquendo de peccato habituali q. 86. in commentario, art. 2. n. 7. sic arguunt. Peccatum habituale est omnino idem quod macula principalis & primaria, ita vt saltem in esse rei non distinguatur. Sed macula non est aliquid positium, sed consistit in priuatione gratiae, quatenus ex peccato actuali relicta. Ergo similiter peccatum habituale. Maior probatur ex illo Ieremiae 2. *Macula tua es in iniquitate tua coram me. Quomodo dicis non sum pollutus?* Iob 18. *In maculis eius ambulat.* Anima vero sine peccato dicitur


tur de ea, Cantic. 4. *Macula non est in te.* Apoc. 14. *Sine macula sunt ante thronum Dei.* Et gratia sanctificans dicitur munda re, & lauare Ephes. 5. Ezeq. 36. Et quia esse maculatum, & immundum coram Deo, quod est effectus formalis maculae, nihil aliud est, quam esse peccatis cōiunctum, & esse Deo iniuriosum, & offensum, quod est effectus formalis peccati habitualis. Vbi autem effectus formalis est idem, eadem debet esse forma, vel quasi forma tribuens talem effectum. Minor vero est D. Thom. 1. 2. q. 86. art. 1. ad 3. dicens: *Macula non est aliquid positive in anima, sed significat priuationem quaedam nitoris.* Et art. 2. ad 1. & 1. 2. q. 109. art. 7. & in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. q. 1. & dist. 14. q. 2. art. 1. q. 3. ad 2. ait: *Per aduentum gratiae ad essentiam animae tollitur macula, quae nihil aliud erat, quam gratiae priuatio.* Et in 2. d. 32. q. 1. a. 1. ad 2. *Gratia restituta simul & macula tollitur quae in defectu gratiae consistebat.* Idem dicit dist. 23. q. 2. art. 1. in corp. & ad 2. Quaest. 3. de Pot. art. 6. ad 23. q. 28. de Veritat. art. 6. in 2. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 4. & in 3. dist. 36. art. 5. ad 3. Quae citat etiam Bergomensis in Tabula verbo Macula, n. 3 & 4. Et in 2. dist. 42. in expositione litterae ait D. Thomas: *Macula est medium inter actum peccati & reatum, quasi effectus actus, & fundamentum reatus.* Videatur etiam D. Thomas hac 3. p. q. 88. art. 1.

11 Sed iam responderat Lugo disp. 7. lec. 2. n. 17. priuationem gratiae esse quaedam maculam physicam, non tamen morale. Sicut enim carentia pulchritudinis corporalis esset suo modo macula hominis: sic etiā carentia gratiae maculat animā. Hoc tamen non sufficit ad rationē peccati: peccatum enim in suo conceptu est culpa: peccatum actuale culpa actualis: peccatum habituale culpa habitualis. Quare illa solum macula erit peccati, quae fuerit culpa. Et per consequens priuatio gratiae, liceat manet ex culpa, licet sit macula, licet sit intrinseca, non erit peccatum: quia ipsa nullo modo est culpa: sed effectus culpae. Et rursum nu. 18. id explicat, quia de facto permanet in homine post Baptismum carentia intrinseca iustitiae originalis propter peccatum originale: & tamen non ideo dicitur post Baptismum permanere iustitia originalis. Ratio autē à priori ea est, quia culpa, vel culpa, est voluntas mala: & per consequens oritur immediatē à voluntate, vt actus ipsius. Priuatio autē gratiae nō est actus voluntatis

sed effectus relictus ex voluntate mala, quae fuit culpa. Ergo ipsa privatio gratiae in suo conceptu non potest esse, nec denominari culpa; sed effectus culpa. Ergo culpa habitualis aliquid aliud est à privatione gratiae.

12 Præuenerat iam has, & similes replicas Capreolus in fine illius primæ, q. dist. 14. dicens. Nec oportet, quod si ille dicatur actu peccator, quod sit formaliter peccator per aliquid quod est actu præsens: quia non *antuoce* dicitur quis peccator esse dum actu peccat, & dum cessat ab actu peccati; licet non à reatu. Et ideo propter talem *analogiam* huius nominis, *peccator*, & non uniuocationem, potest quis denominari peccator formaliter, non solum à peccato præsentate, imò à peccato præterito, dum modo aliquantulum maneat. Hæc ille. Præterea, macula, licet non sit moralis elicitiue, est moralis ut terminus, & effectus peccati actualis moralis: & de ista macula loquuntur auctoritates Scripturæ adductæ. Vnde cum D. Thomas 1. 2. quæst. 86. art. 1. in argumento, *Sed contra*, adduxisset illud, quod Salomoni dicitur Eccles. 47. *Dedisti maculam in gloria tua.* Et Ephes. 5. *Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam:* & notasset, quod *utrobique loquitur de macula peccati*, bene animaduertit Conradus, quod Glossa Ordinaria, & Nicolaus de Lyra exponunt auctoritatem Ecclésiastici 47. de macula infamiae. Quod quidem verum est, quod amisit bonum nomen, & gloriam apud homines. Sed nihilominus etiam dedit maculam spirituales, (& morales) in gloriam suam; quia perdidit nitorem gratiæ, & pro magna parte sapientiam à Deo infusam, præsertim affectiuam, & gratuitam. Quare stat, quod Doctor sanctus dicit, & *utrobique*, scilicet, in ambabus auctoritatibus loquitur de macula peccati: quia ex peccato prius sequita est macula interior, de qua Doctor intelligitur, quam macula exterioris infamiae.

Hæc ergo macula interior esse malum morale habituale.



§. II. Sententia Caietani alij præfertur, & prima conclusio de constitutiue peccati habitualis statuitur.

13 **H**æc ultima sententia, iuxta modum dicendi Caietani, simul, & Capreoli, & Conradi, & aliorum, reliquis est præferenda: sed ut de omnibus nostrum quaecumque proferamus iudicium, sequentes assertiones proponemus. Dico primo, ad peccatum habituale, præter peccatum actuale, nil posituum essentialiter exigitur: unde nec totaliter, nec partialiter consistit in positiuo, sed in priuatiuo.

Potest probari primo, quia peccatum originale consistit in priuatione; ideoque à Concilio Arausicano Secundo cap. 2. & à Concilio Trident. sess. 5. can. 2. vocatur *mors animæ*: mors autem animæ est priuatio iustitiæ, & sanctitatis. Et S. Anselm. de conceptu virginali, cap. 26. concludit. Hoc quod peccatum originale dico, aliud intelligere nequeo in infantibus, nisi ipsam, quam supra posui, factam per inobedientiam Adæ, iustitiæ debitæ nuditatem. Sequunturque D. Thomas 1. 2. q. 86. & ibi frequenter Thomistæ, & innumeri alij Theologi. Quod pariter currit de peccato habituali: quia de omni tali verificatur illud Iacobi 1. *Peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem*: Quamuis magis proprie verificatur de peccato consuetudinis, ut ibi exponit D. Thomas; si ipse est eorum commentariorum auctor, qui eius nomine circumferuntur.

14 Posset secundo probari ex eo quod iuxta multos Patres, & plurimos Theologos, etiam peccatum actuale pro formali consistit, non in positiuo, sed in priuatiuo. Vnde nouissime noster M. Ioan. Nicolai 3. p. q. 86. 2. 4. circa ad 1. ait. quod quidam peccatum in positiuo ponunt, *absurde & indignum signum, velut ipsam S. Thomæ doctrinam venditant, cui tam euidenter aduersatur.* Et in Addit. 3. p. q. 2. art. 2. *An ergo deformitas ipsa est ens quoddam? Ut positiuæ deformitatis assertores absurdissime fingunt, euidenter contra S. Thomam.* Ergo à fortiori nec peccatum habituale consistit in positiuo.

In

In hoc tamen vim non facio; quia licet iudicem de mente S. Thomæ, peccatum pro formali consistere in priuatiuo, ut in multis locis relatis. 1. p. Metaph. art. 5. n. 78. potest videri: & specialiter. 1. 2. q. 85. art. 4. dicit, quod priuatio speciei, modi, & ordinis in actu est essentialiter ipsum peccatum. Quam iudico Theologorum communem, & veram. Tamen non est incerta, ut Nicolai arbitratur: quia oppositam post Caietuum, Medinam, & multos Thomistas defendunt late Serra 1. 2. q. 71. art. 6. Ioann. à S. Thoma tom. 1. in 1. 2. disp. 9. art. 2. & sapientissime, ut assolent P. P. Carmelitani trac. 13. dub. 3. num. 45. referentes viginti Thomistas: & tenent alij multi, & in puncto pure scholastico vnusquisque potest in suo sensu abundare, & aliorum censura abstinere. Præterquam quod Caietanus, & Medina, & alij relati, qui peccatum actuale constituunt in positiuo, habituale docent constitui in priuatiuo. A fortiori ergo idē dicent, qui omne peccatum constituunt in priuatiuo. Et sic ratio Zumel facillime soluitur: quia actione positiuæ potest relictus factus terminus priuatiuus: sicut actione positiuæ eruuntur oculi: & cæcitas est priuatio, & actione positiuæ aufertur lux, & tenebræ sunt nihil. Et peccatum habituale solum analogice conuenire cū actuali, dixit recte Capreolus: quia diuersimode sunt voluntarij. Et rursus, sicut in omissione, & commissione, affirmatio entis, & non entis, est differentia in esse relictus: sic adhuc dato quod peccatum actuale, & habituale sint moraliter eiusdem speciei, non sequitur quod si actuale est positiuum habituale sit positiuum: quia nō est actus.

15 Tertio vrgentius probatur, vulgari, sed valida ratione. Non sunt multiplicanda entia, qualitates, habitus, aut modi reales sine vrgenti necessitate, & ratione. De qua propositione vide, quæ diximus lib. 2. logicæ q. 23. & 27. & lib. 1. Phisicæ, q. 14. & lib. 4. quæst. 4. num. 20. Sed nullam in hoc puncto vrgere, singulas percurrendo erit manifestum. In primis de constituentibus peccatum originale in morbida qualitate, inquit Zumel 1. 2. q. 82. art. 3. in dub. anexo post disputationem prima folio 574. *Hæc sententia est fabula & delirium.* & Vazquez 10. 1. in 1. 2. disp. 132. cap. 4. in fine. *Quo circa prædicta opinio iam ab omnibus non solum reijcitur, sed merito etiam exhibetur.*

Constituere peccatum habituale in ha-

bitu vitioso, notat Curiel dub. 2. §. 2. cōc. 2. esse contra omnes alios Theologos. Et dici non posse, eo quod non semper relictus potest habitus aut dispositio permanens ex peccato actuali; ut si peccatum committatur exigua intentione. Aut si sit omisio. Et quia manente peccato habituali potest actus corrumpi per actus contrarios. Sicut per actus temperantiam corrumpitur habitus in temperantiam; quamuis non adiungatur poenitentia necessaria ad remissionem peccati. Et tandem, quia etiam potest remitti peccatum manente habitu vitioso. Quod circa etiam Lugo sec. 1. num. 3. etiam dicit sententiam *improbabilem* constituens peccatum habituale in habitu vitioso: quia licet impediatur generatio istius habitus, adhuc adulter maneret peccator.

16 Quod peccatum habituale non sit relatio realis, probat Curiel. Quoniam vel erit relatio transcendentalis: & sic habebit rationem inclinationis habitualis ad obiectum peccati. Quod satis impugnatum est reijciendo habitum a constitutiue peccati habitualis. Vel prædicamentalis. Et hoc dici non potest: quoniam neque reperitur fundamentum, neque terminus sufficiens ut resulet talis relatio in peccante. Et de termino, patet, quia sapē non existet realiter, ut cum quis peccat appetendo ea, quæ non sunt. Et de fundamento, probatur: quia licet actio, quæ transit, fundamentum sit relationis ad terminum per ipsam productum, ut generatio actiuæ est fundamentum paternitatis; tamen respectu termini, qui non producit per eam, nunquam fundat relationem realem prædicamentalem: ut constat in actionibus potētiarum cognositiuarum, & appetitiuarum respectu suorum obiectorum.

17 Restat impugnare tertium modum defendendi: primam sententiam: & loquendo de constitutiue peccati originalis Lorca disp. 43. in impugnatione septimæ sententiæ, ait, loquendo de ista. Sed in primis nescio quare Thomistis placuerit, aut quo iure eam S. Thom. tribuunt nihil enim magis remotum est à mente S. Doctoris. Et post tres rationes contra eam ponderatas, ultimo arguit: quia in Bullis Pij Quinti, & Gregorij Tertij Decimi contrapositiones Baij, damnatur hæc propositio, quæ est 48. *Peccatum originis est habituali voluntati voluntarium, & habitualiter dominatur paruulo.*

Quæ propositio nescio quem aliū (scilicet) habere, quam contentum in hac opinione peccatū originale esse conversionem, & auersionem habitualement. Contra eandem sententiam, loquendo de constitutiuo peccati originalis, quod nec in anima, nec in voluntate ponat aliquid posituum, late tres rationes vrgent Patres Carmelitani Salmanticenses disp. 16. dub. 3. à n. 36. vsque 68. Et M. Hyacinthus Choquerius lib. 9. de gratia disp. 9. cap. 3. folio 698. loquendo de constitutiuo peccati habitualis, docet quod constitutiuo illud in positiuo, cum clarissima S. Thomae doctrina pugnat, & ibi, & folio sequentia docet esse *fictitium*: & quod opinio in illa qualitate, vel modo conuersionis habitualis fundata, nequit vera esse, aut vero similis.

Præterea, cum quis mortaliter peccat peccato omissionis cōtra peccata affirmatiua remanet habitualiter cōuersus ad creaturā, & auersus a Deo; sine aliquo positiuo qui per se pertineat ad omissionē, vt docet D. Thomas. 1. 2. q. 71. art. 5. Sed vt dicit S. Thomas 1. 2. q. 72. art. 6. & in 2. dist. 42. q. 2. a. 2. Si loquamur de specie peccati omissionis, & commissionis formaliter *se non differunt specie: quia ad idē ordinantur, & ex eodem motiuo procedunt*. Ergo pariter potest dici quis peccator peccato cōmissionis habituali sine aliquo modo positiuo relicto ex actu præterito: siquidem differentia per accidens, & solum materialis in moralibus est, quod auersio, & cōuersio fiat operando aut omittendo.

18 Tertio hoc positivum potissime ponitur vt inter impium, & iustum, seu peccatū habituale, & gratiā sit oppositio contraria. Quæ autē sic opponitur, debet esse sub eodē genere: atque adeo, si vnum est perfectum, etiam alterum. Cum ergo gratia de facto sanctificans sit qualitas perfectissima, iam non proceditur consequenter affirmando peccatum habituale esse quid positivum, sed imperfectū, & modale. Et rursus, si hæc cōtrarietas est inter impium & iustum, quia impium, quia non fecit, sine aliquo positiuo contrariante, pariter erit inter peccatorem peccato cōmissionis: quia est per accidens ex parte termini à quo iustificationis. Vnde de glossa Interlin. ad Ephes. 2. *Cum essetis mortui delictis*, id est, dimittendo, quæ iuuentur: *peccatis vestris*, scilicet agendo prohibita. Nemo enim cordatus affirmabit aliter aliquē iustificare a delicto ac iustificetur a peccato; si delictū est mortale, & eiusdem speciei cum peccato cōmissionis mortali.

19 Auctoritates etiam S. Thomae nõ vrgere, constat in primis ex Caetano. 1. 2. q. 113. art. 1. notante, quod D. Thomas non dicit, quod iustificatio impij, de qua nunc sermo, sit motus: sed quod *est secundū rationē motus* de cōtrario in contrariū. Et dico hoc, quia iustificatio impij nõ oportet, quod sit de cōtrario in contrariū propria: quoniam culpa macula, quæ est terminus a quo, non est res positiva; sed est de habente se per modum cōtrarij in alterū: sic enim se habet macula ad gratiam. Et propterea iustificatio impij est per modū motus in nobis. In Angelis autem & in Adam in principio fuit per modum simplicis generationis.

Vel dicatur cum Vazquez ibidem D. Thomam attendisse, quod omnis status peccati affirmatione significatur: omnis iustificatio impij dicenda est motus, quāvis sit a priuatiuo in positiuo.

Vel melius dicatur cum Araujo illa q. 113. art. 1. dub. 1. quod peccatum habituale vltra priuationem, quæ est macula, includit peccatum, & de ordinationem ad bonū cōmutabile. Et vt inquit Iuan. a S. Thom. 1. 2. disp. 27. art. 3. quia ex actuali peccato remanet in anima habitualis cōuersio, quæ non est aliud quam determinatio quadam voluntatis ad finem prauū, vt constat ex D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 8. Quod sufficit vt totus terminus a quo huius transmutationis dicatur positivus secundum esse, & non solum secundum significare. Quod optime exponit S. Thomas q. 28. de Verit. ar. 6. dicens. *Absentia enim gratia secundum se cōsuetata* habet tantam rationem pœnæ; non autem rationem culpa nisi secundum quod relinquitur ex actu voluntario præcedente. Sicut tenebra non habet rationem vmbrae, nisi secundum quod relinquitur ex interpositione corporis opaci. Sicut ergo ablatio vmbrae importat nõ solum remotionem tenebrae; sed remotionem corporis impediētis. Ita remissio culpae nõ solum ablationem præsentis gratia, sed ablationem impedimenti gratia, quod erat ex actu peccati præcedente: non vt actus ille non fuerit; quia hoc est impossibile: sed vt propter illud influxus gratia non impediatur. De quo etiam S. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. q. 1. Qua de causa ipse D. Thom. 1. 2. q. 86. art. 1. ad 3. ait, *quod macula non est aliquid positivum in anima: nec significat priuationem solam: sed significat priuationem quadam notoris anima in ordine ad suā causam, quæ est peccatum.*

§. III.

§. III. Peccatum habituale nõ est ordinatio, aut deputatio actiua, aut passiva ad pœnam.

20 Dico secundo, peccatum habituale, nec est ordinatio, aut deputatio actiua, aut passiva ad pœnam: nec est dignitas, seu reatus pœnæ. Egregie post Capreolum, & Caetanū, conclusionem demonstrat Soto: & ideo placet eius verba transcribere. Inquit ergo in 4. dist. 15. q. 1. a. 2. §. *Attamen*. Quis enim sibi persuadere possit, vt hominem esse peccatorem, non sit aliud, quam esse obligatum ad pœnam? Arguitur enim sic primo. Reatus ad pœnam est effectus culpa: nõ quia homo peccator est, damnatur ad supplicium: prius ergo nata est hominem esse in culpa, & peccato, quam destinari ad pœnam. Secundo euidētissime arguitur. Quis per impossibile Deus nullū supplicium peccatoribus statueret; neque Infernū scilicet, neque Purgatorium: imò quamuis neque esset gloria, à qua expelleretur: nihilominus facere contra diuinam regulam, & voluntatem, peccatum esset. Ergo esse in peccato non est formaliter ordinari ad pœnam. Imò vero qui in Inferno torquentur, quotidie peccant: iuxta illud Psalm. 73. *Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper*. Et tamen non ordinantur ad nouam pœnam.

21 Tertio. Ordinari ad pœnam licet sit malum hominis: est tamen bonum iustitiæ, cuius Deus est causa. Sed esse in peccato, nullatenus est bonum: cuius vtiq; Deus non est causa: sed solus homo. Ergo absurdum est dicere, quod ordinari ad pœnam, sit esse in peccato.

Quarto denique res explicatur. Esse in peccato, est terminus huius quod est peccare: sicut esse in tenebris, est terminus huius quod est tenebre scere. Peccare autem est deuiare à diuina regula, & à Deo auerti. Ergo esse in peccato, nihil aliud est, quam esse deuium, & auersum à Deo. Quo circa, licet verum sit, quod transeunte peccato nihil manet in peccatore, nisi relatio rationis, qua homo est obiectum diuinæ voluntatis (sermo videtur esse de relatione rationis fundamentaliter &

quia à denominatione extrinseca peccati præteriti sumitur fundamentum relationis rationis: & hoc ab alijs vocatur permanentia moralis: de quo vide, quæ dixi lib. 1. Logica: quest. 7. §. 3. & lib. 2. quest. 24. §. 2. & 4. & latius 3. part. quest. 60. dub. 2. §. 4.) non tamen est relatio, qua homo ordinatur ad pœnam: sed illa, qua odio habetur; inuisusque est, & inimicus Deo. Quamuis lege ordinaria inde sequatur, vt condemnentur ad pœnam. In summa, vt ar. 4. patebit, esse in peccato, pertinet ad inimicitiam: sed esse damnatum ad pœnam, pertinet ad iustitiam. Et hoc est valde notandum tanquam certissimum fundamentum materiae poenitentia.

22 Ex quo fit secundo, quod offensā Dei non est illa ira, qua ordinat hominē in pœnam; nam illa virtus est, & perfectio Dei. Offensā autem est malum ab homine Deo illatum. Quare offensā, si accipiatur actiue, est actus ipse peccandi. Passiue vero est illa relatio rationis in Deo, qua dicitur ab homine iniuriam accepisse. Hæc Soto.

Quod confirmatur ex D. Thoma 1. 2. q. 87. art. 1. ad 2. dicente, quod pœna quidem iusta esse potest, & à Deo, & ab homine inflata. Vnde ipsa pœna non est effectus peccati directe, sed solum dispositiue. Sed peccatum facit hominem esse reum pœnæ, quod est malum: dicit enim S. Dion. 4. cap. de diuin. nom. parte 4. quod *puniri non est malum: sed fieri pœna dignum*. Vnde reatus pœnæ directe ponitur effectus peccati.

Et q. 2. de Malo art. 2. ad 14. sic exponit S. August. dicens, reatus, id est, obligatio ad pœnam, est quiddam effectus consequens ad peccatum. Vnde cum dicitur, quod peccatū transit actu, & manet reatus: idem est ac si diceret, quod transit per suam essentiam, & manet in suo effectus.

23 Explicuit totum hoc Capreolum in 4. dist. 14. q. 1. ad 6. Sicut contra tertiā conclusionem, fol. 173. col. 2. dicens, quod in offendente principem, cessante actu, est aliquid nouum, puta inæqualitas opposita amicitia, & iustitiæ, & obligatio ad pœnam. Quæ licet sit respectus rationis; habet tamen realem causam in offendente: & est in ipso potentialiter, & existitue (scilicet, vt nunc loquimur, fundamenta liter proxime) licet actualitas respectus, qualē natus est habere, cōpleatur per intellectū. Dicitur secundo, quod illa adaptatio, quæ facit arguēs de macula, & reatus

& offensa, incompetens est. Tū quia macula dicit quid priuatiuum. Tum quia ordinatio ad pœnam remanet in anima cessante macula peccati: vt patet incontro, qui non dum plene satisfecit: & sic non sunt idem. Tum quia sublata offensa, & recuperata amicitia Dei per infusionem gratiæ gratū facientis, potest remanere aliquis reatus, vt supra dictū est. Falsum est ergo quod idem respectus rationis sit reatus, & macula, & offensa. Sed macula, sicut dictum est supra, est ipsa priuatio hominis gratuiti, vel naturalis ex actu peccati derelicta. Reatus vero est obligatio ad pœnam: & differt à macula sicut effectus à sua causa. Offensa vero est inæqualitas quadam, quæ similiter est causa reatus: De prædictis S. Thomas 4. Sēt. dist. 14. q. 2. ar. 1. in sol. primæ quæstionis sic dicit. *Offensa, in quantum huiusmodi, est inæqualitas quadam, qua vnus alteri subtrahit, quod debitum erat.* In sol. vero sequentis quæstionis videtur dicere, quod offensa sit violatio diuinæ amicitiae ex parte peccatorum. Dicit enim sic. *Peccator per affectum peccati amicitiam Dei violauit, ex qua amittit gratiam, & incurrit offensam, &c.* Verum est quod dist. 18. q. 1. ar. 2. in sol. 3. q. videtur dicere, quod offensa sit quædam indignatio offensi ad offendentem. Et forte mens sua est, quod offensa ex parte offendentis sit inæqualitas, sed ex parte offensi est indignatio. De hoc S. Thomas de Veritate q. 28. art. 2. sic dicit. *Offensa, quæ ex peccato sequitur, sine gratia aboleri non potest; siue accipiatur offensa ex parte hominis, in quantum homo peccando Deum offendit: siue ex parte Dei, secundum quod à peccatore est offensus: secundum illud Psalmi 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Videatur in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. q. 3. Per quæ conclusio manet formata, & exposita, & argumenta soluta.*

24. Addit Vazquez disp. 139. cap. 2. quod opinio Scoti videtur notata à Pio Quinto, & Gregorio Tertio Decimo, in Bulla contra propositiones Decani Louaniensis, inter quas 53. in ordine est. *In peccato duo sunt actus, & reatus; transeunte autem actu, nihil manet, nisi reatus, siue obligatio ad pœnam: vnde in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis absolutione, proprie reatus peccati duntaxat tollitur, & ministerium Sacerdotis solum liberat à reatu.* Et quævis prædictæ propositiones non damnentur, nisi in sensu ab auctore intento: hanc tamē propositionem non docuit ille in alio sensu, quam Scotus, & quam verba ipsa

sonant. Idem notant Lorca de peccatis disp. 50. post 2. conc. Et Lugo disp. 7. sec. 1. n. 6. vbi idem etiam confirmat: quia in Tridentino sæpè supponitur debitum, seu reatum pœnæ condistingui à culpa: præsertim ses. 6. cap. 14. vbi docet debitum pœnæ æternæ vna cum culpa simul remitti. Et Canone 30. vbi distinguit remissionem culpæ, & delectionem reatus pœnæ æternæ. Et quamvis varijs solutionibus vim huius auctoritatis conetur eleuare Salas 1. 2. q. 86. disp. 14. sec. 3. n. 13. Tamen reijcit Alvarez 1. 2. disp. 180. conc. 1. numero 12.

25. Respondet Montefinos. 1. 2. q. 86. disp. 16. q. 3. n. 62. dicens. Licet ego existimen sententiam hanc à nobis refutatam esse absurdam: Possumus tamen dicere, quod hæc sententia non sit illa propositio damnata in prædicta Bulla: sed quod danneretur propositio quatenus in ea dicitur, per Sacramentum Baptismi, & Pœnitentiæ solum tolli reatum: nam vltra hoc quod tollitur, ponitur gratia infuscipientibus sacramenta. Secundo tamen, & melius liberabitur sententia Scoti ab hac nota, si intelligatur tertio modo ex prædictis: ita vt nomine, *reatus*, neque obligatio, neque destinatio ad pœnam intelligatur: sed dignitas ipsius pœnæ. Tamen hoc etiam modo intellecta prædicta, sententia est falsa: quoniam dignitas pœnæ præsupponit culpam, & consequitur ad illam sicut proprias eius.

Quod & docuerat Salas illa sec. 31. Et Ouedo sequitur 1. 2. tract. 6. Controu. 8. puncto 4. n. 36. dicens illam sententiam damnatam non esse, dum dicitur non manere puram dignitatem ad pœnam, eo modo, quo remanet ad pœnam temporalem post peccatum commissum: sed indignitate ad pœnam permanere moraliter actionem præteritam peccaminosam, atque illius maculam, & malitiam modo explicato. Dixerat autem n. 34. dicere formaliter peccatum habituale actionem præteritam, & obligationem satisfaciendi.

26. Prior expositio nullam appariendam habet. Tum quia Decanus non negabat gratiam in Sacramento conferri: Quod sciebat esse hæreticum, & à Concilio damnatum. Tum quia in illis propositionibus non est sermo de eo, quod in illis Sacramento datur, sed de eo, quod in illis tollitur: vnde si data gratia solum tollit reatum, iam inciditur in propositionem notatam. Secunda refellitur ex ipsis

verbis propositionis notata, nam ipsa exponit, quid intelligat nomine reatus: nā ait: *Nihil remanet nisi reatus, siue obligatio ad pœnam.* Exponere de alia indignitate, quæ est fundamentum, & redix huius obligationis, est reatus culpæ, & non pœnæ. Vnde iam non defenditur, nec liberatur à censura sententia Scoti: Nec maiorem probabilitatem habet vltima expositio: Contra eam enim arguit bene Lugo n. 7. quia in ijs propositionibus nec verbū est de culpa: sed solum dicit, id quod remanet, esse solum reatum pœnæ, vt distinguitur contra actum peccati, qui nimirum duo solum sunt in peccato, scilicet, actus, & reatus: & transacto actu, maneat solus reatus. Quod si reatus, per te, vt distinguitur ab actu, est macula habitualis, non debuit reijci illa propositio, sed tene ri vt catholica, quæ docet, post actum solum manere reatum pœnæ. Vnde & Montefinos priorem sententiam videtur retractare, vel sui immemor nobiscum tenere 1. 2. q. 113. disp. 33. q. 6 §. 1. n. 145. Et Caietanus 1. 2. q. 113. art. 2. §. *At obiecta*, ait, quod, *Scorus errauit in radice errore magno, &c. Constat namque quod esse in peccato mortali est esse in malo culpa.* Ergo non est in sola obligatione ad pœnam.

Præterea n. 8. bene impugnat Lugo illam sententiam, quam suscitauit Ouedo. Quia sequeretur culpam habitualem nunquam perfecte deleri: nunquam enim tollitur ab homine. *Peccasse, & non condignè atq; fecisse:* Ergo non datur perfecte carentia peccati: vel dicendum est peccatum habituale non consistere adæquate in illo complexo.

§. III. Peccatum actuale vt moraliter perseueras in auersione, & conuersione habituali essentialiter pertinet ad constitutum peccati habitualis.

27. Deo tercio licet: peccatum actuale, sumptū quoad entitatem, vel elicientiam, se habeat extrinsece causaliter, & de connotato ad constituendum peccatum habitualiter, sumptū vero vt moraliter perseuerans in auersione, & conuersione habituali, essentialiter & intrinsece pertinet ad constitutum

peccati habitualis. Ita maior pars Auctorum tertia, & quarta sententia: quamvis aliqui, quia vel distinguere omittunt, vel antiquos Thomistas non legerunt, putent non posse defendi vltimam sententiam, quin omnibus modis reijciatur tertia.

Quod tamen nobiscum conueniant Capreolus, Conradus, Soto, Medina, & alij iam constat ex verbis eorum relatis. Quod hanc non neget, sed potius exprimat Caietanus, constat ex ipso 1. 2. q. 113. ar. 2. §. *Sed hæc solutio*, vbi ait. *Quia ex actuali auersione ab incommutabili bono, quam peccando habuit, remanet quasi habitualiter auersio ab eodem, quæ obiectum retinet, & impedimentum diuinæ infusionis gratiæ.* Et §. *Ad euacuationem huius*, ait. *Et aduertendum est, quod vt Magister in 18. dist. 4. Sent. dicit, & bene, proportionaliter habet peccator dum peccat actu, & dum peccator remanet quia dum peccat actuali auersione à Deo charitatis obiecto, malus fit: Dum peccator manet, auersione derelicta, malus est.* Et quoniam auersio ab incommutabili bono est priuatio rectitudinis charitatis debite in actu secundo, auersio derelicta est priuatio habitualis conuersionis ad Deum obiectum charitatis: Et non est pura negatio talis conuersionis: quoniam hæc non est effectus peccati: & stat cum innocentia. Sed est priuatio proprie, & stricte, & sumpta pro negatione boni debiti, quando oportet, &c. Ex hac priuatione, quæ non est, nec esse potest à Deo, cum sit malum culpæ formaliter per modum habitus, peccator post peccatum commissum est formaliter peccator. Et hæc priuatio est terminus a quo in iustificatione impij, per modum contrarij, vt in art. præcedenti D. Thomas dixit. Hæc Caietanus, clarissime totius conclusionis sensum, & propriam eius probationem exprimens.

28. Et vltimus Capreolus ad 1. Scoti contra tertiam, ait Tum quia anima non dicitur formaliter peccatrix præcisse per illum respectum, sed per actum peccati præteritum, qui fuit causa huius respectus. Et ad 2. ad actus auctoritatibus D. Thomæ in 4. dist. 18. q. 1. ar. 2. q. 1. in cor. & ad 1. & in 2. sent. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 4. vbi sic dicit. *Priuatione gratiæ non habet rationem macule, nisi secundum quod ex actu præcedente inducitur: & ideo secundum diuersitatem actuum, sunt etiam diuersæ maculæ.* Quamvis enim quolibet actu mortalis peccati quolibet virtus priuetur, Non tamen eodem modo. Sed actu luxurie castitas per

per se priuatur; & aliæ virtutes ex consequentiis: & sic de alijs. *Et ideo non oportet, quod omnium peccatorum sit una macula, vel unus reatus.* Item 1. 2. q. 86. art. 1. corp. & ad 3. Ex quibus patet (inquit Capreolus) quod macula non solum dicit priuationem gratiæ; nec solum carentiam rectitudinis in actu (vt putat arguens) sed importat priuationem gratiæ; causatam ex inordinato actu. Cum autem dicit arguens, quod carentia rectitudinis in actu non est nata manere, &c. Nō valet: quia priuatio existens subiectiuè in actu, licet non sit nata manere non manente actu: *Tamen transgressio ordinis diuinae iustitiæ, & inæqualitas ex actu inducta, manet cessante actu.* Nec tollitur nisi facta quadam re-compensatione, vt supradictum est. in solutione primi. Et ad 3. ait. Nam sicut patet ex prædictis; *transiente actu peccati, remanet respectus inæqualitatis, & obligatio, & debiti, & indignitatis, & meriti, cū multis alijs.* Quod latius prosequitur ad 6. & tandem affert verba D. Thomæ in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. quæstiuncula 3. dicentis in peccato duo sunt, scilicet, conuersio ad bonum commutabile: & auersio ab incommutabili bono. Et secundum hoc, duo sunt effectus peccati. *Vnus est indignatio Dei ad nos, auersioni correspondens. Alius est pœna, in ordinatam auersionem ordinans.* Quod & dicit ad 1. Et in 2. dist. 42. in expositione litteræ.

29 Ex quibus patet (inquit Capreolus) quod macula, reatus, & offensa non sunt idem respectus per essentiam, vt putat arguens. Et ad 3. Aureoli contra eandem ait. Non enim obligatio ad pœnam temporalem, vel æternam, est id quo quis dicitur formaliter peccator: *Sed potius peccatum præsens, aut præteritum, manens tamen in suo effectu, puta in inæqualitate, vel offensa, vel macula, aut alio simili.* Quæ omnia adduxi, non solum propter egregiam Principis Thomistarum auctoritatem; sed quia simul confirmata manent auctoritatibus S. Thomæ, & in eis duæ validæ rationes indicantur. Prima sit. Illud formaliter, intrinsicè, & essentialiter pertinet ad constitutum peccati habitualis, à quo homo dicitur peccator, & offendens Deum, transacto actu peccati. Sed transacto actu peccati, dicitur homo peccator, & offensus Dei, à morali permanentia auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturam, quæ sunt causatæ ab actu præterito, siue commissionis, siue omissionis: ergo istæ duæ rationes intrinsicè

essentialem pertinent ad constitutum peccati habitualis. Probatur minor. Offensa actiuè sumpta ex parte hominis, qua peccator dicitur manere in offensa Dei, & amicitiam Dei violare, & inæqualitatem constituere, & ab illo auferre rationem vltimi finis, correspondet ex parte peccatoris constituisse vltimum finem in creatura, & abstulisse à Deo rationem vltimi finis. Quod totum manet toto tempore, quo est in peccato mortali. Cui ex parte Dei correspondet rationalis indignatio, & odium peccati. Hoc totum est effectus peccati actualis, & intrat constitutum peccati habitualis, quia ab his denominatur esse in statu peccati, & offensus Dei. Ergo peccatum sumptum vt perseverans moraliter in auersione, & conuersione habituali intrinsicè, & essentialiter intrat constitutionem peccati habitualis. Eadem enim lex quæ prohibet actum peccati, prohibet etiam terminum intrinsecum talis actus. Imò quia auersio destruit immediate ordinem habitualem ad finem vltimum, ad cuius conseruationem omnes leges ordinantur: ideo semper durante auersione dicitur esse in peccato contra legem æternam.

30 Secunda. Illud quod per se concurrit ad diuersificandas species peccatorum, & diuersitatem offensus Dei, per se concurrit ad constitutum peccati habitualis, si per se concurrat in esse moris. Sed cum macula, physicè considerata, sit vna, & cum sit priuatio in facto esse, ex hac parte non suscipit magis, & minus. *Sicut mors est priuatio vite, & tenebra est priuatio luminis: & tales priuationes non recipiunt magis, & minus, vt probat D. Th. 1. 2. q. 73. art. 2.* quia sunt priuationes puræ, & in facto esse. Solum diuersificantur ex causa inducente moraliter diuersam inæqualitatem propter diuersum modum auferendi. Ergo peccata diuersa vt inducentia formaliter diuersas offensas habitualiter permanentes intrant modo exposito ad constitutum peccati habitualis.

31 Tertiam rationem indicat D. Th. q. 1. de Malo ar. 4. ad 5. dicens. *Idè secundum diuersa potest esse, & culpa, & pœna: non tamen secundum idem.* Et q. 3. de Malo art. 7. ad 1. *Priuatio gratiæ habet rationem culpæ; secundum quod accipitur secundum suam causam.* Et in 2. dist. 33. q. 2. art. 1. ad 2. *Priuatio gratiæ non habet rationem culpæ, sed pœna nisi in quantum ex voluntate est.* Quod latius

ius declarat in 2. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 4. & q. 28. de Ver. art. 6. Formatur ergo ratio sic. Ideo probat D. Thomas 2. 2. q. 72. art. 1. quod peccata specie distinguntur per obiecta, quia voluntarium per se comparatur ad peccantem: & vnumquodque sortitur speciem secundum illud quod est per se. Ergo quod facit priuationem esse nobis voluntariam, & moralem, facit per se ad peccatum habituale. Cum ergo subtractio gratiæ sit voluntaria nobis propter nostra peccata, & auersionem ex eis relictam, & ex parte Dei sit iusta, quia subtrahit propter nostri actus inordinationem, & inæqualitatem, quibus obstaculum apponimus eius influentiæ; manifestum relinquitur, totum hoc intrinsicè, & essentialiter pertinere ad peccatum habituale. Vnde & Montinos 1. 2. q. 86. disp. 16. q. 4. n. 74. sic probat conclusionem: quoniam macula est priuatio quædam moralis: si enim non sit moralis, non habebit rationem culpæ; sed non est moralis nisi dicat ordinem ad actum voluntatis: connotat ergo talem habitudinem. Declaratur magis: quoniam macula est idem peccatum manens per modum habitus: connotat ergo habitudinem ad actum peccati præteritum.

32 Sed arguunt Patres Carmel. Salmant. 1. 2. q. 86. art. 2. à n. 11. Primo: nam per illud constui debet homo peccator, & iniustus habitualiter, cuius proprium oppositum constituit habitualiter iustum, & sanctum. Sed iustum: & sanctum constituit habitualiter immediate gratia sanctificans, non vero aliquis actus quantumuis perfectus. Ergo iniustus, & peccator constitui debet per gratiæ priuationem, quæ est proprium eius oppositum; non vero per aliquem actum quantumuis peccaminosum.

Confirmatur. Non potest esse maior vis in actu peccati ad constituendum hominem habitualiter auersum, & iniustum, quam in actu charitatis ad constituendum illum habitualiter iustum, & conuersum. Sed homo non iustificatur actu charitatis, sed gratia permanente: Ergo neque est peccator habitualiter ab actu præterito non retractato, aut non condonato.

33 Secundo esse peccatorem est denominatio per manens petens quasi formam aliquid quietum, & permanens. Sed peccatum actuale, siue vt præteritum, siue vt præteritum concipiatur, non concipitur vt forma quæta, constituens, aut qualificans subiectum vt sit in se ipso tale; sed

vt operatio, & exercitium potentia. Ergo ab actu præterito non potest desumi denominatio iniusti, & peccatoris.

Confirmatur primo, quia iste modus dicendi videtur aperte contra D. Thomam non solum quia agens de macula peccati vbiq; eam collocat in sola priuatione, nullius alterius rationis mentionem faciens, vt constat ex testimonijs adductis. Sed etiam quia distinguit illam à peccato actualem tanquam medium ab extremo & effectum à sua causa: vt videre est in 2. dist. 42. in expositione textus, vbi ait: *Dicendum: Quod macula est medium inter actum peccati, & reatum, quasi effectus actus & fundamentum reatus.*

Confirmatur secundo. Quia iuxta comunem modum loquendi D. Thomæ, & aliorum Patrum, maior permanentia concedenda est peccato habituali, & macula, quam peccato actualem: nam de illo absolute, & simpliciter dicunt, quod transit, & non permanet; de illa vero, sicut etiam de reatu, quod permanet, & non transit. Sentiunt ergo maculam distinctum quid esse à prædicto peccato: alias vtrumque eodem modo vel transiret, vel permaneret.

34 Respondetur hæc, & similia argumenta solum probare priorem partem conclusionis, quam nullus negat nec velle negare; nisi confundendo peccatum actualem cum habituali: vel affirmando non dari peccata habitualia. Quod est hæreticum: alioquin postquam homo cessasset à peccando; non maneret in illo peccatum delendum per gratiam, & contritionem. Dum ergo elicitur operatio, vel quando est ommissio in instanti quo obligat præceptum affirmatiuum, est peccatum actualem. Sed in alio instanti, transiente operatione, manet vt terminus illius offensa habitualis, quæ vt ait Capreolus, *est transgressio ordinis diuinae iustitiæ, & inæqualitas ex actu inducta.* Et hæc est effectus peccati actualis, sed constitutiua peccati habitualis, & fundans reatum. Nec video quomodo Patres Salmanticenses possint hoc indubium reuocare, si loquantur consequenter. Tum quia sæpe dicunt, quod licet peccatum actualem mortale physicè pertranscat sine actione, manet tamen moraliter, quousque per pœnitentiã retractetur. Tum quia disp. 26. dub. 3. n. 74. dicunt, terminum à quo iustificationis non esse solum peccatum habituale consistens in gratiæ priuatione: sed includere etiam suo modo ipsum

peccatum actuale praeteritum moraliter permanens: quae quidem permanentia per ipsam iustificationem destruitur, secundum quod per eam formaliter, vel virtualiter retractatur, & iuxta gradum talis retractionis. Tum tertio, quia disp. 17. dub. 1. n. 13 & 19. ad explicandum qualiter dimissa culpa possit remanere reatus poenae temporalis: quia dicit S. Thomas 3. p. q. 86. art. 4. ad 2. quod *Remanet inordinata conuersio ad bonum creatum, pro qua debetur reatus poenae temporalis.* Dicunt D. Thomam nomine *conuersionis* manentis post sublatam auersionem culpae mortalis, non intelligere aliquid sine positium, siue priuatiuum, quod tunc physicè permaneat. Sed peccatum actuale praeteritum non retractatum quantum ad conuersionem ad bonum commutabile cum praecisione sumptum: adeoque permanens moraliter quoad talem conuersionem. Pro quo referunt D. Thomam in 2. dist. 42. q. 1. ar. 2. ad 5. De quo infra. Modo solum haec adduximus ut argueremus ex ipsorum doctrina: quia si in iustificato remanet haec inordinata conuersio, multo melius in peccatore remanet inordinata conuersio, & auersio: & hoc moraliter permanens, tractato actu quoad fieri, & physicè, conseruatur moraliter, & permanet, & constituit peccatorem. Vnde potius retorquentur argumenta à ratione, & ab auctoritate; quia macula non est priuatio pura; nec est peccatum physicè sumptum: sed est peccatum in quantum ex voluntate est, ut diximus ex D. Thoma; & ut est diuersitas à diuersis peccatis: & ideo essentialiter peccatum perseverans moraliter in conuersione, & auersione, est peccatum habituale, & offensa Dei.

Quod totum confirmatur ex D. Th. 1. 2. q. 113. ar. 1. ad 1. dicente: *Quod omne peccatum, secundum quod importat quandam inordinationem mentis non subditur Deo, in iustitia potest dici, praedicta iustitia contraria; secundum illud, 1. Ioan. 3. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit. & peccatum est iniquitas. Et secundum hoc remotio cuiuslibet peccati dicitur iustificatio.* Haec D. Thomas. Non ergo terminus à quo iustificationis impij est solum non esse gratiae: sed est remotio omnis peccati praeteriti, & omnis inordinationis mentis non subditur Deo: quod fit, tollendo omnem auersionem, & omnes inordinatas conuersiones relictas ex peccatis actualibus. Vnde D. Thomas q. 28. de Verit.

ar. 1. in fine corporis, & ad 2. docet, quod iustificatio denominatur à iustitia, quae dicitur *generalis rectitudinem in anima, à qua potius, quam à gratia iustificatio denominatur: quia huic iustitia dicitur: & immediatè omne peccatū opponitur; cum omnes potestas animae attingit: gratia vero est in essentiali anima.* Ergo licet primario, & radicaliter iustificatio fiat per gratiam, & adaequate fit iustando, & reintegrando quicquid in anima, & in potentijs, & actibus eius est reductum ad inaequalitatem per peccatum actuale, & manserat habituali permanentia auersionis, & conuersionis. Et id eo ibi ar. 2. ait D. Thomas. *Secundum hoc ergo peccatum remitti dicitur, quod auersio, & ea quae consequuntur ipsam, ex actu peccati praeteriti consequens, sanatur.* Ex quibus omnibus conitatur, quod recte expendendo, argumenta potius in fauorem vtriusque partis conclusionis retorqueri. Quia totum illud ingredi debet constitutum peccati habituale, à quo mundatur, & liberatur iustificatio, quae fit per voluntariam susceptionem gratiae, & donorum. Sed haec non solum emundatur à priuatione gratiae, quae est in anima; sed etiam ab inordinatione, quae est in voluntate, & ab auersione à Deo, & conuersione ad bonum commutabile: & tollit omnem transgressionem diuinae legis, & omnem inaequalitatem & offensam moraliter perueuerantem ante iustificationem. Ergo, saltem partialiter, & inadaequate, ista per se, & essentialiter pertinent ad iustificationem, ut supponit D. Th. 1. 2. q. 113. ar. 1. ad 2. Et eorū opposita essentialiter, & intrinsicè per se pertinent ad constituendum peccatum habituale: quia ut moraliter perueuerant, & permanent, denominationem stabilem, & habitualem prestant.

35 Sed instabis ex Patribus Carmeli disp. 16. dub. 1. n. 13. dicentibus, quod illud de duplici deformitate ad legem, alia actuali, & transeunte cum actu peccaminoso; alia habituali, & post illum permanenti; vel est falsum, vel non ad rem: quia pariter distingui debet duplex conformitas in adimplente praecipitum, alia actualis, & alia habitualis. Est enim aperta implicatio, ut priuationes distinguantur, & multiplicentur, nisi eodē proportionali modo multiplicentur, & distinguantur formae. quarum sunt priuationes. Nomine autē habitualis conformitatis, vel intelligitur gratia, & virtutes: aut intelligitur aliqua alia forma ab eis distincta? Primum non est ad rem: quia illa non differt à priuatione gratiae, &

& virtutum. Secundum autem est omnino falsum: quia nulla est excogitabilis talis forma: quia gratia reificat habitualiter voluntatem: & virtutes reificat potentias. Praeterea. Quia repugnat esse priuationem, ubi non est debitum habendi formam. Sed transacto actu, & actuali omissione, non est debita illa conformitas actualis: non enim est debita haberi nisi in actu, & mediante ipso actu: atque adeo tunc duntaxat quando adest, vel adesse debet talis actus. Igitur transacto actu, & tempore, quo est debitus, nulla carentia conformitatis actualis potest habere rationem priuationis. Quare admissio, quod talis carentia, etiam post quam actus, & operandi debitum transit, maneat habitualiter in supposito per modum negationis; omnino tamen negandum est, quod ratione illius maneat habitualiter aliqua priuatio. Ita dicunt n. 14.

36 Verum haec doctrina expresse est iam reiecta à Capreolo ad 2. Scoti, & à Caietano 1. 2. q. 113. ar. 2. ut supra retulimus: & à Ferrara lib. 3. Contra Gētes cap. 160. §. *Considerandum secundo, & §. Ad obiectionem:* & à Conrado, & alijs iam relatis. Et contrariam recte probauerat Zumel. 1. 2. q. 85. art. 2. conc. 3. in fine dicēs. *Transacto actu peccati manet peccatum in eo, qui peccauit, habitualiter, & per modum actus primi intrinsicè inhærentis.* Sed actuale peccatum habebat auersionem, & conuersionem. Ergo hoc idem habet peccatum in peccatore manens ut terminus actualis peccati. Dico idem habere peccatum quod permanet, habitualiter tamen, & per modum actus primi. Quod sane ob eam causam dixi, quia sunt nonnulli, qui à peccato habituali manente in peccatore post transactum actum peccati auerunt habitualē conuersionem, quasi per modum actus primi, relictam ex actu praecedente, in eo qui peccauit. Quod impugnat subiungit Zumel. *Nā quis, rogo, sustulit malā conuersionem habitualem à voluntate?* Haec ibi.

37 Quae videtur expressa doctrina D. Th. q. 24. de Verit. ar. 12. in medio corporis dicentis. *Homo autem, qui est in peccato mortali, habitualiter peccato inhæret.* Quāvis enim non semper habeat habitum vitij, quia ex vno actu luxuriae habitus non generatur: Voluntas tamen peccatis, de relictis in commutabili bono, bono commutabili quasi fini adhæret. Et huiusmodi adhaesionis vis, & inclinatio in ea manet quo usque iterato bono incommutabili quasi fini inhæreat. Ecce, quod in omni, qui est in

peccato mortali, adhuc post vnum solum mortale, quod non sufficit ad habitum vitij generandum, ponit D. Th. manere moraliter habitualem perseverantiam auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturam. Nec percipio quae consequentia doctrinae Patres almant in homine. iustificato reo solius poenae temporalis; ponat moralē permanentiā conuersionis habentē rationē priuationis; & in peccatore existerē in mortali, qui peccatum non retractauit, nec ab eo est ablatum per gratiā, aut aliā formā incommutabilem in trinfecā, aut extrinfecā, illā carētia negationis solū rationē habeat? Ut enim iam responderat Capreol. licet reificatio sit propria actus, & priuatio subiectiue existēs in actu, non sit nata manere, non manere actu: *Tamen transgressio ordinis diuinae iustitiae, & inaequalitas ex actu inducta, manet cessante actu,* ut ait Capreol. Et ut ait Ferrar. licet per habitum temperantiae ille, qui fornicatus est, redeat ad finem propriū temperantiae, tamen ad proximū finem, in quantum disponit ab indebita venere deinceps abstinere: eum hoc tamen remanet in voluntate inclinatio advenereā delectationem tamen ad vltimū finem, derelicta ex eo quod indebitatione venereā (vel in se ipsū sub illo amore sui peruerso, ut dicitur. 1. 2. q. 1.) vitium sibi sine peccando statuit: *ista enim inclinatio remanet quousque per alteri vltimū finem suū debiti, suū indebiti remouetur.* Vnde non requiritur duplex conformitas, nec duplex priuatio conformitatis: nā illa conformitas, quae debet esse in operationibus vel potest priuari transire, dum durat actus peccati, & permanēter dum non retractatur, adhuc enim post quā talis actus transijt, quādiu non retractatur, vel formaliter, vel eminēter, verificatur quod est carētia conformitatis, & quod homo est difformis, & auersus: & haec priuatio non residet in actu, qui transit: sed in anima, & in potentijs à Deo auersis, & ad creaturam conuersis: ratione quorum, quādiu perfecte ad Deū non conuertitur, est à Deo habitualiter auersus: & hoc esse in peccato mortali.

38 Omnia ratio à priori est, quod peccatum est analogū, cuius ratio per prius participatur in peccato actuali, dum homo peccat; & per posterius in peccato habituali, quod est terminus relictus ex peccato actuali. Peccatum autē ut inquit S. Amb. lib. de Parad. c. 8. est *transgressio legis diuinae.* Quod etiam ait D. Th. 2. 2. q. 79. ar. 2. ad 1. & 1. 2. q. 109. ar. 4. & in 2. dist. 3. ar. 2. cor. & ad 5. Et ideo quando indiffinitione peccati tradita à D. Thoma, & D. Augustinus

lib. 22. contra Faustum capit. 27. dicitur quod est *contra legem æternam*. Dicit D. Thomas 1. 2. quæst. 71. articulo 6. ad 3. quod ibi tangit *auersionem à fine*, & omnes alias in ordinationes. Ista auersio & alie in ordinationes consequentes, dum homo peccat, vel omittendo, vel committendo aliquid contra rationem, & contra Deum, sunt peccata, & auersiones actuales: Quæ tamen dum non retractantur, & moraliter perseuerant, sunt peccata habitualia, quæ non sunt aliud nisi priores auersiones, & offensæ, non retractatæ, & condonatæ.

39 Ex quo aperitur via vt propriam rationem peccati habitualis intelligamus, & inueniamus expositam à D. Thoma pluribus in locis. Imprimis in 3. dist. 36. q. 1. ar. 5. ad 2. ait: *Quod peccatum quandoque nominat actum; quandoque autem nominat maculam; quæ est priuatio gratiæ, & virtutis per comparationem ad actum præcedentem: Quandoque etiam nominat reatum, qui est obligatio ad pœnã, propter actus inordinate commissos. Et ideo secundum diuersos actus diuersæ maculæ sunt, & diuersi reatus: quamuis sit eadem virtus vel gratia, quæ priuatur*. Ecce quod maculam vocat peccatum; & cum non sit peccatum actuale, erit peccatum habituale. Habemus etiã quod macula non est priuatio pura, nec priuatio solius gratiæ, sed istius & virtutis per comparationem ad actum præcedentem, ex cuius diuersitate diuersificatur, & ideo priuat omni reificatione, & tollit auersionem actualem, & habitualem: & idem diceret de remissione, & condonatione offensæ actualis, & habitualis.

40 Præterea adhuc expressius in 2. sent. dist. 28. q. 1. ar. 2. ad 1. ait: *Quod sicut videtur dicitur dupliciter, scilicet, habere visum, & vti visum; & peccare. Vnde cum dicitur, homo non potest non peccare ante reparationem intelligitur non habere peccatum*. Sed non potest intelligi quod non potest vti peccato. Idem docet D. Thomas q. 22. de Ver. ar. 5. ad 7. & q. 24. art. primo ad 10. & 12. Quæ loca citat etiam Bergomensis verbo Peccatum n. 29. & 23. vbi clare habetur in D. Thoma diuisio peccati in actuale, & habituale. Et in 4. Sentent. dist. 17. quæst. 1. articulo 3. quæst. 5. ad 2. ait, D. Thomas. *Transiente enim actu peccati, adhuc peccatum præcedens manet aliquo modo in ipso peccante, secundum quod ex eo reus apud Deum efficitur*. Quid expressius potest desiderari pro mentione peccati habitualis in D. Thoma?

Præterea D. Thomas quæst. 2. de Malo articulo 9. ad 2. ait: *Quod mors anima est priuatio gratiæ, per quam anima Deo vniebatur. Priuatio autem gratiæ non est essentialiter ipsa culpa, sed effectus culpæ, vt supra dictum est q. 1. de Malo art. 4. & 5. Vnde de peccato dicitur mors anima, non essentialiter, sed effectiua: essentialiter vero peccatum est actus de formis, vel inordinatus*. Sermo est de peccato actuale: alioquin non diceret, quod est actus. Licet autem dicat D. Thomas, quod priuatio gratiæ non est essentialiter ipsa culpa, sed effectus eius, ipsi arguentes, & communiter Thomistæ dicunt priuationem gratiæ esse effectum peccati actualis, & constituere peccatum habituale: ergo in ordinatio, & auersio habitualiter permanens potest esse terminus, & quasi effectus peccati actualis, & constituere peccatum habituale. Vnde iterum D. Thomas ad 6. ait, *quod peccatum non est essentialiter priuatio gratiæ, sed casualiter, vt dictum est. Quod & dicit art. 11. ad 13. & art. 12. ad 2.*

41 Primum hoc radicaliter exponitur ex doctrina D. Thomæ quæst. 4. de Malo articulo 2. ad 4. notante, quod *ex habitu efficiuntur habiles ad aliquid*. Dupliciter autem aliquod agens potest esse habile ad aliquid agendum. Vno modo ex aliqua forma inclinante ad hoc. Sicut corpus graue ex forma sua, quam habet à generante, inclinatur deorsum. Alio modo ex subtractione eius, quod impediēbat. Sicut vinum effunditur fractis circulis, qui effusionem impediēbant: & equas concitatus præcipitanter vadit rupto freno. Et per hunc modum explicat quod peccatum originale materialiter est concupiscentia, & formaliter est priuatio, quia non perfecte subditur rationi, sublato freno originalis iustitiæ. Quod si instetur, quod sit, non proprie erit peccatum. Respondet ibi D. Thomas, quod non erit peccatum actuale: sed erit peccatum originale, quod non eadem ratione dicitur peccatum, quia & actuale. Quod magis explicat ad 10. & ad 20. quod est quartum vltimi ordinis ait, quod *priuatio gratiæ non est in ipso actu: sed in subiecto actus: & ideo non pertinet ad peccatum actuale, sed carentia originalis iustitiæ est in natura: & ideo potest pertinere ad originale peccatum, quod est peccatum natura.*

42 Pariter peccatum habituale, cum sit ad modum habitus, est priuatio habitualis: & cum actus transierit, non est essentialiter ipsa, priuatio, quæ rest.

residet in actu: quia hæc est essentialiter ipsum peccatum actuale: quod est causa peccati habitualis. Ex peccato actuale causatur moralis conuersio, & auersio, & offensa, & priuatio gratiæ: & istæ priuationes resident in anima, & in voluntate, & in potentijs, & offensa quodam modo est in Deo offensa, quamvis actiue sit in peccatore, cum offendit actualiter, & habitualiter permanet, dum non est Deus placatus, & offensam remissit. Ex his ergo manifestum relinquitur, quod peccatum actuale, quoad actum, solum se habet casualiter ad habituale; sed quoad priuationes permanentes in anima, & in potentijs, se habet formaliter. Dicit autem Montinos disp. 16. q. 4. n. 80. in fine. An vero vtraque ista priuatio relicta ex peccato, sit vna macula, vel duæ? Dico quod est vna macula quasi completa, & integra ex his duabus priuationibus.

§. IV. Quomodo priuatio gratiæ essentialiter sit peccati constitutiuum.

43 De quarto, priuatio gratiæ secundum munus coniugendi nos Deo, & vt est effectus voluntatis remittentis, & pacate se habentis, est essentialiter complens constitutiuum peccati, & offensæ habitualis prout nunc est. Priuatio autem nitoris pulcritudinis naturalis, & supernaturalis, formaliter se habet ad rationem maculæ; sed solum ex consequenti ad rationem peccati, & offensæ. Identice tamen eadem priuatio per hæc omnia significatur. Hæc reuera est sententia Caietani, & vtriusque Soto; quam simul veram iudico cum sententia Capreoli, & Conradi, & aliorum: & ex vtroque modo dicendi, simul sumpto manet complete exposita ratio essentialis adæquate constitutiua peccati habitualis.

Videtur conclusio expressa D. Thomæ 1. 2. q. 86. art. 2. in corpore & ad primum, vbi ait: *Quod post actum peccati nihil positius remanet in anima, nisi dispositio, vel habitus. Remanet tamen aliquid priuatiue, scilicet priuatio coniunctionis ad diuinum lumen*. Formaturque inde ratio in hac forma. Peccatum habituale est peccatum, quod in homine remanet post peccatum

actuale. Sed post peccatum actuale sola remanet priuatio coniunctionis ad diuinum lumen. Ergo in ista, in ordine ad suam causam, à qua hæc priuatio est voluntaria, consistit habituale peccatum.

44 Quod explanat D. Th. ibi ad 3. dicens, quod actus peccati facit distantiam à Deo: quam quidem distantiam sequitur defectus nitoris hoc modo, sicut motus localis facit localem distantiam. Vnde sicut cessante motu locali, non tollitur distantia localis: ita nec cessante actu peccati, tollitur macula. Et 1. 2. q. 87. articulo 6. in corp. ait D. Thomas. Sed si loquamur de ablatione peccati, quantum ad maculam; sic manifestum est, quod macula peccati ab anima auferri non potest: *Nisi per hoc quod anima Deo coniungitur, per cuius distantiam defectum proprii nitoris incurrebat, quod est macula, vt supra dictum est, nempe quæst. 86. art. 1.*

45 Ratio est: quia vt ait D. Thomas 1. p. quæst. 94. articulo 1. *Peccare est voluntate auerti à Deo*: Ergo sicut peccare actualiter, est habere actum humanum malum, vt docet D. Thomas 1. 2. quæst. 71. articulo 6. vbi & notat, quod habet actus humanus, quod sit malus ex eo quod caret debita commensuratione ad rationem humanam, & ad legem diuinam. Ita erit homo habitualiter peccator, ex hoc, quod habitualiter non est conformis, sed auersus à Deo. Cum ergo coniunctio hominis ad Deum, sit per participationem diuinæ naturæ, & amicitiam, quam habet homo per gratiam, & charitatem: manifestum relinquitur quod in habituali voluntaria priuatione gratiæ consistit peccatum habituale.

36 Præterea macula, vt macula, tollit pulcritudinem, & nitorem; & inducit fæditatem, & tenebras, similitudine sumpta ab his, quæ contingunt incorporalibus. Homo per gratiam, & coniunctionem ad Deum, sit Dei formis; pulcher, & illuminatus: peccatum diuidit inter nos, & Deum, ab eo separant: & sine Deo anima est fæda, intenebris, & inquinata. Ergo peccatum habituale est priuatio coniunctionis ad Deum, & macula animæ. Isteque est discursus Diuus Thomæ 1. 2. quæst. 86. articulo 1. *Nam macula proprie dicitur incorporalibus quando aliquod corpus nitidum perdit suam nitorem ex contactu alterius corporis*. Aduertit

autem D. Thomas ad 1. *Quod anima nō ita quinatur ex rebus inferioribus virtute carū; quasi agentibus eis in animam: sed magis e converso sua actione se inquinat inordinate eis inherendo contra lumen rationis, & diuinæ legis.* Vnde hæc macula non est pure malum physicum, sed morale, & peccatum, vt ex actu volūtario. Proptereaq; Conradus ibi §. *Subiungit*: exponens illa verba corporis articuli D. Thomæ. *Vnde ipsum detrimentum nitoris ex tali contactu proueniens, macula anima metaphōrice vocatur.* Notat; quod ex hac ratione habetur, quod macula non est solum ponenda in essentia animæ subiectiuè, eō modo quo subiectari conuenit priuationi: quia ex iā dictis patet, quod priuatio nitoris, vel naturalis rationis, vel diuinæ sapientiæ, pertinet ad maculam peccati. Constat autē, quod lumen rationis pertinet ad intellectum. Sed tamē macula principaliter pertinet ad essentiam animæ: quia ab ipsa subtrahitur nitor gratiæ, quæ est causa luminis diuinæ sapientiæ in intellectu. Vnde D. S. in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. q. 1. ad 2. *gratia (inquit) est in essentia animæ; ex qua vires cognitiuæ, & affectiuæ procedunt. Et ideo gratia lumen, & intellectum dirigit, & affectum mouet. Sed peccatum in utroque defectum inducit. In intellectu quidem, quia omne peccatum ex errore est; secundum S. Ambrosium in Apologia David cap. 4. Et secundum Phil. 3. Ethic cap. 3. Omnis malus est ignorans. Et principaliter in affectu: quia omne peccatum in voluntate est. Et ideo macula, & quantum ad ipsam priuationem, & quantum ad causam, scilicet peccatum, & intellectum & affectum respicit: sed principaliter affectum. Vnde non est inconueniens, si macula, & cæcitas, & tenebre dicatur.* Hæc S. Thomas.

Præter quam quod, fere vbicumque D. Thomas meminit gratiæ, quamvis sit in essentia animæ; quia est participatio diuinæ naturæ, gratiam lumen vocat D. Thomas. Vnde 1. 2. quæst. 110. articulo 3. ait. *Ipsam lumen gratiæ, quod est participatio diuinæ naturæ, est aliquid præter virtutes infusas, quæ ab illo lumine deriuantur; & ad illud lumen ordinatur.* Vnde Apost. dicit ad Eph. 5. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulatis.* Et concludit, quod virtutes infusæ perficiunt hominem ad ambulandum: *secundum quod congruit lumini gratiæ.* Qualiter etiam loquitur ibi quæst. 111. art. 3. ad 2. & quæst. 112. articulo 4. & 2. 2. q.

24. articulo 3. ad 2. Et lib. 3. contra Gentes cap. 150. rat. 5. & lib. 3. sent. dist. 10. q. 2. articulo 2. Et propter hanc rationem priuatio gratiæ est priuatio luminis, & nitoris supernaturalis, & naturalis in anima, & in potentijs. Vnde D. Thomas in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. q. 1. ait. *Fulcbritudine autem anima consistit in assimilatione ipsius ad Deum: ad quem formari debet per claritatem gratiæ ab eo susceptam. Sicut autem perceptio claritatis corporalis a sole, prohibetur a nobis per aliquod obstaculum interpositum: Ita etiam claritas gratiæ prohibetur ab anima per peccatum commissum: quod diuidit inter nos, & Deum, vt dicitur Isaiæ cap. 59. Vnde ipsa macula, quantum in se est, non ponit de essentia sua nisi priuationem gratiæ. Sed ponit vt causam obstaculum peccati; quod obstat ad gratiæ receptionem. Et propter hoc etiam macula dicitur tenebra ratione prædictæ similitudinis.*

37. Contra tertiam & quartam conclusionem est argumentum. Scoti in 4. dist. 14. q. 1. §. *Hic sunt tria*, dicentis, post actum intrinsecum, & extrinsecum transeuntem, manet quedam iniustitia habitualis. Sed non ab illa sola dicitur quis peccator. Alioquin qui commississet duo millia peccata mortalia, & qui vnum, essent æque peccatores, intensiuè, & extensiuè: quia in eis, & tota gratiæ, quantum ad intentionem, & sola ipsa, quantum ad extensionem priuatur, tam in eo, qui commississet vnum, quam in eo, qui commississet duo millia: & ideo nō diceretur vnus minus peccator post actu transeuntem, quā alius. Assumptum probatur, quia in quolibet peccato mortali ita priuatur gratia quod nihil eius maneat: & per consequens per nullum succedens potest fieri intensior, neque extensior: loquendo de priuatione ista habituali: quia nō priuatur nisi vnum habitum: sicut nō est natus nisi vnus in esse. Et hæc ratio similis est rationi S. Anselmi de conceptu virginali, quod peccatum originale non est natum in esse magis in esse in vno, quam in alio *quia in quo non est iniustitia, non potest ab eo priuari iniustitia.* De quo dictū est lib. 2. dist. 30. & 37. iniustitia autem actualis manere non potest cessante actu: quia illius subiectum proximum est actus in anima, sicut & rectitudinis sibi oppositæ, &c.

38. Item arguit in sine illius §. *Macula sursum odij, a, & amor sursum ipsius, a, repugnat.* Ergo per vnum aufertur aliud. Et per consequens mala odij, a, posset auferri per immoderatum amorē ipsius, a.

Ad

Ad primam satisfaciunt omnia, quæ adduximus conclusionem tertia. Specialiter D. Thomas 1. 2. q. 86. art. 1. ad 3. ait. *Quod macula non est aliquid positiuè in anima, Nec significat priuationem solam, sed significat priuationem quandam nitoris anima in ordine ad suam causam, quæ est peccatum. Et ideo diuersa peccata diuersas maculas inducunt. Et est simile de umbra, quæ est priuatio luminis ex obiecto alienius corporis: & secundum diuersitatem corporum obiectorum diuersificantur umbræ.* Vbi Caietanus §. *Ad euidentiā*, notat, quod ex hoc soluantur omnes difficultates accidentes in re. Licet enim priuatio coniunctionis, similitudinis, refulgentiæ, gratiæ, charitatis; non suscipiat magis, & minus, quia consistit in facto esse. Causa tamē eius, scilicet peccatum, suscipit magis, & minus. Ac per hoc macula, quæ significat priuationem, non absoluta, sed vt ex peccato; suscipit magis, & minus: non in se, sed in causa. Et ex hoc prouenit, quod iste est magis maculatus eadem macula specie altero, & magis peccator altero post actus peccatorum. Et hoc sufficit, & soluit rationes Scoti, & Aureoli allatas à Capreolo in 4. dist. 14. q. 1.

39. Addit Lorca disp. 50. de peccatis post quintam conclusionem. Quod hoc argumentum nullius est momenti: quia existimo posse assignari inæqualitatem in macula, quæ est priuatio gratiæ. Quamvis enim priuatio ipsa non sit inæqualis physice, & secundum se: quia est priuatio in facto esse: Est tamen moraliter inæqualis, & potest esse inæquale malum secundum moralem estimationem: Qua ratione crescit ratione causæ, & impedimenti quod apponitur ad conseruationem, & reparationem gratiæ: quod tanto maius est, quanto plura, & grauiora sunt peccata. Maius ergo malum est, & minus eligibile carere gratia pluribus impedimentis appositis, quam paucioribus. Et Patres Carmel. disp. 16. dub. 5. numero 151. dicunt peccata mortalia ad primum superuenientia non causare priuationem gratiæ entitatiuè, & secundum substantiam: causare tamen illam modaliter, quia ponit nouam determinationem. Sed prior dicendi modus est conformior huicque dictis, & D. Thomæ in 2. dist. 3. 2. quæst. 1. articulo 1. ad 2.

Ad secundam rationem Scoti, Caietanus negat assumptum. Mille enim peccatorum maculæ ad inuicem, nec

aliqua alicui peccato contrariatur: quoniam ex parte auersionis peccatorum confurgit: vnde non est contrarietas. Quod notauerat Capreolus iam traditum à D. Thoma 1. 2. q. 113. art. 2. ad 3. quod enim S. Thomas dicit ibi de reatu, idem dicendum est de macula. Ait autem D. Thomas: *Quod cum aliquis à peccato vnus vitij transit in peccatum contrarij vitij, desinit quidem habere actum præteritū, sed non desinit habere reatum: vnde simul habebit reatum vtriusque peccati. Non enim peccata sunt contraria ex parte auersionis a Deo, ex qua parte peccatum habet reatum.* Sed adhuc magis interminis loquendo simul de reatu, & macula, ipse D. Thomas hac 3. p. q. 88. articulo 1. ait. *Quicquid autem est ex parte auersionis in peccato mortali, secundum se consideratum: Est commune omnibus peccatis mortalibus: quia per quodlibet peccatum mortale homo auertitur à Deo.* Vnde & per consequens macula, quæ est per priuationem gratiæ, & reatus poenæ aternæ, communia sunt omnibus peccatis mortalibus: Et secundum hoc intelligitur id quod dicitur Iacobi 3. *Qui offendit in vno, factus est omnium reus.*

40. Sed contra priorem solutionem ad primum replicat Vazquez 1. 2. disp. 130. cap. 4. n. 1. & 16. quia exemplum de umbra ex diuersis corporibus, parū probat: ideo enim diuersa corpora diuersas umbras efficiunt: non quia sunt diuersæ causæ priuationum eiusdem formæ: nam priuatio ex multiplici causa non multiplicatur. Sed ex diuersitate formæ qua priuat, aut secundum earum differentiam indiuiduam: aut specificam. Quare cum sunt diuersæ umbræ ob diuersitatem corporum, non in eadem parte aeris, neque respectu eiusdem partis luminis sunt: sed in diuersis partibus, & respectu diuersi luminis. In eadem vero parte aeris possunt esse diuersæ priuationes, nempe in eadem parte aeris tenebræ, & silentium. Sed hæc priuationes sunt diuersæ quia sunt diuersarum formarum. Cum igitur in anima vnica tantum sit gratia, cuius priuatio dicitur macula, vnica erit priuatio non plures. Porro cum illa sit priuatio eiusdem gratiæ, non poterit ex diuersa causa esse inæqualis, quatenus priuatio gratiæ est. Et quamvis si aliquando plura corpora opaca ponantur inter diaphana, & luminosum, eadem umbra maior fiat hoc tamen prouenit ex eo, quod hæc

T 3

priuaa

priuatio est in fieri, retinens aliquid oppositæ formæ, quam si paulatim deperdat, maior fiet. Sed priuatio gratiæ est in facto esse: sicut tenebræ, quæ quo maiora corpora opponantur luminoso, non sunt maiores. Similiter ergo priuatio gratiæ non erit maior, in ratione priuationis, quo plura committuntur peccata.

41 Confirmatur primo. Nam si quis commisisset homicidium, & sacrilegium, alter vero duo alia peccata, nempe fornicationem, & furtum æque voluntaria, sine dubio prior magis esset pollutus: quia maiora commisisset peccata. Et tamen uterque eadē gratia æque priuatus esset, quia æquali voluntate uterque peccaret. Ex sola ergo priuatione gratiæ non assignatur sufficienter omnis macula peccati, quæ post actum ipsam peccati, vel omissionem, per modum habitus manere dicitur.

Confirmatur secundo: nam malitia priuationis gratiæ in eo solum consistit ut gratia priuet. Si vero ex respectu ad varias species peccatorum macula debet assignari, non oportet asserere ipsam priuationem gratiæ maculam esse. Sed homo, qui peccauit, ex solo respectu rationis, procedente ex præterito peccato, potest dici pollutus forde peccati: qua ratione pollutus esset, etiam, si non esset gratia priuatus.

42 Ad hæc tamen bene respondent Aluarez 1.2. disp. 180. n. 23. Lorca ubi supra, & latius Montinos disp. 16. q. 4. à n. 84. vsque 90. & unico verbo dicimus, probare, quod priuatio gratiæ physice sumpta, & secundum se, & adæquate, non est peccatum habituale: non tamen quod eadem moraliter sumpta, ut terminus actus peccati, & ut dat conuersionem oppositæ auersioni habituali peccati, relictam ex actu quo fuit auersus a Deo, non sit peccatum habituale, & macula. Vnde Montinos n. 84. ait. Priuatio gratiæ non est macula, nisi quatenus inuoluit habitudinem ad peccatum præteritum tanquam ad causam. Et ita est inæqualis iuxta inæqualitatem causæ. Quod magis declaratur ex dictis: quia priuatio gratiæ in tantum est macula in quantum ratione illius homo manet auersus a Deo per modum habitus. Si ergo ista auersio per quam constituitur peccatum mortale in fieri, est inæqualis (ut exponit D. Thomas 1.2. q. 73. art. 2.) Ergo & per quam constituitur peccatum habituale: quoniam eadem est auersio, & ad eandem causam dicit ordinem.

43 Vnde ad primam probationem

contra exemplum D. Thomæ fatemur esse differentiam inter umbram ex vna parte, & maculam peccati ex alia, quantum ad hoc quod umbra non est priuatio totius luminis: & macula includit priuationem totius gratiæ. Tamen conueniunt in hoc quod sicut umbra dicit priuationem luminis ut causatam ex interpositione corporis opaci: ita macula dicit priuationem gratiæ ut causatam ex peccato præterito. Et propter hanc conuenientiam adduxit hoc simile S. Thomas. Et hæc conuenientia sufficit ad intentum, nimirum quod sicut umbra est inæqualis ratione suæ causæ; ita & macula. Similiter ad secundam probationem dicitur, quod licet priuatio vniuersaliter loquendo sumat suam rationem ex positio, cuius est priuatio: id intelligitur in priuationibus puris; tamen quando ex aliqua parte non est priuatio pura, sed est priuatio infieri, potest ex subiecto, vel causa habere inæqualitatem. Et hoc modo respondet D. Thomas 1.2. q. 72. art. 2. ad 2. loquendo de peccato actuali: quod *Peccatum non est pura priuatio; sed est actus debito ordine priuatus; & ideo peccata magis distinguuntur specie secundum obiecta actuum, quam secundum opposita.* Cum ergo hæc priuatio habitualiter maneat voluntaria ex actu voluntariæ procedente inordinato, ex eius diuersitate diuersificatur.

44 Per quæ respondetur primæ confirmationi, quod ex voluntario quod præcessit in peccato, est maior, aut minor macula, cæteris paribus ex parte obiecti, & circumstantiarum: quia peccatum quo magis liberum est, grauius est, cæteris paribus. Et moraliter loquendo, cum peccata perseuerent, qui plura peccata egit, plures maculas habet: quia licet sit vna priuatio gratiæ physice, & secundum se, sunt plures moraliter distinctæ speciei, aut numero propter peccata speciei, aut numero distincta diuersis temporibus commissa: quod enim alij debet dicere de connotatione diuersorum actuum, qui præterierunt, dicimus nos de diuersis auersionibus, & offensis. Quamuis absolute debeat pronunciari quod auersio est vna, quia in illa conueniunt omnia mortalia peccata, & omnia tollunt coniunctionem cum Deo, quæ fuit gratia. Vnde concedimus intentum secundæ confirmationis quod sola priuatio gratiæ non explicat adæquate constitutum peccati habitualis: nec tamen probat quod completiue hæc priuatione non compleatur auersio, quia illa sit coniunctio: nec complete eodem modo esse

ma-

maculatus, & pollutus, si non est gratia priuatus.

45 Præterea arguit Vazquez numerus 18. & 19. Quia peccata venialia inducunt maculam. Vnde Christus Ioan. 13. dixit: *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet.* Quod de emundatione a venialibus exponunt S. Augustinus. trac. 56. in Ioann. & S. Gregorius. lib. 9. epist. 39. Nec enim negari potest hominem vere manere aliquo modo pollutum ex peccato veniali, quod semel commisit, donec ab eo iustificetur, & mundetur. Et tamen hæc macula non consistit in priuatione gratiæ, aut alicuius habitus supernaturalis. Ergo hæc macula consistit in respectu illo relicto ex actu præterito.

Respondetur D. Thomam 1.2. q. 89. art. 1. probare, quod proprie loquendo, peccatum veniale non causat maculam in anima. Et si alicubi dicatur maculam inducere, hoc est secundum quid, in quantum impedit nitorem, qui est ex actibus virtutum. Ipse autem D. Thomas id declarat hæc 3. p. q. 87. art. 2. ad 3. dicens, quod sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter: vno modo per priuationem eius, quod requiritur ad decorem, puta debiti coloris, aut debite proportionis membrorum: Alio modo per super inductionem alicuius impeditis decorem, puta, luti, aut pulueris. Ita etiam animæ inducitur macula, vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale: *Alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquid temporale.* Sic ergo peccatum veniale non causat maculam simpliciter, & proprie, & intrinsicè: quia nec auertit simpliciter à Deo, nec aufert coniunctionem per gratiam, nec priuat vitam, aut splendorem gratiæ. Causat tamen maculam secundum quid, & extrinsicè, & minus proprie. Quod pariter dicitur de culpa, & offensa. Vnde D. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. q. 2. ad 3. ait, quod peccatum mortale ita Deo displicet, quod etiam facit ipsam peccantem Deo displicentem, in quantum pulchritudinem gratiæ, quam Deus in ipso amat aufert: *Sed peccatum veniale, quævis Deo displiceat quia inordinatum est, non tamen facit peccantem Deo displicentem.* Quia non aufertur claritas gratiæ, sed quodam modo obnubilatur, in quantum eius processus ad exteriora impeditur. Et ideo S. Gregorius dicit, quod *peccatum veniale obscurat, sed mortale ob tenebra.* Et q. 7. de Malo art. 2. ad 10. ait D. Thomas,

quod *peccatum veniale, cum non imbordeat auersionem, proprie loquendo, non habet rationem offensæ.* Non ergo per peccata venialia Deus offenditur simpliciter, sed solum secundum quid.

Igitur rationem peccati habitualis, & maculam illius explicat Capreo lus in 4. dist. 16. q. 1. ad 6. & 7. Durandi contra tertiam ex D. Thomæ q. 2. de Malo art. 2. ad 16. & 17. & Conradus 1.2. q. 89. art. 1. dicentes quod licet lumen gratiæ, vel charitatis non diminuat quantum ad habitum per peccatum veniale, minuitur quantum ad actum, vel feruorem: quia impeditur ne promptè exeat in actum. Et Aluarez 1.2. disp. 180. ad 5. n. 20. ait, quod macula, quam veniale causat, non consistit solum in hoc quod est peccasse venialiter, & peccatum illud non retractasse: nec in actuali peccato præterito non condonato. Sed in quadam inordinata inclinatione, vel adhesionem ad rem temporalem, ut dixit S. Thomas in 87. art. 2. ad 3.

46 Addunt Patres Carmelitani Salmaticenses 1.2. q. 89. art. 1. à n. 5. per peccata venialia diminui quodammodo habitus virtutum infusarum, non ex parte entitatis quasi aliquem gradum intensiōnis amittant: sed ex parte termini, quia per peccata sunt minus habiles, & expediti ad operandum: quia manet vis operatiua, velut contracta, & compressa, ut non ita promptè, & faciliter in actum prorumpat. Dicunt ergo n. 7. maculam venialis consistere in diminutione charitatis ex parte termini, quæ dicitur diminutio feruoris. Et quod moralis adhesio solum se habet ut fundamentum inducens, & conseruans ipsam maculam. Vel potest dici, tam illam moralem adhesionem, quam feruoris diminutionem appellari formaliter maculam venialem: quia vna in ordinate conuertitur, alia auertit, & retardat.

Sed magis consequenter ad dicta Montinos in 1.2. q. 89. art. 1. num. 112. ait, quod sicut in macula peccati mortalis possumus considerare duas priuationes (partiales, seu in completas) vnam, quæ est carentia rectitudinis moralis debite actui: quæ quidem transacto actu manet per modum habitus: Alteram priuationem gratiæ habitualis. Et vtraque ista priuatio causatur ex actu positio, ex conuersione, scilicet, ad bonum commutabile. Sic etiam in peccato veniali ex amore creaturæ citra Deum, qui dicitur

tur ad hæc inordinata ad creaturam, oriuntur duæ priuationes, scilicet, priuatio rectitudinis moralis, & priuatio feruoris, qui reperitur in actu dilectione Dei. Et vtraque ista priuatio & est simul cum actu, & manet per modum habitus transacto actu. Talis igitur priuatio, pro vt manet per modum habitus, dicitur macula ex peccato veniali relicta.

47 Adicit tamen Montefinos n. 13. quod in hoc differt macula relicta ex peccato mortali, ab illa quæ est ex peccato veniali: quod macula peccati mortalis est priuatio gratiæ habitualis: quæ quidem manet, & inhæret animæ, etiam quando nihil operatur. At vero macula peccati venialis est priuatio splendoris actualis. Qui quidem est aliquid formale, & inhærens dum anima actu feruido tendit in Deum ex charitate. Tamen transacto actu non est nisi denominatio ex trinfeca ab actu præterito.

Non satisfacit difficultati; nec tenet omnimodam consequentiam doctrinæ. Si enim in peccato mortali præter actum præteritum, & extrinsecam denominationem, dicitur relinqui duas priuationes habituales, vnam rectitudinis habitualis, & aliam gratiæ: & in peccato veniali præter actum præteritum non retractatum, & denominationem extrinsecam, distinguit duas priuationes habituales, posset, vna habitualiter permanere pariformiter ad aliam. Et solum manet discrimen in alia priuatione, quod illa est priuatio gratiæ; in peccato veniali priuatio feruoris; & rectitudinis. Et sicut in illo, cui est remissum mortale quoad culpam, & reatum pœnæ æternæ, & ablata auersio per gratiam quodammodo manet aliquid in ordinata conuersionis præcedentis vsque dum satisfaciatur pro reatu pœnæ temporalis, vt docet D. Thomas hac quæst. 86. artic. 4. Ita in iusto peccante venialiter, illo actu cessante, manet habitualiter inordinatio præcedens: quia macula causata est per inordinatam inclinationem ad aliquid temporale.

48 Præterea arguit Salas. Id tantum est de essentia maculæ, vel peccati habitualis, quod reperiretur in puris naturalibus. At in puris naturalibus non reperiretur priuatio gratiæ strictè simpliciter, nec in esse gratiæ, nec in esse qualitatis. Ergo in priuatione gratiæ non consistit peccatum, si

Respondet Vazquez cap. 5. nu. 20. quod hæc ratio non multum probat: nam in quocumque statu eo ipso quod homo peccaret mortaliter, diceretur priuatus gratia, etiam si Deus iure optimo illam perpetuo denegaret, sicut de negat damnatis: ea nimirum ratione, quia qui peccat mortaliter ratione talis status indiget gratiæ vt deleatur peccatum: quia sine gratia deleri nequit, quia est auersus à fine supernaturali, vt dixerat, disp. 96. cap. 2. & disp. 207. cap. 1.

Sed quia multi opinantur, quod in puris naturalibus posset remitti peccatum gratuita, & liberali Dei condonatione, sine eleuatione ad supernaturalia: & illa remissio esset gratia secundum quid, id est, beneficium indebitum; non gratia simpliciter ordinis supernaturalis; iuxta ea quæ diximus q. 85. dub. 5. Ideo hæc via difficultas non euaditur; sed augetur.

Alia via Patres Salmanticensis, disp. 16. dub. 5. §. 7. ad vltimum, nu. 153. respondent, nullum esse inconueniens, si dixerimus peccatum habituale in illo statu fore alterius essentia, & rationis, ac modo est: ac proinde habiturum aliud constitutum. Quia modo pro constitutio peccati habitualis habemus de facto priuationem gratiæ intrinsecam, & voluntariam; in qua concurrunt omnia ad prædictum effectum requisita. Quod non esset in illo euentu. Vnde tunc posset peccator denominari per denominationem extrinsecam, longe tamen alio modo, ac nunc dicitur à priuatione intrinsecâ. Vel tunc peccatum esset priuatio naturalis rectitudinis, & habitualis conuersionis in Deum finem naturalem: quæ non tollitur, sed diminuitur per peccatum.

49 Melius respondent Aluarez, & Serra ambo ad 4. quod macula peccati, seu peccatum habituale, etiam in puris naturalibus esset priuatio gratiæ in esse gratiæ per se loquendo, quantum est ex parte ipsius peccati. Per accidens non priuaret illa: quia non inueniret eam in subiecto: eo quod in illo statu non esset homo per gratiam in finem supernaturalem ordinatus. Sicut etiam nunc peccatum mortale ab homine iniusto commissum causat nouam maculam: per quam tamen non priuatur ille homo de facto habituali gratia: quia non inuenit illam in subiecto; eo quod pri-

muam peccatum mortale gratiam amiserat. Sed id est per accidens. Ea vero, quæ per accidens contingunt, ab arte relinquuntur. Et hoc sufficit (inquit Serra) vt macula facti tunc, & modo commissi sint eiusdem speciei. Sicut macula primi, & secundi peccati facti modo eiusdem speciei sunt: licet macula secundi peccati actu, & de facto non priuet gratia, quia iam non inuenit in subiecto.

Hæc solutio, si sermo esset de constitutio peccati actualis, euidenter esset: quia per accidens respectu virtutis causa tunc, quod causatio actualis impediatur propter impedimentum in subiecto receptio reperitur: sicut secunda demonstratio non causat habitum scientiæ, quia iam inuenit productum per primam. Vnde, loquendo de peccato actuali, D. Thomas q. 1. de Malo art. 4. ad 7. ait, quod in eo, qui non habet gratiam, culpa priuat aptitudinem ad gratiam, non totaliter tollendo, sed diminuendo ipsam. Hæc autem priuatio non est malum culpa formaliter, sed effectus eius, qui est pena. Malum autem culpa est priuatio modi, speciei, & ordinis in ipso actu voluntatis. Cum autem effectus se habet extrinsece ad causam quasi efficientem, per accidens est respectu actualis peccati quod per eum gratiam non tollatur, si iam erat ablata à subiecto. Sed respectu peccati habitualis, auctores quartæ sententiæ ipsam formam constitutiuam dicunt gratiæ priuationem: forma autem constitutiuam est intrinseca: & ideo si de facto non est forma qua priuet, de facto non erit priuatio illius formæ: & ideo priuatio gratiæ non erit essentialiter peccatum habituale: licet peccatum quod nunc est habeat coniunctam gratiæ priuationem.

50 Qua propter Montefinos disp. 16. q. 4. n. 91. & 75. post alias solutiones addit, quod si homo existens in puris naturalibus peccaret, contraheret maculam, quam diximus esse priuationem rectitudinis moralis: quæ quidem transacto actu maneret per modum habitus sicut modo. Et quamuis non esset tunc ordinatus ad finem supernaturalem, per peccatum de ordinaretur à fine naturali: & incurret maculam auertentem à fine naturali: & hæc deordinatio impedit gratiam: quia dum aliquis est deordinatus à fine naturali, nequit esse amicus Dei, aut habere gratiam. Macula ergo, quæ esset sortidus illi, qui existens in puris naturalibus peccaret, in duplici priuatione con-

sisteret, sicut modo: primo in priuatione rectitudinis actus præteriti; secundo in deordinatione à Deo, & inimicitia ipsius. Sed differentia esset, quod modo hæc inimicitia, aut deordinatio esset priuatio gratiæ supernaturalis: at vero in illo statu primario quidem talis inimicitia esset priuatio amicitiæ ordinis naturalis.

51 Clarioribus terminis respondetur ex dictis, quod peccatum est voluntaria auersio à Deo: si sit peccatum actuale, est priuatio, & auersio in actione & inordinatio actionis est peccatum: quia vt ait D. Thomas quæst. 1. de Malo art. 5. ad 4. *Ex hoc enim homo culpabilis est, quod agit actionem non ordinatam ad finem debitum*: vel auertentem ab ultimo fine debito. Peccatum vero habituale est per hoc quod est voluntarie sepe a Deo: quia dicit ibi ad tertium. *Culpa separat à Deo separatione, quæ opponitur unioni charitatis*. Rebus vt nunc charitati supernaturali: quia *charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est vobis*: & ideo qui manet in charitate, manet in Deo, & in gratia: & peccatum sicut priuat unionem charitatis, ita de facto est priuatio gratiæ. Si vero esset casus, quod homo iustificaretur solum moraliter, sicut apud homines, solum peccatum præteritum moraliter perseverantem, priuatio illius amicitiæ, & coniunctionis moralis esset peccatum actuale, in fieri, & esset peccatum habituale, si moraliter perseveraret: & in puris naturalibus esset priuatio moralis rectitudinis habitualiter permanentis, & priuatio conuersionis, & coniunctionis cum Deo, qualitercumque illa coniunctio continueret. Vnde formaliter semper ponimus easdem priuationes pro constitutio peccati habitualis: quamuis ex parte formæ priuata esset in diuersis prouidentijs diuersitas specifica formarum priuatarum: sed quoad hoc esset differentia in esse rei, & physica, & non formalis, quoad intentum. Videatur in summa S. Thom. lib. 4. Phil. sec. 6. lit. M. & quæ nos ibi diximus q. 2. agendo de immobili-

tate loci mutatis super-

ficiabus.

**q. V. Vltimum argumentum
in quo totam vim ponunt
contrarij soluitur.**

52 **E**X dictis soluta manent sex argumenta quæ obijciunt Curiel 1. 2. q. 86. art. 2. dub. 2. §. 2. & Lugo disp. 7. sec. 2. quia in substantia non differunt ab illis, quæ iâ soluta erant ab antiquis. Sed restat expêdere illud, in quo maximam vim faciunt, & pœnitentia inspectum, potius probat contra ipsos. Arguit ergo Medina 1. 2. q. 82. art. 1. conc. 5. Deus effectiue abtulit originalem iustitiam, eaque voluit homines priuare. Ergo huiusmodi priuatio peccatum non est: alioquin Deus fuisset causa peccati, voluisset que peccatum. Similiter. Arguit Curiel. Priuatio gratiæ, siue gratia sumatur secundum se, siue quoad suos effectus, est pœna volita, & ordinata à Deo, in vindictam, & punitionem peccati. Ergo non est peccatum habituale. Quod totum videtur docere D. Thomas q. 1. de Malo, art. 5. ad 5. dicens, quod priuatio ipsius habitualis gratiæ est pœna: sed deprauatio actus, qui deberet ex gratia procedere est maxima culpa.

53 Vires argumenti magis exposuerat ipse Curiel q. 82. art. 3. dub. 4. §. 3. in secunda probatione 4. conc. sic dicens. In priuatione gratiæ, quæ ex peccato præcedente relinquitur in subiecto, duo tantum reperiuntur. Primo, ipsa priuatio gratiæ per se sumpta: & secundo, respectus, quem habet ad peccatum, a quo causatur, & relinquitur in subiecto. Sed neutrum horum habet rationem culpæ. Ergo neque ipsa priuatio gratiæ quatenus ex peccato relinquitur. Consequentia patet. Et minor quoad priorem partem probatur. Quia si Deus tolleret gratiam ab aliquo sine vlllo peccato præcedente in eo, nemo diceret priuationem gratiæ habere in eo rationem culpæ. Et similiter quoad posteriorem probatur: quia respectus priuationis gratiæ ad peccatum præcedens, nihil aliud est, quam habitudo effectus moralis ad suam causam moralem, & demeritoriam. Sed huiusmodi respectus non est culpa: quia potius opponitur relative culpæ: aut est ratio, & id quo priuatio gratiæ opponitur culpæ, sicut defectus ab ea demeritorie proueniens. Et præterea, quia proprie est relatio pœnæ. Ergo

nihil est in priuatione gratiæ, quod culpæ & peccati rationem habeat.

54 Confirmatur, quia priuatio gratiæ quantum ad vtrumque est effectus Dei: Ergo non est peccatum. Probatur antecedens: quia in primis de ipsa priuatione gratiæ, certum est esse effectum Dei in genere causæ efficientis: quia sicut agens quod expellit formam à subiecto, est causa priuationis formæ in tali subiecto, ita etiam Deus, qui tollit gratiam ab homine peccante, erit causa priuationis gratiæ in homine. Quod vero idem sit dicendum de respectu, probatur. Quia priuatio gratiæ solum importat respectum ad peccatum, vt ad causam demeritoriam. Sed Deus non quomodocumque causat priuationem gratiæ, sed vt pœnam respondentem demerito peccati. Ergo causat eam quatenus importat respectum ad peccatum, vt ad causam demeritoriam. Sicut cum confertur præmium, verbi gratia, beatitudinis, est causa eius quantum ad respectum, quem importat ad actus humanos præcedentes, tamquam ad causas meritorias: quia confert beatitudinem vt præmium respondens illis actibus.

55 Vltimo. Priuatio gratiæ solum procedit a peccato actuali, vt à causa dispositiua, vel demeritoria. Ergo non habet proprie rationem peccati habitualis. Probatur consequentia. Quia si sufficeret ad rationem peccati habitualis, procederet illomodo à voluntate, sequeretur quod quæcumque pœna esse peccatum habituale: quia procedit ex culpa, aut peccato tanquam ex causa dispositiua, & demeritoria.

Confirmatur. Quia sicut solum dicitur peccare illa voluntas, quæ est principium effectiuum peccati actualis: ita etiam illa sola dicitur esse in aliquo peccato, quæ est eius principium effectiuum. Sed priuationis gratiæ sola voluntas diuina est causa effectiua, & voluntas creata est causa dispositiua, aut demeritoria. Ergo ratione priuationis gratiæ non dicitur proprie voluntas creata esse in peccato: & ex consequenti ipsa non potest habere rationem peccati habitualis, aut originalis. Hæc Curiel.

56 Respondetur D. Thomam sapissime hoc punctum tetigisse, & nec absolute negat, nec absolute affirmat, sed sub distinctione eadem, qua nos vsi sumus, respondet: & ideo argumentum solum probat, quod priuatio gratiæ absolute, & secundum se, & physice, & prout à Deo, non sit

fit peccatum habituale. Quod non solum damus, sed docemus. Cum quo stat, quod eadem priuatio sumpta moraliter, vt voluntaria, & vt inuoluit priuationem conuersionis ad Deum, relictam, & causatam ex auersione, & conuersione peccatoris, sit peccatum, non quidem actuale, sed habituale. Eadem autem priuatio, quæ prout à Deo, est pœna peccantis, prout ab homine est effectus peccati actualis, & completiua, constitutiua que peccati habitualis.

57 Quod loquendo de peccato originali, docet D. Thomas 1. 2. q. 82. art. 1. ad 2. & 3. p. q. 86. art. 2. ad 1. & in 2. dist. 32. q. 2. art. 1. & art. 2. ad 5. Loquendo autem in terminis huius difficultatis in 2. dist. 33. q. 2. art. 1. ad 2. ait. *Priuatione enim gratiæ non habet rationem culpæ, sed pœnæ; nisi in quantum ex voluntate est.* Et latius q. 4. de Malo art. 2. ad vltimum, in fine ait. *Ad id vero, quod quærebatur, vtrum sit pœna tantum, vel pœna & culpa? Dicendum, sicut suprascriptum est, quod si comparatur ad istum hominem prout persona quædam, non habito respectu ad naturam; sic est pœna: si autem comparatur ad principium, in quo omnes peccauerunt, sic habet rationem culpæ.* Loquitur que ex presse de carentia, seu priuatione originalis iustitiæ, quam simul docet habere rationem pœnæ, & culpæ originalis: de cuius constitutio ait hac q. 86. articulo isto secundo ad 1. quod consistit in quadam habituali deordinatione nature: sicut ergo compatitur, quod originale peccatum sit priuatio iustitiæ originalis, & sit habituale quædam deordinatio nature, & simul culpa, & pœna: ita bene idem pariformiter dicendum intelligitur de peccato habituali. Videntur D. Thomas 2. ad Anibaldum dist. 30. q. vnicam art. 2.

Loquendo autem de peccato habituali, ipsa D. Thomas q. 2. de Verit. art. 6. in fine corporis, ait. *Ausentia enim gratiæ secundum se considerata, habet tantum rationem pœnæ: non autem rationem culpæ nisi secundum quod relinquitur ex actu voluntario præcedente. Sicut tenebra non habet rationem umbræ, nisi secundum quod relinquitur ex interpositione corporis opaci.* Ecce vtramque partem assertam à D. Thomas & quod est pœna considerata priuatione gratiæ secundum se: & quod est culpa vt est aliquid morale, & terminus actionis voluntariæ. Et de exemplo, vltra suprascripta, est adhuc notandum, quod inter exemplum priuationum totalium, & in facto esse, numerat S. Thomas 1. 2. q. 73. motum,

& tenebras, de quibus ait, *quod non est magis tenebrosa domus, si lucerna sit operata pluribus velaminibus, quasi sit operata vno solo velamine totum lumen intercludente.* Quæ vltima verba ideo adiecit, quia si non totum lumen intercludatur, non erit priuatio in facto esse, sed inferi, & non erunt puræ tenebræ, sed erunt umbræ. Et aer vni bra dicitur, cum caret plena luce præsertim alicuius corporis obiectu: & ideo recte ait D. Thomas, quod *sicut tenebra non habet rationem umbræ, nisi secundum quod relinquitur ex interpositione corporis opaci:* ita carentia gratiæ non est culpa habitualis, nisi secundum quod per peccatum mortale ponitur obstaculum influentiæ diuinæ. Ad quod exponendum affert D. Thomas 2. 2. q. 24. art. 1. illud S. Ag. lib. 8. de Genesi ad lit. cap. 12. *Homo Deo sibi presentate illuminatur, absente autem continuo tenebratur: à quo non locorum interuallis, sed voluntatis auersione disceditur.*

58 Sed magis ex professo punctum tetigit D. Thom. q. 1. de Malo art. 4. ad 1. dicens, quod cum de ratione culpæ sit quod sit contra voluntatem (vt dictum est in corpor. art.) impossibile est, quod idem secundum idem sit pœna, & culpa: quia idem secundum idem non potest esse voluntarium, & contra voluntatem. Sed secundum diuersa, nihil prohibet: Et enim quod volumus potest esse aliquid coniunctum, quod naturaliter voluntati repugnet: & querendo quod volumus, incurrimus in id quod nollemus. Et hoc in peccatis accidit. Dum enim inordinate efficiuntur ad aliquod bonum creatum, incurrunnt separationem à bono increato: & alia huiusmodi, quæ non vellent. Et sic idem secundum diuersa potest esse & culpa, & pœna: sed non secundum idem. Hæc D. Thomas. Ex cuius doctrina expositum habemus quod separatio à bono increato, secundum quod inuoluntaria, est pœna: & secundum quod voluntaria est culpa, actualis quidem dum homo actu conuertitur ad bonum creatum, & auertitur à Deo: habituale vero, quando per motum contrarium, & per eius gratiam ad Deum non conuertitur. Et q. 3. de Malo art. 7. ad 1. ait, quod *priuatio scientiæ, & gratiæ habent rationem culpæ secundum quod accipiuntur simul cum sua causa, quæ pertinet ad genus actus.* Videatur etiam D. Thomas q. 28. de Verit. art. 2. ad 7. Et in 2. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 4. ait, quod *priuatio gratiæ non habet rationem maculæ, nisi secundum quod ex actibus præcedenti inducitur, &c.*

59 Docet etiam D. Thomas 1. 2. q. 85. art. 2.

ar. 5. quod subtractio originalis iustitiae habet rationem poenae, sicut etiam subtractio gratiae. Et quod poena simpliciter semper sequitur culpam actualem, vel originalem, docet D. Thomas 1. 2. quaest. 87. art. 7. & 3. par. quaest. 14. art. 1. ad 3. & sapientissime alibi: quamvis aduertat quod poena satisfactoria est quodam modo voluntaria.

Sed non eodem modo Theologi exponunt quomodo eadem priuatio sit culpa, & poena? Conradus 1. 2. q. 85. art. 5. circa ad 1. & Vazquez 1. 2. disp. 132. cap. 10. n. 41. dicunt priuationem gratiae esse poenam peccati Adae; non vero peccati originalis paruulorum: nihil enim in ipsis paruulis potest esse prius, quo reddatur digni priuatione gratiae, cum omnis alis dignitas ex defectu aliquot debeat proficisci: nullus autem defectus, vel priuatio prius esse possit priuatione gratiae habitualis, & charitatis.

Quod & sequitur Lorca de Peccatis, disp. 43. in fine, ubi, & fol. ad 5. ait distinguendum esse inter subtractionem gratiae, & iustitiae; & inter priuationem: subtractio subtractione Dei, non qua aliquid agat, & vera actio sit, sed subtractione actionis, qua conferat, & conseruet hoc donum. Priuatio autem est absentia ipsius formae. Concedunt ergo subtractionem iustitiae fuisse poenam, & a Deo. Priuatio autem non est poena, sed culpa. Et non habet rationem poenae nisi indirecte, eo modo, quo vnum peccatum potest esse poena alterius, quia Deus illud permittit ut alteri puniat. Vnde S. Thomas 1. 2. q. 85. art. 5. non dixit priuationem esse poenam; sed subtractionem. Eodem modo respondet Alvarez 1. 2. disp. 180. ad 8. num. 2. 2.

60 Sed contra hoc sunt verba D. Thomae 2. 2. q. 164. art. 1. dicentis: *Si aliquis propter culpam suam priuetur aliquo beneficio sibi dato, carentia illius beneficii est carceris culpa illius.* Carentia autem in subiecto apto nato priuatio est. Ergo priuatio iustitiae est poena. Expresse etiam S. Thomas in 2. dist. 33. q. 2. art. 1. ad 2. ait. Priuatio enim gratiae non habet rationem culpae, sed poenae; nisi in quantum ex voluntate est. Ergo ipsa priuatio est poena.

Præterea solutio laborat in æquiuoco pro eodem accipiens punitionem, & poenam: cum tamen differant sicut causa, & effectus. Subtractio Dei est punitio, seu inflictio poenae: ipsa autem carentia boni in illo a quo aufertur est poena. Et hoc esse certum secundum fidem, docet S. Tho-

q. 1. de Malo art. 4. dicens. Est autem, & in creatura intellectuali inuenire malum secundum priuationem formae, aut habitus, aut cuiuscumque alterius, quod potest esse necessarium ad bene operandum: siue pertinet ad animam, siue ad corpus, siue ad res exteriores. Et tale malum secundum fidem dei Catholice sententiam, necesse est quod poena dicatur. Sunt etiam tria de ratione poenae. Quorum vnum est, quod habeat respectum ad culpam: dicitur enim proprie aliquis punire, quando patitur malum pro aliquo quod commisit. *Habet autem hoc traditio fidei*, quod nullum nocuum creatura rationalis potuisset incurrere; neque quantum ad animam, neque quantum ad corpus, neque quantum ad aliqua exteriora, nisi peccato præcedente, vel in persona, vel saltim in natura. *Et sic sequitur, quod oratio talis boni priuatio, quod vni quis potest ad bene operandum in hominibus poena dicatur. Et par ratione in Angelis.* Indubitarum ergo est quod ipsa priuatio gratiae est poena. Quod & docet S. Thomas 2. 2. q. 164. art. 1. & q. 5. de Malo art. 4. ut notat Conradus 1. 2. q. 85. art. 5. ubi & aduertit cum D. Tho. quod quatenus huiusmodi defectus non sunt intenti a peccante, sunt ordinati secundum iustitiam Dei punientis. De quo & 1. 2. q. 72. art. 5. & q. 87. art. 7. quia poena dicitur esse contra voluntatem eius, cui infertur; & per consequens non est intentata ab eo; sed tamen a iusto iudice intentata ad reordinandum peccatum.

Contra priorem vero euasione arguit bene Montefinos tom. 2. in 1. 2. disp. 12. q. 6. nu. 90. Nam præter priuationem iustitiae originalis, prout est ex Deo, & prout habet rationem poenae, vel intelligitur in vnoquoque priuatio iustitiae, prout habet rationem culpae; aut non? Si hoc secundum dicas: sequitur quod non sit essentia originalis peccati priuatio iustitiae. Quod est contra ipsam. Si autem dicas primum, nimirum, quod præter priuationem iustitiae, prout est poena, sit etiam in vnoquoque priuatio iustitiae, prout est culpa? Iam ergo priuatio iustitiae prout est poena præsupponit culpam, non solum in primo parente, sed etiam in vnoquoque propriam per originem contractam.

61 Melius ergo Conradus 1. 2. q. 85. ar. 5. ad 1. ait. Supra q. 82. ar. 3. circa argumentum in oppositum dictum fuit, quod peccatum originale est poena, & culpa. Culpa quidem in quantum est defectus voluntarius voluntate principij naturae. Poena autem quia subtractio beneficii, & doni

& doni gratuiti facta à Deo contra voluntatem huius hominis, & contra voluntatem etiam directam, & expressam Adae; licet peccando primo peccato illud defectum voluerit per accidens. Vnde & D. Thomas in fine articuli ostendit, quod ut habet rationem poenae ordinatur secundum diuinam iustitiam Dei punientis; quamvis huiusmodi defectus non sint intenti à peccante.

Quod largius exponit Montefinos à numero 84. vsque 94. Sed præcipue n. 93. ait. Si loquamur de macula relicta ex peccato actuali, habet rationem culpae, quatenus est voluntaria; & habet rationem poenae pro ut est ex Deo: Rursus quatenus est poena præsupponit culpam. Idem ergo dicendum est in proposito de priuatione iustitiae originalis quatenus est poena, quod præsupponat in vnoquoque priuationem eiusdem quatenus est culpa. Solum hæc est differentia quod priuatio gratiae; quatenus est macula relicta ex peccato actuali, dicit ordinem ad actum propriæ voluntatis, per quem contrahitur. At vero quatenus est macula: & peccatum originale, dicit ordinem ad actum primi parentis, & contrahitur per originem. Rursus alia est differentia, quod macula peccati actualis non solum est priuatio gratiae, sed priuatio rectitudinis actui debita, quæ manet per modum actus transacto actu. Sed in peccato originali nulla alia macula est præter priuationem iustitiae originalis (ut ibi dixerat in secunda conclusione). Ad rem ergo: priuatio gratiae pro ut est poena, præsupponit culpam in eo; respectu cuius est poena, tam in originali, quam in actuali. Poena igitur effectiue causatur a Deo puniente, & lumen gratiae subtrahente: sed culpa est ab eo, qui peccato mortali actuali obstaculum luci apposuit auertendo se à Deo, & conuertendo se ad creaturam.

62 Ex quo ad formam argumenti Curiel respondetur quod ipse, si consequenter loquatur, tria nobiscum debet distinguere; & actum præteritum non tractare; & habituale auersionem ex eo relicta; & gratiae priuationem: duo priora causat peccator; & tertium causat Deus subtrahendo lumen, & peccator indite in quantum videns habere connexionem culpam cum auersione à Deo, & priuatione gratiae non abstinere a noxia delectatione. Vnde loquendo de culpa actuali ait D. Tho-

q. 1. de Malo ar. 4. ad 2. *Quod ipse actus non est volitus in quantum est in ordinatus; sed secundum aliquid aliud: quod dicitur, voluntas querit, in prædictam in ordinationem incurrit, quam non vellet. Et sic ex eo quod est volitus habet rationem culpae. Ex eo vero quod in ordinationem inuite quis quodam modo patitur, immiscetur ratio poenae. Idem dicit ad 3. in inferens, quod idem potest esse poena, & culpa; sed non secundum idem.* Et ar. 5. ad 6. docet: *Quod culpa, quamvis sit per accidens causa poenae, ex parte patientis poenae; tamen ex parte inferentis est causa per se: hoc enim intendit puniens, ut propter culpam poenam inferat.* Et ad 17. ait, *quod poena est finis culpae quantum ad terminationem: sed non quantum ad intentionem.* Quod totum applicari posse peccato habituali, constat ex dictis, quia est idem voluntarium moraliter, & habitualiter perseverans. Et quia dicit D. Thomas q. 28. de Ver. art. 2. ad 7. quod peccator per se est peccati causa quantum ad conuersionem; sed quoad auersionem; & ea, quæ eam consequuntur, est causa per accidens, cum sit non intentata. Nepe directe, & formaliter, & propter se.

63 Si ergo Deus se solo subtraheret gratiam, quam libere conferuat, carentia gratiae esset malum physicum, non morale: & sic non esset peccatum habituale. Alia vero probationes ostendunt, quod illa habitualis auersio non est noua culpa actualis, quod sæpe concessimus; inde tamen non habetur quod sit præcedens culpa moraliter durans. Et ex parte patientis est per accidens, & præter eius intentionem, quod priuetur gratia: tamen ex parte Dei iuste vindicatis, hoc est per se.


Ad confirmationem respondetur, quod priuatio gratiae causatur ab homine, quia operatur malum, cui est annexa priuatio tanti boni: ut verò a Deo causatur ad vitandum tantum malum. Vnde ex parte hominis illa priuatio est terminus peccati actualis, & constitutiva peccati habitualis. At verò a Deo fit in poenam peccati actualis. Vnde D. Thomas q. 1. de Malo art. 5. ad 1. ait. *Sicut aliquis operatur meritum propter premium acquirendum: ita aliquis infert poenam propter culpam vitandam: unde sicut premium est melius merito, ita culpa est peior quam poena.* Et ad 7. ait, *quod non ideo culpa est malum, quia pro culpa infertur poena: sed potius econuerso: ideo infertur malum poenae ad coercendam, & ordinandam malitiam culpae. Et sic patet quod malum non dicitur de culpa solum causaliter; sed etiam formaliter, & principalis quæ de poena, ut ex dictis patet: Deus igitur causat priuationem, quali effectiue;*

Et iud. eo modo loquendi quo in morali-
bus non agere reducit ad agere, & pu-
niendo, peccator vero caufat peccando,
& formaliter se auerendo. Et ideo ex no-
bis est perditio, & culpa: & ex Deo est iu-
stitiæ vindicantis actio.

64 Ad aliam partem argumenti ref-
pondetur, quod si probaret, non tam con-
vinceret, quod peccatum originale, & ha-
bituale non confisterent in priuationo: sed
quod non darentur peccata nisi actualia,
quia peccatum originale relictum fuit
ex peccato capitis, & habituale relinqui-
tur vt terminus peccati actualis: sed non
sunt termini boni, sed vt habituales de cr-
dinationes, quæ non sunt malæ mere cau-
salitate peccati, ex qua resultat, sed forma-
liter & ideo pro formali sūt priuationes.
Quæ peccato actuali correspondent vt
termino: pœnæ vero solum correspon-
dent vt de merito. Vnde patet ad secundâ
& vltimam confirmationem: quia pecca-
tum habituale in esse mali non habet ali-
quod aliud principium effectiuum, quam
solum peccatum actuali: vna enim eliciti-
a incurritur malum inordinationis
actionis, & inordinatæ auersionis, & con-
uersionis: quæ manet transeunte actu. Vn-
de D. Thomas 1.2. q. 86. art. 2. ait. *Licet
autem cesset actus peccati, quo homo disces-
sit à lumine rationis, vel legis diuinæ: non ta-
men statim homo ad illud reddit in quo fue-
rat.* Et ideo solutione ad 1. docet, quod
post actum peccati: *Remanet aliquid priua-
tiue, scilicet priuatio continentionis ad diui-
num bonum.* Et hæc est auersio à Deo, &
priuatio gratiæ, quibus explicatur esse in
peccato habituali.

Multa alia subtiliter meditantur Pa-
tres Salmanticenses Carmelitani 1. 2.
tract. 13. disp. 16. dub. 5. §. 4. ad n. 128. vsque
136. & §. 6. ad n. 140. vsque 146. ad eua-
dendam hanc difficultatem: quæ
expendere non vacat.

(?)



DVBIVM QVINTVM.

Vtrum de potentia absoluta

Dei peccatum remitti pos-

sit sine dono intrin-

seco?

§. I. Quid sit certum in hoc du-
bio declaratur.

1 VEniamus iam ad præcipuam
difficultatem, huius loci pro-
priam, quæ nos cœgit ad digressionem du-
bii præcedentis, quanquam & hoc à qui-
busdam reseruetur ad tractatū de iustifi-
catione: sed reuera est huic loco non so-
lū opportunum, sed etiam necessariū vt
plene intelligatur necessitas Pœnitentiæ
ad remissionem culpæ moralis. Et quæ-
vis Soto lib. 2. de natura, & gratia c. 18.
§. At vero, de hac quæstione loquens, dicat
*Est verū tamen de potentia Dei absoluta vi-
num disputare.* Et Lorca de gratia disp. 37
§. Secunda sententia, aduertit; quod S. Th.
rarissime solet quæstiones de potentia absolu-
ta definire. Sed cum hæc quæstio frequen-
tissime in Scholis ventiletur, & ipse, Soto
ter de illa ex professo egerit, & maxime
conducatur ad intelligendā naturā formæ,
qua iustificamur, non inuiti de illa tracta-
tus, sed laudando eos, qui in eius solutio-
ne laborarunt.

2 Notum est illud, quod iam diu no-
tarunt Ferrara lib. 3. contra Gentes cap.
157. in fine, & Conradus 1. 2. q. 113. ar. 2.
§. Nota secundo, quod loquendo de remis-
sione peccati perfecta, quæ dicit repara-
tionē adæquatā omnium bonorum, quæ ho-
mo peccando amisit, hæc fieri nequit, sine
infusione gratiæ, vt probat D. Th. 1. 2. q.
113. ar. 2. Et in hoc sensu nullus Theologus
cōtradicit. Explicatq; & probat D. Tho.
q. 28. de Verit. ar. 2. Quia secundum hoc
peccatum remitti dicitur, quod auersio,
& ea quæ consequuntur ipsam ex actu
peccati præteriti consequens, sanatur.
Sunt autem tria ex parte auersionis sepe
concomitantia, ratione, quorū sine gra-
tia remissio peccatorum fieri nō potest.
Scilicet, auersio, offensa, & reatus. Au-
ersioneq; intelligitur à bono in cōmutabili
quod quis poterat habere, respectu cuius
se impotentem fecit: alias auersio nō ef-
set culpabilis. Non ergo potest predicta
auersio remoueri, nisi fiat cōiunctio ad bo-

rum incommutabile, à quo homo per pecca-
tum discessit. Hæc autem coniunctio non
est nisi per gratiam, per quam Deus men-
tes inhabitat, & mens ipsi Deo per amorē
charitatis inhæret. Vnde ad sanandā præ-
dictam auersionem, requiritur gratiæ, &
charitatis infusio. Sicut ad sanationem cæc-
tatis requiritur restitutio potentiæ visivæ.
Pro sequitur probans, quod offensa Dei si-
ne gratia aboleri nō potest: propter graui-
tatem infinitam: & quia exigit amorem
Dei specialem. Reatus pœnæ damni non
tollitur sine gratia, quæ dat ins ad gloriā.
Et ideo concludit, quod *Sine gratia pecca-
torum remissio fieri non potest.*

3 Quod etiam ex dictis sequi notat
Suarez lib. 7. de gratia cap. 22. n. 1. dixi-
mus enim maculam peccati prout nunc
relinquitur ex peccato, & dicitur pecca-
tum habituale, includere priuationem
physicam gratiæ, cum morali permanen-
tia auersionis peccati. Si ergo hæc macu-
la integre, & quoad totum, quod includit
auferenda sit; manifestum est non posse
auferri sine habitibus infusis: quia ca-
rentia illius perfectionis, & positivæ iu-
stificationis, quam talis macula includit,
siue sub ratione priuationis, siue sub ratio-
ne negationis consideretur, siue positiva
forma tolli non potest, vt per se notum est.
Rationemque assignant Caietanus 1. 2. q.
113. art. 2. §. Ad euidentiā. Et Medina
ibi dub. 2. con. 6. §. Ex hoc: nam priuatio
non potest tolli ab aliquo, nisi per positio-
nem eius formæ, cuius, est priuatio, vt cō-
stat ex omni Philophia. Et hæc ratio; &
exemplum D. Th. Sicut ad sanationem ca-
citatatis requiritur restitutio potentiæ visivæ.

4 Hac tamen sola ratione non est quæ-
stio decisa: quia videnda restant duo, quæ
ingerūt difficultatem. Primum, an detur
alia forma extrinseca, vel intrinseca, quæ
æquiualeter prestat id quod formaliter
modo prestat gratia? Secundo, vtrum om-
nia tria prædicta sint ita essentialiter con-
nexa cū malo peccati, quod sine illis res
in alia prouidētia aliter disponi non pos-
sint. Videretur enim quædam petitio prin-
cipij si argueremus: priuatio non potest
tollī nisi per formam oppositam: peccatū
habituale est priuatio gratiæ: ergo contra-
dictionem implicat quod peccatum ha-
bituale tollatur, aut remittatur sine infu-
sione gratiæ. Quia maior est vera de for-
ma opposita, vel de alia eminentiori, vel
æquiualeenti. Minorem vero dicent esse
veram: rebus vt nunc: quia in alia rerum
serie possunt res disponi, ita quod non sit

priuatio physica, sed solum moralis: & se-
ita sola morali condonatione tolli: sicut
inter homines offensa in alium commi-
ssa, tollitur ciuilitèr sola offensi extrinse-
ca condonatione. Vnde illud consequens
etiam distinguatur: & concedent nec de
potentia absoluta posse remitti pecca-
tum sine infusione gratiæ loquendo de re-
missione perfecta, & adæquate reparatiua
& sanante omne malum, quod peccatū
intulit. Negabunt vero de remissione so-
lum quod essentialia peccati habitualis:
quia posset fieri quod carentia gratiæ non
esset malum morale, si vel peccator mo-
raliter mutaretur, & priuatio non esset
voluntaria, & mala; vel Deus gratis offen-
sam remitteret extrinseca condonatio-
ne: Et præcipue hoc vrget quæstionem dis-
putando de potentia Dei absoluta: quia
vbi non est manifesta, & euidentis implica-
tio contradictionis semper debemus in
eius fauorem inclinare: quia (vt ait noster
M. Ioannes de Neapoli in opere variarum
quæstionum q. 5. puncto 2. opinione 2.)
*Potentia Dei est incomprehensibilis, ei est per
omnia deferendum: negare autem Deum posse
quod potest, magis derogat potentia Dei, quæ
concedere eum posse, quod non potest; quia pri-
mum ponit aliquam impotentiam in Deo, se-
cundum autem ponit in repossibili impossibi-
litate; quia quicquid est possibile simpliciter,
Deus potest. Idcirco debemus esse largif-
sui inconcedendo, Deum posse quæcumque, nisi
si manifeste implicent contradictionem.* Ex
cuius verbis male aliquos inferre, quod
in quæstionibus de potentia absoluta non
possunt auferri rationes solum probabiles,
semper esse exigendas euidentes demon-
strationes, iam notauit lib. 3. Phys. q. 6. §.
5. n. 32. Si enim vel esset per se notum, vel
demonstratiue probatum, cessaret iniqui-
simo: quia tamen quod vni existimat de-
monstrare, alius affirmat nec probabili-
tèr deduci; ideo necesse est vt qui vult ad-
dere scientiam, addat laborem disputatio-
nis, non vt temere maiestatem, & omni-
potentiam Dei scrutetur: sed vt sciat fa-
cti repugantiam: quia vt ait D. Thomas
Quolibeto nono articulo primo. *Cum di-
citur Deum non posse aliquid facere hoc non
est propter defectum diuinæ potentiæ,
sed propter impossibilitatem, quæ
importatur in factum.*

(?)

§.II. *Dua sententia ad quas reducuntur alia proponuntur.*

5 **H**is prælibatis pro ista, & similibus questionibus, in ista sunt plures sententiæ: sed valeat ad duas capitales reduci: quamvis quælibet subdividatur in varios modos dicendi. Sententiam ergo afferentem hoc implicare contradictionem, multi docent, licet non vna via ostendant sequi contradictionem. In primis Richardus in 4. dist. 1. q. 1. art. 6. q. 6. cum referret opinionem, quam saltem secundum verborum apparietiam tenere videtur Magister, quod in circumcissione remittebatur peccatum originale, & nõ dabatur gratia: quia Deus poterat remittere homini illud debitum, nihil illi conferendo: sicut creditor potest remittere suo debitori debitum, nihil aliud conferendo sibi. Subiungit, Richardus lit. F. *Sed hæc opinio est irrationalis*: quia anima de imunda non potest fieri munda nisi per aliquam mutationem. Non per mutationem dei. Ergo per mutationem factam in ea. Sed si Deus sine collatione alicuius doni remississet animæ debitum habendi originalem iustitiam, per hoc non fuisset aliqua mutatio facta in anima secundum aliquod absolutum. Ergo neque secundum aliquam relationem: quia in relatione non est mutatio per se, & immediate, ut habetur 3. Phys. textu 10. Ergo non poterat à peccato originali mundari nisi recipiendo gratiam. Hæc Richardus. Idem dicit dist. 17. art. 4. q. 7. in fine.

6 Capreolus non omnino adhæret huic sententiæ: nam in 4. dist. 2. q. 2. art. 3. ad 2. Scoti contra secundam folio 33. conclusumam secunda solum ait. Ex quibus patet, quod anima creature rationalis potest creari sine culpa, & sine gratia: tamen ex quo peccavit non potest esse inamunus à culpa, & reatu, & offensa Dei, & ab auersione, sine infusione gratiæ gratum facientis. *Et patet, sine temeraria assertionem, quod hoc non solum est impossibile potentia Dei ordinata: immo potentia absoluta Dei. Tamen, ut securius loquamur, restringamus dicta, & dicenda ad potentiam Dei ordinatam.*

7 Caietanus 1. 2. quæst. 113. articulo 2. loquendo expresse de potentia Dei absoluta, & de dono gratiæ habituali, do-

cet per potentiam absolutam non posse impium sine infusione gratiæ à peccato liberari. Quia D. Thomas ibi ait: *Quod non posset intelligi remissio culpæ, si non ad esset infusio gratiæ.* Constat enim quod si esset possibile secundum potentiam absolutam, quod posset intelligi. Et ratione probat: quia peccatum mortale habituale est habitualis auersio & privatio conversionis ad Deum obiectum charitatis, &c. Et ex hoc patet quod quia non potest intelligi remissio culpæ nisi adueniente conversione ad Deum charitatis obiectum, quæ est effectus formalis charitatis ideo non est intelligibile, quod fiat remissio culpæ absque infusione gratiæ. Eandem sententiam sequitur Valentia tom. 2. disp. 2. quæst. 5. puncto 5. dubio vltimo. licet in probationibus à Caietano dissentiat.

7 Soto lib. 2. de natura & gratia cap. 18. §. *At vero*, expresse docet esse multo probabilius, quod post quam quis commisit peccatum, quod male est intelligibile, quod possit remitti, nisi per dilectionem, qua Deus eum diligit, qui sibi erat offensus, atque adeo per hoc quod recipiat eum in gratiam. Notauerat antea. Nõ dico (inquit) ita necessariam esse gratiam, ut sit qualitas: nam sine illa potuit nõs Deus facere gratos. Sed loquendo (ut aiunt) formaliter de gratia nihil aliud est, Deum nobis peccata remittere, quam in suam nos gratiam recipere. Hæc ibi. Idem prorsus docet in 4. dist. 1. q. 3. art. 1. §. *Est ergo*. Et §. *Igitur qui*, folio mihi 51. Et dist. 15. q. 1. art. 2. §. *Habemus ergo*, ita ait. Non dico non posse Deum remittere culpam, quia infundat qualitatem, quæ est gratia: nam & si lege ordinaria illam inundat. Tamen per potentiam absolutam potest sine illa qualitate facere hominem sibi gratum. Sed dico, quod sicut homo ita intrinsece est animal rationale, ut Deus per nullam potentiam possit facere hominem non rationalem. Ita Deus remittere mortale peccatum, aut originale, est hominem, quem inuisum habebat, & oderat, charum sibi facere, & gratum. Quod & in sequentibus probat: sed §. *Hæc igitur* assignat discrimen, quod adulto qui peccavit mortaliter implicat quod remittatur mortale, nisi voluntate, quam habet à Deo auersam, in ipsum conuertat: quod per sola in peccati detestacionem, quæ est pœnitentia, fieri potest. Concedit tamen posse Deum sine pœnitentia condonare peccatori poenas, & ipsum poi-

le

le punire. Lorca arguit Soto contradictionis: & alij ad libitum quisquis pro sua sententia refert. Quod si legissem, neutriquam de eius mente dubitarem, aut contraria dixisse inuenirent.

8 Eandem sententiam alia via sequitur Medina 1. 2. q. 110. art. 2. & q. 113. art. 2. dub. 2. Zumel ibi disp. 2. Moresinos disp. 33. q. 6. §. 2. & 8. Araujo dub. 3. conc. 1. & 2. Et hæc 3. p. q. 86. art. 3. dub. vnic. n. 4. Ioan. à S. Th. to. 2. in 1. 2. disp. 27. art. 2. & disp. 20. art. 2. Et eadem 1. 2. q. 113. art. 2. Serra dub. 3. Gregor. Martinez 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 3. Philipus à Trinitate ibi dub. 4. Trullench lib. 4. Praxis Sacram. cap. 3. dub. 2. conc. 4. & alij multi dicentes de potentia absoluta posse remitti peccatum sine qualitate gratiæ; non tamen sine physica mutatione supernaturali peccatoris orta ex amore supernaturali Dei intrinsece recepta in ipso. Vazq. to. 2. in 1. 2. disp. 206. n. 10. docet peccatum originale posse remitti non solum sine gratia habituali, sed etiam sine vlla mutatione physica peccatoris. De peccato vero habituali personali, asserit non posse remitti sine mutatione ipsius physica supernaturali, ut late disp. 207. cap. 1. Idem docet Lorca de peccatis sec. 4. disp. 43. & sec. 6. disp. 37 & Meratius de gratia disp. 10. & alij.

9 Opposita tamen sententia, asserens de potentia Dei absoluta peccata posse remitti sola condonatione extrinseca, sine vilo dono intrinseco, neque habituali, neque actuali: & sine acceptatione extrinseca ad amicitiam supernaturalem, aut beatitudinem, multis Theologis placet. Eam docuit Scotus in 4. dist. 1. q. 6. §. *Ad argumenta pro opinione*, & §. *Contra istam conclusionem*. Et dist. 16. q. 2. §. *Respon. deo*. Gabriel in 4. dist. 14. q. 1. notab. 3. Henricus lib. 4. Summæ cap. 30. Gerson 3. p. Alphab. 61. lit. d. corol. 9. in lec. 1. de vita spirituali: & alij quos referunt, & sequitur Suarez de Pœnit. disp. 9. sec. 4. & lib. 7. de gratia, cap. 22. & 23. Granada 1. 2. controu. 8. de gratia, trac. 8. disp. 5. sec. 2. & 3. Ripalda lib. 6. de Ente supernat. disp. vlt. à sec. 21. vsque 27. Lugo disp. 7. de pœnit. à sec. 3. vsque ad 9. & alij. Est tamen differentia, quod Suarez lib. 7. de Gratia, cap. 23. n. 3. asserit, peccatum originale, prout nunc contrahitur ex Adamo, non posse remitti sine infusione gratiæ: potuisse tamen contrahi ita ut possit sine infusione gratiæ quoad rationem culpæ auferri. Reliqui vero, quos sequitur Quietor 1. 2. trac. 8. controu. 4. puncto 4. & 5. dicunt omne

peccatum siue personale, siue originale, siue mortale, siue veniale, non solum in pura natura, sed etiam in iam elevata ad finem supernaturalem, posse à Deo ex vi alterius prouidentie ab ea, quæ nunc est, remitti absque infusione formæ sanctificantis, & absque vlla forma intrinseca.

10 Imò Lugo disput. 7. sec. 3. nu. 20. ait. Et quidem infra disp. 9. sec. 1. probandum est, non deleri de facto maculam venialem per solam infusionem gratiæ: nõ dicimus, de possibili non requiri infusionem gratiæ, vel alicuius formæ intrinsece. Quod prosequitur vsque ad num. 28. & Ripalda sec. 21. à num. 276. vsque 289.

Sententia Scoti, ex Thomistis fauent Conradus 1. 2. q. 113. art. 2. notab. 2. Ferrara lib. 3. contra Gentes, cap. 157. in fine. Martinus Ledesma 1. p. Quarti, q. 27. art. 2. prop. 3. Quatenus D. Thomam dicunt solum loqui de remissione perfecta peccati, & eius doctrinam in hac parte non esse diuersam à sententia Scoti. Expresius Nuño 3. parr. quæst. 86. art. 2. dub. 2. asserit quod hæc sententia est *probabilior*; sed quia præcedens est communior inter Thomistas; id circo placet vtramque problematicè sustinere. Hanc assertiue defendit Curiel 1. 2. quæst. 113. art. 2. dub. 2. Et vt probabilior defendit Zumel 1. 2. q. 113. art. 2. disp. 2. pag. 532. vsque 534. & pag. 541. vsque 545. pro ea referens Victoriam. Verum est quod Zumel magis ex professo contrariam sustinet opinionem.

Fateor in D. Tho. neutram opinionem expresse assertam inueniri: sed cum hanc nec leuiter insinuatam reperimus; & alteri sæpissimè fauere sit compertum, & illa sit communissima inter eius Discipulos, adeo vt assertiue nec vnus hæc vltimam docuerit; eligo priorem sententiam, iuxta vltimum dicendi modum communiorè inter Thomistas. Sed quia in quibusdam punctis non est dissentio cum Auctoribus vltimæ sententiæ; ideo vt distinctius procedamus.

§.III. *Prima conclusio statuitur.*

11 **D**ico primo. Contradictionem implicat remitti peccatum mortale habituale sine mutatione reali peccatoris per aliquid supernaturale gratuitum donum Dei in ipso intrinsece receptum. In sinuat manifestissime S. Thom. 1. 2. q. 113. art. 2. dicens. *Et ideo non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ.*

Si autem id esset possibile de potentia absoluta, posset id intelligi: quia ut ait D. Thomas 1. p. q. 23. art. 3. ea, quae contradictione implicant, nullus intellectus potest concipere: unde convenientius dicitur, quod ea non possunt fieri; quae quod Deus ea non possit facere. Rursus hanc esse mentem D. Thomae illo articulo secundo, colligitur ex eo, quod motiva praecipua contrariae sententiae sibi obijciens, non eis conuincitur, sed potius ad ea respondent: nam quod opponit Scotus, quod gratia, & culpa non sunt immediate opposita, quia datur mediū, nempe status innocentiae; sibi obicit D. Thomas in primo argumento: & respondet ad primum: *quod licet homo antequam peccet, potuerit esse sine gratia, & sine culpa; tamen post peccatum non potest esse sine culpa, nisi gratiam habeat.* Quae solutio nulla esset, nisi in homine eleuatio essent opposita contradictorie, habere gratiam intrinsicā, & esse in peccato: si enim posset dari medium, ita ut nec haberet gratiam intrinsicā, nec esset in peccato, quia esset extrinsece condonatum, iam argumentum maneret insolūtū: & potius eius intentum deberet concedi à D. Thoma. Rursus, ut notat Caietanus radix sententiae Scoti, & eius ratio fundamentalis est, quia Deus potest condonare, seu non imputare peccatum, quod contra eum commissum est. Cui S. Thomas respondet id quidem concedendo; sed tamen radicem deceptionis aperiendo, quia condonatio & non imputatio Dei est amor & voluntas efficax, & effectiua: & ita etiam hoc quod est Deum non imputare peccatum homini, importat quendam effectum in ipso, cui peccatum non imputatur. Quod enim alicui non imputetur peccatum à Deo ex diuina dilectione procedit, ut ait ad 2. Unde est condonatio, & non imputatio voluntatis effectiue. Unde fit per donum intrinsicū. Et per hoc soluit aliud contrarium argumentum, quia per hoc constat, quod non est simile de dilectione, & non imputatio ne hominis, & de condonatione Dei: quia humana consistit in solo actu diligentis, & non imputatio offensam: diuina vero condonatio causat conuersionem, & ponit formam impossibilem cum peccato.

12 Qui discursus est etiam D. Thomae. 1. 2. q. 110. art. 1. quem intento applicat ipse S. Thomas hac q. 86. art. 2. in corpore: & ex illo respondet ad 3. *quod misericordia Dei est maioris virtutis, quam misericordia hominis, in hoc, quod immutat voluntatem hominis ad poenitentiam: quod misericor-*

dia hominis facere non potest. Hanc D. Thomas. Cum ergo tria argumenta contraria Diu. Thomas in arguentes retorqueat, nullatenus est suspicandum condonationem Dei pure extrinsecam sufficere ad remissionem peccati, posse sustineri in via D. Thomae.

Idem docet in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 1. ad 2. Et in 1. dist. 17. q. 1. art. 1. Quamuis ista sola auctoritas per se non cogeret, nisi alia adesset, quia loquitur de actu conaturaliter eliciendo ab habitu; de quo postea.

Magis fauet S. D. q. 28. de Verit. art. 2. quia licet loquatur de completa remissione peccati, sigillatim numerando omnia mala, quae intulit; tamen ad huc sigillatim loquendo de primo, & essentiali conceptu peccati mortalis, nempe uoluntaria auersione à Deo ultimo fine, quod essentialiter omni morali peccato conuenit, siue dum actu committitur, siue dum manet non remissum, & condonatum à Deo, inquit D. Thomas. *Unde ad sanandam praedictam auersionem requiritur gratia, & charitatis infusio: sicut ad sanationem cecitatis requiritur restitutio potentiae visus.* Sicut ergo implicat contradictionem, quod caecitas sanetur extrinseco fauore, sed debet supernaturaliter potentia infundi; & sicut tenebrae expelli non possunt sine luce intrinsicā; ita caecitas, & tenebrae peccati non possunt excludi sine lumine intrinseco diuinæ gratiae: & oppositū fieri implicat contradictionem. Quod indicant illa uerba Apostoli ad Ephes. 5. *Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.* Vbi S. Thomas lec. 4. ait. Sed notandum est, quod indeterminate, non dicit tenebrosi; sed tenebrae: quia sicut qui libet uidetur esse id quod principaliter est in eo: sicut tota ciuitas uideretur esse Rex: & quod Rex facit, ciuitas dicitur facere. Ita quando peccatum regnat in homine; tunc totus homo dicitur peccatum, & tenebrae. Hanc S. Thomas. Ergo ex eius mente, non potest à tenebra peccati homo liberari nisi per infusionem luminis gratiae Dei: illo art. 2. attulerat illud Psalm. 77. *Spiritus uadens, & non rediens, ubi glossa S. Hieronymi. per se uadens in peccatum, & non rediens per se à peccato: sed iustificati gratis per gratiam ipsius, ut dicitur ad Rom. 3.* Videantur uerba D. Augusti. lib. 8. de Genesi ad lit. cap. 12. quae affert D. Thomas 2. 2. q. 24. art. 12. & 1. 2. q. 85. art. 2. ad 1. Et D. Tho-

mas

mas illa quaest. 28. de Veritate toto articulo. 2.

Confirmatur ex D. Thoma illo articulo. 2. in solutionibus argumentorum. Idem enim supponit D. Thomas ad 4. ubi cum dixisset, quod nihil prohibet aliqua contraria esse mediata respectu alicuius subiecti simpliciter accepti; quae sunt immediata quantum ad tempus determinatum: *Sicut caecus, & uidens sunt mediata in cæce; non tamen post nonum diem.* Applicat intento docens, quod respectu hominis absolute, datur status medius, qui nec sit culpa, nec gratia: si enim homo concederetur in pura, nec esset in gratia; nec in culpa: & sic comparantur ut contraria mediata: sed in natura lapsa eleuata ad finem supernaturalem, nullus caret gratia nisi per culpam actualem, uel originalem. Non ergo agnoscit, quod possit homo exire à culpa nisi per extrinsecam gratiam. Unde ad 6. ait. *Quod hoc ipsum quod est Deum non imputare nobis nostra delicta, ex consequenti relinquit nobis aliquid, per quod à reatu praeterito digni sumus absolui. Et hoc est gratia.* Vel habitualis, uel transiens. De qua ait ad 9. *quod gratia, quae est, & inest, culpam expellit; non eam, quae non est, prius autem inerat.* Sermo est de expulsiōe culpae habitualis: & ad hoc requirit formam inherētem, quia non causat, nec expellit efficienter: *Sed expellit formaliter: ex hoc enim ipso quod informat subiectum, sequitur quod culpa in subiecto non sit: sicut patet de sanitate, & infirmitate.* Exemplum probat incompossibilitatem essentialē requirentem formam inherētem: de facto habitualem, & permanentem: sed de potentia absoluta transeuntem: sed in omni euentu ponit aliquid intrinsecum: quia ut ait ad 11. *Deus suo amore sicut causat in nobis donum gratiae; ita, & remissionem culpae.*

Omnia haec iterum docet D. Thomas lib. 4. contra Gentes, cap. 72. In primis docens, *quod non potest esse quod spiritualis curatio sit totaliter ab exteriori.* Deinde asserens, quod haec mentis reordinatio sine gratia esse non potest: & alia quae ibi docet omnino cōsona ad ea, quae docet q. 28. de Verit. art. 2.

Omnia alij, tres rationes implicationis colligo indicatas à D. Thoma ex tribus praedicatis essentialiter constituentibus peccatum mortale in omni euentu: est enim auersio à bono incommutabili, ex inordinata conuersione, uoluntaria ad bonum commutabile resule-

tans, & moraliter perseverans. Quod totum satis firmatum est dubio praecedente: & haec tria essentialia sunt omni peccato mortali in omni statu. Quod autem haec auersio perseveret in priuatione habituali gratiae, conuenit peccato prout nunc committitur, ut in sequentibus dicitur.

13 Ex primo ergo capite probatur conclusio ratione D. Thomae in Compendio Theologiae, seu Opusculo secundo capite 146. dicente. *Cum per peccatum homo deordinetur ab ultimo fine; remitti non possunt nisi homo reordinetur in finem. Hoc autem fit per gratuita dona: quae sunt solum à Deo, cum excedant facultatem naturae.* Et quod non solum loquatur nomine donorum, de habitibus, sed etiam de auxilijs transeuntibus, constat ex cap. 143. ubi dixerat: *Huiusmodi autem dona, siue auxilia supernaturaliter homini data, gratuita uocantur duplici ratione, &c.* sic ergo arguitur. Implicat contradictionem, quod auersus ab ultimo fine, sine auersione maneat sine aliqua reali sui mutatione. Sed omnis moraliter peccans, quando, est in peccato, est auersus ab ultimo fine, & non potest esse sine peccato quamdiu auersio non tollitur. Ergo contradictionem implicat, quod peccatum dimittatur sine reali peccatoris mutatione. Minor constat ex definitione peccati: & quia ex opposito sequitur quod affirmatio, & negatio eiusdem de eodem pro eodem instanti uerificentur, quod sit in peccato mortali, quod est auersio ab ultimo fine: & quod non sit in peccato mortali, quia dimissum est, & condonatum. Maior probatur, primo, quia non potest homo simul habere duos ultimos fines, ut demonstratur 1. 2. q. 1. art. 3. Secundo, auersio est realis dispositio creaturae rationalis priuatiua conuersionis ad suum finem ultimū: sed à priuatione non potest esse transitus ad suum contradictoriū sine reali mutatione: alioquin si realiter non mutatur, realiter manet sicut antea erat: & ita, si antea erat auersus, uel erit simul auersus, & non auersus, uel erit peccatum dimissum, manente peccato, seu manente auersione, quod id est ac peccatum mortale. Quae omnia manifestam implicare contradictionem. Tertio, idem probatur, & explicatur ex his, quae accidit in corpora libus: nam si quis facie est auersus à parte meridionali, non potest intelligi ad eam partem conuersus, nisi ipse moueatur motu contrario si pars meridionalis manet in eadem

eadem dispositione ac nunc. Cum ergo Deus sit immutabilis, qui ab illo est auersus, non potest ad illum esse conuersus sine sui mutatione. Haec est ratio D. Th. 1. 2. q. 86. art. 2. dicentis. *Sicut si aliquis alicui sit distans per aliquem motum, non statim cessante motu: fit ei propinquus: sed oportet, quod appropinquet per motum contrarium.* Quarto idem apparet in virga, quia si est curva, vel obliqua, implicat contradictionem, quod sit recta, nisi mutetur. Et cum peccatores conuertuntur, sunt praua in directa, & aspera in vias planas. Quod implicat fieri sine ipsorum mutatione.

14 Dices, haec procedere in physicis, & in corporalibus: secus vero in moralibus, quia sola mutatione extrinseca morali possunt variari.

Haec euasio nullius est apparatus: quia etiam in moralibus sunt reales priuationes, quas implicat tolli sine forma eis contradictorie opposita. Secundo, hoc refellit S. August. 8. de Gen. ad lit. cap. 12. adductus a D. Th. 2. 2. q. 24. art. 12. dicentis. *homo Deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebratur: a quo non losorum interuallis, sed voluntatis auersione diffeditur.* Ergo non minor contradictio est, quod aer sit simul tenebrosus, & lucidus totus, ac est quod homo sit simul auersus, & conuersus: quia auersus, & non auersus non minus sunt contradictoriae quam tenebra, & lux: & non minus mouetur anima affectibus, quam corpus passibus. Denique ante omnem operationem intellectus, ad eo verum est, quod qui peccauit mortaliter est auersus a Deo: quia est verum, quod aer, a quo ablata est omnis lux, est tenebrosus & quod homo, a quo eruti sunt oculi, est caecus: quavis nec aer tenebrosus, nec homo caecus aliquam realem formam habeant, sed solam priuationem, quae realiter est non ens, seu non esse formae. Sed ibi ab illa priuatione ad formam implicat esse transitum sine reali mutatione subiecti priuationis. Ergo auersus a Deo non potest ad eum esse conuersus sine reali mutatione.

Dices posse dari medium ut nec sit contrarie auersus; nec conuersus positine, sed non conuersus: quia cedente Deo iuri suo auersio quae erat priuatio, manet mera negatio conuersionis: & ita nec esset Sanctus, & conuersus; nec imandus, & auersus; sed solum sine peccato, & non auersus.

15 Hoc nihil est: & in physicis insubiecto capaci formae, cui est debita forma, non datur medium: quia vel est forma, vel priuatio. Vnde in homine eleuato ad su-

pernaturalia, qui potest, & tenetur ad Deum conuerti si semel fuit auersus, seper manet in auersione, dum non conuertitur. Quod explicatur illo exemplo D. Th. illa sol. ad 4. in ar. 2. q. 28. de Verit. *Sicut caecus, & videns sunt mediata in eam; non tamen post nonnullum diem.*

Secundo, in moralibus realis auersio non potest esse negatio, sed necessario est priuatio. Nec in moralibus, qui est auersus ab aliquo ut ultimo fine, potest manere sine illo fine, & sine villo alio fine. Vnde necesse est quod auersus permaneat donec alium vltimum finem sibi constituat.

Respondet Suarez 2 disp. 9. sec. 4. n. 11. rationem hanc solum conuincere, perfectam peccati remissionem, quoad omnia data, quae tunc infert, non posse fieri sine physica mutatione peccatoris. Quod verissimum est, ut patet ex dictis. Non tamen videtur probare ratio ista de remissione imperfecta, quae tamen sufficiat ut homo iam sit inimicus nec in statu peccati. Nam ad hoc non videtur necessarium, ut qui per peccatum fuit auersus, conuertatur: sed satis ut fiat non auersus. Potest autem fieri ut auersus, etiam si non fiat conuersus. Sicut potest fieri non inimicus, etiam si non fiat amicus. Nam formaliter ac praecise loquendo, destructio formae non semper requirit causam formalem contrariam, sed tantum carentiam talis formae.

16 Ceterum ipse Suarez n. 12. fatetur quod in forma priuatiua videri hoc potest difficile. Nobisque, non solum difficile, sed implicans contradictionem videtur quod manente subiecto priuationis, & capacitate, & debito habendi formam, quod illa priuatio destruat sine positione formae. Nec auersus priuatiue, potest negatiue esse non auersus, nisi annihilato subiecto, vel ablato a creatura rationali quod habeat aliquem finem. Cum etiam probationes procedant de conceptu essentiali peccati, & de praecisa eius destructione, & modo non curemus de perfecta sanctificatione, & renouatione subiecti, absque dubio rationes probant etiam de remissione imperfecta; dummodo sit talis, quae facit peccatorem non esse in statu peccati: quod in intelligibile est si non mutetur realiter.

7 Ex secundo capite formatur etiam ratio. Quia peccatum actuale est actus malus, & inordinatus, peruertens debitam reuerentiam creaturae rationalis: nam ut ait S. Dyonisius 4. capitulo de diuina nom. *Malum hominis est contra rationem esse.* Et in hoc omnes Theologi conueniunt: siue dicant formale peccati esse ipsam in-

ordinationem (quod dicunt constituentes peccatum in positio) sine afferant, quod hanc ordinationem habet essentialiter annexam (quod affirmant tenentes consistere in tendentia ad obiectum dissonum) sine peccatum constituant in dissonantia ad naturam ratione regulatam (quae est alia recentior opinio de quibus 1. 2. q. 71. art. 6. vnde peccatum habituale erit haec in ordinatione moraliter perseverans: relicta ex peccato mortali vel commissionis vel omissionis. Sed hanc peruersionem contra legem creaturae rationalis implicat auferri sine eius mutatione. Ergo implicat peccatum auferri sine reali mutatione peccatoris. Probat minor: quia dupliciter solum potest tolli illa peruersio ordinis; vel faciendo; quod non sit mala: & hoc locum non habet in illis, quae sunt intrinsece mala, ut in odio Dei, & malitia mendacii, & similibus: vel dispentando ut quamvis fiant, non sint contra naturam rationalem: & hoc dici non potest, cum praecpta naturalia contineant ipsum ordinem naturae: qui tolli non potest. Ergo peccatum illud auferribile non est sine mutatione peccatoris.

18 Respondet Suarez lib. 7. de gratia cap. 23. n. 21. quod licet in peccato sit malitia conuersionis, & auersionis, nihilo minus transacto actu peccati, non censetur manere in homine peccatum, prout habet rationem culpae, nisi quatenus homo ratione iniuriae Deo factae, illi manet iniustus, & dignus odio eius, quandiu Deus illa non remittit. Ratione autem malitiae conuersionis solum manet obligatus ad poenam. Ita ut si fingamus quod peccatum factum contra rationem non auerret a Deo, nec sit illi iniuriosum, tale peccatum postquam transiret actus eius, non relinqueret in homine nisi obligationem ad poenam sensus, nec redderet illum dignum odij, sed solum vindictae.

Sed contra primo, quia conuersio eius non est coniuncta auersio ab ultimo fine, est peccatum veniale. Et ideo recte ait D. Thomas 2. 2. q. 20. ar. 3. *Quod si posset esse conuersio ad bonum commutabile: sine auersione a Deo, quamvis esset in ordinata, non esset peccatum mortale.* Quod docet S. Thomas q. 28. de Verit. ar. 2. Nos autem nunc loquimur de remissione peccati mortalis: quia de remissione venialis agit D. Thomas q. 87. & ibi nos cum ipso dicemus. Secundo verum est, quod reatus poenae aeternae, correspondet auersioni, &

reatus poenae temporalis correspondet conuersioni: & ideo remissa culpa per gratiam, potest remanere reatus ad poenam temporalem, ut docet S. Thomas hac q. 86. art. 4. & ideo in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. q. 3. ait: *Quod duo sunt effectus peccati: unus est indignatio Dei ad nos, auersioni peccati respondens; alius poena, in ordinata conuersionem ordinata.* Sed tamen post actum peccati, sicut habitualiter permanet in ordinatione auersionis: quia fuit, & non est ablata: sic habitualiter permanet inordinata conuersio, quandiu non auerretur. Tertio, omnes auctoritates, & rationes, quae probant dari peccata mortalia habitualia, etiam probant dari peccata venitalia habitualia: nam de omnibus ait Ioannes, quamvis Apostolus, & Euangelista, & Discipulus, quem diligebat Iesus 1. Ioan. 1. ver. 7. & 8. *Et sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dezerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seauicimus, & veritas in nobis non est.* Quarto S. Thomas 1. 2. q. 71. ar. 6. ad 5. recte ait, quod a Theologo consideratur peccatum praecipue secundum quod est offensa contra Deum: a Philosopho autem morali secundum quod contrariatur rationi. Et in corpore articuli dixerat, quod regula voluntatis humanae est duplex: vna propinqua, & homogenea, scilicet ipsa humana ratio: alia vero est prima regula, scilicet, lex aeterna, quae est quasi ratio Dei. Conuersio ergo & auersio inordinata peruertunt immediate ordinem legis humanae, & ideo sunt contra legem, & rationem Dei, saltem mediate.

19 Vltimo contra Suarez arguit Ripalda sec. 24. n. 350. quia transacta turpitudine actuali aduersus legem naturae, non est quare non perseveret moraliter, dum non emendatur: sicut perseverat turpitudine aduersus legem Dei, dum non condonatur. Nam homo, qui solum aduertens ad legem naturae fecisset plures actus oppositos regulae rationis in materia graui, maneret iuxta prudentum iudicium, dignus supplicio, & odio rationabili; dum non mundaretur aliquo medio turpitudine illorum actuum: nequiorque merito iudicaretur illo, qui solum commississet leue mendacium attendens legi aeternae Dei. Ergo moraliter potest perseverare turpitudine actu aduersus regulam rationis.

20 Quare ipse Ripalda n. 351. aliter nostrae rationi respondet, quod Deus est caput totius naturae rationalis, & domi-

ius absolutus illius. Et ideo quicquid delinquitur aduersus eius legem, quae est rationalis, potest remitti à Deo: ut remitti potest quicquid delinquitur aduersus legem ipsius Dei. Nam quicquid delinquitur aduersus leges alicuius Reipublicae, remitti potest ab ipsa Reipublica, & per Magistratus, & Principem eius Reipublicae. Ergo quicquid delinquitur contra naturam rationalem potest remitti à Deo auctore naturae, si quidem habet a se potestatem. Unde si cut remittere potest offensam sola extrinseca condonatione, cedens inriationis suae personae: ita potest condonare peccatum quatenus est contra legem naturae rationalis.

Contra hoc est, quod si discursus, & paritas probant, ostendunt quod Deus dispensare in tota lege naturae, & in omnibus praeceptis Decalogi. Cuius contrarium demonstrant Theologi cum D. Thoma 1. 2. q. 100. art. 8. & nos diximus cap. 3. Theolog. Moralis, quaest. 2. ubi, num. 35. adduximus verba D. Thomae illo art. 8. ad 2. dicentis, quod sicut Apostolus dicit 2. ad Tim. 2. *Deus fidei permanet, negare se ipsum non potest. Negare autem se ipsum, si ordinem suae iustitiae auferret, cum ipse sit suae iustitiae. Et ideo in hoc Deus dispensare non potest, ut homini liceat non ordinate se habere ad Deum; vel non subdi ordini iustitiae eius, etiam in his secundum quae hominis ad inuicem ordinantur.*

Præterea, eadem ratio de omni, & de quolibet peccato mortali currit, ut possit, vel non possit auferri extrinseca condonatione. Ponamus quod quis peccauit mortaliter odio habendo Deum. Iste, dum est in peccato mortali, habet inordinate a uersionem à Deo, & conuersionem ad creaturam: & istae sunt priuationes rectitudinis naturalis, & supernaturalis. Quod peccatum, nisi negatio priuatione mala, redatur pura negatio non mala, auferri nequit sine mutatione, & conuersione peccatoris. Sed Deus, qui dispensare nequit in odio Dei, non potest facere, quod priuatio transeat in puram negationem. Ergo peccata, adhuc ut sunt malum creaturae rationalis, implicat auferri extrinseca condonatione. Quomodo in ratione offensae possit auferri peccatum? Postea dicemus.

21 Ex tertio capite probatur conclusio. Implicat contradictionem, quod peccatum remittatur sine retractatione peccati, vel formali, vel virtuali, vel emi-

uenti. Sed condonatio extrinseca nulla facit peccati retractationem: quia nil implicat, quod sit in peccatore. Ergo extrinseca condonatione. Maior potest probari omnibus vterque Soto, & in simili relati dubio 3. diff. 3. probabant peccatum mortale non posse remitti sine retractatione peccatoris: quia licet loquendo determinate de retractatione formali facta per actum poenitentiae, concludant solum de lege ordinaria, non autem de potentia Dei absoluta: quia sufficiunt, & extrant alia media ad eundem effectum; nempe actus charitatis, quae est virtualis poenitentiae: si quidem diligens Deum est ita affectus, quod si occurreret se esse in peccato, de illo doleret. Similiter vnio hypostatica, & gratia habitualis sunt formae, seu quasi formae supernaturalis, & diuinæ, ideo quod dicuntur eminentes retractationes peccati. Unde D. Thomas Opusc. 2. in Compendio Theologiae, cap. 144. recte ait: *Gratuita autem dona simul cum peccato esse non possunt, cum per gratuita dona homo ordinetur ad finem, à quo per peccatum aueritur.* Ideoque vnio hypostatica, gratia, & charitas simul cum peccato esse non possunt. Tamen omnibus istis seclusis, non est quomodo sufficienter illis argumentis occurratur. Ergo sine omni prorsus retractatione peccatoris implicat quod remittatur peccatum.

22 Præterea, peccare est voluntate à Deo auerti: ideoque peccatum est actus humanus malus, ut docet D. Thoma 1. 2. q. 71. art. 6. Unde esse in peccato mortali, est esse in voluntaria auersione à Deo. Sed ab hac homo non reuocatur per voluntatem alienam; nec per diuinam reuocabile est, quamdiu voluntatem hanc non immutat formaliter, vel virtualiter, vel eminenter. Ergo contradictionem implicat peccatum remitti sine omni retractatione, & sine inmutatione vel voluntatis, vel totius peccatoris per aliquod donum gratiae.

Denique hoc conuincit argumentum, quo solo utitur Lorca disp. 37. de gratia dicens. Superest illa pars meculae, quae consistit in auersione a rationis regula naturali, & supernaturali, & conuersione ad bonum commutabile: quae ex actu peccati relicta est; & permanet habitualiter, quamdiu actus ille non retractatur, quae fundamentum habet in actu ipso, eodem modo, quo coniunctio, vel auersio loca-

lis in motu locali. Hanc vero maculam existimo auferri non posse, nulla facta mutatione hominis, etiam secundum potentiam Dei absolutam. Quoniam Deus non potest auferre denominationem, & relationem, manente fundamento. Cum autem fundamentum huius habitualis denominationis sit actus prateritus: & ille actus iam non possit non esse, solum potest auferri quod in eo fundatur, si fiat actus contrarius, quo sufficienter retractetur: aut alia via Deus vniat hominem cum obiectis, a quibus auersus est, & auertat ab eis, ad quae est conuersus. Porro manente illa conuersione habituali, & auersione, non potest homo esse mundus omnino à peccato: quia non potest Deus facere, quin auersio illa sit mala, & deformatis. Hæc ibi.

23 Occurrit tamen Curiel dub. 2. §. 7. quia sine quocumque dono intrinseco per se sumpto potest Deus remittere peccatum, ut constat ex dictis, & amplius dicitur conclusione tertia. Ergo etiam sine omnibus donis. Probatur consequentia: quia si remissio peccati deberet fieri per aliquod inhærens peccatori, ita ut sine eo non posset fieri, oporteret illud esse aliquid determinatum: quia non posset aliter fieri proueniret ex eo, quod inter illud donum inhærens, & peccatum, esset oppositio immediata, & priuatiua. At constat non esse hoc genus oppositionis nisi inter extrema determinata.

Confirmatur, quia ab homine semel iustificato per donum inhærens sine eius noua culpa posset Deus auferre illud donum supernaturale, quod libere conferuat; etsi non conferret aliud, maneret in pura natura sine peccato, & sine illo: ergo etiam à principio poterat remittere peccatum sine infusione doni inhærentis. Probatur consequentia: nam quod Deus potest facere media illa infusione, & destructione, potest etiam facere sine ea: quoniam virtus, & potentia Dei non pendet ex illis transmutationibus.

24 Minor virum doctissimum talibus conuincit argumentis, quae vel ipsi Dialectici inefficacia esse norunt, non enim bene valet, ad videndum non requiritur oculus dexter, quia solo sinistro potest videri, ad videndum non requiritur oculus sinister: quia dextro potest videri: ergo ad videndum non requiritur oculus. Est enim hæc consequentia similis formae cum ista. Ad videndum requiritur oculus: nullus oculus requiritur ad videndum. Quae videtur

tur contradictoria: & amba simul vera. Et tamen respondet Soto lib. 3. Sumularum cap. 3. lec. 3. notab. 6. quod illa non est contradictio: quia illam suppositionem vocabant antiqui *indeterminatam*. Et reuera ita loquimur: dicimus enim, quod ad equitatem indeterminate requiritur equus, & non determinate iste, vel ille. Sic ergo ad expellendam auersionem peccati, exigitur forma faciens coniunctionem cum fine, à quo peccator fuit auersus: siquidem, ut ait D. Thomas 1. part. quaest. 86. art. 2. ad 1. post actum peccati remanet priuatio coniunctionis ad diuinum lumen.

Multa autem dona habet Deus quibus nos coniugat suo lumine. Non ergo bene valet: Deus nos potest sibi coniungere per multa dona, & non indiget isto, vel illo determinate: ergo valet nos coniungere sine omni dono. Alioquin similiter argui posset; Deus eleuare potest animam ad statum sanctitatis phylice inhærentis per multa dona: & non indiget isto vel illo determinate: ergo potest nos facere sanctos intrinseco sine vilo dono intrinseco. Quae est implicatio contradictionis. Et similiter nos potest eleuare ad operandum hoc, vel illo dono supernaturali: ergo potest nos eleuare solo auxilio extrinseco. Hanc consequentiam negant Thomista. Hancque nulli valent negare. Ergo possunt esse sine isto, & sine illo loco, & sic de multis alijs: ergo naturaliter possunt nullibi esse, &c. Ad confirmationem fatentur Montefinos tom. 2. disp. 33. q. 6. ad 3. & Serra 1. 2. q. 113. ar. 2. dub. 2. ad vltimum, quod sicut puer, qui fuit iustificatus per gratiam habitualem sine omni actu per habitus infusos in Baptismo, si ab eo talis gratia tolleretur sine vlla eius culpa, diceretur iustus solum extrinsece ratione conuersionis habitualis in Deum, & iustificationis formalis præcedentis. Si tamē simul cum gratia habituali ab eo non auferretur acceptatio ad vitam æternam: nam si hæc etiam tolleretur, in puris naturalibus maneret. Ita pariformiter in similibus casibus dicendum de adulto.

Nec bene valet: per transmutationem potest auersus, esse ad Deum conuersus: ergo etiam sine transmutatione. Sicut, qui est distans localiter, potest per motum localem appropinquare. & tamen, si maneret in motu, esset distans sicut antea: quod intento appetat S. Thomas 1. 2. quaest. 113. artic. 3. quia secundum S. Aug. traç. 46. in loath

procederis animo, cum appetis, fugis animo, cum metuis. Vnde accessus, & recessus in motu liberi arbitrij accipitur secundum detestationem, & desiderium.

§. III. Secunda conclusio statuitur.

25 **D**ico secundo, etiam considerando in peccato solam rationem offensae diuinae, implicat contradictionem remittatur sola condonatione extrinseca Dei. Hanc negat Lorca, quamuis praecedentem admittat. Imò §. *Ubi ergo*, dicit. Primo certum est, offensam, & iniuriam remitti posse absque dono inhaerenti; nam quemadmodum Deus ex abundantia misericordiae confert donum intrinsecum, & conferendo remittit, posset remittere absque largitione doni: nam plus est dimittere iniuriam, & donare, quam dimittere tantum.

Quod confirmant Scotus, & Suarez, sec. 4. n. 12. illo vulgari exemplo humano: quia hoc modo potest vnus homo remittere offensam alteri, etiam si illum non recipiat in amicitiam suam, vel bonum aliquod ei communicet. Nam licet in hoc efficacior sit voluntas diuina, quam humana: Tamen non cogitur suam efficaciam exercere. Sed potest id praesistere velle quoad remissionem iniuriae, & ad inimicitiam tollendam necessarium est; nihilque amplius. Potest ergo velle tantum remittere culpam.

Addit Curiel, §. 7. in secunda parte tertiae conclusionis, quod quamuis dilectio Dei propter suam efficaciam id habeat ut ex ea possit resultare aliquod donum in re dilecta. Tamen Deus non concurret necessitate aliqua ad productionem talis doni: sed omnino libere: & ira poterit per suam potentiam absolutam non concurrere ad eam.

26 Obiter aliud discrimen inter remissionem peccati, & alios actus amoris Dei ad nos efficacis, assignat Choquetus lib. 1. de gratia disp. 2. cap. 5. ad 3. nam remissio iniuriae, voti, & cuiusvis alterius vinculi, non postulant aliquid creatum, sed nouiter per illos productum: quia non ponunt; sed potius ex se aliquid tollunt: ac proinde non efficiunt aliam mutationem, praeter eam, quae est ablatio rei. Vnde si quod aufertur, est aliquid morale, sufficit mutatio moralis. At vero, si loquamur de actibus prosequutivis, quales sunt creatio, iustificatio, conser-

uatio, implicat eos de nouo terminari ad creaturam absque reali mutatione, quae sit per productionem physicae entitatis; & ad hos actus pertinet amor amicitiae. Poterit ergo remitti peccatum sola condonatione extrinseca, quamuis iustificatio & amicitia requirant donum intrinsecum.

27 Caeterum istae difficultates obiectae manifestant, quod conclusio est ad mente D. Thomae, qui eas prauidens, & sibi obijciens, eas soluit, & via opposita discurrit. Hac quaest. 86. art. 2. in tertio argumentum obijcit. Maior est misericordia Dei, quam misericordia hominis. Sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non poenitenti. Vnde, & ipse Dominus mandat Matthaei 5. Dilige te inimicos vestros; bene facite his qui oderant vos. Ergo multo magis Deus remittit offensam suam hominibus non poenitentibus. Ecce rationem, & exemplum quibus oppositum opinantes conuincuntur. Et erat facile vnam verbum insinuare de extrinseca condonatione: vel distinguere inter alios actus amoris Dei, & istum: vel distinguere de sola remissione, vel de amicitia, & alia huiusmodi.

28 Opposito ergo modo procedit D. Thomas: discurrit de voluntate remittendi peccatum, sicut 1. p. q. 20. de omni amore effectiuo Dei, & quod dixerat 1. 2. quaest. 110. art. 1. quod hoc interstiter gratiam Dei, & gratiam hominis, quod gratia hominis non causat, sed praesupponit bonitatem veram, vel apparentem in homine grato: eo quod bona voluntas Dei, quae in homine gratiae intelligitur, est causa omnis boni creati. Vnde potest coniungere, quod homo remittat offensam, qua offensus est alicui absque aliqua immutatione voluntatis eius. Non autem contingere potest, quod Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius. Cuius rationis efficacia manifestatur advertendo, quod loquitur D. Thomas de voluntate efficaci diuina, quae effectrix est eius, quod vult, & eo modo quo vult: & loquitur ex suppositione voluntatis efficaci remittendi peccatum: cum autem non possit remitti sine peccatoris mutatione: hanc Deus non supponit, sed causat, & facit. Quod autem ex suppositione loquatur, patet ex his, quae praemisera. Cum enim peccatum sit Dei offensam, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam. Offensa autem di-

directe opponitur gratiae: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus quod repellit eum a gratia sua. Non est autem in eo ueniens quod Deus ex efficaci voluntate expellendi tenebras teneatur causare lucem, & tollere lucis impedimenta: cum ergo peccatum expelli non possit quando voluntas est a Deo averta, & Deus ad se conuertendo, admittit ad suam amicitiam, & gratiam extrinsecam, & ex illa causatur aliquid supernaturale in anima. Ideo; concludit in corpore & ad 3. quod misericordia Dei est maioris virtutis, quam misericordia hominis, in hoc quod immutat voluntatem hominis ad poenitentiam: quod misericordia hominis facere non potest. Et sic auctoritate, & ratione D. Thomae manet firmata conclusio.

29 Idem docet D. Thomas q. 2. §. de Verit. ar. 2. ubi cum distinxisset in peccato, auersionem, offensam, & reatum: & de auersione docuisset, quod supra retulimus, loquendo de offensa, ait. Offensa etiam, quae ex peccato sequitur, sine gratia aboleri non potest; siue accipiatur offensa ex parte hominis, in quantum peccando Deum offendit: siue ex parte Dei, secundum quod peccatori est offensus: secundum illud, Psalmi 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Quicumque enim rem aliquam digniorem indigniori postponit, iniuriam ei facit. Et tanto amplius quanto res est dignior. Quicumque autem in re temporalis finem sibi constituit (quod facit omnis mortaliter peccans) ex hoc ipso, quantum ad effectum suum, praeponeit creaturam creatori, diligens plus creaturam, quam creatorem: Finis enim est, quod maxime diligitur. Cum ergo Deus infinitum creaturam excedat: erit peccantis mortaliter contra Deum infinita offensa, ex parte dignitatis eius, cui per peccatum quodammodo iniuria fit: dum ipse Deus contemnitur, & eius praecipuum. Vnde ad hanc offensam abolendam non sufficiunt vires humanae; sed requiritur manus diuinae gratiae.

Ipse etiam Deus dicitur peccatori offensus, vel cum odire: non odio quod opponitur amori, quod diligit omnia: sic enim nihil odit eorum, quae fecit, ut dicitur Sapientiae 11. Sed quod opponitur amori, quo diligit Sanctos, bona aeterna eis preparando. Huius autem amoris effectus est donum gratiae gratum facientis, ut in quaestione

de gratia dictum est. Vnde offensa, quae Deus homini offenditur, non remouetur, nisi per hoc quod gratiam dat. Hac S. Thomas.

30 Cuius rationis sensus est, quod offensa accipitur actiue, secundum quod peccator dicitur Deum offendere, et iniuriam facere, in affectu creaturae postponendo, tollendo ab eo rationem ultimi finis, & contemnendo mandata supremi legislatoris. Accipitur etiam passiue: quia Deus est offensus: & ipse actiue indignatus, & impietatem odio habens. Quamuis autem cadat sub opinione aut peccatum mortale sit iniuria stricte, vel solum late, & metaphorice: & an offensa sit infinita simpliciter, vel solum secundum quid: neutra difficultas ad rem interest: quia in omnium Theologorum sententia habetur ut certum secundum fidem id quod deseruit ad intentum, quod homo nequit resurgere a peccato sine auxilio gratiae: de quo D. Thomas 1. 2. quaest. 109. art. 7. & multis locis ibi in margine relatis. Quod dogma fidei, nec Pelagiani negauerunt, concesserunt enim gratiam remissionis peccatorum, ut constat ex epistola Patrum Africanorum, quae est 95. apud S. Augustinum. Quia tamen Pelagius non agnouit gratiam iustificantem intrinsece inhaerentem, & renouantem hominem: quia sola opera per vires liberi arbitrij facta, & doctrinam legis sufficere dicebat: ideo videtur docuisse remissionem peccati per gratiam extrinsecam condonationis. Et tamen damnatur in canone 3. Milleuitano, & 14. Arausiano. Et in Tridentino sess. 6. can. 1. *Si quis dixerit hominem suis operibus, quae vel per humana natura, vel per legis doctrinam fieri posse iustificari coram Deo, anathema sit.* Canone etiam vndecimo tria definit, nempe quod homo non iustificatur, neque sola imputatione iustitiae Christi, neque sola peccatorum remissione; & gratiam qua iustificamur non esse tantum fauorem Dei: sed gratiam, & charitatem inhaerentem. Et quamuis certum sit quod loquatur de lege ordinaria: quia disputare de potentia absoluta non expectabat ad doctrinam fidei. Solique volebat excludere errores tam dicentium peccatorum remissionem non esse veram eorum abolitionem, sed solum existimata: quam negatum iustificationem fieri per sanctitatem inhaerentem, sed solum fauore extrinseco Dei.

& propter solam iustitiam Christi nobis imputatam: de quo Bellarm. lib. 2. de iustific. à cap. 6. vsque ad 9. & Suarez disp. 9. de Pœn. sec. 4. à n. 16. vsque 20. Verum quo tota hæc fidei doctrina non parum conducat ad intentum.

31 Probatur primo, de fide est, quod ad abolendam iniuriã, & offensam mortalis peccati non sufficiunt vires naturæ humanae in natura lapsa, etiam ad solam abolitionem peccati, si posset esse sine iustificatione. Sed solum posita extrinseca condonatione, aut favore Dei, absque omni dono inhærente, nullas vires adduntur homini: quia implicat transire de impotente ad potentem, & de carente viribus ad habentem vires sine mutatione intrinseca, & susceptione potentia, & virtutum, quibus antea carebat. Ergo sola extrinseca denominatione repugnat hoc fieri.

Secundo, æquè est opus supernaturale, vires naturæ excedens, remissio peccati, ac iustificatio interior. Sed iustificatio interior propria, & perfecta fieri nequit sine iustitia inhærente, etiam de potentia absoluta, sicut nequit esse album sine albedine. Vnde D. Thomas in 1. dist. 17. q. 1. art. 1. ait. *Constat quod omne esse ab aliqua forma inhærente est: sicut esse album ab albedine: & esse substantiale à forma substantiali. Sicut igitur non potest intelligi, quod paries sit albus sine albedine inhærente: ita non potest intelligi quod anima sit bona in esse gratuito sine charitate, & gratia informantem ipsam.* Ergo neque remissio peccati fieri potest sine aliqua forma inhærente intrinseca, siue sit qualitas, siue motio, siue vnio, vel quid simile expellens peccatum.

32 Negat consequentiam, quamuis maiorem, & minorem admittat, Suarez: & discrimen insinuat n. 12. quia iustificatio non tantum dicit mutationem priuatiuam, seu ablatiuam mali; sed etiã positiuam boni, scilicet, rectitudinis interioris, quam nomen iustitiæ præferrit. At vero remissio culpæ solam dicit ablationem priuationis moralis: & ideo fieri potest sola condonatione extrinseca.

Sed cõtra primo, quia vt docet D. Thomas 1. 2. q. 113. art. 6. ad 2. *eadem actu Deus, & largitur gratiam, & remittit culpam: ergo si contradictionem implicat, quod largitio gratiæ sit tantum extrinsecus fauor Dei, etiã similiter repugnabit, quod*

remissio culpæ sit solus extrinsecus fauor Dei.

Præterea, vt docet D. Thomas, q. 28. de Veritat. art. 1. ad 7. Sicut iustificatio potest accipi vt motus ad iustitiam, & vt effectus formalis iustitiæ: ita etiam remissio culpæ. Nam sicut iustitia formaliter iustificat; ita, & culpam formaliter abijcit; sicut formaliter albedo abijcit nigredinem. Sic ergo remissio culpæ, vt est formalis effectus iustitiæ, vel gratiæ, sequitur gratiam. Ex qua doctrina certa, & euidenti, sic arguitur. Non minus repugnat quod effectus secundarius expulsus priuationis fiat sine forma, quã quod sine illa presteretur effectus formalis primarius; quia effectus secundarius supponit primarium, & ad illum consequitur, si ergo remissio culpæ est effectus secundarius gratiæ, & doni inhærentis: si repugnat quod effectus primarius sit à forma puræ extrinseca; idem affirmandum de effectus secundario. Sicut enim repugnat esse lucidum sine luce; ita repugnat quod sine luce abijciantur tenebræ.

Loquendo etiam de offensa ex parte Dei, ex suppositione quod peccator eum offenderit, non potest nou habere iustam indignationem, & impium odio habere, vsque dũ ipse faciat quod peniteat, vel moueatur peccator ad satisfaciendum, & Deus peccatum condonet in suã pacem recipiendo: quia sicut dicit S. Th. 1. 2. q. 100. a. 8. ad 2. *Negaret se ipsum Deus, si ordinem suæ iustitiæ auferret, cum ipse sit ipsa suæ iustitiæ.* Vnde perseverantem in peccato, nequit nõ odio habere: & si Deus non infundat aliquid contradictorie oppositum, quo tollatur perseverantia peccati non habebit ad illum amorem condonantem iniuriã; non condonata iniuriã, non potest non esse iusta Dei indignatio.

33 Quod explicatur ex differetia inter condonationem hominum, & condonationem Dei: homo enim condonare potest offensam cedendo iuri suo; & non potest cedere iuri naturæ, & Dei: vnde ad huc facta condonatione citilli, iniuriã est inordinatio contra naturam rationalem hominis, & contra legem æternam Dei: Deus autem, qui est auctor rectitudinis naturæ, & cuius legi æternæ omnes debent subijci, & ab ea regulari, nõ potest cedere iuri suo, nisi gratiose indulgendo, & speciali beneuolentia malum contra cum commissum auertendo, tollendo fundamentum iniuriæ. De quo S. Th. q. 7. de

de Malo art. 11. Et 1. 2. q. 113. art. 2. ait: *Offensa nõ remittitur alicui, nisi per hoc quod animus offensus pacatur offendenti.* Et ideo secundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quo Deus nobis pacatur. Quæ quidem pax consistit in dilectione, qua Deus diligit nos. Et ad 1. ait, quod beneuolentia Dei ad hominem reparari dicitur per donum gratiæ. Et ad secundum ait, quod hoc quod est Deum non imputare peccatum homini, importat quandam effectum in ipso, cui peccatum non imputatur: quod enim alicui non imputetur peccatum à Deo, ex diuina dilectione procedit. Ergo condonatio Dei efficax necessario ex suppositione causat effectum realem in peccatore cui donando gratiam, remittit peccatum. Et ideo D. Thomas in hac 3. p. q. 88. art. 1. ad 4. dicit, quod *gratia simpliciter tollit maculam, & creatam pena æternæ. Tegit autem actus peccati præteritos, ne scilicet, propter eos Deus hominem gratia priuet, & reum habeat pena æternæ.* Vnde in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. ad 2. ait D. Thomas, quod *charitas dicitur operire peccata Deo, qui omnia videt. Vnde oportet, quod ea destruat; non quidem faciens vt actus non præcesserit; sed quod vim impediendi gratiam non habeant.*

Isteque est nouus titulus propter quem hæc sententia reliquis est præferenda; quia non solum longius recedit ab hæresibus Pelagianorum, & Lutheranorum de iustificatione per aliquid extrinsecum; sed etiam quia iuxta eam facillime explicatur obiectum, & modus diuinæ condonationis, & remissionis culpæ. Qui autem docent peccatum habituale essentialiter esse actum præteritum non condonatum, & condonationem esse insecam fieri sine efficietia, aut mutatione intrinseca peccatoris, valde laborant, & cruciantur, vt explicent quomodo condonatio Dei non habeat se ipsam pro obiecto adæquato? Quia destructio præteritionis peccati est impossibilis ex suppositione quod fuerit: vnde respicit condonatio carentiam non condonationis; quæ carentia non condonationis est formaliter condonatio: quia inter esse, & non esse rei contradictorie opposita nullum existit medium. Mirum est quanta discurrant vt huic argumento satisfaciant, Lugo disp. 7. sec. 9. & Ripaldà disp. vlt. tota sec. 23. à nu. 306. vsque 344. Et adhuc difficultatem non esse exhaustam, negare ipsi non possunt, donec satisfaciant multis, quæ opponit Chiedo 1. 2.

trac. 8. contr. 4. punct. 5. à n. 85. vsque 1237. Nec est cur in eius solutione examinanda immoremur.

§. IV. Proponitur tertiã conclusio.

34 **D**ico tertio Non implicat cõtradictionem, quod à Deo remittatur peccatum mortale, & offensa Dei, sine infusione gratiæ habitualis. Colligitur ex D. Th. in 1. dist. 17. q. 1. art. 1. vbi ait. Et ideo cum actus charitatis perfectionem quãdam habeat ex hoc quod est meritorius omnibus modis, oportet ponere charitatẽ esse habitum creatum in anima. Et ad 1. docet gratiã dare animam esse supernaturalem: & charitatis habitum exigi propter actum, prout dicimus habitum elicentem actum, esse principium eius. Et in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 1. ait. *Ad culpam remissionem non sufficit humana natura: & propter hoc oportet, quod ad eius remissionem, stetur ad merendum vitam æternam, gratia infundatur.* Constat actus, qui sunt conaturaliter ab habitu supernaturaliter fieri posse auxilio transeunte intrinsicè recepto: & quod qualitas habitualis gratiæ non ita est necessaria ad merendum, quod de potetia absoluta res aliter non possent disponi. Ergo & remissio peccati de potentia absoluta potest fieri sine infusione habitus gratiæ. Vnde Medina 1. 2. q. 110. art. 4. ait: *Certe eadem sententia omnium Theologorum, Deus rectissime potest iustificare hominem absque habitibus infusis.* Et 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 2. conc. 2. ait. *Potest Deus remittere peccatum sine gratia, quæ sit qualitas animæ.* Loquimur de potentia Dei absoluta. Probatur hoc nam Deus per auxilium suum speciale, & inspirationem diuinam potest animum hominis ad se conuerrere, & à prauitate auertere. Idem docent Soto, Conradus, & Ferrara, Martinus Ledesma, Zumel, & Bellarminus, quos refert, & sequitur Suarez disp. 9. sec. 3. & lib. 7. de gratia, cap. 22. à n. 9. At Oresinos to. 2. disp. 33. q. 6. §. 2. Et sequitur Theologorum communem testatur, & sequitur Ioan. à S. Thom. to. 2. in 1. 2. disp. 27. art. 2. bene numerans casus in quibus verificatur capessio, dicens, §. *Ex dictis.* Constat enim quod etiam sine infusione gratiæ mutationes illæ sufficiunt ad tollendam rationem peccati, & offensa, saltem extrinsece, & moraliter. Nam de vnione hypostatica dubium nõ est quod sanctificare potest intrinsicè, &

physice, eminentiori modo, quam gratia. Secundo, visio beatifica, adiuncto actu charitatis, qui necessario sequitur ad illam, sufficienti dispositione conuertit potentias permanenter, & perpetuo, vt Deus iudicet dignum sua dilectione illud subiectum. Tertio, actus contritionis, & dilectionis charitatis, licet formaliter non satisficient renouando, & effectiue coniungendo animam Deo, affectiue, & dispositiue id faciunt. Vnde sufficienter tollitur ratio auersionis, in quantum voluntaria, per tales dispositiones. Atque adeo ratione illarum acceptat Deus hominem ad suam amicitiam per actum extrinsecum voluntatis, ex quo per se habet sequi tanquam effectus ipsa gratia, etiam si de facto Deus impediat ne sequatur.

35 Sed obijcies. Contradictionem implicat tolli aliquam priuationem existentem in subiecto, nisi posita forma priuationi contraria. Nec ad expellendam priuationem sufficit ponere aliquas dispositiones oppositas, cum priuatio non expellatur nisi post aduentum formae, quia expulsio priuationis est terminus secundarius formae informantis subiectum. Vt patet in formis substantialibus: quia non excluditur mors, nisi per animam ponatur vita: nec tenebrae expelluntur, nisi posita luce. Sed actus charitatis, & contritionis solum sunt dispositiones ad gratiam, non autem sunt ipsa forma iustificans. Ergo vsque dum gratia infundatur, non est peccatum remissum: quia peccatum non solum abstulit rectitudinem actualem, sed habitualement, & maculam in animam induxit. Et haec est ratio D. Thomae. 1. 2. q. 113. art. 2. dicentis. *Effectus autem diuinae dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur, est gratia, qua homo fit dignus vita aeterna, a qua peccatum mortale excludit. Et ideo non posset intelligi remissio culpa, si non adesset infusio gratiae.*

36 Recte respondet Conradus, & Ferrarum, & Suarez supra adducti rationem hanc, & auctoritatem D. Thomae probare stante praesente institutione diuina, consentanea naturae gratiae, & loquendo de perfecta, & completa peccati remissione: quia macula peccati mortalis compleitur physica priuatione gratiae: quae non tollitur, perfecte nisi per habitum oppositum. Vnde D. Thomas in 1. dist. 17. q. 1. art. 1. ad 3. ait. *Facere de peccatore iustum, vel Deo coniunctum, est ipse Deus, sicut efficientis: & ipse charitatis sicut forma.* Vnde Conradus. 1. 2. q. 113. art. 2.

not. 2. & q. 109. art. 7. §. subiungit. ait. *Credo enim, quod nec de potentia Dei absoluta, possit homo resurgere ab omnibus detrimētis, quae peccando incurrit, sine gratia.* Et quod S. Doctor loquitur de perfecta reconciliatione, & pace. Et quod loquendo de perfecta remissione, & refectioe a peccato, per quam homo recuperat perditam, quod non potest fieri sine gratia habituali, & actuali.

Cum quo tamen stat, quod alijs donis possit peccatum auferri, si donum fuerit eminentius gratia, vt est vno hypostatica, id praestabit eminentius. Si vero fuerit actus poenitentiae, & charitatis, illa actuali coniunctione, accedente diuina acceptatione, fiet coniunctio cum Deo, & ablata auersione, non manebit peccatum habituale: quia carentia gratiae iam non erit voluntaria.

Instabis. Homo, qui semel peccauit mortaliter, non potest a peccato mortali liberari nisi fiat sanctus per gratiam: sicut aer non potest carere tenebris nisi per lucem. Vnde Diu. Thomas articulo illo 2. ad 1. ait. *Licet homo antequam peccet potuerit esse sine gratia, & sine culpa: tamen post peccatum non potest esse sine culpa, nisi gratiam habeat.* Sed actus contritionis, & charitatis non sunt forma sanctificans: ergo nec per istos actus potest expelli, aut remitti peccatum.

37 Respondet M. Ioannes Vincentius in Relect. de Christi gratia, quaestio. 1. §. *Est autem*, folio 89. dicens. Et existimo quamquam nonnulli ex nouioribus Theologis contradicant, quod ipse charitatis actus ex propria sui natura, & ratione, vim habet efficiendi immutationem praedictam in voluntate creata: cuius ratione voluntas, etiam si Deus non infunderet ei charitatis habitum, habitualiter maneret conuersa ad Deum. Haec ibi. Idem docuit Iansenius in Concordia, cap. 84.

Vazquez tom. 2. in 1. 2. disp. 203. cap. 3. a num. 29. affirmat contritionem de peccatis propter Deum summe dilectum, hoc actu charitatis perfectam, atque formatam, quae ex auxilio supernaturali per merita Christi procedat, talis virtutis apud Deum esse, vt quantumvis non esset habitus, quo de facto iustificamur, illa reconciliaret nos Deo, & a peccatis iustificaret, sine nouo fauore acceptationis Dei super addito.

Re.

Refert pro se multos, quod non docere probat Lorca infra referendus.

38 Probat primo cap. 4. ex Sacra Scriptura, quae dilectioni, & contritioni adscribit animae sanctitatem, & coniunctionem, & adhesionem cum Deo. Ioann. 14. ad Colossios. 1. & ad Timot. 1. & ad Roman. 13. Prouerb. 10. & 7. Petri 4. *Claritas operis multitudinem peccatorum.* Et cum exhortetur nos ad actum charitatis, non ad habitum: de actu loquitur. Sicut S. Augustin. de natur. & gratia, cap. 42. & lib. 3. de doctrina Christ. cap. 10. & de moribus Eccles. capit. 11. & 12. & 13. & trac. 9. in Epist. Ioan. & S. Gregor. homil. 33. & 38. in Euang. S. Hieronym. epist. 27. S. Chrysost. hom. 7. in 2. ad Timot. & S. Bernard. ser. 83. in Cant. & ser. 3. de timore Dei.

Probat secundo Vazquez cap. 5. rationibus septem: quarum summa est. Qui diligeret Deum ex toto corde, & affectu, etiam sine habitu gratiae, & charitatis, diceretur vnus spiritus cum Deo: quia esset vnus cum Deo affectu, & voluntate: & maneret in Deo, & Deus in eo, & haberet semen Dei intra se: & esset Dei formis. Quod sufficeret iustificare, & tollere maculam peccati: siquidem 1. Ioann. 3. dicitur. *Omnia, qui in eo manet, non peccat.* Et infra. *Omnia, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare.* Quae omnia verificantur ratione ipsius amoris amicitiae secundum se, & formaliter, absque qua cumque alia re. Vnde & pariter, & nos a Deo diligemur, tanquam amici. Nam amor suapte natura reciprocus est: & Deus non patitur se ab aliquo diligi, quin ipsum etiam diligit. Quia sua contritione, & amore se fecit obiectum congruum diuinae dilectionis supernaturalis. Nam Deus hoc modo diligit diligentes se: Deinde, per contritionem multo perfectius a creatura auertitur homo, quam per peccatum ad eam fuerat conuersus: eo quod a creatura auertitur expressè, quatenus illa est contra Deum: ad eam tamen hoc modo consideratam, non fuerat expressè conuersus. Ergo per dilectionem, & contritionem rectè tollitur omnis macula, & foeditas peccati. Vnde D. Thomas 2. 2. q. 27. art. 4. ad 3. ait, *quod per charitatem tollitur auersio a Deo, quae est per peccatum; non autem per solam cognitionem. Et ideo charitas est, quae diligendo, animam immediatè Dei continet.*

git, spiritualis vinculo unionis. Haec, & alia argumenta proponit Vazquez ibi.

39 Et quamuis videatur Vazquez 1. 2. loqui de possibili: tamen 3. part. disput. 2. cap. 7. num. 62. ait. *In adalto, qui iustificatur extra Sacramentum, magis certum est, eum iustificari contritione, tanquam forma, quam gratia habituali, vt ostendimus 1. 2. disp. 203. cap. 3.* Ergo vult de facto contritionem esse formam iustificantem, sine nouo fauore acceptationis Dei. Sequitur Meratius tom. 2. de gratia per triginta duas sectiones. Ludouicus Torres Opuscul. 6. de gratia. disp. 4. dub. 19. & 20. licet neget exercitium iustificandi, quia contritio praueenitur ab habitu charitatis, & gratiae. Gaspar Hurtado disput. 1. de Incarn. difficul. 10. & alij.

40 Contra hanc sententiam late scribunt Suarez lib. 7. de grat. cap. 8. & 13. & 10. 1. in 3. p. disp. 4. sec. 8. vbi asserit esse improbabilem, & temerariam. Et to. 4. disp. 8. sec. 3. n. 7. dicit esse contra omnes Theologos. Tannerus to. 2. disp. 6. q. 5. a n. 40. dicit esse notam, & singularem, paruque tutam in fide. Coninch disp. 2. dub. 3. n. 21. asserit. Sed dicta sententia nullo modo videtur posse defendi. Eandem impugnat Lugo disp. 5. de Incarn. sec. 1. & disp. 8. de Poenit. a sec. 3. ad 6. Oniedo 1. 2. trac. 8. contr. 1. punc. 7. Zumel 1. 2. q. 113. art. 5. disp. 2. conc. 6. docet non posse negari sine prauidicio fidei, & nota temeritatis actum charitatis, & contritionis indigere nouo fauore Dei vt sit forma sanctificans, & expellens peccatum. Lorca de gratia sec. 6. disp. 35. memb. 2. dicens Theolog. comm. Montes disp. 33. q. 5. Ioan. a S. Th. disp. 27. art. 1. qui & alij innumeri asserunt nec de facto, nec de possibili actum contritionis, vel dilectionis esse formam sanctificantem. M. Ioa. 2. S. Th. post alios, probat 1. Dispositio ad formam, realiter differt a forma, ad quam disponit. Sed actus contritionis est vltima dispositio ad gratiam, vt sumitur ex Concil. Trid. ses. 6. can. 3. & ses. 14. c. 4. (Et ex D. Th. 3. p. q. 89. a. 1. ad 2. dicente, *quod actus primus poenitentiae se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet contritio.*) Non ergo est forma iustificans. Deinde quia Concil. Trid. ses. 6. c. 7. ait. *Vnicam causam formalem iustificationis esse iustitiam Dei, qua nos iustos facit.* Sed consistat ex fide in aliquibus formam iustificantem non esse actum, sed habitum: vt in paruulis, & in ijs qui iustificantur cum attritione in Sacramento. Ergo si causa formalis est unica, & in

X 3

ali-

aliquibus est habitus, in omnibus est habitus.

Præterea. Nam effectus formalis positivus, permanenter, & habitualiter denominans, implicat quod formaliter præbeatur a forma transeunte; & nihil positivum, & reale relincente. Sed esse iustum, & sanctum, & effectus formalis positivus realis, permanenter, & habitualiter existens in anima. Ergo implicat fieri formaliter per actum transeuntem. Quæ ratio probat de potentia absoluta: quia implicat contradictionem, quod effectus formalis intrinsecus fiat sine forma intrinseca: vel sine propria forma, quæ talem effectum contineat. Sicut color non potest formaliter facere calidum: quia forma coloris non potest esse forma caloris. Ergo nec stare potest, quod actus contritionis, qui est ipsa forma operandi iuste, faciat animam formaliter iustam in sua essentia: sed facit formaliter operantem iuste in sua potentia. Sicut risibilitas, vel actus ridendi non potest formaliter constituere rationale, nec calor ignem.

41 Ponderat etiam Suarez, & Lugo, quod Sacra Scriptura, & Patres, sæpè docent iustificationem, & remissionem peccati, esse distinctum beneficium Dei, etiam post contritionem, & dilectionem Dei. Psalm. 50. *Cor contritum, & humilitatum Deus non despicies.* Ios. 2. *Convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors est.* Jeremia 13. *Convertimini filij revertentes: & sanabo vos.* S. Chrysost. homil. 80. ad populum, inter alia ait. *Ne tua confides poenitentia, tua enim poenitentia tanta nequit peccata delere. Si sola foret poenitentia, iure timeres: sed postquam in poenitentia committitur Dei misericordia, confide.* S. Hieron. in illud Michea 6. *Quid dignum offeram Deo? Sic ait. Nihil enim dignum est, quod pro peccato possit Deo offerri, & nulla humilitas potest maculas eluere delictorum.* Quæ sententiam commendat valde Concilium Franco Fordiense epistola ad Episcopos Hispaniæ ante medium.

Aduertit etiam Lugo sec. 4. n. 115. quod si contritio de possibili id haberet, ut posset se ipsa iustificare; haberet etiam de facto: forma enim applicata subiecto capaci non potest impediri quin communicet illi suum effectum formalem. Si ergo contritio de se esset potens ad dandum hunc effectum formalem, daret illud de facto. Et licet contritio foret ab habitu,

posset iustificare: quia sicut ipse habitus parte iustificat pro illo priori, licet in alio genere causæ sit prior contritio. Cur etiã contritio pro illo priori, pro quo præcedit habitum ex parte subiecti, non poterit iustificare; licet in alio genere causæ subsequatur ad habitum? *Consequentius ergo concederetur iustificare de facto, si semel admititur de possibili.*

42 Propter vim argumentorum vtriusque extremæ sententiæ, duæ aliæ mediæ ex cogitanda sunt, quæ earum rigorem temperarent. P. Ioannes Martinez de Ripalda lib. 4. de Ente Supernaturali disp. 99. à sec. 3. vsque ad 11 docet actum perfectum charitatis non sanctificare formaliter peccatorem, nec delere maculam peccati, independentem à nouo favore misericordiæ diuinæ, separabili ab eo charitatis actu. Caterum adiuncto eo favore, sanctificare, & peccatum expellere formaliter. Et sec. 9. con. 1. docet, quod solus charitatis actus de facto non sanctificat peccatorem seorsim a gratia habituali, ita ut de facto intuitu ipsius solius remittatur peccatum: quia de facto diligenti Deum remittitur peccatum intuitu, & vi gratiæ habitualis inherens: quia hæc est vnica causa nostræ iustificationis, & remissionis peccati, ut docet Trident. sess. 6. can. 7. & cap. 5. & 6. & quia actus charitatis, & contritionis de facto disponit ad iustificationem, & remissionem peccati. Conclusionem autem secundam docet quod actus charitatis consortio gratiæ habitualis iustificat de facto peccatorem tãquam causa formalis inadæquata etiam quoad effectum secundarium remittendi peccatum. Non solum tanquam dispositionem, sed etiam tanquam, non adæquatam, sed inadæquantam consortio gratiæ habitualis iustificantem.

Probat ex S. Aug. lib. 83. q. 9. in 68. Et trac. 9. in Ioan. *Ipsa Charitas est anima pulchritudo.* Et S. Ephren de die iudicij c. 5. *Compunctio charitatis sanitas anima est.* Ad Rom. 13. *Charitas dicitur plenitudo legis.* Colos. 5. *Vinculum perfectionis.* S. Leo Papa ser. de S. Laurentio. *Omnis summa virtutum, & totius plenitudo iustitiæ, de illo amore nascitur, quo Deus diligitur.* S. Prosper de vita contemplatiua cap. 14. *Charitatem vocat honorum omnium matrem, & mundationem omnis inquinamenti.* Et S. Aug. to. 10. ser. Dominica 2. post Epiphaniam docet, quod *radix omnium bonorum est Charitas: & sic expendit illud 1. Cor. 13. Charitas patiens est: & infra. Ille tenet,*

tenet, & quod patet, & quod laet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.

S. Amb. epist. 33. ad Demetriadem circa finem ait. *Charitas operit multitudinem peccatorum, quia per charitatem deletur omne peccatum.* Si Prosper lib. 3. de vita contemplatiua cap. 21. de fide per charitatem operante, ait. *Ipsa nos à peccatis omnibus purgat, & Deo conciliat.* Similia S. Gregor. hom. 33. in Euangelia; & passim alij Patres. S. Ansel. in Monol. cap. 67. *Absurdum est ut aliqua natura, semper amando illum, qui est summe bonus, & omnipotens semper misere viuat.* Dilectioni ergo tribuuntur ipsa prædicata gratiæ; ac proinde, saltem inadæquate, fuit formaliter quod gratia facit, nempe, sanctificare, mundare à peccato, dare ius ad vitam æternam. Vnde S. Augustinus lib. 15. de Trinitate cap. 12. loquens de actu charitatis. *Nullus est isto dono Dei excellentius.* Et cap. 19. dicit quod: *Spiritus Sanctus est charitas; quæ dicitur Deus de Deo.*

43 Veruntamen hæc sententia, dum summis laudibus ex tollit charitatis excellentiam, nimis deprimat prærogatiuas gratiæ, illa tribuens, quod non habet, ab illa auferens, quod illi competit: & omnia, quæ more concionatorio nimis exagerrat, vnica breui distinctione, tradita ab Angelico Doctore, in æquiuoco laborare ostendunt. In primis in Cathedismo ad Parochos iusti Pij Quinti edito de Baptismo cap. 2. §. 42. folio mihi 180. dicitur. Est autem gratia, quem admodum Tridentina Synodus, ab omnibus credendum, pœna anathematis proposita decreuit, non solum per quam peccatorum sit remissio; sed diuina qualitas in anima inherens, ac veluti splendor quidam, & lux, quæ animarum nostrarum maculas omnes delet, ipsaque animas pulchriores, & splendidiore reddat. Vnde multi inferunt ritum esse negare de facto causam formalem iustificationis esse habitum. Vt relatis Vega, Bellarmino, Ruaro, Valentia, & Sorolaræ præparat Lorca de gratia disp. 35. membro. 1. & relatis alijs Choquetius lib. 1. de gratia disp. 4. cap. 2. Vnde Lorca ait. Et quamvis non sit definitum sub nomine habitus, vel qualitatis: nam hæc nomina philosophica sunt, & ad naturam rei philosophicæ explicandam imposita; illud tamen definitum est causam formalem iustificationis esse donum in hærens, & permanentem, ab actu quocumque in iustificatione interue-

nire diuersum. Imò veritatem hanc esse definitam de fide à Concilio Tridentino vult Suarez lib. 6. de gratia cap. 3. relatis Vega, Bellarmino, & Valentia, & ipse Ripalda lib. 6. de Ente Supern. disp. vlt. sec. 2. an. 26. vsque 33. De quo tamen alibi.

Suarez etiam lib. 7. cap. 8. an. 2. probat tam certum id esse in adultis, quam in paruulis. Et n. 15. hanc proponit moralem rationem. Quia homo non est iustus quia vitium, vel aliud opus iustitiæ facit: sed quia permanenter, & stabiliter est bene dispositus ad iuste operandum: est autem sic dispositus per habituales iustitiam. Ergo hæc est forma iustificans hominem.

44 Rursus nominatim sententiam relata impugnaverat Suarez lib. 7. de gratia cap. 8. n. 31. dicens. Vnde consequenter sit nullum actum secundum iustificationem proprie hominem formaliter, etiam ut partialem causam. Tum quia vbi vnica causa est totalis, nulla alia concurret ut partialis. Tum etiam quia illa conditio permanentis formæ, etiam in partiali causa formaliter iustificante, necessaria est: quia oportet ut physice tandiu duret, & iusto in hæreat, quandiu totus effectus adæquatus, & formalis iustitiæ in eo permancet. At homo iustificatus semel, permanet iustus, & cum toto effectu formalis iustitiæ, etiam cum nihil operatur. Ergo nullo modo nec totaliter, nec partialiter fuit sic constitutus per actum secundum, qui præcessit, nec per subsequentes. Præterquam quod eadem forma iustificans, quæ est integra, & vnica causa iustificationis in paruulis, est in adultis, siue negligentibus, siue dormientibus, siue ratione utentibus: quia effectus formalis semper est idem. Ergo illa est tota forma. *Actus vero est vel dispositio ad iustitiam; vel fructus iustitiæ, non forma, vel integræ, vel ex parte iustificans.*

45 Quo autem omnis questio de nomine excludatur, inquiri à Ripalda; an loquatur de solo constitutivo essentiali, vel physico, vel metaphisico forma iustificantis, & expellente peccatum? An vero loquatur de omnibus donis integranibus vel essentialiter, vel accidentaliter iustificationem? Hanc enim distinctionem ipse non negat, sed expressè tradit lib. 6. disp. vlt. sec. 3. n. 38. ut conciliet Auctores, qui videbantur dissidere an iustitia habitualis coalescat ex pluribus: si quidem Lorca disp. 16. dicit coalescere ex gratia ha-

bituali. & charitate. Vega lib. 7. in Trid. cap. 3. dicit componi ex charitate, spe, ac fide. Quod & docet Bellarm. lib. 1. de gratia & lib. arb. cap. 6. Et Soto lib. 2. de natura, & gratia cap. 18. docet hominē iustificari gratia, & virtutibus Theologicis, a gratia distinctis, quia Trident. ait: *Iustificatio fieri per infusionem gratiae, & donorum.* Caietanus vero 1. 2. q. 113. art. 2. §. Ad euentiā. Et Vazquez 1. 2. disp. 213. cap. 3. asserit gratiam, & charitatem esse duas formas integrè iustificantes. Ripalda veretur Authores multum de voce contendere: quia compositum ex corpore, & anima rationali est essentialiter homo: ad perfectionem tamen hominis intellectus & voluntas exiguntur. Theologi etiam beatitudinem, quidam, cum D. Thoma, constituunt in visione, alij, cum Scoto, in amore, vel fruitione: alij in vitro que actu: & tamen integraliter omnes fatentur quod S. Boetius lib. 3. de consol. profa 2. docet quod *Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus.* De qua definitione videatur D. Thomas 1. 2. q. 3. art. 2. ad 2. & art. 3. ad 2. & q. 4. art. 7. ad 2. & 1. p. q. 26. art. 1. ad 1. Sim liter ergo docet Suarez lib. 7. de gratia cap. 9. n. 30. quod licet vnica gratia sit essentialiter iustitia infusa; nihilominus non habet complementum, seu statum iustitiae sine alijs virtutibus infusis. Nec negare valet Ripalda, si quidem inquit Ripalda; iustitia essentialiter perfecta est habitus simplex gratiae habitualis, vt colligitur ex Trid. ses. 6. can., & cap. 4. & 7. Et quia est participatio diuinae naturae. Et quod charitas & aliae virtutes solum pertinent ad perfectiōnem integram, quia homo ad eliciendum opera iustitiae redditur proxime, & complete potens per virtutes supernaturales. Et n. 46. vt communionem sententiam docet, quod habitus charitatis seorsim a gratia habituali non sanctificet. Et numero 47. notat quod Tridentinum non asserit charitatem iustificare; sed hominē iustificari dum charitas Dei diffunditur in corde iustificati. Quod verum est etiam charitate non iustificante, siue distinguatur a gratia, siue non. Si ergo totum hoc discurret de habitibus collatis cum gratia habituali; multo melius debet excludere a conceptu essentiali formae iustificantis, & expellens peccatum auctus ipsos: si quidem solum sunt dispositiones, vel fructus iustificationis.

Præterea Suarez lib. 7. de gratia ca.

pitulo 12. numero 7. ait: iustitiam inherētem, & infusam, non ex fauore extrinseco, sed ex intrinseca suavi, & natura, seu dignitate, habere hunc effectum expellendi peccatum mortale, propter connaturalem, repugnantiam, quam cum illo habet, dicit esse doctrinam D. Thomae 1. 2. q. 113. art. 1. & 2. & 6. & 2. 2. q. 24. articulo 10. Et numero 8. ait Suarez. *Et sine dubio Concilium Tridentinum, attente consideratum, ita hanc sententiam, vt item sine magna meritate negari non posse videatur.* Vt patet sel. 5. cap. 5. & sel. 6. capitulo 7. Imò Vazquez 1. 2. disp. 204. capitulo 2. docet, quod qui existimant iustitiam inherētem non iustificare, nec remittere peccatum sine nouo fauore Dei: *Verum rationem iustitiae inherētis e medio tollere videntur.* Et gratiam esse formam sufficientem, quae complete iustificat, absque aliquo fauore, & imputatione, vel condonatione extrinseca, dicit Lorca disp. 36. de gratia conc. 2. aperte constare ex Concilio Tridentino sel. 6. cap. 7. Quod a fortiori docent communiter Thomistae, praecipue recentiores, qui docent nec de potentia absoluta posse esse simul gratiam, & peccatum de quo Araujo 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 4. & ibi Serra dub. 4. Ioan. à S. Thom. disp. 27. art. 3. & alij, quos refert, & sequitur Montefinos disp. 33. q. 7. §. 2. n. 254. dicens *verissimam, & latius Choquetus lib. 3. de gratia disp. 10 per quatuor capita, omnino ad mentem D. Thomae 2. 2. q. 24. art. 12. & Opuic. 2. in Compendio Theologiae cap. 144.*

§. V. Proponitur quedam doctrina D. Thomae qua soluntur Auctoritates Sacrae Scripturae & Patrum.

40 **P**ro luce autem totius difficultatis valde noranda est doctrina S. Thomae 1. 2. q. 100. art. 15. dicentis: *Quod si loquamur de iustificatione proprie dicta, sic consideranda est quod iustitia potest accipi pro vt est in habitu, vel pro vt est in actu. Et secundum hoc iustificatio dupliciter dicitur. Vno quidem modo secundum quod homo fit iustus adipiscens habitum iustitiae. Alio vero modo secundum quod opera iustitiae operatur: vt secundum hoc iustificatio nihil aliud sit quam iustitiae executio.*

Et

Ex hac doctrina ipse S. Thomas concordat Scripturae locutiones, quae videntur oppositae: nam ad Rom. 2. dicitur: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores; legis iustificabuntur.* Videtur ergo quod ex operibus legis iustificetur homo. Ex alia parte Apostolus ad Rom. 3. ver. 28. ait. *Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.* Ad Gal. 2. ver. 16. *Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.* Hae esse simul vera explicat D. Thomas ibi lec. 4. dicens: *Respondeo. Dicendum est, quod iustificari potest dupliciter accipi, scilicet, iustitiam exequi, & iustitiam fieri. Primo autem modo, homo iustificatur, qui opera iustitiae facit. Non autem iustus fit aliquis nisi a Deo per gratiam.*

47 **H**ae distinctione facillime auctoritates Scripturae, & Patrum exponuntur: quae potissime tendunt ad hoc quod fideles instruant qualiter se disponant ad obtinendam iustitiam, & remissionem peccatorum; & qualiter iam iustificati opera iustitiae, & sanctitatis exequantur: & ideo tota eorum cura est de operibus virtutum: & potissime commendat charitatem, quia vt ait D. Thomas 2. 2. q. 23. art. 8. ad 3. *Charitas dicitur finis aliarum virtutum, quia omnes alias virtutes ordinat ad finem suum. Et quia mater est, quae in se concipit ex alio, ex hac ratione dicitur mater aliarum virtutum, quia ex appetitu finis ultimi concipit actus aliarum virtutum, impetrando ipsos.*

Imò accipiendo iustificationem pro executione sanctitatis, & iustitiae formaliter, & proprie, iustificari dicimur actibus, & non habitibus, nisi in potentia. Quod probo discursu desumpto ex D. Augustino, & D. Thoma in hac forma. *Boetio quod anima est facta ad imaginem Dei, capax est Dei per gratiam, vt ex S. Augustino de Praedest. Sanctorum cap. 5. docet D. Thomas 1. 2. q. 113. art. 10. Sed secundum S. Augustin. lib. 9. de Trin. cap. 6. & lib. 14. cap. 7. & S. Thomam 1. p. q. 93. art. 7. Primo, & principaliter, attenditur imago Trinitatis in mente secundum actus, prout scilicet ex noticia, quae habemus cogitando interius, verbum formamus, & ex hoc in amorem prorumpimus. Sed quia principia actuum sunt habitus, & potentiae: vnum quodque autem virtualiter est in suo principio: secundario & quasi ex consequenti, imago Trinitatis potest attendi in anima secundum potentias, & praecipue secundum habitus, prout in eis scilicet actus virtualiter*

existunt: Hae S. Thomas. Ergo pari ratione, sumpta iustificatione pro iustitiae executione, primo, & principaliter est in actibus; & in habitibus solum virtualiter. Cum quod tamen stat quod sumpta iustificatione in rigore Theologorum pro sanctitate permanente habituali, de qua praecipue loquimur, essentialiter fiat sola gratia habituali, & aliae qualitates, & dona solum pertineant ad integritatem accidentalem, non ad essentiam: Quod aperte docet S. Thomas q. 27. de Verit. art. 3. ad 17. dicens: *Quod sicut essentia anima immediate est essendi principium operationis, & ideo principium est mediatis potentijs, ita immediatus effectus gratiae est conferre effectus spirituales: quod pertinet ad informationem subiecti, siue ad iustificationem impij, quae est effectus gratiae operantis. Sed effectus gratiae mediatis virtutibus, & donis, est elicere actus meritorios: quod pertinet ad gratiam cooperantem.* Hae ibi. Videatur ad 18. & ad 9. & 1. 2. q. 110. art. 3. ad 2. & art. 4. ad 1. & 2. & q. 111. art. 2.

48 **N**ec vt hos effectus prestat gratia, opus est alia condonatione, quam ipsa liberali gratiae infusione. Vnde S. August. conc. 26. in Psal. 118. inquit. *Quis facit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium, hoc est, per gratiam, ex impio facit iustum.* S. Chrost. hom. 2. ad illa verba Psal. 50. *Super niuem dealbabor: Sola gratia inquit, sordes meas perfecte abstergere, ac niuis candorem mihi conciliare potest.* Similia dicunt S. Greg. Naciānc orat. in Sanctum Baptistam. S. Ambros. in priore Apol. Dauid cap. vit. S. Aug. de nat. & gratia cap. 38. & passim alij.

Reiecta hac conciliatione, restat alia, quam obiter docuit Montefinos 1. 2. q. 113. art. 2. disp. 33. q. 5. §. 6. n. 123. q. 6. §. 2. n. 178. & 179. & Lorca disp. 37. de gratia conc. 2. in fine. Gregorius Martinez 1. 2. q. 114. art. 2. dub. 1. conc. 5. Et ex professo docent Araujo 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 1. in fine: & latius dub. 3. conc. 2. Serra 1. 2. q. 113. art. 2. toto dub. 2. quorum verba placeat transcribere, vt melius de eorum mente lectores instruantur: & quia mihi eorum doctrina maxime probatur. Inquit ergo Serra. Licet actus contritionis, & dilectionis non possit esse causa formalis iustificationis perfectae, qualis est qua modo iustificantur impij per absolutam tamen Dei potentiam posse esse causam formalem iustificationis, qua vere, & proprie, licet non ita perfecte peccatum remittitur. Probat argumentis vtriusque

ca.

extrema sententiæ, & ad perfectam concordiam vtriusque partis percipiendam, ait. Aduertendum tamen est: sicut in numeris eadem vnitas, verbi gratia, tertia, respectu quaternarij se habet materialiter, detracta autem quarta vnitate, & tertia manente vltima, hæc forma est ternarij. Ita idem actus contritionis, & dilectionis, modo de facto materialiter se habet tanquam dispositio respectu iustificationis, & remissionis peccatorum perfectæ, quæ sit per gratiam habitualem: si tamen Deus, vt potest, posito actu contritionis, & dilectionis, gratiam habitualem non infunderet, & talis actus maneret vt vltimum Dei beneficium: forma esset iustificationis, licet non ita perfectæ. Quæuis enim actus dilectionis, & contritionis ex sua natura sit impossibilis cum peccato; vt tamen illud actu remittat, sic quæ sit forma sanctificationis, seu iustificationis requiritur vt sit vltimū beneficium, post quod nõ sequitur beneficium infusionis gratiæ habitualis. Ratio huius duplex est. Prima, quia actus disponeret ad susceptionem gratiæ, vt ait D. Th. in 4. d. st. 17. q. 7. art. 4. q. 2. *Præcedunt quidem in v. a. causa materialis, sed sequuntur in via cause formalis.* Vnde cum gratia habitualis sit prius ingenere causa formalis, ipsi tanquam causa formali attribuitur modo de facto iustificatio impij, & remissio peccatorum: licet si gratia habitualis non adesset, hic effectus posset sequi ex actu dilectionis, & contritionis: nam vt ait ibi D. Thomas art. 3. q. 3. Omne quod natum est ex pluribus sequi, attribuitur ei quod primum est sicut vita attribuitur animæ nutritiua; quia ipsa est prior inter principia vitæ in uiuentibus corporaliter. Similiter dicitur animal esse animal per sensum primum, qui est tactus, vt patet in 3. de Anima.

49 Secunda ratio est: quia ad remissionem peccati etiam de facto, præter gratiam, quæ etiam ex sua natura expellit peccatum, requiritur acceptatio, vel condonatio diuinæ voluntatis, qua velit remittere peccatum. Quæ condonatio, licet supposito peccato hominis iustificandi, includatur in gratiæ infusione: non tamen absolute; cum possit esse gratiæ infusio sine aliqua peccati condonatione. Vt patet in iustificatione Christi, & Adami, & Angelorum. Quia ergo actus dilectionis, & contritionis, quando non est vltimum beneficium, vt contingit modo de facto, est sine voluntate, qua Deus per illam ve-

lit remittere peccatum; remissio peccati non est eius formalis effectus, sed respectu illius solum se habet vt dispositio, & via. In casu tamen, quo esset vltimum beneficium, ad quod non sequitur infusio gratiæ habitualis, collatio gratiæ actualis, & motionis diuini auxiliij, voluntatem includeret condonandi peccatum. Et sicut implicaret velle hominem peruenire ad aliquem locum, & ulterius non progredi, & non velle ibi manere: ita implicatio esset in adiecto Deum habere voluntatem donandi hoc auxiliium, & gratiam actualem tanquam vltimum beneficium, & non remittendi peccatum: quia actus dilectionis, & contritionis ex sua natura habet posse peccatum auferre, & cum illo esse nequit: & tunc non esset aliud quod tolleretur. Vnde sicut de facto infusio gratiæ habitualis est causa formalis iustificationis, & remissionis peccati, vt tamen includit voluntatem illud remittendi: ita in calu prædicto actu contritionis, & dilectionis causa formalis esset iustificationis, & remissionis peccati: quia collatio gratiæ actualis, & motionis diuini auxiliij ad talem actum, etiam includeret voluntatem remittendi peccatum. Hæc Serra. Qui & dub. 4. ad 2. ait. Si gratia per modum satisfactionis remitteret peccatum, præter ipsam necessaria esset noua acceptatio cum autem illud nõ sic remittat, sed per modum formæ impossibilis, præter eius infusionem non requiritur superadditus fauor, aut noua acceptatio, aut voluntas remittendi. Nam vel non remitteretur peccatum per formam aliquam inhaerentem: vel daretur processus in infinitum in formis inhaerentibus, qualibet enim posita, requireretur Dei acceptatio, & fauor; non minus quam gratia habituali infusa. Et iste videtur sensus rationis D. Thomæ in Cõpendio Theologiæ Opus. 2. cap. 144. dicens *Gratia autem donata simul cum peccato esse non possunt, cum per gratiam donata homo ordinetur ad finem, à qua per peccatum auertitur.* Et loquendo de coexistentia peccati actualis, & gratiæ, id contradictionem implicare, docet S. Th. 3. p. q. 68. art. 4. ratione secunda, dicens. *Nullus autem habens voluntatem peccandi, simul potest a peccato mundari ad quod ordinatur Baptismus: quia hoc esset ponere contraria in eodem esse simul.*

50 Occurri potest ex Suarez lib. 7. de gratia cap. 8. n. 38. docente quod licet actus charitatis inchoet amicitiam cum Deo; non confert illud esse diuinum, quo iustus

iustus peculiari modo constituitur filius Dei adoptiuus, nec participat naturam diuinam, nec fit sanctus: nec consumat, vt ita dicam, amicitiam cum Deo: quia non perfecte censetur Deus diligere hominẽ vt amicum, donec illi infundat gratiam. Item solus actus non est donum de se permanens, & dans facultatem iuste operandi: & ideo non iustificat. Vnde illo lib. 7. cap. 22. n. 22. & to. 4. in 3. disp. 9. sec. 3. n. 7 docet falsum esse illud quod assumitur: *non posse Deum expellere peccatum, nisi per formam naturæ suæ incompatibilem cum peccato*: nam si hoc verum esset, per nullum actum peccatoris posset Deus destruere peccatum, si habitum non infunderet: quia nullus actus peccatoris, quantumuis supernaturalis, & charitatis, se ipso, ac formaliter ex natura rei expellit peccatum. Vnde n. 8. infert, quod vt teneatur Deus posse remittere peccatum medio actu sine infusione habitus, necessario addendum esse, ordinationem aliquam diuinam adiungi posse actui, ratione cuius quasi eleuetur ad destruendum tale peccatum. Sicut gratia Baptismi, quæ ex ordinatione diuinâ expellit omnem culpam venialem, etiam si alias natura sua non sit impossibilis illi. Quod exemplum valde magnificant Lugo, & Ripalda: sed iã sibi opposuerat Zumel folio. 532. Et quæ sequenti respondebitur discrimen assignando. Secundo alia via respondet Montefinos disp. 33. q. 5. §. 6. ad 4. à n. 134. vlt. que 141. quod quantum contritione, & dilectione ad Deum conuertimur, expellatur que auersio peccatoris à Deo tanquam per formam impossibilem: tamen per istum actum non tollitur hoc quod est Deum non esse offensum, & (vt ita dicam) auersum à peccatore: sed hoc fit per gratiam habitualem. Quia in peccato est auersio, & est offensa, quæ habet quandam infinitatem, ex eo quod est contra Deum. Et quamvis nunc in eodem instanti quo homo conuertitur, Deus conuertatur ad eum, & reddatur pacatus: Non tamen fit per eandem formam: quia peccator conuertitur auxilio Dei, & proprio actu. Formam autem, qua Deus dicitur conuersus ad nos, pacatus, atque amicus, in Deo est dilectio, quia nos diligit: in nobis est gratia habitualis effectus talis dilectionis, qua nos diligit. Posset que Deus de potentia absoluta non remittere iniuriam, aut offensam homini quantumuis perfecte contrito. Quamuis eo ipso quod in fundaret gratiam, esset pacatus: quia reddiruf

pacatus per gratiam. Vnde implicat esse gratiam habitualem in nobis sine remissione peccatorum.

51 Contra vtranque solutionem replicat Araujo illo dub. 3. folio 552. Contra primam: quia tunc homo per illum actum dilectionis Dei super omnia diligeret Deum amore benevolentiae, & amicitiae: siquidem etiam redamaretur à Deo: iuxta illud Prou. 8. *Ego diligentes me diligo.* Et Ioa. 14. *Si quis diligit me, diligetur, à Patre meo.* Quamuis hæc amicitia non esset vndequaque perfecta, ob defectum tertie conditionis: quia non fundaretur in cõmunicatione bonorum supernaturalium, in absentia (vt supponimus) habitualium donorum gratiæ gratum facientis. Ergo per talem dilectionem, qua Deus diligeret hominem sic contritum, & conuersum in ipsum, fieret pacatus erga illum, & transfret de offenso, in non offensum: quia tunc eadem voluntas dandi peccatori contritionem, seu dilectionem per auxilium actuale, esset voluntas, saltem virtualis, remittendi illi offensam, mediante contritione, seu dilectione.

Tum etiam: quia ex pluribus per se cõnexis, forma expellens primum, ex cõsequenti expellit secundum, quod consequitur ad primum, & in illo fundatur. Sed deformitates peccati habitualis, nimirum de ordinatio à lege, & regula rationis; auersio à Deo; offensa Dei; & macula, ita sunt per se connexæ, vt secunda per se supponat primam, & tertia secundam, & quarta tertiam. Nam hæc causalis est vera: quia homo per peccatum deordinatur à lege, propterea auertitur à Deo; & quia auertitur à Deo, offendit illum; & quia offendit illum, maculae maculatur, & priuatur gratis; à qua Deus deicit hominẽ in penam offensæ. Ergo cum contritio, seu dilectio Dei sit forma opposita, & impossibilis cum prima deformitate peccati, nimirum cum deordinatione à lege, & regula rationis (etiam secundum prædictos Autores) necesse est quod ex consequenti sit opposita, & in cõpositibilis cõsecunda deformitate, & duabus sequentibus. Immo non posset destruere maculam, quin prius destrueret offensam: eo quod illa ad istam consequitur, & intrinsecam connotat, ac supponit.

52 Contra secundam solutionem est, quod infinitas offensæ tantum est in genere moris: virtus autem, & efficacia contritionis, ac dilectionis, licet sit fini-

ta; tamen est in genere physico: ac proinde potest destrui offensam per modum formæ incompossibilis. Quando autem contritio inuenitur associata gratiæ habituali, & informata per illam, ut contingit in adulto, qui de lege ordinaria iustificatur extra Sacramentum, tunc duplicem concursum exercet contritio in destructionem peccati, & offensam: alterum hucusque dictum, nimirum per modum formæ, siue dispositionis in composibilis: alterum vero per modum satisfactionis, & compensationis exhibitæ Deo pro offensa. Et quo ad istum concursum, quia etiam moralis est, fautor indigere acceptatione Dei volentis acceptare finitam satisfactionem, tanquam sufficientem pro offensa infinita. Sufficientem, inquam, non ex se; sed ex meritis Christi, & ut illis coniunctam. Hæc autem acceptatio non est beneficium extrinsecæ condonationis: quia non est voluntas distincta à voluntate mittendi Redemptorem, siue acceptandi eius infinitam satisfactionem; ex cuius associatione nostræ satisfactionis acceptantur à Deo tamquam sufficientes.

53 Contra utramque solutionem est secunda ratio, qua Araujo probat sententiam nostram in hac forma. Dispositio vltima ad aliquam formam, non solum est incompossibilis cum vltima dispositione alterius formæ oppositæ; sed etiam cum ipsa forma, ad cuius expulsionem disponit. Sed actus contritionis, siue dilectionis Dei, est vltima dispositio ad gratiam gratam facientem; disponens ad illius susceptionem, & expulsionem peccati. Ergo non solum est incompossibilis cum dispositione contraria, cui directè opponitur, nimirum cum peccato actuali; sed etiam cum forma illa, ad cuius expulsionem disponit ex natura sua, hoc est, cum peccato habituali, relicto ex actuali. Maior est nota lumine naturalium propterea calor, ut octo, qui est vltima dispositio ad formam ignis, non tantum est incompossibilis ex natura rei cum dispositione contraria; nimirum, quæ disponit ad formam ligni; sed etiam cum ipsa forma ligni, ad cuius expulsionem suapte natura disponit ex consequenti, dum primo, & per se disponit ad formam ignis. Minor autem admittitur à Montefinos in dicta q. 6. §. 2. licet non satis consequenter ad ea quæ dixerat, q. 5. præcedenti, §. 6. ad 4.

54 Notat etiam Medina 1. 2. q. 110. art. 3. ad 4. quod si auferrentur omnes alia qualitates, & etiam gratia, & remaneret sola charitas, in illo casu ille homo esset gratus Deo extrinsecæ acceptatione Dei: nunc vero est gratus Deo, & amabilis per qualitatem animis nostris inhærentem. Et Granada, controu. 3. de Gratia tract. 4. disp. 2. sec. 3. ad 2. num. 6. ait. Si vero supernaturaliter separaret Deus, sicut optime potest, charitatem à gratia, dicendum esse, hominem sola charitate insignitum, non fore gratum Deo, & hæredem gloriæ eo genere gratitudinis, & titulo hæreditatis, quem modo habet: quia eiusmodi effectus proueniunt formaliter à gratia habituali. Credibile tamen esse, tunc fore gratum, & hæredem alio modo, scilicet, quia consentaneum videtur, ut ille, qui accipit à Deo habitum charitatis, acceptetur ab ipso tamquam filius, & conferatur ius ad vitam æternam. Neque id mirum videri debet: nam ut, ut infra dicemus, potest Deus hominem euehere ad suam gloriam, & gratiam, sine habitu physico gratiæ, & charitatis, potiori iure poterit eum, quem habitu charitatis decorauit.

Addit Montefinos 1. 2. quæst. 113. disp. 33. q. 6. num. 158. & 159. quod sicut homo semel iustificatus per proprium actum contritionis perfectæ potest manere iustus extrinsecè ex vi actus præcedentis, ablata gratia habituali: ita etiam si fuit iustificatus per gratiam habitualem sine contritione perfecta, & sine omni actu, ablata eadem gratia, potest manere iustus, & acceptus ad vitam æternam extrinsecè, ratione mutationis factæ in anima per gratiam habitualem. Tum quia per habitum gratiæ est homo conuersus ad Deum ut vltimum finem habitualiter; sicut habitualiter manet conuersus ex amore præcedente.

Tum quia eminentius potuit præstare forma gratiæ, quod præstat dispositio ad illam in eius absentia. Ergo si dato casu, quod diligenter Deum super omnia, Deus non infunderet gratiam, ille maneret sanctus extrinsecè; pariter affirmandum, quod si sine culpa Deus auferret gratiam habitualem ab aliquo dormiente, posset iste manere iustus extrinsecè; siue per proprium actum, siue sine illo fuerit iustificatus.

Adiungit autem Lorca disp. 37. de gra-

gratiæ conc. 2. in fine, quod ille, qui sic iustificaretur, non maneret iustus, sicut est modo: quia deficiente forma non possunt non deficere effectus formalis eius; atque adeo deficiente habitu gratiæ, necesse est ut deficeret filiatio Dei, participatio diuinæ naturæ intrinsecæ; & alia similes prærogatiuæ. In eo ergo statu homo esset iustus denominatione quadam, & relatione extrinsecæ coniunctionis, & conuersionis ad Deum, simili oppositæ conuersioni, & auersioni, quam ex peccato contraxit. Et esset amicus Dei eo modo, quo duo homines sunt amici, denominatione à primo actu, quo amicitia contracta est, resultantem, absque dono intrinsecò. Hæc Lorca. Quæ est legitima explicatio huius vere sententiæ: & sic parum differt à secunda: nisi quod quidam eorum hæc non aduertunt: & alia adhuc hoc modo morali actus iustificare negant: sed male.

55 Sed adhuc restant nonnullæ difficultatis. Prima, an sicut dictum est actus contritionis, & charitatis sufficere de potentia absoluta ad remissionem peccati mortalis, idem debeat dici de actu attritionis, vel de alio actu minus perfecto, quod sufficiant sine gratia ut illis mediâribus remittatur mortale?

Affirmant Suarez hic disp. 9. sec. 3. num. 6. & lib. 7. de gratia, cap. 22. numer. 22. quia cum dilectio super omnia non expellat peccatum per se sola tanquam forma repugnans omnino cum peccati macula; sed necessaria semper sit remissio ex parte Dei, nulla esse potest ratio, cur non possit Deus suam remissionem concedere cum minore dispositione, quæ licet sit minus congrua in ordine ad satisfactionem Dei, vel conuersionem in ipsum: nihilominus quantum ad auertendum voluntatem hominis a peccato, sit sufficiens retractatio: tunc enim nulla ratio repugantiæ relinquatur, cum iam ex parte hominis facta sit aliqualis mutatio, ut adiuncta remissione ex parte Dei, possit intelligi aliter se habere voluntas peccatoris ad peccatum præteritum, quam antea se haberet.

Oppositam sententiam merito communiter tenent, qui nobiscum in principali asserto concordant: licet non vna via probent. Montefinos disp. 33. q. 6. §. 4. num. 222, sic ait. Supposito quod Deus non infunderet gratiam habitua-

lem, neque esset vnio hypostatica, vel visio beatifica, mutatio physica, quæ requiritur ad remissionem peccati, debet esse contritio perfecta, aut dilectio Dei super omnia. Probatur, non ex eo quod ista esset forma remissionis peccatorum absque noua gratia, liberalitate, & misericordia Dei. Sed ex eo quod mutatio physica requiritur in peccatore ad remissionem peccati, ut tollatur auersio ipsius peccatoris a Deo. Tolli autem debet per conuersionem ipsius in Deum. Sed sola attritio, adhuc loquendo de potentia Dei absoluta, non sufficit tollere auersionem peccati: quia non est mutatio per quam voluntas, aut anima maneat conuersa in Deum ut vltimum finem.

Rursus, auersio priuatiua (de qua loquimur) non potest tolli sine conuersione voluntatis, aut animæ in Deum. Mutatio ergo quæ non sufficit conuertere voluntatem, aut animam in Deum, non sufficit ad remissionem peccati. Itaque sine mutatione physica anima non potest fieri ex auersa conuersa. Attritio vero non facit ex auersa conuersam animam in Deum. Ergo non sufficit attritio.

56 Accedit Ioannes à Sancto Thoma disp. 27. art. 2. §. *Ceterum*, probans: quia attritio non tollit auersionem peccati, & conuersionem ad creaturam, neque formaliter habitualiter, ut gratia; neque formaliter operatiue, & dispositiue, sicut contritio; quia attritio non includit dilectionem Dei super omnia: ergo neque conuersionem efficacem ad Deum ut ad finem vltimum: ergo neque destruit auersionem a Deo in affectu voluntatis; ergo neque in effectu ex parte animæ: ergo non tollit intrinsecam indignitatem peccati: & sic impertinenter se habet ad destructionem peccati ex parte indignitatis intrinsecæ. Vnde remissio Dei, quæ cadit super attritionem sine infusione gratiæ, perinde se habet, ac si caderet super nullum actum: & sic non conducit ad perfectam ablationem peccati.

57 Facilius probatur consequenter ad dicta: quia potissima ratio ad exigendam mutationem intrinsecam peccatoris, ut ille remittatur peccatum, est quia auersus ab vno vltimo fine, & conuersus ad alium ut ad vltimum finem non potest ex auerso fieri euerfus sine motu contrario, vel alio æquivalenti, aut eminentiori. Attritio non est conuersio perfecta, nec esse

Etiam peccati omnino excludit, nec tollit finem antea prælectum, nec perfectè conuertit ex toto corde ad finem oppositum: alioquin diligeret Deum super omnia. Ergo non sufficit tollere auersionem, quæ est radix offensæ, & maculæ. Explicaturque à simili ex opposito: nam non quilibet affectus ad peccatum sufficit ad expellendam gratiam: unde peccata venialia eam non excludunt, quia non constituit finem in creatura: ergo nec quilibet affectus, etiam si supernaturalis, sufficit peccatorem conuertere: sicut neque sufficiunt actus fidei, & spei informes: neque alia bona opera moralia. Unde Apostolus 1. ad Cor. 13. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Quod expendens S. Augustinus lib. 15. de Trin. cap. 18. ait. *Nec Spiritus sanctus proprie dicitur donum, nisi propter dilectionem, quam qui non habuerit, & si habuerit omnem fidem, & distribuerit omnem substantiam suam, & tradiderit corpus suum ita ut ardeat, non ei prodest.* Quantum ergo bonum est, sine quo ad æternam vitam neminem tanta bona perditur? S. Prosper lib. 3. de vita contempl. cap. 1. ait. *Non ad hoc dicit Apostolus, quasi aliqua bona sine charitate habere aliqui non possint, sed quia nihil profint habentibus ea si à charitate defecerint.* Et quantum Apostolus, & Patres loquantur de facto. Tamen cum nos non agnoscamus possibilem remissionem peccati per condonationem extrinsecam; sed solum per introductionem formæ physicæ, vel moralis incompossibilis cum mortali; cum quo ad hoc attritio, & reliqua opera sine charitate nihil sint, & nihil possint ad iustitiam; nec sufficiunt ad remissionem mortalis peccati.

Urget etiam illa ratio: quia attritio non est vltima dispositio proxima ad gratiam: sed solum non vltima, & remota, quæ dispositiones sunt simul tempore cū forma expellenda.

58. Confurgit deinde maior difficultas, an hoc quod diximus esse necessariū ad remissionem peccati in natura eleuata ad finem supernaturalem; procedat etiam si Deus naturam rationalem, vel angelicam crearet in pura natura, nullo modo eleuando ad finem supernaturalem? Medina 1.2. q. 113. art. 2. §. *Sed proximum est.* folio. 1084. ait. Videtur dicendum nullum peccatum mortale posse remitti sine rectitudine supernaturali. Nam ille cui remittitur peccatum sine rectitudine

supernaturali, adhuc manet auersus a fine supernaturali. Ergo ad hoc peccatum remissum non est. Deinde, ille qui peccat mortaliter est subiectus priuationi gratiæ, & rectitudinis supernaturalis: Ergo donec ei restituatur rectitudo supernaturalis, remissionem sui peccati non habet. Vltimo, qui peccat mortaliter, etiam in puris naturalibus existens, ponit obicem amicitiae diuinæ, & efficitur indignus ad amicitiam diuinam: Ergo non potest hoc peccatum deleri, nisi tollatur hæc indignitas. Sed hæc indignitas tolli non potest, nisi per dignitatem supernaturalem.

59. Affert ad idem intentum Greg. Martinez 1.2. q. 113. art. 2. dub. 3. in 1. fol. lut. ad 5. auctoritatem S. Thomæ q. 28 de Verit. art. 2. ad 5. dicentis, *quod si Adam a solo statu nature decidisset, nihilominus tamen ad expiationem infinitæ offensæ donum diuinæ gratiæ requireretur.* Posset que adduci D. Thomas 1.2. q. 109. art. 7. dicens in corpore. Similiter ordo nature reparari non potest, ut scilicet voluntas hominis Deo subiiciatur, nisi Deo voluntatem hominis ad se trahente. Et ad 3. docet quod humana natura defluens per actum peccati, non potest per se ipsam reparari. *Neque etiam ad bonum sibi conaturale.*

Eandem sententiam tenet Vazquez 1.2. disputat. 207. cap. 1. dicens non posse per potentiam absolutam Dei deleri peccatum in quocumque statu commissum, sola mutatione peccatoris secundum rectitudinem naturalem: sed necessario requiri mutationem secundum rectitudinem, & iustitiam supernaturalem. Probat: quia in quouis statu homo peccando, dignum se redderet, qui non haberet gloriam, & indignum, qui eam haberet. Et peccatum mortale auerteret a Deo sine supernaturali: & esset offensæ contra Deum quatenus est finis dilectus charitate: hæc enim postulat etiam obseruantiam præceptorum naturalium, & moralium. Et ex natura rei, & non ex libero statuto Dei est differentia inter mortale, & veniale. Item, quia quod in vno statu suapte natura sufficit ad tollendam maculam, idem in alio statu sufficeret ad tollendam eandem. Neque virtus aliqua adquisita sufficit ad purgandam maculam animæ, & offensam Dei. Nec ut repararet totum dampnum illatum per peccatum in statu puræ nature. Ergo ad

remittendum peccatum in pura natura requiritur forma supernaturalis, & inhærens, constituens hominem sanctum. Sequuntur Meratius de gratia disp. 10. sec. 5. ad 2.

60. Diuerso modo eidem fuit sententia Ioann. a S. Thoma tom. 2. in 1.2. disp. 20. art. 2. conc. 2. & 3. docens, quod in statu puræ nature, reparatio quoad effectus physicos, quos facit peccatum, non indigeret forma supernaturali: quia sola repararetur priuatio formæ naturalis. Indigeret tamen actione supernaturali quantum ad modum: sicut est supernaturalis resuscitatio mortui, & illuminatio cæci. Refert Caietanum, & alios, in quibus non inuenio. Probat, quia D. Thomas 1.2. q. 38. art. 1. docet peccatum mortale esse quod tollit principium vitæ moralis, nempe finem. Ergo sicut dare vitam mortuo animali est opus Dei supernaturaliter operantis: ita mouere, & conuertere voluntatem ad illum finem vltimum, quem reliquit, est actio solius Dei, & excedit facultatem naturæ, quia non potest voluntas per facultatem propriam se mouere, nisi supposito fine.

Conc. autem tertia dicit, quod effectus moralis in reparatione a peccato quantum ad remissionem culpæ, & reatus poenæ æternæ, etiam si fiant in statu puræ nature, requirunt gratiã supernaturalem, saltem extrinsecam ipsius voluntatis Dei, ut auctoris supernaturalis: licet de potentia absoluta nõ requiratur infusio formæ supernaturalis. Probat ex D. Th. 1.2. q. 109. a. 7. qui exigit ad remissionem reatus poenæ æternæ, gratiam Dei. Et quia licet peccatum factum in pura natura non sit contra Deum finem supernaturalem priuatiuè, seu positiuè; sed solum negatiuè. Tamen si Deus vellit gratis remittere illud, talis condonatio non mensuratur penes id quod est peccatum in se; sed penes id quod posset Deus iuste exigere in recompensationem illius. Sed pro peccato facto in pura natura posset Deus iuste exigere satisfactionem supernaturalem: sicut est satisfactio de rigore iustitiæ, quæ solum à persona diuina exhiberi potest. Posset etiam inferre tormẽta æterna, qualia modo exequitur in spiritibus damnatis, quos supernaturali modo torquet, & cruciat, scilicet per actionem ignis corporei in ipsum spiritum: quod superat omnem facultatem naturæ. Ergo si totum hoc gratis remittit, tãquam auctor supernaturalis remittit: quia su-

pernaturalia sunt, quæ remittit, & posset iuste exigere. Et cum velle quod peccator non sit obligatus ad poenam, & quod sine satisfactione transeat, sit solum effectus moralis, & negatiuus; ideo potest fieri voluntate extrinsecâ Dei, sine mutatione intrinsecâ peccatoris.

61. Opposita tamen sententia est communis, & vera. Defenditur tamen duplici via. Cuius enim 1.2. quæst. 113. art. 2. dub. 2. §. 5. conc. 1. ait, quod homini condito in puris naturalibus posset Deus remittere peccatum, sine vlla gratia, tam intrinsecâ, quàm extrinsecâ. Idem docet Suarez hic disp. 9. sec. 3. nu. 9. & sec. 4. à n. 3. lib. 7. de gratia cap. 2. à n. 8. Ripalda lib. 6. de Ente Inpernat. disput. vlt. sec. 27. Alia via id tenetur alijs docentes, tunc offensam à Deo remitti gratis: sed mala peccati, quæ consistunt in inordinata auersione à Deo, & conuersione ad creaturam, remitti sola mutatione naturali. Sumitur ex Caietano 1.2. q. 109. art. 7. §. *Et scito:* & docuit Victoria, & sequuntur Zunel 1.2. q. 113. art. 2. disp. 2. Lorca disp. 3. q. 6. §. 1. num. 167. Gregor. Martinez vbi supra in 2. fol. ad 5. Serra 1.2. q. 113. art. 2. dub. 3. ad 5. dicens. *Opposita sententia communior est, ac probabilior.* Tum quia si Deus vellent remittere peccatum hominis conditi in puris naturalibus, non necessitaretur ordinare hominem ad finem supernaturalem, qui prius non erat in talem finem ordinatus. Tum etiam, quia illum peccatum non esset priuatio gratiæ, aut rectitudinis supernaturalis: sed tantum conuersionis in Deum finem naturalem. Ergo per huiusmodi conuersionem posset tolli sine gratia. Tum denique, quia ille status haberet propria remedia ad sui reparationem. Ergo peccatum, quod homo conditus in illo statu committeret, auferri posset dono aliquo ordinis nature, & dilectione Dei auctoris naturalis.

Hoc supposito, ad argumentum dico, non conuincere peccatum remitti posse per solam Dei extrinsecam condonationem sine aliquo intrinsecâ inhærente: nõ licet peccatum hominis conditi in puris naturalibus, remitteretur sine gratia: nõ tamen sine dono inhærente, ordinis nature, gratis dato. Deinde assero, moralitatem actus esse in duplici differentia: aliam, quæ sumitur per ordinem ad legem naturalem præcisè: alteram, quæ sumitur in ordine ad legem supernaturalem.

lem, vel ad legem naturalem vt subornatam sudernaturali. Et sic confidemus malitiam mortalem furti primo modo, esse eiusdem rationis in vtroque statu. Non tamen si consideretur secundo modo. Nam in hoc statu includit auersionem a Deo auctore gratiæ, quam non haberet in homine condito in puris naturalibus. Propter quod modo nequit remitti peccatum forti sine gratia, aut dono supernaturali, quo auerteretur a Deo sine supernaturali. Hæc Serra.

62 Rationem horum tradiderat Caietanus vbi supra: nam si fingamus homini non fuisse reuelatum aliquid expectans ad ordinem gratiæ, tunc esse subiectum Deo vt principium naturæ, & esse subiectum Deo simpliciter, coincideret (quia illa esset vltima ratio finis vltimi ab homine cognoscibilis) Modo autem, vbi conitat esse ordinem gratiæ reuelatum, hæc duo non coincidunt. Sed esse subiectum Deo vt principium naturæ, est esse subiectum Deo secundum quid. Esse autem subiectum Deo simpliciter, est subijci ipsi, vt principio, & fini naturæ gratiæ, & omnia quomodolibet. Vnde dicitur, quod licet voluntas humana, sicut potest sine gratia mutari de intemperantia in esse temperatum: ita potest mutari de inobedientia Dei vt principium est naturæ, ad subiectionem illius etiam vt principium est, & finis naturæ. Hoc tamen, quod sufficeret in illo statu, quia altior finis non cognosceretur, & esset voluntatem esse subiectam Deo simpliciter: Non sufficit in statu naturæ eleuata ad finem supernaturalem, quia nunc subijci solum auctori naturæ, non est subijci Deo simpliciter omnibus modis, quibus tenetur subijci. Et ideo ad hoc indiget motione supernaturali. Quod totum docuit S. Thomas in 2. sententiarum dist. 28. in expositione textus in fine dicens: *Sciendum quod immutatio voluntatis in melius, dupliciter potest intelligi: vel secundum bonitatem ciuilem: Et sic homo per potestatem naturalem, quam a Deo accepit, potest voluntatem mutare in melius. Sicut in Prædicamento qualitatis dicitur: prout ad meliores exercitationes deductus, & doctrinam perficitur ut melior sit. Vel secundum bonitatem gratiam, ut scilicet, acquirit gratiam, quam prius non habuit. Et hoc non potest potestate naturali: sed ex potestate gratiæ, per quam meretur gratia augmentum, & consummationem.*

63 Præterea ipse D. Thomas q. 28. de Verit. art. 2. in corpore ait: *Auersio nãque intelligitur a bono incommutabili, quod quis poterat habere, respectu cuius se impotentem fecit, alias auersio non esset culpabilis.* Ex qua ratione bene probat Suarez illo cap. 22. num. 8. Auctores sententiæ contrariæ falso niti fundamento: quia potius in eo statu peccatum non auerteret hominem a Deo vt sine supernaturali: quia in illo statu non poterat Deus vt obiectum beatitudinis supernaturalis consequi ab homine: quia nec esset tunc ordinatus ad talem finem; nec habuisset facultatem conuertendi se ad illum, nedum consequendi illum. Ergo peccando non auerteretur a Deo vt sine supernaturali.

Probatur consequentia: Tum, quia auersio solum esse potest, vbi potest esse conuersio: Tum, quia tunc non poterat esse voluntaria: & consequenter nec culpabilis auersio, vt recte dixit D. Thomas: repugnat enim esse inculpabilem, & esse auersionem peccati: quia auersio in genere mali moralis constituitur: estque præcipua malitia mortalis peccati. Vnde sicut repugnat esse peccatum, & non esse voluntarium: ita etiam repugnat esse auersionem, & esse involuntariam, & inculpabilem. Vnde formaliter peccatum tunc non esset offensa auctoris supernaturalis, nec Deus tunc præciperet homini vt auctor supernaturalis; sed solum vt auctor naturæ. Nec de facto priuaret gratia. Nec punitio illius esset nisi ab auctore naturæ: & poena damni tunc esset carentia beatitudinis naturalis, & poena sensus, quam Deus statuisset. Deberetur quidem poena æterna: quia hæc æternitas respondet auersioni a Deo, & offensionem eius, ac iniuriæ, quæ tunc etiam committeretur, & infinitatem haberet ex infinitate personæ offensæ. Auctor autem naturæ debet cogitari cum perfecta prouidentia præmians bona, & puniens mala: & multa liberaliter donans: & auferens mala, & impedimenta beatitudinis naturalis consequendæ, per mediâ illa statui proportionata.

64 Fatemur autem, quod si peccatum esset perfecte auferendum quoad omnia mala, quæ ad huc in illo statu fecit; non posset perfecte auferri absque gratia: quia offensa infinitas se per exigit gratiâ Dei: & ad huc rebus vt nunc, gratis Deus

Deus contentus est satisfactione finita, cum infinitam posset exigere. Vnde D. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. ad 1. ait: *Quod sicut offensa habuit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis; ita, & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordie, prout est gratia informata, per quam acceptum redditur, quo homo reddere potest.* Quamuis autem ex vi præsentis prouidentie peccata non dimittantur nisi in virtute infinitæ satisfactionis Christi: quia per fidem Mediatoris gratia data est credentibus. Tamen aduertit D. Thomas ibi, quod *si alio modo Deus gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum.* Et hæc etiam iustitia (satisfactio nis Christi, vt notat D. Thom. 3. p. q. 46. art. 2. ad 3.) dependet ex voluntate diuina, ab humano genere satisfactionem exigente pro peccato: nam si voluisset absque omni satisfactione hominem a peccato liberare, contra iustitiâ non fecisset: quia non habet aliquem superiorem, sed ipse est supremum, & commune bonum totius vniuersi.

65 Ex dictis adhuc pullulat difficultas proposita a Scoto. Qualemcumque Deus potuit facere voluntatem, talem potest reparare post quam peccauit. Sed Deus potuit facere voluntatem in puris naturalibus, hoc est sine peccato, & gratia: ergo potest talem reparare.

Iam respondimas ex D. Thoma ad 1. & in q. 28. de Verit. art. 2. ad 4. negandâ esse maiorem: quia post peccatum non potest esse homo sine culpa nisi gratiam habeat: quia post lapsum, gratia, & peccatum sunt opposita immediata.

Sed instabis. Peccator potest annihilari, & iterum reproduci. Sed tunc esset sine peccato: alioquin Deus esset auctor, & causa peccati. Ergo a principio sine annihilatione potuit transire de peccatore in non peccatorem sine eo quod iustificaretur per gratiam.

Facile respondet Medina in secunda solutione ad 3. quod quando dicimus gratiam, & post lapsum esse opposita immediata: intelligimus subiecto permanente: sicuti tenebræ, & lumen sunt opposita in aere: at si aer non est, nec est lucidus, nec caliginosus.

Aliam adhibuerat solutionem dicens, quod ille homo reproductus, reproducetur auersus a Deo, & Dei inimicus: nam commisit peccatum semel, & ei non adhibuit remediū. Quod si quis interroget,

à quo reproducitur macula illius peccati, quæ manet in anima? Respondet quidam, reproducitur a Deo in esse cuiusdâ accidentis illius suppositi: rationem vero peccati habere ab interiori voluntate hominis, quæ commisit peccatum.

Sed absolum videtur mihi (inquit Medina) vt concedatur maculam a Deo produci. Et ideo dicendum existimo, quod comproducit ex consequente ex eo, in quam, quod producat homo, qui fuerat peccator, & nunquam remedium sui peccati fuerat consequutus. Veluti cum Deus producit paruulum in originali originale peccatum non producit a Deo, nec sequitur ex productione naturæ humanæ, quæ Deus efficit: sed ex eo, quia natura humana vitio Adami primæ parentis est commaculata. Sic Deus cum reprodicit hominem istum, qui peccauerat; non producit peccati maculam, sed consequitur ex hominis anteriori voluntate. Hanc solutionem sustinent etiam Patres Carmelitani Salmanticenses 1. 2. trac. 13. disp. 14. dub. 3. §. 7. num. 91. Et vtramque Serra 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 3. ad 2.

66 Cæterum Montefinos 1. 2. q. 113. art. 2. disp. 3. q. 6. §. 1. n. 154. contendit, quod nullo modo posset reproduci iste homo in peccato. Quia communis sententia Theologorum est, quod Angelus non potuit peccare in primo instanti: quia peccatum illud tribueretur Deo. Sic ergo reprodiceretur homo iste cum macula peccati, talis macula esset a Deo reproducente: quia non posset esse a voluntate hominis; quia hæc iam præcessit prius quam annihilaretur. Neque quantum ad hoc est ea dem ratio de peccato originali, quod est macula peccati primæ parentis: quia peccatum originale non inducitur in animam per creationem ipsius, quæ est ex solo Deo; sed per generationem, & vnionem animæ ad corpus; quatenus est actio hominis per seminalem propagationem ab Adam. Potestque totum hoc illustrari ex D. Thoma in 2. dist. 32. q. 2. art. 1. ad 2. dicente: *Quod non est simile de anima, & de Angelo. Angelus enim creatus est non vt forma alterius corporis: vnde non poterat ex parte materie defectus incidere; sed oportebat quod si in principio creationis peccati maculam habuisset, quod ex parte creantis esset anima: Anima vero creatur vt actus eiusdâ corporis, ex cuius contributione potest aliqua macula contrahere.*

Nescitur quod macula illius Deus priuatiu sit. Similia docet S. Thomas q. 16. de Malo art. 4. ad 2. Dicendum aut, quod anima in primo instanti sua creationis efficiatur mala, non per actionem propriam: sed per actionem ad corpus infectum. Unde non est similitudo de Angelo, qui non potuit fieri malus, nisi per actum proprium.

67 Hæc doctrina D. Thomæ verissima est: illa tamen non obstante potest sustineri, quod ille, qui est in peccato habituali mortali, vel qui est in peccato originali, si annihilarentur, & reproducerentur in peccato, peccati Deus non esset auctor: sed consequeretur ex hominis, & Adami anteriori voluntate, in qua præterita voluntate moraliter perseverante dicitur peccasse, & peccare: si vero homo miraculose crearetur, qui nunquam antea fuerat in peccato, & haberet peccatum in instanti creationis, vel Angelus crearetur in peccato, vel in primo iustitiam peccaret, peccatum tribueretur Deo: quia operatio incipiens simul cum esse rei, est ei ab agente, a quo habet esse, quæ est ratio D. Thomæ. 1. p. q. 63. art. 3. Deus autem, qui Angelos in esse produxit, non potest esse causa peccati.

68 Tandem restat videndum, utrum peccatum originale possit tolli extrinseca condonatione? Assirant Vazquez disp. 206. n. 10. & Lorca disp. 37. de gratia. §. Infero tamen: quoniam cum in peccato originali, iuxta cõmuniorem, & veriorem sententiam, quam defenderat disp. 43. de Peccatis, non interveniat habitualis auersio, sed sola priuatio gratiæ, & iustitiæ: & hæc possit auferri ut explicat Scorus in 4. dist. 1. §. Contra istam. Et explicuerat Lorca §. Vt ergo: quia priuatio gratiæ, & iustitiæ originalis ut est peccatum, est potius priuatio moralis, quàm physica: nam gratia non est debita homini ex natura rei, sed ex diuina ordinatione. Et ideo absenti a gratiâ solum est priuatio, quando perstat ordinatione diuina, & homo obstitit infusioni gratiæ. Si autem Deus mutaret ordinationem, & decerneret nunquam dare homini gratiam, defectus eius non esset priuatio, sed mera negatio. Hoc modo dixerat sec. 4. disp. 43. quod absentia originalis iustitiæ, quæ ante Baptismum vere priuatio erat, in renatis non est priuatio, nec macula: quia Deus decreuit homini in hac vita non amplius eam restituere. Si ergo decerneret non dare loco eius gratiam iustificantem, facile intelligitur quod esset

sine originali, & sine gratiâ: & sic facile est intelligere fieri posse iustificationem a peccato originali, absq; aliqua intrinseca subiecti mutatione. Sicut posset Deus de potentia absoluta, postquam quis peccauit, decernere, ut quauis remitteretur iniuria, non amplius conferretur gratia habitualis. Et hæc ratione, quæ prius erat macula, iam non esset, quia non esset priuatio, sed negatio.

69 Oppositam sententiam dicit verissimam Montelinus disp. 33. q. 6. n. 162. & consequentem ad doctrinam traditam de remissione actualium. Quia priuatio non potest tolli nisi per formam oppositam. Mutatio decreti, vel est quod non omnes contrahant peccatum originale: & sic non est ad intentum: decernere quod qui semel contraxerunt, carant peccato, non infundendo formam tollentem priuationem, & impossibilem cum peccato, implicat contradictionem: decernere quod originale contrahatur solum certo tempore, & non ultra, ex suppositione quod contractum est, non sufficit illud delere: quia aliud est non contrahere peccatum originale: aliud vero delere id quod iam fuit contractum. Qui ergo nascerentur post lapsum illius temporis, non contraherent, dato quod pactum non duraret, sed qui prius contraxissent, non mansissent liberi ab illo per solum elepsum temporis, vel decreti mutatione.

70 Hanc cõmunem sententiam sequitur Araujo. 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 3. conc. 3. in prima tamen probatione se remittit ad ea, quæ dixerat ibi to. 1. q. 82. ubi, inquit, ostendimus iuxta probabiliorum sententiam Theologorum, formale constitutum originale peccati non consistere in ipsa macula, seu priuatione gratiæ, quæ potius habet rationem pœnæ, quam culpæ: sed in de ordinatione a lege, & carentia rectitudinis debite in esse actui Adami, ex quo originale peccatum fuit causatum in posteris. Verum tamen illo tomo. 1. q. 82. art. 4. dubio vni co potius video ipsum illam sententiam impugnasse his verbis. Dico secundo. Neque formalis ratio originalis peccati consistit in carentia rectitudinis debite in esse nature, aut subiecto operanti: sed in carentia iustitiæ originalis quatenus præstabat subiectionem voluntatis erga Deum. Quæ probat tribus rationibus: & quia alias esset vera hæc propositio. Peccatum originis est habitualiter dominatur paruulo. Quæ iam est

est 48. inter damnatas à Pio Quinto, & Gregorio Tertio de iure contra Michaelen Bauium. Hæc Araujo. Cuius hanc indico genuinam mentem: Nec retractantur tomo 2. quia in illo inserti sunt nonnulli tractatus alterius auctoris, quos nec Illustrissimus Araujo legit, sed cui edendi tomus cura commissa est, ibi inseruit. Quod demonstrauit p. Metaph. Controu. 12. art. 3. §. 2. n. 42. & cum ille tomo sit editus ann. 1649. & cum ipse Illustrissimus superuixerit multis annis: siquidem, superuixit ipso, editus est uterque tomo variarum eius decisionum Lugduni 1664. (quo anno in Domino oddormiuit) & tamen nostris obiectionibus nil respondit: cum tamen notum sit hoc fuisse in ipso notatum, audisse, & legisse. Quod ulterius constat: nam in disp. 1. præambula de existentia gratiæ sec. 4. conc. 2. n. 40. folio 176. ita dicitur. Consulto dixi essentiali specie, & in ratione physica quoniam ut tractatu 3. infra videbitur, in genere moralis Christi gratia specie forsam differt. & ea quidem essentiali, a gratia, quæ nobis inest: & tractatu 4. explicabitur gratias diuersis Sacramentis ex opere operato collatas, specie quadam accidentaria inter se distingui. Hæc ibi. Et tamen infra nec est tractatus tertius, aut quartus: nec ibi, nec alibi Araujo scribit per tractus: nec toto illo tomo reperitur asserta, quæ asserere ibi refert. Sed de his hæc satis nunc, pro confirmandis alibi asseritis.

71 Argumento Lorcæ respondet Serra 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 3. ratione secunda arguens contra: Tum quia licet Deus decreuerit nunquam dare gratiam damnatis, manet in illis priuatio moralis gratiæ, quæ est macula, & peccatum habituale. Ergo licet decerneret peccatori nunquam deinceps dare gratiam, adhuc maneret in illo priuatio moralis gratiæ, quæ est macula, & peccatum habituale. Tum etiam: nam Deus non potest ita mutare ordinationem, ut faciat eum, qui ordinatus in finem supernaturalem peccauit, nunquam fuisse in talem finem ordinatum: nam ad præteritum non est potentia, Sed ut maneat priuatio moralis sufficit ut quando homo peccauit, talem ordinationem habuerit. Sicut ut maneat priuatio conformitatis ad legem positiuam, quam quis transgressus est, sufficit ut tempore transgressionis teneretur se tali legi conformare, etiam si postea, aut quia lex cessauit, aut quia ab ea exemptus est, non teneatur ei se conformare.

Ergo si homo, quando peccauit, ordinatus erat in finem supernaturalem, etiam si postea decernat Deus nunquam deinceps dare illi gratiâ, defectus eius non erit mera negatio, sed priuatio moralis proprie, & stricte sumpta. Denique dum carentia gratiæ manet voluntaria, vel ab auersione præterita peccatoris, vel à voluntate Adami non retractata ut a capite naturæ, non potest non esse priuatio moralis, & peccatum habituale, vel originale. Sed hæc non auferuntur: quia Deus mutat ordinationem, & decernat nunquam dare homini gratiam: sed per solam gratiâ habituale, aut actualem, per quam homo conuertitur in Deum, & aueritur a creatura: sicq; voluntas præcedens retractatur (vel formaliter, vel æquiualeter) & offensa Dei tollitur. Ergo sine gratia habituali, aut actuali non potest auferri, aut remitti peccatum, etiam de potentia Dei absoluta.

DUBIUM SEXTUM.

Vtrum possit per pœnitentiã unum peccatum sine alio remitti?

§. I. Sententia D. Thomæ statuitur pro conclusione.

Refert Gratianus cap. Sceleratior 39. de Penitentia dist. 3. quod fuit sententia quorundam auerentium eum, qui pluribus irretitus fuerit peccatis, unius delicti pœnitentiã, eiusdem veniam consequi a Domino sine alterius criminis pœnitentiã. Quod etiam multis auctoritatibus probare conantur. Nahum 1. iuxta Septuaginta: Non indicabit (alias, vindicabit) Deus tibi in id ipsum. Item ex S. Gregorio hom. 10. super Ezequielem, & S. Ambros. ser. 18. super Psalm. 118. & S. Hieron. super Nahum. Referuntur etiam istæ auctoritates à Magistro in 4. dist. 15. Vbi S. Thomas q. 1. artic. 3. quæst. 1. ait, quod quidam dixerunt, quod potest de vno peccato satisfieri sine alio, ut Magister in littera dicit.

Nihilominus S. Thomas hæc q. 86

art. 2. respondet: *Quod impossibile est per pœnitentiam unum peccatum sine alio remitti.* Primo quidem, quia peccatum remittitur in quantum tollitur Dei offensam per gratiam. Vnde in secunda parte 1. 2. quest. 109. articulo. 7. & quest. 113. art. 2. habitum est, quod nullum peccatum potest remitti sine gratia. Omne autem peccatum mortale contrariatur gratia, & excludit eam. Vnde impossibile est, quod unum peccatum sine alio remittatur. Secundo, quia (sicut ostensum est art. 2.) peccatum mortale, non potest sine vera pœnitentiâ remitti: ad quam pertinet deserere peccatum, in quantum est contra Deum. Quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus. Vbi autem est eadem ratio, & idem effectus. Vnde non potest esse vere pœnitens, qui de vno peccato pœnitet, & non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem vere pœnitentiæ) sequeretur quod de omnibus peccatis pœniteret. Vnde sequitur quod impossibile sit vnum peccatum per pœnitentiâ remitti sine alio. Tertio, quia hoc esset contra perfectionem misericordiæ Dei, cuius perfecta sunt opera, ut dicitur Deut. 32. Vnde, cuius miseretur, totaliter miseretur. Et hoc est quod S. Aug. dicit in lib. de vera, & falsa pœnit. cap. 6. quædam impietas in fidelitatis est, ab illo, qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Hæc S. Thomas hic.

2 Qui priorem rationem solam proponit in 4. illa dist. 15. & alio modo explicatam dicens. Offensam autem ablatio est amicitia restitutio. Et ideo si aliquid sit quod amicitia restitutum in pediat, etiam apud homines satisfactio esse non potest. Ergo cum quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediatur, quæ est hominis ad Deum, impossibile est ut homo de vno peccato satisfaciatur, alio retento. Sicut nec homo satisfaceret, qui pro alapa sibi data, se ei prosterneret, & aliam sibi daret. Quod explicat ibi ad 2. & hic art. 3. ad 4. dicens, quod debitum exterioris rei (puta pecuniæ) non contrariatur amicitia, ex qua debitum remittitur. Et ideo potest vnum dimitti sine alio. Sed debitum culpæ contrariatur amicitia: & ideo vna culpa, vel offensam, non remittitur sine altera. *Ridiculum enim videntur, quod etiam ab homine aliquis venturam peteret de vna offensam, & non de alia,*

3 Ad idem affert Gratianus illa dist. 3. de Pœnit. multas Patrum auctoritates. Et in cap. *Fratres nostros*, 8. de Pœnit. dist. 5. (ex Innocentio secundo in Concilio Romano cap. 22. in Conc. Urbani secundi apud Melphiam cap. 15. & in Concilio Gregorij septimi anno 1080) dicitur: *Fratres nostros Episcopos, & Presbyteros amonemus, ne falsis pœnitentijs laicorum animas decipi, & in Infernum pertrahi permittant. Falsam autem pœnitentiâ esse constat, cum spretis pluribus, de vno solo pœnitentiâ agitur, aut cum sic agitur de vno, ut non discedatur ab alio. Vnde scriptum est Iacobi 2. Qui totam legem obseruauerit, offendas autem in vno, factus est omnium reus: scilicet quantum ad vitam æternam: sicut enim si peccatis esset inuolutus, ita si in vno tantum maneat, æterna vna ianuam non intrabit.* Hæc Innocentius. Constat idem ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 15. docente esse diuinæ legis doctrinam, quocumque mortali peccato, quamvis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti: quia quodlibet excludit à regno Dei, ut docet Apost. 1. ad Cor. 6. Quod & definit canone 27. sess. 14. cap. 4. docens contritionem veteris vitæ odium continere: iuxta illud Ezeq. 18. *Proiecite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prauaricati estis, & facile vobis cornu nouum, & spiritum nouum.* Et cap. 5. dum docet institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem. Et quod *qui secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt.* Quod & definit can. 7. & 8.

Qua propter, cum communi Theologorum, notant Suarez d. p. 10. sec. 1. n. 2. & in Commentario art. 3. Nuño, & Vazquez, & Auerla q. 3. sec. 9. conc. 1. quod loquendo de facto, & de lege ordinaria, conclusio D. Thomæ est de fide: nec de ealicer Catholico dubitare: vnde Ezequielis 18. petit Dominus à peccatore, ut conuertatur ab omnibus vijs suis.

4 Rationem illam Innocentij proponit D. Thomas art. 3. ad 3. docens quod peccata, quamvis non sint connexa quantum ad conuersionem ad bonum commutabile: sunt tamen connexa quantum ad auersionem à bono in commutabili: in qua conueniunt omnia peccata mortalia. Et ex hac parte habent rationem offensam, quam oportet per pœnitentiâ tolli. Et 1. 2. quest. 73. articulo. 1. ad 1. sic exponit auctoritatem à Pontifice adductam,

nam, docens, quod S. Iacobus loquitur de peccato non ex parte conuersionis, secundum quod peccata distinguuntur specie, sicut dixerat in corpore articuli, & q. 72. art. 1. Sed loquitur de eis ex parte auersionis, in quantum scilicet, homo peccando recedit à legis mandato. Omnia autem legis mandata sunt ab vno, & eodem, ut ipse ibidem dicit: & ideo idem Deus contemnitur in omni peccato. Et ex hac parte dicit, quod qui offendit in vno factus est omnium reus: quia scilicet vno peccato peccando incurrit pœnæ reatum, ex hoc quod contemnit Deum, ex cuius contemptu prouenit omnium peccatorum reatus. De quo videatur D. Thomas 2. 2. q. 5. art. 3. ad 3. & hac 3. p. q. 88. art. 1. & in 3. Sent. dist. 36. art. 5. & q. 2. de Malo art. 9. ad 1.

5 Ad auctoritatem S. Gregorij respondet S. Thomas hic art. 3. ad 1. quod illud verbum S. Gregorij non est intelligendum quantum ad remissionem culpæ; sed quantum ad cessationem ab actu: quia interdum ille, qui plura peccata consuevit committere, deserit vnum; non tamen aliud. Quod quidem fit auxilio diuino: quod tamen non pertingit vsque ad remissionem culpæ. Eandem remissionem adhibent Magister in 4. dist. 15. & Gratianus in cap. *Phait.* dist. 3. §. *Illud autem.* Et relatis verbis S. Gregorij comprobatur Suarez in commentario art. 3. n. 3.

Ad secundum respondet D. Thomas ad 2. quod in verbo illo S. Ambrosij, Fides non potest accipi, quia creditur in Christum: quia S. August. trac. 89. in Ioann. 15. super illud: si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, scilicet infidelitatis: hoc enim est peccatum, quo tenentur cuncta peccata. Sed accipitur fides pro conscientia: quia interdum per pœnæ, quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet. Hæc interpretatio D. Thomæ habetur in glossa Ordinaria Psal. 118. Octonario 18. lit. Z. adi K. & in Gloss. Decreti 2. p. causa 33 q. 3. de Pœnit. dist. 3. §. *olud. d. Fides, id est, conscientia peccati aliquis: desit, id est, non occurrat.* Quæ est expositio Gratiani, & Magistri, & D. Thomæ, Soto, & aliorum. Et videntur indicare illa verba S. Ambrosij illo octonario 18. initio inter alia dicentis. *Etiam si fides deerat, pœnæ satisfecerat, releuantur solutione pœnarum, quia oluantur commendatione meritorum.*

6 Sed contra arguit Suarez n. 4. dicens,

Quæ doctrina est: tamen Ambrosius non videtur de illa re loqui: nam populo Iudæorum, quem Deus per Isaiam consolabatur, cuique reddiderat duplicia pro omnibus peccatis suis, non deerat conscientia peccati, ut per se notum videtur: non ergo in hoc sensu potuit dicere Ambrosius de illo populo: *Et si fides deerat.* Existimo ergo Ambrosium locutum fuisse de fide, id est, de fiducia, seu confidentia magna in misericordia Dei: consonat enim hoc cum illis prioribus verbis: *Credientibus in Dominum, est in Domini misericordia consolatio.* Et cum distinctione illarum consolationum, quas ibi distinguit: ac si diceret: *Quidam consequuntur remissionem peccatorum, quasi omnino gratuita per feruentem accessum ad misericordiam Dei. Alij, qui minorem habent fidem, saltem luendo pœnæ, veniam consequuntur: loquitur enim de remissione peccati quoad integram satisfactionem.* Et ita est sensus manifestus.

7 Veram quidem hæc solutio continet doctrinam: sed in contextu S. Ambrosij nec minima insinuatio est, quod accipitur fides per fiduciam: & attento litteræ cortice, potius verba sonabant infidelitatem: ut non sumatur fides æquiuocè in illis verbis: *Credientibus igitur in Dominum: & in illis: Et si fides deerat.* Et cum in hoc sensu auctoritas absurdam contineret doctrinam, quod existens in peccato mortali infidelitatis, satisfaciatur per pœnæ temporales: Et ut ex S. Hieronymo in cap. 1. Naum, arguit Gratianus ibi cap. 44. *Querat hic aliquis, optandum esset adulteris, ut in presentiarum breui, & cita pœna frustrerentur cruciatus æternos.* Et infideles immortaliter existentes possent pro suis criminibus satisfacere. Ideo curauit D. Thomas in bonum trahere sermone: quia littera in cortice occidit. Nec est per se notum, quod Israelitis deerat conscientia peccati, quia etiam aliquorum essent conscij, multa alia occulta illis erant: cum & nunc post lucem Euangelij, hæc conscientia ignorancia Christiani sæpè laboremus. Vnde in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. de peccatis oblitis dicitur: *Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta, Psalm. 18. dicimus: Ab oculis meis munda me Domine.* Ergo nec per se nota, nec vero similis est impugnatio

soluionis D. Thomæ. Quam ex professo defendit Doctor Ioannes de Medina Codicē de pœnitentiā art. 1. ad 3. dicens, quod intendit S. Ambrosius, quod prima consolatio, quam habet peccator ut veniam speret, est quod Deus misericors est, & pœnitentibus condonat. Secunda consolatio est, quod etiam si aliqua peccata habeamus, de quibus conicientiam non habemus, quia memoriā exciderunt, illa tolluntur per pœnas, & mala, quæ hic patienter toleramus. Et posse id nobis accidere, clare docet Paulus dicens 1. ad Corinth. 4. *Nihil mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum.* Valet itaque pœna, quam Deus homini oblitio infligit, ut pro peccatis oblitis satisfaciatur, si eam patienter toleret. Quod intelligo, supposito quod oblita fuerint quoad culpam remissa. Hæc ille. Qui probauerat aliquando si dem accipi pro conscientia, ex illo Apostoli ad Rom. 14. *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Sic expōita, tenenda est solutio D. Thomæ.

§. II. Tres difficultates proponuntur, & prima resoluitur.

Circa cuius articuli tertij doctrinam tres præcipuæ occurrunt difficultates. Prima de lege ordinaria, utrum possit dari casus, quod habens plura peccata mortalia, possit vere, & fructuose pœnitentiam agere, seu conteri de vno, & non de alio?

Si procedat difficultas in casu quod quorundam mortalium habet obliuionem, facilem habere solutionem notat Soto in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. *Contra hanc* Primum, quia modo loquimur de remissione per pœnitentiam virtutem, per quam quidem, si sit legitima contritio etiam in genere antequam fiat omnium indagatio, fit omnium remissio. Secundo, quia etiam in confessione, qui ex sua culpa, quia non fecit sufficientem iudaginem, non est omnium memor, neque ab oblitis, neque ab alijs, quæ confessus est, absoluitur. Si tamen absque sua culpa quorundam est oblitus, gratiam recipit: atque adeo omnium remissionem. Quare (nunc) non est necessaria disputatio, an absoluat ab oblitis, nec ne. Quamvis, ut dist. 18. videbimus, dicendus est absolui ab illis, non formaliter (& directe) quia non sunt confessi, sed

extensiuè, & consequentiuè (seu indirecte) quia absoluitur persona, absoluitur ab omnibus. Licet si post modum in memoriam redierint, sic necessario consistenda, ut illis apparebit. De quo agendo de confessione & interim videatur D. Thomas quæstion 28. de Veritate articulo 5. ad 3.

9 Quantum vero ad mortalia, quorum peccator memoriā habet, Ioannes Medina Codicē Pœnitentiæ q. 12. secunda parte quæstionis §. *Responsio* sic ait. Videtur oppositum tenendum, scilicet, quod potest vere homo dolere de vno peccato, à se commissio, propter Deum, absque hoc quod formaliter doleat de alijs; etiam si memoriæ occurrant. Idque, non solum vere quoad existentiam pœnitentiæ; sed etiam fructuose, & meritorie. Probat, quia potest quis diligere Deum vere, & meritorie, etiam si de peccatis memoriæ occurrentibus actu illum non pœniteat. Patet hoc, si diligat quis Deum tempore, pro quo non tenetur formaliter pœnitentiam agere. Nam cum dolere de peccatis sit de præcepto affirmatiuo, quod non semper obligat. Et cætera, quæ iam retulimus dub. 3. §. 3. & concludit. Sequitur iam intentum, quod stat hominem vere, & fructuose de vno peccato dolere absque hoc quod de alijs doleat. Patet in eodem casu, & tempore. Quia si cum de vno illorum pœnitet, necessitatur de cæteris dolere, vel igitur hæc necessitas oritur ex dilectione Dei; aut ex præcepto? Et hoc non: quia loquor pro tempore, pro quo non cadit sub obedientia, aut præcepto ipse dolor. Aut oritur ex dolore de vno peccato? Et hoc non. Quia dolor de vno non est ex natura annexus dolori de altero: sicut complacentia vnus non est necessario annexa complacentiæ alterius, ut satis de se constat. Igitur.

10 Si respōdeatur ex secunda ratione D. Thomæ, quod non potest esse vere pœnitens, qui de vno peccato pœnitet, & non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem veræ pœnitentiæ) sequeretur, quod de omnibus peccatis pœniteret. Quia pœnitentia deserit peccatum, in quantum est contra Deum. Quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus. Vbi autem est eadem ratio, & idem effectus.

Occurrit Ioannes Medina, ad secundum (in-

(inquit) in quo Doctores communiter faciunt vim, dicendum, quod aliud est dolere de aliquo particulari peccato, quia offensiuum fuit Dei; aliud vero dolere de illo, quatenus offensiuum fuit Dei. In primo dicto notatur causa dolendi, *sive quatenus*. In secundo, vero ponitur *reduplicatio*, ratione cuius notatur, quod dolor ille de offensa, saltem in genere, habeatur. Et primum dictum verificari potest absque hoc quod homo ille doleat de cæteris peccatis in particulari, nec in generali. Secundum vero dictum verificari non potest nisi homo ille de cæteris doleat saltem in generali. Et cum hoc secundum verum sit, accipiendum signum illud reduplicatiue; probatur tamen primum dictum; nam hæc verificatur, scilicet, videri deo Perrum, quia mihi præsens est; absque hoc quod reliqua præsentia videantur in particulari. Vbi ly, quia, causam sine qua non, importat. Similiter hæc: lego domum meam Petro, quia filius meus est, quam illi alioqui non legarem: Et tamen non inde lego domum meam hæc cæteris filijs meis: nec in particulari, nec in generali. Ita igitur stat quod occurrentibus peccatis contra Deum commissis, doleam de vno, quia offensiuum fuit Dei: de quo minime doleam, nisi offensiuum Dei fuisset: & tamen quod de cæteris commissis non doleam, nec in genere, nec in specie, &c. Quia maxima hæc, vbi est eadem causa, est idem effectus, aut similis, procedit de causa totali, & præcisa. In præsentia autem, causa sine qua non detestandi commissum, hæc est, illud fuisse Dei offensiuum. Non tamen est hæc totalis, & præcisa causa: cum potior causa sit voluntatis libertas. Exemplum est clarum, si cupio offendere aliquem, non generaliter, & quomodocumque; sed aliquo modo. Stat etiam quod velim facere hoc opus, quia offensiuum est illius: & cum hoc quod nolim facere illud aliud opus, quod similiter sit offensiuum eiusdem. Itaque, vitra motiuum, quo mouetur voluntas, aliquid, & multum confert voluntatis libertas; ut vnum faciat, & non reliquum: cetero, quod in utroque eadem causa reperitur. Hæc Medina. Videtur eiusdem sententiæ Durandus in 3. dist. 23. q. 9. Molina in Concordia disp. 7. §. *Tertio, qui cum portuacina*. Salas. 1. 2. 10. 2. tract. 13. disp. 2. n. 159. docentes posse hæreticum dissentire vni in fidei sibi sufficienter proposito, adnientem alijs propter reuelationem diuinam. Item Ri-

palda lib. 6. disp. 131. sec. 3. docens affectum efficacem vnus obiecti materialis sub motiuo formali virtutis, excludere omnem affectum efficacem vitiosum alterius obiecti, similis, solum quando efficacitæ effectus est adæquatus; locus vero quando est inadæquatus.

11 Oppositam sententiam esse communem, & veram, probat Antonius Cordoba lib. 1. q. 15. quatuor rationibus. Et Suarez disp. 4. sec. 6. n. 17. Nam formalis pœnitentia de omnibus peccatis est necessarium medium, per se loquendo, ad iustificationem. Quo circa, licet absolute non teneatur homo actu detestari peccata, quoties de illis cogitat. Tamen ex suppositione, quod efficaciter vult destruere aliquod eorum, & a se expellere per iustificationem, necesse est ut de omnibus doleat. In contritione autem inuenitur, vel formaliter, vel virtute illa efficacitæ intentio. Et ideo, ex vi illius, non potest separare (ut sic dicam) contritionem vnus peccati a formali contritione aliorum, nisi ex inconsideratione, vel aliqua ignorantia, quæ illi æqualeat. Propter quæ rationem dicemus (& nos supra diximus) peccatorem, qui actu cogitat de iustificatione in peccato mortali, non posse diligere Deum super omnia, quin simul peccata detestetur.

12 Adhuc tamen conatur Raphael Auerfa q. 2. de Pœnit. sec. 9. saluare sententiam Ioannis Medinæ asserens conclusionem primam, quod dari potest aliquis actus pœnitentiæ bonus, ac laudabilis de vno peccato, qui per se, & intrinsece, formaliter, nec virtualiter sit de alijs peccatis: quia potest de vno cogitare, & dolere sub motiuo cuiusdam certæ virtutis: quia verbi gratia, peccatum fuit infidelitatis, vel sacrilegij, vel homicidij: & isti actus possunt compati cum complacentia, & voluntate fornicandi: & ita laudabiliter potest pœnitere de peccatis v. g. contra religionem, aut contra iustitiam: quæ pœnitentia non se extendat ad alia peccata. Conclusionem etiam tertiam dicit, quod potest dari pœnitentia de aliquo certo peccato, ex motiuo generali quidem, tamen quatenus applicato, & contracto ad tale peccatum: ita ut talis pœnitentia neque virtualiter extendatur ad alia peccata. Quia voluntas libere mouetur. Et sic dari poterit pœnitentia de quibusdam mortalibus, quæ non sit virtualiter de omnibus. Præsertim si considerentur grauiora quædam, & atrociora crimina.

Vnde experientia constat, multos esse, qui omnino cauent à quibusdam grauioribus delictis, & nimis facile alia quædam committunt.

13 Faterur tamen Auerſa conclusio ne quarta, quod pœnitentia vera, atque perfecta, quæ in ſcripturis iniungitur, & exigitur, debet eſſe adæquata de omnibus peccatis mortalibus, quia vel vnicum peccatum mortale ſatis eſt ad damnationem. Et Ripalda n. 27. faterur pœnitentiam ſufficientem ad remiſſionem peccati vnus debere eſſe omnium: quod ſibi non aduertitur aſſerenti ſolam detestationem efficacem imperfectam, & quæ non eſt propter Deum ſuper omnia dilectum, poſſe odiſſe vnum peccatum, quin aliud. Et reuera, vt ſententia Medinæ nõ ſit cœnſura digna, nec eſſe hoc fateri. Vnde ad primum dixerat Medina, quod falſa eſt pœnitentia, & non vera, id eſt, nõ fruſtruoſa, qua quis ita de vno peccato pœnitentiam agit, quod non de alijs formaliter, nec virtualiter, nec actu, nec mentis propoſito. Quales ſunt, qui de vno peccato dolent, de cæteris autem nec dolent, nec vnquam dolere, nec ab ipsis recedere intendunt. Non ſic in caſu noſtro, in quo, cum homo vere Deum obedientialiter diligit; ſi non actu, ſaltem voto, virtualiter intendit ſuo tempore de ſingulis dolere: quando ſcilicet præcepti neceſſitas poſtulauerit.

14 Cæterum ex hac ipſa doctriina, quam admittunt, nec negare valent, patet eorum ſententiam, prout ad intentum articuli tertij D. Thomæ, eſſe ſimpliciter falſam: quia ſermo eſt de pœnitentia, & contritione vltimo diſponente ad iuſtificationem, & peccati mortalis remiſſionem: quamvis autem aliqua ſupernaturalis attritio, vel aliquis amor imperfectus ſupernaturalis poſſit eſſe in peccatore, vel odium vnus culpæ, quæ affectum ad alia vitia, non excludat, poſſint eſſe, tamen vſque dum de omnibus formaliter, vel virtualiter conſideratur, non iuſtificabitur, vt oſtendimus dubio. 3. §. 4. Ideoque D. Thomas has difficultates tetigit hic art. 3. ad 3. & 1. 2. q. 71. articulo 1. ad 1. & quaſtion 28. de Verit. articulo 5. ad 4. dicens: *Quod omnia peccata* (loquitur de mortalibus, vt ipſe ſe exponit hac 3. parte quaſtion 87. articulo 1.) *Conueniunt in auerſione à Deo: ratione cuius gratiam impediunt. Vnde ad iuſtificationem non requiritur, quod in ipſo iuſtificationis momento aliquis de peccato*

ſingulis cogitet: ſed ſufficit quod cogitet de hoc quod per culpam ſuam eſt auerſus à Deo. Recogitatio autem ſingulorum peccatorum debet vel præcedere, vel ſaltem ſequi iuſtificationem. Quia omne mortale peccatum eſt auerſio à Deo, eſt offeſſa Dei, grauius opponitur eius amicitia, opponitur charitati vel directe, vel indirecte, ponit obſtaculum lumini gratia: vnde ſi contritio non conuertat, & retractet omne in iſtam auerſionem, nec erit ad Deum conuerſus, nec Deus conuertens eum viuificabit per gratiam. Recogitatio ſingulorum præcedens diſponit ad contritionem, ſubſequentis eſt neceſſaria ad confeſſionem, & vt pro omnibus per pœnitentiam ſatisfaciat interiori, & exteriori. Nec in omnibus tenet paritas humanæ amicitia, quæ ſolum curat de externa commutatione, & ne aliquid appareat apud homines grauius eam ladens: cum autem Deus intueatur cor, & ſit ipſa reſtitutio, & iuſtitia, quolibet grauius repugnante cum ratione, & lege æterna, ſiue ſit contra ius diuinum, vel naturale, vel poſitiuum, diſſoluitur amicitia: & quoad hoc conſiſtit in indiuiſibili ex præcepto negativo ne ab ipſo auertatur, quod obligat ſemper, & pro ſemper ad conſeruandam gratiam: quia, *qui in vno deliquit, factus eſt omnium reus.* Nec reparatur in eo, qui eam diſſoluit per plura mortalia niſi contritione quæ ad omnia vel explicite, vel implicite, vel formaliter, vel virtualiter extendatur. Vnde non vere pœnitet, pœnitentia vltimo diſponente ad gratiam, qui de vno peccato pœnitet, & non de alio. Ad exemplum de hæretico diſcredente vnum, & credente alium articulum, dicimus cum D. Thoma 2. 2. q. 15. art. 3. quod talis non habet fidem: Sed opinionem quandam ſecundum propriam voluntatem. Vide quæ dixi. 3. p. q. 68. dub. 4.

§. 2. n. 31. ſiue.



§. III. Secunda difficultas reſoluitur.

15 Sed reſtat ſecunda difficultas quid tenendum ſit de potentia absoluta, tam abſolutè, quam iuxta mentem D. Thomæ, vtrum vnum peccatum mortale poſſit ſine alio remitti quoad culpam?

Circa mentem D. Thomæ Suarez in commentario art. 3. affirmat non loqui de potentia absoluta, ſed ſolum ſuppoſito modo quo nunc Deus remittit peccatum. Quod ſatis declarat tertia eius ratio, ſumpta ex perfectione miſericordia diuina: illa enim minor perfectio non eſt priuatiua, ſed negatiua, quæ libera eſt Deo: quia licet in ordine ad effectum videatur opus minus perfectum, in ordine ad operantem, cuius regula eſt voluntas eius, nulla eſſet minor perfectio.

Aduertit præterea, aliud eſſe querere, an vnum peccatum mortale poſſit remitti ſine alio? Vel an per pœnitentiam poſſit vnum ſine alio remitti? Nam prior quaſtio magis abſoluta eſt, quam ſecunda: quia non determinaretur ad certum aliquem remiſſionis modum, ſeu mediũ. D. Thomas autem non priorem, ſed poſtteriorem quaſtionem mouet. Agiturque de pœnitentia, non quacumque, ſed perfecta, quæ per veram contritionem fit: vt patet ex ſecunda ratione. Et in hoc ſenſu de impoſſibilitate in ſenſu compoſito remiſſionis perfectæ per veram pœnitentiam, probabiliter poſſet exponi loqui de potentia absoluta. Nihilominus tamen etiam illo modo non oportet ſumere illam impoſſibilitatem in ordine ad potentiam abſolutam: quia actus pœnitentis ſolum expellit diſpoſitiue: & ideo etiam ſi contritio ſit de omnibus ſaltem virtualiter, ſtante illa poſſet Deus nullum mortale remittere. Et ideo ex vi illius actus non ſequitur implicatio contradictionis, ſi Deus vellet vnum peccatum remittere, & non aliud. Idem ſequitur Nuño art. 3. Notabili 2.

16 Quantum ad rē ipſam, multi opinantur de potentia absoluta poſſe vnum peccatum mortale ſine alio mortali remitti. Licet non vna via id explicent, & probent. Siquidem Adrianus in 4. q. 4. de Penit. Medina Codice de Penit. q. 12. art. 1. id ſuſtinent eo quod conueniunt cū Soto in 4. diſt. 14. q. 1. & Gabriele ibi q. 1.

art. 1. Quod poſt peccatum actuale ſolum manet reatus obligationis ad pœnam: poſſet autem Deus remittere pœnam vni peccato debitam, & non alteri.

Nuño hac quaſt. 86. art. 3. dub. vnico probat, quia peccatum eſt quædam macula poſitiua exiſtens in anima, quæ magis intenditur per nouum peccatum mortale. Nulla autem innoluitur implicatio, quod Deus tollat iſtam nouam intentionem, manentem macula per primum peccatum cauſata: & ita poterit vnum peccatum remitti ſine alio.

17 Tribus modis id poſſe defendi docet Suarez diſput. 10. ſec. 1. Vel dicendo peccatum remitti ſola extrinſeca condonatione: & condonando vnã offeſſam, & non aliam. Secundo potuit Deus ſtatueri per quacumque attritionem cuiuſvis peccati illud remittere. Quid enim hoc repugnat? Sicut ergo poſſet eſſe attritio vnus peccati, quæ non ſit aliorum, ita, & remiſſio. Quia cum poſſint remitti ſine inſuſione gratia, & ſine reſtitutione amicitia: nihil assignari poſſet in quo hæc peccata habeant annexam connectionem quoad remiſſionem. Tertio, quamvis peccata remittantur vera contritione: & de huius eſſentia ſit quod doleat de omnibus ſaltem in communi, poſſet remitti per illam vnum ſine alio, quia eius cauſalitas eſt ſolum diſpoſitiua, & moralis: & potuiſſet Deus non per quamlibet contritionem remittere omnia peccata.

Sequitur Coninch diſp. 2. dub. 11. Et Granados controu. 7. de Pœnitentia, trac. 3. diſput. 7. num. 8. Subſcribit Ripalda lib. 6. de Ente ſupr. diſput. vltim. ſec. 28. & adijcit quod poſſet vnum peccatum ſine alio remitti in ſententia exigente retractationem peccatoris: quia condonare, vel non condonare pendet à voluntate diuina: & quia ſufficit attritio. In ſententia exigente ad remiſſionem mortalis gratiam habitualem, etiam poſſet defendi quod vnum remittatur ſine alio, ſi gratia aſſeratur compoſibilis diuinitus cum peccato mortali: quia ſicut poſita gratia poſſet Deus non condonare peccata, poſſet etiam condonare vno non condonare aliud. Denique aſſerit conſeſſione tertia num. 402. quod in ſententia etiam, quæ conſtituit peccatum habituale in priuatione gratia, poſſet remitti vnum peccatum mortali ſine alio. Quia

in ea sententia peccatū habituale non est priuatio gratiae nude sumpta, sed vt inducitur per peccatum actuale praeteritum. Sed priuatio gratiae inducitur in vno instanti per duplex peccatū actuale, potest esse in alio inducta per vnū & nō per aliud: ergo post est destrui vnū peccatū habituale quin destruat aliud. Probat minor in casu, in quo De^o homini, qui furatus est & peierauit heri, promittat donare gratiā hodie, nisi hodie duplicet intra eādem speciem peccatū aliquod hesternum, tali ter vt ratio priuandi gratia hominem hodie, non sit peccatum simplex externum, sed peccatum duplicatum hodie. Si enim in hoc casu homo repetat solum periurium, proculdubio priuatio gratiae non existet hodie ratione furti externi, quo non obstante existeret hodie gratia, nisi duplicatum esset periurium. Ergo ablato furto hesternum, quod infert priuationem gratiae hodiernam, permanebit hodie periurium externum, quod simul cum hodierno causat illam.

18 Rursus Lugo disp. 7. sec. 8. n. 128. docet posse de potentia absoluta vnum peccatum condonari à Deo sine alio: potest enim Deus cedere titulo, qui ex primo peccato prouenit ei ad odium peccatoris, & non titulo, qui prouenit ex secundo peccato. Quod in peccatis venialibus de facto contingit. Neque apparet vlla contradictio quo minus id fieret in mortalibus, si Deus voluisset.

Pergit ulterius Lugo disp. 8. de Poenit. sec. 2. n. 78. & dicit, quod loquendo de possibili, non apparet, cur non potuisset Deus statuere, vt tolleretur per partes reatus culpae venialis, atque etiam mortalis. Nam si culpa mortalis remitteretur per condonationem extrinsecam, non apparet cur Deus non posset remittere ius ad indignationem grauiorem, retinendo sibi ius ad indignationem, & auersionem grauem item remittere ius ad indignationem grauem, retinendo ius ad leuam. Denique etiam si remitteret peccatum mortale per infusionem gratiae, adhuc posset retinere ius ad auersionem leuam, quae non est incompossibilis cum gratia, & amicitia Dei. Non est ergo repugnantia, loquendo de possibili, quod reatus culpae venialis, vel mortalis deleteretur per partes, sicut tollitur de facto reatus poenae.

19 Ex parte, principali sententiae fauet Auerſa quaest. 2. de Poenit. sec. 9. conc. 2. dicens, quod nec etiam de poten-

tia absoluta potest remitti vnum peccatum mortale sine alio, remissione perfecta, & positua, quae sit per infusionem gratiae, vt probat vltima sententia. Remissione autem negatiua, & imperfecta, absque infusione gratiae, posset Deus remittere vnum peccatum mortale sine alio. Nempe relaxando poenam debitam vni peccato, & non alijs. Item faciendo vt permaneret carentia gratiae ex vi vnus peccati, & non alterius, eo modo quo 1. 2. q. 113. sec. 7. explicuerat. Et sicut Vazquez concedit, posse hac ratione Deum remittere peccatum originale sine remissione mortalium: ita pariter concedendum est inter ipsa mortalia.

20 Nihilominus recte Soto in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. §. Conclusionem, ait. Sed tamen sunt, etiam ex nostris, qui formidantes cunctentur conclusionem S. Thomae de potentia absoluta affirmare: cum tamen plane S. Thomas hunc sensum faciat. Imò maior (si maior esse potest) implicatio contradictionis est, Deum vnum posse peccatum mortale, sine omnibus dimittere, quam peccatum remittere sine gratia, hoc est, sine eo quod hominem sibi faciat gratum: quod omnino impossibile monstratum est. Et hoc à parte omnes rationes S. Thomae demonstrant. Impossibile enim est Deum vllum peccatum mortale, aut originale remittere, nisi hominem in suam gratiam reuocando. Cum ergo gratum habere hominem nequeat nisi iustum: & iustus nemo esse possit, si in peccato originali, aut quocumque mortali persistat: Repugnat vnum absque omnibus remittere. Haec Soto. Petrus Soto sec. 4. de Poenit. Araujo 3. p. q. 86. art. 3. Caietanus, & reliqui Thomistae tam in praesenti, quam 1. 2. q. 113. art. 2. Candidus disp. 34. art. 33. dub. 8. Richardus in 4. dist. 1. art. 6. q. 3. Valentia hic q. 4. art. 3. Vazquez q. 86. ar. 3. & 1. 2. disp. 207. cap. 5. Becanus cap. 31. q. 6. Lorca to. 2. in 1. 2. disp. 37. de gratia dub. 1. Ibi Montesinos disp. 33. q. 6. §. 4. n. 226. dicit *existimam*. Probatque primo. Si peccatum mortale tollatur per vnionem hypostaticam, ita repugnat illa vnio vni, sicut omnibus simul peccatis mortalibus. Idem dico de visione beatifica. Aut enim per consecutionem vltimi finis, quae est visio beatifica, omnino tollitur auersio, & inimicitia à Deo, quae est, ex pluribus peccatis: aut non tollitur, quae est ex vno peccato tantum.

Denique idem dicendum est, si remittatur peccatū per solā gratiā habituale.

Quia

Quia per illam iam homo manet conuersus in Deū vltimum finem. Ergo nullo modo potest manere auersus. Rursus per gratiam habitualement Deū est amicus: ergo nullo modo manet inimicus. Ac per consequens non manet auersio, aut macula alterius peccati mortalis.

Et idem dico, si per solam contritionem auferretur peccatum absque alia mutatione physica: quia motuum contritionis excludit omnia peccata mortalia, cum sit dolor de peccatis propter Deum super omnia dilectum.

21 Vnde non obstat, quod macula peccati connotet ordinem ad actum praeteritum: & ita si praecesserunt multa peccata, potest tolli ordo ad vnum, & non ad alterū. Respondetur enim: in macula non connotatur ordo ad actum praeteritum quomodo cumq; sed ad praeteritum, nō dimissum, aut non retractatum. Et eo ipso quod remittitur vnum per gratiā, aut alio modo, tollitur ordo ad omnia pro vt non dimissa. Haec ibi. Nec alia oportet addere: quia aliae sententiae nituntur fundamentis iam reiectis sufficienter. Quae autem consequentia in sua doctrina ipsi discurrant, ipsi videant: nostra nil interst.

Contra nouum illum modum imaginandi remissionem culpae per partes, arguit Auerſa conclusione secunda dicens. Certe enim tale peccatū remanere non potest in ratione culpae grauis veluti imminutum de maiori ad minorem gradū: siquidem omnis culpa grauis est prorsus incompossibilis cum gratia sanctificatione. Nec remanere potest in ratione culpae leuis, & venialis: quia cum iam esset mortalis, non potest eadem culpa transire in alium statū, siue in aliam culpam. Sunt enim diuersi ordinis culpa mortalis, & venialis, & suo modo distant in infinitum. Quare non potest culpa mortalis per vllam immutationem veluti partis, & partis reduci ad ordinem culpae venialis. Sicut nec ex quocumque peccatis venialibus fieri potest vnum mortale. Et infra. Non tamen apparet, qualiter hoc pacto fieri posset, vt peccatum aliquod remitteretur quoad partem culpae, & non quoad totam culpam, reducendo illud ad gradum culpae minoris, vel adhuc grauis, vel leuis. Nisi (iniquam) per ordinem ad poenam, in quantum posset Deus relaxare poenam grauiorem, & inferre minorem, vel adhuc grauem, vel leuam. Et ad hoc possunt referri diuersi gradus diuinae indignationis.

22 De mente S. Th. satis multa iam diximus: & noranda sunt verba illius 3. p. q. 68. art. 4. ratione secunda dicentis. *Nellus autem habens voluntatem peccandi, simul potest à peccato mundari, ad quod ordinatur Baptismus, quia hoc esset ponere contradictoria esse simul.* vno implicare contradictionem, quod remittatur peccatū veniale, quando voluntas ad illud manet docet S. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. q. 1. Cuius verba referemus q. 87. dub. 1. Ergo pariter esset ponere contradictoria esse simul, asserere peccatū mortale esse remissum per gratiam, vel donum eminentius, vel contritione perfecte in Deū animam conuertente; & adhuc animam esse auersam à Deo per aliud peccatum mortale. Alios modos remittendi peccata mortalia non agnoscimus: Ergo implicat contradictionem per poenitentiam, aut per gratiam, aut quouis alio modo, vel vtroque simul, vnum peccatum mortale sine alio remitti.

§. III. Tertia difficultas resolutur.

23 **I**am hinc facilis est resolutio vltimae difficultatis recentiorum inquirentium, vtrum Deus possit remittere peccatum antequam committatur, vel pro eo instanti in quo committitur?

Affirmat Lugo disp. 7. de Poenit. sec. 8. in fine n. 126. nō repugnare in ordine ad potentiam absolutam Deū etiā pro illo instanti, vel etiā antequam fiat peccatū, condonare illud. Sicut etiā homo antequam ab hoste laedatur, potest, & solet illi remittere iniuriā, quantum est de se. Vnde adueniente peccato, licet Deus haberet odiū circa ipsū peccatū, non tamen in personam Petri propter peccatū, quia iā cessit iuri rationabili ad illud odium Petri: Quando actu peccaret, actu macularetur per peccatū actuale, & actu amitteret gratiā sanctificantem, propter oppositionem, quā haberet ex natura rei cum peccato, & diceretur peccator actualis: & simul peccatū esset condonatum. Transacto actu, sine nouo fauore homini maneret iustus positus: sed quasi negatus, id est, ex peccatore actuali factus nō peccator actualis, neque habitualis. Neque enim remitti peccatum ex eō conceptu suo essentiali est quod non sit peccatum, sed quod non sit habitualiter.

24 Oppositam sententiam: per se notam; Supposuerat Suárez, qui

lib. 7. de gratia cap. 21. numero 5. dixerat: Omissio igitur originali peccato, quaestio tractatur de personali habituali: nam actualis, dum est, remitti non potest: *Ve est per se notum*: quia peccatum; quod remittitur, tollitur, ac destruitur, (de hac enim remissione loquimur; non deficta non impuratione haereticorum, ut supra declaratum est) Peccatum autem dum actu fit, non potest pro eodem tempore destrui, seu tolli: quia contra dictio inuoluitur manifesta. Non potest ergo simul fieri, & remitti. Ideoque, vel pro illo tempore non potest infundi homini peccanti habitus gratiae; vel si infundi potest (ut nos diximus capitulo 20. illius libri) *clarum est*, non posse sufficere ad remittendum tale peccatum pro eodem tempore. Hæc Suarez. Quem sequitur Ouiedo 1. 2. tract. 8. controu. 4. p. 6. n. 127. & n. 135. Licet à num. 128. vsque 134. etiam conetur sustinere oppositam dicens n. 125. solum displicere modum eius loquendi: *quia hunc tantum, & rem nullam inuenio indistinctam*, loquitur Ouiedo de discursu Cardinalis de Lugo.

25 Magis tamen consequenter ad suas doctrinas procedit in hoc puncto Ripalda lib. 6. de Entesupernat. disp. 132. quæ est vltima sec. 29. per totam, distinguens duos modos condonationis extrinsecæ, quos exposuerat à n. 319. & admittit ipse Lugo. Afferit ergo Ripalda n. 405. Non potest Deus condonare peccatum, ante quam fiat, vel in instanti quo fit, modo condonationis priori, quo scilicet Deus quantum est ex se afficitur in peccatum ut velit illud efficaciter impedire quacumque potestate ipsius. Probatur, quia condonatio peccati non potest esse, quin existat physice peccatum: quia Deus non condonat peccata solum possibilis, & nunquam existentia. Sed affectus ille Dei est efficax ex parte modi tendendi habens pro obiecto carentiam existentiam physice peccati: quæ antecedens in Deo existentiam peccati non potest componi cum existentia peccati: nam Deus potest, si vult, impedire peccatum. Ergo eiusmodi condonatione non potest condonari peccatum antequam fiat, vel in instanti, quo fit. Sicut nec in homine detestatio efficax peccati antecedens in peccatore omnem existentiam peccati non potest componi cum existentia physice peccati. Vnde constat (inquit Ripalda) Ioanem de Lugo afferentem huius condonationis non fuisse consequentem.

26 Afferit secundo Ripalda n. 406. quod potest Deus condonare peccatum, ante quam fiat, vel in instanti, quo fit, modo condonationis posteriori, quo videlicet Deus velit non indignari aduersus peccatorem ratione peccati, cedens iuri castigandi illum, & petendi satisfactionem ab illo. Quia potest Deus ante quam præuideat in homine peccatum, & cum illud præuidetur existens, velle efficaciter cedere iuri puniendi peccatorem, & petendi satisfactionem ab illo, & non habere indignationem aduersus peccatorem, sed cum illo se gerere, ac si nunquam peccasset. Quia si hoc modo potest Deus se gerere cum peccato præterito, non est cur eodem modo non se possit habere cum presenti & futuro. Et cum Deus non sit ad condonandum minus propensius, ac potens, quam sit homo. Sicut potest homo condonare offensam homini actu offendenti, & antequam fiat offensa cedendo iuri sumendi iustam vindictam, aut petendi satisfactionem.

27 Nec per hoc Deus habet voluntatem efficacem destruendi physice peccatum pro eo instanti quo est: nec sibi placet peccatum unquam: quia potest quicquam habere odium mali personæ, quin habeat odium personæ: sicut S. August. præcepit in Regula quod correctio fiat cum dilectione hominibus & odio vitiorum. Cum ergo in humanis appetitur similis voluntas, non est cur voluntas Dei cedens iuri quod fundat peccatum, & decernens nunquam indignari aduersus eum, quæ videt actu peccare, non debeat vocari condonatio Dei peccati antequam fiat, vel in instanti quo fit. Et concludit. Condonatio igitur est voluntas destruens in peccato actuali existentiam moralem. At voluntas explicata est huiusmodi. Ergo iure dicitur condonatio. Hæc ille.

Hæc difficultas locum non habet in doctrina D. Thomæ, quia negat peccata remitti posse pura extrinsecæ condonatione: dixit illa q. 68. esse ponere contradictionem esse simul, componere quod quis mundetur à peccato habens voluntatem peccandi. Ergo implicat contradictionem, quod peccatum dimittatur antequam fiat, vel dum fit. Quamvis Deus ab æterno præordinauerit aliqua futura peccata, & præsentia desere per gratiam, & alia ex iustitia punire: sicut à contrario: *Aliqui ordinati sunt ex gratia ad habendam vitam æternam, à qua tamen desciunt per peccata mortaliter*. Et de istis exponit Sanctus Thomas prima parte quaestio 24. articulo

3. illud Psal. 68. *Deleantur de libro viuificantium.*

28 Imò difficultatem hanc præuidit & tetigit S. Thomas: cum enim sit de fide quod omnia peccata per Christi mortem deleta sunt: iuxta illud ad colof. 2. ver. 13. *Obiurgauit cum illo, donans vobis omnia delicta*: Obijcit S. Thomas. *Peccatum non potest deleri antequam fiat: quia tunc nunquam feret: sed multa peccata facta sunt post Christi passionem: ergo non omnia peccata deleuit*. Respondet S. Thomas in 3. dist. 19. quaest. 1. art. 1. quaest. 2. ad 3. *quod passio Christi quantum ad sufficientiam potest delere peccata, etiam antequam fiant: sed efficientia deletionis non est, nisi postquam aliquis à peccato commisso auertitur*. Sicut medicina sufficiens ad sanandum paratur interdum antequam aliquis infirmetur: sed non sanatur per ipsam actum, nisi postquam infirmus fuerit. Quod iterum docet S. Thomas 3. p. q. 49. art. 1. ad 3. cum obiecit. *Nullus potest liberari à peccato quod non dum commissum, sed quod in posterum est commissurus*: & ita videtur quod per passionem Christi non liberemur à peccatis, quæ post passionem eius quod idie committimus: Respondet ad 3. *Quod Christus sua passione nos à peccatis liberauit causaliter, id est, instituens causam nostram liberationis, ex qua possent quicumque peccata quancumque remitti, vel præterita, vel præsentia, vel futura*. Sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possint quicumque morbi sanari, etiam infuturum. Itemque quaest. 7. de Malo articulo 11. ad 10. ait D. Thomas: *Nullus potest uereri remissionem futuræ culpæ: potest tamen mereri statum Purgatorij, in quo fit sibi culpa remissibilis*. Itaque ab æterno, antequam fiant peccata, est in Deo potentia ad dimittendum, & ad omnia remedia sufficiens, & decretum efficacis quædam remittendi: sed efficientia, & executio dimissionis implicat contradictionem quod sit antequam fiat peccatum, vel dum peccatum fit.

(?)



DVBIVM SEPTIMUM:

Vtrum remissa culpa per poenitentiam, remittantur reatus poenæ?

1 **I**nter effectus peccati, post maculam, assignat D. Thomas 1. 2. q. 87. reatum poenæ, in quibusdam, nempe in mortalibus, æternæ, & temporalis, in venialibus solius poenæ temporalis. Cum autem culpa sit causa reatus poenæ: ideo enim est aliquis dignus poena, quia culpam commisit. Cum igitur remota causa, retrouatur effectus. Ideo merito inquit, an remissa culpa, possit remanere reatus poenæ æternæ, aut temporalis?

§ I. *De fide est saltem mediate quod remissa culpa per poenitentiam remittitur reatus æterni cruciatus.*

2 **Q**uantum ad reatum poenæ æternæ sunt, qui dicant hominibus à Deo conuersum contritione, & gratia liberari à culpa, sed à poena æterna absoluti à Sacerdote, qui eam mutat in temporalem. Ira Richardus de S. Victore tractatu de potestate ligandi, & soluendi cap. 7. dicens: *Dominus per se met ipsum sane soluit vinculum obdurationis: per se simul, & ministris suis debitorum æternæ damnationis: per ministrum vero debitum futuræ purgationis*. Quod prosequitur cap. 10. & 13. Et cap. 9. opponit, quod contritus habet charitatem, & saluari potest: & ita debito æternæ damnationis teneri non valet. Respondet. Sed absque vlla dubitatione Patriarchæ, & Prophetæ Charitatem habuere: & tamē tenebatur debito damnationis æternæ: alioquin nec ad Inferna descenderent; nec Christi morte, nec vlla redemptione egeret. Absque vlla igitur ambiguitate tenebatur debito damnationis æternæ. Non quod eis æterna fuerit: sed quod eis æterna fuisset, nisi mors Christi eos ab hoc debito absolueret. Constat ergo quod utrumque simul contingat, ut & homo charitatem habeat, & eum adhuc debitum damnationis teneat. Idem docet Hugo de S. Victore tomo 3. Summæ sententiarum tract. 6. cap. 11. lit. G. concludens. Apparet igitur, quod solus

Deus dimittit peccata uiuificando interius per gratiam: & quod Sacerdos dimittit, non intus uiuificando, sed à debito future pœnæ absoluendo, per eam, quam infungit satisfactionem. Idem latius docet de Sacramentis fidei parte 14. capitulo 8.

3. Medina Codice de confessione tract. 2. de effectu abolutionis sacramentalis §. *Unde datur ergo*, docet, quod Deus per contritionem remittit peccata quantum ad maculam, & debitum æterni cruciatus: quantum tamen ad exultatum, & claustram regni Cælorum, relinquit peccata Sacerdotibus remittenda. Tandemque folio 97. col. 1. fatetur suam sententiam parum differre à sententia Hugonis de S. Victore, quam explicat exemplo Patrum qui erant in sinu Abrahæ.

4. Sed non modo certum ut ex communi Theologorum, sed etiam, saltem mediate, oportet fide diuina credere, quod remissa culpa per poenitentiam, sine virtutem, sine Sacramentum, remittitur reatus æterni cruciatus, & datur ius perueniendi ad regnum Cælorum: siquidem id ut credendum proponit Tridentinum Concilium sess. 6. cap. 7. docens, quod in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul intusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur &c. Et quod Cathecumeni petunt ex Apostolorum traditione fidem vitam æternam præstantem. Et demum concludit, Ita que veram, & Christianam iustitiam accipientes, eam, ceu primam stolam, iubentur statim renati conseruare, ut eam perferant ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam. Et cap. 14. loquendo de lapsis, & eorum reparatione, docet fieri per contritionem, & confessionem, & satisfactionem: *Per pia spiritualis vite exercitia*: Non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto vna cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ ut Sacra litteræ docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis.

5. Præterea ipse Medina tractatu primo q. 7. & tract. 2. q. 3. bene priorem sententiam impugnauerat inter alia arguens, Primo, quia si dimissa culpa per gratiam infusam, maneret reatus æternæ pœnæ: idem ergo homo esset filius regni, & perditionis: regni quidem quia per gratiam, & charitatem est Deo reconciliatus, & amicus ipsius: perditionis vero quia est obnoxius æternæ damnationi,

Quod esse falsum constat ex S. Augustinus tract. 5. in Epist. Ioan. & lib. 14. deciuit. Dei cap. vlt. & alibi sæpè docente, quod sola charitas vestis nuptialis est, quæ diuidit inter filios Regni & filios perditionis. Et super Psal. 31. ait. Hoc est Deum peccata dimittere, quod est ea ad pœnam non imputare. Nec verificaretur Dei promissio Ezequielis 18. impio agenti poenitentiam promittētis ver. 22. *Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recedat labor*. In Deo enim non potest esse obliuio commissorum: delet ergo ea per gratiam: & tollit reatum æternæ damnationis, & exclusionis à regno.

Præterea, si remissa culpa per gratiam, manet, homo ordinatus ad pœnam æternam antequam confiteatur, inquiri, an maneat ad æternam pœnam ordinatus secundum præsentem iustitiam, vel secundum finale iudicium? Non primum: nam si homo ille decederet in statu in quo ad præsens est, absque dubio euaderet æternam damnationem. Nec secundum: quia stat quod sit de numero prædestinatorum. Non igitur stat quod sint peccata remissa quoad infusionem charitatis, & quod maneat homo ille ordinatus ad pœnam æternam.

6. Rursus probatur ex illo Apostoli ad Rom. 8. dicentis. *Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu*. Id est, ut exponit D. Thomas ibi lec. 1. Ergo nunc, ex quo sumus per gratiam liberati, nihil damnationis est residuum: quia & tollitur damnatio quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Iob. 34. *Ipsa concedente pacem, quis est, qui condemnet*. Et lec. 3. ad illa verba. *Si autem filij, & heredes: rationem reddit D. Thomas: quia non solum filio naturali, sed etiam adoptiuo debetur hæreditas 1. Petri 1. Regenerauit nos in spem vitam.*

Ratio à priori est: quia impio remittitur peccatum, dum *gratis iustificatur per gratiam Dei*, ut docet Apost. ad Rom. 3. Gratia autem Dei dat ius ad vitam æternam, & liberat à damnatione æternâ. Et hæc est ratio D. Thomæ 1. 2. q. 113. ar. 2. Quia effectus diuinæ dilectionis, qui per peccatum tollitur, est gratia, qua homo fit dignus vita æternâ, à qua peccatum mortale excludit. Et ideo non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ. Et hæc de lege ordinaria est participatio diuinæ naturæ dans ius ad vitam æternam, & liberans à morte æternâ. Videatur S. Thomas 1. 2. q. 109. art. 7.

&c.

& q. 28. de Vert. art. 2. in fine corporis dicens. Reatus etiam peccati, non solum est obligatio ad pœnam sensibilem, sed præcipue ad pœnam damni: quæ est carentia gloriæ. Vnde reatus non tollitur quando homini non datur unde possit ad gloriam peruenire. Hoc autem est gratia. Et ideo sine gratia peccatorum remissio fieri non potest. Ergo remissa culpa per gratiam, tollitur reatus pœnæ æternæ damni, & cruciatus ignis æterni.

§. II. Vtrum remissa culpa impossibile sit non remitti pœna æterna.

7. Sed insurgit hinc difficultas an hoc ita sit essenziale remissioni peccatorum, quod implicet peccata esse remissa quoad culpam, & manere reatum pœnæ damni, vel ignis æterni?

Negant aliter fieri posse Scotus, & Gabriel in 4. dist. 14. q. 1. & Medina illa q. 7. quia culpa manens transacto actu peccati non est nisi ordinatio, seu imputatio ad pœnam: cum reuera nil aliud videatur in peccatore post actum peccati relinqui. Vnde cum in iustificatione tollatur culpa, implicat contradictionem quod maneat reatus, vel ordinatio ad æternam pœnam.

Cum nitatur hæc sententia principio iam reiecto, & omnino exploso, parum de illa curandum. Pro sententia affirmante potest referri Gregorius Ariminensis in 1. dist. 17. q. 1. ar. 8. quatenus docet, esse possibile aliquem habere charitatem, & non esse Deo charum, vel acceptum ad vitam æternam: quia potest Deus illi dare charitatem, & nunquam velle illi dare beatitudinem, etiam si in charitate perseverauerit: quia sicut habentem charitatem conseruat ad tempus sine collatione beatitudinis, eadem ratione potest sic conseruare in æternum. Tū quia possibile est Deum aliquem habentem charitatem, simul cum charitate annihilare, & nunquam illū recreare: & per consequens nunquam illi dare beatitudinem. Tum quia alicui iam beato, & habenti simul cum beatitudine charitatem, posset Deus beatitudinem auferre, relicta sibi charitate, nunquam deinceps illi daturus beatitudinem, nec ablaturus charitatem. Denique, quia animam habentem charitatem Deus gratis acceptat ad vitam æternam:

nam: nam Deus gratis donat charitatem: gratis donat & gloriam: nec ex eo quod dat aliquod munus alicui, fit ei alterius muneris debitor. Ex tota enim ista doctrina facile a fortiori inferitur, quod iuxta Ariminensem, bene possunt per gratiam peccata esse remissa, & manere reatus pœnæ damni, vel ignis æterni.

8. Simili titulo pro hac parte potest referri Capreolus in 1. dist. 17. q. 1. ad 2. Gregorij contra primam fol. 301. in prima solutione dicens: *Quod de potentia Dei absolutæ possibile esset talem qualitatem, quæ dicimus gratiam, esse subiectiue in anima rationali: nec tamen illam animam esse acceptam ad vitam æternam ex parte Dei. Et tunc diceretur, quod gratia illa haberet hunc effectum in homine, quod redderet eum formaliter dignum vita æterna. & proportionatum illi quantum in se esset: non tamen redderet eum directum à Deo, aut acceptum ad vitam æternam.* Hæc Capreolus. Qui consequenter etiam admitteret posse cum gratia remissa peccatorum, & eorum remissione, esse permanentiam reatus pœnæ damni, vel ignis æterni. Idem Capreolus in 1. dist. 27. q. 1. ad 7. Durandi fol. 456. col. 2. in fine ait Verum tamen si non iaponatur talis ordinatio diuinæ voluntaris: *Conceditur, quod si decedens in gratia, non daretur gloria, Deus nullam intus in faceret, nec sibi, nec creaturae*: Sed supposita tali ordinatione, iniustum faceret. Similia dicit in 4. dist. 15. q. 1. in fine folio 190. Quem etiam refert, & sequitur Conradus 1. 2. q. 109. art. 5. docens eum Alfonso Tolentino in 1. dist. 18. *Quod de potentia absoluta possit Deus actum factum ex charitate non acceptare ad vitam æternam ex condigno.*

9. In terminis sententiam absolute affirmantem tenet Ripalda lib. 4. de Ente supetnat. disp. 91. sec. 5. n. 41. Probans primo quia potest Deus condonare culpam venialem, quin condonet pœnam temporalem illi respondentem. Ergo etiam poterit condonare culpam mortalem, quin condonet pœnam æternam correspondentem ipsi. Secundo, quia in humanis potest vnus remittere alteri iniuriam, quin remittatur ei pœna, quæ debetur ex iustitia, & sic infligitur mandato iudicis. Ergo pariter potest Deus facere. Tertio à priori, quia culpa inducit duplicem dignitatem, & obligationem, aliam ad odiū inimicitia diuinæ: aliam ad vindictam, & pœnam. Quarum altera ab altera separabilis est: & adiata culpa quoad priorē, potest eadem quoad solum posterentem

ma.

manere, ratione diuersarum conditionū, quas ytraque exigit ad sui persecutantiā moralem. Vnde poterit Deus homini vel le malum poenae aeternae, quin eum prosequatur odio inimicitiae: quia eiusmodi vindictae odium non oritur ex displicentia, & auersione personae, cui est remissum peccatum quoad culpam.

10 Suarez disp. 10. sec. 2. à n. 4. vsque ad 9. & Cominch disp. 2. dub. 13. Bonacina to. 1. disp. 5. q. 6. sec. 1. punto 4. propof. 7. Candidus disq. 24. ar. 3. dub. 1. 2. distinguunt docentes, quod aliud est loqui de poena aeterna in cōmuni; aliud de poena aeterna prout nunc de facto damnati eam patiuntur in Inferno. Hoc posteriori modo est impossibile post remissionem culpae mortalis manere hominem dignum tali poena. Quia illa poena talis modi est, & generis, vt intrinsece supponat per veram voluntatem, & inimicitiam inter eū, qui eam patitur, & auctorem eius. Includit enim talem statum, in quo & voluntas sit obstinata in malo, & intellectus apprehendat Deum vt inimicum. Vnde fit vt illa voluntas perpetuo odio habeat Deum: & specialem tristitiam, & vermē etiam conscientiae habeat. Quae omnia non potest habere voluntas ordinata, & peccato carens. Haec ergo aeterna poena repugnat post remissionem culpae; non propter aeternitatem vt sic: sed propter speciem, & modum eius, & propter obiecta, quae requirit, quae destruantur remissa culpa.

At vero loquendo priori modo, nō video repugnantiam, quod Deus aliquo genere poenae in aeternum possit punire culpam remissam de potentia absoluta loquendo: nam posset hominem iustum, & qui nihil vnquam peccauit, priuare aeterna beatitudine: imō & quocumque dolore afficere: non per modum poenae, quae respectum dicit ad culpam: sed quia vt supremus Dominus, potest sua creatura vti, vt voluerit. Præter quam quod hæc duo mala culpae, & poenae sunt diuersarū rationum: & quamvis vnum in alio fundatur: tamen culpa semel existens, potest relinquere sufficientem rationem poenae proportionatae, & quae existentiam culpae non requirat: sicut inter homines post remissam culpā habet suum locum poena. Possetque Deus remisso peccato statuere non dare gloriam: & de potentia absoluta ius ad gloriam potest separari à gratia, & interna iustitia. Non ergo implicat cōtradictionem aliquam aeternam poenam

manere post culpam remissam. Haec Suarez Qui & disp. de Iustitia Dei sec. 3. n. 1. dixerat: *Quod Deus est supremus dominus illius personae, quam punit. Ideoque absque iniustitia posset quocumque malum illi inferre, vel ultra meritum culpae, vel etiam sine culpa.* Similia docet Lorinus in cap. 12. Sapientiae ver. 12. asserens: *Quod si Deus Beatos omnes, nullo excepto, aut ad aeternas deieceret poenas, aut redigeret in nihilum, nullam eis iniuriam faceret.*

11 Quae doctrina Cornelio Iansenio Episcopo Iprensi libro 3. de statu purae naturae cap. 5. visa est horribilis, in tolerabilis, paradoxa, exorbitans; & quod S. Augustinus *Ham, vel sola recordatione, ita exhorruit, vt nil absurdius, nihil iniustius, nihil crudelius aduersus Deum dici posse sentiret.* Et in primis loquendo de poena damni S. Augustinus lib. 1. contra Iulianum cap. 7. docet hoc repugnare iustitiae Dei: siquidem ait. *Iam tu responde, vtrum Deus iustus, nulli obnoxiam peccato imaginem (aut priuare vita possit aeterna) Et cap. 3. Quare qua causa innocens imago Dei vitæ priuatio ne punietur, si nullam peccatum ex humana propagatione contrahitur? Separatio enim à vita aeterna est mors aeterna. De quo ibi lib. 6. cap. 4. & lib. 1. ad Bonif. cap. 22. & lib. 2. cap. 4. Deinde quod sine peccato excludi nequeant à regno Dei, & Caelorū, docet S. August. lib. 3. contra Iul. cap. 12. & lib. 1. de peccatorum meritis cap. 30. & lib. 1. imperf. contra Iul. fol. 2. & lib. 2. fol. 325. & lib. 5. contra Iul. cap. 15. docet paruulos baptizandos: *Ne à regno Dei peveant imagines Dei: quod sine malo, qui fieri dicit, nec amorem habet, nec timorem Dei. Rationemque generalem assignat lib. 1. operis imper. fol. 33. Neque enim sub Deo iusto miser esse quisquam, nisi mereatur potest.**

12 De poena sensus clarius id docet lib. 11. de Genesi ad litteram cap. 17. *Nā quid ille prius victor, quam iste peccator? Absit. Neque enim Deus damnat innocentes.* Et prosequitur cap. 21. Epist. 106. ad Paulinum ait. *Pie namque, & veraciter creditur Deus nocentes, atque impios iustificando à poenis debitis liberare: quāquam vero immeritum, & nulli obnoxiam peccato, si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur.* Et infra in eadem epist. hoc vocat *absurdissimum, & iniustitia Dei poenitas alienum.* Et vt innumera alia omitramus, videntur rationes istae indicari à Salomone Sapientiae 12. ver. 15. dicente Deo. *Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas.*

exterum astringas à tua virtute. Alia S. Augustini testimonia, citat Iansenius.

Cui occurrit Ripalda tom. 3. lib. 1. de statu naturae innocentis, disp. 12. sec. 13. dicens num. 147. Vbiq̄ Baiani suam ignorantiam produunt: & cum Theologiam nunquam didicerint, in Theologicas propositiones Scholasticis frequentes, velut in somnia incidunt. Nolo immorari in recensendis Scriptoribus, qui docent, posse iustus potestate absoluta Dei, cruciatibus aeternis torqueri: Ex Patribus Ecclesiae produco Marcum Hæremitam seniore, hom. 15. id expresse attestantem. *Deus sui iuris est, & quod vult, facit ita vt si visum sit ei, per potentiam suam mittere possit iustos in gehennam, peccatores autem in Regnum Caelorum: licet hoc minime velit, nec ei gratum sit.* Haec ibi. En satis aperta superior Scholasticorum doctrina, eidem dominij diuini fundamento innixa, cui Scholastici, Baianis referentibus innituntur. Quod prosequitur Ripalda, & num. 136. distinguit duplex dominium Dei: alterum iurisdictionis, quod tribuit potestatem ferendi leges, remunerandi, & puniendi quouis modo subditos: alterum dominium proprietatis, quod tribuit potestatem vtendi re sua pro libito absque iniuria alterius: ita vt nullus possit queri de vi, & iniuria illata, quod dominus illam destruat, aut in alium quenuis usum sibi voluntarium destinet: quale est dominium sui libri, & pallij in vnoquoque hominum. Probatio ergo ista non sumitur ex dominio iurisdictionis, sed ex dominio proprietatis: isto autem domino Deus vtēs creatura rationali, & omnibus actibus ipsius pro suo libito, nullam alteri infert iniuriam. Quod confirmat num. 138. Maior enim creaturae rationalis miseria est ipsum peccatum perpetuo manens, quam cruciatus aeternus absque peccato. Deus autem ex dominio auxiliorum gratiae potest iusto negare auxilia efficacia ad conseruandam iustitiam, & peccatum perpetuum permittere, quin illud impediatur potest impedire. Ergo aequiori iure poterit ex eodem dominio permittere iusto cruciatum aeternum, nempe tribuens Deo non potestatem cruciandi, & non impediens, iusto vero conseruans auxilia efficacia ad conseruandam, & augendam in eis cruciatibus cum patientia, & charitate gratiam.

13 Ad auctoritates S. Augustini

respondet Ripalda num. 160. quod omnia illa pronuntiat S. Augustinus iuxta prouidentiam ordinariam Dei, & leges liberarum nunc stabilitas à Deo, vt precipue constat ex serm. 14. de Verbis Apostoli; quia in iudicio non erit alius locus nisi saluandorum, à dextris; & damnandorum, à sinistris. Similiter expendit verba Marci 16. lib. 3. de peccatorum meritis, cap. 3. & lib. 6. contra Iul. cap. 12. Neque enim opus erat S. Augustino in alio prouidentiae ordine, & potestatis absolute vsu, aduersus Pelagianos differere. Nos autem prouidentiam praesentem, & leges ordinarias Sacrae Scripturae secludimus, & in alio rerum statu alias eis contrarias possibile contendimus. Haec Ripalda.

Qui, & num. 157. dixerat, quod impotentia, & rabies in damnatis, aut est peccatum, aut effectus necessarius peccati. Subiectum autem praesentis controversiae est aeternitas cruciatuum gehennae composita cum innocentia absque vilo merito culpae. Nam cum illo merito cruciatus innocentiae non erunt eter- ni; sed temporales: siquidem prima eorū passio cum tali merito, & peccato coniungitur. Per quae videtur Ripalda in omnibus approbare sententiā, & distinctionem Suarez.

14 Plura tamen concedit Lugo disput. 8. de Poenit. sec. 2. num. 70. loquendo de potentia Dei absoluta, potuisse dimissa culpa remanere debitum totius, aut fere totius poenae aeternae, qualem de facto patiuntur damnati in Inferno. Nā de facto Deus in poenam alicuius peccati venialis, solet homini negare auxilium efficax ad resistendum tentationi graui, prauidens ex negatione talis auxilij lapsurum hominem grauius, & aliquando damnandum. Cur ergo non possit Deus de potentia absoluta remissa culpa mortali, vel punire poena aeterna sensus, qualem, & quantum patiuntur damnati in Inferno, & rursus negare auxilium, quo posset homo moraliter resistere tentationi, quae ex illo tormento aeterno insurgeret vehementissima ad odium aduersus Deum ita acriter illum punientem? Negato autem illo auxilio moraliter sufficienti, & relicto auxilio, quod solum daret potentiam physicā, iam homo certissime prorumperet in odium acerbum aduersus Deum ab ipso tormenti initio: atque adeo haberetur etiam odio ab ipso Deo propter illud, & alia

peccata, quae ex tunc committeret. Et licet propter illa non puniretur, eo quod non essent peccata hominis viatoris. Esset tamen odibilis, & inuisus propter illa. Esset etiam obstinatus: haberet vermen aeternum horum peccatorum. Maneret ergo similis in omnibus animae, quae de facto damnata est: hoc uno excepto, quod tunc puniretur propter peccata iam dimissa quoad culpam: nec haberet tunc vermen culpae commissae in hac vita. Quia Deus supponitur non remississe aliud de poena, sed solam culpam praecisse.

Imò de facto fortasse Deus aliquando remissa culpa mortali, negat adhuc alicui auxilia veriora, vel efficacia ad resistendum tentationi alicui graui propter peccatum praeteritum. Si, verbi gratia, aliquis cum voto castitatis uxorem ducat: vel contra religiosa vota relinquat sacrilege statum religiosum, quem assumpserat, & obtenta dispensatione maneat in saeculo; etiam si vterque per attritionem in Sacramento iustificetur, adhuc Deus potest, & fortasse aliquando de facto vtrique negat auxilia veriora, vel efficacia ad resistendum, & permittit vtriusque lapsus in alia peccata propter peccatum praeteritum, etiam si dimissum fuidet quoad culpam per virtutem Sacramenti. Haec Lugo.

Idem docet disp. 24. sec. 1. num. 3. & disp. 5. de Incarn. sec. 7. num. 157. & disp. 26. sec. 3. num. 43. vbi ait: Licet sit mihi credibile, posse manere reatum poenae aeternae ablata culpa de potentia absoluta; sicut manet de facto reatus poenae temporalis ablata omni culpa. Imò fortasse posse de potentia absoluta perseuerare cum ipsa gratia habituali reatum; id est, debitum proximum carendi visione, & patiendi ignem aeternum pro culpa praeterita.

§. III. Difficultas resolvitur pro parte negativa.

15 **P**unctum obiter tetigit Soto in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. in fine, **§. Ad argumentum ergo;** ita dicens. Imò vero fortassis peccatori potest Deus conferre gloriam de potentia ipsius absoluta permanenti in peccato. Quanquam qui hoc negauerit, non longe aberrabit a vero, quia bonitati Dei repugnare videtur, ut ad illam foelicitatem inimicum admittat: *Sicut è conuerso, misericordia eius*

repugnat, ut eam, cui remisit culpam, in Inferno cruciet. Haec Soto.

16 Magis ex professo Capreolus in 1. dist. 17. q. 1. ad 2. Gregorij contra primam, & secundam; in secunda solutione, quam magis probat, negat esse possibile aliquem habentem charitatem non esse Deo charum, vel acceptum ad vitam aeternam: dicit enim S. Thomas 1. 2. q. 114. art. 3. quod *per gratiam Spiritus Sanctus habitat in homine, qui est pignus futurae hereditatis.* Et quia in operibus Dei nihil potest esse frustra: cum autem *gratia sit quaedam inchoatio gloriae*, ut ponit S. Thomas 2. 2. quaest. 24. art. 3. ad 2. & q. 27. de Verit. art. 2. ad 7. Vnde dicitur, quod dispositio respectu gloriae frustra esset, si sic in aeternum staret gratia, & anima disposita ad gloriam, & nunquam pertingeret ad gloriam: illud enim frustra est, quod finem, ad quem est, non attingit. Non valet insuper secunda probatio eiusdem assumpti, ex eadem causa: licet enim Deus non necessario det gloriam, aut gratiam: tamen quia non potest frustra dare gratiam perseueranti in ea dabit gloriam necessario necessitate suppositionis, scilicet, supposito, quod formaliter conseruauerit eam. Similiter non potest annihilare gloriam, supposito quod dedit eam in termino; ipso enim actore nemo sit deterior: fieret autem homo ipso actore deterior, si sine villo suo demerito de beato fieret miser. Non valet denique tertia probatio: quia licet charitas non sit intrinseca beatitudini, nec è contra: tamen charitas est principium beatitudinis quantum ad fruitionem; & gratia similiter quantum ad visionem: idè beatitudo non potest fieri sine illis. Similiter, quia isti habitus sunt quaedam inchoatio beatitudinis, & ordinantur ad eam, ut in finem proprium, ex quo Deus dedit illos, & seruauit: finaliter dabit beatitudinem necessario necessitate suppositionis.

17 Et si dicatur contra ista, quia non implicat contradictionem: Deus seruabit aeternaliter charitatem, vel gratiam in anima Petri: & nunquam dabit eidem beatitudinem: & per consequens hoc potest fieri a Deo. *Dico, quod contradictionem implicat:* quia prima pars infert oppositum secundae: sequitur enim: Deus aeternaliter conseruabit gratiam finem suum, & consummationem sortietur: aliter aeternaliter esset frustra, & ulterius sequitur: ergo aliquando habenti illam gra-

gratiam, dabitur lumen gloriae, quod est illius consummatio. Nisi per peccatum sequens ponatur impedimentum, ut docet S. Thomas 1. 2. q. 114. art. 7. ad 3. Et similiter quia gratia illa est infallibile signum diuinae acceptationis: & dum finaliter conseruatur usque ad terminum viae; sequitur: iste habuit gratiam finaliter: ergo est praedestinatus ad vitam aeternam: & ultra: igitur quandoque habebit beatitudinem nunquam desituram. Et ultra: igitur non annihilabitur non receandus: nec in aeternum sic stabit sine gloria quod est oppositum primae partis. Vnde sicut Deus libere reuelat futura; sed post reuelationem, necessitate necessitate suppositionis implet, quod praedixit: alias esset mendax, & seductor. Ita libere dat, & conseruat gratiam. Sed ex quo eam finaliter conseruauit; necessario necessitate suppositionis, illam conseruabit in aeterna beatitudine: nam aequè vel plus infallibile signum est gratia illa sicut propheta. Haec Capreolus, quod mox prosequitur, & 101. 304. ad argumenta Scoti, & Auereoli contra tertiam.

18 Sequitur Hiacintus Coquetus lib. 1. de gratia disp. 3. cap. 2. conc. 2. dicens. *Implicat Deum non velle aeternam beatitudinem ei cui conseruat qualitatem gratiae.* Probat: quia gratia, & charitas dant verum ius ad vitam aeternam. At verò inquit luit contradictionem Deum tribuere alicui ius ad rem aliquam acquirendam, & eam rem illi non velle: quia talis voluntas in Deo nullam in se bonitatem continere potest quia est iniustitia. Confirmatur. Collatio gratiae ex propria ratione, & ex natura sua est quaedam promissio beatitudinis: sicut adoptio est promissio hereditatis. Quia qui libere tribuit ius verum, & perfectum ad aliquid a se consequendum, vult se obligare ad conferendum id ad quod ius tribuitur. At vero implicat Deum promittere beatitudinem & simul non velle eam ei cui promittitur. Ergo. Proponit ibi tertiam conclusionem. *Repugnat summae bonitati Dei perpetuo cruciare in Inferno, aut alibi hominem cui inest gratia.* Probat. Implicat Deum facere contra leges verae amicitiae: hoc est inest iniquum; & siccet in magnum detrimentum amici, crudeliter. Sed perpetuo cruciare verum, & intimam amicum, repugnat verè, & perfectè amicitiae, ad quam pertinet velle amico bona, & eius miseris succurrere. Nec vllum maius bonum potest intendi ex perpetui-

tate calamitatum, sicut intenditur cum laboribus viatores exercentur. Ergo repugnat summae bonitati Dei iustum in aeternum cruciare. De quo ibi ad 2.

19 Et tandem Auersa q. 3. de Poenitentia sec. 10. conc. 2. media via procedit, & ait. Nec etiam de potentia Dei absoluta fieri posse videtur, ut peccatori possit, & perfectè per infusionem sanctificantis gratiae, sua culpa remittatur, absque remissione aeternae poenae: loquendo (inquam) proprie sub ratione poenae: quamvis alioqui relinqui possit sub ratione cuiusdam effectus. Explicatur, & probatur conclusio primo: quia dupliciter intelligi potest hominem priuari gloria, aut etiam sentiri cruciatibus deputari. Vel proprie per modum poenae, ita scilicet, ut dicere valeat, homo est reus, homo est dignus ita pati. Vel solum per modum cuiusdam effectus. Sicut certe posset Deus de potentia absoluta tanquam supremus dominus auferre gratiam sanctificantem, & denegare gloriam, alicui homini nullius culpae reo, ac etiam sensibiles cruciatibus infligere, solum pro sua voluntate. Dum ergo Deus homini culpam remittit, eum faciendo vere iustum, & sanctum, non posset dici, hunc amplius materere reum, & dignum puniri in aeternum, & excludi à gloria: siquidem ex opposito verum esset dicere, talem hominem esse dignum gloria. Absolute ergo non posset talis homo excludi à gloria, vel aliter cruciari in aeternum proprie per modum poenae. Sicut pariter ob solū veniale peccatum non posset homo iustus in aeternum excludi à gloria proprie sub ratione poenae.

20 Aliter autem per modum simplicis effectus, sicut absolute posset Deus homini iusto auferre gratiam, ut dicebamus. Posset etiam hoc statueri sub conditione alicuius actus si ab homine fiat: & hoc sit talis actus esset in se malus, suè etiam non malus. Hoc modo fieri posset, ut homini post commissum peccatum, & vere remissum, Deus denegaret gloriam: quod se haberet solum tanquam effectus dependens à conditione illius actus commissi: non autem proprie per modum poenae. Et, ut ait Becanus cap. 3. l. q. 7. non repugnat respectu diuinae potentiae, sed repugnat respectu iustitiae. Haec ibi.

21 Videtur haec sententia alio modo exposita, ad mentem D. Thomae in 4. dist. 46. quaest. 1. art. 2. cum in secundo 2. §.

argumento obiecit illud ad Rom. 9. *An non habet potestatem figulus: Vt probaret, quod sicut quicquid ex luto vult figulus fieri, iustum est vt ex luto fiat: & ita quicquid Deus vult increatura fieri, iustum est vt fiat.* Respondet ad 2. quod luto non est magis debitum quod ex eo formetur vasa nobilia, quam ignobilia. Sed cū ex luto formatum est vas nobile, nobilitati illius vasis est debitum vt ad vsus conuenientes deputetur. Similiter quod Deus talem creaturam producat qualem voluerit, indifferens est ad rationē iustitiæ. Sed quod aliqua natura producta, ei attribuat quod illi naturæ competit, hoc ad eius iustitiā pertinet, & contrarium eius iustitiæ repugnet. Et similiter indifferens est quantum ad iustitiā eius vt det gratiam, vel non det; cum donum gratiæ non sit naturæ debitum. Sed postquam gratiam contulit, quæ est merendi principia, ad iudicium eius pertinet vt pro meritis premia reddat: & sic ex suppositione voluntatis iustitiā causatur. Ergo ex suppositione voluntatis dandi gratiam remissionem peccati, & quod duret in æternum per peccatum non interrupta, ex iustitiā debet dare gloriam: quæ necessitas ex suppositione non repugnat summæ libertati, & potentia Dei: quia vt ait ad 3. *illud quod in voluntate includitur, voluntatē non restringit.* Cum quo non stat esse in homine pœnam damni: quia non potest simul habere debitum habendi, & debitum carenti gloria.

Idem constat esse ad mentem eiusdem 2. 2. q. 24. art. 12. in argumento. Sed contra, vbi ait. *Nullus autem potest esse simul dignus vita æterna, & morte æterna.*

22. Similiter videtur hæc sententia alio modo exposita ad mentem D. Th. hic art. 4. in corpore, & ad 1. dum ait: *Et ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti, quod per gratiam tollitur auersio mentis à Deo simul cum reatu pœnæ æternæ.* Quasi doceat quod non est noua gratia eo ipso quod gratia facit coniunctionem cum Deo, quod tollat omnem pœnam separationis æternæ à Deo. Fauet ipse D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 1. ad 4. docens: *Quod quia homo debet plus Deum, quàm se diligere; ideo plus debet odire culpam in quantum est offensa Dei, quam in quantum est nociua sibi. Est autem nociua sibi principaliter in quantum separat ipsum à Deo: & ex hac parte separatio à Deo, quæ pœna quædam est, magis debet displicere, quam ipsa culpa in quantum hoc nocuum inducit.*

quia quod propter alterum oditur, minus oditur, sed minus quam culpa in quantum est offensa in Deum. Non ergo stat homini esse dimissam culpam per gratiam, & habere pœnam damni quoad carentiam coniunctionis cum Deo, quia est pœna quæ secundum aliquam rationem magis displicet, & magis est nociua peccatori, quam culpa. Postea etiam docet D. Thomas.

23. *Est etiam considerandum in inordinabilem culpam, & pœnam, quod quædam pœna in separabiliter habent coniunctam Dei offensam: sicut separatio à Deo. Quædam etiam ad dunt perpetuitatem, sicut pœna Inferni. Pœna ergo illa quæ offensam annexam habet, eodem modo vitanda est, sicut, & culpa, sed illa quæ perpetuitatem addit, est magis quam culpa simpliciter fugienda.* Si ergo pœna separationis à Deo inseparabiliter est coniuncta Dei offensam; & pœna damni est separatio perpetua, & tanto fugienda, & magis nociua, quam culpa, videtur in terminis repugnare, quod culpa sit remissa per gratiam qua anima ad Deum conuertitur, & ei coniungitur; & quod per modum pœnæ inseparabiliter coniunctæ auersioni peccati, sit à Deo separata in perpetuum. Sicut etiam pœna carenti gratia, non potest non remitti eo ipso quod peccatum remittatur per infusionem gratiæ; ita etiam pœna separationis à Deo propter culpam, implicat quod non remittatur, remissa culpa, & infusa gratia. Pœna autem damni non vt cumque nominat carentiam & separationem à Deo: sed vt inductam per peccatum auertentemque ab ultimo fine. Vnde D. Thomas 1. 2. q. 87. art. 5. *Peccatum causat reatum pœnæ æternæ, in quantum irreparabiliter repugnat ordini diuinæ iustitiæ, per hoc scilicet quod contrariatur ipsi principio ordinis, quod est vltimus finis.* Ergo eo ipso, quod contritione & gratia, vel altero eorum, tollitur auersio, & separatio, & ponitur coniunctio cum Deo, non potest non tolli formale pœnæ damni. Ergo implicat contradictionem peccata mortalia esse remissa quoad culpam, & non esse dimissam formaliter pœnam damni. Quamuis sit perpetua carentia visionis, & in perpetuum durent cruciatu.

24. Quod autem cum hoc stet decretum Dei, quod iustificatus à peccato nunquam videat Deum: & quod iustum, imò & beatum, in æternum Deus possit cruciare, attento eius supremo domino, non valet negari. Maxime attenda potentia absoluta, vnde solum loquendo de poten-

tia

tia ordinaria, negat D. Thomas Deum posse damnare beatos, plane insinuans id posse in alio ordine rerum, ordinationibus diuinis, & eius promissionibus aliter dispositis. Ideoque in 4. dist. 46. q. 1. art. 2. q. 2. ad 3. ait. *Quod damnare Petrum, cui ex beneficio gratiæ sibi collata salus debetur, esset contrarium iustitiæ: vnde hoc Deus non potest, loquendo de potentia ordinaria.* Ergo in alio ordine rerum, si habenti gratiam, Deus non promississet dare gloriam: vel si miraculose Deus impediret consecutionem gloriæ ad gratiam consumatam: quod Deus potest facere: sicut fecit quod fornax ignis non laderet tres pueros, suspendendo actionem ignis, vt docet D. Tho. in 4. dist. 47. q. 3. art. 3. q. 2. cor. & ad 2. & q. 26. Ver. ar. 10. ad 12. & q. 6. de Potent. ar. 1. cor. & ad 20. Et potest facere præter ordinem rebus inditum, quod grauius sint sursum, & leuius deorsum: Ita posset iustos, & beatos annihilare, & punire: quia omnia quæcumque voluit fecit. Vnde Matthæi 10. *An non licet mihi quod volo facere?* Et quod ad sic faciendum non deesset Deo motiuum, explicatur à simili de minori ad maius. Siquidem Apostolus Paulus intantum Dei, & hominum à more ardebat, vt ad Rom. 9. iuxta expositionem S. Thomæ lec. 1. dicat. *Optabam, scilicet, si fieri posset, anathema esse ideo, separatus à gloria, vel simpliciter, vel ad tempus, propter honorem Christi qui est ex conuersione Iudæorum: secundum illud Prou. 14. in multitudine populi dignitas Regis. Vnde S. Chrysost. libr. 1. de compunct. cordis. Ita totam eius mentem deuicit amor, vt etiam eo, quod præ ceteris omnibus amabilius erat, esse cum Christo, rursum id ipsum, quia ita placeret Christo, contemneret. Sed & Cælorum regna, quod videbatur laborum esse remuneratio, pro Christo nihilominus cedere pateretur.* Hæc ibi. Et S. Anselmus. *Optabam perire, vt illi saluarentur.* Et Soro *Ecce exemplum amoris exemplum, ac pœnæ in credibile signum.* Et post multa pro eadem expositione firmanda, concludit. *Igitur sicut pater dilectissimum filium non nunquam peregre dimittit abire, honoris aucupandi gratia: vbi amor ipse filij in causa est, vt velit ab illo longe fieri: Ita hic Paulus abesse longe cupit a fructuone Christi pro fratribus. Ad quoniam nos ab hac dilectione quam longissime absumus, neque intelligere hæc possumus. Quod confirmat ex Matthæi 16. & Exodi 32. iuxta multorum Patrum expositionem. Id quod Pauli Caritas optabat, Dei sapien-*

tia valet disponere, & Deus omnipotentia facere, promissio latente in arcanis sua Diuinitatis.

25. Et reuera hæc est sententia Vazquez 1. 2. disp. 204. cap. 4. numero 26. dicentis. *Nam quamuis Deus sua potentia absoluta efficere possit, vt homo iustus nunquam beatur, nec fruatur æterna gloria; & peccator non puniatur æterno supplicio, quin imò ei detur æterna beatitudo: tamen nullo modo efficere potest, vt iustus dignus non sit æterna beatitudine, & peccator æterno supplicio, & priuatione gloriæ, quæ talis permaneret. Impossibile autem est, etiam secundum potentiam absolutam Dei, aliquem simul esse dignum oppositarum rerum: & multo minus earum, quæ contradictorie opponuntur, qualia sunt habere vitam æternam, & perpetuo carere illa. Idem dicit Montanos 1. 2. disp. 33. quæst. 7. §. 2. numero 263. Et optime Serra 1. 2. q. 113. articulo 2. dub. 4. ad 1. dicens. Licet inter effectus gratiæ, & peccati sit aliquis ordo; non tamen sunt ab inuicem separabiles; sicut nec entis proprietates: nequit enim à consortio diuinæ naturæ separari amicitia cum Deo, & dignitas, & ius ad gloriam: nec ab auersione à Deo offensa Dei, & reatus pœnæ æternæ.*

Nam sicut repugnat diuinæ bonitati mentiri: ita repugnat odio habere eum, qui consors est diuinæ naturæ; vel diligere eum, qui est in peccato. Et quamuis Deus possit extrinsecè non acceptare ad gloriam consortem diuinæ naturæ, & non ordinare ad pœnam æternam hominem ab eo auersum. Nequit tamen ille non esse dignus gloria, & hic ea indignus, si de dignitate, intrinseca sit sermo. Si ergo isti effectus inseparabiles sunt; quomodo simul esse poterunt gratia, & peccatum in eodem homine? Hæc ibi. Ergo omnes isti docent implicare contradictionem hominem esse iustificatum per gratiam cum iure intrinseco ad vitam æternam: & simul habere pœnam damni, & priuationem debitam vitæ æternæ. Cum quo comparitur in re nunquam frui æterna beatitudine, & à supremo domino posse annihilari, vel in æternum cruciari: & quoad hoc dissentimus à Soro, & Capreolo: qui tamen in hoc puncto problematicè vtrique fauet sententiæ.

Videantur etiam Vazquez de Pœnit. q. 88 art. 1. dub. unico q. 81. Turrianus dist. 12. de Pœnit. dub. 2. ver. *Hanc tamen.* Et Quiedo 1. 2. tract. 9. controu. 6. puncto 4 n. 51. docet peccatum remissum quoad culpam, non posse pœna æterna puniri. Refert Scotum, Grabielem & Medinam. Conaturq; deducere ex Suarez de cuius mente iam diximus.

26 Et forte Auctores prioris sententiæ non loquuntur de pœna sub formalitate pœnæ: sed tantum contendunt docere, quod non admittimus, quod stat esse remissum peccatum per gratiam; & quod Deus decernat illi nunquam dare gloriam, sed potius æternum tormentum, non sub formalitate pœnæ, si est remissa quoad principalem reatum.

Argumenta Capreoli probant solum de lege ordinaria, & rebus vt nunc: nam gratia habet connexionem connaturalem cum gloria, non apposito impedimento, vel peccati, vel decreti diuini in contrarium: nec est promissio in actu secundo, sed in virtute, cuius executio est impedibilis. Sicut sœpè filius adoptatus hæreditatem non consequitur etiam sine sua culpa. Loquendo etiam de lege ordinaria, recte probat D. Thomas in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. q. 2. *Quod si alicui minus conferret de bonis quam ei debetur, vel plus puniret, quam peccasset, hoc contra ordinem iustitiæ esset, nec Deus hoc posset, loquendo de potentia ordinata. Sicut non posset facere quin eius opus secundum quod esse participat, eum imitaretur.* Ideoque secundum præsentem prouidentiam, probat ibi D. Thomas q. 3. quod: *Post hanc vitam cessante spiritali profectu, nullum detrimentum etiam incorporalibus, aliquis sine culpa sustinebit: quia tunc absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, Apoc. 21. Sed in spiritalibus bonis nullus detrimentum sustinet, neque in hac vita, neque in futura siue culpa persona.* Sed in alio ordine rerum licet ei quidquid voluerit facere. Iob grauissimas molestias sustinuit: & non propter culpam, vt probat S. Gregor. 1. Mor. cap. 9. infortunia etiam quæ in hoc mundo accidunt, communia sunt bonis, malis, vt probat S. August. lib. 20. de Ciui. Dei cap. 3. Ideoque Deus posset omnia in nihilum redigere, damnatos ad Cœlum leuare, & beatificare: iustos, & beatos, vel temporali, vel æternali punire: quia non est amicitia æqualitas, sed correspondentiæ. Et vt ait S. Bern. ser. 83. in Cant. *Exigit ergo Deus timere vt Dominus, ho-*

norari vt pater, vt sponsus amari. Timeamus ergo eum qui potest, & animam, & corpus perdere ingebensam: Nunc propter peccata, in alio rerum ordine; quia licet e quod vult de suo figmento facere.

27 Hæc fateor non esse inculcanda carnalibus, nec proponenda coram Theologis minus perspicacibus: quia horrent ea, quæ non calent. Sicut contritus, si est recte dispositus, debet velle pœnam inferni sustinere, potius quam peccare: & tamen notat D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 1. ad 4. quod non est de his tentandis: quia quandoque illud quod minus displicet, videtur magis displicere: quia est propinquius sensibili nocimento, quod magis est nobis notum. De quo D. Thomas Quodlibeto primo q. 5. art. 9. notans: *Quod stulte faceret, si quis se ipsam, vel alium sollicitaret super huiusmodi particularibus pœnis.* Similiter hæc satis de huiusmodi quæstionibus de potentia absoluta in alio ordine rerum nobis non reuelato.

§. IV. De fide est remissa culpa adhuc manere reatum pœnæ temporalis.

28 **Q**uod remissa culpa nullus relinquatur reatus pœnæ temporalis satisfactione diluendus, asseruit Lutherus, vt ex verbis eius relatis ab inclito Martyre Episcopo Roseni art. 5. contra ipsum constat. Vnde Soto in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. §. *At qui,* ait, quod veritatem certissimam omnibus catholicis, vnus Lutherus fuit, qui pestilentissime abnegauerit dicens, quod homini iusto post remissam culpam, nullus prorsus sit satisfactionis necessitas. Nā cum Christi meritū fuerit infinitū; atq; adeo passionis eius efficacia infinita; & cuiusque, dum sit eius membrum, applicetur, nihil illi restat soluendum: nā illa satisfactio Christi imputatur ei ac si ipse eam fecerit. Vnde infert quod nos exigentes alias satisfactiones iniuriam irrogamus Christo, ac si sua satisfactio non suffecerit. Ex hoc venenato fonte innumeri eius pestiferi errores dimanarunt: negando enim necessitatem satisfactionis, quæ est tertia pars pœnitentiæ, negauit Purgatorium, quamvis de hoc lubricauerit locutus, vt suo loco dicemus.

mus. Abiecit ecclesiastica ieiunia; irrisit pœnitentiæ sacris canonibus decretas: execratus est indulgentias, quas vocat iniquissimos quæstus. In summa Christianos hac securitate desides reddidit, & ignauos ad fructus pœnitentiæ proferendos.

29 Quia tamen hæreticorum ingenium inconstans est, & variū, notat Belarminus lib. 4. de Pœnitentiā capit. 2. quod Lutherus initio negabat vllam pœnam à Deo exigi post culpam, vt cognosci potest ex concione de indulgentiis: de inde tamen admittit reatum pœnæ temporalis in hac vita post culpam remissam, vt patet ex assertione articulorum suorum art. 5. Priorem Lutheri sententiā sequutus est Calvinus lib. 3. inst. cap. 4. §. 31. & 32. vbi docet Deum à iustis nullas exigere pœnas in vindictam peccati præteriti: sed eos tantum paterne castigare ad profectum, & emendationem in posterum. Sententiā posteriorem sequuti sunt multi ex Lutheri Discipulis, vt Philipus Melancton titulo de satisfactione, & Kemnitius in 2. p. Exem pag. 1074.

30 Catholicam doctrinam docet Concilium Tridentinum ses. 6. cap. 14. & ses. 14. cap. 8. *Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & à verbo Dei alienam, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam pœna condonetur. Perspicua enim, & illustrata in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus præter diuinam traditionem, hic error quæ manifestissime reuincitur.* Caneitiā 12. dicit anathema: *Si quis dixerit, totā pœnā simul cum culpa remitti semper à Deo.*

31 Probat D. Thomas ex eo quod 2. Regum 12. dicitur, quod cum Dauid pœnitens dixisset ad Natham: peccavi Domino: dixit Natham ad illum: Dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris: verum tamē filius qui natus est tibi morte morietur. Quod fuit in pœnā præcedentis peccati, vt ibidem dicitur: quia blasphemare fecisti inimicos nomē Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi morte morietur. Videatur S. Greg. lib. 9. Moral. cap. 27. Simile quid ponderari potest in historia relata 2. Regum 24. de peccato Dauid ob numeratū populū, remisso quidem quoad culpam: & punito per pestilentiam.

Numerorum 20. Moyses, & Aaron, quia increduli fuerunt ad aquas contradictionis, mortui sunt in deserto: & non intrarunt terram promissionis. Et Deuter. 32. idem dicitur de morte Moysis.

32 Item probat D. Thomas in 4. sentent.

dist. 14. q. 2. ar. 1. q. 2. optima ratione: quia secundū Phil. Ethic. c. 9. & lib. 1. Mor. c. 31. tam iustitia, quam amicitia in æqualitate quadam consistit. Qui ergo aliquæ offendit, contra æqualitatem amicitiae peccat, in quantum affectum debitum non impendit: & contra æqualitatem iustitiæ, in quantum rem debitam subtrahit. Et sicut hæc duo in offensa quandoque diuiduntur; ita etiam incompenstatione separantur. Sicut quando pœna per violentiam offendenti infertur, sit recompenstatione quantum ad iustitiam; sed non quantum ad amicitiam. Similiter quando offendens offensum verbis placat, nondum re subtracta restituta, sit recompenstatione amicitiae, sed non iustitiæ. Peccator ergo per affectum peccati amicitiam Dei violauit: & per inobedientiam diuinæ legis honorem debitum Deo subtrahit. Et ex primo amittit gratiam, & incurrit offensam: ex secundo meretur pœnam vt ab eo, qui per inobedientiam subtrahit, subtrahatur per pœnam. Et hoc pœnæ meritum, reatus dicitur. Et ideo per pœnitentiā, qua homo se Deo supponit, peccata præterita detestando, cum emendationis proposito, remittitur quidem peccatum quantum ad offensam: sed non oportet quod remittatur quantum ad totum reatum, nisi pœna iam soluta. Et sic per pœnitentiā non simul cum culpæ dimissione totus etiam reatus dimittitur. Videatur D. Thomas 1. 2. q. 87. art. 6. conuenit ratio Concilij Tridentini ses. 14. cap. 8. dicentis. *Et diuinam elementiam detet, ne ita nobis abique vlla satisfactione peccata dimittantur, vt occasione accepta, peccata leniora putantes, velut iniurijs, & contumeliosis Spiritui S. (Heb. 10.) in grauiora lauantur, thesaurizantes nobis iram in die iræ (Rom. 2.) Proculdubio enim magnopere à peccato renouat, & quasi fræno quodam coercent hæc satisfactoria pœnæ, cautioreque, & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt. Medentur quoque peccatorum reliquijs, & vitiosos habitus, male viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt.*

33 Grauiissime ad hominē contra Lutherum post pœneratā auctoritatē S. Leo. S. Hier. S. Chri. & Tert. arguit Dominicus Sor. lib. 3. de natura, & gratia c. 6. dicēs. Miraculū enim est, & nō ferēdū portētum, quod ob peccatū Adæ, quod aliena volūrate contra him, concupiscētiā carnis ita in nobis peccatū esse velint, vt nulla satisfactione neq; ipsius Christi, possit in hac vita compensari, quin semper sit peccatum, contra

quo proprijs operibus debeamus puniri: Et tamen pro actualibus delictis, flagitijs, & sceleribus, quæ nos ipsi propria voluntate commissimus, sic vno actu fidei applicatam nobis contendant satisfactionem Christi, ut nullus fiat reus, quam per auxilium Dei nostris solvamus pecculis. Cum tamen scriptum sit in Deuteronomij cap. 25. *Pro mensura peccati erit, & plagarum modus*: Et in Apoc. 18. *Quantum glorificavit se, & in delictis suis, tantum date ei tormentum, & luctum*. Et Paulus Romanos iam iustificatos, exhortatur cap. 8. *Ut sicut exhibuerunt membra sua, ut seruire immunditie, & iniquitati ad iniquitatem; ita exhibeant membra sua, ut seruire iustitie in sanctificatione*. Id profecto aperissime explicans, quod Angelus Dei Ioannes, præmissus ante faciem Christi, prædicabat in deserto, clamans, ut facerent homines, non solum pœnitentiam, verum fructus pœnitentiæ. Matthei 3. ver. 8. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*.

34. De enim hac 3. parte q. 85. art. 4. sic probat D. Thomas, sicut 1. 2. quæst. 87. articulo 4. habitum est, in peccato mortali sunt duo, scilicet, auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad commutabile bonum inordinata. Ex parte ergo auersionis ab incommutabile consequitur peccatum mortale reatus pœnitentiæ æternæ, ut qui contra æternum bonum peccauit, in æternum puniatur. Ex parte etiam conuersionis ad bonum commutabile, in quantum est inordinata consequitur peccatum mortale reatus alicuius pœnitentiæ: quia inordinatio culpæ non reducit ad ordinem iustitiæ nisi per pœnitentiam. Iustum est enim ut qui voluntati suæ plus indulget, quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur: sic enim erit æqualitas. Vnde Apocal. 18. dicitur. *Quantum glorificavit se, & in delictis suis, tantum date illi tormentum, & luctum*. Quia tamen conuersio ad bonum commutabile est finita, non habet ex hac parte peccatum, quod debeat ei pœnitentiæ æternæ. Vnde si sit inordinata conuersio ad bonum commutabile sine auersione à Deo (sicut est in peccatis venialibus) non debetur peccato pœnitentiæ æternæ, sed temporalis. Quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animæ à Deo, in quantum per gratiam anima Deo coniungitur. Vnde & per consequens simul tollitur reatus pœnitentiæ æternæ: potest tamen remanere reatus alicuius pœnitentiæ temporalis.

35. Sed quia ratio hæc diffiçilis videtur, est Suarez in comm. articulo 4. numero 2. & 3. & disp. 10. sec. 3. numero 11. dicit quod in hoc modo explicandi: *Trid. dicit videntur mihi creditu diffiçilia*. Vazquez etiam quæstion 94. articulo 1. dub. 2. numero 6. a. t. *Sed ut vnum libere fatear, hanc rationem minus ego intelligo*: Quia quamuis propter auersionem à Deo efficiatur pœnitentiæ conuersio æternæ, hoc est, quia est mortalis conuersio: Tamen non video quomodo per iustificationem tollatur auersio, & maneat conuersio: *Quia totum quod erat peccati tollitur, &c.* Idem ad eius expositionem, prius agnoscendus est radicaliter titulus rationis cuius remissa culpa per gratiam, & contritionem, maneat reatus pœnitentiæ temporalis?

36. Quidam hoc videntur reducere ad meram Dei voluntatem, & misericordiam. Quod indicat modus loquendi Richardi Sancti Victoris tractatu de potestate ligandi, & soluendi cap. 4. dicentis. *In pietas itaque peccati tunc veraciter remittitur quando ad veram pœnitentiæ animæ creatoris iniuria indulgetur: & cui æterna pœnitentiæ debetur, purgatoria sola, & transitoria multatur*. Cap. 6. ait. *Notandum autem quod quæ ad modum diuina solutione transiit pœnitentiæ in pœnitentiæ æternæ, sic in sacerdotali absolutione transfertur sententia in sententiam diuinam in humanam*. Cap. 23. *Quis quæso negat esse remissionem veram, & misericordie plenam quando ad veram pœnitentiam desummat iniuria propria remittit pœnitentiæ æternam, in super & morbis ægroti adhibet medicinam*.

Scotus in 4. dist. 22. 7. 1. §. De secundo articulo ver. *Quia minus licet*. F. ait Peccatum non remittitur, nisi ad minus debitum pœnitentiæ æternæ commutetur indebitam pœnitentiæ temporalis. Quia commutatione facta, nisi illa pœnitentiæ solvatur in se, vel in pœnitentiæ æquivalenti.

37. Durandus in 4. dist. 17. q. 3. n. 5. dicit. Verum quia peccator contritus ut communis obligatur ad pœnitentiæ temporalem; quæ tamen est alterius rationis à pœnitentiæ gehennæ: ideo consuevit dici, & non irrationabiliter, quod in contritione pœnitentiæ non totaliter dimittitur simpliciter, & absolute, sed commutatur in pœnitentiæ temporalem. Idem docet in 2. dist. 42. q. 3. n. 3. & 4. Sequuntur Med. tra. 1. de Pœnitentiæ q. 7. & tra. 3. q. 1. Suarez disp. 10. sec. 3. an. 1. 4. vsque 19. Quia in intelligibile est q. 10. modo hæc

hæc commutatio fiat sine interuentu ordinationis diuinæ per solam naturam actuum nostrorum. Imò, cum pœnitentiæ æternæ gratis remittatur, iuxta sanam doctrinam; quod illa remissio non sit totalis, ut sic dicam, sed per commutationem in temporalem pœnitentiæ, talem, & tantam; non potest esse, nisi ex voluntate eius, qui remittit pœnitentiæ, ut recte sentiunt citati Doctores, & Alensis 4. p. q. 24. membro 1. Scotus in 3. dist. 22. q. vnica ar. 2. Vega lib. 13. in Trid. cap. 28. Intellegitur hæc commutatio, quia reuera, proprie loquendo, non est vna, & eadem: sed vna succedit alteri: non quia Deus in iustificatione nouam pœnitentiæ imponat: sed quia æterna lege statuta sunt diuersæ pœnitentiæ repondentes peccato, & commensurata illi secundum diuersos status.

38. Et possunt omnia dicta confirmari ratione, quam indicauit Alexander Alensis 4. p. q. 17. membro 1. art. 1. §. vltimo, alias q. 78. membr. 1. art. vlt. quia interdum vnum peccatum secundum conuersionem grauius est, & secundum auersionem minus graue: & est conuersio. Semper tamen illud, quod in auersione est grauius, simpliciter grauius est: & ideo punitur grauiori pœnitentiæ, non solum damni; sed etiam sensus: & non solum æternæ, sed etiam temporali, cæteris paribus. Ergo signum est totam hanc pœnitentiæ, & commutationem eius fieri non solum respectu conuersionis, sed etiam respectu auersionis, sit ergo modo predicto: quia nullus alius facilius, aut magis consentaneus rationi esse potest. Hæc Suarez.

Sequuntur Coninch disp. 2. dub. 12. conc. 3. n. 115. Lugo disp. 8. sec. 2. à n. 554 vsque 66. Et disp. 24. sec. 1. n. 4. addens ita fieri ex natura iustificationis hanc condonationem pœnitentiæ æternæ, ut tamen commutatio illius in tantam, vel tantam pœnitentiæ temporalem, non habeatur præiudicium ex natura, vel determinata exigentia ipsius gratiæ: nam gratia etiam intensa non petit de se, ut commutetur pœnitentiæ æternæ in tantam pœnitentiæ temporalem. Sed hoc pendet ex libera voluntate Dei, qui, iuxta ordinem suæ sapientiæ, legem statuit de commutatione faciendâ iuxta dispositionis gradum, iuxta Sacramenti dignitatem, vel alias circumstantias. Nam aliquando maior, & intensior gratia confertur per Sacramentum Pœnitentiæ, quam per Baptismum; & tamen illa gratia remissa in Baptismo affert condonationem totius pœnitentiæ: gratia vero in

tensa in Sacramento Pœnitentiæ affert solum commutationem pœnitentiæ æternæ in temporalem. Sicut & contritio cum homo iustificatur voto Sacramenti.

39. Principali sententiæ consentiunt Auerſa q. 3. sec. 11. conc. 2. asserens absolute verificari pœnitentiæ æternæ commutari in temporalem: quia vel vtraque est diuersa pœnitentiæ: vel si sit eadem ablata æternitate, recte dici potest mutari ex æternæ, in temporalem; hoc est illam, quæ fuisset æterna, factam esse temporalem.

Disentiunt tamen a Lugo docens, quod simpliciter dici debet determinari pro ratione culpæ, quæ remittitur. Nam sine dubio ex hac parte, maior pœnitentiæ luenda remanet pro pluribus, & grauioribus culpis. Nec de reliquo Deus taxat pœnitentiæ pro suo solo arbitrio, sed pro debito iustitiæ. Nec magis remittitur ex maiori gratia, nec ex præcedente dispositione. Solum ergo superest, ut pro ratione culpæ maior, aut minor pœnitentiæ remaneat. Quæ tamen quanta sit pro singulis culpis in sua grauitate ponderatis, nobis notificatum non est.

Oppositam tamen sententiam veram omnino iudico, quam tribus asseritis ex pono.

§. V. Post infusionem gratiæ remanet reatus pœnitentiæ temporalis remittenda per satisfactionem, vel satisfactionem.

40. Dico ergo primo. Quod post contritionem, & infusionem gratiæ, siue extra Sacramentum, siue in Sacramento Pœnitentiæ remaneat reatus pœnitentiæ temporalis remittenda, vel per satisfactionem in hac vita, vel per satisfactionem in Purgatorio, non prouenit ex commutatione pœnitentiæ æternæ in temporalem: quia talis commutatio in rigore non datur. Vnde talis loquutio non est admittenda in sensu proprio, & riguroso: sed solum in minus proprio, & metaphoricè permittenda. Probat bene Caietan. to. 1. opusc. trac. 4. q. 4. hæc notanda ratione. Nam idem est quod Deus interius operatur in pœnitente, & quod Dei minister, Sacramentum adhibendo significat: exterior enim sacramentalis actus

significat interiorē Dei operationem. Sed sacramentalis actio in sacramento pœnitentiæ non significat commutationem, sed absolutionem. Ergo interior Dei operatio, quæ in contritione interuenit, non est commutatio, sed absolutio.

Explicatur vis huius rationis. Quia eiusdem rationis est iustificatio impij, facta à Deo, concurrente dispositiue humanis actibus, siue fiat extra sacramentum, cum voto sacramento, siue medio sacramento: quia specificatio sumitur à forma, & à termino ad quem; licet aliæ mutationes, & denominationes secundariæ sumantur termino a quo: sed ab instrumento, cum sit quid extrinsecum, nulla differentia formæ nec effectus formalis sumitur. Sicut eiusdem rationis erit visus causatus à Deo solo, vel precibus sanctorum, vel ab ipsis instrumentaliter concurrentibus. Sed Deus suis ministris non dedit solam potestatem commutandi: sed veram dedit potestatem soluendi à vinculo peccatorum: ergo remissio culpæ, & pœnæ non fit sola, aut vera commutatione, sed solutione.

41. Secundo à priori probatur. Nam causæ remissionis peccati quoad culpam & pœnam sunt diuina attributa: misericordiæ, & iustitiæ, & omnipotentia: virtus gratiæ, & donorum supernaturalium: & efficacia meritorum Christi. Sed esset contra horum omnium perfectionem, quod pœna remitteretur commutando vnam in aliam: cum multo melius intelligatur, quod fiat ex parte Dei soluendo, & pro nostro maiori commodo satisfactionem aliqualem exigendo, quam asserere quod solum fiat commutando: ergo non fit commutatione, sed solutione. Cuius rationis vis explicatur primo, quia insimili ea vtitur D. Thomas art. 3. ratione tertia: quia hoc esset contra perfectionem misericordiæ Dei, cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Dent. 32. Vnde cuius miseretur, totaliter miseretur. Et in Proæmio Apocalypsis, inter quatuor rationes, quibus probat conuenientissimum esse Deum permittere suos cultores tribulationibus affligi: Vna est: propter punitionem culpæ præteritæ: quia delectatio culpæ, ad hoc vt deleatur, exigit amaritudinem pœnæ. Ier. 9. *Esce ego constabo, & probabo eos.* Glossa. *Vasa figuli probat formam, vt quicquid in nobis est adulterinæ materiæ, excocquatur.* Alia est: propter cohibitionem futura: vnde S. Iud. lib. 3. de summo bono. *Duritas circa suos elicitur*

in hac vita Deus agit, vt diu fortioribus flagelli stimulis feriantur, nulla eos oblectata presentis vite delectent; sed celestem patriam ubi certa quietes expectantur, indefinenter desiderant.

42. Secundo explicatur in potestate relaxandi vota, & iuramenta: quia Summo Pontifici, & Episcopis, & Prælatiis pro bono Ecclesiæ regimine, data est potestas dispensandi: & si habeant potestatem dominatiuam, possunt ea irritare. Alijs vero Religiosis ex privilegio competit quædam vota commutare; quod est quid minus, quam in eis dispensare, aut ea irritare: prout latè explicuimus. 2. to. cap. 31. q. 13. & 14. & 15. & cap. 32. q. 7. Theologia Moralitatis, & nullus negare valet. Sed Deus habet omnimodam potestatem dimittendi peccata, & peccatorum pœnas: & vt docet, & probat S. Thomas 3. p. q. 46. ar. 2. ad 3. Si voluisset absque omni satisfactione hominem à peccato liberare, contra iustitiam non fecisset. Contritioni etiã non dedit vim limitatam; quin potius vniuersaliter Ezequielis 18. ver. 30. ait. *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Nec amplius nocet ac si nunquam peccassent: quia ver. 22. promisserat quod *Omnium iniquitatum tuarum, quas operatus es, non recordabor.* Ac si nouo crearentur per gratiam. Vnde prosequitur ver. 31. *Proijcite a vobis omnes prauaricationes vestras, in quibus prauaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.* Et S. Basilius lib. de vera virginitate vltra medium inquit. *Pœnitentia certè est relaxari peccata.* Et S. Leo epist. 91. ad Theodorum Forouilijs Episcopum. *Misericordia Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas partitur venia moras, vera conuersio, dicente spiritu Dei per Prophetam (Esaia 30. iuxta septuaginta) Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris.* Potestas quoque collata Sacerdotibus non est ad solam commutationem pœnæ in pœnam, sed vniuersaliter dixit Christus Ioan. 20. v. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Et quavis Catholice doceat Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 8. quod *Claves Sacerdotum, non ad soluendum duntaxat, sed ad ligandum concessas, etiã antiqui Patres, & credunt, & docent.* Quod & diffinit can. 15. Tamen si magnitudinem contritionis, vel amoris scirent adæquare culpæ enormitatem, vere omnino à culpa, & à pœna absoluerent: & soluerent, & non

non ligarent. Et cum est indigentia satisfactionis imponendæ, non dicit Concilium, quod vna pœna commutatur in aliam: sed ait illo canone 15. *Quod virtute clauium sublata pœna aeterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat.* Recto ergo Soto in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. §. *Hinc ergo, ait. Hinc Theologi appellant commutationem pœnæ aeternæ in temporalem. Sed tamen improprie dicitur commutatio. Melius namque dicitur, quod ratione conuersionis definit esse aeterna.* Per quæ exponitur D. Thomas Opusculo 6. in expositione orationis dominicæ, in quinta petitione, dicens. *Deus in contritione dimittit culpam: & pœna aeterna commutatur in temporalem: sed nihilominus manet adhuc obligatus ad pœnam temporalem.* Eo enim ipso quod homo conteritur, in Dei gratiam recipitur, & qui reus erat pœnæ aeternæ, liberatur ab hoc reatu; & manet solum reus pœnæ temporalis. Et hoc potest vocari commutatio aeternæ pœnæ in temporalem. Sed non est cur in hoc immeremur, quia quamvis in hoc puncto variij varia dicant: tamen ait Coninch disp. 2. dub. 12. n. 114. quod est magis scire quæstio de nomine, quam de re.

§. VI. Taxatio pœnæ unde proueniat declaratur.

43. **D**ico secundo, taxatio pœnæ non fit mere ex diuino beneplacito, sed ex iustitia, & solutio est ex efficacia contritionis, & gratiæ; & ex vi institutionis sacramenti. Hoc esse verissimum dicit Vazquez 3. p. q. 94. art. 1. dub. 2. num. 2. Plane traditur à D. Thoma 1. 2. q. 87. art. 6. dicente. *Planum est autem, quod cessante actu peccati, remanet reatus in omnibus peccatis actualibus.* Actus enim peccati facit hominem reū pœnæ, in quantum transgreditur ordinem diuinæ iustitiæ: ad quem non reddit, nisi per quandam recompensationem pœnæ, quæ ad æqualitatem iustitiæ reducit, vt scilicet, qui plus voluntati suæ indulget, quam debuit, contra mandatum Dei agens, secundum ordinem diuinæ iustitiæ aliquid contra illud, quod vult, sponte tenens, vel inuitus patiat. Quod etiam iniurijs hominibus factis obseruatur, vt per recompensationem pœnæ reintegretur æqualitas iustitiæ. Hæc D. Thomas, loquendo de peccato habituali, in quantum est offensa, vel in iuria Deo illata,

seu malum Deo intentatum. Loquendo autem de peccato vt est malum hominis maculans animam, postea subdit. Vnde macula peccati ab homine tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem diuinæ iustitiæ acceptet, vt scilicet, vel ipse sibi pœnam spontaneus assumat in recompensationem culpæ præteritæ: vel etiã Deo illatam patienter sustineat, vtroque enim modo pœna rationem satisfactionis habet. Ita S. Doctor ibi. Et hac 3. parte quæstion 86. articulo 4. & in 4. distinct. 14. q. 2. articulo 1. q. 2. verbis iam relatis. Et in 2. dist. 42. quæst. 1. articulo 2. per totum: sed præcipue ad 5. inter alia de peccatore ait: *Oportet, vt quantum voluntati suæ obediuit præter legem Dei, tantum etiam in contrarium recompenset, vt sic iustitia seruetur æqualitas: & ideo post gratiam recuperatam, iniungitur satisfactio: & est adhuc homo reus temporalis pœnæ.* Et in Proæmio Apocalypsis, cum obiecißet, quod liberalitas Dei summa est: sed magis manisset eius liberalitas, si per bona opera sine afflictionibus suos coronaret: ergo Respondet, quod liberalitas non est commendabilis, quæ est sine comite sapientia: & que dissonat à iustitia: siquidem iustitia exigit, vt pro Christo damna sustineamus: item vt culpa per pœnam puniatur. Sapientia vero diuina manifestatur, dum per dura flagella cohibet Deus fideles ab oblectamentis. Item per credinem aduersorum, per ducit Deus suos ad dulcedinem præmiorum. Liberalitas diuina & si magna manifestatur illo modo quantum ad effectum: *Non tamen commendabilis quando ad modum: quia non manifestatur cum ordine iustitiæ: & cum grauitate sapientia.* Hæc ibi S. Thomas, vel qui eius expositionis est auctor.

44. Præterea ex professo conclusio nem probat D. Thomas in libro 4. contra Gentes capite 72. discrimen assignans ex ipsa institutione sacramentorum, cur in Baptismo fit remissio à culpa, & à reatu totius pœnæ, quia est spiritualis prima generatio tota facta meritis Christi nos regenerantis: at vero, cum pœnitentiæ sacramentum sit institutum, per modum medicinæ spiritualis, cuius partes sunt actus nostri, iusta eorum varietatem plus, vel minus à spirituali vulnere curamur, & à reatu pœnæ absolui mur. Quia igitur (inquit D. Thomas) coniunctio nostri ad Christum in Baptismo non est secundum operationem nostram quasi

ab interiori: quia nulla res se ipsam generat ut sit: sed à Christo, qui nos regeneravit in spem vitam; remissio peccatorum in Baptismo fit secundum potestatem ipsius Christi nos sibi coniugentis perfecte, & integre, ut non solum impunitas peccati tollatur; sed etiam solvatur pœnitus omnis pœnæ reatus. Nisi forte per accidens in his, qui non consequuntur effectum sacramenti propter hoc quod sicte accedunt In hac vero spirituali sanatione (Sacramenti Pœnitentiæ) Christo coniungimur secundum operationem nostram, diuina gratia informata: Unde non semper totaliter, nec omnes æqualiter remissionis effectum per hanc coniunctionem consequuntur. Potest enim esse conversio mentis in Deum, & indetestatio- nem peccati, & amorem, quod perfecte remissionem peccati homo consequitur, non solum quantum ad purgationem culpæ; sed etiam quantum ad remissionem totius pœnæ. Hoc autem non semper contingit. Unde quædoque per contritionem amota culpa, & reatu pœnæ aternæ soluto, ut dictum est lib. 3. cap. 158. Remanet obligatio ad aliquam pœnam temporalem, ut iustitia Dei saluetur secundum quam culpa ordinatur per pœnam. Hæc D. Thomas omnia mirifice explanans, & probans, & paucis multa comprehendens, ut semper solet. Idemque docet hic art. 4. ad 3. Notat autem Ferrara ibi §. Ad horum evidentiam, ex doctrina D. Thomæ in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. quæstioncula 2. quod vehementia contritionis potest attendi, & ex parte charitatis, quæ displicentiam cauat: & ex parte doloris sensibilis, quem voluntas incon- tritione excitat. Et utroque modo potest sufficere ad deletionem pœnæ: & culpæ, scilicet, ex intentione charitatis in suo actu; & ex intentione doloris sensibilis: quia etiam ille pœna quædam est. Propter primum dixit S. Thomas quod homo aliquando consequitur absolutionem totius reatus propter vehementem conversionem mentis in Deum: propter secundum addidit: & indetestationem peccati: ex vehementi enim tristitia: & displicentia peccati dolor sensibilis excitatur. Hæc Ferrara. Sed forte D. Thomas cap. 72. potius loquitur de actu interno pœnitentiæ, cui potius convenit quod sit satisfactio de peccatis, & vera pœnitentiæ virtus, quam actu appetitus sensitivi, ut diximus q. 85. dub. 6. §. 3. & 4. de quo infra agendo de satisfactione. Videndus omnino S. Thomas libro 3. contra Gentes, cap. 158.

45 Iam 3.p.q.60. dub. 1. ad nu. 14. quatuor argumentis ostendimus, quod non ex condonatione speciali Dei, sed ex ipsa institutione Baptismus habet tollere omnem reatum pœnæ temporalis. Unde non video quam consequenter id negat ibi Vazquez disp. 156. cap. 4. qui loquendo de pœnitentiæ nostram sententiam dicit verissimam. Cum etiam ipse Vazquez 1. 2. disp. 204. cap. 2. ut iam retulimus dub. 5. doceat, quod qui existimant iustitiam inherenter non iustificare, nec remittere peccatum, siue novo favore Dei; veram rationem iustitiæ inherenter medio tollere videntur. Consequentius procederet si idem affirmaret de remissione pœnæ tam quæ fit in Baptismo, quam in Sacramento Pœnitentiæ, tam quæ fit per gratiam, & contritionem: quia in omnibus militat rationes D. Thomæ.

Quæ plane indicantur à Patribus. S. Augustinus in Psalm. 50. ait: Impunita peccata eorum, etiam quibus ignoscis, non dimittis: sic prærogasti misericordiam, ut servares, & veritatem. Ignoscis confidenti; ignoscis: sed se ipsum punienti: sic servatur misericordia, & veritas. S. Gregor. Nacianzenus orat. 14. S. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 27. Proculdubio Dominus delictum sine ultione non deseruit: aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Videantur verba S. Augustini, quæ refert S. Beda 1. ad Cor. 11. ad illa verba: Si nos ipsos iudicavimus, non utique iudicavimus. S. Iosann. Chryso- hom. de pœnitentiæ, & confessione. S. Petrus Damianus serm. 2. de S. Andrea, Ne tibi blandiaris, si graviter peccanti, lenior pœnitentiæ à mansuetis, vel à dissimulante dicitur: cum in Purgatorij ignibus perfrigidum sit, quicquid hic minus feceris: quia dignos pœnitentiæ fructus quaris Altissimus. Videatur S. Gregor. hom. 20. in Euangelia. Eandem ut communem doctrinam tradit Scotus in 4. dist. 14. q. 1. §. De secundo articulo, asserens. Et hoc est, quod dicitur communiter, & accipitur à Boetio lib. 4. de consolatione Philosophiæ, pro- sa 4. quod pœna est ordinata culpa: ita quod non potest relinqui in uniuerso aliqua culpa, cui non correspondeat pœna ordinata.

46 Imò rationes istæ sunt canonizate in Concilio Tridentino ses. 14. cap. 8. quod non diuinando condonationes voluntarias, in Scripturis, & Patribus non reuelatas, sed ex iustitia, & clementia di-

uina;

uina; & ex diuersa Sacramentorum institutione, & ex diuersa applicatione meritum Christi, ut fecit D. Thomas illo cap. 72. totam hæc doctrinam de satisfactionis necessitate, & fructus deduxit. Et quod hoc sit taxatum ex iustitia, non semel docet. In primis illis verbis. Sane, & diuina iustitia ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter vero, qui semel à peccati, & Daemonis seruitute liberati, & accepto Spiritu Sancto, & dono scientes templum Dei violare (1. Corin. 3. Ephes. 4.) & Spiritum Sanctum contristare non formidauerint. Quæ ratio probat iustissimè institutum, ut in Baptismo sit plena remissio quoad culpam, & pœnam; & in Sacramento pœnitentiæ remittantur quoad culpam, & remaneat reatus pœnæ satisfactione, & pijs operibus remittendus. Quod verò taxatio debitum satisfactionum, sit iuxta grauitatem peccatorum, manifestè docet Concilium dicens: Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus, & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutare, & conuenientes satisfactiones iniungere. Quod decretum erat ca. Tempora, cum multis seq. 26. q. 7. de Pœnit. dist. 4. ex Concilio Cart. 3. cap. 31. & Cartag. 4. cap. 74. & Cabil. cap. 34. & 38. & Conc. Afric. cap. 9. Et ut replica præcludantur, & ne sit cauillandi locus, subiungit, Tridentinum. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouam vitam custodiam, & infirmitatis medicamentum: sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Cum autem Confessarij sint Dei ministri, re iustissimè de illius in hac parte dispositione, dixit D. Thomas, quod post peccati remissionem, remanet obligatio ad aliquam pœnam temporalem, ut iustitia Dei saluetur secundum quam culpa ordinatur per pœnam. Videatur etiam Belarminus lib. 4. de Pœnit. cap. 5.

47 Quod si inquiratur quantum auferatur de pœna temporali per vnumquodque opus satisfactorium à Bene respondet Montes in 2. q. 87. art. 6. in fine n. 70. hoc esse certum, quod auferatur plus, aut minus pro maiori, aut minori satisfactione: sed quantitas ista, sicut a Deo taxata est, ita ab ipso cognita. Nonnullæ, quæ circa hoc moueri: solent difficultates, diluuntur tractado de satisfactione.

§. VII. Ratio cur remissa culpa reatus maneat ostenditur, & ab argumentis liberatur.

48 Dico tertio propria, & immediata ratio cur remissa culpa per gratiam, & conuersionem peccatoris, remanet reatus pœnæ temporalis, est quia moraliter quantum ad aliquid permanet aliquid inordinatæ præcedentis conuersionis ad bonum creatum, pro qua debent reatus pœnæ temporalis. Itaque D. Thomas 3. p. q. 86. art. 4. cor. & ad 1. & in 2. dist. 4. 2. q. 2. art. 2. ad 5. & alijs locis iam relatis. Quem sequuntur Caietanus illa sol. ad 1. vbi & Nuño; & Araujo; Soto. lib. 3. de nat. & gratia cap. 6. & in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. ad 1. & dist. 19. q. art. 3. Martinus Ledesma 1. p. Quarti q. 27. art. 4. dub. unico, §. Pro solutione. Conradus 1. 2. q. 87. art. 4. §. In fine. Curiel ibi dub. 4. Patres Carmelitani Salmarticenses 1. 2. tract. 13. disp. 17. dub. 1. §. 3. a numero 16. usque ad 20. punctum egregie, & subtiliter attingentes, & exponentes: sed non bene Caietanum impugnantes, quem putant sibi contrarium cum tamen Caietani, & D. Thomæ, & antiquorum Thomistarum sit vna met sententia in hoc puncto istis, vel illis vocibus explicata. Vtriusque Thomæ verba subiungo, & postea melius percipietur, quod eadem eorum, & recentiorum Thomistarum Salmarticensium est opinio.

Obiecit sibi D. Thomas totius difficultatis robur in primo argumento in hac forma. Remota enim causa, remouetur effectus. Sed culpa est causa reatus pœnæ: idè enim est aliquis dignus pœna, quia culpam commisit. Ergo remissa culpa, non potest remanere reatus pœnæ. Respondet ad primum dicendum, quod culpa mortalis vtrumque habet, & auersionem à Deo, & conuersionem ad bonum creatum. Sed (sicut in 2. p. 1. 2. q. 71. art. 6. habitum est) auersio à Deo est ibi sicut formale: conuersio autem ad bonum creatum est ibi sicut materiale. Ramoto autem formali cuiuscumque rei, tollitur species humana. Et idè ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti, quod per gratiam tollitur auersio mentis à Deo simul cum reatu pœnæ aternæ. Remanet tamen illud quod est materiale, scilicet, in ordinata

dimata conuersio ad bonum creatum, per qua debetur reatus pœnæ temporalis. Hæc Diu. Thomas.

49 Contra cuius solutionem sunt duo argumenta, quæ iam notauerat Soto illa dist. 15. Primum, quod cum conuersio ad creaturam verè sit culpa ratione auersionis: & per pœnitentiam nulla remaneat ratio culpæ: sit vt nec remaneat conuersio illa: atque adeo, nec reatus pœnæ.

Secundo arguunt hæretici. Remissa culpa homo manet amicus Dei. Scruus autem censetur amicus, qui amicum pro iniuria cruciat, quam illi iam perpercit.

Variant Expositores in mente Diu. Thomæ declaranda. Nũño art. 4. ad 1. hinc conatur confirmare peccatum habituale consistere in aliquo reali positiuo modo deformitatis, contrarietatis ad legem diuinam, ratione cuius habet annexam auersionem à Deo. Per pœnitentiã tollit ille modus, & simul auersio: modus enim ille consideratur ex parte formalis: & sic tollitur formale peccati: & consequenter peccatum ipsũ. Manet autem id quod materiale est, scilicet, ipse habitus cum deformitate materiali: sine vtraque tamen deformitate formali, tam positua, quàm priuatiua.

Cæterum iam ostendimus esse falsum, & contra D. Thomam asserere peccatum habituale consistere in positiuo. De habitu vitioso, dicemus impugnando expositionem Suarez.

Aliter Araujo art. 6. dub. 1. num. 16. respondet, quod huiusmodi inordinatio conuersionis peccati manens post illius remissionem, est lex diuinæ iustitiæ stantentis, & ordinantis hominem ad talem, ac tantam pœnam, quatenus non est reducta ad debitam æqualitatem, neque est impleta. Vel est ipsa inæqualitas, seu exigentia talis legis, vt ad æqualitatem per solutionem pœnæ reducatur quæ est quid valde distinctum ab ipsa; & antecedens ad ipsum reatum: qui est debitum hominis passiuè in ipso contractum, & receptum ex talis legis exigentia: ac proinde ille ad istam consequitiuè se habet.

Neutra tamen solutio est ad mentem D. Thomæ. Non prima: quia nec lex est id quod est materiale in peccato: nec est in ipsa inordinata conuersio. Et de istis loquitur D. Thomas. Non secunda, quia

licet dicat Apostolus ad Rom. 4. *Quod leuam operatur, id est, vt exponit D. Thom. lec. 2. in fine, vindictam: quia per legem facti sunt homines digni Dei vindicta, 4. Regum 22. Magna ira Domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri, verba libri huius, scilicet, legis, Vbi enim non est lex, nec prauaricatio.* Tamen dimissa culpa per pœnitentiam, & gratiam, cum sit ablata culpa, videtur quod sit ablata in ordinatio habitualis, nec esse exigentiam vindictæ, nec manere videtur in ordinatio moralis, quæ indigeat ordinari per pœnam. Et ideo restat exponere, quid est illud quod remissa remanet, quod vocetur, & sit inordinata conuersio pro qua debetur reatus pœnæ temporalis?

Suarez in Commentario art. 4. n. 3. asserit D. Thomam non oportere, nec debere intelligi de inordinata conuersione quantum ad mortalem malitiam eius: *Sed vel quoad habitum, vel quoad aliquem effectum, vel debitum ex illa ortum.*

50 Cæterum priorem expositionem nominatim rejicit D. Thomas in 2. dist. 4. 2. q. 1. art. 2. ad 3. dicens: *Quod reatus non fundatur, perse loquendo, super dispositionem, vel habitum, sed per accidens, secundum quod vult dispositio, vel habitus cuiusdam defectui coniungitur.* Aliquid ergo aliud præter habitum, vel dispositionem assignandum est fundans per se reatum.

Secundo, de reliquijs peccati referuat D. Thomas agere art. 5. vbi de huiusmodi habitibus remanentibus per modum dispositionem: ergo in articulo quarto agit de aliquo alio præcedente, & fundante reliquias peccati.

Tertio, sæpè quis iustificatur vehementi contritione sufficienti delere totam culpam, & pœnam; & potest habere habitus vitiorum ita intensos, vt post multos actus non omnino illos expellat: quia vt ait D. Thomas 2. 2. q. 24. art. 12. *Actus non directe contrariatur habitui, sed actui. Continuatio autem habitus in subiecto non requirit continuitatem actus. Vnde ex superueniente contrario actu non statim habitus acquisitus excluditur.*

Quarto, bene notat D. Thomas in q. 28. de Veritat. art. 2. ad 2. quod nihil pro habet contrariorum actum præcedentium reatus simul in anima remanere. Non enim qui ex auaritia in prodigalitate mutatur, reatum auaritiæ habere desinit: sed solum actum, vel habitum. Et ad 3. ait, quod peccata quamuis sint contra,

gratia ex parte conuersionis; non tamen oportet quod auersiones, vel reatus remanentes sint contraria: quia sunt effectus contrariorum per accidens: cum eueniãt præter intentionem operantis. Ex contrarietate autem causarum sequitur contrarietas in effectibus, qui sunt per se; & non qui sunt per accidens. Vnde & ex contrarietate sequuntur contrarijs habitus, & dispositiones: huiusmodi enim sunt effectus actuum peccati secundum suam speciem. Modo autem loquimur de inordinata conuersione ad bonum creatum remanente: quæ est quid distinctum ab his habitibus, & dispositionibus.

51 Contra alteram responsionis partem est, quod de effectu, vel debito nec verbum habet D. Thomas nunc: & ideo licet aliam veram contineat doctrinam, manet integra præsens difficultas, quomodo remissio peccati, costante ex auersione, & conuersione, & non manente auersione, quia homo est ad Deum conuersus pœnitentiã, & charitate, & Deus ad eum conuersus, & illi pacatus, eum ad suam gratiam admitens per dona infusa, remaneat inordinata conuersio ad bonum creatum? Quod autem aliquando ex peccato soleant remanere debita, vel alij effectus, satisfactione, restitutione, & pœnitentiã reparandi, & curandi, non negamus, sed docemus cum D. Thomas 1. 2. q. 87. art. 6. ad 3. quod dicente, quod remota macula, sanatum est vulnus peccati quantum ad voluntatem. Requiritur autem adhuc pœna ad sanationem aliarum virium animæ, quæ per peccatũ præcedens deordinatæ fuerunt, vt scilicet, per contraria curentur. Requiritur etiam ad restituendum æqualitatem iustitiæ, & ad amouendum scandalum aliorum, vt ædificentur in pœna, qui sunt scandalizati culpa; vt patet ex exemplo de Dauid inducto ex 2. Regum 12. Hæc D. Thomas.

Qui ibi ad 2. soluit argumentum hæreticorum, dicens, quod virtuoso non debetur pœna simpliciter: potest tamen sibi deberi pœna vt satisfactoria: quia hoc ipsum ad virtutem pertinet, vt satisfaciat prohibis, in quibus offendit, vel Deũ, vel hominem. Addit Soto, quod potest qui alium læsit, in amicitia eius recipi, manente iustitia læsa, quousque reficiatur debitum: quare non est contra legem amicitia ab amico id petere, quod debet. Hæc enim est differentia inter casti-

gationem inimici, & amici, vt D. Thomas. 1. 2. q. 87. art. 6. corp. 1. patienter adnotauit, quod inimicus castigatur inuitus: amicus vero spontaneus debet solvere. Et sic iustus post pœnitentiã suã sponte in hac vita satis facit: & in Purgatorio nõ resistit, sed patienter fert ignem.

52 Ad primum Soto refert, & approbat solutionem Caietani sic dicentis. In responsione ad primum, pro quanto ibi dicitur, quod remissio peccati mortali remanet inordinata conuersio ad commutabile bonum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis, aduerte sententiã hanc intelligi de possibili, & quod in ordinationem: non enim necesse est remanere huiusmodi conuersionem: sed potest tolli totum simul. Et similiter dato quod non totum sit subiectum, non est necesse remanere ipsam conuersionem, sed inordinationem quæ fait ipsius conuersionis. Potest enim qui peccato auaritiæ deliquit, ante remissionem peccati, dimissis auaritiæ actibus, & inclinationibus, in oppositum actus cõuertit. Et tunc apparet, quod adueniente gratia remittente peccatum prioris auaritiæ, non remanet conuersio illius habitualis ad commutabile bonum: sed inordinatio ipsius incurta, per pœnam temporalem ordinanda: ratione siquidem illius inordinationis remanet reatus pœnæ temporalis, tandiu, quousque culpabilis in ordinatio ordinata sufficienter fuerit per pœnam. Hæc Caietanus. Cuius totam solutionem video compactam ex doctrina S. Thomæ. Prior pars ex illis verbis D. Thomæ 4. Contra Gentes cap. 72. *Vnde non semper totaliter, nec omnes æqualiter remissionis effectum per hanc conuersionem consequitur.* Et ibi docet aliqua vehementi contritione posse consequi remissionem totius culpæ, & totius pœnæ. Recte ergo dixit Caietanus posse simul totum tolli. Vnde & Concilium Tridentinum, non diffinit necessario, & semper post iustificationem, vel absolutionem Sacerdotis manere reatum pœnæ: sed ses. 14. can. 15. diffinit quod *pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat.* & canone 12. damnat asserentes *totam pœnam simul cum culpa remitti semper à Deo.* Secundam partem solutionis, quod non semper maneat ad hæsiõ, & conuersio præcedens eodem exemplo Caietani explicuerat D. Thomas q. 28. de Verit. art. 2. ad 3. & patet quod vitia acquiruntur, & deperduntur actibus contrarijs etiam ho-

homine non iustificato per gratiā. Quod autem maneat in ordinatio conuersionis, quando non est sufficienter retractata, est ipsa solutio ad 1. art. 4. D. Thomae; quam exponit Caietanus; unde quod ipsi dixerint ad exponendum D. Thomam, intelligant dictum ad expositionem Caietani.

53 Addunt igitur P.P. Carmelitani pro exponendo D. Thomam nu. 18. & 19. quod licet in qualibet iustificatione, dum gratia infunditur, & peccatum habituale auferatur, retractetur etiam peccatum actuale procedens, quantum ad illud quod habebat auersionis, seu conuersionis auersuæ: quia hæc ratio non retractata est omnino cum gratia impossibilis. Non tamen necesse est quod retractetur etiam quantum ad conuersionem secundum se præcise sumptam: quia talis ratio cum prædicta præcissione non repugnat gratiæ, ut cernitur in peccatis venialibus. Unde adhuc post iustificationem potest moraliter permanere: quousque voluntas per penam, & mortificationem assumptam tantum sibi displiceat, tantum demque delectationis, & gustus sibi adimat, quantum indulgerat per prædictam conuersionem: sic que omnino illam retractet, & eius deordinationem ad debitum ordinem reducat. Et quantum realiter, & physice istæ rationes non sint separabiles; potest secundum unam rationem non permanere moraliter, quia est retractata; & permanere secundum aliam. Potest enim voluntas circa rationes inter se idem tificatas taliter suo affectu versari, ut doleat de vna, & non de alia: adeoque, ut illam, & non istam retractet. In quo ipso tollit à prima moralem per manentiam, non illi amplius adhaerens. Et conseruat moraliter secundam per voluntariam adhaesionem ad ipsam. Moralis enim permanentia, aut non permanentia prædictæ conuersionis, vel auersionis in nullo alio consistit quam in adhaesionem, vel non adhaesionem voluntatis ad illas. Ideoque D. Thomas in 2. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 5. docet, quod cum aliquis gratiam recuperat, defectus, qui fuit in ipso actu peccati non ex toto sublati sunt: quia oportet ut quantum voluntati suæ obediuit præter legem Dei, tantum etiam in contrarium recompenset: ut sic iustitia seruetur & qualitas: & ideo post gratiam recuperatam igitur satisfactio, & est adhuc homo reus temporalis penæ.

54 Quamuis autem rationem D. Thomam, ut difficilem relinquat Lugo disp.

8. sec. 2. n. 46. Tamem ex ipsius doctrina ad aliud intentum possumus eam reddere facilem. Ipse disp. 7. sec. 5. n. 47. sic ait. Secundo obseruandum est, posse actum præteritum perseverare moraliter in ordine ad aliquem effectum: & tamen non perseverare in ordine ad alios. Explicatur in exemplo legis latoris prohibentis aliquid sub graui penâ: potest hæc lex vni, vel dispensatione abrogari quoad partem penæ, & vigere adhuc quoad aliam partem. Tunc voluntas legislatoris censetur manere moraliter quoad effectum obligandi ad illam partem, & non manere quoad effectum obligandi ad aliam partem. Ratio autem est, quia ista permanentia moralis est fundamentum, quod homines habent ad prudenter iudicandum, voluntatem priorem æquiualem perseverare. Possunt autem homines habere fundamentum ad iudicandum prioræ voluntatem æquiualem manere in ordine ad unum effectum, & non habere fundamentum ad iudicandum manere æquiualem in ordine ad alium; quia nimirum reuocata est in ordine ad illum. Quam doctrinam repetit sec. 6. n. 8. dicens Nec nouum est (ut notauit sectione præcedenti) manere aliquem actum moraliter in ordine ad unum effectum, & non in ordine ad alium. Verbigratia, promissum alicui virgini matrimonium, ut extorques ab ea copulam illicitam: peccasti promittendo ratione malitiam: obtinisti copulam: doles postea de peccato. Iam non manet moraliter promissio illa mala in ordine ad culpam, vel ad denominandum te peccatorem: manet tamen moraliter eadem promissio obligans te ad sui adimplerem. Sic etiam in præsentem potest manere actus præteritus moraliter obligans ad penam, & non manere moraliter idem actus in ordine ad culpam. Hæc Lugo repetens postea rationem eandem, quam proposuerat sec. 5. Quod & approbat Ripalda lib. 6. de Ente supern. disp. vlt. sec. 23. à n. 319. & sec. 25. à n. 365. & n. 368. dicit posse peccatum manere voluntarium in ordine ad unum effectum, & non in ordine ad alium. Explicauerat n. 366. exemplo voti: quia si in incio ipso uolente, & non retractate voti, relaxetur à Pontifice; tollitur quidem obligatio uolentis: ceterum non tollitur præscriptio & existimatio, quod illi grata sit emissio præterita voti.

55 Quod tota hæc doctrina deseruiat intento D. Thomae patet ex ipso in 2. dist.

74. quæst. 2. art. 1. quæst. 2. vntente exemplo violatis amicitiam, & iustitiam: & subiungente: *Es sicut has duo in offensa quandoque diuidantur; ita etiam in compensatione separantur.* Et alia, quæ iam ex ipso retulimus. Ergo potest peccati conuersio auersua esse ablata, & non perseverare formaliter in ordine ad auertendam, quia est iam conuersus ad Deum per gratiam; & moraliter permanere quoad aliquam adhaesionem ad creaturam per ordinem præcedentem non penitus retractatam. Unde Soto dist. 15. art. illo 4. in probatione quintæ conclusionis, ait, quod cum homo per peccatum læserit, & amicitiam Dei & iustitiam, fit ut quamuis per poenitentiam amicitiam recuperet; nihilominus ratione iustitiæ soluere penas debeat ad iustum: non quidem in Inferno: sed vel spontaneas in hoc seculo; vel in Purgatorio inflictas. Et conclusio (inquit post pauca) etiam in seculari politica usu comprobatur. Qui enim alteri iniuriam intulit, licet dum de iniuria veniam petit, amicitiam conciliet; remanet tamen damni debitor ratione iustitiæ.

56 Ut autem argumenta cessent, & radicitus corruant, notat Curiel. 1. 2. q. 87. art. 4. dub. 4. quod quando dicit D. Thomas, quod poena sensus respondet conuersioni ad bonum commutabile, & poena damni auersioni à Deo, non esse eius sensum, quod sola conuersio puniatur poena sensus, & sola auersio poena damni. Nam neque auersio, & conuersio important duas malitias, quæ sint puniendæ duabus poenis; sed vna tantum, cui responderet vna integra, & totalis poena, constans duabus partibus, scilicet, poena damni, & poena sensus. Neque conuersio potest separari ab auersione actuali, neque est contra. Nam peccatum actuale, quatenus est appetituum boni auertentis à Deo, habet quod sit conuersio, & auersio: quia ut appetituum boni, dicitur conuersio: & quatenus, bonum istud est auertens appetentem à Deo dicitur auersio. Quare doctrina ista accipienda est secundum quædam accommodatorem, & appropriationem. Quæ consistit in hoc, quod sicut homo conuertitur in ordinate ad creaturas; ita ab ipsis creaturis crucietur: & sicut auertitur à Deo; ita etiam priuetur ipso Deo, & suis bonis. Hæc ille.

57 Quod videtur ad mentem D. Thomae

Tum ex modo loquendi illa q. 78. ar. 4. quod poena proportionatur peccato. Et inde inferit, quod ex parte auersionis respondet peccato poena damni: & ex parte inordinate conuersionis respondet ei poena sensus: ergo proportionem, & correspondentiam dicit hoc intelligendum. Tunc hæc q. 86. ar. 4. ad 1. dicit conuersionem, & auersionem adunari ad faciendum, & constituentium unum peccatum mortale; sicut adunatur materiale, & formale ad faciendum unum concretum. Constat autem, quod materiale, & formale non sunt duo peccata, nec duæ malitiæ: & quod si tollatur auersio, non erit peccatum mortale: neque agens morale potest ab vno vitio sine auertenti conuertatur ad alium finem. Tertio, ipse D. Th. in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. ad 1. ait: *Quidam tamen dicunt, quod habet infinitatem ex parte auersionis: & sic gratis dimittitur: sed ex parte conuersionis finita est. & sic pro ea satisfieri potest. Sed hoc nihil est: quia satisfactio non respondet peccato nisi secundum quod est offensa Dei: quod non habet ex parte conuersionis: sed solum ex parte auersionis.* Quarto, quia, licet loquendo de auersione simpliciter, sæpius in repetat D. Th. quod docet hic art. 4. & 5. quod in peccatis venialibus est inordinata conuersio ad bonum commutabile, sine auersione à Deo. Tamem in peccato veniali etiam D. Th. in 2. dist. 42. q. 1. ar. 2. ad 5. admittit esse auersionem secundum quid, dum ait: *Vnde peccata venialiter simulantur ei, qui nimis moratur in via: & hoc non est auertenti, nisi secundum quid.* Per quæ facile responderi potest argumentis, quæ solent opponi contra rationem D. Thomae.

DVBIVM OCTAVVM.

Vtrum remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati?

§. I. *Ex doctrina D. Thomae resoluitur dubium.*

1 Respondet D. Thomas articulo quinto, quod peccatum mortale ex parte conuersionis in ordinate ad bonum commutabile, quandam dispositionem causat in anima, vel etiam habitum, si habitus frequenter iteretur. Sicut autem dictum est art. 4. culpa peccati mortalis remittitur, in quantum tollitur per gratiam auersio mentis à Deo. Sublato autem eo, quod est ex parte auersionis, nihilominus

minus remanere potest id quod est ex parte conuersionis in ordinata; cum hæc contingat esse sine illa, sicut dictum est art. 4. Et ideo nihil prohibet quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex præcedentibus actibus causata; quæ dicuntur peccati reliquiae. Remanent tamen debilitata, & diminuta ita quod homini non dominantur. Et hoc magis per modum dispositionum, quam per modum habituum. Sicut etiam remanet fomes post Baptismum.

2 Circa hanc responsionem D. Thomae dubitat Martinus Ledesma 1. part. Quarti quæst. 20. art. 5. dub. 1. quia videtur D. Thomas non respondere ad illud quod quæsit, inquit enim utrum remissa culpa, omnes reliquiae peccati tollantur? Et solum probat id quod titulus supponebat, quod post peccatum remanent reliquiae. Cui difficultati Ledesma respondet, quod quæstio inquirebat unum, & supponebat aliud. Et ideo ad utrumque voluit respondere: ad id quod supponebat, respondet in corpore articuli: & ad secundum principale quæsitum respondet ad primum, quod aliquando statim remissa culpa tolluntur omnes peccati reliquiae, aliquando vero paulatim.

Facilior tamen est communis aliorum expositio, quod conclusio est negatiua; & ad hoc sufficit probare, quod potest contingere quod culpa sit remissa, & non sint ablata omnes defectus ex peccato actuali consecuti, qui dicuntur peccati reliquiae. Vtrum autem hoc sit ita vniuersaliter negandum, quod non sit aliqua exceptio admittenda? Breuitati studens, ut decet summam scribenti, explicat argumenta soluendo. Quem esse D. Thomae sensum, constat ex ipso D. Thoma in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 3. ad idem quæsitum sic respondente. Dicendam, quod sicut poenitentia non tollit totaliter reatum per quemlibet actum commissum primum: sed tunc tollit quando ad perfectum perducitur secundum omnes poenitentiae partes. Ita etiam non operret, quod per primum poenitentiae actum omnes defectus ex peccato actuali consecuti, qui dicuntur reliquiae, reparentur. Sed poenitentia iam perfecta quantum ad omnes sui partes, & reliquiae etiam tolluntur peccati actualis.

Quod exemplo sanitatis corporalis declarat D. Thomas ibi ad 1. di-

gens, quod poenitentia non comparatur generationi, sed magis sanationi: quia per poenitentiam homini non datur noua vita; sed in pristinam vitam reparatur. In sanatione autem hoc videmus accidere, quod sanitate restituta, ad huc reliquiae aliquæ morbi manent ante perfectam sanitatis restitutionem. Ita etiam ante completam poenitentiam reliquiae actualis peccati manent.

3 Quam doctrinam latius exponit D. Thomas lib. 4. contra Gentes. cap. 72. & hac q. 86. art. 4. ad 3. dicens. In Baptismo autem homo participat totaliter virtutem passionis Christi (ut pote per aquam, & spiritum Christo commoritur peccato, & in eo regeneratus ad nouam vitam) Et ideo in Baptismo homo consequitur remissionem totius reatus poenae. In poenitentia vero consequitur virtutem passionis Christi, secundum modum propriorum actuum, qui sunt materia poenitentiae, sicut aqua Baptismi, ut supra q. 84. art. 1. & 3. dictum est. Et ideo non statim per primum actum poenitentiae, quo remittitur culpa, soluitur reatus totius poenae: sed completis omnibus poenitentiae actibus. Quam doctrinam tradit etiam Tridentinum Concilium sess. 14. cap. 2. dicens. *Alius est præterea Baptismi, & alius Poenitentiae fructus. Per Baptismum enim Christum induentes (Gal. 3.) noua prorsus in illo efficiuntur creature, plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes. Ad quam tantam nouitatem, & integritatem per Sacramentum Poenitentiae, sine maioris nostris fletibus, & laboribus, diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus ut merito Poenitentia laboriosus quidam Baptismus à Sanctis Patribus dictus fuerit.* Quod etiam applicari posse ad reliquias peccatorum, in Catechismo Pij Quinti docemur: loquendo enim de sacramentali satisfactione, ait. Tamen non semper contingit, quemadmodum à Tridentina Synodo declaratum est, ut Dominus peccatorum reliquias, & poenam, certo tempore definitam, quæ peccatis debetur, remittat. Affertque illud Psalmi 50. *Amplius lauame ab iniquitate mea.* Quibus verbis illud petitum est à Domino, ut non solum crimen, sed poenam etiam criminis debitam condonaret; atque a peccati reliquijs purgatum sin pristinum decoris, & integritatis statum restitueret

Re:

4 Reliquiarum nomine, explicat S. Thom. in 4. Sent. se intelligere. *Omnes defectus ex peccato actuali consecutos, & in primo argumento; Sicut pronitas ad malum, habitudo, & huiusmodi.* In hoc articulo 4. dispositiones, vel habitus, ex præcedentibus actibus causatas; & istæ sunt inclinationes ad peccatum. Addit Soto in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 5. §. *Reliquia.* Imò esse possunt languores, & debilitates corporis: nam per vitia potissimum carnis, & iracundiæ, etiam complexionibus corporis mutantur: unde grauedo nascitur, & furor.

Quare istæ non solum per poenitentiam; sed nec per Baptismum ab homine adulto corruptorum morum susceptam abstergantur: nam habitus acquisiti in viro iusto permanent, & non nisi contrario exercitio eradicantur. Quo vtrique exercitio, & animi vires itroborantur. Quod autem ait D. Thomas post Baptismum relinqui fomitem, intelligit non tantum in adultis, verum & in paruulis: quæ est sensualitatis pronitas ad bona sensibilia, non ex peccato rationis ordine (Quæ est doctrina S. Augustini lib. 1. de peccatorum meritis cap. ult. Diffinita in Tridentino sess. 5. decreto de peccato originali n. 5. De quo iam egimus 3. p. q. 69. dub. 1. §. 3.) Optime hoc Origines hom. 8. super Leuit. inter differendum de sex plagis illis, quæ Leuitici 13. numerantur, tractat per similitudinem ad corporum vulnera: ut enim in corporibus vix vulnera tam exacte curantur, quin cicatrices relinquunt, quæ vestigia sunt, & in dicitur curati vlcis: sic in animo vsu venit id quod in confusionem, & opprobrium nostrum audire debemus: nam quod natura non sufficit in corpore, deberet humana libertas, insignibus Dei auxilijs, & subsidijs suffulta, in anima præstare. Et tamen multo difficilius cicatrices morborum spiritualium, quam corporaliū prorsus abolerentur. Vnde Ieremias 8. *Numquid resina non est in Galaad: aut medicus non est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix sicut populi mei? Accedit ex Euangelio illud Marci 8. de cæco per Christum illuminato, qui primo restitutus est ad imperfectum visum: quare ait: *Video homines velut arbores ambulantes.* Deinde restitutus est perfecte sanitati, ita vt clare perspicere omnia. Illuminatio autem cæci (inquit D. Thomas) significat liberationem peccatoris post*

poenitentiam. Post primam ergo remissionem culpa, qua homo restituitur ad visum, ad huc remanent in eo reliquiae peccati præteriti.

5 Et quia huiusmodi reliquiae semper, vel in totum, vel in partem, remanente timentur vsque in mortem, ad earum expurgationem institutum est Sacramentum Extremæ vntionis, vt Ecclesia per Christum abunde instructa, nihil prætermittat, vt hominem ex hac luce proficiscentem, per purgatum mittat ad Cælum, Expurgatio nanque quantum ad omnem poenam, si in hac vita non fuit perfecta, in Purgatorio, vt dictum est, perficitur. Hæc Soto pro exponenda doctrina D. Thomae. Quæ nescimus est Theologorum communis, sed Ecclesiae doctrina: liquidum in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 2. de effectu Sacramenti Extremæ vntionis dicitur: *Res enim hæc gratia est Spiritus Sancti: cuius vntio delicta, si qua sint adhuc ex vianda, ac peccati reliquias abstergit, &c.*

§. II. Soluitur Argumentum, & quot fuerint Magdalena ostenditur.

6 Solet contra hanc doctrinam opponi: nam vt habetur lib. de vera, & falsa poenit. cap. 9. Numquam Dominus a liquem sanauit, quem omnino non liberauit: totum enim hominem sanauit in Sabbato: quia & corpus ab omni infirmitate, animam ab omni contagione. Sed reliquiae peccati pertinent ad infirmitatem peccati. Ergo non videntur possibile, quod remissa culpa, remaneant reliquiae peccati.

Respondet D. Thomas art. 5. ad 1. quod Deus totum hominem perfecte curat. Sed quandoque subito: sicut socrus Petri statim restituit perfectam sanitatem, ita vt surgens ministraret illis, vt legitur Luca 4. Quandoque autem successiue, sicut dictum est de cæco illuminato, Marci 8. Et ita etiam spiritaliter quandoque tanta commotione conuertit cor hominis, vt subito perfecte consequatur sanitatem spiritualem; non solum remissa culpa; sed sublatis omnibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena Luca 7. Quandoque autem prius remittit cul-

pam per gratiam operantem; & postea per gratiam cooperantem successiue tollit peccati reliquias. Hæc S. Thomas.

7 Circa eius verba occurrebat in primis famosissima, & antiquitus disputata questio, an vna, vel plures fuerint Magdalena? Sed ab hoc labore nos liberarunt, qui de illa copiose disseruerunt Cornelius Iansenius in Concordia cap. 48. Caesar Baronius tō. 1. Anno Christi 32. cap. 17. vique 29. & in Notationibus ad Martyrol. 2. 2. Iulij. Ioannes Maldonatus in cap. 26. Mathæi ver. 7. In Bibliotheca Concionatoria M. fr. Francisci Combefis edita Parisijs 1662. to. 7. folio. 376. in sermone S. Titi Bostrensis Episcopi in Euangelium Lucæ 7. in margine sic habetur. *Tamet si multi Latinorum mulierem hanc Martha, & Lazari, sororem fuisse existimant: Græci tamen Scriptores constanter id negant. Certè Scriptura Mariam Martha sororem nusquam Magdalenam, aut peccatricem vocant. Hæc anterior Collector consultius, quam qui in Biblioth. PP. ad Titi Commentaria marginales notulas in seite addidit.* Cæterum vt. Pasicensi Parisiensem opponamus, M. Ioannes Nicolai 3. part. quæst. 86. art. 5. in editione Parisiensis anni 1663. art. 5. ad 1. relatis verbis S. Gregorij ex hom. 33. in Euangelia dicentis. *Hanc vero, quam Lucas peccatricem mulierem, Ioannes Mariam nominat illam esse Mariam credimus, de qua Marcus septem Dæmonia eiecta fuisse testatur.* subiungit: *Hanc porro S. Gregorij de Magdalena sententiam, sacra facultas Theologica Parisiensis in generali Congregatione apud Mathurinenses celebrata contra Iodocum Clitoveum, & Fabrum Stapulensem decreuit amplectendam: Quod decretum suum occasione nato contra imperium, ac præposterum quendam scriptorem Bellouacum Anno in Comitibus Generalibus, cui præfens ipse fuit, apud Sorbonam renouauit.* Videatur S. Augustin. lib. 2. de Conf. E. uang. cap. 39. Et S. Thomas Matth. 26. initio, & Ioan. 11. lec. 1. & cap. 12. lec. 1. & Caiet. Luc. 8. ver. 2.

Aliud scrupulum obiicit Suarez in Commentarijs art. 5. ad 1. contra illa verba D. Thomæ: *Non solum remissa culpa, sed sublatis omnibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena Lucæ 7.* Ex quo loco (inquit Suarez aperte) solum habemus remissa fuisse Magdalena omnia peccata: & magna etiam probabilitate,

ac fere certo colligitur, non solum quoad culpam, sed etiam quoad reatum poenæ fuisse remissa: quia dilexit multam: & ex illo: *vade in pace: & ex alijs circumstantijs, quæ ibi referuntur.* Quod vero ablati fuerint omnes habitus prauus, & dispositiones, & praua phantasmata, non ita clare colligitur ex illo loco. Pie tamen creditur, tum ex Christi liberalitate: Tum ex efficacia, & magnitudine conuersionis. Tum ex modo viuendi, quem ab eo puncto Magdalena instituit, & perfectissimis actionibus virtutum, quas summa propertitudine, & facilitate exercuit. Hæc Suarez.

8 Sed magis credo D. Thomæ: quia pro eo stant omnes sacri Doctores ex ipsius Christi Domini verbis in Euangelio relatis hanc puritatem S. Mariæ Magdalena, seu mulieris antea peccatricis depromentes. S. Chrysost. homil. In Pharisaum, & meretricem to. 7. apud Sauil. & in Bibli. fol. 365. col. 2. *Remittuntur tibi peccata. Accipe iam, mulier, scriptam lacrymis orationem: accipe fidem mercedem: accipe obedientiam victim: accipe pietatis dona: accipe coronam penitentiae: accipe amatorum gemituum dulcissimum fructum: accipe tristis sementis dulcissimam messem. Seminasti in Lacrymis, in exultatione mette. Remittuntur tibi peccata? Dirupta sunt vitæ mala catana: dissoluta sunt nequitia vincula ferrea: liberata es à culpæ pariter, ac poenæ reatu: effugisti in extinguibilem ignis caminum: paucis lacrymis ingentem adeo extrinseci flammam hostis maligni conculcasti caput. Et in fragora ut repentem exaltata sis: quomodo veneris ut rea, merueris que à reatu liberaris? Venisti ut tanquam saucia acciperes remedium, ut que regina coronam gestas regiam. Regenerata es absque matrice, nouum facta absque luto, absque igne nouum constata: baptizata absque piscina. Tute ipsam tuis lacrymis piscinam temperasti: verbum meum tuum baptismum effectum. est: meus sermo illuminatio vultus tui.* Et post alia in eadem sententia. Exponit illa verba: *Vade in pace. Nam si velis, me semper tecum, at tibi assistentem habebis, &c.*

9 Idem homil. de Meretrice, & Pharisaeo eodem to. 7. fol. 366. col. 2. *Verum peccatrix illa ad iustitiam accurrit, ac velut igne peccata absumpsit.* Et

Et post alia in eadem sententia. Exponit illa verba: *Vade in pace. Nam si velis, me semper tecum, at tibi assistentem habebis, &c.*

10 Idem homil. de Meretrice, & Pharisaeo eodem tom. 7. fol. 366. col. 2. *Verum peccatrix illa ad iustitiam accurrit, ac velut igne peccata absumpsit. Nemus in paradysum cecidit, leana in ouicula. m. foetor in unguentum, venditio in thesaurum, cornix in columbam, meretrix in virginem, Christi sororem sponsam verbi.* Eodem sensu idem Chrysost. hom. 6. in Mathæum ait *Sic igitur meretricis effecta est honestior virginibus. Quod & repetit hoc. s. dicens. Sic meretricis diuino igne succensa virginibus facta celebrior est.* Et eleganter descripta historia, subiungit. *Atque hæc quidem omni foris se habent: quæ vero intus animo paragebantur, multo his erant feruentiora, quæ tantum modo Deus ipse cernebat. Idcirco quisquis nostram audit, illi congratulatur, atque eius præclaro gaudet facinore, omnique illam absoluit crimine. Si autem nos, eum mali simus, hanc ferimus sententiam, confidera quanta iam clementis Dei liberalitate fruatur, quantaque bona ante etiam Dei dona ex poenitentia consequuta sit.*

11 Similia S. Ephrem Syrus sermone in mulierem peccatricem loquens. S. August. lib. 50. hom. in hom. 33. cap. 1. & 7. & ser. 58. de tempore. inter alia ait. *Et meretrici, quæ locrymis pedes rigauerat, totum indulgit. S. Petrus Crisologus serm. 93. In peccatricis caput purgandis criminibus resuebat, vt suo fonte mulier in nouum Baptisma suorum dilueret illuicem peccatorum.*

S. Greg. hom. 33. in Euangelia: ponderans illa verba Domini: *Remittuntur tibi peccata, nisi ignem? Et quid culpam, nisi rubiginem?* Vnde nunc dicitur: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multam.* Ac si aperte diceretur. *Incendit plane peccati rubiginem, quia ardet valde per amoris ignem.* Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Istis verbis doctrina, & ratio D. Thomæ traditur. Postea in fine docet Christum Dominum huiusmodi similem, qui umbrato loco in meridie lubens requiescit. Vnde & Mariæ Lucæ 1. ver. 35. dicitur: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quod & peccatrici post poenitentiam applicat S. Gregorius concludens. *Plus ergo poenitens mulier pascebat intus, quam Pharisaus.*

Dominum pascebat foris: quia ab aestu carnalium quasi hinculus Redemptor noster ad illius mentem fugerat, quam post vitiorum ignem poenitentia umbra temperabat. Ergo umbra Spiritus Sancti ab omni culpa, & reatu, & reliquia peccati erat purgata: & omnes peccati reliquias ignis diuini amoris absumperat, ita vt nulla rubigo, aut cicatrix, vel umbra peccati remaneret. Rationem assignat ipse Magnus Greg. 3. parte Pastoralis Admonitione. 29. dicens. *Et fit plerumque Deo gratior amore ardens vita post culpam, quam securitate torpens innocentia.* Vnde & voce iudicis dicitur Lucæ 7. *Remittantur ei peccata multa: quia dilexit multam.* Et Lucæ 15. ver. 7. *Gaudium erit in Cælo super vno peccatore poenitente, magis quam super nonaginta nouem iustis, quibus non opus est poenitentia.* Quod citius ex vtu colligimus, si nostræ mentis iudicia penitemus. *Pius namque terram diligimus, quæ post spinas edarata fructus uberes producit, quam quæ nullas spinas habuit, sed tamen exculta sterilem segetem gignit.* Hæc S. Gregorius. Quod est scitum, & aptum simile ad rem hanc exponendam. S. Bern. in sermone de Magdalena, vel potius B. Petri Damiani serm. 31. cuius magis venam refert. Beatus Laurentius Iustinianus in festo S. Mariæ Magdal. *Accessit namque ad medicum ægra, & recessit sana. Erat quippe ipsa, sed altera, per essentiam ipsa, & per gratiam altera. In melius illam reformauit gratia, quam natura condiderat.*

12 Optime ipse melissius Bernardus sermone 3. in cantica, monens, vt anima onerata peccatis, non temere assurgat ad os serenissimi sponsi, sed potius pauida iaceat ad pedes tenerissimi Domini: subiungit. *Non tibi o quicumque se talis anima, non tibi ille locus visus, aut despicibilis videatur, ubi sancta peccatrix peccata deposuit, induit sanctitatem. Ibi Athiopissa mutauit pellem, & in nouum restituta candorem, iam tunc fiducialiter, veraciterque respondebat exprobantibus sibi verbum: Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Miraris quanam id arte potuerit, vel quibus obtinuerit meritis? Paucis accipe. Fleuit amare, & de intus visceribus longa suspiria trabens, salutaribus intra se sacussa singultibus fellos humores euomit. Cælestis medicus celerrime subuenit: quia velociter currit sermo eius. Nam quid non potio est sermo Dei? Est*

utique fortis, & viderens, & scrutans corda, & reus Psal. 7. Denique sermo Dei vultus & efficax, penetrabilior omni gladio accipit. Heb. 4. Itaque S. Bernardus, non solum docet, perfecte repente sanantem; sed & magnam sanctitatem assecutam; & reddit pro causa infinitam efficaciam caelestis medici, & vim magnam eminentis contritionis: qua mirabit pelle, & in nouum fuit restituta candorem. Hac de causa, vt notat S. Petrus Chrysologus serm. 93. *Exaggerat Euangelista mulieris facinus, vt accendat indulgentiam largitoris.*

12. Praeterea, vt dicitur 2. Metaph. textu 4. *primum in quolibet genere videtur esse maximum.* Sed Maria Magdalena fuit poenitentium prima, dara alijs in exemplum poenitentiae. Vnde S. Ioan. Chrysost. hom. in Phariseum & meretricem. *Volo in sanctam Ecclesiam mulierem adducere, vt & nos eius doceamur exemplo, qua nobis ad Christum ad eundem sit ratione, ac peccatorum accipienda remissio. Quae enim ab ea gesta fuerunt, clarum habent doctrinam eorum, quae nobis semper praestanda sunt.* S. Ephren vbi supra introducit Magdalenam dicentem. *Gratia tua os mihi aperuit, ad ista ex corde coram te recensenda, vt forma, atque figura pueri reddat cunctis peccatoribus, quos ipse saluaturus venisti, benignissime.* S. Ambrosius lib. 2. de Poenit. cap. 8. *Omnes, qui volunt veniam promereri magisterium praestitit.* S. Crisost. ser. 76. *In Ecclesia sublimata fastigio.* Vt ergo poenitentes confiderent vera contritione, & satisfactione, posse obtinere veniam omnium culparum, & poenarum, & liberari ab omni reliqua, & effectu peccati, fuit haec mutatio dexterae excelsae: vt pote habens primitias spiritus poenitentiae. Vnde S. Gregorius Niluensis (cui tribuitur a D. Thoma in Cateria, & a Francisco Zino: Vel S. Asterius Amaseae Episcopus, cui ascribunt Phorius, & Combeffis to. 7. fol. 372. sermonem in eos, qui durius iudicant alios, & de poenitentia) ait. *Lucas igitur, animorum magis, quam corporum medicus, praesentem hanc nobis, non tam narrationem conscripsit, quam plane appositam agrotantibus medicinam exhibuit, ostendens ipsum Deum, Seruatoremque nostrum, qui sine comparatione purus, atque integer est, solus que iustus, clementer ad modum, benignus que cum peccatis, at que damnatis versari, & cum ijs, qui non dum puri, mundique sunt, viuere; non vt eorum maculae assipiat; sed illis iustitiam suam impertiat, instar bu-*

isae solis, quem eernimus, &c. Et infra. Si vultis discere, quomodo peccatis dolere & in voribus vestris ingerascere debeatis, mulierem nobis a Luca in praesentia descriptam considerate.

Si ergo constat ex Euangelio quod Socrum Simonis statim perfecta sanitate restituit; cum Dominus magis venerit ad sanandas animas, quam ad curanda corpora: aliquam perfecte statim sanauit a peccatis; & maxime illam cui remissit peccata multa, quia dilexit multum: vt de vtriusque infinitatibus verificetur illud Isaiae 53. quod in illo dicit impletum Euangelista Marth. cap. 8. ver. 17. *Ipsae infirmitates nostras accepit: & agrotationes nostras portauit.* Quia Princeps Apostolorum de infirmitate spirituali praecipue exposuit 1. Petri 2. ver. 24. *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iustitia viuamus; cuius liuore sanati estis.*

13. Accessit illa magna fides peccatricis: de qua S. Augustin. lib. 50. hom. in hom. 33. cap. 7. ait: *Illa, quae credidit eum posse peccata dimittere, plusquam hominem esse intellexit.* Et vt sapienter monet Cornelius Ianfenij Episcopus Gandauensis in Concordia Euangelij, cap. 48. primum quidem in ipsa hoc ad mirandum est, quod cum reliqui omnes a Christo sanitate corporalem requirerent, haec sola in omnibus Euangelij mentis sanitate, & peccatorum remissionem requisit, quam a nullo Propheta quemquam requisit Scriptura commemorat. Nec requisit verbis, sed solis lachrymis satis putabat Dominum cogniturum, quod petebat. Quae res declarat qualem fidem, & existimationem de Domino haec peccatrix habuerit.

14. Secundo in hac muliere obseruanda est poenitentiae ipsius perfectio summa. Vt enim ait Chrysost. hom. 8. in Mattheum. *Postquam enim poenitentiae ardore effervuit, deinde totam se praenimia Christi desiderio effudit, velutque saero furore correpta est, capillos soluens, sanctis eius pedes lacrymis rigans, proprijs tergens crinibus, ac unguentum effundens.* S. Greg. hom. 33. *Quot ergo in se habuit ebullientia, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum numerum criminum, vt totum Deo seruiret in poenitentia, quiquid in se Deum contempserat in culpa.* Ergo si magnitudini contritionis correspondet plenitudo remissionis, absolutata fuit a culpa, & a poena, & ab omni re-

liquia peccati. Videatur S. Thomas 1. 2o. sec. 2. & in 2. dist. 9. q. 1. art. 8. docet, quod in caelo multi non virgines, vt Petrus, & Magdalena multis etiam virginibus eminentiores sint. Et in 4. dist. 45. q. 3. art. 2. ad 2. docet quod quibusdam sanctis datum est in aliquibus specialibus causis praecipua patrocinia, sicut S. Antonio ad ignem infernale. Et in sermone S. Mariae Magdalene ait D. Thomas. *Et enim ipsa sancta interuentrix peccatorum, & aduocatrix eorum: didicit enim ex experientia peccatorum misereri.* Proh. ult. *Manum suam aperuit inopi, id est, peccatori.*

15. Et Petrus Celenus serm. 23. *Nec parui pendendum est patrocinium Magdalene, quia sicut equiuocamur Beatae Virgini innocenti Mariae; sic etiam confertur ei quodammodo in exemplo. Nec indignatur Deigenitrix ei, quae fuerat peccatrix, equiuocari; utraque siquidem Maria vocatur.* Interque Cardinalis Thomas Iorgius Anglicus ad illa verba Psal. 23. ver. 2. *Quia ipse super maria fundauit eum, ait: Per maria possumus intelligere duas Marias: per flumina vero Apostolos, & Doctores.* Psal. 92. *Eleuauerunt flumina vocem suam sicut enim Ecclesiam super Apostolos, & Doctores preparatur ita & super istas duas Marias fundatur. Maria speculum innocentiae, Maria speculum poenitentiae.* Et post multa concludit Cardinalis. *Vnde in feruore dilectionis ipsis etiam Apostolis quodammodo antefertur. 2. Paral. 4. Ipsum mare super duodecim boves impostum erat.* Haec ibi.

Cum autem sit specialissima protectrix sacri Praedicatorum Ordinis, non poruimus hanc digressionem omittere pro debita in eam reuerentia, & pro D. Thomae doctrina tuenda. Vide syluestrum in Rosa aurea, Feria quinta post Pascha Domini, & venerabilem Ludouicum Gran. post conc. 1. in festo S. Mariae Magdalene: vbi habes integrum carmen Francisci Petrarchae visa eius spelunca, quod incipit: *Dulcis amica Dei, lacrymis instillata nostris, atque humiles attende preces, &c.* Nec omittas Hieronymum Baptistam Lanuzi hom. 37. per 44. §.

Imò vir Apostolicus S. Vincentius Ferrer serm. de S. Maria Magdalena docet, quod Luca 7. fuit absolutata Magdalena a culpa, & poena, & confirmata in gratia. Et Luca 10. ver. 3. *Cum sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius: Credo (inquit S. Vincentius) quod ipsa petijt de se in quo ordine collocaretur: & forte fuit dictum a Christo, quod eum Seraphis ex ardente*

charitate. Et in fine sermonis ait: *Cogitare, si ista tam excellens creatura, & gloriosissima sancta super omnes alias, excepta Virgine Maria. Thema sermonis sunt illa verba: Manum suam aperuit inopi, id est, Christus Iesus manum suam misericordias Magdalenas pauperrimae: & tam alto promouit, quod fecit suam thesaurariam, & secretariam suam familiarem, & sociam Matris suae, speculum poenitentiae, & suam apothecariam, & Apostolorum Apostolam, quod est altius officium, & ideo ad Rom. 8. Ne ipsi primitias spiritus habentes. Glossa. Et D. Thomas: *Quia tempore prius & ceteris abundantius. Petrus, & Paulus, & alij fuerunt Apostoli, id est, missi ad peccatores: sed Maria Magdalena Apostolorum Apostola, scilicet, missa ad conuertendos Apostolos dubios de Christi resurrectione, Ioan. 20. Vnde ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum.**

Videndus idem Iacobus de Voragine Episcopus Ianuensis in quinque sermonibus de Beata Maria Magdalena: & in ultimo, qui est 190. applicat illud Isaiae 31. *Babylon dilecta mea, dicit Dominus, posita est mihi in miraculum: & ait: Vere igitur conuersio Magdalena fuit miraculosa, quia ibi quiddam contra solitum cursum inferioris naturae, scilicet, quando tot lacrymas fudit, quod pedes Christi lauit. Et quiddam quod fuit contra sollicitum cursum superioris gloriae: sicut quando ipsa adhuc in mortali corpore posita, leuabatur in Coelum, & Angelorum gloria timebatur. Fuit etiam quiddam contra solitum cursum interioris gratiae, scilicet, quando ipsam iam maximam peccatricem, tan subito, & tam perfecte conuertit. Roman. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia. Et Caietanus, Lucae 7. ver. 38. Non dicit rigauit: sed capit rigare: quia stans in tantum prorupit solum, vt antequam se inclinaret, inciperet rigare lacrymis pedes eius: Novum, & inauditum genus oblationis, ac sacrificij pro peccatorum venia adinuenit haec mulier, proculdubio a Spiritu Sancto, inspirata. Et ver. 47. Non dixit: quia dilexit multoties, sed multum: vt hinc discas non oportere ad delendum centum peccata, exigere centum actus dilectionis, exigere centum contritiones: Quotiam si uel diligeret multum, delet innumerabilia peccata. Et ver. 50. in fine capitis exponit illud, *Vade in pace:* dicens: leuabat inuis mulier fructum magnum ex praesentia Iesu, & propterea percepta venia peccatorum, & commendata eius fide, non recedebat nulli*

nisi Iesus suavi præcepto recessum impe-
rasset. Vnde non absolute dixit: *Vade*; sed
addidit: *in pace*. Tum ad continuandam
mulieris consolationem: Tum futurum
illius statum præfigendo pacificum: quod
postea rei probauit successus. Hæc Caietanus.
Cum ergo omnia ista sancti Pa-
tres, & Expositores desumant ex doctri-
na Euangelij, a fortiori sequitur rectè di-
xisse S. Thomam patere ex Euangelio Lucæ
7. *Magdalenæ remissam culpam sublati om-
nibus peccati reliquijs.*

16 Verum est, quod ibi continentur
tres veritates non eodem gradu certitu-
dinis credendæ: quia non æquè manifestè
in Euangelio expressæ. Si quis enim ne-
garet illi peccatrici remissam omnia pec-
cata quoad culpam; esset hæreticus: quia
contradiceret Euangelio: imò & verbis
Christi. Si quis negaret illi remissam om-
nem pœnam, dicit Nuño art. 5. dub. 2.
quod esset erroneum, vel saltim errori pro-
ximum, & maximè temerarium: quia est
contra communem sensum, non solum
Scholasticorum, sed sacrorum Doctorum,
imò, & omnium fidelium. Quod vero re-
missæ fuerit vniuersa alia reliquia, est ita
certum, inquit, ut oppositum sit prorsus im-
probabile. Ego acerbiori censura inuere-
rem, si haberem alium qui ita censeret:
quia Patrum auctoritates videntur æquè
de reatu, ac de peccati reliquijs proce-
dere.

§. III. Vtrum in homine iusti- ficato possint permanere habitus vitiorum?

17 **S**ed circa rationem D. Thomæ
occurrit difficultas, an remis-
sa culpa mortali per gratiam, & virtu-
tutes per se infusas, auferantur omnes
habitus antea acquisiti vitiorum?

Pendet hæc difficultas ex alia, qua
tractatur 1. 2. q. 71. & ab alijs in materia
de virtutibus 1. 2. q. 65. & ab alijs in tra-
ctatu de iustificatione 1. 2. q. 113. & ab
alijs 2. 2. q. 5. art. 3. in tractatu de fide, de
modo oppositionis virtutum per se infu-
sarum quoad habitus cum habitibus ac-
quisitis vitiorum: & quamuis Suarez in
Comentario art. 5. dicat, hoc esse alie-
num à præsentis disputatione: tamen quia
in hoc puncto solo nititur vnicè ratio
D. Thomæ: & hoc directè pertinet ad

reliquias peccati homine iustificato:
potius directè ad istum articulum expec-
tat, & in alijs tractatur mutando hic tra-
dita à D. Thoma. Vel ad minus æque est
locus de his differendi hic, ac in materijs
iam relatis, licet titulis diuersis.

18 Non est in hoc puncto vna om-
nium Theologorum sententia. Quidam
vniuersaliter omnes virtutes per se infu-
sas contendunt omnibus vitijs directè, &
immediatè esse oppositas. Ita Bañez 2. 2.
q. 5. art. 3. §. *Hæc sententia*, Zumel 1. 2. q.
71. art. 1. disp. 2. c. 2. Sed Bañez sol. ad
vltimum videbimus nobiscum tenere.
Zumel etiam solum vt probabile hoc
tuetur. Partim eidem adhæret sententiæ
Montesinos 1. 2. q. 71. disp. 1. q. 1. à num.
14. vsque 16. docens, quod virtutibus in-
fusis, atque Theologicis opponuntur
propria vitia. Verbi gratia. Fidei oppo-
nitur infidelitas, spei desperatio, chari-
tati odium Dei, vel proximi. Conclusio-
ne tamen secunda ait, quod vitia, quæ
opponuntur moralibus acquisitis, non
directè opponuntur infusis: quia distin-
guntur specie. Concludit conclusione
tertia, quod repugnat dari vitium per se
contrarium virtuti morali infusæ: vt si
quis peccet directè intendens excludere
motuum supernaturale alicuius virtu-
tis moralis infusæ. Sequitur Araujo 1. 2.
q. 71. art. 1. dub. 2. ad 3.

19 Videtur hæc sententia habere
fundamentum in D. Thoma 1. 2. q. 73. ar-
4. ad 3. docente, quod odium Dei direc-
tè opponitur charitati. Et quod hoc
modo spei opponitur desperatio dicit 2.
2. q. 129. art. 6. ad 2. Et quod inuidia op-
ponitur misericordiæ secundam contra-
rietatem principalis obiecti, docet D. Tho-
mas 2. 2. q. 36. art. 3. ad 3.

20 De omnibus vero habitibus infu-
sis, quod vitijs directè opponantur, & cū
illis non coexistant, videtur expresse do-
cere S. Prosper. lib. 3. de vita contempla-
tiua cap. 3. dicens. *Qua propter si virtus ha-
bitat in animo vitioso, superbia humilitatis
redit imperio: quia non potest mens regnum
habere virtutum, nisi prius iugum excusse-
rit vitiorum. Tunc enim vitia fideliter ex-
pulsæ discedunt, si virtutibus cedant: alio-
quin vel subsistant ad tempus eiecta, vel re-
deunt, nisi virtutes in locis vitiorum, quæ
fuerint depulsæ, successerint.* Loquitur de
virtute infusa, vt constat ex immediato
capite secundo: & quia toto libro disse-
rit de virtutibus perducuntibus ad vitam
æternam. Loqui de habitibus, constat ex

primis verbis: *Si virtus habitat in animo
vitioso.*

21 Præterea. Habens vitia, præcipue
in gradibus intensis, simpliciter denomi-
natur vitiosus. Sed habens gratiam, & vir-
tutes infusas, simpliciter denominatur
iustus, & sanctus. Ergo vitia non manent
in homine iustificato per infusionem gra-
tiæ, & virtutum. Probatur consequentia:
quia, sine miraculo, nõ potest quis simul
in gradibus intensis habere duas contra-
rias denominationes: sicut secundum
eamdem partem non potest quis esse simul
albus, & niger in corpore simpliciter: ita
in anima non potest quis esse & dici vi-
tiosus, & iniustus, & studiosus, & sanctus.
Vnde in Concilio Tridentino tes. 6. cap.
7. dicitur, quod iustificatio est *Sanctifica-
tio, & renouatio interioris hominis*, qua ho-
mo *in iusto fit iustus*. Non dicitur autè
homo renouatus, retinens omnes habi-
tus vitiorum præcedentes in gradibus in-
tensis, quibus dicebatur vitiosus, & inius-
tus. Tertio idem constat. Sicut se habet
habitus infusi respectu intellectus, se ha-
bent virtutum infusarum habitus respec-
tu voluntatis. Sed scientia infusa exclu-
dit ab intellectu omnem ignorantiam
tam priuationis, quam prauæ dispositio-
nis contrariæ circa suum obiectum. Er-
go & gratia, & habitus virtutum infusa-
rum excludant ab illo, cui infunduntur,
omnes habitus vitiorum.

22 Nihilominus communis senten-
tia Theologorum docet, gratiam, & vir-
tutes infusas non opponi directè, & im-
mediatè cū habitibus vitiorum: & ideo
posse esse simul in eodem subiecto. Sumi-
tur ex D. Thoma hic art. 4. & 5. & in 4.
dist. 14. art. 4. ad 4. vbi ait: *Virtus infusa, &
acquisita non sunt eiusdem speciei: vnde cum
habitus ex frequentatione operum peccati
generatus, virtuti acquisita contrarius sit,
non contrariatur directè virtuti infusæ.* Et
in 3. dist. 23. q. 3. art. 4. q. 1. in arg. *Sed con-
trarietas manifestum subijungit: Sed gratia ad-
ueniens non tollit habitus acquisitos.* Idem
docet q. 7. de Malo art. 2. ad 4. & q. de
Virtutibus art. 10. ad 16. & 1. 2. q. 65. art.
3. ad 2. Vbi Caietanus: & hæc 3. p. q. 86.
art. 5. Capreolus in 3. dist. 33. q. vnica art.
3. ad 4. contra 3. Medina 1. 2. q. 71. vbi
Greg. Mart. Cornej. P. P. Carmel. Serra,
Lorca, & Curiel dub. 3. & alij duodecim
Authores, quos refert, & sequitur Ripal-
da lib. 6. de Ente supernat. disp. 131. sec. 1.
Probat Scotus in 4. dist. 14. q. 1. §. *Dico er-
go, ab experientia. Nam habitus vitiosus,*

*vel dispositio ad illum manet in iustificato si-
bito: patet, quia in principio prouus est ad se-
quendum illam inclinationem habitus vitio-
si: sed pugnando contra eam bene, meretur &
acquiri sibi habitum in contrarium. Vnde
magni peccatores non statim quando sunt ius-
tificati, habent illam pacem, quam habent
perfecti & exercitati in virtutibus.*

23 Probat etiam Suarez disp. 7. de fi-
de sec. 4. n. 5. dicens, quod peccator ha-
bens habitus vitiorum valde intensos, si
iustificetur, recipit omnes virtutes infu-
sas: & tamen non statim amittit habitus
omnes vitiorum: eodem enim modo ma-
net propensus ad vitia: alias experimen-
to posset cognoscere suam iustificatio-
nem. Idem argumentum est de hæretico,
qui cum primum ad fidem conuertitur,
recipit habitum infusum fidei: & tamen
non statim perdit omnes habitus falsos,
quos in doctrina fidei habebat, vt docet
etiam experientia. Ratio vero est quia
habitus acquisitus, & infusus sunt diuersi
ordinis: contraria autem eiusdem ordi-
nis, & generis esse debent, teste Philoso-
pho 10. Metaph. cap. 6. Item quia habi-
tus acquisitus supponit potestatem, dat
vero solum facilitatem, quam debet au-
ferre contrarius habitus: infusus autem
neque confert, neque auferit facilitatem
in naturalibus: sed addit potestatem su-
pernaturalem: & ideo inter se formaliter
non pugnant. Hæc Suarez: Qui & 3. p. q.
86. art. 5. idem probat, quia sunt diuerso-
rum ordinum: in tantumque subiecto secun-
dum capacitatem diuersam, & inclinant
varijs modis, & ad res longe diuersas: nõ
habitus acquisitus auget (vt ita dicam) na-
turalem facultatem: infusus vero addit
facultatem alterius ordinis. Hinc ergo fit
vt per iustificationem non semper tollan-
tur hæc reliquiæ peccatorum: quia expul-
sio illorum habitum, neque ex natura
rei sequitur ex infusione supernaturali.
Neque Deus ex speciali prouidentia, aut
miseri cordia, certa lege promissa, illos
semper auferit: quia nec est necessarium,
neque debitum; nec conueniens: Tum
quia alias posset iustificatio fieri experi-
mento cognosci: Tum vt homo exerci-
tio virtutum acquirat, quod exercendo
vitia perdiderat, & e conuerso eodem vsu
virtutum amittat, quod vitiosa consue-
tutine acquirerat. Ita enim expedit in
his, quæ commode, & cum diuina gratia
cooperante fieri possunt. Hæc ibi.

24 Thomistæ, cum D. Thoma, vt
ponderat P. P. Carmelitanus Salmanticensis

Ies n. 15. & 16. vim faciunt in definitione contrariorum, tradita 10. Metaph. cap. 6. *Contraria sunt, quae sub eodem genere continentur, inter se maxime distant, eadem subiecto insunt, & ab eo mutuo se expellunt.* De quo S. Thomas 10. Metaph. tota lec. 5. & lib. 17. lec. 12. lit. B. & lib. 5. Phy. lec. 3. lit. B. Et cum oppositio (quae habet rationem generis) sit repugnantia determinata aliquorum: Ideo ut sit contrarietas directa, debet unumquodque extremum, in quantum gerit munus oppositi, determinare alterum, ut sibi correspondens ex diametro, & quasi per lineam rectam, immediate, & primario, & non mediate, & ex consequenti, & indirecte. Si autem sint contraria respectiva contrarietas sumitur ex termino, & modo respiciendi. Unde sic arguunt. Ut aliqua sint directe contraria, debent habere idem subiectum, non solum materialiter, & identice, sed etiam formaliter. Sed omnes virtutes infusae recipiuntur in potentia obedientiali subiecti, ex qua educuntur virtute solius agentis supernaturalis. Vitia vero recipiuntur in potentia naturali, ex qua per naturale agens educuntur. Quae potentia formaliter non sunt eadem, cum non respiciant idem agens. Neque derogat, sed potius congruit perfectioni rei supernaturalis, quod nulla forma directe sibi contrarietur: sicut perfectioni substantiae creatae non derogat, imò ortum habet ex tali perfectione, quod nihil sit illi proprie, & directe contrarium.

25 Verum tamen has rationes ut debiles rejicit Ripalda sec. 1. n. 3. Quia actus virtutum infusarum opponantur actibus vitiorum. Item gratia repugnat peccato in sententia arguentium. Tamen peccatum, & gratia, actus virtutum infusarum, & vitiorum non sunt eiusdem generis, sed diuersi, sicut habitus. Quare Aristoteles conditionem eiusmodi eiusdem generis exigit solum ad oppositionem qualitatum naturalium, quas tantum agnoscunt. Sed ea conditio non est intelligenda de eodem genere proximo, sed de eodem genere, siue proximo, siue remoto: sub quo virtutes, & vitia possunt comprehendendi.

Ratio etiam desumpta ex obiectis formalibus in efficax est. Tum quia obiectum formale virtutis infusae, ut dixerat disp. 44. aliud non est ab obiecto formali virtutis acquisitae, cum qua supponunt arguentes vitium opponi. Tum quia ad oppositionem habituum non requiritur

oppositio obiectorum formalium. Tum quia delectatio cibi, quae formaliter mouet in temperantiam, non est opposita honestati, quae formaliter mouet temperantiam: cum interdum tanta sit delectatio comestionis temperata, quanta est intemperata, & interdum maior. Tum quia ex fine subleuandi miseriam pauperis proprio virtutis misericordiae potest quis furari, & habitum iniustitiae acquirere iustitiae naturali oppositum. Tamen finis intrinsecus misericordiae composibilis est cum fine intrinseco iustitiae. Sufficit igitur ad oppositionem habituum ut actus efficaces vnus non sint composibiles cum actibus efficacibus alterius: quia potentia nequit esse simul inclinata, & expedita ad actus mutuo repugnantes.

Rectius dicit commune assertum alijs fortioribus rationibus probari. Proponit tres. Vnam quia peccata venialia repetita causant habitus: & non destruunt virtutes infusas: quae solo peccato mortali destruuntur. Item a priori, quia habitus infusus non tribuit facilitatem, sed tantum absolutam potentiam. Item a posteriori ex experientia.

26 Verum tamen vndique deficit Ripalda. In primis quia has rationes proponit ut proprias. Posset tamen ingenue fateri per quos profecerat, & a quibus desumpserat. Nam vltima est Scoti, ut vidimus, secunda est Suarez, ut retulimus. Et pro prima posset referre D. Thomam, qui q. 7. de Malo art. 2. ad 9. ait, quod *Ex multis peccatis venialibus potest causari aliquis habitus: sed ille habitus, nec tollit, nec diminuet charitatem, quia nec in eodem est, nec circa idem.* Quomodo autem per peccata venialia multiplicata destruuntur virtutes infusae, vel acquisitae? Vltra alios recte exponit Serra 1. 2. q. 71. art. 4. dub. vnico, & Greg. Martinez dub. 2. & Aluarez 1. 2. disp. 122.

27 Valde etiam displicet, quod negat definitionem contrariorum habere locum in supernaturalibus: quia licet verissimum sit quod ea Philosophus non cognouit: non ideo in illis alijs principijs Philosophicis debemus vitia, alioquin aliae scientiae non ancilarentur Theologiae: contra illud quod dicitur Prov. 9. *M. sit ancilla suas vocare ad artem.* De quo S. Thomas 1. p. q. 1. art. 5. & rationem assignat art. 8. ad 2. quia cum gratia non tollat naturam, sed perficiat oportet quod naturalis ratio subleuatur fidei. Et inde est, quod etiam auctoritatibus Phi-

losophorum sacra doctrina vitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt. Secundo, si illa etiam, quod Aristoteles solum qualitates naturales agnouit, sufficit ad eius definitiones non admittendas in supernaturalibus, eadem licentia dicitur, quod illa conditio, quod contraria in gradibus intensis non possunt naturaliter esse simul, sed mutuo se expellunt: quod habet locum solum in naturalibus.

Et quod de eodem non possunt simul secundum idem duo contradictoria verificari: solum esset verum in naturalibus: quod esset totam Philosophiam irridere: ut Theologi a Philosophis vilipendantur. Fatemur tamen ad veram contrarietatem sufficere, quod qualitates natae sint in eadem subiecto, vel proximo, vel saltem remoto. Quod dicit ex D. Thoma lib. 2. de Caelo, & mundo lec. 10. lit. B. dicente: *Quod ad hoc quod aliqua diuersa sint contraria, duo requiruntur: quorum vnum est, quod sint natae aliquo modo esse in eodem subiecto, vel proximo, vel saltem remoto. Calor enim contrariatur frigori: quod tamen non est natum esse in igne: sed est natum esse in materia ignis, quae est primum subiectum. Secundo requiritur, quod diuersa, quae sunt contraria, non possint esse simul, sed mutuo se expellant. Saltim paulatim, & per gradus, ita ut iuxta intensionem vnus, sit remissio alterius. Quod si imbibant contradictionem, omnino erunt incompossibilia, ut patet in motu sursum, & deorsum simul eiusdem corporis: & similibus.*

28 Tertio, nos solum negamus oppositionem immediatam, & directam: exempla quae obijcit solum probant oppositionem indirectam. Unde Araujo 1. 2. q. 71. art. 4. dub. 3. ad 1. ait, quod licet inter actum, & habitum non possit verificari oppositio directa, aut formalis: bene tamen indirecta, & virtualis; ratione cuius oritur sufficiens incompossibilitas ex natura rei vnus cum altero. Quo pacto nec actus desperationis cum habitu spei: neque actus visionis cum habitu fidei de eodem obiecto in compatibilis est ex natura rei, propter indirectam, & virtuale oppositionem priuatiuam vnus cum altero. Ob eandemque proportionem peccatum lethale est incompossibile cum gratia, & charitate: quia opponitur illi indirecte, & mediate: nec non virtualiter priuatiue: eo quod inducit in animam maculam, & habitualem inimicitiam cum Deo, inter quam, &

gratiam est immediata, & formalis oppositio priuatiua. Praeter quam quod Corderius lib. 3. de gratia disp. 9. cap. 2. ad 2. respondet, peccatum mortale pro ut est ad creaturam conuersio, & charitatem, esse illius generis proximi, & determinati, cuius sunt odium, & amor, inimicitia, & amicitia: quae constat proprie esse contraria. Alia responsio sumitur ex Caterano 2. 2. q. 24. art. 12. Alia ex Ioa. a S. Thoma ibi disp. 16. art. 1. Alia ex Vazque 1. 2. disp. 91. cap. 2. n. 3. Quae examinatae exponendo qualiter peccata mortalia destruant gratiam: Quas omnes solutiones debebat prius Ripalda impugnantere, & expugnare, antequam propter illud vulgare argumentum, definitiones, quae sunt communes animi conceptiones, rejiceret.

29 Replica etiam omnes contra rationem desumptam ex obiectis, laborant in equiuoco, non distinguendo obiectum materiale, & formale, ratione quae a ratione sub qua. De quo egi 1. p. Metaph. controu. 5. art. 1. & alibi opportunius falsa, quae ibi arguens assumit, impugnantur. Praeterea contraria respectiva essentialiter constituuntur per ordinem ad aliquid extrinsecum, ipseque faterur non posse potentiam simul esse expeditam, & inclinam ad actus mutuo repugnantes. Ideo autem in eodem non sunt simul gaudium, & tristitia, scientia, & error, amor, & odium: quia respiciunt rationes obiectiuas contrarias, vel habent modum tendendi oppositum. Unde tandem contrarietas directa sumitur ex rationibus obiectiuis sub diuersa ratione formali affectis. Manent ergo communes rationes communis sententiae in sua vi. Illa peculiaris ratio Suarez pendet ex doctrina de virtutibus infusis, quam non possumus nunc examinare. Ideoque nunc cogitanda relinquo legenti: examinat ex professo Curiel 1. 2. q. 63. art. 4. dub. 5. §. 5. videndus etiam S. Thomas in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. optime distinguens ad 5. *Quod facilitas operandi operis virtutum potest esse ex duobus. scilicet, ex consuetudine procedente: & hanc facilitatem non tribuit virtus infusa statim in sui principio: & iterum ex forti in habitudine ad obiectum virtutis: & hanc est inuenire in virtute infusa statim in sui principio.*

30 Sed antequam argumenta soluantur, exponenda sunt verba D. Tho. hac q. 86. art. 5. de reliquijs peccati remanentibus in iustificato, dicentis. *Remanent la-*

men debilitate, & diminuat: ita quod homini non dominantur. Et hoc magis per modum dispositionum, quam per modum habituum: sicut etiam remanet fomes post Baptismum. Quae doctrina aliquibus admodum difficultis visa est: In primis Curiel 1. 2. q. 63. art. 4. dub. unico §. 4. sic ait. Sed mihi haec solutio nunquam placuit: quia vel dispositio, quae manet, est eiusdem speciei cum habitu vitij, vel alterius speciei? Si dicatur primum.

31 Præter quam quod est contra sententiam D. Thomae, qui docet habitum, & dispositionem in genere qualitatis esse duas species distinctas: Potest contra obijci, quod nulla possit assignari ratio, propter quam virtute gratiae, quae infunditur in iustificatione, corrumpatur habitus vitij quoad esse habitus, & non quoad esse dispositionis.

Et confirmatur: quia nec per contritionem virtute gratiae, nec per ipsam gratiam, nec per virtutem infusam corrumpitur meritorie vitium in ratione habitus, quia nullus concedit tale meritum. Si tamen corrumpitur propter repugnantiam formalem, quam habet cum aliquo istorum, sequitur etiam quod corrumpatur in ratione dispositionis: quia si forma, quae introducitur in iustificatione, habet vim ex propria natura ad expellendum vitium secundum esse perfectum habitus, multo melius poterit expellere ipsum quoad esse imperfectum dispositionis. Si vero dicatur secundum, sequitur quod vitia, quae ante iustificationem erant habitus, non fiant dispositiones per ipsam iustificationem: quia vna species nunquam fit alia: vt homo non fit leo; nec econuerso. Idem Curiel 1. 2. q. 71. art. 1. dub. 3. eodem conuincitur argumento: & contra alios, qui respondēt in iustificato manere vitia pro materiali: non tamen pro formali. Arguit dicens. Sed hoc falsum videtur: quia vel manent vitia cum proprijs differentijs specificis; vel sine eis? Si primum, ergo manent formaliter: quia non potest magis vere, & proprie dici de aliqua re, quod manet formaliter, quam cū retinet propriam differentiam specificam: tunc enim manet sua ratio formalis. Si secundum; ergo nullo modo manent; destructa enim re aliqua quoad suam differentiam specificam, necesse est eam ipsam omnino destrui: & ex consequenti nullo modo manere. Curielem sequatur Greg. Mart. dub. 2. & Araujo art. 4. dub. 4.

32 Ambas solutiones refert Ripalda illa sec. 1. disp. 131. posteriorem n. 5. quae dicit se non capere propter argumentum Curielis, cuius tamen non meminit. Explicat: habitus vitiosus formaliter pro vt differt ab habitu virtuoso, est pronitas, & facilitas permanens ad actus vitiosos. Post iustificationem manet pronitas, & facilitas ad actus vitiosos. Ergo etiam habitus formaliter vitiosus.

Secundam solutionem refert, & impugnat n. 2. dicens. Secundo respondet manere habitus vitiosos in ratione dispositionum: non vero in ratione habituum. *En aliud caput difficultius.* Aut habitus distinguitur à dispositione; aut non? Si non distinguitur, certe manente dispositione, manebit habitus. Si distinguitur, omnino destruetur habitus, & facilitas permanens ad actus vitiosos, quae ab habitu indistincta est.

Tertiam adhuc solutionem Thomistarum refert, & impugnat n. 7. dicens. Tertio respondent, perseverare habitus vitiosos, quia introductis virtutibus infusis destruantur aliqui gradus vitiorum. Sed contra. Si homo iustificatus erat intemperatus, tam pronus, ac facilis est in actus intemperantiae post iustificationem, quam antea: cuius argumentum est ipsa experientia. Quam late expendit.

33 Accedit notanda dubitandi ratio quam proponit Lorca 1. 2. q. 71. art. 4. Quia vt habitus isti deficiant à ratione habitus, & fiant dispositiones, oportet vt non vnus tantum actus contrarius fiat; sed plures. Contingit autem iustificari hominem per vnum solum actum: imò contingit iustificari per solum actum charitatis, qui nihil habet contrarietatis propriae cum habitibus acquisitis. Et rarissimum est vt quis dum iustificatur eliciat actus contrarios omnibus vitijs, quae acquisiuit. Non ergo est quo habitus acquisiti dispositiones fiant.

34 Cæterum doctrina D. Thomae recte exposita, facilis & verissima mihi videtur, & iterum traditur à D. Thoma q. 1. de Virtutibus art. 10. ad 16. dicente, quod licet per actum vnum simplicem non corrumpatur habitus acquisitus: *Tamen actus contritionis habet quod corrumpat habitum vitij generatum, ex virtute gratiae. Vnde ita eo, qui habuit habitum intemperantiae, cum conuerteritur, non remanet cum virtute temperantiae infusa habitus intemperantiae in ratione habitus: sed in via corruptionis, quasi dispositio quedam. Dispo-*

sitio autem non contrariatur habitu perfecto. Pro eius expositione, recolenda, quae scripsi lib. 2. Logica q. 26. §. 4. quod habitus, & dispositio secundum quandam acceptionem, solum differunt accidentaliter, vt docet D. Thomas q. 7. de Malo art. 2. ad 4. & 1. 2. q. 49. art. 1. ad 3 quia se habet sicut imperfectum, & perfectum in eadē specie. Sed magis rigoroſe loquendo, differunt vt duae species vnus generis sub alteri, vt docet D. Thom. ibi ad 3. Notat autem D. Thomas q. 7. de Malo art. 2. ad 4. quod hoc quod est, quod aliquis habitus fiat de facili mobilis, potest contingere dupliciter. Vno quidem modo *per se*: quia scilicet, non habet ita perfectum esse in subiecto. Et sic quicquid diminueret hoc quod est difficile mobile circa habitum, diminueret ipsum habitum. Alio modo *per accidens*, eo scilicet, quod inducitur dispositio ad contrarium. Seu, vt alijs vocibus loco citato explicuimus cum Caietano in Logica cap. de Qualitate, alicui potest conuenire esse facile, vel difficile mobile dupliciter, scilicet, *ex ratione speciei*, vel *ex conditione individui*. Ibiq. §. *Hic tertio*, in fine, notat Caietanus, quod solum analogice conueniunt istae duae acceptiones: quia difficile vel facile mobile *per se*, & *ex sua specie*, constituunt essentiam habitus, vel dispositionis. At vero facile, vel difficile mobile solum *per accidens*, & *ex conditione individui* sunt accidentia eorum, & extranea ab eorum naturis, & eidem qualitati accidere possunt: quia eadem qualitas primo in est imperfecte, & postea perficitur, sicut puer fit vir.

35 Iam facile percipitur solutio eiusdem Caiet. 2. 2. q. 53. art. 1. circa ad 3. dicentis, quod habitus dupliciter potest corrumpi. Vno modo quia qualitas illa desinit esse: sicut lumen desinit esse in aere in absentia illuminatis. Alio modo, quia subtrahitur aliquid, quod est de ratione illius: sicut scientia conclusionis desinit per obliuionem medij. Quævis autem habitus acquisitus moralis vitij non corrumpatur primo modo per vnum actum poenitentiae; in cuius signum remanet in poenitente inclinatio magna ad pristinos actus malos: corrumpitur tamen per vnum actum poenitentiae secundo modo. *Quonia mutatur voluntas, quae est de ratione omnis virtutis, & vitij moralis.* Vt patet ex supra dictis: Prudentia enim & imprudentia sunt in intellectu, vt subest voluntati; iustitia autem, & reliqua habitus sunt elictiui.

36 Hanc Caiet. responsionem frequentè amplectitur Thom. & bene declarat, &

sequitur Lor. 1. 2. q. 71. art. 4. dicens. Potest tamen hæc sententia explicari in aliquo vero sensu, si vtamur distinctione, qua vtuntur logici de habitu, & dispositione *secundum rem*, & *secundum modum*. Sūt enim habitus, qui licet secundum rem sint habitus, quia natura sua sūt difficile nobiles à subiecto; sūt tamen dispositiones secundum modum: quia ex aliqua alia subiecti dispositione sūt facile mobiles: vt est habitus scientiae in obliuiosis. Et id cōtingit his habitibus, qui reuera remanent habitus secundum rem: quia manent in eadē intentione, & perfectione entitatis, quae habebant; aut parū diminuti. Sed sūt dispositiones secundum modum: quia subiectū illud habet gratiam, & habitus infusos, ratione quorum habitus isti sūt facile corruptibiles. *Quia illa sūt efficacissima principia reprimendi actus eorum, & eliciendi frequentius, & efficacius actus per quos corrumpuntur.* Sed sicut esse dispositionem hoc modo nō tollit ab essentia habitus, ita neque essentiam vitij. Et propterea idē S. Th. in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. absolute dixit, manere hæc vitia in homine iustificato, quia nō habent oppositionem cū virtutibus infusis. Nihilominus tamen homo ille non est dicendus vitiosus absolute, sed tantū habere habitus vitij: quia denominatio simpliciter, & absolute, nō sumitur ab eo, quod est tale secundum quidem, sed ab eo quod est tale simpliciter, à maiori scilicet, & principaliori forma. Cū ergo iste homo habeat plures, & praestantiores habitus bonos, simpliciter vocandus est studiosus, & nō vitiosus. Hæc Lor. & Ser. 1. 2. q. 71. art. 4. dub. unico. ad 1. Plures alij modi respondendi videri possunt in Alu. 1. 2. disp. 121. Gre. Mart. art. 1. dub. 3. & in Car. Salatr. 1. 3. disp. 1. dub. 2. §. 3. Iste autem sufficit vt omnes replicae cessent, vt facile patet singulas attendenti.

37 Cū autem nos concedamus vitia contrariari indirecte, & mediate virtutibus infusis: hoc solū probat auctoritates D. Thom. priori argumento relata: nam odiū Dei contrariatur charitati; & desperatio spei ex parte obiecti quod; sed nō ex parte rationis formalis: quia circa idē versantur opposito modo. Nec subiectum vtroiq. est idē formaliter. Contrarietasq. directa debet esse actus ad actum, vel habitus ad habitum, qui se directe respiciunt. Ad auctoritatem ex 2. 2. q. 53. iam respondi mus ex Caiet. Addit. P. P. Carm. n. 23. quod ibi videtur mōdo legi, *habitus contrarius pro actu contrario: nam additur, in quo consistit, proprie peccatū imprudentiae; peccatū autem imprudentiae non consistit in habitu, sed in actu.*

Et ideo hanc lectionem seruant opera Seraphini excusa Venetij anno 1596. Imò in ipsa editione Romana iussu Pij V. facta anno 1570. in margine notatur. *Alias actus*, & ibidem 1586. & antea idem notabatur in editione Lugdunenſi apud Hugonem à Porta 1558.

In auctoritate S. Prosperi notadū, quod in editione Colonenſi anni 1599. legitur. *Quia propter si virtus non habitat in animo vitioso*: & ita videtur nō esse sermo de homine iustificato. Verū est quod in margine notatur, quod *negatio abest à quibusdā oō dicibus*. Vnde legēdo affirmatiue, dupliciter exponit Ripal. n. 13. in primis quod loquitur de virtute habituali acquisita exercitio actū supernaturali: quia dicit: *Era dicit bonitas ad quā malitia, vt expulsio vitiorū celebretur introductio gloriosa virtutū*. Nā bonitas acquisita nō est bonitas virtutis infusae, sed acquisita. Vel loquitur de permanentia morali actū, seu de frequentia eorū: vt constat ex illis verbis: quia propter pietas in nobis crudelitati resistat: & cetera, quae actum verius significat, quam habitum.

38 Meli⁹ tamē dicitur S. Prosper. exhortare iustificatū vt exercitio actū per auxilia gratiae conetur eradicare habit⁹ prauos ne conetur exire in actū, & amittant gratiā, quam in iustificatione adquisierat. Cū enim infusio gratiae, & virtutū, diminuat vitia in ordine ad operationē: quia mutat voluntatē, & dat inclinationes quibus solēt esse annexa auxilia efficaciter primendi actus vitiorū, mōnet S. Prosper vt iusti exerceant actus virtutū, quibus vitia penitus extirpētur. Et ideo potius auctoritate S. Prof. nostra doctrina firmatur.

39 Ad secundū quātū admōdū denominādi respōdimus ex doctrina Loreti: Ad dūt P. P. Carm. n. 27. esse aliquas denominationes ad quas nō sufficit habere formā denominatē praeite quoad essentia: nisi habeatur sub statu, & cōplemento proprio talis formae. Et huiusmodi est denominatio vitiosū, ad quā ultra vitij essentia requiritur quod sit in subiecto eā modo essendi & statu vitij. Sicut Fides, & spes in peccatore nō habēt statū, & denominationem virtutis, quia nō sunt formatae per charitatem, & ordinatae ad vitium finē: de quo S. Th. & Caiet. 1. 2. q. 65. ar. 2. & 4. & 2. 2. q. 23. ar. 7. *Vitiosus* enim sonat quāsi voluntarie deditus vitij, vitiorū dominio subiectus, & ad actus vitiosos procliuus. Vnde, qui habet vitia, & nō sic est illis subiectus propter efficaciam, & virtutē gratiae, nō est

dicendus absolute, & simpliciter vitiosus. Quāvis possit denominari vitiat⁹, seu vitij lapsus. De quo erit quāstio de modo loquēdi. Modus autē loquēdi Cōcilij in rigore verificatur: quia anima per infusioē gratiae, & potētiae per infusioē virtutū, & donorū in actu primo sūt sanctificatae, & renouatae culpa expulsa. Sed quia ad expulsioē vitiorū requiritur exercitium virtutū, ideo reliquiae peccati manent vt per satisfactiones, deleatur reatus poenae tēporalis, & per pia exercitia vitia extirpētur. Vnde D. Th. in 4. dist. 14. q. 2. ar. 1. q. 3. ad 2. ait D. Th. quod *Peccatū per actū potētis ariū commissū est: & ideo in ipsis potētis praeter priuationē virtutū, alij etiā defectūs ex peccato causantur: sed nō in essentia anima praeter defectum gratiae. Et ideo non oportet quod si per aduētū gratiae ad essentia anima macula, quae nihil aliud erat, quā gratiae priuatio, tollitur; quod etiā a potētis omnes alij defectūs tollantur*. Vel dicatur per iustificationē animā sanari, & renouari, sed remanēt cicatrices, & reliquiae morbi, vt dixerat D. Tho. ad 1. quae exercitio virtutū manēt abolēda, & ideo hic art. 5. ad 3. ait D. Th. *Quod vno actu humano nō tollitur omnis reliquiae peccati: quia vt dicitur in Præd. ca. de Quāq. prauus ad meliores exercitatio nes deductus, admodū aliquid proficiet, vt melior sit. Multiplicato autem exercitio, ad hoc peruenit, vt sit bonus virtute acquisita. Hoc autem multo efficacius facit diuina gratia, siue vno, siue pluribus actibus*.

40 Ad tertiū respōdet P. P. Salmā. §. 2. n. 29. reddēdo disparitatē: quia scientia, & fides theologica cōferūt intellectui omnimodā certitudinem veritatis scitae, aut creditae, per quā totaliter conuincitur ad assentiēdū tali veritati, & efficitur ei omnino difficilis cōtrarius assensus: ita vt nō possit adhuc speculari iustitiae assensum facile iudicare. Hae autē victoria totalis circa oppositum, non patitur secū aliqua inclinationē ad formādū assensū cōtra praedictā veritatē: atq; adeo neq; ignorantia, neq; errorē, etiā habitualiter in talē assensū propēdēt. Ar vero inclinatio, quae fit per virtutē, nō ita plene ab initio conuincit appetitū circa suū actū, vt ex tunc reddat oppositū omnino difficile, aut excludat quod possit speculari in sensu diuino facili iudicari: quibusque exercen te virtute suos actus, appetitus plene illi subdatur; reddaturque ei valde difficilis tendentiā ad oppositos, & vt talis ab intellectu iudicetur: Hae illi.

41 Melius tamen respōdetur cōcē-

sa maiori, negando minorem: quia vt dicit D. Thom. 2. 2. q. 5. art. 3. ad 2. *In diuersis conclusionibus vnius scientiae sunt diuersa media, per quae probantur: quorū vnum potest agnoscī sine alio. Et ideo homo potest scire quaedā conclusiones vnius scientiae, ignoratis alijs*. Imò retēto errore, vel opinione alijs contraria. Vnde Caietanus ibi ad 1. *Durandi* dicit, quod falsum assumit, quod in errore vnius conclusionis interueniat cōtrarietas formaliter respectu mediij scientiae, sed respectu mediij propriij huius conclusionis. Aliud enim est mediū scientiae: aliud est medium proprium huius cōclusionis. Rationemque adhuc reddidit D. Th. in 3. dist. 23. q. 3. ar. 3. q. 2. ad 2. dicens, quod *habitus scientiae inclinatur ad scibilia per modū rationis: & ideo potest habēs habitū scientiae aliqua ignorare, quae ad illū habitū pertinet*. Quia ergo vna ratio, vel demonstratio cōvincit solum pro vna conclusione, potest intellectus esse conuictus ad illam solum conclusionem, cum ignoratā, vel errore aliarum conclusionū, quas non agnoscit esse essentialiter connexas cum veritate. Ideoque Bañez 2. 2. q. 5. ar. 3. ad 2. docet, quod si Theologus incidat in haeresim, amittet Theologiam solum quoad statū virtutis scientiae; nō vero quoad entitatē habitus. Quoniam Theologia comparatur per nostros actus: vnde per vnicū actū nō potest corrumpi in esse cuiusdā qualitatis; licet corrūpatur in esse virtutis. Si cut virtus temperantiae corrumpitur per vnum peccatum mortale in ratione virtutis: non autem in ratione qualitatis acquisitae. Hae Bañez. Ex quo patet, quod quando ibi, §. *Hae sententia*, dicit esse errorem contra Philosophiam naturalem ponere duos habitus cōtrarios esse simul in eodem subiecto. Loquitur de illis in esse habitus, & in gradibus intētis: & ideo non discrepat à communi Thomistarū, & communi Theologorum sententia, quam nos docuimus cum D. Thoma.

42 Idem docet ipse Bañez 1. p. q. 1. a. 2. dub. 1. ad 2. Nauarrete 1. p. cōtr. 3. §. 2. ad 5. & 6. Verum est: quod Ioan. a S. Tho. 1. p. to. 1. disp. 2. a. 2. ad cōfirmat. Primi, id nō admittit: quia mutatio scientiae ex parte principiorum poenes certitudinem, & incertitudinem, supernaturalē, vel naturalem, est mutatio essentialis, & intrinseca, & non solum quoad statum accidentalem: quia est mutatio in ratione formali, & specifica, quae desumitur ex diuerso lumine principiorum. Vnde concludit Magister, quod potius admitteret in haeriti-

co esse ad breue tēpus duos habitos Theologiae, alium quem acquisiuit catholicus ex fide, & alium quem haereticus deducit ex humana opinione; quā admittere vnā & eadem Theologiam deseruire catholico, & haeretico. Licet apparenter, & similitudinarie videatur eadem: quia versatur circa idem obiectum materiale, & secundum easdem species coordinatas. Et videtur sibi firmiter adherere sicut antea: licet ex intrinseca ratione motiui haeretici firmus non sit in Theologia. Nec vlla experientia oppositum cōvincit, quia vt notat Fasolus 1. p. q. 1. art. 2. dub. 9. n. 47. haereticos, qui aliquando fuerunt Theologi, tam loquentes, quā scribentes in disputationibus de quacumque veritate, experimur titubantes, incōstantes, rudes, erroneos, mutantēque momentis singulis. Qui hunc dicendi modum sequantur reddunt disparitatem; quia virtutes morales remota prudēt a; & charitate, retinēt motiua formaliter speciem constituentia: vnde possunt permanere essentialiter in earum absentia. Cum autem totū hoc solum a paritate sit adductum, non cogimur nunc litem hanc nunc dirimere, sed suo loco referuamus dirimendum.

DVBIVM NONVM

Qualiter remissio culpa sit effectus penitentiae?

1 CVM expositum sit remissionē peccatorum esse effectum poenitentiae, quaeritur nunc de modo quo fiat, & sic exponemus art. 6. D. Tho. Qui articulus, vt notat Soto in 4. dist. 15. q. 1. art. 6. propter modos prioris, & posterioris inter poenitentiam, & gratiam, & remissionē culpe, non nihil habet obscurae per plexitatis. Sed tamen superioribus intellectis liquidus est. Primum ergo notadū, quod quāstio non mouetur de poenitentia, vt est sacramentum: nam q. 62. satis mōstratum est omnia Sacramenta cōferre gratiam, vel argumentum eius. Quare cū per gratiam peccatum remittatur, manifestum fit quod sicut Baptismi effectus est remissio originalis: Ita poenitentia sit remissio actualium. Sed quāstio est de poenitentia virtute. Hoc autem bifariam consideratur. Vno modo per se antequam ordinem vllum haberet ad Sacramentum poenitentiae; vt in lege naturae antequam eilet institutum. Et altero modo vt est pars materialis Sacramenti Poenitentiae. At vtroque modo S. Thomas sentit re-

missionem peccatorum esse effectum poenitentiae virtutis.

§. I. Poenitentia est causa remissionis culpa non principalis sed dispositiva.

2 Respondetur ergo cum D. Thoma art. 6. quod remissio culpa est effectus poenitentiae, secundum quod est virtus: principaliter tamen secundum quod est Sacramentum. Vtramque partem probat, quia poenitentia est virtus secundum quod est principium quorundam actuum humanorum. Actus autem humani, qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in Sacramento Poenitentiae. Omne autem Sacramentum producit effectum suum, non solum virtute formae, sed etiam virtute materiae: ex utroque enim est unum Sacramentum, ut supra habitum est q. 60. art. 6. ad 2. & art. 7. Vnde sicut remissio culpa fit in Baptismo, non solum virtute formae, sed etiam virtute materiae, scilicet, aqua: principaliter tamen virtute formae, ex qua & ipsa aqua virtutem recipit. Ita etiam remissio culpa est effectus poenitentiae: principaliter quidem virtute clauium, quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id quod est formale in hoc Sacramento, (ut supra q. 84. art. 3. habitum est) secundario autem ex vi actuum poenitentis, pertinentium ad virtutem poenitentiae: tam prout hi actus aliquantulum ordinantur ad claves Ecclesiae. Et sic patet quod remissio culpa est effectus poenitentiae secundum quod est virtus: principaliter tamen secundum quod est Sacramentum.

3 Quod conclusio haec, non solum ut doctrina Scholastica, sed ut catholica, amplectenda est, notat Soto, §. At qui. & constat ex dictis dub. 1. & 3. nam illud, Ezechielis 18. Si impius egerit poenitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor: & illud Act. 3. Poenitemini igitur, & conuertimini, ut deleantur peccata vestra: & alia his similia sensum causalem faciunt, ut poenitentia sit vere causa remissionis peccatorum. Quare haec causalitas verissima est in sensu proprio: quia peccatorum suorum criminum poenitet, remittuntur ei: sicut illa. Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, dilectione scilicet, qua sua peccata est detestata.

4 Quod autem in Sacramento Poenitentiae virtus instrumentalis conferendi gratiam principaliter resideat in verbis formae,

docet Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. illis verbis: *Docet praeterea S. Synodus, Sacramenti Poenitentiae formam, in qua praecipue ipsius vis sit a est: & caetera.* Quod autem actibus poenitentis conueniat dare gratiam, & remittere peccata prout ordinantur ad claves Ecclesiae, habetur ibi c. 4. ibi: *Docet praeterea, & si contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse, contingat hominemque Deo reconciliari, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliacionem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, (quod in illa includitur) non esse adscribendam.* Vnde conclusio, & rationes eius ad Catholicam attinent doctrinam.

5 Sed inquires primo, in quo genere causa poenitentiae remittat peccatum?

Respondet D. Thom. solutione ad ultimum, quod causa formalis praecipua est Dei gratia: actus enim poenitentiae virtutis habet quod sine eo non possit fieri remissio culpa, in quantum est inseparabilis effectus gratiae, per quam principaliter culpa remittitur: quae etiam operatur in omnibus Sacramentis. Et ideo per hoc non potest concludi nisi quod gratia est principalior causa remissionis culpa, quam poenitentiae sacramentum. Et id magis declarat infra q. 89. art. 1. ad 2. dicens, quod virtus clauium effectiue causat gratiam, & virtutes, instrumentaliiter tamen. Sed actus primus poenitentis, se habet ut ultima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet, contritio. Et ibi art. 2. corpore docet, quod motus liberi arbitrii, qui est in iustificatione impij, est ultima dispositio ad gratiam: & infra. In quo quidem motu comprehenditur actus poenitentiae, ut supra dictum est.

6 Sed magis ex professo q. 28. de Verit. art. 8. docet, quod contritio est causa remissionis culpa, in quantum est dispositio ad gratiam, ut dicit ad 1. Explicatque in corpore. Nam si ordo naturae attendatur secundum rationem causa materialis: sic motus liberi arbitrii praecedit naturaliter gratiae infusionem: sicut dispositio materialis formam. Si autem attendatur secundum rationem causa formalis, est e conuerso. Et est simile in rebus naturalibus de dispositione, quae est necessitas ad formam, quae quodammodo praecedit formam substantialem, scilicet, secundum rationem causa materialis: dispositio enim materialis ex parte materiae se tenet. Sed alio modo, scilicet, ex parte causa formalis forma substantialis est prior, in quantum perficit, & materiam, & accidentia ma-

te-

terialia. De quo in solutione ad quatuordecim argumenta. Videantur quae scripti lib. 1. de Gener. q. 9. & Soto art. 6. dist. 13. q. 1. §. Contra hoc, ubi ait. Et miror cur qui dam dicant hanc esse iuniorum opinionem: est enim expressum argumentum, & expressa responsio S. Tho. 1. 2. q. 113. a. 8. ad 1. Cuius sunt exempla in naturalibus de aere intrante, a parienteque fenestram, cuius introitus est prior, quam apertio in genere causa efficientis; & apertio vice versa prior in genere causa materialis. Atque idem accidit calori dum inducitur in aquam, & gradui frigoris per ipsum in de expulso. De quo ipse Soto dist. 14. q. 6. ar. 6. §. Sed exurgit. Et nos q. 86. dub. 9.

Quod autem, rebus ut nunc, poenitentia solum sit causa dispositiva, sumitur ex Concilio Trid. sess. 14. c. 4. & can. 5. dicitur *praeparare ad gratiam.* Vtrum autem in alio ordine rerum possit esse forma sanctificans, & expulsa peccati? Iam tractatum est hac, quaest. 86. dub. 5. §.

7 Sed obiecit Suarez disp. 8. sec. 3. n. 3. Quia contritio ut formata supponit iam & gratiam infusam, & remissum peccatum: ergo ut sic non potest esse dispositio ad remissionem peccati. Patet consequentia, quia ut sic est natura posterior: causa autem debet esse prior. Contritio autem ut informis est prior natura quam gratia, & quam remissio peccati: ergo, ut sic, est dispositio ad talem effectum.

Contra hoc est, quod dispositio ad formam supernaturalem, debet esse supernaturalis, ut sit formae proportionata: & ideo opera naturalia, seu viribus naturae facta, nequeunt esse dispositiones ad gratiam. Vnde D. Th. 1. 2. q. 109. a. 6. probat quod homo non potest se praeparare ad lumen gratiae suscipiendum nisi per auxilium gratuitum Dei interioris mouentis. Et ad 1. docet quod liberum arbitrium ad Deum conuerti non potest, nisi Deo ipsum conuertente, secundum illud Ierem. 31. Conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus. Et Thren. vlt. *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* De quo Conc. Trid. sess. 6. c. 5. in fine, & initio, & Conc. Araus. 2. Can. 4. ait: *Si quis ut a peccato purgemur, voluntate nostra Deum expectare contendit; non autem ut etiam purgari velimus, per Sancti Spiritus infusionem, & operationem in nobis fieri consistatur, resistit ipsi Spiritui Sancto dicenti, praeparatur voluntas a Domino.* Sed contritio ut informis non est supernaturalis: quia formam supernaturalem habet a gratia, & charitate, quae est forma virtutum,

Dicit enim S. Th. q. vnic. de charitate, ar. 3. ad 19. *Quod gratia Dei dicitur esse forma virtutum, in quantum dat esse spirituale animae, ut sit susceptiva virtutum; sed charitas est forma virtutum, in quantum format operationes earum, ut dixerat in corpore articuli.* Videatur q. 27. de Verit. a. 5. ad 5. & q. 28. ar. 8. ad 1. in contrarium ait: *Quod contritio est a gratia sicut ab informante; & ita sequitur quod in ratione causa formalis gratia sit prior.* Sicut igitur supernaturalis contritio nequit elici sine auxilio supernaturali; ita nequit esse formata nisi per gratiam. Ergo ut informis non est dispositio ad gratiam.

8 Et praeterea est ratio D. Thomae q. 28. de Verit. art. 8. Quia actus fidei, & contritionis informes, qui potius sunt actus attritionis, tempore praecedunt gratiae infusionem: quia si fiant auxilio gratiae remote praeparant ad eam. Et de talibus motibus liberi arbitrii ad praesens non loquimur; sed de illis qui sunt simul cum gratiae infusione: sine quibus iustificatio esse non potest, ut supra dictis patet. in illis qui in instanti iustificantur. Dispositiones vero ultimae, committentes, & simultaneae, licet in genere causa formalis, & efficientis supponant gratiam, & sint ea posteriores: in genere tamen causa materialis, & dispositivae ad eam praeparant: & sunt ea priores, & earum causa. De istisque loqui Conc. Trid. sess. 6. c. 7. docens iustificationem fieri *per voluntariam susceptionem gratiae.* nam gratia est unica formalis causa iustificationis, ut ibi dicitur; quam tamen Spiritus Sanctus paratur singulis prout vult, & secundum propriam eiusque dispositionem, & cooperationem. Aduertit autem D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 3. ad 1. *Quod hanc etiam dispositionem, vel conuersionem praenit Spiritus Sanctus mouens mentem hominis, vel plus, vel minus, secundum suam voluntatem.* Et ad 2. ait, quod *forma non excedit materiae proportionem, sed sunt eiusdem generis.*

Tertio ipse Suarez ibi num. 6. & to. 1. in 3. disp. 4. sec. 8. docet, & bene poenitentiam disponere ad gratiam, & praeparare ad remissionem culpa ut est a gratia, & libero arbitrio simul. Quod probat ex Tridentina sess. 6. cap. 6. & 7. Et quia hic actus non est dispositio nisi ut supernaturalis: ergo ut a gratia. Neque est dispositio nisi ut vitalis, & libera mutatio voluntatis: ergo ut a libero arbitrio: ergo utriusque respectum essentialiter includit, ut dispositio est. Sed contritio

vt gratia, nequit considerari vt informis: ergo male ante dixerat Suarez, quod vt informis contritio est dispositio ad gratiam. Melius D. Thomas in fine articuli 6. dicit: *Quod actus penitentiae virtutis habet quod sine eo non possit fieri remissio culpae, in quantum est inseparabilis effectus gratiae, per quam principaliter culpa remittitur: ergo contritio vt formata per gratiam est causa preparatoria ad gratiam, & ad remissionem culpae.*

9 Sed obijcies auctoritatem D. Thomae hac q. 86. art. 4. ad 2. docentis, quod remissio culpae, & reatus poenae aeternae pertinet ad gratiam operantem: & est a sola gratia: ergo non est a libero arbitrio.

Respondet D. Thomas art. 6. ad 1. 1. *Quod effectus gratiae operantis est iustificatio impij vt 1. 2. quae est. vt 3. in diuisione quae est. dictum est. In qua, vt ibidem dicitur est, non solum est gratiae infusio, & remissio culpae, sed etiam motus liberi arbitrij in Deum, qui est actus fidei formativus: & motus liberi arbitrij in peccatum, qui est actus penitentiae. Et tamen actus sunt ibi vt effectus gratiae operantis, simul producti cum remissione culpae. Vnde remissio culpae non fit sine actu penitentiae virtutis, licet sit effectus gratiae operantis.* D. Thomas.

10 Sed instat Suarez a. 4. ad 2. dicens. Sed ad hunc superest difficultas: quia licet hoc verum sit: tamen non illius gratiae solus est effectus, sed etiam cooperantis gratiae: quia est verus actus humanus liber, & supernaturalis: & qui huiusmodi est non potest sine gratia cooperante, seu quod idem est, adiuuante fieri, vt constat ex Concil. Tridentino. sess. 6. can. 3. dicens: *Si quis dixerit sine praesentente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse sicut oportet, vt et iustificatio nis gratia consecatur, anathema sit.*

Respondet ipse Suarez sine dubio ita esse quantum ad rem expectat. Tamen quantum ad modum loquendi obseruandum esse in D. Thoma, & quibusdam alij Scholasticis. hos motus liberi arbitrij, qui ordine naturae antecedunt infusionem gratiae habitualis, absolute dici esse a gratia operante: quod debet intelligi non quia sint ab illa solae, sed quasi per antonomasiam: quia speciatim quodammodo dependunt hi actus a gratia operante principaliter, vt latius dixerat lib. 3. de Auxil. cap. 5. Vnde remissio peccati in nobis est effectus gratiae operantis, vt ait S. Thom. art. 4. ad 2. Quatenus vero sit

dispositiuus, esse etiam effectum gratiae cooperantis, quia quoad hoc non fit sine nobis libere cooperantibus. Idem docet Vazquez 1. 2. q. 113. initio.

11 Caieranus tamen art. 6. & ibi Sorro, & Nuño. Et Martinus Ledesma 1. p. Quarta, q. 27. art. 6. dub. 2. & communiter Thomista, vt refert, & sequitur Atanjo hac 3. p. q. 83. art. 2. dub. 2. n. 29. ad 2. & late 1. 2. q. 113. in introductione, q. dub. vni correspondet, quod actus liberi arbitrij in iustificatione impij concurrentes, siue in Deum, siue in peccatum, sunt vere actus non solum liberi arbitrij, sed simul a gratia operante, & a libero arbitrio. Suauiter enim omnia disponens diuina sapientia (quae creauit me sine me, non passiuus, quoniam creatio in me terminata est, sed sine me cooperante, non saluata sine me cooperante) mouet per gratiam suam liberum arbitrium ad obsequium gratiae, per hoc quod videtur illa secundum illam operando. Et propterea actus liberi arbitrij, tam respectu Dei, quam respectu peccati in iustificatione inuenti, sunt effectus gratiae operantis, & non ponunt innumerum: cum ipsa gratia operante. Et propterea distinctio exclusiva addita gratiae non excludit huiusmodi actus liberi arbitrij, vt pote suos effectus: cum enim dicitur sola causa facit hoc non excluditur quin faciat illud mediante suo effectu. Et hunc sensum faciunt verba D. Th. a. 6. ad vltimum. Et art. 4. ad 2. loquitur de gratia vt distinguitur contra liberum arbitrium absolute, & non contra liberum arbitrium vt est effectus ipsius gratiae. Vnde opposito modo videntur se habere actus liberi arbitrij, & gratiae, penes operandum, & cooperandum: in gratia operante liberum arbitrium se habet vt cooperans: in gratia vero cooperante liberum arbitrium se habet quasi vt operans: & propterea connumeratur gratiae. Haec Caieranus.

12 Clarioribus verbis possumus respondere praemittendo ex D. Thoma 1. 2. q. 111. art. 2. *Quod habitualis gratia in quantum animam sanat, vel iustificat, sine gratiam Deo facit, dicitur gratia operans: in quantum vero est principium operis meritorij, quod ex libero arbitrio procedit dicitur cooperans.* Hoc praemisso actus nostri causant iustificationem solum dispositiuus: causant vero gratiam, & liberum arbitrium actus meritorios efficiens: forma ergo vt informans in subiecto dispositiuus, seu causans effectum forma-

malem, cum sua dispositione, tota est gratia operans, quia forma, & dispositio ad idem genus reducuntur: eadem vero vt est principium efficiens actus meritorij, est simpliciter cooperans. Quia igitur ad delendam culpam per gratiam, solum concurrimus dispositiuus: ideo remissio culpae, & reatus poenae aeternae dicitur a D. Thoma pertinere ad gratiam operantem, & quod est a gratia sola. Quia vero ad opera meritoria, & ad opera satisfactoria concurrimus effectiuus: ideo hoc dicitur esse a gratia, & libero arbitrio. Et totum hoc distinguendo operantem, & cooperantem respectu gratiae habitualis. Nam respectu gratiae actualis est alius sensus huius distinctionis, traditus a D. Aug. de gratia, & libero arb. cap. 17. & explicatus a D. Thoma 1. 2. q. 111. art. 2. hanc autem esse genuinam mentem S. Thomae, manifestum fiet conferenti doctrinam art. 4. ad 2. & art. 6. ad 1. & vlt. & latius q. 27. de Verit. art. 5. ad 1. & q. 28. art. 8.

Concilium Tridentinum docet id quod S. Thomas tota q. 109. in 1. 2. quod vt conuertatur, & actus supernaturales theologicos, & poenitentiae faciamus, sicut oportet, est necessaria supernaturalis inspiratio, & motio Spiritus Sancti. Quod nullus Catholicus negat. Quod actus isti procedant a sola gratia, vt quidam videntur asserere: vel a solo auxilio, vt multi dicunt, vel simul a gratia, & auxilio, vt nos asserimus, non determinat Concilium: quia ad fidem nil attinet: & multo minus quaestio de modo distinguendi has praesentia in habitu vt in ordine ad effectus formales, & praeparationem subiecti se habeat vt operans, & in ordine ad efficiendum se habeat vt cooperans, potest dici ibi determinata: cum distinctio ista sit pure scholastica: quia distinctio gratiae in operantem, & cooperantem apud Patres vltata fuit in gratia actuali.

§. II. Vtrum penitentia expellat peccatum effectiuus physice.

13 **M**Aior difficultas est, vtrum poenitentia expellat peccatum effectiuus physice?

Sunt tres principales sententiae in hoc puncto. Quidam solam agnoscunt casualitatem praeparatoriam, & dispositiuam, & nullam effectiuam. Ita Aienus 4. p. q.

70. memb. 2. ad 2. S. Bonaventura in 1. dist. 17. art. 1. q. 1. Richardus art. 1. q. 4. & 7. Durandus q. 1. n. 8. Paludanus q. 1. n. 4. Sorro lib. 2. de natura, & gratia cap. 9. Quos refert, & sequitur Vazquez disp. 211. cap. 7. Probans ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 7. vbi numerantur omnes causae iustificationis, etiam effectrices, & instrumentariae, non ponitur inter eas vltima dispositio. Et ratione, quoniam vltima dispositio ad gratiam habitualement est actus contritionis, & dilectionis, qui sunt actus charitatis: nam contritio sub illo respectu, nempe ex complacentia Dei est vera Dei dilectio, vt cap. 3. notauimus. Quo circa hi actus ab habitu charitatis, vt a propria causa efficiente procedunt ac prouideneque illius propria causa esse possunt. Etenim, vt ibi disp. 220. cap. 2. dicit, in causis aequiuocis effectus talis conditionis est, vt non possit esse secundum suam naturam causa eius, quod sit eiusdem rationis cum causa sua, & aequae cum illa perfectum. Eadem autem ratio videtur esse, & gratiae habitualis producendae, & charitatis. Porro, si vltima dispositio non est causa propria gratiae habitualis, neque causa instrumentaria esse potest. Nam si aliquomodo esset causa instrumentaria, esset sola Dei voluntate, vt instrumentum assumpta: hoc autem sine fundamento diceretur. Cum autem per gratiam expellatur peccatum, idem dicitur de expulsiōe peccati. Idem docet Vaz. 3. p. q. 83. art. 3. dub. unico a n. 37. vlt. que 41. vbi, & ait. *Videtur mihi non satisfacere solutionem D. Thoma.* Eodem sententiam tenet Lorca dup. 25. de gratia, dicens, quod *Opposita non apparet per habitus.* Sed in hoc ipso puncto contra alios, qui vt temerariam damnarunt, ipse Vazquez illo cap. 7. quamvis sententiam nostram non teneat, censuram reprehendit dicens. *Inuicorum tamen videtur in examine opinionum facile, & absque magno auctoritatis, & rationis momento aliorum sententias seuerius notare.*

24 Suarez disp. 8. de Poenitentia sec. 3. a n. 12. vsque ad 17. docet hic posse esse fermoneum, vel de efficientia physica, vel morali. De priori certum est nihil posse efficere physice remissionem peccati, nisi si quod potest efficere physice gratiam quia in vniuersum priuatio non potest tolli physice actione, nisi illa qua fit forma. Actus vero poenitentiae secundum se, vt est actus virtutis, non potest physice efficere gratiam, imò nec actus superna-

rurales possunt ex se physicè efficere habitus infusos, ut nunc suppono. Hac igitur ratione non potest pœnitentia physicè efficere remissionem, & expulsiōem peccati.

Causalitas autem moralis tantum potest esse, aut dispositiua, aut meritoria. Dispositiua interuenit: & reuera hæc dispositio non tam est physica, quam moralis: quia non est necessaria propter physicam vnionem gratiæ cum anima, sicut requiritur dispositio corporis ad vnionem animæ cum ipso: & ideo transacta illa dispositione, manet vnio: & interdum etiam sic sine illa. Est ergo dispositio moralis, quia homo facit quantum in se est ad tollendum obicem. Causalitas autem meritoria, vel satisfactoria imperfecta, & secundū quid potest tribui huiusmodi actui, ut supernaturalis est, & à gratia Dei auxiliante, iuxta probabilem opinionem, quæ tribuit huic dispositioni meritum, vel satisfactionem de cōgruo. Perfectum autem meritū, vel satisfactio de condigno nō potest illi tribui respectu remissionis peccati (quicquid aliqui moderni dixerint) Tum quia alias non fieret gratis remissio: Tum etiam quia tale meritū, vel satisfactio supponit iam remissum peccatū. De quo egerat to. 1. 3. p. disp. 4. sec. 9. concludit n. 17. si loquamur de pœnitentia pro habitu, quatenus illa est causa effectiua sui actus, potest etiam dici effectiue concurrere ad expulsiōem peccati: quāvis hoc accommodari non possit primæ iustificationi: quia iuxta verā sententiā primæ contritio nō procedit ab habitu. Sequitur Coninch disp. 2. dub. 3. Auer. de Pœnit. q. 3. sec. 2. & 1. 2. q. 112. sec. 5. & 6.

15 Multi alij admittunt, & docent pœnitentiam delere peccatum effectiue. Indicat S. Bona. in 4. dist. 14. 1. p. dist. ar. 2. q. 1. ad ult. & Durandus dist. 14. q. 2. n. 9. docens, quod pœnitentia opponitur omni vitio causaliter: & ideo delet omne peccatum. Andreas Vega lib. 8. super Concil. cap. 9. asserit pœnitentiā esse causam efficientē infusionis gratiæ habitualis. Thomas Stapletonius lib. 4. de Iustific. cap. 2. docet præparationem, quæ habetur per gratiæ, & liberi arbitrii cooperationem, debere reduci ad causam efficientem ipsius iustificationis, sicut reducuntur reliquæ omnes dispositiones, & instrumentales causæ. Joseph Angles q. 2. de contrit. art. 6. seu ult. conc. 1. ait. Actus pœnitentiæ informis, quatenus est dispositio

ad gratiam, est remissionis culpæ causa: Quia remouet prohibens formā introductiōnem. Et in 2. conc. dicit: Pœnitentiā formatā est causa remissionis culpæ, non disponens, sed efficiens. Ratio est, quia Deus efficit remissionem culpæ per infusionem gratiæ & gratia operatur effectiue, mediante pœnitentiā: quare similiter, & pœnitentiā, cum sit gratiæ instrumentum. Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. ad 3. ait, quod aliquid expelli ab alio stat dupliciter: Vno modo formaliter, & alio modo effectiue. Formaliter namque aliud expellere, nihil aliud est, quam illud secum non compati. Albedo enim dicitur expellere nigredinem, non quod color ipse sit actiuus: sed quia non stat simul in eodem subiecto.

Calor autem expellit frigus, non solū formaliter, sed etiam actiue efficiendo in ipsum. Quare dū calidus carbō expellit albedinem niuis, nō hoc facit per nigredinem, sed per calorem, corrumpendo frigiditatem niuis. Pœnitentia autem non solum formaliter expellit peccatum, quia se non compatiuntur: sed actiue expellendo ipsam per auxilium Dei: quæ quæ admodum calor expellit frigus. Ob idque pœnitentia non est generalis virtus, formaliter contraria cuiuscumque peccato, ut temperantiæ: sed specialis, omnium expulsiue actiue. Hæc Soto. Qui idem docet dist. 15. q. 1. art. 6. ad 1. dicens. Sed quatenus procedit à gratia est posterior cum ipsa gratia, & prior ingenere causæ efficientis quam remissio peccatorum. Nam gratia sicut operatur per fidem, & charitatem infusæ: sic per actum pœnitentiæ infusæ operatur ad remissionem peccatorum. Hæc est verissima Theologia; neque a deo difficilis, quin eam mediocriter Philosophus facile intelligat. Quia propter dicere, quod virtus pœnitentiæ sit causa remissionis peccati materialis, non est ad propositum: quia illa ratione non est simpliciter virtus; cum non procedat à gratia: nec simpliciter causa, quia nullam habet rationem morali. Sed actus pœnitentiæ in quantum effectus gratiæ, ut ait Diuus Thomas in calce articuli, est causa efficiens remissionis. Attamen principalior causa est gratia, quæ per ipsam virtutem operatur. Hæc Soto. Qui loquitur de iustificatione extra sacramentum: nam de iustificatione cum sacramento pœnitentiæ, tractat ibi late §. Ex quo.

16 Sequitur Nuño 3. p. q. 85. art. 2. dub.

dub. 2. conc. 3. dicens. Pœnitentia expellit omne peccatum efficienter; non solum moraliter, sed etiam physicè principaliter. Hæc conclusio videtur expressa D. Thomæ, q. 85. art. 2. ad 3. vbi ait: Quod qualibet virtus specialis formaliter expellit habitum vitij oppositi: sicut albedo expellit nigredinem ab eodem subiecto: sed pœnitentia expellit omne peccatum effectiue. Et q. 86. art. 6. ad 1. & 4. Quotiescumque enim D. Thomas loquitur de efficientia, intelligitur in genere physico: ut patet de Christi domini humanitate, & de Sacramentis: de quibus solum dicit D. Thomas, quod efficienter causant gratiam: & explicatur communiter de physica efficientia. De quo latissime 3. p. q. 62. dub. 2. §. 5. Deinde multi Theologi conuertunt 2. 2. q. 24. art. 10. & 12. quod peccatum expellit charitatem, non solum efficienter moraliter, de meritorie: sed etiam efficienter physice: Sed sicut peccatum opponitur charitati: ita similiter contritio includens actum charitatis, opponitur ipsi peccato: Ergo expellit illud efficienter physicè. Quæ ratio videtur D. Thomæ quæst. vnica de charitate art. 12. ad 22. dicentis: Quod propter vertibilitatem subiecti, sicut charitas superueniens peccato destruit ipsum, ita peccatum superueniens charitati expellit ipsam: contraria enim mutuo se expellunt. Deinde ipse Nuño §. Pro maiori, explanat, & probat dicens. Existimo enim certum esse secundum Philosophiam, quod omnis qualitas ex natura sua actiua expellit qualitatem sibi oppositam, non solum formaliter, sed etiam efficienter. Vnde non solum calor existens in igne, sed etiam ille, qui recipitur in aqua, expellit efficienter frigiditatem ab eadem aqua. Quam esse communem doctrinam Philosophorum, refert, & sequitur Ioannes Puteanus 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 5. Petrus Fayus 3. p. dicta q. 85. art. 2. disp. 2. v. refert, & sequitur Hiacintus Coquetius lib. 3. de gratia disp. 9. cap. 3. Gregor. Martinez 1. 2. q. 112. art. 2. dub. 1. post 3. conc. fol. 567.

Videturque docere Bellarminus to. 4. lib. 2. de Iustificat. cap. 16. ad 1. col. 826 in editione Venetijs 1602. dicens. Actus enim peccati opponitur gratiæ habituali, nō priuatiue, sed contrarie: & eam expellit efficienter, siue dispositiue: quomodo actus dilectionis super omnia opponitur peccato habituali, non priuatiue, sed contrarie, & expellit illud efficienter siue dispositiue, per modum vltimæ dispositionis: ita vbi ex natura rei, &

infallibiliter sequatur ad illum actum infusio gratiæ, & deletio peccati habitualis: sicut ad vltimam dispositionem in generatione humana sequitur ex natura rei, & infallibiliter infusio animæ rationalis. Hæc ibi.

17 Tertia sententia docet contritionem, non solum dispositiue, sed efficienter causare remissionem peccati, non efficientia physica, sed morali duntaxat: quæ efficientia conuenit non solum habitui, sed etiam actui pœnitentiæ.

Ita Curiel 1. 2. q. 172. art. 2. dub. 2. ad vltimum, & latius Montefinos 1. 2. q. 113. disp. 34. q. 4. §. 6. in fine. Araujo 3. p. q. 85. art. 2. dub. 2. Priorem partem probat n. 24. Tunc dicitur agens aliquod effectiue moraliter expellere aliquam formam, quando ponit effectum, aut formam impossibilem cum contrario præexistenti, moraliter. Sicut tunc effectiue physicè expellit, quando ponit formam physice impossibilem cum præexistenti contraria. Quod inductiue patet in agentibus naturalibus, quæ inducendo formas ipsis similes in subiectis, contrarias corrumpunt effectiue, sed pœnitentiæ virtus in prima iustificatione adulti producit contritionem moraliter impossibilem cum culpa mortali: quia supponit gratiam habitualem: ac proinde habitum pœnitentiæ infusum simul cū ipsa gratia: ac proinde non est cur ab illis non producat. Et alias habet vim satisfaciendi, qui concursus moralis est. Ergo expellit peccatum effectiue moraliter.

18 Quod hæc effectiua moralis causalitas circa remissionem peccati in ratione offensæ, conueniat non solum habitui, sed etiam actui pœnitentiæ, probat Araujo conc. 2. n. 27. Quia moralis efficientia alicuius effectus in eo consistit, quod causa moralis moueat voluntatem agentis, in cuius potestate est positus talis effectus, ut intuitu illius ponat illum in re. Sicut patet in merito, & satisfactione Christi: & in merito, & satisfactione nostra respectu Dei. Eademque ratione satisfactio, qua inter homines vnus compensat in iniuriam alteri illatam, moraliter efficit relaxationem iniuriæ; quia mouet voluntatem offensi ad huiusmodi relaxationem. Sed non solum habitus pœnitentiæ, quatenus exhibet media contritione compensationem offensæ diuinæ, sed etiam contritio ipsa, quæ est aquaalis satisfactio, & compensatio, mouet diuinam voluntatem, ut intuitu illius relaxet.

laxet offensam. Ergo moraliter effectiue concurrunt ad offensae remissionem.

19 Confirmatur: nam ut admittit Suarez, actus qui est expressa voluntas compensandi, quia imperat actui doloris, ac detestationis, effectiue expellit peccatum. Sed eiusdem rationis sunt omnes actus poenitentiae: imò contritio est omnium perfectissimus. Ergo eiusdem concursus effectiui est particeps. Idem docet Auersa q. 3. sec. 2. ver. Quarto. Alijs terminis eandem tradunt sententiam P. P. Carmelitani Salmanticenses 1. 2. tract. 12. disp. 3. dub. 3. §. 4. num. 57. dicentes poenitentiam non dici expellere peccatum effectiue, quia immediatè efficiat formam per quam excluditur, quae est gratia; sed quia effectiue offert satisfactionem pro peccato debitam: qua posita Deus illud remittit. Et quia solius poenitentiae per se est talem satisfactionem offerre, applicareque ad id actus aliarum virtutum, tribuitur ipsi specialiter praedicta efficientia. Et hoc dumtaxat vult D. Thomas 3. part. quaest. 85. art. 2. ad 3. ut verba eius ostendunt. Dicendum (inquit) quod qualibet virtus specialiter formaliter expellit habitum vitij oppositi, sicut albedo expellit nigredinem. Sed poenitentia expellit omne peccatum effectiue, in quantum operatur ad destructionem peccati prout est remissibile ex diuina gratia homine cooperante. Vel potest dici poenitentiam expellere effectiue peccatum, non in quantum est malum physicum, denominatque hominem peccatorem: quo pacto forma immediatè excludens est habitus gratiae: sed in quantum malum, & offensam Dei. Secundum quam rationem forma immediatè opposita est satisfactio, per quam Deo refarcitur honor per offensam ablatum. Huiusmodi vero efficientia respectu expulsionis peccati solum est moralis: non meritatoria, sed satisfactoria: quatenus oblatam satisfactionem, & acceptam, animus offensus pacatur, & eius iniuria cessat. Diximus respectu expulsionis peccati: nam in ipsam satisfactionem habet poenitentia physicam efficientiam, sicut qualibet virtus in suum actum. Haec ibi. Et to. 4. tract. 13. disp. 1. dub. 2. num. 23. dicunt, quod poenitentia expellit omnia peccata effectiue, quatenus elicit, vel imperat actus satisfactorios, quos acceptans, remittit offensam, & delet peccata.

§. III. Secunda sententia alijs praefertur, & pro eius explanatione prima conclusio statuitur.

20 **D**eserenda tamen non est secunda sententia, quam solum iudico ad mentem Diu. Thomae, & communem Thomistarum; & si adhibita distinctione prudenti moderatione temperetur, apparebit facilis, & omnino vera. Pro quo aduertendum, quod causa efficiens physica inter plurimas diuisiones expositas 2. Physicorum, & 2. part. Metaphis. diuiditur in causam perficientem, seu consummantem, & causam disponentem: cum hoc discrimine, quod causa perficiens, seu consummans est causa efficiens simpliciter, & absolutè; causa vero disponens, ut se tenet ex parte agentis, est verè efficiens; non tamen simpliciter, & immediatè; sed solum mediatè, & secundum quid.

Et quia ex hoc puncto pendet totius difficultatis resolutio, ut appareat sic voces accepisse Philosophos, & Theologos, legatur D. Thomas libro 5. Metaphisicæ lec. 2. lit. A. ubi ait: *Sciendum est autem quod secundum Auicenam, quatuor sunt modi cause efficientis, scilicet, perficiens, disponens, adiutans, & consilians.* Solus vltimus habet locum in moralibus: alij tres modi efficiendi sunt physici, & reales quibus expositis, subiungit: *Ad hoc genus causa reducitur quicquid facit aliquid aliquo modo esse, non solum secundum esse substantiale, sed secundum accidentale.* Idem tradit lib. 2. Physicorum lec. 5. lit. B. Applicatque intento Theologorum in 3. Sentent. dist. 19. q. 1. art. 1. q. 1. dicens: *Quod delere peccatum dicitur dupliciter. Vno modo formaliter: sicut albedo dicitur delere nigredinem, per hoc quod aduenit in subiecto: & sic gratiae est delere peccatum. Alio modo effectiue. Et hoc contingit tripliciter, secundum tria genera cause efficientis: dicitur enim causa efficiens, vno modo perficiens effectum. Et hoc est principale agens inducens formam. Et sic solus Deus peccatum delet: quia ipse solus gratiam infundit. Alio modo dicitur efficiens disponens materiam ad recipiendam formam. Et sic dicitur peccatum delere ille, qui meretur peccati*

deletionem: quia ex merito efficitur aliquis dignus quasi materia disposita ad recipiendam gratiam, per quam peccata deleantur. Hoc autem contingit dupliciter, vel sufficienter, vel insufficienter. Quod late exponit ibi, ut declaret qualiter per passionem Christi simul liberati à peccato. Tandemque ait: *Tertio modo dicitur agens instrumentale. Et hoc modo sacramenta delent peccata.*

21 Nec obstat, quod saepissi me alibi causam disponentem, & praeprantem reducit S. Thomas ad causam materialem, quia per eam subiectum aptatur, & habile fit ad formam. Vnde non videtur quomodo istis locis reducat ad efficientem. Id non obstat, quia vtrumque esse simul verum, quia dispositio ut inducitur, & recepta in subiecto, illud praepratur: & sic reducitur ad causam materialem: ut tamen est aliquid agentis, & media illa agit ad vltiora, reducitur ad genus efficientis. Quod notat D. Thomas in 4. dist. 17. quaest. 5. art. 5, dicens: *Dispositio autem reducitur ad causam materialem, si accipiatur dispositio quae disponit materiam ad recipiendum: secus autem est de dispositione agentis ad agendum, quia illa reducitur ad genus cause efficientis.* Quod non solum verificatur de qualitatibus quibus agentis disponitur ut agat, sed etiam de qualitatibus inductis in passum, quibus contrarias expellat: sicut calor non solum est qualitas actiua in calefaciente, sed etiam incalefacto: ut enim ait D. Thomas 3. p. q. 9. art. 3. ad 2. *per calorem disponitur materia ad suscipiendam formam ignis: & agit effectiue, quia ut aduertit D. Thomas in 2. Sentent. dist. 13. quaest. 1. art. 3. ad 7. Calor ignis mouet quod formam substantialem ignis secundum quod agit in virtute formae substantialis, a qua fluit.* Propriaque virtute expellit formam contrariam formaliter per impossibilitatem, & simul actiue destruendo, quia expulsio actiue fit à forma contraria, media qua verificatur quod agens expellit: vnde efficientia agentis exercetur media qualitate, quae est contraria, & actiua, & ideo respectu subiecti concurrunt formaliter, ut se tenet ex parte agentis pugnant cum contraria, expellit actiue, ut cum Soto, docent omnes pro eius sententia relati.

22 Denique, quod sola causa perficiens dicatur efficiens simpliciter, et causa disponens dicatur efficiens solum secundum quid, expressè docet D. Thomas q. 3. de Malo, art. 3, dicens: *Quod causa ali-*

quid mouet multipliciter dicitur, quandoque enim dicitur causa id quod est disponens, vel quod est consilians, vel quod est praecipiens. Quandoque enim dicitur causa id quod est perficiens. Et haec proprie, & verè, causa dicitur: quia causa est ad quam sequitur effectus. Ad actionem autem perficientis statim effectus sequitur: non autem ad actionem disponentis, vel consulentis, vel imperantis. Quae doctrina, Diu. Thomae euidens est, propter eius rationem, sumptam ex definitione cause efficientis, quae simpliciter solum conuenit cause perficienti, secundum quid alijs. Cum hoc discrimine, quod causa disponens, sicut alia instrumenta naturae, & artis, dicuntur causa physica: causa vero consilians, imperans, satisfaciens, vel meritis dicuntur causa moralis. His ex Physica praemis, tribus propositionibus respondetur motu difficultati.

23 Dico primo, loquendo de efficiencia simplicitè, & immediatè effectum inducente, neque habitus poenitentiae, nec actus eius, etià perfectissimae primae contritionis, expellunt peccatum efficienter physice. Est expressa D. Thomae q. 28. de Veritate art. 8. in corpore: cum enim retulisset sententiam dicentium, quod motus liberi arbitrii, qui interueniunt in iustificatione impij, praecedunt remissionem culpae naturaliter: quia gratia per hoc actus remissionem culpae operatur. Quae est re vera sententia, quam intendimus impugnare: Contra eam sic arguit D. Thomas: *Sed hoc non potest esse. Nam quod causat aliquid per operationem, causat per modum cause efficientis. Gratia igitur, si per actum contritionis, & fidei formata, remissionem culpae causat, causabit eam per modum cause efficientis. Quod esse non potest. Nam causa effectiue destruens aliquid, prius ponitur in esse, quam hoc quod destruitur sit in non esse: non enim ageret ad eius destructionem, quod iam non est. Vnde sequeretur, quod gratia prius esset in anima, quam culpa esset remissa: quod est impossibile. Vnde patet, quod gratia non per aliquam operationem est causa remissionis culpae, sed per informationem subiecti: quae importatur per gratiae infusionem, & culpae remissionem. Et ideo inter gratiae infusionem, & culpae remissionem nihil cadit medium.*

Quae ratio D. Thomae loquendo de prioritate instantis in quo, euidens est, saltem loquendo de lege ordinaria: quia culpae remissio est effectus secundarius formae inhaerentis, quae est gratia sanctificans:

quæ nõ potest in instanti in quo esse simul cum culpa in anima.

24 Idem constat ex secundo solutione ad 2. quæ magis placet D. Thomæ, in qua ait, quod *contritio ad remissionem culpæ quoad reatum temporalis pœnæ se habet per modum cause efficientis: sed quantum ad maculam, & reatum pœnæ æternæ se habet solum per modum dispositionis.* Vbi D. Thomas, eam efficientiam principalem, quam concedit contritioni ad delendum reatum pœnæ temporalis, negat quoad maculam, & reatum pœnæ æternæ: sed ibi loquitur de causa efficiente, & perficiente proprie: quia pijs operibus per Christi merita satis facimus, & effectiue delemus reatum pœnæ temporalis, vt constat ex Concilio Trid. ses. 14. cap. 8. & 9. & can. 13. & 14. Ergo hanc negat contritioni quoad delendam maculam, & reatum pœnæ æternæ.

Item solut. ad 7. ait, quod *consensus est causa efficiens matrimonij carnalis: motus autem liberi arbitrij non est causa efficiens infusionis gratiæ: & ideo ratio non sequitur.* Et ad 8. quod *in iustificatione in p̄i homo nõ est adiutor Dei, quasi cum eo simul efficiens gratiam: sed solum sicut preparans se ad gratiam.* Idem dicit ad 5. in contrarium. Sed eo genere causæ, quo contritio est causa remissionis culpæ, cum de facto ita non remittatur, nisi per infusionem gratiæ, iuxta illud ad Roman. 3. ver. 24. *Iustificati gratis per gratiam ipsius.* Ergo contritio non est simpliciter causa efficiens remissionis culpæ.

25 Præterea idem constat ex D. Thoma in 4. Sentent. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3. ad 1. ait D. Thomas: *Et ideo pœnitentiæ non formaliter, sed quasi effectiue peccatum expellit, & art. 3. q. 1. ad 1. dicit, quod pœnitentiæ non expellit omne peccatum formaliter, sed quasi actiue.* Item dist. 17. q. 2. art. 5. q. 1. docet, quod *contritio in quantum est pars Sacramenti primo operatur ad remissionem peccati instrumentaliter (sicut de alijs Sacramentis in 1. dist. q. 1. art. 4. q. 1. patuit) In quantum autem est actus virtutis, sic est quasi causa materialis remissionis peccati, eo quod dispositio est quasi necessitas ad iustificationem, vt supradictum est, q. 1. art. 2. q. 3. Et ad 1. ait, Quod solus Deus est causa efficiens principalis remissionis peccati: sed causa dispositiua potest etiam esse ex nobis.* Si pœnitentiæ vel contritio esset simpliciter causa efficiens remissionem, non apponeret D. Thomas toties illam limitationem, & coarctationem, quasi,

Nec contritio esset causa materialis, & dispositiua: quia ista nunquam coincidit cum causa efficiente simpliciter. Nec posset verificari quod solus Deus efficeret remissionem peccati. Ergo ex mente D. Thomæ indubitarum est, quod pœnitentiæ, & contritio non est simpliciter causa efficiens remissionis peccati.

26 Ne autem aliquis somniet doctrinam hanc, toties à D. Thoma repetitam, esse ab eo in summa retractatam, euigilet, & attendat in hac vltima parte suorum operum reperiri non minus expresse assertam. In primis q. 86. art. 4. ad 2. ait, quod remissio culpæ, & pœnæ æternæ est à gratia sola. Quo excluditur consortium alterius formæ, & alterius causæ efficientis principalis, quam Dei infundentis gratiam, non autem excludit consortium dispositionis, & causæ cooperantis, & coefficientis secundum quid, seu vt ipse explicat art. 6. ad 1. ex dictis 1. 2. q. 113. *Hic actus humani sunt ibi vt effectus gratiæ operantis, sicut producti cum remissione culpæ.* Et in sol. ad vltimū hoc modo verificat, quod contritio causat culpæ remissionem, in quantum est inseparabilis effectus gratiæ. Quod non posset esse si contritio simpliciter esset causa efficiens remissionis culpæ, quæ sit per gratiam.

27 Clarius infra q. 89. art. 1. ad 1. ait: *Quod eodem modo pœnitentiæ restituit virtutes, per quem modum est causa gratiæ, vt iam dictum est in corpore art. Est autem causa gratiæ in quantum est Sacramentum; nam in quantum est virtus est magis gratiæ effectus.* Quod discrimen nullum esset, si pœnitentiæ efficeretur simpliciter nostri actibus, vel illi efficerent gratiam: eadem autem est ratio de culpæ remissione, cum sit effectus gratiæ.

28 Hanc conclusionem non possunt negare Thomistæ, & alij, qui docent contritionem vltimo disponentem ad iustificationem, à gratia procedere formaliter, & effectiue: alioquin idem in eodem infimo genere causæ efficientis, erit prius & posterius, eritque causa efficiens suæ causæ efficientis: Quod implicat contradictionem. Vnde Cano in Relectione de Pœnitentiæ parte 1. §. Item, *contritio*, ait. *Contritio nullo pacto prior est habitu pœnitentiæ: quoniam actus ille ab habitu producit in genere causæ efficientis. Effecta autem causarum efficientium suis causis efficientibus priora esse non possunt; nisi fortè in genere causæ finalis.*

§. IV. Alia dua conclusiones statuantur.

30

Dico secundo loquendo de efficientia physica secundum quid, & mediata, quæ est propria causæ disponentis, pœnitentiæ, & contritio effectiue physice expellit omne peccatū, etiam quoad maculam, & reatum pœnæ æternæ. Est ad mentem D. Thomæ 3. p. q. 85. art. 2. ad 3. & q. 86. art. 4. ad 2. & art. 6. ad 1. & 4. & in 4. sentent. dist. 14. q. 1. art. 1. quest. 3. ad 1. & art. 3. q. 1. ad 1. & q. 2. art. 2. q. 1. vbi concludit. *Et hoc est effectiue, & non solum formaliter per pœnitentiæ peccata dimitti.* S. Augustinus tract. 72. in Ioann. ait: *Nam omnium operum Christi maius opus facit, qui suam ipsius salutem operatur.*

Hanc probant auctoritates, & rationes secundas sententiæ, quam in hoc sensu exponit, & sequitur M. Ioan. à S. Th. 3. p. q. 1. de Incarnatione disp. 1. art. 3. in fine dicens. Physice autem expellit peccatum, quatenus inæqualitatem causat impediens physicam formam, qua tollitur formaliter: sub illa enim formalitate inæqualitatis, & iniustitiæ ad Deum, non tollatur peccatum à gratia, neque à charitate, aut alia virtute, quam à pœnitentiæ. Non autem se habet contritio, seu actus pœnitentiæ vt dispositio physica actiua, & immediata ad formam, qua ipsam formam actiue producat, aut vniat subiecto, cum hoc solum fiat à Deo physice, vel ab instrumento Sacramentorum. Sed se habet vt dispositio physica passiva, & quasi mediata. Sicut diaphaneitas se habet ad lucem, & rotunditas cœli ad motum circulare: quæ ita disponunt subiectum ad recipiendas formas, quod tamen non illas efficiendo attingunt: sed mediate debet aliud agens, quod lucem diffundat diaphano, aut motum cœlo; per se autem expellit formam contrariam receptioni lucis. Hæc ibi M. Ioannes à S. Thoma. Cuius sententiæ placet: sed exempla displicent: quia intendit probare contritionem expellere peccatū simul dispositiue, & actiue, saltim secundum quid, & asserte exempla dispositionis passivæ, quæ solū preparant subiectū, & nullo modo agunt. Quare aptiora sunt exempla M. Soto, & aliorum Thomist.

finalis: de quo genere in presentia non differitur. De qua propositione postea dicemus. Nostram conclusionem expresse docet Cano lib. 12. de Locis cap. 13. ad 7. & Medina 1. 2. q. 112. art. 1. pag. 105. Imò in hoc rigore nullus Theologus negat: eamque exprimit Alvarez lib. 7. de Auxil. disp. 66. n. 12. & Conradus 1. 2. q. 113. art. 3. ad 3. & Curiel 1. 2. q. 112. art. 2. dub. 2. §. 3. ait, quod est communis sententiæ omnium Theologorum.

29 Sed in omni opinione procedit ratio D. Thomæ 1. 2. q. 112. art. 1. qua probat impossibile esse, quod ingenere causæ efficientis principalis aliqua creatura gratiam cauter: quia est supernaturalis comunicatio consortij diuinæ naturæ per quandam similitudinis participationem. Imò Curiel ibi dub. 2. nec de potentia absoluta admittit posse reperiri creaturam, cui conueniat esse causam efficientem principalem gratiæ. Ipseque art. 2. dub. 2. §. 4. intentum probat. quoniam gratia, & virtutes sunt habitus per se, & ex natura sua infusi, ergo ex propria natura specie habent, quod non producantur nostris actibus. Cum etiam actus nostri, etiam supernaturales, non habeant virtutem, neque ad alios habitus producendum; nec ad efficiendum augmentum physice, multo minus possunt esse causæ efficientes gratiæ. Videndus Diu. Thomas quest. 27. de Veritat. art. 3. tribus rationibus intentum demonstrans; & viginti quinque argumenta diluens; & quod oppositum contradictionem implicet, declarat ad 1. dicens: *Per potentiam conferendi gratiam, creatura Deo aqueretur, utpote habens potentiam infinitam. Vnde diuina gloria derogaret, si aliqua creatura talem potentiam haberet.*

Cum autem peccatum non remittatur nisi per gratiæ infusionem: relinquitur quod solus Deus est causa efficiens principalis remissionis peccati.

Et ideo nec pœnitentiæ, nec contritio simpliciter eam efficiunt. Et in hoc sensu procedunt argumenta primæ sententiæ.



Quae videntur ad intentum proponi à D. Thomae, q. 28. de Veritat. art. 8. ad 7. in cōtariū, seu ad vltimum dicente, quod *per ipsam contritionem quodammodo culpa remittitur, sicut per calorem in summo expellitur forma aquae; & ita non sunt simul: & similiter nec culpa, & contritio.* Ex quo sic formatur ratio. Vltima dispositio, contraria formae expellendae, actiue concurrat ad eius expulsionem: sicut calor in summo ad expellendam formam aquae. Sed vt docet S. Thomae 3. p. q. 89. art. 1. ad 2. *Actus primus poenitentis se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet, contritio.* Ergo dispositiue, actiue expellit peccatum.

31 Secundo probatur ratione Diu. Thomae hic art. 2. peccatum est auersio ab incommutabili bono, moraliter perseuerans dum non retractatur. & condonatur. Sed contritio est conuersio immutans voluntatem cum detestatione confessionis praedictae, & proposito emendae: quod pertinet ad rationem poenitentiae secundum quod est virtus. Ergo eius est proprium effectiue expellere peccatum.

Tertio id explicari valet exemplo D. Thomae 1. 2. q. 86. art. 2. quia peccata faciunt nos distare à Deo: vnde vt ad eius redeamus praesentiam non sufficit cessare ab actu praeterito; sed per motum contrarium auersioni ad eum conuerti. Vnde requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui. Sicut si aliquis sit distans alicui per aliquem motum, non statim cessante motu fit ei propinquus, sed oportet quod appropinquet rediens per motum contrarium. Sed iste motus contrarius physice cum conuertit, & est causa expellens auersionem, & distantiam: ergo pariter in contritione: quia vt ex S. Agust. ait D. Thomas ad intentum. 1. 2. q. 113. art. 5. *affectiones nostrae motus animorum sunt.*

32 Dico tertio, actus contritionis effectiue moraliter imperfecte expellit offensam, & reatum poenae aeternae: & effectiue moraliter perfecte reatum poenae temporalis. Prior pars sumitur ex D. Thomae in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. q. 1. & quia ibi rationem à priori proponit, placet tota transcribere, ait ergo. Poenitentia operatur ad dimissionem peccati in quantum est virtus: speciali modo praeter alijs virtutibus facit remissionem peccatorum: quia secundum omnem virtutem formatam ex parte habitus peccata dimittuntur ratione gratiae, quae cum ea infunditur:

sed hoc est formaliter remittere. Sed poenitentia ex ratione sui actus habet quod per eam peccata dimittantur, secundum quod peccata commissa sunt materia actus eius.

Cum enim peccatum ex hoc dimitti dicatur, vel retineri quod habet rationem offensae; illud quod offensam aufert, peccatum tollit. Cum autem offensam, in quantum huiusmodi, sit inaequalitas quaedam, qua vnus alij subtrahit, quod debitum erat: actu illius virtutis peccatum remittitur, quae inaequalitatem praedictam aequalitatem reducit. Hoc autem facit poenitentia, vt ex dictis patet, quae in recompensatione diuinae offensae spiritum Deo contribulatum offert. Et ideo poenitentiae, etiam ex parte actus sui, competit peccatum tollere. Et hoc est efficienter, & non solum formaliter, per poenitentiam peccata dimitti. Idem docet dist. 15. q. 1. art. 2. ad 1. & 3. p. q. 85. art. 3. & ibi Caietan. Item 1. p. q. 21. ar. 4. ad 1. & Aluarez 3. p. q. 1. ar. 2. disp. 7. & ibi Nazarius Controu. 5. Ioan. à S. Th. disp. 1. ar. 3. Nuño 3. p. q. 85. art. 7. dub. 2. Imò Suarez to. 1. in 3. p. disp. 4. sec. 8. & innumeri alij qui docent quod poenitens ex iustitia imperfecta satisfacit pro suo mortali peccato dum contritione se disponit ad iustificationem. De quo agendo de satisfactione, vbi & secunda pars probabitur, & traditur à D. Thomae q. 28. de Verit. art. 8. in secunda sol. ad 2. & patet tota conclusio rationibus tertiae sententiae, quae non deficit quoad id quod affirmat de causalitate morali, sed quoad id quod negat de causalitate physica: sicut & prima sententia vere dicit contritioni competere causalitatem dispositiuam: sed cum disponat ad expellendum, actiue disponit: & cum sit actio humana moraliter recompensat offensam.

33 Sed obijcies. Causa efficiens nequit causari efficienter a tuo effectu: alioquin idem in eodem genere causae efficientis causabit, & efficiet se ipsum. Sed gratia, qua remittuntur peccata, est causa formalis, & efficiens actus contritionis. Ergo actus contritionis non est causa efficiens gratiae. Vnde D. Thomae 1. 2. q. 111. art. 2. ad 2. ait, quod *Deus non sine nobis nos iustificat: quia per motum liberi arbitrij, dum iustificamur, Dei iustitiae consentimus. Ille tamen motus non est causa gratiae, sed effectus.* Ergo nec est causa efficiens remissionis peccati.

Sine

34 Singularem responsionem exco-gitauit Cano Relec. de poen. part. 1. §. Ad quartū, docens contritionem esse priorem gratia habituali ad quam disponit, & quamuis gratia sit prior habitu poenitentiae, non tamen ideo contritio villo peccato est prior habitu poenitentiae a quo procedit. Quod si initerur. Contritio est prior gratia, sicut dispositio praecedit formam: gratia praecedit poenitentiam; quia, vt passio ab essentia, ab illa dimanat; ergo contritio praecedit poenitentiam. Concedit maiorem, & minorem, & negat consequentiam.

Non enim valet, a, est prius, b, & b, prius, c, Ergo, a, est prius, c, Praesertim cum in diuerso genere causarum ille ordo consideratur. Quemadmodum, & haec collectio inutilis est, a, est causa, b, & b, est causa, c, ergo, a, est causa, c, Quod vt exemplo manifestum efficiam, ponamus illud, quod Philosophi negare non possunt, primas qualitates, & secundas, vtrasque esse dispositiones ad eandem formam substantialem: vt calor, & color, humiditas, & molities ad animam rationalem. Vbi certum est secundas qualitates priores esse animae in genere causae disponentis, & materialis: animam rursus priorem esse primis qualitatibus in genere causae formalis: prior est enim forma, quae dat esse simpliciter, quam forma, quae dat esse tale. Ex quo tamen si quis colligeret, secundas qualitates esse priores primis, certe à Philosopho non tolleretur; sed ne à Dialectico qui dem; cum in nullo genere causae primas qualitates secundae praecedant. Item, contritio prior est habituali gratia in genere dispositionis: gratia etiam prior est habitu poenitentiae infusa in genere causae formalis. Sed contritio nullo pacto prior est habitu poenitentiae: quoniam actus ille ab habitu producitur in genere causae efficientis. Effecta autem causarum efficientium suis causis efficientibus priora esse non possunt: nisi forte in genere causae finalis: de quo genere in praesentia non differitur. Haec Cano, & Medina 1. 2. q. 113. art. 8. ad 2. in prima sol. Canum sequitur Ripalda lib. 6. de Ente supern. disp. 124. sec. 7. num. 48. dicens, quod in eum incidit postquam tractatu de iustificatione eam discipulis indicauerat.

35 Sed Ripalda non habet pro se Cano: quia iste loquitur de facto, vt eius verba, & adducta exempla declarant: Ri-

palda solum de potentia absoluta. Ripalda non admittit mutuam proprietatem causarum. Cano vero expressè ait: *Praesertim cum in diuerso genere causarum ille ordo consideratur.*

36 Et contra Cano, & Ripalda, est D. Thomas 1. 2. q. 110. art. 4. ad 1. dicens: *Quod sicut ab essentia animae effluunt eius potentiae, quae sunt operum principia; ita etiam ab ipsa gratia effluunt virtutes in potentias animae, per quas potentiae mouentur ad actus.* Vnde charitas, & poenitentiae subsequuntur: & sunt posteriores gratia. Vnde ad intentum ait Diu. Thomas hac 3. p. art. 98. art. 1. quod per poenitentiam virtutes restituantur hoc ordine: *Quia per poenitentiam gratia infunditur: ex gratia autem consequuntur omnes virtutes gratis; sicut ex essentia animae flunt omnes potentiae, vt in 1. 2. habitum est.* Rursus hac 3. p. q. 85. art. 6. ad 3. docet, quod poenitentia aperit aditum virtutibus, quae simul intrant cum gratia, & virtutibus, quae simul in iustificatione infunduntur. Ergo contritio est prior habitu poenitentiae, quia etiam ei aperit aditum, & ad eius infusionem disponit, sicut disponit ad gratiam.

37 Omnis tamen argumenti difficultas cessat; quia 2. Phys. q. 24. adduximus D. Thomae q. 28. de Verit. art. 7. dicentem, quod nihil prohibet aliquid altero esse prius, & posterius secundum diuersum genus causae. Et ibi num. 8. ex D. Tho. 1. 2. q. 113. art. 8. ad 1. diximus, quod ex parte solis prius est illuminare, quam tenebras remouere: ex parte vero aeris prius est purgari à terebris quam consequi lumen. Ibique n. 9. cū Soto dist. 14. q. 2. art. 6. diximus quod vetus aperiens fenestram prior est in genere causae efficientis aperiens, sed tamen aperiens prior est in genere causae materialis, quia nisi prius natura aperta esset, aer non ingrederetur. Quae exempla intento applicat D. Thomas in 4. dist. 14. q. 2. dicens, quod *sicut ventus auferens nubem, nobis lumen Solis restituit, ita poenitentia tanquam remouens prohibens gratiam gratam facientem, & omnes virtutes nobis restituit.* Praemisserat autem, quod infusio diuini luminis impeditur per peccatum, quod animam à Deo auertit: iuxta illud Esaiæ 59. *Peccata nostra diuiserunt inter nos, & Deum nostrum.* Quod ergo in remotione huius obstaculi, vt animae infundatur gratia, & virtutes, quibus peccata deleantur, sit haec mutua causalitas, & prioritas, & posterioritas, optime

declarat D. Thomas ibi ad 3. dicens, quod sicut in eodem instanti, in quo obstaculum luminis primo remouetur, lumen consequitur. Et tamen remouitio obstaculi est causa illuminationis: ita in eodem instanti in quo est actus pœnitentiæ, peccatum auferitur, & virtus restituitur: & tamen nihil prohibet per pœnitentiã virtutis restitui.

38 Et sicut remouens prohibens illuminationem, est causa materialis, & dispositio illuminationis, & quodammodo effectiua, ita contritio aperit aditum gratiæ, & virtutibus remouens prohibens peccatum disponens ad gratiam, & in suo genere efficiens remissionem. Iam autem dixi 2. Phys. q. 24. num. 15. & latius lib. 1. de Gen. q. 9. a num. 9. vsque ad 13. cum Nazario, & Cabrera, & Montefino, & Cornejo, & PP. Carmelitanis, & alijs Thomistis, quod repugnat aliquid esse prius, & posterius in eodem genere causæ proximo; non tamen in eodem genere remoto. Apposui exemplum in genere causæ, finalis; & in genere causæ materialis; dum modo non sit eadem vtriusque species atomæ causæ materialis; sed diuersa: & in causa formali, & efficienti. Cum ergo efficientia causæ perficientis, & causæ disponentis, non solum distinguantur specie; sed analogice differant, stat bene quod ibi q. 8. n. 4. cum D. Thoma q. 28. de Verit. art. 8. ad 5. & art. 7. ad 11. dixerimus dispositiones simultaneas non concurrere effectiue ad productionem formæ substantialis: alioquin idem in eodem genere infimo causæ causabit se ipsum: & tamen ibi q. 9. n. 12. diximus, quod gratia causat contritionem, & hæc etiam causat gratiam: quod licet non verificetur de efficiencia simpliciter, in quo genere est effectus gratiæ, pœnitentiæ, & auxiliij diuini, & liberi arbitrij; causat tamen efficiencia secundum quid, quia preparat, & disponit animam, à qua, & remouet peccatum prohibens influxum luminis gratiæ Dei.

DVBIVM DECIMUM.

Qualiter actus pœnitentiæ disponant ad gratiam?

1 **S**ed ad horum maiorem expositionem restat vltima difficultas, vtrum contritio sit dispositio ad

remissionem peccati ex natura rei, an vero solum ex lege diuinis statuta?

§. I. Proponuntur sententiæ Auctorum.

2 **M**edina 1. 2. q. 112. art. 1. ad 1. hæc preparatio, quam ponit homo, diuina gratia præuentus, de se, & ex meritis suis non habet quod sit vltima dispositio ad gratiam, ad quam ex necessaria connexionem subsequatur gratia: quoniam potius hoc habet ex acceptatione diuina. Quod plane colligo ex D. Paulo ad Rom. 4. dicente ei, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat inopium, fides reputatur ad iustitiam. Sermo est de fide formata: & dixit Paulus, quod hæc fides ex Dei misericordia, reputatur, & acceptatur ad iustitiam coram Deo. Sequitur Zumel 1. 2. quæst. 112. art. 1. disput. 1. in 3. & quarta solutione ad 4. Licet vterque, loco infra referendo, nostram sententiam teneat. Hanc tamen docet Curiel 1. 2. q. 112. art. 2. dub. 2. ad 2. Montefinos disp. 34. q. 4. §. 6. n. 147.

Hoc idem insinuat Suarez disp. 8. sec. 3. n. 14. verbis iam relatis. Quamuis forte ibi solum contendat contritionem non esse dispositionem physicam, sed moralem: & ibi non disputat, quod nos modo, vtrum hæc moralis dispositio exigatur ex natura rei ad iustificationem, & remissionem peccati? Expressè id docet lib. 8. de gratia cap. 5. n. 7. licet lib. 5. de Angelis, cap. 8. n. 5. & 6. ita oppositæ fatere videatur, vt pro ea sola citetur Ripalda: nulla mentione facta loci vbi hanc ex professo docet, Obiter Vazquez 1. p. q. 12. disp. 43. cap. 1. n. 4. ait. Deinde, dispositiones ad gratiam non sunt ex natura rei, sed ex Dei ordinatione requisitæ.

3 Ex professo Lorca disput. 25. de Gratia, dubio 1. ait, esse solum dispositiones morales, non physicas, nec aliquis, quem viderim oppositam opinatur; quamuis non solummodo eorum explicent. Probatur primo: Quia nulla est dependentia realis gratiæ ab his dispositionibus: gratia enim conferretur pueris ante usum rationis absque aliqua dispositione.

Secundo probatur in doctrina S. Thomæ, quia gratia est in essentia animæ: dispositiones autem in potentis.

Dis.

Dispositio autem naturalis, & physica in eodem subiecto, vbi est forma ad quam disponit, collocanda est.

Tertio, quia non habet locum in his dispositionibus ratio propter quam dispositiones naturales, & artificiales requiruntur. In naturalibus enim eas exigit indifferentia materiæ ad plures formas, vt ad vnam speciatim deputetur: quam indifferentiam anima non habet ad gratiam: & si quam habet, non indiget forma determinante. In artificialibus vero requiritur aliquando dispositio propter ineptitudinem materiæ: anima autem ad gratiam aptitudinem habet potentie obedientialis.

Et tandem, quia dispositio physica est dispositio, non tantum inferi; sed in facto esse. Hæc autem solum requiruntur in ipsa gratiæ productione: non autem in conseruatione. Sicut ergo dispositiones morales, quæ requiruntur propter congruentiam: quia conueniens est vt homo liber libere in Deum moueatur, & iustificetur, hæc Lorca. Sequitur Coninch de supernat. disp. 7. dub. 2. n. 24. in fine.

4 Distinguant alij, & asserunt in adultis, qui non peccauerunt, non esse necessariam ex natura rei dispositionem moralem ad infusionem gratiæ, sicut in Christo, & Infantibus, & in Angelis: secus vero si peccatum personale præcessit: quia hic motus requiritur ex natura rei ad remissionem peccati, & consequenter ad infusionem peccati cum tali remissione coniunctam. Ita Ludou. Torres Opusc. 4. disp. 1. & disp. 8. dub. 1. Ripalda lib. 6. de Ente sup. disp. vlt. sec. 3. 1. pro priori parte; in qua à nobis dissentit, vltra relata, duo adijciens argumenta. Quia gratia habitualis est excellentius donum, & magis proprium largitatis diuinæ, quam gratia actualis. At gratia actualis absque vilo merito, etiam dispositione morali, confertur ex natura rei, vt donum proprium largitatis diuinæ. Ergo eodem modo gratiæ habitualis potest conferri. Denique, quia gratia habitualis ex natura rei postulat esse prima radix omnium habituum, & actuum supernaturalium, vbi in natura non est aliquod impedimentum, & actione supernaturali remouendum, quale est peccatum. Ergo vbi peccatum non est, gratia habitualis præcedunt ex natura rei omnem operationem supernaturalem;

5 Idem Ripalda illa disp. vltima sec. 34. num. 482. asserit actum charitatis perfectum non esse ex natura rei dispositionem vltimam efficacem ad iustificationem, & remissionem peccati. Quia Scriptura, & Patres iustificationem, & remissionem peccati prædicant beneficium Dei distinctum à pœnitentiã, & dispositione peccatoris: vt retulimus dub. 5. §. Ratio est, quia istæ dispositiones præparant hominem ad iustificationem per modum impetrationis, ac meriti de congruo, vt testatur Trident. ses. 14. cap. 4. asserens contritionis motum quamuis tempore necessarium fuisse ad impetrandam veniam peccatorum. Loquiturque de contritione perfecta, cui soli à Deo promissa est remissio peccati. At dispositio moralis impetrans iustificationem non potest esse ex natura rei connexa cum iustificatione: nullus enim suis actibus impetrat à Deo donum cum ipsis ex natura rei connexum, sed beneficium distinctum misericorditer largiendum. Admittit tamen conclusionem secundam, quod sunt vltimæ dispositiones ex natura rei sufficentes ad obrinendam iustificationis gratiam. Quia ad hoc non est necesse, quod sint eiusdem dignitatis, & excellentiæ cum dono quod à Deo impetrant. Decentissimè autem est Deum, erga contritum, & diligentem se suam pietatem exercere.

§. II. Quod in omni iustificatione ad gratiam requiritur dispositio est communis Theologorum, & D. Tho. doctrina.

1 **O**ppositam sententiam arbitror communem Theologorum, & D. Thomæ, & omnino veram. De mente D. Thomæ habemus, quod 1. par. quæst. 12. art. 5. vniuersaliter, ait, quod omne, quod eleuatur ad aliquid, quod excedit suam naturam, oportet, quod disponatur aliqua dispositione, qua sit supra suam naturam. Et in Compendio Theologiæ, cap. 105. Necesse est autem, quod omne quod consequitur aliquam formam, consequatur dispositionem aliquam ad formam illam. Et licet ad aliud intentum loquatur; tamen assumit propositionem vniuersaliorè, vt applicet materiæ speciali.

Dd 3

Lo.

Loquendo autem de dispositione ad gratiam, & non determinatè ad iustificationem impij, ait D. Thomas 1.2. q.112. art. 2. quod loquendo de gratia, pro habituali dono Dei, præparatur ad gratiam aliquam gratia preparatio, quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita, ibique quoad hoc reddit disparitatem inter gratiam habituales, & gratiam actualem auxiliarem, & quæst. 109. art. 6. ad 3. dicit, quod ad gratiam habituales requiritur aliqua preparatio: quia omnis forma requiritur susceptibile dispositum. Ergo cum Ripalda ex vna arguat ad aliam, prætextu exponendi D. Thomam, eius conclusionem, & rationem simul impugnat. Deinde, q. 112. art. 3. expresse ponit eandem infallibilitatem habere dispositiones has cum gratia, ac vltimam dispositionem, & formam. Vnde ad 3. de illis discurret, sicut in naturalibus. Quod etiam videri potest in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. q. 3. Clarissime idem cernitur 1.2. q. 113. art. 3. quia exigentia dispositionum ad iustificationem, non probat ex aliqua lege; Sed quia Deus hominem ad iustitiam mouet secundum conditionem nature humane. Et ad 1. assignat disparitatem quoad hoc inter pueros, & adultos; & ad 3. assignat discrimen cur non exigatur dispositio ad conseruandum, sicut exigitur ad primam infusionem.

Quæ erant duo motiua contrarietatis sententiæ. Latius quæst. 28. de Veritat. art. 3. assertit S. Bern. de gratia, & lib. arbr. dicentem, quod iustificatio, tam absque consensu non potest esse recipientis, quam absque gratia dantis. Idem arguit. Ad receptionem forme requiritur aliqua dispositio in recipiente, non enim quælibet forma in quolibet recipitur, sed actus liberi arbitrii se habet vt dispositio ad gratiam. Ergo ad receptionem gratiæ iustificantis vsus liberi arbitrii requiritur. Tres etiam rationes articuli omnes ex natura rei procedunt. Et videatur ad 1. & 5. & ad 11. & 12. & ad 20. vbi ferme omnia contraria argumenta diluit.

Quod vero actus charitatis, & pœnitentiæ sint dispositiones vltimæ ad gratiam, docet D. Thomas 3. part. q. 85. art. 6. ad 3. & quæst. 89. art. 1. ad 1. & 2. & cum vtroque se remittat ad ea, quæ dixerat 1.2. quæst. 113. & cum ibi quæst. 112. art. 3. docuerit, quod preparatio ad gratiam, secundum quod est à Deo mouente, habet necessitatem infallibilitatis, manifestum est, quod loquitur de dispo-

sitione efficaci, cui ex ordinatione diuina est annexa gratia iustificans. vt ipse S. Thomas docet in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. q. 3. Ergo quoad omnia relatiue sententiæ eadem metro opponuntur doctrinæ Angelici Doctoris.

7 Quare ita tenent Capreolus in 4. dist. 1. q. 1. ad arg. Durandi contra 3. & dist. 14. q. 1. & dist. 49. q. vnica ad 2. Durandi contra primam, & Caietanus, & Contadus 1.2. q. 112. art. 2. & ibi Medina art. 1. & quæst. 113. art. 3. ad 1. oppositæ vocat nouam, & inauditam sententiam. Zumel illa quæst. 112. art. 2. in Appendice ad disp. 1. Greg. Martinez dub. 1. conclus. 3. Serra dub. vnico sex rationibus probans. Nuño 3. part. quæst. 85. artic. 5. dub. 2. Alvarez lib. 7. de Auxil. disp. 59. conc. 1. & 2. & vt communior Thomistarum, sequitur Araujo 3. par. quæst. 85. art. 2. dub. 2. num. 24. iuxta ea, quæ dixerat 2. 2. quæst. 24. art. 8. dub. 1. Imò Suarez lib. 5. de Angelis, cap. 8. num. 5. & 6.

8 Peculiariter ad nostrum intentum de actibus contritionis, & pœnitentiæ disponentibus ad iustificationem, refert Soto lib. 1. de natura, & gratia, cap. 15. ex Luthero articulo suo 36. quod prætextu extollendæ gratiæ Christi, dispositionem omnem, & preparationem respuit in nobis. Et ipse Soto lib. 2. cap. 1. refert, quod Lutherani abhorrent audire dispositionis, preparationis ve nomen; inelamantes in suis omnibus colloquijs, & apologijs, inde turpiter extenuari gratiam Christi. Contra quos, vt veritatem Catholicam à D. Thoma 1.2. q. 113. art. 3. assertam, & à Concil. Trident. ses. 6. cap. 6. & 7. definitam, confirmaret Soto sic arguit illo lib. 2. cap. 1. dicens: Huius mihi equidem prima ratio ex rerum natura refulget. Fides namque (quod contra istos numquam non est inculcandum) virtutes, quas natura docet, non reijcit, sed quæ per se non sufficiunt, perficit. Est autem mortalium animis nullum aliud ius penitentiæ insitum, quam in amicitijs reconciliandis, necessarium primum esse iniuriarum, in eo, qui intulit, pœnitentiam: vt in eo, qui accepit, consequatur obliuio, ratione odij radicitus cõuulsam, locum faciat amori. Ergo & Deus, natura perfectior, eandem à peccatoribus exposcit animi preparationem. Nisi quod cordium ipse inspector falli non potest specie vlla pœnitentiæ foris conficta, nisi in animo sit intus vera. Hæc ibi

Et

Et iterum cap. 13. post initium ait: Ratio prima conclusionis huius illa plane est, quam cap. 1. Ex rerum natura deducebam Et enim naturale ius gentibus vniuersis per se notissimum: Vt nemo in amicitiam eius reddeat, cui offensionem intulit, nisi eum facti pœnituerit: Cum ergo Deus perfectior sit natura, in quacumque lege voluit idem erga se esse obseruantissimum. Hæc Soto. Cum ergo hæc sit ratio D. Thomæ 3. p. q. 86. art. 2. & q. 87. art. 1. & in 4. dist. 14. q. 2. art. 5. ad probandum, quod sine actus pœnitentiæ peccatori salus esse non potest. Cum ergo hoc contingat ex natura rei, actus contritionis ex natura rei est preparatio ad acquirendam gratiam, quæ deleatur culpa.

9 Nec sufficit in istis dispositionibus ponere solam connexionem meriti de congruo cum gratia iustificante: Tum quia meritum de congruo non est infallibiliter connexum cum præmio, & tamen vltimo se disponenti per auxilia gratiæ ad iustificationis gratiam, ea infallibiliter datur, vt probat D. Thomas 1.2. q. 112. art. 3. & in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. q. 3. Tum quia vt ex Bulla Pij Quinti, & Gregorij 13. contra Michaellem Baium, probat Montefinos 1.2. q. 112. disp. 32. q. 3. §. 4. n. 76. & contra alios probat Lugo disp. 5. sec. 8. n. 111. ex Scripturæ testimonijs, & vniuersi Patrum consensu ortum habuit vniuersis etiam omnium fidelium sensus, apud quos nihil magis fixum, quam ita de verâ contritione sentire, vt ea posita existiment, peccatorem infallibiliter iustificari cum voto suscipiendi sacramentum. Vnde ipse Lugo n. 124. notat Trident. ses. 14. cap. 4. nomine contritionis intelligere perfectam, & imperfectam, vt constat ex ipsius verbis: Ideo dixit contingere aliquando, contritionem esse perfectam, & reconciliare, non quia non omnis contritio perfecta reconcillet: sed quia non omnis contritio est perfecta.

10 Falso etiam pronunciat Ripalda, quod testetur Concilium huiusmodi dispositiones esse meritum de congruo: proferat verba Concilij, & testimonium illius esse verum fatebimur: cum autem in Concilio tale quid non reperiatur, scimus quod testimonium illius verum non est. De præijs dispositionibus testatur oculatus testis, celebratissimus, & honorabilis auctus in Tridentino, sapientissimus M. Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 5. §. In quibus, dicens. De qua ideo re in Concilio Tridentino multis diebus litigatum fuit, ubi meam re-

gatus sententiam lib. 2. de natura, & gratia cap. 3. & 4. scripsit. Et eodem art. 5. post duas columnas §. Per hæc, ita ait Soto. Quapropter cum in prædicta Tridentina Synodo fautores meriti de congruo multarum dierum disputationibus contendissent, vt in Canone poneretur, iustificationem fieri, nullis nostris proprie meritis præcedentibus, vt insinuaretur præcedere merita de congruo; neutiquam obtinere potuerunt. Tum, quod si improprie est meritum, non est dignum meriti nomine. Tum, quod Patres in Concilio Palatino, Mileuitano, & Arauficano ab omni nominatione meriti ante gratiam prorsus exhoruerunt. Quare Synodus ses. 6. cap. 5. declarauit: Exordium iustificationis nostræ in adultis à Deo per Iesum Christum præueniente gratia sumendum est, se, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur: Nec hoc negat Ripalda, qui lib. 1. disp. 17. duodecim sectionibus accerrime meritum congruum nature impugnat. Sed solum cum Bellarmine lib. 1. de iustif. cap. 21. Vazquez 1.2. disp. 218. & Suarez lib. 1.2. de gratia cap. 32. assertit actus supernaturales antecedentes nostram iustificationem mereri de congruo gratiam iustificantem. Quo supposito, ipse Ripalda lib. 1. disp. 18. sec. 1. n. 3. quatuor differentias assignat inter dispositiones morales, & meritum de congruo. Ergo minus consequenter to. 2. disp. 132. quæ est vltima sec. 34. n. 483. assertit: Quod hæc dispositio moralis actus charitatis præparat hominem ad iustificationem per motum impetrationis, ac meriti de congruo, vt testatur Tridentinum ses. 14. cap. 4. & cetera. Nam si sunt quatuor discrimina inter dispositiones morales, & meritum de congruo, cum Concilium expresse dicat contritionis motum esse necessarium: Ad impetrandam veniam peccatorum, & præparare ad eorum remissionem: Per quæ docet esse dispositionem, non inde deducitur testari esse meritum de congruo; sed potius oppositum. Si consequentia doctrinæ teneatur. Rursus cum æque Concilium abstinerit a voce meriti de congruo, loquendo de dispositionibus præijs, ac loquendo de vltimis, non est cur proprias opinioniones, à multis alijs Theologis reiectas, vt à Concilio assertas obtrudere contendat Ripalda.

11 Vniuersaliter de actibus liberi arbitrii moti à Deo, quod sint dispositiones physicae, & ex natura rei ad gratiam; docet & bene probat, & explicat Caietan. 1.2. q. 112. art. 2. dicens, quod cum gratia sic

sit deificativa formaliter naturae rationalis, consequens, ut sicut quaelibet forma constitutiva alicuius in aliqua natura requirit materiam dispositam ad illam; ita gratia. Si enim homo in diuinam eleuari debet naturam, oportet ut primo in illam naturam diuinam per proprium actum se conuertat: aut per alterius actum, puta sui capitis. Et propterea numquam datur gratia, nisi disposito per actum proprium, si est adultus, vel per actum Christi, si est infans: *Verum quia naturas formarum describentes*, non intendunt diuinam potentiam discutere; ideo in praesenti loco, ubi de gratia absolute est sermo, dicitur quod exigit materiam dispositam: & propria dispositio assignatur actus liberi arbitrii conuersi in Deum. Cum hoc tamen fiat, & quod Deus suppleat talem dispositionem in infantibus per meritum Iesu Christi. Et quod posset de potentia absoluta etiam sine tali merito, & supplemento illam dare, &c.

Ex sex rationibus, quibus summam, & neruole id probat Serra, placet sequentes seligere. In primis probatur ratio sumpta ex D. Thoma in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. q. 2. *Preparatio, quae exigitur in materia ad hoc quod formam suscipiat, duo includit, scilicet, quod sit in debita proportione ad formam, & ad agens, quod debet formam inducere.* Sed haec duo habent ex sua natura motus liberi arbitrii in Deum, & in peccatum. Ergo sunt ex natura rei dispositiones ad gratiam. Minor probatur. Proportio ad agens attenditur secundum approximationem ad illud: proportio vero debita ad formam secundum ordinem ad illam, & remotionem impedimenti. Sed praedicti motus ex sua natura habent nos Deo approximare: quia Deo, non loco, sed affectu propinquamus; ad Dei gratiam ordinare; peccati quoque impedimentum remouere. Ergo ex sua natura habent esse dispositiones ad gratiam.

12 Item, sicut calor ut octo nequit esse ex natura rei cum priuatione formae ignis: ita nec actus charitatis, & contritionis cum priuatione gratiae: Ergo sicut calor ut octo est physica, & ex natura rei dispositio ad formam ignis; ita actus charitatis, & contritionis ad gratiam. Hac ratione etiam utitur Nuno. Imò summitur ex D. Thoma quaest. 28. de Verit. articulo 8. ad ultimum, quod est 7. in contrarium, ubi ait: *Per ipsam contritionem quodammodo culpa remittitur;*

sicut per calorem in summo expellitur forma aquae: & ita non sunt simul: & similiter nec culpa, & contritio.

Rursus, praedicti actus sunt eiusdem ordinis cum gratia, & vere, & realiter intrinsicè coaptant animam ad gratiam; habentque realem, & necessariam connexionem cum illa: Ergo sunt dispositiones physicae, & ex natura rei: hoc enim est esse physicam, & ex natura rei dispositionem.

§. III. Argumenta soluntur.

13 **A**d rationem Medinae respondet Alvarez lib. 7. de Auxilijs disp. 59. n. 8. ex auctoritate illa Apostoli solum colligi; hominem iustificari gratis, hoc est absque proprijs meritis, ipsam iustificationis gratiam antecedentibus, ut habetur in Trid. sess. 6. de iustificatione cap. 8. Non autem intendit Apostolus excludere antecedentem dispositionem, procedentem ex libero arbitrio, à Deo excitato, & moto per auxilium praecedentis gratiae. Cui dispositioni debeatur gratia; non quidem tanquam merces merito: sed tanquam forma suae ultimae dispositioni. Vel, ut ait Montanos 1. 2. q. 112. art. 3. disp. 32. q. 3. §. 4. n. 77. est debita, non debito iustitiae, aut tanquam merces, vel corona: sed debito quodam proportionis. Quo pacto forma est debita materiae dispositae: nam contritio dispositio est ad gratiam habitualementem, & ad remissionem peccatorum.

14 Ad primum Lorcae tres inuenio solutiones in D. Thoma 1. 2. q. 113. art. 3. ad 1. ait. *Quod pueri non sunt capaces motus liberi arbitrii: & ideo mouentur a Deo ad iustitiam per solam informationem animae ipsorum.* Secundo, quaest. 28. de Verit. art. 3. ad 5. ait D. Thomas: *Quod iustificatio secundum unam communem causam inest paruulo, & adulto, scilicet, secundum gratiam: quae tamen recipitur in paruulo, & adulto diuersimode, secundum diuersam utriusque conditionem.* Omne enim quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Et inde est, quod in adulto recipitur gratia cum usu liberi arbitrii; non autem in paruulo.

Tertiam solutionem adhibet D. Thomas in 4. Sententiarum quam explanat Serra ubi supra ad 1. dicens multa esse quae in vno dependentiam realem habent à quibusdam dispositionibus, quam

quam non habent in alio subiecto. Scientia enim in homine ex natura rei dependet à discursu, quam dependentiam non habet in Angelo. Et in vno homine vitia dependentiam realem habent à tali complexione, quam non habent in alio, diuersam complexionem habente. Et mollieties in cera realiter dependet à calore; quam dependentiam non habet in Iuto. Ita ergo in adultis est realis, dependentia gratiae à praedictis dispositionibus, motibus, scilicet, liberi arbitrii in Deum, & in peccatum, quae non est in pueris. Nam, ut ait D. Thomas in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 2. *Quando voluntas non habet actum contrarium, sicut est in pueris, sine violentia voluntatis potest infundi gratia, &c. Sed quando voluntas habet suum actum, sicut est in adultis, requiritur actus voluntatis ad gratiam suscipiendam: animam ad datorem ordinans. Et ita ad iustificationem, quae per infusionem gratiae fit, requiritur motus liberi arbitrii in Deum.* Adde solutionem Caicetani iam relata.

15 Ad secundum respondet D. Thomas in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 3. ad 3. *Quod non oportet in eodem esse dispositionem, & perfectionem, in rebus ad inuicem ordinatis, quia dispositio facta in priori, ordinat ad perfectionem factam in posteriori: sicut motus imaginationis est dispositio ad perfectionem intellectus.* Idem dicit in 4. dist. 4. q. 1. art. 3. q. 1. ad 1. & q. 14. de Verit. art. 4. ad 5. Rationemque assignat q. 7. de Malo art. 6. ad 5. dicens: *Quod quando dispositio, & habitus differunt sicut perfectum, & imperfectum in eadem specie, tunc sunt in eodem.* Alioquin non oportet. Nam bonitas imaginationis est dispositio ad scientiam. Et similiter motus sensualitatis potest esse dispositio ad peccatum mortale: quod est in ratione. Rursus, ut exponat D. Thomas illud Prou. 11. *Vbi humilitas, ibi sapientia,* ait q. 8. de Malo art. 3. ad 8. quod humilitas, & sapientia inueniuntur in eodem homine: *In quantum humilitas ad sapientiam disponit: quia, qui humilis est, subiicit se sapientibus ad discendum; & non innititur sensui proprio.* Non tamen oportet, quod sapientia, & humilitas sint in eadem parte animae: quia quod est in inferiori, potest disponere ad id quod est superioris: *Sicut bonitas imaginationis disponit ad scientiam.*

16 Ex hac doctrina tam repetita à D. Thoma, dixi 2. p. Metaph. controu. 3. art. 3. n. 74. dispositiones prauas subiectariae toto composito, & disponere materiam

ad formam in nuda materia inducendam. Vnde recte ait Serra ad 2. non esse necessarium ut dispositiones ad gratiam, quavis physicae sint, subiectentur in essentia animae, in qua est gratia; sed satis esse, ut immediate subiectantur in aliqua animae potentia: hanc enim perficiendo, actuan-do, & eleuando, perficiunt etiam, & eleuant animam, ut sit proportionata ad recipiendam gratiam. Quia ad inuicem ordinantur, & dispositio facta in potentia ordinat ad perfectionem factam in anima, ut ait D. Thomas. Et prohibens lumem gratiae, quod erat peccatum, voluntate committitur, & animam priuat gratia: & ideo conuersione voluntatis animam lumem gratiae restituitur.

17 Ad tertium respondetur, subsumere aperte falsum quoad utramque partem: anima enim cum sit liberi arbitrii radix, & subiectum, indifferentiam habet ut habeat gratiam, vel peccatum: dicitur enim Ecclesiastici 15. ver. 18. *Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.* Anima autem subiecta peccato, non solum habet ineptitudinem, sed impedimentum prohibens lumem gratiae. Potentia autem obediens est appetitudo remota, quam oportet disponere per actum liberi arbitrii. Et hanc rationem assignat D. Thomas, cur sol aeri communicat lumem suum nulla preparatione in ipso aere precedente; & tamen requiritur preparatio ad gratiam: *quia actus* (inquit D. Thomas q. 28. de Verit. art. 3. ad 9.) secundum naturam suae speciei est in ultima dispositione ad lumem suscipiendum ratione diaphaneitatis: & ideo statim ad praesentiam illuminantis illuminatur; nec requiritur aliqua alia preparatio nisi forte remotio prohibentis. *Sed mens intellectualis non est in ultima dispositione ad susceptionem iustitiae, nisi cum est actu volens: quia potentia completur per actum, per quem determinatur ad alterum oppositorum, de se in potentia existens ad utrumque. Sicut materia in potentia existens ad plures formas, per dispositiones aptatur ad unam formam magis quam ad aliam.* Quo denuo firmatur intentum.

18 Quartum etiam argumentum non semel sibi obiecit S. Thomas, & respondet 1. 2. q. 113. art. 3. ad 3. *Quod in infusione gratiae iustificantis est quaedam transmutatio animae humanae: & ideo requiritur motus proprius animae humanae, ut anima moueatur secundum modum suum.* Sed contra, *seruatio gratiae est absque transmutatione;* Vnde

Vnde non requiritur aliquis motus ex parte animæ: sed sola continuatio influxus diuini. Vbi Conradus notat, quod ad idem sunt multa similia in naturalibus. Ad fieri enim luminis in aere requiritur quod aer se habeat in alio respectu ad solem, quam antea, ad hoc quod illuminetur. Et tamen talis aletas non requiritur ad conseruari luminis, sed sufficit presentia solis. Similiter in generatione animalis aliqua dispositio requiritur ad fieri, quæ non requiritur ad esse, & conseruari. Quod inuenio respondisse D. Thomam q. 28 de Ver. art. 3. ad 11. ubi est exemplum de luce aeris. Et ad 12. ubi ait: *Quod aliqua dispositio requiritur ad fieri rei, quæ non requiritur ad esse rei. Sicut patet præcipue in generatione animalium, & plantarum. Vnde nihil prohibet talibus dispositionibus cessantibus, postquam res inuenta est, eam nihilo minus in suo esse conseruari. Et sic cessante motu liberi arbitrij, qui erat necessarius ad iustificationem, potest iustitia habitualiter remanere.*

19 Ad argumenta Ripaldæ satisfacta solutio D. Thomæ ibi ad 10. dicentis, quod Deus infinita bonitate se ipsum communicat creaturis secundum aliquam similitudinem suæ bonitatis, quam eis largitur, ex hoc ipso, quod Optimo modo suam bonitatem communicat. Ad quem modum pertinet ut ordinate secundum suam sapientiam dona sua largitur, hoc est, vnicuique secundum suam conditionem. Et inde est quod requiritur dispositio, vel præparatio aliqua ex parte eorum, quibus Deus sua dona largitur. Vel potest dici, quod obiectio illa procedit de præparatione, quæ tempore præcedit gratiæ infusionem, sine qua Deus quandoque gratiam tribuit, subito in aliquo motum contritionis operans, & gratiam infundens: quia ut dicitur Eccl. 11. *Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem.* Non autem per hoc excluditur vsus liberi arbitrij, qui est in ipso instanti, quo gratia infunditur. In hoc enim ostenditur perfectior communicatio diuinae bonitatis, quod simul facit in homine habitum, & actum iustitiæ, quam si faceret habitum tantum. Et ad 20. ait, quod ista dispositio non requiritur propter impotentiam agentis; sed propter conditionem recipientis, scilicet, voluntatis, quæ immutari non potest per violentiam: sed proprio motu immutatur. Iste autem motus liberi arbitrij, non solum se habet ad gratiam ut dispositio, sed ut complementum; operationes enim

sunt quadam completiones habituum. Vnde perfectionem agentis attestatur, quod habitus inducatur simul cum sua operatione: quia perfectio effectus demonstrat perfectionem causæ. Hæc D. Thomas. Qui & in proprijs terminis assignat discrimen cur ad gratiam auxiliantem non requiratur aliqua præparatio, ne procedatur in infinitum & tamen præparatio, & dispositio, exigitur ad gratiam habitualement: nam 1. 2. q. 109. art. 6. in corp. & ad 3. ait. *Quod illa obiectio procedit de gratia habituali, ad quam requiritur aliqua præparatio: quia omnis forma requiritur susceptibile dispositum. Sed hoc quod homo moueatur a Deo, non præcigit aliquam aliam motionem, cum Deus sit primum mouens. Vnde non oportet abire in infinitum.*

20 Accedit ratio Caietani, & ea, quæ tertio loco vtitur Nuño. Hic est naturalis ordo, tam in naturalibus quam in supernaturalibus, ut forma perfecta, & vltima, producat media aliqua forma imperfecta, quæ sit via ad illam, ut naturalis ordo procedendi seruetur ab imperfectioribus ad perfectiora. Quæ de causa alteratio præcedit generationem: & in ipsa generatione substantiali, ut notat D. Thomas 1. p. q. 118. art. 2. ad 2. per multas generationes, & corruptiones peruenitur ad vltimam formam substantialem, tam in homine, quam in alijs animalibus. Ergo eo ipso quod gratia habitualis sit excellentius donum, & prima radix in vita supernaturali, debent ad eam prærequiri dispositiones. Sicut S. Thomas 1. p. q. 76. art. 5. ad 3. ait. Et hoc competit animæ intellectiue, quæ quamvis sit vnascundum essentiam; tamen propter suam perfectionem, est multiplex in virtute. Et ideo ad diuersas operationes indiget diuersis dispositionibus in partibus corporis cui vnitur. Et propter hoc videmus, quod maior est diuersitas partium in animalibus perfectis, quam in imperfectis; & in his, quam in plantis. Excellentia ergo gratiæ, & essentia eius quæ est participatio similitudinis diuinæ naturæ potius arguit indigentiam dispositionum; licet non semper tempore præcedant gratiæ infusionem. Quarerecete expensa argumenta, potius probant oppositum, & omnia sibi obiecit, & facillime diluit S. Th. Et si quid probarent, potius suaderent impium dogma Lutheranum quam intentum Scholasticorum, non ergo deserenda antiqua sententia Theologorum.

§. IV. Commune argumentum à multis difficile reputatum soluitur.

21 **R**estat commune argumentum: quod à multis reputatum difficile. Qui producit vltimam dispositionem ad aliquam formam, producit ipsam formam: sicut qui producit vltimum gradum caloris disponentem ad formam ignis, producit etiam ignem. Sed homo diuino adiutus auxilio potest producere ut causa principalis contritionem, quam diximus esse vltimam dispositionem ad gratiam: ergo potest esse causa principalis ipsius gratiæ. Cuius contrarium diximus cum D. Thoma 1. 2. q. 112. art. 1.

Respondet Medina, & Zuniel, & Curiel illo §. 5. ad 2. & Montescinos disp. 34. q. 4. §. 6. n. 147. maiorem solum esse veram, quando dispositio vltima habet, quod sit dispositio, ex natura ipsius formæ, quia scilicet forma ad quam ordinatur, postulat eam ex sua natura. Actus autem, seu motus liberi arbitrij non habere quod sint dispositiones ad gratiam ex natura ipsius gratiæ: sed ex institutione diuina, hoc est, quia Deus statuit secundum legem ordinariam nulli adulto conferre gratiam, nisi præsupposita ex parte ipsius hac dispositione.

22 Sed quia toto dubio isto decimo hanc euasione præclusimus; alia solutio est adhibenda. Respondent P. P. Carmelitani Salmant. to. 3. 1. 2. tract. 12. disp. 3. dub. 3. n. 58. quod cum communiter dicitur cum, qui producit dispositionem vltimam ad aliquam formam, producere quoque ipsam formam, intelligitur per se de vltima dispositione, ex qua forma resultat: atque adeo antecedenti. Ceterum hoc modo nullus actus ab homine elicitus est vltima dispositio ad gratiam: sed posito quocumque gratiam antecedenti, procedentique duntaxat ab auxilio, potest gratia ipsa non infundi, iustificatioque suspendi. In dispositionibus vero concomitantibus (quo pacto se habent ad gratiam actus charitatis, & contritionis) non oportet verificari illam doctrinam: quia prius intelligitur producta forma, quæ tales dispositiones. Ac proinde subjectum, quod non potuit formam producere, potest per eam iam constitu-

tum ipsas dispositiones efficere. Debetque sic contingere quoties sunt actus vitales, qui essentialiter petunt oriri a subiecto in quo recipiuntur. Vnde tales dispositiones terminant duplicem efficientiam: aliam reduplicatiue ut dispositiones sunt: & hoc est efficientia generantis terminata primario ad formam. Aliam ut sunt actus vitales: quæ est efficientia geniti per formam à generante receptam. Hoc autem modo se habent, respectu gratiæ, & virtutum infusarum, actus charitatis, & contritionis: non enim tales actus gratiam, & virtutes absolute præcedunt; sed sequuntur, ex eisque originantur. Et ideo quamvis Deus producens illas efficiat per eandem actionem prædictos actus, ut sunt formaliter dispositiones, & proprietates gratiæ (nam eiusdem agentis est, & formam producere, & consequentia, atque dispositiones ad formam) tamen actus hominis non potest ad gratiam, vel prædictas virtutes extendi; quia supponit illas, ut principium sui essentialis. Hæc ibi.

23 Duas alias solutiones ex parte huic affines tradit Serra 1. 2. q. 112. art. 2. dub. vnico ad 3. Prima est, hominem esse causam physicam principalem actus charitatis, vel contritionis, quatenus actus virtutis est, & operatio vitalis supernaturalis: non tamen ut habet rationem vltimam dispositionis: quia ut sic est à solo Deo causante prius paliter gratiam, talis actus. Sicut calor ut octo, licet secundum suam essentiam producat a forma ignis geniti; ut tamen habet rationem dispositionis ad talem formam, à solo generante producit. Vt autem argumenta, contra hoc fieri solita, diluat, distinguit dispositionem moralem, quæ est à gratia cooperante, à dispositione physica, quæ est a gratia operante. Sicut enim primus motus cordis, procedit quidem effectiue à principio vitali: tamen illud principium vitale non concurret ad operationem per modum principij vitalis: vnde illa operatio non tribuitur viuenti; nec se mouet in illa; sed mouetur ab auctore naturali. Ita actus contritionis, vel dilectionis Dei ut est vltima dispositio ad gratiam, non est ab habitu ut habet rationem formæ, & virtutis operatiue principalis; sed ut habet rationem instrumenti. Sicque homo per illum non se mouet, sed mouetur; nec se disponit, sed disponitur à Deo. Sicut nec ignis se ad propria formam disponit; sed ad eam disponitur

materia à generante ignem. Hanc solutionem secundo loco proposuerat Medina & Nunc q. 86. art. 4. circa ad 2. licet non ita explicaram.

24. Secunda solutio est, quod quamvis quando ad introductionem formæ sufficit dispositio physica, hanc introducens, introducat etiam formam. Tamen, si præter dispositionem physicam, requiratur ad introductionem formæ aliqua moralis conditio in agente extrinseco, quam nequit causare, qui introducit physicam dispositionem; hanc introducens, non introducit formam. Licet autem actus charitatis, & contritionis sint dispositiones physice ad gratiam: non tamen secundum suam physicam entitatem sufficiunt ad positionem gratiæ; nisi interueniat specialis Dei benevolentia, & acceptatio, atque amor, nouaque gratia, & misericordia (vt explicat q. 113. art. 2. dub. 2. & 4. ad 2. cum homo iustificatur actu charitatis, & contritionis, absque infusione gratiæ habitualis, requiretur noua gratia, & applicatio meritum Christi ad remissionem peccati) Et ideo licet nos simus causæ efficientes principales physice actuum, qui sunt vltimæ dispositiones ad gratiam, per illosque nos disponamus ad eam obtinendam; non tamen sumus causæ efficientes principales physice gratiæ. Hæc Serra.

25. Verum tamen solutiones istæ multis sciantur difficultatibus; & in Physica, quia axioma vel limitant, vel negant; & in Theologia, quia non facile limitatio. nem locum habere verificant. Quantum ad primum S. Thomas axioma vniuersaliter approbat lib. 5. Metaph. lec. 2. columna secunda, loquendo de causa efficiente, ait. *Perficiens autem dicitur causa efficiens, quæ vltimam rei perfectionem causat: sicut quod inducit formam substantialem in rebus naturalibus; vel artificialibus, vt ædificator domus. Disposens autem, quod non inducit vltimam formam perfectiuam; sed tantummodo præparat materiam ad formam: sicut ille, qui dolat ligna, & lapidens, dicitur domum facere. Et hoc non proprie dicitur efficiens domus: quia id quod ipse facit, non est domus, nisi in potentia. Magis tamen proprie erit efficiens, si inducat vltimam dispositionem, ad quam sequitur de necessitate forma: sicut homo generat hominem, non causans intellectum, qui est ab extrinseco. Vbi S. Thomas tria genera efficientium distinguit: perficientera,*

qui inducit dispositionem, & formam: & iste simpliciter rem facit, sive in artificialibus, sive in naturalibus. Disponens remote: & iste solum dicitur facere secundum quid, quia facit aliquid quod est tale in potentia. Disponens vltimo, dicitur facere, quia licet forma sit ab alio agente, tamen sua actione sic præparat materiam, vt ponat quandam necessitatem ad illam: & sic homo generat hominem, quamvis anima à solo Deo creetur. Vnde D. Thomas 1. p. q. 118. art. 2. ad 4. ait: *Quod homo generat sibi simile, in quantum per virtutem seminis eius disponitur materia ad susceptionem talis formæ. Explicaturque ad 3. quod nihil prohibet quin formatio corporis sit ab aliqua virtute corporali: anima autem intellectiua sit à solo Deo. Vniuersaliterque ait D. Thomas in 4. dist. 24. q. 2. art. 2. ad 1. Quod in naturalibus ab eodem agente sit materia in vltima dispositione ad formam, & recipit formam, & art. 3. ait. Eiusdem est formam aliquam inducere & materiam de proximo præparare ad formam. Imò eidem agenti correspondent dispositiones vltimæ præuiæ, & comitantes: quia dispositiones præuiæ causat, vt inducat formam, & qui dat formam, dat consequentia ad formam, vnde sicut causat ipsam, consequenter causat eius proprietates. Vnde videmus quod ab eodem agente est calor, qui præfuit ante generationem, & qui subsequitur formam genitam. Ideoque D. Thom. 3. p. q. 9. art. 3. ad 2. ait: *Quod dispositio se habet ad perfectionem dupliciter. Vno modo sicut via ducens ad perfectionem: alio modo sicut effectus à perfectione procedens. Per calorem enim disponitur materia ad suscipiendam formam ignis, quæ tamen adueniente, calor non cessat; sed remanet quasi quidam effectus talis formæ.**

26. Quantum ad secundum, vt videatur non posse intento Theologico dictas limitationes quadrare, præmittendum, quod illud dictum Philosophi 4. Metaph. *Perfectum est vnumquodque, quando potest alterum sibi simile facere:* dicit S. Thomas q. 27. de Verit. art. 3. ad 24. *Quod non est vniuersaliter verum: quia perfectiores creature sibi simile facere non possunt: vt sol non potest producere alium Solem: nec Angelus alium Angelum (& in corpore atticulitibus rationibus demonstrauerat, quod nulla creatura potest creare gratiam effectiue) Sed hoc tantum est in corruptibilibus creaturis, quibus vis generatiua diuinitus est prouisa, vt continetur esse secundum speciem, quod secundum individua contingere non potest.*

27 No

27. Notat autem ibidem D. Thom. q. 28. de Verit. art. 3. ad 16. quod *res naturales per quandam violentiam possunt disponi ad formam, vt scilicet principium dispositionis sit extra, nihil obferente vim passo. Vnde in eis dispositio ad formam non est ab aliquo principio intrinseco: sed ab extra. Voluntas vero violentiam pati non potest. Et ideo non est similis ratio. Quamuis enim dispositio ad formam, quæ exigitur in recipiente formam, non sit ab ipso recipiente, sed ab alio. Sicut calor, qui in lignis præcedit vt dispositio ad formam ignis, non est ab ipsis lignis, sed ab alio igne. At vero vsus liberi arbitrii est ab ipso homine iustificando per gratiam in ipso receptam, & est actus vitalis elicitus, & receptus in ipso.*

28. In particulari ergo, prima solutio deficit: quia axioma de vtraque vltima dispositione verificatur: quia vtraque est ab eodem agente. Secundo deficit, quia præparatio omnis ad gratiam, omnis est ab auxilio gratiæ, vt probat D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 6. Vnde sicut quoad hoc discurrunt de præparatione comitante, debent discurrere de præueniente. Vnde D. Thomas q. 28. de Ver. art. 3. ad 19. ait: *Motum gratuita voluntatis in instanti potest Deus alicui mittere sine quo non est iustificatio: sed sine præparatione præcedenti iustificatio esse potest. De quo 1. 2. q. 112. art. 2. ad 2. & q. 113. art. 7. Cum hoc discrimine, quod vna est imperfecta, alia perfecta; vna informis, alia formata: vna procedit à solo auxilio; alia à gratia, & auxilio. Tertio, nunc loquimur de actu contritionis, & charitatis, cui ex lege Dei est coniuncta infusio gratiæ: alioquin defacto gratia, & peccatum essent simul; & haberet homo duos vltimos fines, & cætera similia sequerentur: si homo contritus non esset iustificatus. Iste homo non minus est causa vitalis principalis efficiens huius contritionis, quæ dicitur vltima præueniens, quam sit causa vitalis principalis efficiens contritionis comitantis, qua consentit infusioni gratiæ. Ergo vel nulla, vel vtraque est eodem modo à Deo, & libero arbitrio. Si istæ distinguerentur. Quarto, falso asseritur, quod dispositio comitans est omnino posterior, cum sit prior in genere causæ materialis, & in genere dispositionis. Vnde D. Thomas q. 28. de Ver. art. 7. probat quod simpliciter loquendo secundum ordinem naturæ prior est gratiæ infusio, quam culpæ remissio: sed secundum or-*

dinem causæ materialis est e conuerso. Videatur art. 3. ad 18. & art. 8. ad 5. ait: *quod contritio est motus ad remissionem culpæ, non quasi ab ea distans, sed vt ei conueniens. Et ad 6. dicit, quod intelligendum est non iustificabit te sine te, & disponente aliqualiter ad gratiam: & sic non oportet quod motus liberi arbitrii præcedat nisi per modum dispositionis.* Ergo per modum dispositionis comitantis, & coniunctam habentis gratiam, est à Deo, & à libero arbitrio. Videtur omnino ad 5. & 7. secundi ordinis, & art. 9. concludit, quod *forma, & dispositio ad formam completam, & abiectio alterius formæ totum est in instanti.*

29. Præterea radicem hanc solutionem impugnaverat Curiel. 1. 2. q. 113. art. 8. dub. vnic. §. 2. ver. *Sed hæc solutio:* quia licet in naturalibus distinguantur illa duo genera dispositionum vltimatum respectu formæ substantialis: tamen respectu gratiæ distingui non possunt. Quoniam illa dicitur dispositio vltima ad gratiam, ad quam infallibiliter sequitur gratia. Sed nullus est actus præcedens instans iustificationis, ad quem sequatur infallibiliter gratia. Ergo nullus est actus præcedens illud instans, qui habeat rationem vltimæ dispositionis respectu gratiæ. Probat minor: quia vel ille actus est perfecta contritio, & dilectio Dei super omnia; vel non? Si dicatur primum, sequitur quod non præcedat duratione infusionem gratiæ, sed sit simul tempore cum ea, vt probauerat supra q. 112. Si vero dicatur secundum, sequitur aperte, quod nullus est præcedens instans iustificationis, ad quod sequatur infallibiliter gratia: quia nullus est actus, præter dilectionem Dei super omnia, & contritionem ad quem sequatur infallibiliter gratia extra sacramentum.

Confirmatur, quia in naturalibus ad dispositionem præcedentem duratione, sequitur infallibiliter in instanti introductionem formæ, non solum ipsa forma, sed etiam vltima dispositio concomitans. At vero respectu gratiæ nulla est dispositio præcedens instans infusionis gratiæ, ad quam infallibiliter sequatur vltima dispositio concomitans. Quia huiusmodi dispositio debet esse actus contritionis, & dilectionis Dei super omnia: & ex nullo actu præcedente sequitur infallibiliter actus contritionis.

Vnde D. Thom. 1. 2. q. 112. art. 1. ad 11 (& vbiq. de hoc mentionem facit) ait

distinguit duas preparationes ad gratiam habendam: quedam, quæ est simul cum infusione gratiæ: quæ ab ea procedit: *Est autem* (inquit) *alia preparatio gratiæ imperfectæ, quæ aliquando præcedit donum gratiæ gratum facientis: quæ tamen est a Deo mouenda. Sed ista non sufficit ad meritum non dum homine per gratiam iustificato, &c.* Similiter Tridentinum sess. 1. cap. 4. tantum agnoscit attritionem, & contritionem: illa est dispositio remota, quæ sine Sacramento non sufficit ad iustificationem: hæc est dispositio proxima, hominem Deo reconcilians cum Sacramento voto. Ergo frustra excogitur alia vltima præueniens, & non committans: quamuis contritio præueniat, & committatur iustificationem, & homine iustificato possit continuari.

30 Contra secundam sunt argumenta, quæ obijcit Curiel q. 112. art. 2. dub. 2 ad 2. quia in Concil. Trid. diffinitur aperte hominem actiue se disponere, & præparare ad gratiam: non solum cooperando dum iustificatur, sed etiam antecedenter, ut patet sess. 6. decreto de iustific. can. 4. & 7. Ergo homo est causa dispositionis ad gratiam, quatenus habet rationem dispositionis. Consequenter patet: nam alias non poterit propriè dici, quod homo se ipsum disponat. Ut quævis aliquod agens producat in subiecto aliqua accidentia, quæ possint esse dispositiones ad formam equi; si tamen non sit causa eorum quatenus habent rationem dispositionum, non dicetur propriè disponere ad talem formam. Confirmatur ex Canone 3. ubi aperte insinuat, quod homo cum illo auxilio possit esse causa istorum actuum, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur. Et tamen per hoc verbum, sicut oportet, significatur quod huiusmodi actus sint tales, ut habeant rationem dispositionum ad gratiam, siue hoc sit modus, siue substantia eorum.

31 Deinde, vel actus isti secundum suam entitatem habent rationem vltimæ dispositionis ad gratiam, vel secundum aliquid super additum? Si dicitur primum; sequitur quod homo qui est causa eorum secundum suam entitatem, sit etiam causa eorum quatenus habent rationem vltimæ dispositionis. Si vero dicatur secundum, recitat explicandum quid sit illud super additum? Quod non poterit facile explicari.

Denique, quia Deus non est causa istorum actuum quatenus sunt dispositiones

ad gratiam, per se ipsum, & solus; sed mouendo suo auxilio hominem, ut per huiusmodi actus se conuertat ad suam iustificationem. Ergo etiam homo ut subordinatus huic motui, est causa eorum quatenus sunt dispositiones. Sicut si calor naturalis, ut est virtus formæ animalis, est causa accidentium, quæ disponunt ad formam carnis; etiam ut talis virtus est causa eorum, quatenus habent rationem dispositionum. Et idem est de semine respectu accidentium, quæ disponunt ad formam geniti.

32 Tertia solutio laborat in æquiuoco: quia nos loquimur, rebus ut nunc, quædo contritio est dispositio, & gratia forma iustificans, ad quam illa disponit: solutio diuertit ad casum, quo in alio ordine rerum solis actibus iustificamur: & tunc illis deberet adiungi aliquis fauor ad remittenda peccata, &c. Deinde, probatum est & ipse Serra aduxerat sex rationes, ut probet ex natura rei istas esse dispositiones vltimas ad gratiam. Sed dispositio vltima est necessitas ad formam. Ergo eis positus infallibiliter ponitur gratia. Tertio, licet disponant ad gratiam, ab ea dimanant: ergo sunt simul. Quarto D. Thomas in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. q. 3. ait. *Forma, quæ non debentur nature, sicut gratia, & virtutes immediate à Deo productæ, nihil habent de necessitate absolutæ, sed solum de necessitate ex suppositione diuini ordinis, ut dictum est 1. 2. q. 112. art. 3.* vocat D. Thomas necessitatem infallibilitatis.

33 Quarta solutio est illa, qua primo loco responderat Medina, quod illud axioma, habet verum tantum in formis naturalibus, quæ ex ordine nature habent necessariam connexionem, & consequentiam cum vltima dispositione ab agente introducta: ceterum non habet verum in formis supernaturalibus, quæ desuper veniunt. Eadem solutionem refert, nec improbat Curiel: imò approbare videtur rationem adijciens: quoniam istæ, quia sunt per se infusæ, non possunt nostris actibus produci, sed à Deo; quamuis actus nostri sint dispositiones ad eas.

Sequitur etiam Zumel illo ar. 1. disp. 1. in 3. sol. ad 4. ubi ait. *Et mirabile est profecto, cum ipse Medina nam assignat rationem huius discriminis. Sed mirabilius est, quod qui ita miratur, non aliud assignat, quam eandem Medinæ, licet superioribus verbis propositam, ut constat ex eius verbis subsequen-*

quentibus, collatis cum iam relatis. Potestamen (inquit Zumel) assignari à nobis ex ante dictis: nempe non esse eandem rationem de formis educibilibus de potentia subiecti naturalibus, & de supernaturalibus. Quia ille ex suo ordine nature habent necessariam consequentiam, & connexionem cum vltima dispositione ab agente introducta (hæc erant verba Medinæ) quia ipsum subiectum respectu formæ ab eo educibilis, subditur potestati agentis naturalis, & habet potentiam passiuam illi dispositioni, & actiuitati correspondentem eiusdem ordinis. At vero respectu formæ supernaturalis, nempe gratiæ, non est in anima potentia passiuam naturalis, respectu cuiuslibet agentis: sed solum est in anima potentia obediens respectu infiniti agentis. Et ob id ad educationem gratiæ de potentia animæ, non subditur anima cui libet agere: sed solum agenti cum gratia sit semina Dei, & participatio quadam nature diuinæ, per quam sit iustus confors illius, & Filius Dei. Hæc Zumel.

34 Sed solutio neutiquam satisficit. Primo, quia anima humana fit à solo Deo per creationem: quod explanat D. Thomas 1. p. q. 118. art. 2. ad 3. quia si sint multa agentia ordinata, nihil prohibet virtutem superioris agentis pertingere ad vltimam formam: virtutes autem inferiorum agentium pertingere solum ad aliquam materiæ dispositionem. Sicut virtus seminis disponit materiam, virtus autem animæ dat formam in generatione animalis. Et tamen quia homo inducit vltimam dispositionem ad vniuersalem animæ, quia virtute seminis disponitur materia ad talis formæ susceptionem, ut inquit ibi D. Thomas ad 4. verificatur quod homo generat sibi simile. Ergo licet gratia à solo Deo creatur, vel infundatur, si homo vere causat principaliter vitaliter vltimam dispositionem ad illam, vere dicitur se iustificare. Quod est contra illud S. Augustini 10. 7. lib. 1. de peccatorum meritis cap. 14. *Quisquis ergo ausus fuerit dicere: iustificor, consequens est, ut dicat etiam: crede in me.* Et in illud Psalmi 118. *Feci iudicium, & iustitiam ait. Quis facit in homine iustitiam? Nisi qui iustificat impium; hoc est, per suam gratiam ex impio facit iustum.* Et S. Thomas q. 27. de Verit. art. 3. ad 11. dicit, quod diuina gloria derogaret, si aliqua creatura talem potentiam haberet.

35 Secundo, sicut naturalis conne-

xio inter vltimam dispositionem, & formam, facit, quod inducens vltimam dispositionem, inducat necessario formam: quia vltima dispositio dicitur necessitas ad formam: ita ordo diuinitus statutus ex connaturali connexionem actus, & habitus, & conuersionis perfectæ hominis ad Deum, & Dei ad homines, lege eius super naturali, habet infalibilem connexionem, ut sæpe dictum est ex D. Thoma. Ergo ex suppositione huius diuinæ ordinis, & infalibilis connexionis contritionis cum gratia, & remissione peccatorum, qui est causa efficiens principalis, vitalis contritionis, ut est vltima dispositio ad gratiam, & remissionem peccatorum, vere erit causa gratiæ, vel vltionis eius: & vera causa suæ iustificationis.

Tertio, ideo ad actus contritionis, & charitatis, ut fiant, sicut oportet ut homini iustificationis gratia conferatur, requirit Trident. sess. 6. de iustific. can. 3. præuenientem spiritus sancti inspirationem, atque eius adiutorium: quia sunt supernaturales, & educuntur ex potentia obediens animæ. Et tamen Dei adiutorio supernaturali homo vere est causa efficiens istorum actuum, ut oportet ut eis iustificationis gratia conferatur, id est, ut disponunt, & præparant vltimo ad iustificationem. Ergo eodem sensu dicentur causare vltimam dispositionem, & ipsam gratiam, & remissionem peccatorum. Aliquid ergo addendum ad plene soluendum difficultatem.

36 Rectè respondet Alvarez lib. 7. de Auxilijs disp. 66. nu. 12. in fine, quod quamuis vltima dispositio ad gratiam efficienter producat à libero hominis arbitrio non tamen procedit ab eo, virtute propriæ formæ; sed quatenus mouetur à Deo speciali auxilio gratiæ, ut 1. 2. q. 109. art. 6. docet S. Thomas, & definit Tridentin. dicta sess. 6. can. 3. Propositio autem assumpta in argumento, solum habet verum in illis, qui virtute propria attingunt vltimam dispositionem, vel introductionem formæ in materia. Vnde solus Deus est causa efficiens gratiæ, quæ ad illam dispositionem sequitur. Hæc ibi. Eodem modo respondet Nuño 3. p. q. 85. art. 2. dub. 2. ad 3. dicens, quod contritio, etiam ut produciatur ab homine actuato per auxiliū diuinū potest dupliciter considerari, scilicet, in quantum est ab homine, & in quantum est à Deo. Et non expellit, peccatū efficiēter physice, prout est ab homine; sed tantum

prout est ab ipso Deo. Et idcirco non sequitur quod ipse homo causans contritionem, atque adeo habens auxilium supernaturale, expellat proprium peccatum efficienter physice. Sicut communiter dicitur de ipsa gratia, quod non causat illam homo efficienter physice; licet causet efficienter physice contritionem, quæ vere est dispositio ad illam: quia contritio non habet quod sit ultima dispositio ad gratiam prout est ab homine, etiam operante ex auxilio supernaturali; sed solum prout est à Deo. Hæc ibi;

37 Videtur hac doctrina desumpta ex D. Thoma 1.2. q. 112. art. 2. ad 3. dicente, quod agens infinitæ virtutis non exigit materiam, vel dispositionem materiæ, quasi præsuppositam ex alterius causæ actione. Sed tamen oportet, quod secundum conditionem rei causandæ in ipsa re causet, & materiam, & dispositionem debitam ad formam. Et similiter ad hoc quod Deus gratiam infundat animæ, nulla preparatio exigitur, quam ipse non faciat. Et art. 3. ad 3. ait, quod etiam in rebus naturalibus dispositio materiæ non necessitate consequitur formam, Nisi per virtutem agentis, qui dispositio nem causat. Et quæst. 28. de Veritat. art. 3. ad 10. ait D. Thomas, quod in hoc offenditur perfectior communicatio diuinæ bonitatis, quod simul facit in homine habitum, & actum iustitiæ, quam si faceret vobitum tantum. Quod & asserit ad 18. & ad 20. & art. 7. ad 11.

38 Pro eius claritate notandum, quod dupliciter explicant Thomistæ, quomodo actus contritionis, sit vltima dispositio ad gratiam, eam præcedens, præparando, & disponendo in genere causæ materialis, & simul ab ea, & ab habitu penitentiæ procedendo in genere causæ formalis, & efficientis. Caietanus 1.2. q. 113. art. 8. quia gratia operatur, & per modum naturæ, & per modum liberi arbitrii; ideo non solum simul, sed vnica actione Deus infundendo gratiam animam gratam facit in quantum animam formaliter informat: & in quantum mouet ad actum liberum, disponit hominem ad gratiam: quoniam ipso actu liberi arbitrii homo redditur subiectum præparatum, & coaptatum gratiæ, cuius opposito actu posuerat obicem gratiæ. Et iuxta hoc interpretatur Caietanus illa verba D. Thomæ 1.2. q. 113. art. 8. ad 2. dicentis, quod dispositio subie-

cti præcedit susceptionem formæ ordine nature: sequitur tamen actionem agentis, per quam etiam ipsum subiectum disponitur.

Et iuxta hoc euidenter est quod homo, qui se disponit ad gratiam eliciendo actum contritionis, non est causa efficiens gratiæ: quia in genere causæ formalis, & efficientis ipsa contritio est effectus non solum Dei, sed ipsius gratiæ: & ita auctori gratiæ est tribuenda contritio in ratione dispositionis, quia solum habet præcedentiam materialem, & effectiuam secundum quid: & tota actiuitas eius & valor est à Deo.

39 Alij vero Thomistæ dicunt hic intervenire duplicem Dei actionem, nempe gratuitam motionem, quæ est gratia auxilians, quæ præparat, leu disponit ad gratiam: & infusionem gratiæ, quæ infunduntur animæ gratia, & virtutes, & dona habitualia. Quia actio agentis est duplex vna dispositiua materiæ, vbi opus est dispositione, & alia inductiua formæ. Quem dicendi modum, non solum tenent, qui docent vltimas dispositiones procedere à solo auxilio, vt sunt Nufio, Ioannes à S. Thoma, & Montinos: sed ex ipsis, qui cum communi Thomistarum fatentur procedere a gratia, etiam ibi interuenire distinctam motionem specialem Dei, plane docet Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 6. §. At vero, & §. Dicendum ergo, Aluarez, & alij, & mihi videtur ad mentem D. Thomæ, qui vniuersaliter dixit 1.2. q. 112. art. 2. quod quæcumque preparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum. Et tamen ibi ad 1. loquendo de preparatione, quæ est simul cum ipsa infusione gratiæ, ait, quod totalis operatio est quidam meritoria, sed non gratia, quæ iam habetur, sed gloria, quæ non dicitur haberi. Et ita simul est ab auxilio, & à gratia habituali: & ideo q. 111. a. 2. ad 2. ille motus dicitur effectus gratiæ. De quo S. Th. 1.2. q. 113. art. 7. & 8. & q. 28. de Ver. ar. 8. per totum: sed præcipue ad 3. in contrarium, ait, quod contritio est à libero arbitrio, & a gratia. Secundum quod procedit à libero arbitrio, est dispositio ad gratiam, simul existens cum gratia: sicut dispositio, quæ est necessitas, simul est cum formæ: sed secundum quod est gratia, preparatur vt actus secundus ad gratiam. Sermo plane est de vltima dispositione ad gratiam: & cum sit de fide, quod liberum arbitrium non potest vltimo se disponere ad gratiam sine auxilio gratiæ (quod & docet ibi S. Tho. art. 3. ad 10. & 18. & 20. & 1.2. q. 109. & 112. & 113. milies repetit) sermo

sermo est de libero arbitrio à Deo specialiter moto: & tamen vt contritio est formata præcedit habitus, & contritio est eius effectus, & actus secundus. Quamvis non possit negari, quod de potentia absoluta Dei, sicut possunt elici actus charitatis, & contritionis auxilio Dei transeunte, non infundendo habitus gratiæ, & virtutum: ita posset Deus vnica actione infundere gratiam habitualem, & habitus virtutum, qui darent actum primum constituendo in esse supernaturali, & actum secundum operationis: sed conaturalius est quod vna infusio det actum primum, & actualis motio, seu auxilium, det actum secundum: quia homo etiam constitutus in gratia, indiget auxilio gratiæ, vt probat D. Thomas 1.2. q. 109. art. 9. vbi & ad 1. ait: Quod etiam in statu gloria, quando gratia erit omnino perfecta homo diuino auxilio indigebit.

39 Iuxta hoc ergo, duplici titulo homo efficiens contritionem, quæ est vltima dispositio ad gratiam, nõ dicitur simpliciter causare gratiam. Primo quia necessitas, & connexio contritionis cum gratia non est ex lege naturali, sed ex necessitate ex suppositione diuini ordinis, vt diximus ex D. Tho. in 4. dist. 17. Necessitasque infallibilitatis, de qua S. Thomas 1.2. q. 112. art. 3. quia intentio Dei deficere non potest, est ex efficacia diuini decreti, & prædestinationis, & motionis Dei. Vnde se remittit ad ea quæ dixerat 1.2. q. 10. art. 4. ad 3. & 1. p. q. 23. art. 6. ex S. Aug. de bono persequ. cap. 14. Preparatio beneficiorum Dei, qua certissime liberantur quicumque liberantur. Secundo, quia ad contritionem quæ est vltima dispositio ad gratiam, requiritur auxilium supernaturale, gratuitum Dei inspirantis, & specialiter mouentis: vnde formaliter magis est opus Dei, quam hominis. De quo videndus S. Thomas 1.2. q. 109. art. 6. & q. 68. art. 1. ait. Quod inspiratio significat quendam motionem ab exteriori: & ibidem ait: Quod quanto mouens est altior, tanto necesse est, quod mobile perfectiori dispositione et proportionetur, & q. 112. art. 2. docet: Quod ipse motus liberi arbitrii, quo quis præparatur ad donum gratiæ suscipiendum, est actus liberi arbitrii moti à Deo. Et quantum ad hoc dicitur homo se præparare, secundum illud Pro. 16. Hominis est præparare animum. Et est principaliter à Deo mouente liberum arbitrium. Iuxta hoc ergo, in forma ad argumentum, concedenda est maior: & distinguenda minor quoad vltimam par-

tem: quæ est vltima dispositio ad gratiam, connexionem tenente se ex parte Dei, concedo: connexionem tenente se ex natura accidentium, nego. Vel aliter distinguenda est minor quoad primam partem, potest causare virtute propria, nego: virtute Dei principaliter mouentis, concedo. Et neganda est consequentia. Vel distinguendum est consequens, ergo potest esse causa principalis gratiæ, causalitate effectiua simpliciter, nego, causalitate efficiente secundum quid, dispositiua, & morali: concedo. Vel aliter. Ergo potest homo sibi esse causa gratiæ, simpliciter & absoluta, & sine addito, nego. Cum limitatione efficientiæ dispositiua, vel causalitate morali: concedo. De quo dicitur solutio ad vltimum.

40 Dæmum obijcies plura Scripturæ Sacræ testimonia in quibus sæpe dicuntur homines se sanctificare, & à peccato mundare 1. Ioan. 3. ver. 3. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se 2. ad cor. 7. Mudeamus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. 1. Petri 1. ver. 22. Animas vestras castificate in obedientia charitatis. Jeremia 4. ver. 14. Laua d malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Prou. 15. ver. 17. Propter misericordiam, & fidem purgantur peccata, & cap. 16. ver. 6. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas: & cetera id genus, quæ in sacris litteris passim occurrunt. Similesque loquutiones passim occurrunt in Patribus, vt constat ex S. Augustino to. 9. tract. 4. in 1. Ioan. 3. & tract. 72. in Ioan. 14. S. Ioanne Damasceno lib. 4. fidei orthodoxæ cap. 20. S. Ioan. Chris. hom. 42. ad Populum prope finem.

Confirmatur, quia ex simili modo loquendi Scripturæ, & Patrum de Sacramentis nouæ legis, colligebamus supra q. 62. dub. 1. §. 1. & dub. 2. §. 4. ea esse proprie causas efficientes gratiæ. Et tamen habet minorem proportionem cum ipsa gratia, quam actus vitales, & liberi, quibus disponimur ad eam obtinendam, & remissionem peccatorum: quoniam isti actus sunt immateriales, & supernaturales: sacramenta autem sunt materialia, & corporalia.

41 Propter has, & similes Scripturæ, & Patrum auctoritates, cano lib. 12. de Locis cap. 13. ad 7. folio mihi 482. post alia inquit. Non enim solum vitales operationes, quæ supra naturam sunt, in se edit mortalis homo per gratiæ formam, & virtutes: sed ad vitam ipsam capiendam sua se actione parat, & viuendi sibi causa est.

Quemadmodum enim, si materia dispositio nus quibus ad suscipiendam formam ignis præparatur, ipsa in se faceret; eadem sibi causa esset effectrix, ut a forma illa informaretur. Sic, quoniam præparatio viuificantis gratia homo in se efficit, ipse in sui generatione Dei adiutor existit. Et infra. Dispositio quippe omnis, quæ ad animam corpus aptatur, à patre generatè editur, à filio genito nullo modo. In natiuitate vero spiritali is ipse, qui nascitur, non solum principium est, ut post ægritudinem sanus sit; verum etiã, ut post quam fuerit mortuus, & vitam habeat, & abundantius habeat. Præclare itaque dictum illud est, atque ad Philosophyæ rationem apte: *Iustus ex fide sua uiuet.* Rom. 1. ver. 18. Gal. 3. ver. 12. Hebr. 10. ver. 38. Ex quo S. Hieronymus colligit, hominem sibi esse uiuificationis suæ causam. Nempe actus fidei, spei, charitatis, pœnitentiæ, quibus Deus utitur ad animum uiuificandum, homo ipse in se facit, gratuito quanuis, & supernaturali auxilio permotus. Ne certes, quasi actus nostri, gratiæ, remissionis que culparum causæ efficientes sint: cum nihil aliud, quam disponat animum, ut gratiam Dei, iustitiamque recipiat. Quemadmodum calor præparatio est, quæ ligni materiam afficiat, ut & formam ignis capiat, & natura. Sed sicut homo alteri homini non est causa animæ rationalis: sed causa tamen est ut per rationalem animam uiuat: sic homo, licet causa gratiæ non sit, causa tamen sibi est, ut per gratiam uiuat. Hæc & alia ad idem ibidem. Similia Ruardus Tapper in art. de Iustific. pag. 5. & Greg. Martinez. 1. 2. q. 112. art. 2. dub. 1. post 3. con.

Sed impugnant Zumel. 1. 2. q. 112. art. 1. disp. 1. 3. Curiel. 1. 2. q. 112. art. 2. dub. 2. §. 5. ad 1. dicens. Sed certe fallitur, quoniam quibus probabimus, actus nostros, aut nos non esse causas efficientes gratiæ; probant etiam quod non simus causa sui primarij effectus formalis, qui consistit in illo esse vitæ supernaturalis, quod ab ea participamus. Nam in primis gratia, & virtutes supernaturales, non solum dicuntur habitus infusi secundum se, & secundum suam entitatem: sed etiã quatenus cõmunicant subiecto suos primarios effectus formales. Et præterea, non minus carent actus nostri virtute ad producendum huiusmodi effectus, quam ad producendū ipsos habitus gratiæ, & virtutum. Neque fauent exempla addu-

cta: nam in neutro fit sermo de esse suo infuso per se, aut importionato potētis, & actibus producentibus dispositiones. Hæc Curiel.

42. Caterum multi alij Canum sequuntur; licet diuersimode intelligant. Lorca disp. 25. de gratia dub. 3. sic ait. Sed si non dicamus hominem se ipsum iustificare absque aliqua limitatione; sed cum addito, ex gratia Dei, vel per supernaturales dispositiones, vel alia ratione, quæ excludatur iustificatio viribus naturæ, catholica est, & intrepide concedi potest, ut concedit Canus lib. 12. de locis cap. 3. (deberet dicere cap. 13.) ad 7. Legimus enim 1. Ioan. 3. *Qui habet hanc spem sanctificat se.* Eccl. 2. *Qui timet Deum, sanctificat animas suas.* Ezeq. 18. *Ipsè animam suam uiuificabit.* & cetera. Et S. Augustin. ut vidimus tract. 72. in Ioann. concedit hominem operari salutem suam. Et eodem modo loquendi utitur tract. 4. in 1. Ioan. Et quemadmodū absolute concedimus Sacramenta iustificare, licet non sint causæ totales, nec principales iustificationis: sic possumus absolute concedere hominem diuinæ gratiæ auxilio: se ipsum iustificare. Hæc tamen propositio non significat hominem efficere gratiam, eo modo quo Sacramenta, vel Deus: sed esse causam suæ gratiæ, quatenus apponit dispositiones, quas gratia consequitur. Nisi quis dicat (quod non absurde dixerit) esse causam gratiæ efficienter moraliter: quemadmodum enim homo generans hominem, quia physicè producit dispositiones physicas, physicè efficienter dicitur generare: sic quia producit dispositiones morales ad gratiam, dici potest efficienter moraliter gratiam producere. Hæc Lorca.

43. Pariter Suarez disp. 8. sec. 3. n. 6. in fine, ait. Neque est inconueniens concedere hominem diuinæ gratiæ excitatum, & adiutum, se ipsum sanctificare. Ita enim loquitur Scriptura, & c. Quamuis ad tollendam æquiuocationem, melius dici possit hominem cooperari ad suam sanctificationem: sed gratiam eleuare liberum arbitrium ad hunc effectum: quomodo dicebat Paulus: *Nona ego, sed gratia Dei mecum.* Ipseque Suarez lib. 8. de gratia cap. 9. a num. 15. probat quod vltima dispositio ad iustificationem, est in suo genere vera, & per se causa primæ gratiæ, & remissionis peccati, iuxta modum accommodatum dispositio-

ioni morali. Probat ex Concil. Trident. ses. 6. cap. 7. dicente: *Hinc dispositionem iustificatio ipsa consequitur:* utique tamquam effectus causam suam: non enim ibi potest alius consecutionis modus excogitari. Et infra dicit, iustitiam singulis infundi: *Secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.* Et ita dispositio quasi determinat Deum, ut talem modum, seu gradum formæ inducat. Ideoque ex duabus vere pœnitentibus, alteri minor gratia; alteri maior, pleniorque peccatorum remissio confertur, quod non est nisi rationi melioris dispositionis. Vnde S. Cyprianus epistol. 2. *Nostrium tantum sitiat peccatus,* & pateat quantum illud fidei capacis afferimus. S. Hieron. lib. 2. contra Iouin. & ad Eph. 4. S. Aug. in Ioan. trac. 74. & tract. 32. *Quantum vas fidei attulerit ad fontem, tantum implet.*

44. S. Thomas q. 28. de Verit. art. 3. ad 17. ait: *Quod Deus virtutes in nobis ope-*

ratur, sine nobis virtutes causantibus non tamen sine nobis consentientibus. Et art. 8. ad 8. *Dicendum* (inquit) *quod in iustificatione impij homo non est adiutor Dei, quasi cum eo simul efficiens gratiam: sed solum sicut præparans se ad gratiam.* Et 1. 2. q. 112. art. 2. & q. 113. art. 3. & 2. 2. q. 24. art. 10. ad 3. ait D. Thomas, quod in infusione charitatis requiritur motus liberi arbitrij (sicut supradictum est art. 3. ad 1.) Et ideo illud, quod diminuit intentionem liberi arbitrij, dispositiue cooperatur ad hoc quod charitas infundenda sit minor. Et in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. q. 2. ait: *Quod per displicentiam peccati, & affectum ad Deum, se aliquis ad gratiam præparat: & quando hæc duo efficaciter facit, dicitur facere quod in se est: & gratiam recipit.* De primo horum dicitur Iacobi 4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: De secundo Apocal. 33. Si quis aperuerit mihi, & c.* Videatur ibi quæstiuncula prima. Quæ omnia iuxta supra dicta sunt intelligenda.

Q V Æ S T I O L X X V I I .

DE REMISSIONE

VENIALIUM PECCATORUM.

DE altero effectu pœnitentiæ, qui est peccatorum venialium remissio, his quatuor articulis agens D. Thomas, in primo docet ad remissionem venialis requiri pœnitentiam, nõ formalem; sed sufficere virtualem: nec requiritur quod infundatur aliqua habitualis gratia: sed sufficit aliquis motus gratiæ vel charitatis ad eius remissionem, ut probat in secundo articulo. Explicat in tertio qualiter per aspersionem aquæ benedictæ, & episcopalem benedictionem, & alia huiusmodi venialia peccata remittantur. Denique in quarto probat, quod ei qui est in peccato mortali,

nullum veniale remittitur.

D V B I V M P R I M V M .

Vtrum peccatum veniale remitti possit sine pœnitentia?

S. I. *Quid sit & in quo consistat peccatum veniale, difficillimum.*

S V P P O N I M U S ex his, quæ late disputat D. Thomas 1. 2. q. 88. &

89. aliqua esse venialia à mortalibus distincta. Quod negavit Vviclefvt refert Vvaldensis tomo 2. de Sacramentis cap. 154. contra quem manifesta Scripturæ testimonia affert Soto in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. *Questio præfens*: vt est illud Matthæi 7. *Quid videtis festucam*. Matth. 12. de verbo otioso & 1. Ioan. 1. & Iacobi 1. Et si ab humanis moribus exemplum petamus, solent amici scæpe, præter amicitiam, minutiora quædam committere, quæ licet amicis displiceant, non tamen proinde sic amicitiam violant, vt prorsus tollant. De his habemus doctrinam Concilij Tridentini sel. 6. cap. 11. dicentis. *Licet enim in hac vita mortali quantumuis sancti, & iusti in leuius saltim, & quotidiana, quæ etiã venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti: Nam in scriptura illa vox est, & humilis, & verax: Matthæi 6. Luca 11. Dimitte nobis debita nostra.* De quo in Concilio Mileuitano cap. 7. & 8. & 9. & cap. Vnum 25. dist. cap. Adhuc cap. de quotidianis, de Pœn. dist. 3. Alia Scripturæ, & Patrum testimonia vide in Canisio in Catechismo de Peccatorum expiatione cap. 2. Præcipue videatur S. August. in Enchir. ad Laurentium c. 78. & 79. & de decem chordis cap. 11. vbi satis manifesta venialium exempla proponit dicens. *Ille dico quotidiana peccata quæ aut per linguam facile committuntur, vt est verbum durum, aut cum labitur aliquis in risum immoderatum, aut in huiusmodi nugæ quotidianas, & infra. In ipsis alimentis, quæ vti que concessa sunt, si forte excedis modum, & amplius accipis, quam necesse est, peccas. Quotidianas sunt ista quæ dico: sed tamen peccata sunt.*

3. Difficillimum autem esse in particulari agnoscere quæ peccata sint: solum venialia, ingenuè fatetur ipse S. Doctor lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 27. dicens. *Sed quis iste sit modus, & quæ sint ipsa peccata, quæ ita impediunt perueniendum ad regnum Dei, vt tamen Sanctorum amicorum meritis impetrant indulgentiam, difficillimum est inuenire, difficillimum desinire.* Ego certe usque ad hoc tempus cum inde satagerem: ad eorum indaginem peruenire non potui. Et fortassis propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia peccata cauenda pigrescat. De quo ibi & super Psal. 129. & ser. 244. de tempore. S. Chris. eleganter hom. 87. in Matthæum, & hom. 8. in 1. ad Cor. S. Isidorus lib. 2. de Summo bono cap. 14. S. Bern. serm. 1. in conuers. S. Pauli & tractatu de præcepto, & dispens. cap. 14. & alij frequenter;

Vnde Gabriel Biel in 4. dist. 16. q. 5. art. 1. notab. 1. in fine ait. Verum de quolibet actu inordinato discernere in particulari quando sit peccatum mortale, vel quando sit veniale, difficillimum est; propter infinitas circumstantias actus variantes. Vnde circa hoc venerabilis Gerson Cancellarius Parisiensis in libro de vita animæ plurimum laborauit, & multas regulas vtilissimas ad discretionem hanc consequendam tradidit. Nec tamen (ipso teste) ad sufficientem discernendi certitudinem peruenit.

4. Sicut autem in mortalibus tria distinximus, nempe peccatum actuale, & habituale, & reatum poenæ, hæc pariter esse distinguenda in veniali pari formis ratio cogit. Fatenturque Theologi tam sic quænter, vt nec ipse Scotus, qui in peccato mortali maculam, & imputationem ad poenam confundebat, curet distinguere in peccato veniali. Vnde Soto dicta q. 2. art. 2. ad 3. air. Nota hic quem admodum in peccato veniali non est solum reatus ad poenam, sed quædam macula: contra id quod ait supra impugnatus Scotus dist. 14. q. 1. Atque adeo hoc ira est verum, vt cum de peccato mortali sermonem habens loco citato diceret non aliud esse in peccato existere, quam imputari ad poenam: vbi multo euidentior est macula culpæ seclusa poenâ: post modum dist. 21. q. 1. de peccato veniali loquens, vbi minor ratio cogebat, adhibet secundam opinionem, videlicet quod remissio venialis non sit omnino remissio poenæ; sed remissio culpæ per actum charitatis.

5. De constitutio peccati actualis venialis non est iste locus discernendi. Quomodo habeat ibi locum aliqua auersio, & digressio ad bonum commutabile? Exponit D. Thomas 1. 2. q. 88. art. 1. docens peccatum dici mortale, quia est irreparabile per principium interius: quia est auersio ab ultimo fine: & defectus ordinis vltimifinis non potest per aliquid aliud reparari, quod sit principalius. Peccata autem, quæ habent in ordinationem circa ea, quæ sunt ad finem, conseruato ordine ad vltimum finem, reperabilia sunt. Et hæc dicuntur venialia. De quo Caiet. & Medina, & Alvarez ibi disp. 188. Serra, & P. P. Salm. disp. 19. dub. 1. Peccatum etiam veniale à Deo auertere secundum quid, expresse admittit D. Thomas dicens: *Quod peccans venialiter similatur ei, qui nimis moratur in uia. Et hoc non est auertere, nisi secundum quid, vt ait in 2. dist. 42. q. 1. art. 3. ad 5. & S. Bo-*

nau;

nau. ibi ar. 2. q. 1. ad 6. omnino conformiter ad S. August. lib. 1. de doctr. christ. cap. 3. & 4. & cap. 35. & iuxta mentem D. Thomæ Bergomensis in concord. dub. 259. in fine & Ioannes Ildelfonsus Baptista r. 2. disp. 15. dub. 2. conc. 8. & 9. Carmel. Salmant. ibi disp. 4. dub. 4. n. 86. & 88. Obiter notandum quod Gabriel Biel in 4. dist. 16. q. 5. art. 1. notabili primo asserit quod principalis differentia peccati venialis à mortali ingenere est: quia mortale est deordinario quædam, ac deuiatio ab ordine necessario ad salutis consecutionem. Veniale est deuiatio ab ordine, non necessario, sed vtili. Cum enim omne peccatum est quædam deordinatio, siue deuiatio, & declinatio ab ordine dirigente hominem ad salutem. Est autem huiusmodi ordo institutus à Deo duplex. Primus est necessarius: & hic est obseruantia præceptorum: secundum illud Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Alius est ordo consequendi salutem compendiosus, & vtilis, non tamen necessarius: sicut obseruantia consiliorum euangelicorum. Recessus à primo ordine, qui est per transgressionem præceptorum, dicitur: & est peccatum mortale: quia inducit mortem perpetuam, & priuat animam vita gratiæ in præsentem, & vitam gloriæ in futuro. Recessus autem à secundo ordine scilicet obseruantia consiliorum, per conuersionem in ordinatam ad creaturam, citra tamen transgressionem præceptorum, est peccatum veniale. Hæc ille sequutus Scotum in 2. dist. 21. q. 1.

Merito tamen omnes reiiciunt hanc differentiam vt falsam quoad vtramque partem: quia contra præcepta non furandi, & non mentiendi, & similia committuntur peccata solum venialia. Nullumque committitur peccatum, etiam veniale, quod non sit violatio alicuius legis: vbi enim non est lex, nec præuaricatio esse potest. Deinde, vt ait D. Thomas 1. 2. q. 108. art. 4. *Hæc est differentia inter consilium, & præceptum, quod præceptum impartat necessitatem, consilium autem in optione ponitur eius, cui datur.* Quod & docet lib. 3. contra Gentes ca. 130. & Quodlib. 5. ar. 19. Aduertit tamen 2. 2. q. 43. art. 7. ad 4. quod quandoque consiliorum obseruatio est de necessitate salutis. Quod patet in bñs, qui iam vouerunt consilia. Imò dicit 2. 2. q. 124. art. 3. ad 1. *Quod nullus est actus perfectionis sub consilio cadens, qui in aliquo casu non cadat sub præcepto quasi de neces-*

itate salutis existens. Affert S. August. de adult. coniugijs cap. 13. Constitutum vero peccati venialis habitualiter, exponunt idem Patres Carmel. Salmanticenses to. 4. 1. 2. q. 89. art. 1. à n. 7. consistere in diminutione charitatis quoad habilitatem, & expeditionem ad eliciendos suos actus, & imperandum alijs virtutibus. Quia inquit D. Thomas hac q. 87. art. 1. *Quod per peccatum veniale retardatur affectus hominis, ne prompte in Deum feratur.* Licet enim venialia charitatem, & virtutes non diminuunt intrinsicè, & quoad entitatem: potest tamen dici quod quasi extrinsecè impediunt per peccata usque cum retractentur per actus virtutum. Sicut in plantis, & alijs viuentibus vegetatiuis videmus, quod ad præsentiam gelu, & frigitis, retrahunt vim operatiuam, & vix vitaliter mouentur, quousque adueniente solis calore, soluitur, & expeditur prædicta vis, redditurque habilior ad agendum.

7. Consequenter tamen ad ea quæ diximus de peccato mortali habituali, dicitur nunc conuersionem præteritam, & auersionem secundam quid moraliter permanere, dum non retractatur, & aboleretur: & ideo eo modo quo fuit peccatum, & offensa Dei secundum quid, etiam secundum quid dici peccato præterito maculasse animam maculatam. Quod docet S. Augustinus libro quinquaginta homiliarum hom. 50. cap. 2. dicens. *Quæ quamuis singula non lethali vulnere ferire sentiantur, sicuti homicidium, & adulterium, tamen omnia simul congregata velut scabies, quod plura sunt, peccant, & nostrum decus ita exterminant, vt ab illius speciosi sponsi forma præ filijs hominum castissimis amplexibus separent; nisi medicamento quotidiana poenitentia dissecentur.* Et S. Leo Papa ser. 4. Quadrag. ait. *Dum per varias actiones vite huius sollicitudo distenditur, necesse est de mundano puluere etiam religiosa corda sordescere.* Quo exemplo id explicuit S. Thomast. 2. q. 89. art. 1. & hac q. 87. art. 2. ad 3. dicens. *Sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter: vno modo per priuationem eius, quod requiritur ad decorem, puta debiti coloris, aut debite proportionis membrorum: Alio modo per superinductionem alij cuius impediendi decorem, puta luti, aut pulueris. Ita etiam anima inducitur macula, vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale: Alio modo per inclinationem affectus in ordinatam ad aliquid temporale. Et hoc fit per peccatum veniale. Quamvis autem Nuño art. 2. difficul. 2. §. In ista*

dis-

difficultate, dicat maculam istam non tantum esse reatum, & obligationem ad poenam: sed esse aliquid positivum inherens animae, vel privationem conformitatis ad legem, conformiter addidit de peccato habituali mortali. Tamen cum positivum constitutum esse peccati habitualis mortalis, satis ibi sit ostensum, non est cur in hoc probando nunc inquiratur. Videatur S. Thomas q. 7. de Malo art. 1. & 2. & 11. & in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 1. & Capreol. ibi q. 1. ad 3. Contradictus 1. 2. q. 89. art. 1. Monet autem D. Th. illa q. 89. art. 1. ad 1. circa aliam similem auctoritatem S. August. ex libro de medicina poen. cap. 2. ante mediu. to. 9. & to. 10. ser. 41. de Sanctis, quod S. Augustinus loquitur in eo casu, in quo multa peccata venialia dispositiva inducant ad mortale: aliter autem non separarent ab amplexu celestis sponsi. His praemissis, exponendum restat qualiter veniale remittatur quoad culpam, quoad maculam, & quoad poenam? Nam ut notat D. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. q. 1. Peccatum quodlibet debet remitti quantum ad duo, scilicet quantum ad culpam, & quantum ad reatum: & non potest esse secunda remissio sine prima: quia quandiu manet culpa, manet debitum poenae.

8 Scotus igitur in 4. dist. 21. q. 1. lit. E. sic ait. De secunda conclusione potest dici dupliciter. Vno modo sic quod nihil aliud est culpae venialis remissio, quam solutio poenae temporalis debitae pro ea. Probat quia post actum transeuntem, culpa, quae remanet, nihil aliud est, nisi reatus ad poenam debitam. Iste autem reatus venialis non est nisi ad poenam temporalem (ex articulo praecedenti) & per consequens soluta poena temporali in Purgatorio pro isto veniali, ex hoc ipso ipsa culpa venialis remissa est. Quam opinionem dicit Gabriel Biel in 4. dist. 26. q. 5. art. 1. not. 2. in fine magis intelligibilem & quod concordat his, quae dixerat dist. 14. Sed in ea non omnino quiescit Scotus: subiungit enim Si iste modus non placeat quia videntur Sancti distinguere inter remissionem culpae cuiuscumque, & poenae: & maxima inter remissionem culpae, & solutionem debitam illi culpa: potest dici alio modo
Et.

S. II. Quo modo, & quando peccatum veniale remittatur tribus conclusionibus exponitur.

9 Dico tamen primo, peccata venialia possunt remitti quoad culpam, & manere quoad reatum poenae. Sumitur ex Concilio Tridentino ses. 14. cap. 8. dicente: Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam poena condonetur. Loquitur univ ersaliter; primo & principaliter de culpa mortali; secundo de culpa veniali. Simili univ ersalitate loquitur de omni culpa canone 12. illis verbis. Siquis dixerit totam poenam cum culpa remitti semper a Deo, satisfactionemque penitentium non esse aliam, &c. Constat etiam pro venialibus confessis ex usu Ecclesiae a confessariis imponi poenitentibus satisfactionem. Docet autem Trident. (ses. 14. cap. 5. Quod venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, & in qua frequentius labimur, recte, & utiliter, citraque omnem praesumptionem, in confessione dici, quod piorum bonitatem usus demonstrat. Ergo etiam venialia possunt dimitti quoad culpam, manente reatu poenae. Isteque est omnium Theologorum, imo & fidelium sensus.

10 Probat D. Thomas q. 7. de Malo art. 11. dicens, oportet intelligere quid sit peccatum remitti: quod nihil aliud est quam peccatum non imputari. Vnde in Psalmo 31. cum praemississet. Beati quorum remissa sunt iniquitates: quasi exponens, subdit: Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Imputatur autem peccatum alicui in quantum per ipsum impeditur homo a consecutione ultimi finis, qui est beatitudo aeterna: a qua impeditur homo per peccatum, & ratione culpae, & ratione reatus poenae. Ratione quidem culpae: quia cum beatitudo aeterna sit perfectum bonum hominis, non compatitur secum aliquam bonitatis minorationem. Ex hoc autem ipso, quod aliquis actum peccati commisit, incurrit quandam boni minorationem; in quantum, scilicet, factus est vituperabilis, & indecentiam quandam habens ad tantum bonum. Ex hoc vero quod reus est poenae, etiam impeditur a beatitudine perfecta, quae omnem dolorem, & poenam excludit: fugit enim ibi dolor, & gemitus, ut dicitur
Itaque

Itaque 3. sicut ergo potest seorsum remitti culpa mortalis remanente reatu poenae; potest remitti culpa venialis remanente reatu poenae temporalis.

Ad idem pertinet ratio D. Thomae hic art. primo: nam sicut dictum est q. 86. art. 2. & 4. remissio culpae fit per conjunctionem hominis ad Deum, a quo aliqua liter separatur culpa. Per peccatum autem veniale saltem imperfecte separatur homo a Deo: quia per peccatum veniale retardatur affectus, ne propterea in Deum feratur. Ergo indiget aliquo tollente hoc impedimentum. Quo remittitur peccatum veniale quoad culpam.

Denique, dimissa culpa, satisfactio est necessaria ad praeteritorum peccatorum vindictam, & castigationem, ut docet Trident. ses. 14. cap. 8. Sed etiam in venialibus, culpa dimissa, potest remanere aliquid vindicandum, & castigandum: non poena exterminante, sed poena corrigente, ut ait D. Thomas illo art. 11. Ergo utroque modo possunt venialia dimitti.

11 Dico secundo, peccatum veniale non potest dimitti quandiu voluntas ad illud manet. Ita S. Thomas hic art. 1. in corpore dicens. Sicut enim peccatum mortale remitti non potest, quandiu voluntas peccato adheret; ira etiam nec peccatum veniale: quia manente causa manet effectus, & art. 3. ad 2. Oppositum que implicare contradictionem, probat D. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. q. 1. dicens, quod peccatum quodlibet debet remitti quantum ad duo, scilicet, quantum ad culpam, & quantum ad reatum: & non potest esse secunda remissio sine prima: quia quandiu manet culpa, manet debitum poenae: culpa autem in deordinatione voluntatis consistit. Vnde non potest culpa tolli, nisi reordinetur voluntas. Quod esse non potest quandiu in ipsa deordinatione manet: alias essent duo opposita simul vera. Et ideo nullo modo veniale dimitti potest, quandiu voluntas ad illud manet. Advertit autem solutio ad 1. quod non est ex defectu gratiae, quin illud veniale, in quo adhuc voluntas manet, remitti non possit; sed ex defectu eius, cui remittendum est, in quo impedimentum remissionis invenitur.

12 Dico tertio, de facto ad remissionem cuiuslibet venialis quoad culpam exigitur gratia Dei. Est expressa D. Thomae hac q. 87. art. 4. dicens, Sicut supra, q. 86. art. 3. & 6. Dicitur est, remissio culpae cuiuscumque nunquam fit nisi per gratiam

gratiae: quia ut Apostolus dicit ad Rom. 4. Ad gratiam dei pertinet, quod Deus alicui non imputet peccatum. Quod Glossa Interl. super illud: Beatus, cui non imputabit Dominus peccatum exponit de veniali. Idem docet D. Thomas q. 7. de Malo art. 11. in corpore docens: Quod veniale quantum ad culpam remittitur per fervorem charitatis. Et ad 9. concludit. Remittitur ergo in Purgatorio veniale quantum ad culpam virtute gratiae: non solum secundum quod est in habitu, quia sic compatitur veniale peccatum; sed prout exit in actum charitatis detestantis veniale peccatum. Et ad 17. dicendum: Quod, sicut iam dictum est, remissio culpae non fit per poenam, sed per usum gratiae, quae est effectus divinae misericordiae. Et in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. quaestiuicula prima, & q. 2. ubi ait, Quod peccatum veniale sine contritione non dimittitur. Explicat tamen, quod sufficit displicentia implicita. Itemque hac q. 87. art. 1. & 2. & tandem art. 3. ait: ad remissionem venialis peccati non requiritur novae gratiae infusio, sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestatur peccatum veniale, vel explicito, vel saltem implicito: sicut cum aliquis ferventer movetur in Deum. Per quae patet quod quoties D. Thomas de remissione venialium tractat (& tractat saepissime) semper docet remitti per gratiam, & sine illa non posse remitti.

13 Vnde Petrus Soto de Penitentia lec. 18. conc. 1. ait. Quamquam multis (Soto, & sequacibus) aliter videatur: Quod certe non possumus non dicere magis esse humanum sensum, minus dignum de Deo, & eius gratia sentientem, quam sententiam dignam pietate christiana. Conclusionemque esse certam dicit Suarez 10. 4. disp. 11. sec. 1. n. 7. & to. 1. in 3. p. disp. 4. sec. 11. & alij communiter. Imo neminem dissentire contendit Azor lib. 4. cap. 10. q. 3. Dicit, quae quod facile colligi potest ex Concilio Milevitano can. 5. 6. & 7. & 8. Et ex Paul. 2. can. 14. & 22. Omnis enim misericordiae liberatio est Christi domini donum, beneficium, & munus. Verum tamen recte in margine Petri a Soto citari Sotum, & sequaces; ipsi Scotista non dissententur. Vnde novissime Velgadillo de Penitentia cap. 7. dub. 4. n. 10. fatetur non immerito pro ea Scotum adduci illi enim non parum fauet dist. 21. §. in ista questione, ver. De secunda; quatenus affirmat (probabiliter tamen) Quod nihil aliud est culpa venialis remissio, quam solutio poenae temporalis debitae pro ea. Sed hoc saepe rejecimus.

Præterea probatur ex D. Augustino in Enchiridio ad Laurentium cap. 72. generaliter dicente. *Vnde non solum cum agitur poenitentia, verum etiam ut agatur, Dei misericordia necessaria est: alioquin non dicitur Apostolus de quibusdam 2. Timot. 2. ver. 25. Ne forte det illis Deus poenitentiam.*

14. Eadem sine dubio est doctrina S. Anselmi libro 1. *cur Deus homo* cap. 20. ubi ponderans malitiam leuissimi peccati facti in conspectu Dei, docet, quod si necesse esset, aut totum mundum, & quicquid Deus non est, perire, & in nihilum redigi, aut facere vel minimum quid contra voluntatem Dei, non esset committendum: quia licet considerando actionem ipsam, leuissimum quid videatur; sed considerando quid sit contra voluntatem Dei, grauissimum quiddam, & nulli damno comparabile cernitur. Ex qua doctrina infert S. Anselmus. *Pater quia secundum quantitatem peccati exigit Deus satisfactionem. Non ergo satisfacis, si non reddis aliquid maius, quam sit id pro quo peccatum facere non debueras.* Et postea ait. *Nec Deus ullum obligatum aliquatenus debito peccati assumere potest ad beatitudinem: quia non debet.* Ergo tenet S. Anselmus, quod solum per usum gratiæ, quæ est effectus diuinæ misericordiæ, non imputantis peccatum, venialia possunt remitti. Consequentia patet, quia ut docet S. Thomas 1. 2. q. 113. art. 9. ad 2. *Bonum gratiæ vnius maius est quam bonum nature totius vniuersi.* Ipseque S. Anselmus libro de similibus cap. 190. de omni peccato loquitur, cum ait. *Si hinc peccati pudorem, & illic cernerem inferni horrorem, & vni eorum necessario haberem immergi, potius me in Gehennam immergerem, quam peccatum in me mitterem: mallem enim a peccato purus, inferno intrare, quam peccati sorde pollutus Cælorum regna tenere.* Rationemque assignat D. Thomas Quodlibeto 1. articulo 9. ad 1. *Quia plus proponitur bonum diuinum, contra quod agit culpa, bono nature create, cui opponitur poena, &c.* Ipseque D. Thomas in 4. dist. 18. quæst. 2. articulo 4. quæst. 3. ad 1. docet, quod sicut homo debet prius sustinere mortem, quam peccet mortaliter: ita etiam quam peccet venialiter, 3. illo modo debiti quo debet veniale vitare. Causamque reddit in 4. dist. 29. quæst. 1. articulo 2. ad 2. *Quia peccata sunt maxima malorum: & ideo ad hoc nullo mo-*

do potest homo constans cogi. Immo magis debet homo mori, quam talia sustinere, ut etiam Philosophus in 3. Ethic. cap. 1. dicit. Vnde & 2. 2. quæst. 110. articulo 3. ad 4. docet D. Thomas, Quod non est licitum mendacium dicere ad hoc quod aliquis alium à quocumque periculo liberet.

15. Præterea probatur ex illo 1. Ioan. ver. 8. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: vbi S. Thomas (vel qui est auctor expositionis, quæ eius nomine circumfertur) vltimam, nec mortale, nec veniale: Dicitur autem peccatum haberi large, non proprie, cum non sit habitus, sed priuatio.* Modo vocamus haberi moraliter, seu habitualiter. *Ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Prou. 20. ver. 9. *Quis potest dicere: mundum est cor meum, purus sum à peccato?* Prouer. 24. ver. 16. *Septies enim cadet iustus, & resurget.* Sed e contrario, *Si confiteamur peccata nostra, id est, inquit D. Thomas, si simul fateamur, confessione cordis Deo, & confessione oris Dei vicario, Iacobi ultimo, confitemini alterutrum peccata vestra: quoniam sine peccato in hac vita esse non possumus.* Et ut notat Caietanus ver. 9. Est sermo de confessione siue interna, siue externa, qua homo cognoscit se habere peccatum. *Fidelis est, & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundat nos ab omni iniquitate.* Et post alia concludit Caietanus. *Vnde & duos effectus subiungit.*

Alter est ut remittat nobis peccata nostra: & hic respondet fidelitati. Alter ut emundet nos ab omni iniquitate: & hic respondet iustitiæ: quoniam hic sanguini Christi paulo ante tributus est. *Quod autem sermo sit etiam de venialibus, ex antecedentibus, & ex toto contextu constat.* Vnde D. Thomas. *Ut remittat nobis peccata nostra.* Glossa. *Maiora peccata, scilicet, mortalia: hæc enim sunt peccata simpliciter: quia peccatum secundum Augustinum, est factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei. Et emundet nos ab omni iniquitate.* Iniquitatem vocat minora peccata, sicut venialia. Vel remissio peccati refertur ad dimissionem poenæ: emundatio iniquitatis ad dimissionem culpæ. Et dicit, *omni.* Tria sunt genera huiusmodi minorum, scilicet, lig-

num, sanum, stipula, 1. Cor. 3. Vel remissio in presentemundatio, id est, perfecta mundatio in futuro. Hæc ibi. Et Hugo Cardinalis approbat quod quædam glossa ibi dicit, impossibile est quilibet sanctum aliquando non cedere in minimis peccatis: nec iusti esse desinunt; quia citius opitulante Deo resurgunt. *Quæ est expositio S. Augustini tract. 56. in Ioannem, & habetur in Catena Aurea D. Thomæ ad illa verba, Ioann. 13. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet; sed est mundus totus: vbi inter alia ait S. Augustinus. In se igitur humani affectus sine quibus in hac mortalitate non viuunt, quasi pedes sunt, vbi, & humanis rebus afficimur; ut si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus. Si autem confitemur peccata nostra, qui pedes discipulorum lauit, nobis peccata dimittit, usque ad pedes, quibus conuersamur in terra.* Estque expositio D. Thomæ 3. part. q. 79. art. 4. ad 2. Ergo ad venialium remissionem requiritur gratia Dei, in Scripturis reuelata, danda propter merita Christi, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: vnde, & ibi præmiserat: *& sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato mortali, & veniali.*

16. Denique probatur quia in oratione dominica, qua nos orare docuit Christus Matth. 6. & Lucæ 11. ut exponit S. Augustin. Enchirid. cap. 71. & refertur, cap. de quotidianis, de poenit. dist. 3. & Concilium Toletanum 4. cap. 5. & Trident. sess. 6. cap. 11. & S. Thomas Opusculo 6. in expositione quintæ pætionis, ait: *Constat enim quod omnibus Sanctis, & hominibus conuenit dicere, Pater noster, in quo dicitur: Dimitte nobis debita nostra. Ergo omnes recognoscunt, & consentunt se peccatores, vel debitores.*

Quod argumentum ponderat Petrus Soto lec. 18. de Poenit. conc. 1. dicens: *Vbi duo sunt, quæ hoc confirmant. Primum, quod oramus ut dimittatur. Oratio vero ira sentiētibus antiquis omnibus Patribus, & Concilijs antiquioribus, contra Pelagianos maxime cōgregatis: ut Mileuntinum, & Arausicanum 2. & Cælestinus ad Episcopos Galliæ, Innoc. I. ad Epist. Africanæ Concilij, & ad epist. qui neque Episcoporum, & in ipsius epistolis, quibus ille respondet) cum inuitatur diuinæ gratiæ, eo ipso, quo fit, excludit merita omnia (viribus naturæ facta). Secundo, verbum ipsum remissionis idem probat. Debitum*

enim, quod remittitur, non solum *omne debitum* (inquit Euangelium Matth. 18.) *remisi tibi, quoniam rogasti me: rogauerat autem, cum non esset soluendo. Igitur vera fides, & orans Deum, & vtens verbo remissionis, consistet ex gratia remitti peccata venialia.* Hæc Petrus Soto.

17. Rationem à priori indicat D. Thomas hæc q. 87. art. 2. cum enim in primo argumentō obiecit, quod propria causa remissionis peccatorum ex gratia non enim ex meritis proprijs peccata hominis remittuntur. Vnde dicitur ad Eph. 2. *Deus qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum esse mus mortui peccatis conuiuiscavit nos in Christo, cuius gratia saluati estis.* Iste Deus autem non est sine propria causa. Ergo peccata venialia non remittuntur sine gratiæ infusione. Respondet ad 1. quod etiam remissio peccatorum venialium est effectus gratiæ, per actum scilicet quem de nouo elicit non autem per aliquid habituale de nouo anime infusum. Formatur ergo ratio sic. Eadem sunt causa, proportionem seruata, remissionis peccati venialis: quia ut docet D. Thomas 1. 2. q. 88. art. 1. ad 1. *Peccatum veniale dicitur peccatum secundum rationem imperfectam, & in ordine ad peccatum mortale: sicut accidens dicitur ens in ordine ad substantiam secundum imperfectam rationem entis.* Sed causa remissionis peccatorum mortalium, efficiens quidem, est Deus, qui gratuito abluit: & meritoria, est Iesus Christus, qui iustificationem meruit, & pro nobis satisfecit: vnica vero causa formalis est iustitia, qua Deus nos iustos facit, quæ ab eo donati renouamur spiritu mentis nostræ, ut fuse docet, & exponit Tridentinum sess. 6. cap. 7. Ergo pariformiter causa efficiens remissionem venialium, est Deus, qui gratuito nos abluit propter merita, & satisfactionem Christi; & causa formalis est gratia à Deo donata, iuxta eius voluntatē, & dispositionem, quam in nobis causat. Et loquendo quidem de causa formali tollente inordinationem aliqua auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturam inordinate amatā causa est contritio, quæ est conuersio, & charitas, quæ est ordo amoris. Loquendo vero de causa tollere offensam causa est amicitia, & auxiliū gratiæ: quia ut ait D. Tho. in 4. dist. 16. q. 2. a. 1. q. 3. ad 3. *Pœna etiam omnis offensæ non tollit, nisi ab eo in quem peccatum commissum est, acceptetur: nec acceptari potest, quia diu inimicitia ad ipsum manet.*

Dico quarto, contritio perfecta quæ se extendit ex parte obiecti ad peccata venialia, sufficit ad eorum remissionem extra Sacramentum. Ita D. Thomas art. 1. ad 3. & art. 2. in corpore, & ad 3. & art. 3. corp. & ad 1. & 3. Et in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 4. ad tertium ait, quod secundum quantitatem feruoris, est quantitas remissionis: & ideo secundum quod per ista maior, vel minor concitatur, qui de pluribus, vel paucioribus, implicite ad minus, contritionem contineat, secundum hoc plura, vel pauciora venialia dimittuntur: & non omnia semper. Et q. 7. de Malo art. 1. 2. ad 4. admittit S. Thomas quod potest esse tantus feruor dilectionis, quod sufficit ad totius pœnæ remissionem.

18 Quod conclusio hæc est certa, & in ea omnes conueniunt, notat Lugo disp. 9. sec. 2. n. 16. & quod ratio est clara, quia si contritio de mortalibus est sufficiens dispositio ad eorum remissionem, a fortiori idem dicendum est de venialibus, quorum remissio facilius est, sicut offensa est leuior. Imò non est offensa simpliciter, sed solum secundum quid. Vnde D. Thomas q. 7. de Malo art. 2. ad 10. ait, quod peccatum veniale, cum non importet auersionem proprie loquendo non habet rationem offensa.

§. III. Quo modo contritio sit causa remissionis peccati venialis.

19 **H**inc tamen nascitur difficultas in quo genere causa contritio sit causa remissionis peccati venialis quoad culpam?

Multi affirmant solum causare moraliter, vel per modum meriti, vel per modum satisfactionis de condigno, vel solum de congruo, vel per modum dispositionis. Azor to. 1. lib. 4. cap. 10. q. 17. & Valentia hic q. 4. puncto 1. in fine probat: quia Scriptura, & Patres, & Concilia de omnibus peccatis docent, remitti nobis gratis: & ideo petimus, *Dimitte nobis debita nostra*, tanquam beneficium gratuitum, quod ex Dei misericordia expectandum est. Suarez to. 1. in 3. p. disp. 4. sec. 9. dixerat pœnitentiam hominis iusti valere per modum meriti, & satisfactionis de condigno ad remissionem peccati venia-

lis. Idemque docet hic to. 4. disp. 11. sec. 2. n. 23. & sec. 3. n. 10. in fine ait. Ex quo etiam probabilius censeo per huiusmodi actum a moris, & idem opinor de contritione, non tolli peccatum veniale formaliter tanquam performans physicam, sed dispositiue, sicut dixi de contritione respectu mortalium. Solum interuenit hic perfectius meritum, & satisfactio, scilicet, de condigno.

At vero Lugo disp. 9. sec. 2. n. 16. arguit inconuenientiam Suarez, qui ex vna parte ponit cōtritionem esse satisfactionem, & meritum condignum; & ex alia petit condonationem Dei, ut remittatur peccatum: quæ duo non coherent, quia offensa in tantum durat, in quantum offendens non satisfacit sufficienter, vel offensus non remittit: ergo eo ipso quod offensor satisfacit sufficienter, repugnat, quod intelligatur manere offensa in ratione offensa. Asserit ergo Lugo n. 19. & 20. contritionem solum esse dispositionem de congruo, siue consideretur per modum satisfactionis, siue per modum meriti. Vnde de facto peccata venialia non tolluntur per satisfactionem nostram condignam: sed per remissionem Dei, iuxta communem modum loquendi Patrum, qui de omnibus peccatis in vniuersum dicunt remitti à Deo. Vbi autem remissio est, non est satisfactio condigna. Ripalda lib. 4. de Ente super. disp. 97. sec. 3. n. 34. & 37. asserit contritionem, & alios alius esse condigne satisfactorios independenter a favore remissionis Dei: quia sunt æquales pro offensa leui. Caterum a n. 43 probat re ipsa iuxta præsentem prouidentiam nulla iusti obsequia satisfacere condigne pro offensa leui, quia peccata venialia iuxta præsentem prouidentiam delentur per remissionem, & condonationem Dei: ergo non per satisfactionem condignam esse efficacem: siquidem satisfactio condigna ex se efficax non dat locum remissioni Dei. Deleri autem peccata per Dei remissionem, probat: quia eam petimus dum dicimus, *dimitte nobis debita nostra*. & 1. Ioa. 1. diximus comprehendere venialia iustorum: & de eis dicitur quod post pœnitentiam & confessionem à Deo dimittuntur. Secundo, quia totus valor condignus obsequiorum iusti de facto acceptatur à Deo in remunerationem præmiij, & exhauritur totus augmento gratiæ, & gloriæ: quod ei prouidetur. Ergo nullus reliquitur, quo

quo iustus condigne pro offensa leui, eam que efficaciter extinguat absque remissione Dei.

20 Nihilominus omnino asserendum est cum cōmuni sententia, contritionem causare remissionem venialium, non solum per modum causæ moralis satisfactoriæ de condigno, sed etiam per modum formæ physicæ, & causæ formalis. Ita de sumitur manifeste ex D. Thoma tota hac q. & q. 7. de Malo & in 4. Sent. verbis relatis concl. 3. & 4. Item indicant Durandus in 4. dist. 21. quæst. 1. num. 5. Expressius supponit Paludanus dist. 16. quæst. 1. a num. 27. vsque 35. sustinens quod contritio delet effectiue venialia: quia peccatum veniale remittitur per contritionis motum. Cum ergo anima charitate informata sit causa efficiens motus contritionis: quia ipsum elicit: videtur quod anima charitate formata mediate motu contritionis sit causa efficiens remissionis peccati venialis, ut arguit num. 28. & approbat num. 33. & 35. Soto dist. 15. quæst. 2. art. 1. §. *Secunda conclusio*, & §. *Sed nihilominus*. Et art. 2. ad 1. Petrus Soto lect. 18. de pœnitentia, §. *Secunda propositio*: vnde non videtur eum legisse, qui ei contrarium tribuunt: quia ut notat Vazquez art. 3. dubio 1. nu. 24. Solum docuit contra Scotum, & alios non posse fieri remissionem venialis ex proprijs viribus; sed necessario fieri debere ex auxilio gratiæ.

Sequitur ipse Vazquez quæst. 87. artic. 1. dub. 1. numer. 16. & 22. & 25. & dub. 2. num. 10. & 15. & art. 2. num. 31. & art. 3. dub. 1. num. 5. & num. 23. excelsit censurans oppositam sententiam, vocans *periculosam*: quoniam sic sequitur dilectionem, & contritionem de se non fati mutare mentem nostram a peccato veniali. In proprijs terminis conclusionem docent Nuisio quæst. 87. art. 2. dub. 2. §. *In ista difficultate*, in fine pagina 144. colum. 2. Ex professo Auersa quæst. 4. sec. 1. Quinque argumentis probans. Sed quia præcipua procedunt ex sententia ipsius 1. 2. quæst. 86. sec. 2. quod peccatum habituale veniale aliud non est, quam denominatio sumpta ab actu commisso, & non sufficienter retractato, qui reliquit hominem ordinatum ad integram pœnam debitam ipsi culpæ veniali. Sed hæc denominatio formaliter tollitur per actum pœnitentiæ: non quidem quantum ad illam partem, quæ dicit hominem fe-

esse actum inordinatum; quia hæc denominatio prorsus tolli non potest. Sed quantum ad alteram partem, quæ dicit eum actum non fuisse sufficienter retractatum: tollitur enim per ipsam retractationem: quæ sit sufficiens, & efficax, tum quantum ad actum ipsum, tum etiam quantum ad coniunctionem gratiæ sanctificantis.

21 Sed quia supponit fundamentum iam in præcedentibus reiectum, quamvis à Vazquez admissum: ideo in illo inniti non possumus. Prior ergo pars probatur: *Ille proprie* (& de condigno) *satisfacit pro offensa, qui exhibet offensa, id quod æquè, vel magis diligit, quam oderit offensam*, ut ait D. Thomas 3. part. quæst. 48. art. 2. Et patet ex his, quæ interueniunt in humanis satisfactionibus. Et constat ex diffinitione satisfactionis, quam ex doctrina S. Anselmi lib. 1. *cap. Deus homo* cap. 11. assignat D. Thomas in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 1. & quæst. 2. & art. 5. quæst. 1. *Satisfactio est iniuriæ illatæ recompensatio*. Vnde sicut iniuriæ illatæ immediatè ad inæqualitatem iustitiæ pertingebat; & per consequens ad inæqualitatem amicitiae oppositam: ita satisfactio directe ad æqualitatem iustitiæ perducit, & ad æqualitatem amicitiae ex consequenti. Sed contritio hominem Deo reconciliat, & offensa ablatio est amicitiae restitutio: ideoque illa ultimo disponit ad infusionem gratiæ, & charitatis: si ergo ex parte obiecti se extendat ad illud, quod leuiter amicitiam læsit, etiam quoad illam partem, valet inæqualitatem tollere. Ergo offensam venialem moraliter extinguit.

Secundo, ideo purus homo non potest ex iustitia, vel secundum omnimodam æqualitatem quantitatis mathematicæ, Deo satisfacere pro sua culpa mortali, propter infinitatem peccati, ut docet D. Thomas 3. part. quæst. 1. art. 2. ad 2. & in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 2. ad 1. & nos iterum agendo de satisfactione. Sed peccatum veniale non habet infinitatem; quia hæc consequitur auersionem simpliciter: & veniale proprie loquendo à Deo non auertit, ut notat D. Thomas quæst. 7. art. 2. ad 10. Ergo nil verat, quod ex auxilio gratiæ possit iustus pro suo veniali de condigno satisfacere.

22 Secunda pars probatur ratione D. Thomæ hic art. 1. & quæst. 7. de Malo art. 11. illa forma est remittiva, & de

facto remittens peccatum, quæ formaliter illud excludit, posita in subiecto, & habens impossibilitatem cum illo. Sed actus charitatis, & contritionis est huiusmodi respectu maculæ peccati venialis: si quidem ponit aliquid tollens ablationem impediendi extensionis, & exercitij charitatis: quod impedimentum posuerat peccatum: ergo est forma expulsiua illius. Vel aliter. Remissio culpæ fit per coniunctionem hominis ad Deum, à quo aliquo modo separatur culpa. Sed omnem auersionem, & inordinationem quam facit culpa venialis, potest reparare contritio si terminetur ad detestandum specialiter illud quod ponebat obstaculum, & aliquo modo animum diuertebat ne expedite in Deum tenderet: ergo est forma peccatum veniale expellens.

Tertio, sicut in naturalibus lux expellit tenebras, & mortem vitam; & contraria contrarijs curantur; ita in anima, cum mortua est per peccatum mortale, non viuificatur nisi per gratiam; & cum est auersa ab ultimo fine, non conuertitur nisi contritione, & charitate, & cum infirmatur peccato mortali tollente virtutes, non sanatur, nisi gratia, & virtutes restituuntur. Et in his omnibus causa formalis datur vitam, & mortem, & tenebras animæ expellens est gratia; & contritio tollit, & retractat voluntariam auersionem: & gratia, & virtutes sanant, & renouant animam, & suo decori restituunt. Peccatum autem veniale non est, nec tenebra, nec auersio, nec infirmitas simpliciter: sed solum obnubilatio, & digressio, & inordinata dispositio. Ergo formaliter curatur solo exercitio charitatis, & penitentia. Quæ ratio sumitur ex D. Thoma in 4. distinct. 16. quæst. 2. art. 1. quæst. 2. ad 1. dicente, quod remissio venialis non comparatur proprie loquendo sanationi: quia infirmitas, quæ per sanationem curatur, destitutionem virtutis importat. Non autem est aliqua destitutio, vel debilitatio virtutis spiritalis in culpa veniali: *Sed solum dispositio ad virtutis destitutionem.* Et ad 3. docet, quod peccatum veniale, quamuis Deo displiceat, quia inordinatum est; non tamen facit peccantem Deo displicentem: quia non auferretur claritas gratiæ; *sed quodammodo obnubilatur, in quantum eius profusus ad exteriora impeditur: & ideo S. Gregorius dicit, quod peccatum*

veniale obnubilatur: sed mortale obtenebratur.

23 Denique vtraque pars stabilitur, non solum soluendo, sed retorquendo argumenta contraria. Duplici titulo verificatur quod iustificamur gratis, & per fidem: & quia nulla merita precedunt: & quia ipsæ dispositiones non sunt ex nobis, & per vires naturæ, sed ex auxilio gratuito Dei. Vnde D. Thomas ad Rom. 3. loc. 3. ad illa verba ver. 22. *Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, ait: Dicitur autem iustitia Dei esse per fidem Iesu Christi, non ut quasi per fidem mereatur iustificari, quasi ipsa fides ex nobis existat, & per eam mereamur Dei iustitiam (sicut Pelagiani dixerunt) sed quia in ipsa iustificatione, qua iustificamur à Deo, primus motus mentis in Deum est per fidem: Accedentem enim ad Deum oportet credere, ut dicitur ad Heb. 11. Vnde & ipsa fides, quasi prima pars iustitiæ, est nobis à Deo. ad Ephes. 2. Gratia est: saluati per fidem.* Et secundam rationem tangit D. Thomas exponendo ver. 34. *Iustificari gratis, id est, absque merito precedentium operum.* Et vtraque ratio canonicata est in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 8. *Quælibetque teorsum sufficit ut Dei gratiæ attribuamus remissionem peccatorum mortalium.* Cum ergo remissio venialium non fiat nisi per usum gratiæ, qui fit per auxilium supernaturale: & contritio non minus sit donum Dei, quam fides. Vnde idem Conc. sess. 6. de iustificatione canone 3. prauentem inspirationem Spiritu Sancti, & eius adiutorium æque requirit ad credendum, sicut ad penitentium sic ut oportet. Ideo simul verificatur quod venialia dimittantur per remissionem Dei, & per auxilium gratiæ, & per actum contritionis, qui gratiæ, & auxiliij est effectus.

24 Secundo retorqueo argumenta, quia auctores omnes, quos impugnamus, non negant, nec negare possunt iustos posse satisfacere de condigno pro peccata temporali debita pro peccatis mortalibus, & venialibus iam dimissis quoad culpam: alioquin incident in propositionem 77. datam à Pontificibus contra Michaelem Baiunum: *Satisfactiones laboriosa iustificatorum non valent expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatum.* Et tamen iusti qui nullum habent mortale, nec veniale non dimissum quoad culpam, vere possunt petere pro dimissione reatus

per-

penæ, *Dimitte nobis debita nostra: & in illis verificantur illa verba.* 1. Ioannes 1. siquidem ut notat D. Thomas 3. p. q. 79. art. 4. ad 2. *illud verbum non est intelligendum quin aliqua hora possit homo esse absque omni reatu peccati venialis: sed quia vitam istam sancti non ducunt sine peccatis venialibus.* Quod etiam notat D. Thomas in 3. dist. 1. in expos. lit. & in 4. dist. 12. q. 2. a. 2. q. 1. ad 1. & dist. 21. q. 2. art. 1. ad 4. & q. 7. de Malo art. 12. ad 4. De ista que satisfactio verificantur verba Concilij Tridentini sess. 14. cap. 8. dicentis. *Neque vero ita nostra est satisfactio hæc quam pro peccatis nostris exolumus, ut non sit per Christum Iesum: nam qui ex nobis (2. Cor. 3.) tantumquam ex nobis, nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo vnde gloriatur (1. Cor. 1. & 2. Cor. 10. & Galat. 6.) Sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos penitentia (Matthæi 3. & Lucæ 1.) qui ex illo vim habent, ab illo offertur Patri, & per illum acceptantur a Patre.* Fructus autem dignos penitentia facimus, contritionem habendo de omni culpa, etiam veniali: & pro illa, & pro peccata satisfaciendo. Ergo est operatio nostri, & Christi, & Dei gratiæ.

25 Eodem sensu idem Concilium sess. 6. cap. 5. de homine penitente dicit: *Neque tamen sine gratia Dei moueri: sed ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit: vnde in sacris litteris, cum dicitur Zachariæ 4. & Ioelis 2. Conuertimini ad me; & ego conuertar ad vos libertatis nostræ ad monemur: Cum respondemus Threnæ 5. in fine, orat. Hier. & cap. 31. Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur: Dei nos gratia perueniri consistemur.* De quo D. Thomas 1. 2. quæst. 109. art. 6. ad 1. Et optime idem Concilium Tridentinum, sess. 6. cap. 16. inter alia, ait: *Quæ enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhaerentem iustificamur; illa eadem Dei est; quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum.* Patiter dicendum de usu gratiæ, quo obrinetur venialium remissio. Ergo venialium remissio oritur ex gratia data gratis, & fit auxilio gratiæ. Petimusque a Deo ut dimittat nobis debita nostra mortalia, & venialia: concedendo nobis auxilia ad veram penitentiam.

26 Ad argumentum ex ratione iam responderat Coninch disp. 2. dub. 14. ad 1. nu. 126. omni operi non respon-

dere nisi vnum præmium adæquatum, quando præmia sunt eiusdem rationis, & eadem ratione alicui actui promittuntur: tecus vero si præmia sint diuersæ rationis, & diuersa ratione actibus promissa. Nā sicut per eundem actum possum satisfacere debito, verbi causa, iustitiæ, & gratitudinis; sic possum etiam mereri diuersa præmia. Sic videmus etiam apud homines mercenarium diligenter herosuo seruiendo mereri, & quotidianum stipendium, & maiorem ipsius gratiam, & abolutionem aliquorum defectuum, quibus eum ante offenderat. Quod maxime verum est, quando vnum præmium est necessarium ad alterius consecutionem sicut remissio peccati venialis est necessaria ad consecutionem gloriæ. Nam (sicut notat Auerſa sicut homo iustus potest de condigno satisfacere pro peccata temporali, relicta ex culpa remissa; ut ex communi sententia, & auctoritate Tridentini fatetur idem Lugo disp. 24. sec. 1. non obstante quod adæquate compenſentur per mercedem gloriæ; ita etiam poterit stare, ut condigni satisfaciat pro veniali peccato. Et ratio communis est: quia homo iustus, cum sit vere dignus gloriæ, potest etiam de condigno remouere impedimenta retardantia ab ingressu gloriæ: huiusmodi est peccata temporalis exoluentia; & sic etiam culpa venialis expianda.

27 Ex dictis sequitur primo, verum esse, id quod notat Vazquez. 1. 2. disp. 206. & hic q. 87. ar. 1. nec de potentia absoluta, vllum peccatum, etiam veniale, remitti posse sola Dei extrinſeca voluntate condonantis illud: sed necessariam esse mutationem illius retractatiuam, vel formaliter, vel virtualiter. Et in peccato veniali hoc est clarius: quia effectus formalis non potest nisi a forma, vel alio æquiualeenti præstari. Vnde D. Thomas in 1. dist. 17. q. 1. ar. 2. dicit, quod sicut non potest intelligi quod paries sit albus sine albedine inherente: ita non potest intelligi quod anima sit bona in esse gratuito sine charitate, & gratia informante ipsam. Et ad 1. loquendo de operatione Spiritus Sancti, mouente voluntatem in opus dilectionis: docet, quod ad hunc effectum, qui est operatio, est medium charitas in ratione causæ efficientis: siue sit charitas transiens, siue per manens qualitas; quæ voluntas præcedens retractatur, & eius inordinatio auferitur: & hæc est forma expellens veniale.

28 Sed opponit Suarez quest. 87. in Commentario art. 1. num. 2. conuersionem illam sufficienter tolli per cessationem ab actu, & ab omni proposito formali, & virtuali. Nam causa peccati intrinseca, & quasi formalis, est ipse actus, seu voluntarius: & de ista solum verificatur propositio D. Thomae hic art. 1. *Manente causa, manet effectus.* Ergo si hec causa tollatur per cessationem, poterit tolli effectus sine interuentu poenitentiae. Quia nihil v. detur repugnare, Deum habere culpam solum habitualiter manente: quia transacto actu peccatoris, nihil manet, quod necessario illam habitualem maculam conferuet. Et ideo potest Deus illam auferre, ipso peccatore nihil cooperante resistente. Ratio autem D. Thomae vim habet secundum potentiam ordinariam: quia Deus nullum actuale peccatum remittit sine conuenienti cooperatione, & dispositione.

Sed deficit primo, quia non distinguit peccatum habituale ab actuali: nec permanentiam moralem, à permanentia physica. Secundo, eius argumentum sibi obijcit & soluit S. Thomas. 1. 2. q. 86. art. 2. ad 1. & responderet quod post actum peccati nihil potius remanet in anima, nisi dispositio, vel habitus: remanet tamen aliquid priuatiue, scilicet priuatio conuersionis ad diuinum lumen: perfecta, in mortali, & imperfecta, in veniali, vt hic exponit art. 1. Tertio, si nil remanet, ergo nec de lege ordinaria erit opus poenitentiae: sed sufficit cessatio ab actu. Quarto ibi ad 2. notat D. Thomas quod remoto actu peccati non remanet anima in eadem habitudine ad Deum: & ad 3. quod sicut cessante motu locali, non tollitur distantia localis: ita nec cessante actu peccati, tollitur macula. Ergo vel contritio, vel aliquid aequiuale necessarium debet consistere, vt deordinatio reintegretur, & anima se habeat in priore conuersione, & habitudine, à qua erat aliquo modo separata per peccatum. Et cum ipse Suarez disp. 1. sec. 1. conc. 1. ex professo probet ex veniali peccato manere moralem culpam; non video quomodo in commentario assumat, quod nihil manet: & ideo sine intrinseco potest auferri? Quamuis autem Vazquez 1. 2. disp. 207. cap. 4. affirmet implicare contradictionem peccatum veniale ab ipso peccatoris actu deleri. Id tamen merito impugnat Lorca disp. 41. de gratia in fine, quia difficiliorem facit remissionem peccati venialis quam mortalis, quod deleri potest

absque proprio actu. Et tamen durum videtur hoc admittere. Et quia certum est veniale peccatum per Sacramentum sola attritione remitti. Qualiter autem sine actu possit esse mutatio intrinseca per gratiam sufficiens vt veniale deiciatur: ibi declarat, & etiam exponit Montes. 10. 2. in. 1. 2. disp. 33. q. 6. & infra exponemus.

29 Sequitur secundo, quod vnum peccatum veniale potest dimitti sine alio. Quod probat D. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. q. 2. In primis, quia maioris gratiae est remissio mortalis peccati, quam venialis. Sed vnum peccatum veniale manens fixum in corde, non impedit remissionem mortalis peccati. Ergo multo minus impedit remissionem alterius venialis.

Et quia ea, quae non habent connexionem ad invicem, vnum potest auferri sine altero: sed quae habent aliquomodo connexionem, vnum non potest sine alio auferri. Peccata autem mortalia, quamuis non habeant connexionem ex parte conuersionis; habent connexionem ex parte auersionis: quia ab vno in commutabili bene auertunt. Et ideo vnum sine alio remitti non potest; cum remissio culpae magis respiciat per oppositum auersionem, quam conuersionem: quia culpa remittitur secundum restitutionem ad illud, à quo culpa separauit. Venialia autem non habent connexionem, neque quantum ad conuersionem, neque quantum ad auersionem: quia in eis nulla est auersio à fine (simpliciter, & proprie): & si sit aliquis defectus in actu eorum, quae expediunt ad finem: & ideo potest vnum veniale sine alio dimitti. Admonet autem solutio ad 2. quod peccatum veniale non dicitur esse maioris adhaerentiae, quam mortale, quasi ex parte sua firmiter in anima maneat: sed ex parte nostra, quia peccata venialia non ita facile debemus sicut mortalia, ad quae dimittenda ex necessitate obligamur. Rursus aduertit D. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. q. 3. quod quaedam venialia sunt maioris adhaerentiae, quam alia, secundum quod affectus magis ad ea inclinatur, & fortius in eis figitur. Additque idem D. Thomas in 4. dist. 33. q. 1. art. 3. q. 2. ad 1. quod frequenter homo, qui non vitat peccatum mortale, vitat aliquod peccatum veniale, ad quod non habet tantum incitamentum. Et ita etiam Iudas Genes. 28. mendacium vitauit, fornicationem non vitans. Quamuis illud

mendacium permissum fuisset, iniuria habens annexam; si promissum non reddidisset.

30 Tertio ex dictis q. 86. apparet peccatum veniale quoad culpam non posse remitti per partes. Vnde Auersa q. 4. sec. 1. §. Quinto rursus, ait. At vero quantum ad culpam, admittit etiam Lugo disp. 8. sec. 2. de potentia Dei absoluta per modum condonationis extrinsecae, posse etiam remitti solum ex parte: licet id non fiat de facto, nec fieri possit per modum satisfactionis ab ipso homine. Sed simpliciter non apparet quomodo remissio culpae venialis fieri possit partialiter, nisi per ordinem ad poenam: vt iam circa remissionem mortalium q. praecedenti sec. 9. dicebamus. Et magis ex modo remissionis horum peccatorum insequentibus apparere debet. Haec ille.

31 Et Nuño q. 87. art. 2. §. Remissio peccati, tertiam rationem sic proposuerat contra Scotum. Sequitur ex opposita sententia, quod peccatum veniale tollatur per partes: *consequens est nimis absurdum.* Ergo & illud ex quo sequitur. Probatur sequela. Secundum oppositam sententiam, idem est auferri peccatum, & auferri obligationem ad poenam: sed obligatio ad poenam auferatur per partes sicut & poena ipsa: ergo etiam peccatum. Licet autem loquatur de facto, cum nec de possibili peccatum possit auferri pura extrinseca condonatione, consequens est vt simpliciter repugnet peccatum veniale quoad culpam per partes auferri: licet poena successiue, & per partes de facto auferatur per satisfactionem.

§. IV. An vt venialia deleantur extra sacramentum formalis exigatur contritio.

32 Sed restat praecipua difficultas, vtrum, vt deleantur venialia extra Sacramentum, exigatur formalis contritio?

Multi negant: licet non conueniat in explicando quid sufficiat: Scotus in 4. dist. 21. q. 1. lit. E. ver. *Si iste modus*, ait. Potest dici alio modo, quod peccatum veniale in ista vita remitti potest non tantum per poenam interiolem, vel exteriori: quia illa non est necessaria ad hoc

sed per aliquem actum Deo magis acceptum quam peccatum veniale displicet. Et hoc vel relatum ab ipso operante ad hoc peccatum veniale remittendum, vel non relatum ab ipso, sed à Deo acceptante in ordine ad illud. Delgado illo cap. 7. dub. 1. n. 5. Gabriel in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. conc. 4. ait. Non solum per actum duplicitatis; sed per omnem actum meritorium veniale peccatum remittitur Maxime dum ad eius remissionem ordinatur. Probatur conclusio, quia omnis actus meritorius est satisfactorius poenae temporalis, vt dixerat in 1. art. Haec autem respondet peccato veniali: ergo & peccati venialis. Tenet consequentia, quia nunquam remittitur poena peccato debita, manente ipso peccato. Ideo opus bonum, quod remittit poenam, remittit peccatum, cui debetur poena, si prius non fuerit dimissum. Idem dicit art. 3. dub. 3. Sequitur Maior ibi q. 1.

Ioanes de Medina Codice de Poenitentia 1. q. 3. §. *Oppositum*, asserit quod non est necessarium de venialibus poenitere: quia vel id esset necessarium necessitate praecipi. Et hoc non, quia auctoritates Scripturae, ex quibus videtur praecipi necessitas colligi, non de venialibus, sed de mortalibus procedere videntur: quando quidem comminationes, quae in Scriptura contra non poenitentes scribuntur; iocum inuenialibus habere non possunt, vt suppono. Vel esset id necessarium necessitate suppositionis, scilicet ad finem reordinandi voluntatem: vel ad finem consequendi eorum remissionem: vel ad finem satisfaciendi Deo pro huiusmodi offensis, & coetera. Non primum, quia voluntas aliter potest reordinari, quam de venialibus poenitendo. Non secundum, quia venialia aliter possunt remitti, etiam in hac vita, quam per poenitentiam: cum ex communi doctorum sententia, multa sint remedia spiritualia, & ecclesiastica, per quae venialia remittuntur. Non etiam tertium, quia, vt supra dicebatur, nihil est necessarium ad satisfaciendum Deo pro peccatis, nisi quod Deus ipse offensus loco satisfactionis exegerit: cum igitur de venialibus non exigat à nobis poenitentiam: sequitur, &c. Adde quod transiente actu peccati venialis, nil in peccatore relinquitur, nisi reatus poenae temporalis: hac igitur in se, vel aequiualeuti soluta, manet homo liber à peccato veniali. Haec Medina Complutensis Doctor. Attritionem sufficere, docent Ioseph

seph Angles de poenit. art. 4. dif. 5. dicēs, quod vt per attritionem venialia remittantur, debet esse specialis attritio venialium. Azor lib. 4. Inst. Moral. cap. 10. q. 13. tomo 1. & Suarez disp. 11. sec. 3. n. 11. ait, probabile est venialia peccata tolli per solam attritionem; imo, & per contrarium propositum; vel per actum virtutis repugnantem aliquo modo veniali peccato, & excludentem complacentiā illius. Refert S. Aug. S. Thomam, & Paludanum; sed nullus id docet, vt dicenda monstrabunt. Approbat tamen quod Marianus Victor de confessione cap. 10. ait tolli hæc peccata per quemlibet actum religionis, quo aliquis intendit placere Deo. Et n. 19. dicit Suarez sufficere actum orationis quo quis petit veniam de venialibus ex affectu illis carendi vel formale propositum non committendi venialia. Tandemque n. 21. dicit probabile quemlibet actum meritorium relatum ab operante ad hunc effectum obtinendi Deo remissionem venialis peccati, mereri, & obtinere illam: quia ille actus sub illa intentione factus, includit virtutem displicentiam venialis peccati: & alias qui sic operatur, vere meretur apud deum de condigno: ergo verissimile est obtinere illum effectum. Rationem assignauerat: quia hæc venialia sunt leues offensiones: & sæpè sunt imperfecte voluntaria. Et aliunde gratia, quæ in persona supponitur, dat magnum valorem his actibus; qui etiam aliquo modo mutant voluntatem, & auertunt illam à priori defectu. Ergo verissimile est hoc satis esse ad consequendam huiusmodi remissionem. Vnde in particulari attritio in hoc excedit, quod est formalis dolor, & auersio à priori culpa: & quævis non sit ex summo motiuo, gratia id supplet.

Sequitur Granada controu. 7. de poenit. tract. 4. disp. 1. a n. 5. vsque ad 10. Filii iusto. 1. tract. 6. cap. 5. q. 7. Castus Palauus to. 4. tract. 23. puncto 2. a n. 8. Trullench. lib. 4. Praxis fact. cap. 2. dub. 3. n. 4. & 6. Villalobos to. 1. tra. 9. dif. 16. n. 5. Delgadillo de Poenit. cap. 7. dub. 1. n. 3. Ripalda lib. 4. de ente supern. disp. 97. sec. 4. dicens n. 61. per poenitentiam virtualē se intelligere, amorem cuiusque virtutis cum quo affectus actualis peccati componi repugnat. Et n. 63. asserit per huiusmodi obsequia iusti tolli omnia peccata venialia; si poenitentia ad omnia extendatur.

33 At vero Valentia hic q. 4. pun. 13.

Itaque attritio, ait non omnem attritionem sufficere: sed non propterea requiri perfectam contritionem; sed sufficere dolorem de venialibus propter Deum formaliter, vel virtualiter dilectum, quævis non super omnia.

Coninch autem disp. 2. dub. 14. n. 125. asserit, crediderim per attritionem in sacramento non semper remitti omnia, & si ad omnia se extendat. Probat quia longe maius Dei beneficium est remissio multorum & grauium peccatorum venialium, quam remissio paucorum, & leuium. Ergo cum meritum debeat esse proportionatum premio, non omne meritum, quod sufficit ad vnum, non sufficit etiam ad aliud: & consequenter fieri poterit vt peccata venialia sint tam multa, & tam grauia, & attritio tam remissa, vt non sit sufficiens ad remissionem omnium.

34 Alio fundamento idem probat Lugo disp. 9. sec. 2. n. 29. dicens. Hanc conclusionem probat mihi fundamentum Vazquez: nam si posita attritione, statim tollitur culpa venialis: ergo per sacramentum poenitentiae nunquam remittitur culpa venialis: iam enim supponeretur remissa per attritionem præcedentem. Respondet Suarez sec. 3. n. 18. Non censo igitur vllum in conuicium, quod peccatum veniale, quando de illo fit confessio nunquam irat ollatur per absolutionem, quin sit iam prius expulsus per attritionem: quia hoc est per accidens: & tollitur simul eum mortalibus in homine tantum attrito. Sed hoc (inquit Lugo) videtur esse contra sensum fidelium, qui ad obtinendam eorum remissionem vtuntur remedio frequentis confessionis venialium. Quas & reconciliationes vocat ergo concipiunt omnes valere ad remittendam offensam: reconciliatio enim est formalissime remissio offensæ.

§. V. Ad remissionem venialium efficax, & supernaturalis exigitur poenitentia.

35 **D**ico tamen primo, ad remissionem venialium necessaria est aliqua poenitentia, efficax, & supernaturalis. Est communis Theologorum, si Ioannem Medinam excipias, vix alium

expresse contradicentem reperias, quamvis Scotus videatur ei viam sternere. Est doctrina S. Augustini epistola 48. ad Vincentium in fine, & refertur cap. Neminē 43. de Penitentia dist. 1. vbi ait. *Nec quemquam putes ab errore ad veritatem; vel à quocumque, seu magno, seu paruo peccato ad correctionem sine poenitentia posse transire.* Epistola etiam 108. quæ inscribitur. *Religiosissima, & in Christi dilectione honoratissima famule Dei Seleuciana:* Cum præmississet functione peccatoris, & oratione domini ea dimitti peccatis, illis verbis: *Est etiam poenitentia honorum, & humilium fidelium poenitentia quotidiana, in qua peccata tundimus, dicentes, dimitte nobis, & cætera:* postea exponit quatenus hæc profint ad deletionem, quatenus coniunguntur, & sunt signa interioris Poenitentiae: quia hæc facientes, & dicentes: *Manifestamus habere nos quod nobis dimittatur; atque in ijs verbis humiliter animas nostras, quotidianam quodammodo agere poenitentiam non cessamus.* Similiter in Enchiridio ad Laurentium cap. 71. cum docuisset oratione dominica expiari leuiora peccata, modum quo id fiat, exponens subiungit. *Delet & illa, à quibus vita fidelium scelerate etiam gestis, sed poenitendo in melius mutata discedit.* Peccatum ergo poenitentiam, qua mutemur, & veniam consequamur, cum delicta nobis dimitti imploramus.

36 Quod Deus veniam non concedat, etiam venialium, sine poenitentia; probat S. Augustinus enarratione in Psal. 58. ad illa verba: *Non miserearis omnium qui operantur iniquitatem,* inter alias dicens. *Iniquitas omnis, parua, magnaue sit, puniatur necesse est: aut ab ipso homine poenitente; aut à Deo vindicante.* Nam & quem poenitet, punit se ipsum. Ergo fratres puniamus nostra peccata, si quarimus misericordiam Dei. *Non potest Deus miseri omnium operantium iniquitatem quasi blandiens peccatis, aut non eradicans peccata. Prorsus, aut punit, aut punit. Vis non punit? Punit tu! Nam & illud fecisti, quod impunitum esse non possit.* Loquitur expresse etiam de iniquitatibus paruis.

Vniuersaliter idem docet in Psal. 50. ad illa verba: *Et à delicto meo munda me.* Rursus ad illa: *Ece enim veritatem dilexisti, id est, impunita peccata eorum, etiam qui bus ignoscis, non reliquisti. Veritatem dilexisti, sic misericordia, prope rogasti, vt seruares, & veritatem. Ignoscis, confitenti ignoscis; sed se ipsum punienti. Ita seruaetur misericordia, & veritas: misericordia, quia homo libe-*

ratur; veritas, quia peccatum punitur. Super Psal. 44. exponens illud: *Virga directionis est virga regni ipsius.* Sed non potest vt non punitur peccatum. *Puniendum est peccatum, nisi puniendum non esset, nec peccatum esset. Punitur illum, non vis vt ipse puniat, tu punit.* Quæ ratio frequentissima est apud S. Augustinum. Ex quo S. Gregorius lib. 9. Moralium cap. 27. ad illa verba Iob. 9. *Sciens, quod non parcere delinquenti.* Et lib. 4. cap. 21. ad illa verba Iob cap. 3. *oculorum cum caligo:* ait. *Sed quia nihil peccatum Dominus inultum relaxat, aut enim nos flendo insequimur, aut ipse iudicando reseruat.* Quod latius prosequitur lib. 26. cap. 18. ad illa verba cap. 35. *Nunc enim non infert furorem suum, nec obloquitur valde scelus.* Inter alia dicens: *Peccata quippe nequaquam diuina, seueritas inuita remanere permittit: sed iram iudicij a nostra hic correctione inchoat, vt in reproborum damnatione conquiescat.* Rationem assignat D. Thomas ibi in fine primæ lectionis: *Quia in presenti vita non punit Deus secundum quod exigit gratias culpe: quia poenitentia presentis vite sunt ad correctionem: & ideo illos, quo correctione indignos iudicat, futuræ damnationi reseruat.* Et S. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 2. q. 3. ait. *Culpa non potest ordinari nisi per poenitentiam, quia Deus nihil inordinatum relinquit: ideo nunquam culpam sine poenitentia dimittit.* & in 4. dist. 1. q. 2. art. 4. q. 3. & in 3. dist. 22. q. 2. art. 2. q. 2. Auctor etiam libri de vera, & falsa poenitentia cap. 8. in appendice tomi 4. operum S. Augustini, idem expresse docet his verbis. *Est enim poenitentia assidue peccantibus assidue necessaria. In multis enim offendimus omnes. Iaco. 3. ver. 2. Quæ quotidie remittuntur, si semper deplorantur.*


37 Præterea est auctoritas ipsius S. Augustini lib. 50. homil. in 27. cap. 2. quæ alias inscribitur, *de utilitate agenda poenitentiae*, vbi ait. *Est alia quippe quotidiana.* Et vbi illam ostendimus poenitentiam quotidianam? *Non habeo vbi melius ostendam, quam in oratione quotidiana, vbi Dominus orare nos docuit, & quid ad Patrem dicamus ostendit: & in his verbis possit: Dimitte nobis debita nostra. Quæ debita fratres? Quando quid debita hic intelligi non possunt nisi peccata.* Et infra. *Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus: Constituit medicinam, firmavit pactum.* Hanc auctoritatem D. Augustini affert S. Thomas hoc art. 1. subsumens. *Quæ frustra esset, si sine poenitentia peccata venialia possent dimitti. Videtur er-*

go quod peccata venialia non possint sine peccati dimitti.

Idem docet S. Thomas art. 1. in corpore: & expresse art. 2. ad 2. ait. *Quod peccatum veniale nunquam remittitur sine aliquo actu poenitentiae virtutis, explicito scilicet, vel implicito, ut supra dictum est.* art. 1. Idem docet ad 3. in fine, & art. 3. corpore, & ad 1. Expressius idem docet D. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 2. & q. 4. cor. & ad 2. & 3. & q. 7. de Malo art. 11. & 12.

38 Potissima probatio in hoc puncto petenda est ex Sacra Scriptura, ut docet Petrus Soto lec. 4. de poenitentia, quia cum remissio peccati ex divina pendeat remissione, ex Scriptura Sacra, in qua haec divina voluntas manifestatur, petenda est cognitio requisitorum ad remissionem peccati. Cum ergo tam saepe sacrae litterae doceant, quod peccata non remittuntur nisi agentibus poenitentiam, gratis, & sine fundamento ab ista generali regula venialium remissio excipitur: cum Scripturae loquutiones vniuersalissimae sint. Actorum 3. ver. 19. *Poenitentiam igitur conuertimini, ut deleantur peccata vestra.* Ezech. 18. *Conuertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris.* & alia similia adducta q. 86. dub. 3.

39 Rationes proportionabiliter eadem militant ac in peccato mortali: quia contraria contrarijs curantur. Et qui voluntarie est deordinatus, voluntarie reordinetur. Qui etiam propria culpa Deum offenderat, voluntaria poena ei satisfaciatur. Nec tam parua in hac vita exigitur satisfactio pro culpa, cui, adhuc postquam est dimissa, tam acerba poena in Purgatorio taxatur. De qua S. Augustinus super Psal. 37. ver. 1. afferens illud. 1. Cor. 3. *Ipsa autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem;* ait. *Et quia dicitur saluus erit, contemnitur ille ignis. Ita plane quamuis saluus per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam quicquid potest homo pati in hac vita.* Quod & profertur ser. 4. 1. de Sacrif. & S. Gregor. lib. 4. Dial. cap. 39. & in 3. Psal. poenitentialem. Et S. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. q. 3. probat, quod poena Purgatorij quantum ad poenam damni, & sensus excedit omnem poenam istius vitae.



§. VI. Quod ad remissionem peccati venialis extra sacramentum requiritur contritio, non formalis, sed virtualis: duabus conclusionibus ostenditur.

40 **D**ico secundo, ad remissionem peccati venialis extra sacramentum, non sufficit attritio, sed requiritur contritio. Ita S. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 2. in corpore dicens: *ideo peccatum veniale sine contritione non dimittitur, & ad 1. & 2. & q. 4. corpore: & ad 2. ait, quod sacramentalia. Sine contritione non delent peccatum veniale: sed dicuntur delere in quantum contritionem causant.* Ibi ad Anibaldum q. vnica art. 5. Probans: *Primo. Contraria contrarijs curantur.* Ergo ad tollendam culpam delectationis venialis, requiritur dolor ei contrarius: Propterea. Sicut intrinsecus peccatum committitur, sic & deletur. Sed non per gratiam infusionem intrinsecam: ergo per motum gratiae intrinsecum. Et sic per motum contritionis tollitur veniale: qui est motus gratiae. Tertio. Peccatum voluntarium non dimittitur sine hoc, quod voluntas ipsum peccatum detestetur: ideoque ad omnis voluntarij peccati remissionem, requiritur voluntatis a peccato auersio. Et haec in iusto est contritio, si sit actus perfectus.

Quod si opponantur. Minima contritio sufficit tollere omnia mortalia: ergo, cum distantia infinita sit inter veniale, & mortale, nulla contritio requiritur ad tollenda venialia. Respondet S. Thomas ad tertium de veniali, & mortali, dicens: *quod ex parte auersionis in infinitum distant: & ideo ad venialis remissionem noua gratia non requiritur; quia ei non contrariatur. Requiritur tamen aliquis nouus motus voluntatis informatae gratia: quia, & si gratiam non impediatur, tamen motum gratiae retardat: & ideo motui gratiae, sed non gratiae opponitur.* Idem docet D. Thomas in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. q. 3. & dist. 17. q. 2. art. 2. q. 3. ad 4. dicens: *ideo de venialibus etiam debet esse contritio, eo modo quo poenitentia, sicut supra, dist. 16. q. 2. ar. 2. q. 2. dictum est.* Et dist. 21. q. 1. ar. 3. corpore ait. *Culpa actualis, etiam venialis, non dimittitur sine actuali contritionis motu, ut supra dictum est.*

41 Rationem assignat S. Thomas q. 7. de Malo art. 11. quia peccatum non remissum, & ei imputatum, qui commisit, est in quantum per ipsum homo impeditur a consequutione vltimi finis, qui est beatitudo aeterna, a qua impeditur homo per peccatum. In peccato autem veniali paritur homo minorationem, & impedimentum per quandam indecentiam actus, quasi impedimento existente in ipso actu quo pergendum erat in finem: saluo tamen principio inclinans. Ad hoc igitur quod veniale non impuret nec impediatur, sed dimittatur quoad culpam: *Oportet quod tollatur impedimentum per aliquem fortem impulsum, repugnantem impedimento, quod erat appositum ex obiecto venialis.* Sicut graue, quod est impeditum ne perueniat deorsum, propter aliquod impedimentum occurrens, quo impeditur motus eius ne ad finem naturalem perueniat, tollitur per aliquem violentum motum remouentem ipsum obiectum. Sic ergo & veniale quantum ad culpam remittitur per feruorem charitatis. De quo ibi ad 3. & 4. & 5. & 9. & art. 12. ad 4. Efficacia huius rationis constat ex dictis de constitutio peccati habitualis venialis: & de causa formalis remissionis, quae potius est per contrarietatem, & incompatibilitatem, & retractationem voluntariam, quam per meritum, satisfactionem, & impetrationem: quamvis istae etiam rationes soleant coniungi in actu poenitentiae, contritionis, & charitatis.

42 Idem expresse docet Paludanus in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. conc. 2. n. 26. dicens. *Peccatum veniale non remittitur sine contritione, saltem implicita.* Dominicus Soto in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. §. *Ex ijs inferitur.* Petrus Soto lec. 18. de poenit. §. *Ex his merito.* Martinus Ledesma 1. p. Quarti q. 28 art. 1. dubio 10. Caietanus 3. p. p. q. 87. art. 1. in fine & art. 2. §. *Ad horum euidentiam, & art. 4. §. Ad haec.* Nuño 3. p. q. 87. art. 1. Araujo art. 2. dub. 1. conc. 2. Alexander Alensis 2. p. q. 106. memb. 8. §. 2. & §. 5. & 4. p. q. 15. membro 3. art. 4. §. 2. Richardus in 4. dist. 16. art. 5. q. 1. & dist. 21. ar. 3. q. 1. in corpore, & ad 1. Thomas de Argentina dist. 21. art. 2. & 4. Vazquez 3. p. q. 87. art. 1. dub. 1. n. 18. dicens *verissimam: & 1. 2. disp. 207. cap. 4. n. 25. ait.* Ego vero catholicam censeo doctrinam peccata venialia non remitti a Deo, nisi renouatione aliqua, & iustificatione interiori. Et ira existimo nunquam fieri sine vera contritione expressa, aut virtuali (ut

vocant) nempe in dilectione charitatis virtute inclusa remitti veniale extra sacramentum. Ludouicus Torres opusc. 6. disp. 11. dub. 2. Paulus Layman lib. 5. tract. 6. cap. 4. n. 14. Becanus cap. 32. q. 1. Pellantius 3. p. q. 87. art. 1. disp. 2. Lorca 1. 2. to. 2. disp. 41. de gratia. Botiacina to. 1. de Sacramentis disp. 5. q. 6. sec. 2. punc. 3. n. 8. Auersa q. 4. sec. 5. & 6. Vnde patet non euoluisset diligenter auctores Lugo, cum pronunciat n. 28. oppositam sententiam esse *communem*, nullum referens. Potius Lorca ut *communior*, & veriore hanc amplectitur, & probat, quia peccatum veniale offensa Dei aliqualis est; & charitati aliquo modo opponitur; non ipsi secundum se, sed eius feruori. Ut ergo deleatur oportet interueniat actus adequatus offensa, & inordinacioni peccati venialis. Quia Deus lege communi semper requirit id quod est conueniens, & proportionatum effectibus: talis autem est solus actus dilectionis, vel ab ea emanans. Hic vero actus perfectae contritionis adequatus satisfacit pro culpa veniali, & condignus nec post ipsum expectatur aliqua gratuita condonatio: quia procedit ab homine iusto, & est aequalis offensa. Haec Lorca, conformiter ad rationem D. Tho. & Caietani art. 2. & 4. Martinus Ledesma illo dubio 10. probat, quod attritio de peccato veniali, propter poenas Inferni, vel quia est quid turpe, vel ignominiosum, non sufficit ad remittendum veniale: quia oportet ut tollatur per contrarium: *Talis autem dolor, qui non est propter Deum, non est contrarius peccato veniali: quia compatitur secum veniale.* Siquidem cum illo dolore stat omnino iste actus, *Si non esset poena pro mendatio, vel si non esset verendum, ego vellem mentiri: quae est, virtualis complacentia in illo veniali.* Ad hoc autem quod nullo modo sit complacentia in illo veniali, requiritur quod sit illa displicentia propter illam offensum formaliter, vel virtualiter.

43 Occurrit Suarez sec. 3. n. 12. dicens, quod hoc facile dissoluitur. Haec enim ratio solum procedit de attritione alterius peccati omnino diuersi: possunt enim esse simul complacentia vnius, & attritio alterius: non tamen vnius, & eiusdem: *Quia vera attritio excludit voluntatem peccandi, ut Concilium Tridentinum dixit.* Quod verum est de omni attritione propria, ac formaliter comparata ad obiectum suum. Haec Suarez.

44 Costerum, non semel monuimus

nimio affectu ad propria placita, statim pronunciamus ea asserta à Concilio, in quo ne dum tale quida seritur; vel insinuat, sed potius oppositum: vel indicatur, vel innuitur, vel supponitur. Nunc nō video quomodo doctissimus, & piissimus Suarez, nisi lapsus memoria, potuit scribere illam clausulam: *Quia vera attritio excludit voluntatem peccandi, ut Concilium Tridentinum dixit.* Non citat sessionem, caput, aut canonem, ubi hoc dicat Concilium. Nec ego inuenio. Sed potius scilicet 14. cap. 4. lego. *Illam vero contritionem imperfectam, quae Attritio dicitur, & si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniae, declarat, non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse.* Vbi clare Concilium non omnem attritionem docet sufficere ut poenitens viam sibi ad iustitiam pareat: Sed solum illam, quae affectum peccandi excludit, & est cum spe veniae, talis enim est donum Dei mouentis, & illa poenitens ad iustus disponitur ad iustificationem. Ergo potest dari vera attritio, ex mente Concilii, quae affectum peccandi non excludat: licet detur alia quae affectum peccandi excludat; & simul cum sacramento sufficiat ad iustificationem mortalium. Nā illa dicitio, *Si*, est limitatiua ad verificationem conditionis, quā regulariter importat, *ut in l. 1. ubi Doctores ff. de condit. & demonstrat; & in leg. quibus diebus § qui dam Titio ff. eodem tit. & in leg. quis ff. de verb. oblig.* Notant Bartolus in dicta lege 1. n. 2. & 3. & communiter Doctores. Sed quae affectum peccandi nō excludit, nec mortalia, nec venialia, nec simul cum sacramento diluit.

45 Præterea, cum veniale hominis iusti opponatur feruori charitatis, forma, & actus secundus contrarius, quo sufficienter expellatur, debet esse aliquomodo ex motiua charitatis: attritio autem solet esse ex timore seruili, ut docet S. Th. in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. q. 3. in primo argumento *sed contra*, qui quamvis sit bonus, specie differt à timore filiali charitatis, ut ex S. August. tract. 9. in Canoniam Ioannis, & in Enchir. cap. 121. docet S. Thomas 2. 2. q. 19. art. 4. & 5. & 3. p. q. 85. ar. 5. ad 1. ait: *Quod peccatum prius incipit homini displicere (maxime peccatori) propter supplicia, quae respicit timor seruilis, quam propter Dei offensam, vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.* Et S. August. *Stimulat timor, noli timere, inerat charitas, quae sanat, quod vulnerat*

timor. Rursus timor poenae est duplex: alius admittens affectum formalem, vel virtuales transgrediendi seclusa poenas; & iste est malus: nam inquit S. Augustin. lib. 1. ad Bonifacium cap. 9. *Sic profecto in ipsa iustus voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat.* Et in Psalra. 77. *Ex corde autem nullo modo fieri potest, quod formidine sit poena, non dilectione iustitiae.* Alius timor est poenae omnem talem affectum excludens: & iste est timor seruilis bonus, & utilis, ut docet S. August. in Pal. 127. & tract. 9. in Epist. Ioa. & ser. 17. de verbis Apostoli. Quam S. Augustini mentem, inquit Ripalda contra Iansenium to. 3. disp. 22. sec. 9. n. 80. soli Baianni ignorare, & obscurare poterant, cum ipsamet obiecta testimonia eam meridiana luce clariorem exprimant. Si ergo in timore poenarum peccatorum mortaliū possunt esse isti duo timores, facilius possunt distingui in timorem poenarum peccatorum venialium, quia non omnis timor excludit affectum: adhuc illic peccati cuius poenam timet. Et adhuc ipse timor bonus, & supernaturalis, qui est attritio, per se sine sacramento nō sufficienter expellit peccatum veniale: quia ut dicit D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. ad 3. *Significat attritio in spiritualibus quandam displicentiam de peccatis commissis, sed non perfectam: contritio autem perfectam.* Ut autem arguit Caicranus art. 4. §. *Ad hoc*; & Vazquez, n. 14. cum offensa, etiam venialis, sit non tantum contra rationem, sed etiam offensa Dei; non contra eius amicitiam simpliciter; sed contra feruorem illius: oportet re tractationem illius peccati esse, non tantum ut est contra rationem; sed etiam ut est contra Deum, cuius est offensa, ut sic iam homo dicatur vere non manere in eo peccato, & dignus illius poena.

46 Addit tamen Lorca illa disp. 41. Sed quia Deus sua misericordia propter difficultatem actus contritionis, & propter excellentiam meritorum Christi prouidit fragilitati humanæ sacramentorum subsidium, quibus absque contritione, & attritione sola, & aliquando scilicet, à peccatis mortalibus iustificari possent; sine dubio dicendum est, posse hominem in sacramento absque vera contritione, & dilectione charitatis, remissionem peccatorum venialium percipere: nec enim difficilius reliquit peccati venialis, quam mortalis remedium.

47 Dico tertio, ad remissionem peccati

cati venialis extra Sacramentum, non requiritur contritio formalis, sed sufficit virtualis. Hanc conclusionem negant Alensis 4. p. q. 15. membro 4. art. 4. dicens exigi reordinationem voluntatis per displicentiam de veniali commissio; nec sufficere feruorem charitatis sine contritione, ac displicentia.

Durandus in 4. dist. 16. q. 2. n. 9. sic ait: *Cum peccatum tam veniale quam mortale consistat in de ordinatione actus; vtrique tantum opponitur reordinatio actus formaliter. Charitas autem vel feruor charitatis nulli eorum opponitur formaliter: sed charitas consecutiuè opponitur peccato mortali; quia non stat cum de ordinatione actus peccati mortalis. Feruor autem charitatis non opponitur peccato veniali; nec formaliter, ut dictum est: nec consecutiuè: quia cum peccato veniali stat charitas, & feruor charitatis. Feruor enim charitatis, aut intelligitur intensio charitatis quantum ad habitum? Et iste numquam minuitur per quodcumque peccatum, ut in precedentibus dictum est. Aut intelligitur de intensioe charitatis quantum ad actum? Et talis feruor non opponitur veniali, quin cū tali feruori possit peccatum veniale manere. Nec talis feruor sufficit ad deletionem peccati venialis sine aliqua displicentia, vel contritione. Sola autem displicentia, vel contritio sufficit ad deletionem peccati venialis sine tali feruore.* Hæc Durandus.

Conclusio tamen est D. Thomæ art. 1. docentis, quod ad remissionem venialium peccatorum non sufficit habitualis displicentia, quae habetur per habitum charitatis, vel poenitentiae virtutis: quia sic charitas non cōpateretur peccati veniale: quod patet esse falsum. Vnde sequitur quod requiratur quedam virtualis displicentia: puta cū aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deum, & res diuinas, ut quicquid sibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se hoc commississe; etiam si actus de illo non cogitaret. Et ad 3. ait, quod feruor charitatis virtualiter implicat displicentiam venialium, ut supra dictum est, quæ 1. 79. art. 4. vbi nos late dub. 7. Ipse S. Thomas hic art. 2. ad 2. & art. 3. corpore ait ad remissionem venialis peccati sufficit aliquis actus, procedens ex gratia, quo aliquis detestetur peccatum veniale, vel explicitè, vel saltim implicitè: sicut cum aliquis feruenter mouetur in Deum. Et ad 1. & ad 3. Et ex professio in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 2. in corp. & ad 1. &

q. 7. de Malo art. 11. ad 3. & 4.

48 D. Thomam sequuntur communiter Theologi, & certam dicit Suarez scilicet 3. n. 8. Rationeque probatur, quia aliquis actus charitatis potest esse sine formali poenitentia peccati venialis: quia illius memoriā non habet, nec tenetur habere, seu de illo cogitare. Sed ille actus est sufficienter contrarius, & retractans in ordinatione præter itā culpæ venialis: nā ut inquit S. Greg. hom. 33. *Tanto amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne conerematur.* Rationeque præmiserat dicens. *Quid fratres mei, esse dilectionem credimus, nisi ignem? Et quid culpam, nisi rubiginem?* Et S. Thomas in 4. sent. in primo argumento ait. Sicut dicit S. Greg. *Quod est aqua ad caminum, hoc est veniale ad feruorem charitatis.* Ergo sine formali poenitentia venialia peccata deleri possunt. Quod explanat D. Thomas illa dist. 16. ad 1. nam quamuis feruor charitatis possit esse dum homo in Deum fertur motu charitatis, siue hoc quod actu de peccato veniali cogitet explicitè: *tamen in illo motu implicitè continetur displicentia venialis peccati, vel vnius, vel omnium: quia si feruenter in Deum fertur, displicet ei omne quod à Deo retardat. Vnde potest esse tam feruens motus charitatis in Deum quod omnia peccata venialia consumit, etiam sine actuali cognitione ipsorum.*

49 Aduertendū autem quod hæc dicitur implicita poenitentia, non solum defectu cognitionis explicitæ, & partiēcularis; sed etiam quia amor non est poenitentia nisi in radice, & imperio. Virtualis autem, vel interpretatiua, vocatur, non propter voluntatem conditionalem, quæ esset in casu quod memoriæ occurreret: quia, ut notat Soto dicta q. 2. art. 5. *Quod si arguas, S. Thomas nunquam huiusmodi conditionales cogitavit vllius estimationis, & valoris ad actualiter delendū peccatum: siquidē nec vllius sunt meriti, aut demeriti: forsā enim verū est, & Deus scit, quod si mihi offerretur Martyriū, illud subire: & tamē hæc cōditio nihil mihi apponit meriti apud Deum.* Et e conuerso, si Petro offerretur occasio surripedi alienum, forsam faceret: & tamen neque hoc illi imputatur ad culpam. Vocatur ergo virtualis seu eminens poenitentia propter dilectionem actu existerem: *quia si feruenter fertur in Deum displicet ei omne quod à Deo retardat, vel retardaret, si occurreret: vnde amor ipse, & affectus animi actu existēs; quia per se sufficeret delere venia-*

niam culpam, si offerretur memoria, sufficit illam delere, etiam si memoria non occurrat. Quod non sufficit ad remissionem mortalium, nisi quando adhibita sufficienti diligentia, illo tempore, quo tenetur illam adhibere, non possum memoria occurrere. Sufficit tamen ad peccata venialia: quia nunquam est necessaria diligentia eam commemorandi; licet sit utilis. Et hoc discrimen interueniale, & mortale. Ex quo sequitur (vt prosequitur Soto) quod actus charitatis non nunquam: omnia peccata venialia remittere potest nempé, si sit tam ardens vt cuiuscumque tunc memoria haberetur, displicentiam pareret. Quandoque vero non remittit nisi quaedam, & non omnia. Stat enim diligentem Deum magis esse affectum ad vnum genus venialis, scilicet, mentiendi iocose, quam ad aliud, scilicet, verbi otiosi. Itaque si huius memoria adesset, illud displiceret: si autem adesset memoria alterius, non displiceret.

50 Durando vero bene respondet, Caietanus art. 1. circa ad 3. quia cum peccatum veniale in hoc differat a mortali, quod mortale est contra diuinam amicitiam: veniale autem est præter illam, bene dictum est a D. Thoma, quod opponitur feruori charitatis, pro quanto redartat affectum hominis, ab his quæ sunt promptæ amicitiae officia. Et cum dicitur, quod compatitur secum feruorem charitatis; respondetur, quod licet compatiatur secum aliquem feruorem charitatis; non tamen omnem in cuius signum teruor patriæ nullum compatitur veniale. Et si instetur, quis est ille feruor in hac vita, qui non compatitur secum veniales? Respondetur quod est ille qui virtualiter claudit in se displicentiam omnis retrahentis à diuinæ ardore amicitiae: siue charitas habitualis sit magna, siue parua. Quod patet ex eo quod talis actualis feruor affectus ex charitate, si vere habetur, delet omne veniale: ita quod pro tunc sic affectus homo est sine omni veniali quoad culpam. Nec est ex insufficientia feruoris charitatis quod mediante displicentia delet veniale: sed hoc est ordinè causarum, & effectuum. sicut non est ex insufficientia charitatis quod mediante poenitentia delet mortale.

51 Addit Suarez sec. 3. n. 8. quod in hoc est aduertenda differentia, quod amor, per se loquendo, requirit dolorem ad tollendum peccatum mortale: & ideo quando talis dolor formaliter non concurreat, in

voto, & proposito continetur. Ad remissionem autem venialis peccati non oportet vt hoc votum in amore includatur, quia ad hunc effectum non est dolor ita per se necessarius. Quod satis conuincunt fundamenta prima tententia: nullam enim ostendi potest de hac re præceptum: quia propter neque necessitas medijs hic interuenit, ergo neque votum. Item hac ratione peccata venialia non sunt materia necessaria Sacramenti Poenitentiae: ergo neque sunt (vt sic dicam) materia necessaria virtutis poenitentiae. Denique, hæc peccata facillime committuntur: & sæpè sunt quodammodo involuntaria: ergo facilius etiam remitti debent. Amor ergo per se, & virtute sua ad eorum remissionem sufficit. Hæc Suarez.

52 Considerati tamen fundamenta tertiæ conclusionis, manifestum erit, quod eo genere debiti, quo tenemur vitare venialia, tenemur de eis poenitere: & quod necessitate finis, qui vult remitti sibi venialia, debet præparari ad remissionem obtinendam, eorum detestatione: & quamuis charitatis actus valeat ea delere, conaturaliter loquendo imperat eorum dolorem, & actus poenitentiae est remouens prohibens peccatum: & vt ait Caiet. a. 1. ad fine. §. Quod autem, displicentia, & poenitentia peccati venialis, disponit, & præparat affectum, & redit in se. Itaque præparatio ad tale charitatis feruorem: sicut veniale retardabat ab huiusmodi feruore. vnde Iob. ait: Verebar omnia opera mea: & causa quare sic verebatur in omni opere suo (inquit S. Tho. ibi lec. 4) erat timor de severitate diuini iudicij: vnde subdit: Scis quod non parceres delinquenti, nisi scilicet, conuertatur: quia sicut in Psal. 7. dicitur: Nisi conuersi fueritis, gaudium suum vibrabit. Quod autem S. Iob hoc intelligat etiã de homine iusto, & feruenter Deum diligente, & à mortalibus iustificato, constat ex sequentibus verbis: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissima manus meae: Tamen sordibus intinges me, id est (inquit ibi D. Th. omnino ad intentum; quãuis aliter exponant Caiet. & Maluenda) sordibus intinctus demonstrabor, tua iustitia comparatus & per tuam sapientiam conuictus. Sæpè enim in operibus humanis aliquis defectus inuenitur: quandoque quidem ex ignorantia, propter debilitatem rationis: quandoque autem ex negligentia, propter infirmitatem carnis: quandoque autem aliqua infectio alienius terrena affectibus etiam in bonis operibus admiscetur, propter mobilitatem humani cordis, quod non firmum in eodem

per:

perseuerat. Vnde semper aliquid in humanis operibus inuenitur quod deficit à puritate diuina iustitia. Hæc S. Th. rectissime explanans radices, & causas frequentium peccatorum venialium etiam in sanctis, & iustis. Et S. Gregor. lib. Moralium 9. cap. 27. ad illa verba Iob 9. Scis quod non parceres delinquenti, ait: Delinquenti ergo Dominus nequaquam parcat, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se poenitens punit; aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcat, quia nullatenus sine vindicta laxatur. Et cap. 28. & 29. exponit illud. Sordibus intinges me: & inter alia ait: Quia quantumlibet ad summam ex contemplatione contemplationis ascenderit, quantumlibet in opere se per exercitium laboris accinxerit; indignum tamen aliquid de corpore mortis sentit, & abominabilem se esse considerat in multis, qua deponere corruptionis portat. Hæc S. Gregorius: ex quo idem dicunt Glossa, Hugo Cardinalis, & Lyra, Iob 9.

§. VII. Non per quodlibet opus bonum morale remittitur peccatum veniale.

53 Dico quarto, non quodlibet opus bonum morale, nec si per naturale, & meritorium hominis iusti, etiam relatum ad finem deletionis venialium, sufficit ad efficiendam, & obtinendam venialium remissionem. Hæc sequitur ex dictis: quia venialia non remittuntur sine poenitentia formali, vel virtuali; sed non quolibet bonum opus, quamuis meritorium, est poenitentiae aut charitatis actus: ergo non quodlibet sufficit ad remissionem venialis.

Præterea, contraria contrarijs curantur: sed non quodlibet bonum opus contrariatur cuilibet peccato veniali: ergo non sufficit ad eius abolitionem. Vnde ipse Suarez sec. 3. n. 19. (nescio an omnino consentanea ad ea, quæ asserit n. 21. & supra retulimus ex ipso) ait. Quod vero actus cuiuscumque virtutis sit sufficiens ad tollendum quodcumque veniale omnino dispensatum, & cui nihil repugnat, non esse probabiliter dici: quia illa nullo modo est proportionata dispositio: quod in huiusmodi effectu præcipue requiritur.

54 Duplici etiam ratione, etiam probat intentum Soto in 4. dist. 15. q. 2. ar. 1. §. Ad quod, dicens: Hæc autem sententia nimium ampla videretur. Quicumque enim actus legitimæ charitatis gravior est Deo, & magis placeat, quam quodcumque veniale displiceat: cum sit actus amici, & filij sui, ad suam gloriam acceptus: & veniale non sit prorsus eidem amicitiae aduersus. Ergo, secundum Sotum, per quemcumque actum charitatis remitterentur omnia venialia. Consequens tamen est falsum: quoniam peccatum non nisi per contrarium tollitur: & actus charitatis, non quicumque, etiam si sit feruidus, veniali contrariatur: quando quidem, vt dictum est, simul se compatiuntur. Stat enim hominem habere propositum mentiendi, diciturque verba iocosa: & tamen actu etiam feruido Deum diligere. Secundo, quia secundum Scotum, quicumque actus meritorius, vt orare dare elemosynam, & cætera, omnia peccata venialia remitteret: quia non est maior ratio de vno quam de alio, saltem nisi actu illo illud committeretur. Consequens autem non apparet consentaneum illi dicto Ioa. Sidixerimus, quod peccatum non habemus: & cætera.

55 Denique probat Vazquez dub. 1. n. 11. quia quod ab homine referatur opus ad hunc finem delendi peccata; vel à Deo, non potest virtutem tribuere operi remittendi peccata. Aut enim ipsum opus de se satisfacit pro peccato, & sufficienter retractat, aut cooperatur illius offensam? Et hoc modo impertinens erit talis intentio, aut hominis, aut Dei referentis opus illud ad deletionem: Sed opus ipsum ipso facto remittet peccatum, etiam in hac vita. Si vero opus ipsum de se non satisfacit, nec satis delet peccatum, nec retractat; nullius momenti videtur intentio tam hominis, quam Dei, hominis quidem, quia nec illa de se virtutem habet satisfaciendi pro peccato veniali; nec delendi illud: cum non sit condigna retractatio. Neque enim ex eo quod intendit homo purgari a peccato veniali, statim ab eo iustificatur: sed si opus faciat condigne retractans illud; & satisfaciens pro eo. Sed neque Dei intentio erit alicuius efficacitatis: vnde nec illam habere poterit Deus: quoniam si opus, hominis non condigne ipsum mutata non remitteretur peccatum veniale sola Dei voluntate: ac enim acceptatione tantum ex trinfeca, aut non impugnatione deleteretur. Quod probauimus

impossibile esse in omnium peccatorum genere, 1. 2. disp. 206. Cum enim voluntate Dei concedendum est remitti posse, & remitti nunc peccata, intelligendum est, quando illam in nobis condignam efficiat mutationem.

56 Doctrinam hucusque traditam limitat Soto illo art. 1. §. Ex ijs inferitur, dicens, quod attritio venialium illius, qui est in gratia, & charitate, potest sufficere ad deletionem aliquorum venialium: non quidem ex parte obiecti: quia est timor Inferni: sed ab extrinseco, quia procedit ex gratia, & imperatur à charitate, qua ratione ille actus sufficeret delectare veniale, si tunc memoria occurreret. Et §. Secundo queritur, loquendo de operibus exterioribus, ut elemosinis, orationibus, & ieiunijs, quantum est ex obiecto exteriori non videtur repugnantiam habere ad peccata venialia remittenda: sed tamen quantum ad actum dilectionis interioris, ex quo procedant, possunt sufficere, ut modo dictum est. Hæc Soto, & Candidus disquis. 24. art. 26. dub. 18. & 20. Paulus Layman lib. 5. Summæ trac. 6. cap. 4. n. 15.

Sed cõtra arguit Vaz. dub. 1. n. 8. si enim attritio imperatur à charitate, hoc est quia procedit ex amore Dei super omnia, & propter ipsum; iam est contritio: nec erit attritio propter aliud motiua, ut constat. Immerito etiam dixit idem de alijs operibus, quia imperantur à charitate; quantum secundum se non sufficiant: quia hoc modo remissio venialis non est ab elemosyna, nec ab alio opere bono morali; sed ab ipso charitatis actu: hic autem non quicumque, sed ut inferius explicabitur, sufficit ad expellendum peccatum veniale. Si vero imperari à charitate non sit actu; sed tantum habitu, hoc est, quia est in homine iusto; vel quia prius præcessit voluntas charitatis, & ita meritoria, sequitur quocumque opere bono existentis in gratia remitti peccatum veniale: quod nec Scotus ita vniuersaliter docuit: & tamen reprehenditur à Dominico Soto, quod nimis lata videatur eius opinio. Quare ipse Vazquez à num. 14. vsque 17. deducit à sufficienti enumeratione quod sola dilectio, & contritio super sunt, quæ natura sua delere possunt peccatum. Nec alij actus poenitentiae sufficiunt ad venialia delenda, alioquin quocumque opere meritorio remitti possent.

37 Ceterum D. Thomas, quamuis

concedat aliquos feruentes actus charitatis sufficere ad remittenda aliqua venialia, vel omnia, si ex parte obiecti ad omnia extendatur, vel explicite, vel implicito; non tamen negat quod actu poenitentis virtutis sufficienter delectantur venialia. Vnde art. 2. ad 2. ait, quod peccatum veniale nunquam remittitur sine aliquo actu poenitentiae, explicito scilicet, vel implicito, ut (supradictum est). Quod & docet alijs locis relatis in prima conclusione. Quantum autem poenitentia imperata à charitate dicatur contritio; tamen, etiam, sine tali imperio, per hoc solum quod procedat à gratia, docet D. Thom. vocari contritionem. Vnde in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 2. ait. Ipsam autem voluntatem recedere ab eo quod prius volebat, est displicere ei quod voluit: talis autem displicentia dicitur contritionis dicitur, quando est gratia informata: & ideo peccatum veniale sine contritione non dimittitur. De quo S. Thomas 3. 28. de Verit. art. 8. in corpore. Et quæstion. 4. in corpore ait, quod sicut dictum est, veniale peccatum dimittitur per feruorem charitatis, qui explicite, vel implicite contritionem continent, & ad 2. & 3.

58 Quare recte Caietanus art. 1. in fine §. Quod autem, docet quod displicentia à charitate imperata delere veniale. Nec sola charitas actualis, sine poenitentia, vel formali, vel virtuali delere venialia: nec quilibet actus imperatus, vel elicitus à charitate est virtualis poenitentia, & ideo non solum non omnia opera meritoria ad delenda venialia sufficiunt; sed nec ipsi actus charitatis si sine displicentia sint sufficunt. Vnde Caietanus art. 2. §. Ad hanc euidentiam, cum dixisset ad remissionem venialis requiri quod homo sit in gratia, & quod actualiter utatur illa; addit quod hoc non sic accipiendum est quasi quilibet actus charitatis deleat venialia: quoniam hoc esse falsum ex eo probatur, quod sequeretur peccata venialia regulariter deleri sine displicentia tam actuali, quam virtuali; multi enim sunt actus charitatis neutram displicentiam annexam habentes; quales sunt actus non feruentes religionis; & ceteri ab habente charitatem eliciti. Intelligendum est ergo quod ad deletionem venialis, ultra habitum gratiæ requiritur actus charitatis virtualiter, vel formaliter inferens displicentiam venialium, ut constat ex D. Thom. art. 1. & art. 3. in corp. & ad 3. ait, quod tolluntur quidam peccata venialia quantum ad culpam: tunc virtute alienius satisfactionis tamen etiam vir-

tute charitatis, cuius motus per predicta excitatur. Quod sic intelligo (pro sequitur Caietanus) per satisfactionem aliquam intelligo aliquem illorum actuum, quos poenitentia virtus Deo reddit pro recompensatione peccati quoad culpam: puta, displicentiam, seu dolorem, confessionem interiorum, vel subiectionem, vel aliquid huiusmodi: non enim tam exacta requiritur poenitentia in remissione culpæ venialis, qualis de remissione mortalis superius descripta est. Poena vero remissio iuxta quantitatem feruoris quantificatur ibidem à D. Thoma; & bene: ita tamen ut per feruorem intelligas, non solum feruorem actus eliciti à charitate: sed etiam actus imperati ab eadem, pura, displicentia, seu detestationis peccati: iuxta feruorem siquidem alterius eorum, quicumque sit ille, plus, vel minus remittitur poena venialium: Hæc Caietanus.

59 Ad argumenta contraria respondetur ex D. Thoma q. 7. de Malo art. 11. ad 5. dicente, quod remissio culpæ venialis non facit profectum spiritualem per se, scilicet, quantum ad augmentum spiritualis boni; sed solum per accidens, scilicet, quantum ad remissionem impedimenti. Et ad 6. ait, quod meritum gloriæ essentialis, vel accidentalis pertinet per se ad profectum spiritualem, qui est per augmentum spiritualis boni. Vnde non est similis ratio. Pariter Scoto respondet Vazquez nu. 25. quod actus meritorius quicumque meretur vitam æternam; quia natura sua ordinatur ad illam; & est ea condignus; sed non meretur remissionem venialium: quia non contrariatur venialibus: vnde condigne non mutat statum venialis. Illa vero propositio, qui potest maius, potest minus, locum habet solum in ijs, quæ sunt eiusdem rationis: huiusmodi non sunt remissio culpæ venialis, & vitam æternam ineteri.

Quod autem non sit par ratio de omni bono opere ac de actu virtutis poenitentia, constat: quia ad ipsam specialiter pertinet quod operetur ad destructionem peccati. Imò patet, quod non est par ratio, quod quamvis quilibet contritio, quantumcumque parua, omnem culpam mortalem deleat, ut docet D. Thom. in 4. dist. 4. q. 3. art. 2. q. 3. ad 2. & dist. 14. q. 2. art. 1. q. 2. & dist. 17. q. 2. a. 5. q. 3. quod quilibet deleat omnem venialem culpam: Tū quia charitas non compatitur aliquod mortale: & tamen compatitur peccatum veniale: ut ad intentum notat D. Tho. hic art. 12. ad 4. feruor charitatis non aequaliter semper se

habet ad omnia venialia; sed quandoque respicit aliqua in speciali; & cõtra ea efficacius operatur. Et si in generali respiciat ea, potest contingere quod non habet eundem effectum in omnibus: eo quod affectus hominis aliquando habitualiter est inclinatus ad aliqua peccata venialia committenda; ita scilicet, quod si in memoria haberetur, non displicerent vel forte, si oportunitas adesset, committeretur. Et raro contingit homines in hac mortali vita viuentes ab huiusmodi affectibus liberos esse. Vnde non possumus fiducialiter dicere: Peccatum non habemus. Ex quâ doctrina D. Thom. & communi, sumitur noua ratio ad probandum, quod extra Sacramentum venialia non remittantur sola attritione; quia quilibet actus elicitus charitatis est quid excellentius, & magis repugnans peccato, quam maxima attritio: siquidem ista de facto compatitur cum peccato, non solum veniali, sed etiam mortali, etiam si fiat ex impulsu Spiritus Sancti; non adhuc quidem in habitantibus, sed tantum mouentibus, ut dicit Trident. sess. 14. cap. 4. Sed non quilibet actus charitatis, etiam elicitus, sufficit ad delenda omnia venialia; & aliquis actus charitatis nulla venialia deleat: si contra nullum efficaciter operatur. Ergo nulla attritio extra Sacramentum sufficit delere venialia: siquidem est quid incomparabiliter minus quam minimus actus charitatis.

60 Reliquis argumentis rationes conclusionum satisfaciunt. Vnum solum restat, in quo potissime vim faciunt Lugo n. 28. & Ripalda nu. 59. quia Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 5. docet, quod venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in qua frequentius labimur: taceri circa culpam in confessione Sacramentali, multisque alijs remedijs expiari possunt. Ergo non est vnicum remedium contritio ad ea expedienda: quomodo enim multa essent remedia, si vnicum esset, & eiusdem rationis, nempe contritio per se facta? Fatendum ergo alia esse remedia, quæ cum sola attritione possunt de facto tollere culpam venialem.

Facile responderetur veniale expiari posse contritione, Penitentia, Eucharistia, & alijs Sacramentis: & sic verificatur ut iacet propositio Concilij, & Theologijs relinquatur disputandum qualiter Sacramentalia valeant ad venialium remissionem: & ista sunt alia remedia quæ ad hoc valent; & valere est certum; quamuis modus, quod id faciât, sic positum in opinionibus, de quibus infra.

Retorqueturque argumentum: quia confessio venialium, iuxta Concilium, utilis est, & valet ad eorum remissionem: & tamen non valet sine attritione super naturali. Quod adeo certū reputat Lorca disp. 41. de gratia §. Sunt tamen vt dicat quod non videtur probabile, minorem motum, quam attritionis supernaturalis sufficere cum Sacramento: nam remissio venialis effectus gratiæ est per Christum: iuxta decretum Concilij Araus. can. 14. *Nullus miser de quacumque miseria liberatur, nisi qui Dei gratias prænuitur.* Actus autem supernaturalis, ex gratia procedens, non potest esse minor quam attritio.

61 Addo quod Concilium cap. 4. in fine illis verbis: *Quam obrem falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, absque bono motu suscipientium gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit.* Loquitur de bono motu super naturali: quia de minima attritione, cum Sacramento sufficiente, dixerat esse donū Dei, & Spiritus Sancti mouentis impulsū, Et tamen, qui attritionem dicunt extra Sacramentum sufficere ad remissionem venialis, non facile componunt quomodo venialia expiari possint vi absolutionis Sacramentalis, vt iam vidimus ex Suarez. Et modum quo id componit Lugo, impugnat Ripalda à n. 63. vsque ad 68. Ipse que Ripalda ab isto n. 68. vsque 74. tres vel quatuor modos dicendi excogitat qui nec ipsi, nec alijs omnino satisfaciunt.

Rursum Concilium Trid. ses. 13. cap. 2. docet. Eucharistiæ Sacramentum esse antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus præseruemur: & tamen ipse Lugo disp. 12. de Euchar. sec. 4. n. 84. vt nos retulimus q. 79. dub. 7. n. 7. docet ex Concilio non probari ista causare Eucharistiā absque venialium dolores: sicut etiam dicitur ibi præseruari a mortalibus, quod tamen præstat mediātibus bonis inspirationibus, & affectibus, quibus excitamur ad non peccandum. Ergo quauis multa remedia sint ad venialium expiationem, id præstant medio eorum dolore, & retractatione;

D V B I V M. SECVNDVM

Vtrum ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratia infusio?

§. I. Pars negativa resoluit ex D. Thoma.

1 **R**espondet D. Thomas art. 2. quod ad hoc quod peccatum veniale tollatur, non requiritur quod infundatur aliqua habitualis gratia: sed sufficit aliquis motus gratiæ ad eius remissionem.

Priorem partem assertionis probat: quia vnumquodque tollitur per suum oppositum. Peccatum autem veniale non contrariatur habituali gratiæ, vel charitati: sed retardat actum eius, in quantum nimis inhæret homo bono creato; licet non contra Deum, vt 1. 2. q. 88. art. 1. & 2. 2. q. 24. art. 1. o. habitum est. Vbi & ostensum est, quod peccatum veniale adueniens, non tollit gratiam, neque etiam diminuit eam. Ergo ad hoc quod peccatum veniale remittatur, non requiritur quod infundatur aliqua habitualis gratia.

2 Secundam partem explicat, & probat, quia in habentibus vsū liberi arbitrij, in quibus solis possum esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratiæ, sine actuali motu liberi arbitrij in Deum, & in peccatum; & ideo quandoque de nouo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur.

3 Priorem assertionis partem communiter admittunt Theologi, propter rationem D. Thomæ, quia quauis gratia viatoris, quantumvis intensa, non est per se, & formaliter opposita peccato veniali: & ideo illi adueniens, neque eam tollit, neque diminuit: nec expellit illa: ergo neque infusio, neque intentio gratiæ habitualis exigitur ad peccati venialis remissionem. Quia si gratiæ intentio phisice, aut moraliter veniali peccato opponeretur, de facto non coexisterent: cuius contrarium experimur, & probatum est inconueniens non esse.

Solent pro contraria sententia referri

ri Alexander Alensis 4. p. q. 15. membro 3. art. 4. §. 1. quem omnino sequitur S. Bonaventura in 4. dist. 21. in prima eius parte art. 1. q. 1. quia peccatum veniale aliquomodo sedat animam; efficitque vt aliquo modo Deo displiceat: omnis autem nota displicentiæ apud Deum non tollitur nisi per habitum gratiæ: sic enim (inquit) *decreuit nos sanare diuina misericordia.* Quod sequitur Coninch disp. 2. dub. 16. conc. 2. quia conuenit liberalitati Dei vt omnem actum suæ dilectionis erga nos fecerit per realis alicuius doni largitionem: nullum autem in præsentem est aptius quam augmentum gratiæ.

Sed occurrit Suarez disp. 11. sec. 2. n. 20. dicens. Sed hoc vltimum, quod est totius rationis fundamentum, ab eis non probatur, sed supponitur. Respondetur ergo, sufficienter hoc fieri per motum gratiæ, vel ad sumum probari gratiam supponi; & vt sic in aliquo genere causæ concurrere. Quare Auerſa q. 4. sec. 4. ver. Quarto, asserit, quod Alensis, & S. Bonaventura, non sunt loquuti de nouo augmento in homine iusto: sed potius de infusione gratiæ simpliciter, ne scilicet, homini carenti gratia peccata venialia remitti dicantur. Sed de hoc dicemus cum D. Thoma art. 4.

4 Nunc dubitari solet de qua infusione gratiæ loquitur D. Thomas articulo secundo, an de prima infusione, an de augmento; an indifferenter de vtraque, vel quandoque de vna, & quandoque de alia? Omnibus his modis opinatum est Soto dist. 15. q. 2. art. 2. ad 2. §. *Hic anima aduertito* intelligit de prima infusione gratiæ: nam tunc homo fit gratus; post modum vero fit gratior. Quia propter, cum actus virtutis ex natura sua præsupponat gratiam: nam qui non procedit ex gratia, & charitate, non est simpliciter actu virtutis infunditur gratia; sed augetur, nisi in actu pœnitentiæ, quando infunditur prima. At vero quia Sacramentum, quantum est de se, id est, qua ratione est Sacramentum, est causa gratiæ; ait D. Thomas, quod in quolibet Sacramento infunditur gratia; accedit enim Sacramento vt suscipiens habeat gratiā: alias conferret primam. Sic exponit verba D. Thomæ ad 2. dicentis, quod *libet in quolibet Sacramento sit gratiæ infusio; non tamen est in quolibet actu virtutis.* Eandem expositionem sequitur Martinus Ledesma 1. p. Quarti q. 2. art. 2. §. *Est hic,*

5 Ceterum Caietanus, & Nuffo, & Vazquez art. 2. & Candidus disp. 24. art. 37. & alij frequenter dicunt D. Thomam loqui indifferenter de infusione gratiæ, abstraendo a prima gratia, & augmento illius: quia sic omnia eius dicta consonant: & nec dicamus diminue respondisse quaesito.

Adhuc tamen contendit Suarez in commentario ar. 2. n. 1. D. Thomam non vsū fuisse tam limitate illis verbis, vt Soto voluit; neque etiam semper in illa amplitudine, qua Caietanus indicat: sed in priori parte loqui indifferenter: vt indicant illa verba: *non requiritur quod infundatur aliqua virtualis gratia, id est, nec prima, nec secunda, seu augmentum eius: & ideo statim subiungit: sed sufficit aliquis motus gratiæ: sentiens non relinqui medium inter illa diu.* Tum etiam, quia ad 2. dicit in quolibet Sacramento fieri infusionem gratiæ: & loquitur per se, & non tantum per accidens. Loquitur ergo indifferenter de infusione ad primam gratiæ collationem, & augmentum eius. In secunda vero parte loquitur determinate de infusione primæ gratiæ: vt constat illis verbis in fine corporis, *quandoque de nouo gratia infunditur, & in peccatum.* Quibus verbis solet loqui D. Thomas de dispositione necessaria ad primam gratiam: Neque in alio sensu vera esset propositio, quia augmentum gratiæ fit per actus meritorios; etiam si non sint motus in Deum, & in peccatum. Quia autem loquatur D. Thom. in 2. parte de infusione primæ gratiæ, non potest argui quod æquiuoce vtatur verbis, quia semper addit aliquid quod vltimū, vel significationem determinet.

6 Præferenda tamen est Caietani communis expositio. Nec vitatur æquiuocatio, si D. Thomas solum vnica distinctione vtens, & vno membro distinctionis de habituali negans, & alio membro de actuali affirmans; non sumitur diuisum in eadē acceptione. Quia tamen infusio gratiæ per se primo significat primam gratiæ collationem: nam vt ait S. Thom. 2. 2. q. 24. a. 5. ad 3. *Infusio charitatis importat quædam mutationem secundum habere charitatem, & non habere. Et ideo oportet, quod aliquid adueniat, quod prius non infuit. Sed augmentatio charitatis importat mutationem secundum magis, & minus habere.* Sic ergo per se primo intendit assignare differentiam inter remissionem mortalis, quod

quod fit infusione primæ gratiæ, quam remissio venialis non requirit: & ideo principaliter de prima gratia loquitur: quia tamen veniale nec augmentata gratiæ opponitur: ideo nec augmento eius expellitur; ideo ex consequenti etiam augmentum gratiæ necessarium esse negat ad venialis remissionem, tam hic q. 65. art. 1. ad 6. & 8. Clarissimeque in 4. sententiarum dist. 16. q. 2. ad 2. art. 2. in secundo argumento tangit difficultatem de augmento gratiæ, sic obijciens. Veniale peccatum consistit in hoc quod minus amatur Deus, quam debet: sed minoratio ista non potest tolli nisi charitate augmentata, secundum cuius augmentum noua amissio Spiritus Sancti attenditur, ut in 1. lib. 5. dist. 15. q. 5. ar. 1. q. 2. in corp. dictum est: & per consequens noua gratia ergo peccatum veniale sine gratiæ infusione remitti non potest. In contrarium autem sic opponit. Noua gratiæ additio gratiam præexistentem auget, si eam inueniat: sed cum peccatum veniale gratiam non auferat, si sine gratiæ infusione dimitti non posset, oporteret quod quandoque dimittitur veniale, gratiæ gratia adderetur. Ergo semper homo post veniale rediret in maiorem gratiam: quod falsum est: quia tunc frequens iteratio venialium non disponderet ad mortale. Hæc D. Thomas. Vbi patet non diminute respondisse: & satis explicasse quod ad remissionem venialium non requiritur nec noua gratia, nec gratiæ augmentum: & tamen quia præcipuum significatum est prima gratia, sicut hic, ita ibi in corpore respondet: *Quod per veniale homo gratiam non amittit. Et ideo non oportet quod ad hoc quod remittatur veniale, gratia aliqua infundatur de nouo; sed sufficit, quod gratia, quæ iam habetur, in actum producat: quia ipsum veniale non tollebat habitum, sed solum modo impediēbat virtutis actum.* Per quæ solutione ad secundum respondet, quod non est opus nouo augmento: *Quia veniale peccatum non consistit in hoc quod homo minus amat Deum in habitu: quia veniale non dimittit charitatem: alias eam quandoque totaliter tolleret: sed in hoc quod amor Dei non ostenditur in omnibus actibus hominis aliqua de ordinatio, ne in eis existens.* Idem breuiter tergit hic articulo secundo in argumento sed contra. Negat ergo D. Thomas vbiq. ad remissionem venialis requiri nouæ gratiæ infusionem, aut præexistentis augmentum: sed docet sufficere præstentem

gratiæ exercitium. Vnde ad 1. ait, *Quod etiam remissio peccatorum venialium est effectus gratiæ, per actum scilicet, quem de nouo elicit: non autem per aliquid habituale de nouo anima infusum.* Vbi, aliquid habituale, comprehendit habitum, & eius augmentum: & neutrum dicit necessarium, sed sufficere actum: & ideo ad 3. dicit: *Quod ad tollendam maculam venialis peccati, requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quam remoueat in ordinata a d. hæc ad rem temporalem.* Videatur S. Thomas q. 7. de Malo ar. 11. ad 14. & ar. 11. corp. & ad 1.

§. II. An cum veniale remittitur, gratia requiratur augmentum.

7 **S**ed consurgit hinc altera difficultas: quia si venialium remissio est effectus gratiæ, per actum, quem de nouo elicit, ergo nunquam remittitur veniale sine augmento gratiæ. Probatur consequentia: quia iustis operibus in Deo factis meretur augmentum gratiæ, & vitæ æternæ consequentem, si in gratia decesserit, ut constat ex Concilio Tridentino, sess. 6. cap. 10. & 16. Et tamen hoc renuit admittere D. Thomas hic articulo 2. & in 4. dist. 16. ratione iam relata.

8 Respondet Soto in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. §. *Nihilominus*, non posse fieri huiusmodi remissionem sine augmento gratiæ in genere gratiæ. Et ratio est, quia non potest fieri sine actu charitatis: omnis autem huiusmodi actus est meritorius: ergo per ipsum acceptatur homo ad maiorem gloriam: ergo fit tunc maior acceptatio: atque adeo maior gratia in genere gratiæ. Vnde D. Thomas solum ait charitatem non augeri per actus remissiores. Et ratio est quoniam charitas est habitus voluntatis operatiuus, ex quo elicitur actus. Et in naturalibus calidum non augetur per agens remissius. Sed gratia non est habitus potentia; sed acceptatio ad gloriam. Quare stat non augeri charitatem: & tamen augeri gratiam. Dicit se loqui de gratia in genere gratiæ: quia forsam qualitas illa, quæ est gratia in genere qualitatis non augetur per remissiores actus vsque ad ingressum gloriæ, quando tam habitus charitatis, quam gratiæ per modum præmij donabuntur æquales meritis, & gloriæ. Hæc Soto.

9 Secundo Martinus Ledesma 1. p. quarti q. 28. art. 2. in fine, & Nuño q. 87. art. 2. col. 1. Alvarez disp. 60. de Auxilijs n. 10. & 12. & Caudidus disp. 24. art. 37. & 38. dub. 4. & 5. Granado controu. 3. de char. tract. 3. disp. 10. per tres sectiones, & controu. 7. de poen. tract. 4. disp. 5. n. 5. Valentia to. 4. disp. 7. q. 4. puncto 2. Araujo 2. 2. q. 24. art. 6. dub. 4. & Serra ibi dub. unico, & alij, docent per actus remissiores charitatis, quibus peccata venialia remittuntur, augeri gratiam, & charitatem in esse acceptationis ad maiorem gloriam: non tamen in esse qualitatis; quia sic solum augetur gratia, & charitas per actus feruentiores.

Tertio, Paludanus in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. & Darandus in 1. dist. 17. q. 8. ad finem, & Banez 2. 2. q. 24. art. 6. dub. 1. & 2. & in Relectione de augmento charitatis, q. 3. & Ioan. à S. Th. 2. 2. disp. 15. art. 4. folio 107. Franciscus Syluius 2. 2. q. 24. art. 6. conc. 2. & 3. & Illustrissimus D. Petrus Godoy nunc Episcopus Oxoniensis, olim primarius Salmanticensis ibi in lectura dub. 2. conc. 4. & dub. 3. conc. 3. Thomas Hurtado in Præcuratore Theologo à folio 167. vsque 184. qui omnes docent, quod actus remissi non merentur augmentum distinctum ab eo quod correspondet actui intensiori disposituro ad augmentum. Et Azor to. 1. lib. 4. cap. 10. q. 9. promittit lib. 7. vbi de gratia diuina. *S. Thomæ, & aliorum veterum sententiam probaturum, gratiam, & charitatem actibus tantum feruentioribus, quos intensiores appellant, crescere: ac proinde existimo, (inquit) actibus charitatis remissioribus aliquando culpas veniales remitti sine gratiæ incremento.*

10 Denique Suarez disp. 11. sec. 2. n. 28. ait. Quia vero probabilius credimus, per omnem actum meritorium augmentum gratiæ, statim gratiam augeri, absque alia dispositione, præter ipsum meritum, & capacitatem merentis secundum statum viæ in ordine ad tale præmium. Ideo probabilius credimus, quoties homo iustificatus ita operatur, ut remissionem venialis peccati obtineat, semper etiam obrinere aliquod augmentum gratiæ: quia in tali actu semper sunt omnes conditiones necessariae ad meritum talis augmenti. Idem docet Vazquez 1. 2. disp. 20. Lugo disp. 9. sec. 1. n. 1. & Auertá q. 4. sec. 4. in fine, & alij recentiores, cum alijs antiquis, ut Ioseph Angles q. de poenit. art. 5. diff. 1. qui docent, quod per se, & for-

maliter non requiritur noua infusio gratiæ in homine iusto ad remissionem venialium: non enim gratia aut eius augmentum est forma delicti venialia: cum in via in quacumque intentione compatitur veniale peccatum. Sed de facto semper per concomitantiam eam venialia dimittuntur, gratia augetur: quia non remittuntur nisi actu bono morali, supernaturali, hominis iusti: ac proinde meritorij augmenti gloriæ, & gratiæ.

11 Hanc ultimam sententiam esse contra D. Thomam, fatetur Suarez n. 27. & Vazquez isto art. 2. n. 28. quia in doctrina D. Thomæ, non quolibet actu meritorio augetur gratia; sed tantum intensiori. Contingere autem potest ut peccata venialia remittantur actu dilectionis, aut contritionis remissiori, quam sit habitus gratiæ. Sed quia non est iste locus de hoc puncto differendi, remittitur ad 2. 2. q. 24. art. 6. vbi S. Thomæ sententiam omnino veram ostendimus. Numque placet transcribere, quæ in eius explicatione, & probatione scripsit venerabilis, æque pijsimus, ac sapientissimus M. Ludouicus Granatensis conc. 2. in folio Visitationis B. Mariæ col. 4. post initium folio 55r. editionis Lugdunensis anni 1598. *Celebris D. Thomæ sententia est, charitatem (in qua vitæ christiana summa consistit) non remitti actibus; sed vehementioribus, & ardentioribus augeri, & intendi.* Quod etiam in habitibus, qui vsu, & exercitatione parantur, apette cernimus. Si quis enim viginti annos scribendo infirmat, negligat autem emendate scribendi curam, ideoque deformes characteres semper effingat; is plane tam longo scribendi vsu nihilo dexterior in scribendo euadet: sed qualis initio fuit, talis etiam in fine erit. At si biennio saltem, proposito eleganti exemplari, accurate scribat, & se ipsum quotidie superare contendat, non dubium quin (si natura, & ingenio poenitus non destituatur) elegantissimus scriptor euadat. Idem in quavis alia exercitatione vsu venire cernimus. Quod ergo in habitibus studio acquisitis contingit, idem etiam in charitatis habitu augendo euenire D. Thomam esset, quamvis hic non efficienter, sed meritorie (ut Theologi loquuntur) augeatur.

Hoc igitur in causa est, fratres, cur multi, qui iam dudum a peccatis resiliunt; multi, qui multos annos frequentissime, aut Sacram Eucharistiam percipiunt, aut Missas etiam quotidie celebrant;

runt, nihil meliores tanto temporis spatio se euasissent: sed idem in eis languor animi perseveret, eadem leuitas, & inconstantia, eadem mentis ariditas, eadem in edendo, bibendo, & inaniter loquendo licentia; idem iræ aculeus; ac postremo eadem affectuum, & cupiditatum vis nihilo magis compressa inuentur: adeo ut vix quidquam, aut in spiritu lenitatis, aut humilitatis, aut feruore charitatis, aut clariore rerum diuinarum cognitione profecerint. Huius igitur tantæ sterilitatis causa est, quod res diuinas, atque sacratissima mysteria languide, & negligenter tractare consueverint. Hic enim Dei nostri mos est, ut talem se hominibus exhibeat, quales se illi homines exhibere solent, & cætera, quæ prosequitur. Cui consonat Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 7. illis verbis: *inobedientiam in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram quam Spiritus Sanctus partitur singulis pro ut vult* (1. Cor. 12. & ad Eph. 4.) & secundam propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.

12 Præter istas quotidianas, & manifestas experientias, quibus manifestatur, sicut in naturalibus, ita in habitibus supernaturalibus, & infusis, non fieri augmentum actibus remis, sed solis feruentioribus, & intensis; de quo nouissime Thomas Hurtado in Præcuratore Theologo disp. 3. per duas controuersias a folio 128. vsque 184. folio 139. refert sapienter Romæ, & Compluti in publicis assertionibus propugnatum: & folio 140. ait, quod propter eximiam auctoritatem sapientissimus M. Banez sufficeret ad faciendum eam probabilem. Accedit pro confirmatione eiusdem opinionis, quod iam tempore D. Thomæ erat opinio communis: ipse enim refert in 1. Sent. dist. 17. q. 2. art. 3. *Quod dicitur communiter, quod pluribus operibus in charitate factis, non plus meretur quis quantum ad augmentum præmissi substantialis, quam uno actu ex æquali charitate facto*: Ergo non quolibet actu charitatis charitas augetur. Rationemque assignat D. Thomas. *Quia actus, qui est ex charitate, ordinatur ad augmentum charitatis, & per modum dispositionis, & per modum meriti*. Sicut ergo actus præcedentes dispositiue, & præparando ad iustificationem, quidam disponunt remote, & alij disponunt vltimo, & proxime: ita plures actus remissi merentur, & disponunt ad augmentum: sed non ideo quilibet meretur distinctum gradum, sicut nec proxime dis-

ponit ad illud. Fuit sententia Alexandri Alensis 2. p. q. 99. memb. 3. art. 2. S. Bonavent. 2. dist. 40. q. vlt. & Carthusianus in 1. dist. 17. q. 7. ad 3. ait, *Communem positionem esse, quod non per omnem actum charitatis meretur homo charitatis augmentum; licet vitam æternam mereatur*. Alij loco de charitate, legunt, *felicitatis*. Item Egidius Columna in 1. dist. 16. q. 6. ait, *Et inde est, quod communiter de charitate dicitur quod non quilibet actus eam augmentat, sed multiboni actus, vel unus in virtute multorum præcedentium facit ad augmentum eius: sicut non una gutta cauat lapidem sed multa, vel vltima in virtute præcedentium*. Quod exemplum expendit S. Thomas.

13 Fuisse eiusdem sententia S. Vincentium in ser. 1. & 4. septuagesimæ S. Bonaventuram in 4. dist. 14. q. vlt. Alensæ 4. p. q. 57. membro 5. ad 7. Paludanum, Capreolum, Caieranum, Conrardum, & Petrum Bergomensis probat Banez con. 4. Quibus attente consideratis de communi doctrina antiquorum, & vltis doctissimis recentioribus, qui Banez sequuntur, videbis censuras, & contempnes plaustra conuictorum, quæ congeserunt, & approbarunt incaute Granados 2. 2. controu. 3. tract. 3. disp. 9. n. 21. Ripalda lib. 4. disp. 90. sec. 3. n. 17. contra virum, quem non potuerunt negare catholicissimum, ac iuxta sapientissimum, & religiosissimum. Refert ipse Ripalda lib. 5. disp. 113. sec. 9. n. 54. hanc, & alias propositiones Banez-Molinam detulisse Inquisitoribus.

14 Sed melius nos, quam ipsi consolamur illis verbis Cassiodori lib. 4. epist. 44. *Non grauatur vester animus, nec se fallacibus verbis doleat accusatum. Multo maior est opinio purgata, quam si desinentibus querelis non fuerit impedita*. Siquidem M. Fr. Didacus Chaves Regius Confessarius in litteris datis Matrini 19. Februarij 1584. testatur *Nil se reperisse lima dignum, sed admiratione*. Prosequiturque, *Hæc in parte testati sumus D. Thomam se dignissimum interpretem esse natum M. Fr. Dominicum Banezum, qui facili quadam oratione, & perspicua, quaestiones ore humano pene dixerim in explicabiles ante oculos omnium ponat felicissime*. Quid de M. Banez S. Teresa iudicari, epistolæ nuper editæ fidem faciunt: eius Confessarius fuit per plures annos, & egregie adiuuit pro reformatione stabilienda, & inchoanda: libros eius obedientia scripserunt: & ipsi probandos transmisit: & eius nomine subscriptos vidi in regio Cenobio S. Laurentij

tij in Schoriati. Post quæ non video quot humanum exigatur testimonium ad tanti viri perpetuam memoriam. Cæterum quia ut dicit S. Thomas 1. 2. q. 2. art. 2. ad 3. *Querunt homines maxime honorari a sapientibus, quorum iudicio credunt se esse excellentes, vel felices*.

15 Auscultari, vel legere non erit in iocūdū, quod sapientissimus (nō mediocriter Religionis Augustiniana ornatum, & inter maiora florentissima vniuersitatis Salmanticensis micantia Sydera merito annumerandum) M. Fr. Basilius Poncius Legionis. 1. p. variarum q. 4. expositiua cap. 3. in fine folio 393. col. 2. de M. Banez scripsit elogium istis formalibus verbis *Vi vere, & prudentissime scripsit M. Dominicus Banez, magnum decus Dominicanæ familie, vir non solum doctus, sed & propter animi candorem, sanctitatemque iudicij, omnibus eiusdem familie Theologis ante ferendus*. Nam quod talis esset, plus apud eum valuit vera ratio, quam quorūdam suorum præ iudicata opinio. Non enim aut suæ doctrinæ præstantia dignū iudicauit esse, rem difficilem in explicatam relinquere: aut grauitati, & constantiæ congruens, in quæstione inuidiosa suam sententiam nolle proferre: aut candori, & ingenuitati conueniens, quid sentiret non palam dicere: aut omnino virtuti aptum plus apud ipsam cuiusquam gratiam, quam veritatem valere. Itaque nō veritus inuidiam eorum, quos in hac re, aut iudicij præuitas, aut malevolentia animi, aut pertinacia, & obstinatio in semel suscepta sententia transuersos rapit; verita prope oppressa, & propter indoctorum, & male volorum calumnias, se efferre non audenti, faustus, & salutaris adfuit: eique, quo modo virum doctissimum, atque optimum docebat, constanter patrociniatus est. *Miste virtute vir, sic itur ad astra*. Hæc Basilius. De quo fidiissimus testis (quamuis domesticus, & discipulus, nullo iure reusandus) M. Fr. Thomas Herrera in Alphabeto Augustiniano folio 116. col. 2. *Quod voluit fortis Aud utraque manu decertans, è Cathedra docebat, è suggestu declamabat. Quid melius ageret, non facile diceret. Vtrumque ad stuporē. Vere vniuersi sæculi homo*. Et in lapide sepulchri vocatur. *Calri vir nominis omnigena doctriina diues: sui auspice prodigium*. Eius vitam scripsit idem M. Thomas Herrera in Historia Conuentus Salmantini S. P. N. Augustini cap. 65. de M. Banez recole, quæ scripti to. 1. Theol. Mor. cap. 14. q. 4.

n. 3. & q. 6. n. 15. & 2. p. Metaph. contr. 12. n. 37. De quo nunc hæc insinuas sufficiat. De alijs dicendi modis, iterum redibit sermo agendū de reuoluentia meritum q. 89. art. 2. & 5.

16. Contra secundam assertionis partem etiam est difficultas: nam cum per peccata venialia non opponatur obex gratiæ, potest quis vere dolere de mortalibus manente venialia complacentiā: & tunc remittuntur mortalia sine venialibus.

17 Respondet bene Caieranus in fine comm. art. 2. & totos §. *Secunda conclusio*, & Suarez n. 4. Vazquez n. 23. & Nuño disc. 2. Araujo dub. 3. Auerfa q. 4. sec. 4. ver. secundo, & alij communiter, minime D. Thomam hoc negare; quia per gratiæ infusionem non deletur peccatum, cui voluntas, adhæret, vel formaliter, vel virtualiter. Sed loquitur quando non ponitur obex; & dum regulariter hominē peccatorum suorum poenitet: nam secundum communem vsum, dum quis contemnitur, omnium poenitet peccatorum, nallum excipiens. Quare illa poenitentia tunc omnia venialia, etiam oblita, delet, propterea quod non est solum poenitentia virtualis, sed etiam formalis, & actualis. Constat enim (inquit Caieranus) quod detestatio, quæ assequitur infusionem gratiæ, non est qualiscumque detestatio: sed talis, & tanta ut se vltimo disponat ad diuinæ præsentiam gratiæ per poenitentiam, & charitatis actus: in huiusmodi enim detestatione peccati, & motu in Deum, interuenit, saltem virtualiter detestatio, & venialium grauiorum, quæ impediunt accessum ad hanc mutationem dexteræ Excelli. Et communiter interuenire etiam videtur dolor de offensa Dei in communi (sub ratione ampla se extendente ad mortalia, & venialia) in quo clauditur detestatio venialium ingenerare. Raro enim, vel nunquam accidere videtur accidentibus ad sacramentū (eū dispositione debita) ut doleant præcise de mortali peccato: communiter enim in communi peccatorum dolor occurrit. Quamuis metaphisice non repugnet, & potest accidere, ut sola mortalia detestetur, & nullum veniale sibi remittatur. Sicut S. Thomas art. 3. ad 2. docet. *Quod potest impediri remissio quantum ad aliqua peccata venialia, quibus mens actualiter inharere: sicut & perfectionem interdum impeditur effectus Baptismi*.

DVBIUM TERTIVM.

Vtrum omnia sacramenta ex opere operato remittant peccata venialia?

§. I. Quis sit certum secundum fidem proponitur.

Certum est secundum fidem catholicam, in Baptismo omnia peccata ex opere operato dimitti, ne pe originale, mortale, & veniale. Omne id quod verum, & propriam peccati rationem habet, ut constat ex Concilio Trident. ses. 5. in decreto de peccato originali, can. 5. & ex Concilio Cartag. 4. & Florentino, ex Scriptura, & Patribus ostendimus 3. p. q. 69. dub. 1. n. 7. & 8. quando autem propter fictionem secundum quid, quia accedit cum complacentia venialium, & impeditur eorum remissio, vtrum recedente fictione etiam illa venialia remittantur ex opere operato per Baptismum? Disputavi illa q. 69. dub. 5. §. 1.

2. De Eucharistia etiam docet Concilium Tridentinum ses. 13. cap. 2. quod Deus voluit sumi: *Tanquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis.* Ideo diximus hac 3. p. q. 79. dub. 7. esse indubitatum per Eucharistiam remitti peccata venialia. Ibi quoque explicuimus qualiter id fiat, & quæ dispositio ad id requiratur.

Cum etiam Concilium Tridentinum ses. 14. cap. 5. doceat, quod peccata venialia, *recte, & utiliter, citraque omnem presumptionem in confessione dicuntur.* A parte insinuat illam vniuersalem potestatem collatam confessoribus à Christo, Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata:* & verba formæ (in quibus præcipue ipsius sacramenti vixita est, ut dicitur in eadem ses. cap. 3) ad remittenda venialia ex opere operato extendi. Et hoc priorum hominum usus demonstrat: quia æque sperant venialia a solutione dimitti, sicut & mortalia remittuntur obicem non ponentibus.

3. Denique cum in forma sacramenti Extremæ unctionis & in verbis D. Iacobi 5. dicantur, *& si in peccatis sit, dimittentur ei:* & in Concilio Tridentino ses. 14. cap. 2. dicatur, quod sacra *Unctio delicta, si qua sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit.* Canonque secundo dicitur,

niatur, conferre gratiam, & remittere peccata. Ideo in Catechismo Pij Quinti loquendo de effectu Extremæ unctionis, dicitur. *Docentur igitur Pastores, hoc sacramento gratiam tribui quæ peccata, & in primis quidem leuiora, & ut conuulsi nomine appellantur, venialia, remittit.*

§. II. Mens D. Thomæ ostenditur.

Vniuersaliterque omni sacramento hanc vim tribuit D. Thomas, dum hic art. 3. ait. *Triplici ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum. Vno modo in quantum in eis infunditur gratia: quia per infusionem gratiæ tolluntur venialia peccata, ut supra dictum est. Et hoc modo per Eucharistiam, & Extremam unctionem, & vniuersaliter per omnia sacramenta nouæ legis, in quibus conferuntur gratia, peccata venialia remittuntur.* Hæc D. Th. Cuius conclusionem fere communiter Theologi sequuntur; licet aliqui rationem ut difficilem relinquunt, & aliam meliorem frustra inquirant, & reuera hucusque non inuenerunt.

5. Suarez in comm. art. 3. n. 3. dicit obscure esse sensum propositionis D. Thomæ, *per infusionem gratiæ tolluntur peccata venialia.* Possit tamè dupliciter exponi. Primo, quod loquitur in casu quo per accidens sacramenta conferunt primam gratiam: & tunc regulariter est de testatio venialium: & sic remittuntur. Secundo, quod sacramenta quoties gratiam conferunt, ea efficacia conferunt, quæ ex se addendam primam gratiam sufficeret: & iuxta dispositionem recipientis venialia remitteret.

Neutra expositio habet, vel minimum fundamentum in D. Thomæ: quia ipse vniuersaliter loquitur. Mirumque esset, quod omisso eo quod est per se, ex his, quæ sunt per accidens, responderet. Conclusioque vniuersalis affirmatiua fere nunquam verificaretur. Nec D. Thomas facit vim in modo causandi: sed in doctrina generali tradita q. 62. quod in omnibus sacramentis nouæ legis confertur gratia.

Ipse Suarez disp. 12. sec. 1. n. 5. sic rationes proponit. Et hæc sententia (quod per omnia sacramenta remittuntur venialia) licet certa auctoritate non constet, neque necessaria ratione probari possit, probabilior est, & magis pia. Quia in pri-

primis non repugnat Christum Dominum hanc virtutem dedisse his sacramentis. Deinde est consentaneum fini omnibus sacramentis communi: quia omnia sunt instituta ad curationem, & sanctificationem animarum. Deinde est consentaneum fini proprio vnicuiusque sacramenti, qui est, ut aliquod munus sancte, & modo Deo grato perficiatur: quod possunt venialia peccata suo modo impedire: & maxime illa, quæ in vnoquoque sacramento specialiter repugnat fini eius. Tandem ob similes rationes probabiliter creditur quodlibet sacramentum, bona fide susceptum, tollere mortale peccatum, si illud inueniat: ergo a fortiori idè dicendum est de peccato veniali, si ex parte penitentis sit similis, aut proportionalis dispositio. Hæc Suarez.

6. Quem impugnat Lugo disp. 9. sec. 3. n. 50. dicens. Hæc omnia parum vrgent nam vt ab hoc ultimo incipiamus, negatur in primis antecedens, scilicet ea sacramenta habere vim dandi primam gratiam, etiam per accidens; de quo dixi satis in materia de Eucharistia. Et quicquid sit de hoc, potest negari consequentia; si enim tollunt aliquando per accidens peccatum mortale; ideo est, quia ex se habent producere gratiam, quæ ex natura sua est expulsiua peccati mortalis: quare aliquando illud expellunt per accidens, quia non inveniunt illud expulsum per aliam gratiam. At vero expulsio peccati venialis nullam videtur habere necessariam connexionem cum effectu, quem causant illa sacramenta.

Quod vero dicitur sacramenta omnia instituta esse ad sanctificationem hominum; non arguit tollere peccata venialia: quia etiam per omnia opera hominis iusti additur nouus gradus gratiæ sanctificantis; quæ non solum ex institutione sed ex natura sua ordinatur ad sanctificandum hominem: & tamen non expellit peccata venialia, quia potest homo sanctificari sine hac expulsionione. Denique potuisse Christum ita velle, non sufficit, vt dicamus ita factum esse, nisi ex ipsa institutione, vel significatione aliquo modo colligatur: potuit enim Christus etiam dare Sacramentis omnibus efficaciam ad tollendum reatum poenæ temporalis: & tamen aliqua sunt sacramenta, quæ id nullo modo habent.

7. Illæ impugnationes efficaces

sunt: excepto, quod negat doctrinam communissimam Theologorum, quod aliquando sacramenta conferunt primam gratiam: quam cum Diuo Thoma, & triginta Theologis docuimus quæst. 62. dub. 6. §. 4. Paulo ante etiam diximus eum eodem Diuo Thoma, non per omnia opera hominis iusti addi nouum gradum gratiæ. Sed independenter ad his opinionibus, possunt impugnationes relatæ vim habere, vt facile patet applicando.

8. Duplicet etiam, quod Lugo numero 53. prætextu defendendi rationem Diui Thomæ, aliam committitur ab eius doctrina pœnitentiæ: docet enim quod licet ex natura rei non sit necesse quod collatio gratiæ afferat remissionem venialium; est tamen valde consentaneum legibus amicitæ; vt quoties aliquis admittitur ad nouum complexum, & arctius amicitæ vinculum, offensæ leues condonantur, vel omnes, vel ex parte. Cum ergo qualibet collatio gratiæ, vel augmenti illius, sit nouum amicitæ vinculum, quo Deus arctius se cum homine coniungit, & nouus amplexus spiritualis, & quasi pacis osculum impressum, congruum sane est, vt afferat secum condonationem aliquam, si non integram, saltem partialem offensarum leuium, quarum est iam posita retractatio.

9. In hac ratione in primis consideratur, vt vel vnum verbum designet in Diuo Thoma, in quo eam vel a longe insinuet: & certe nullum inueniet. Secundo tribuit Diuo Thomæ opinionem ei è diametro oppositam, quod venialia de facto deleantur extrinseca condonatione; quod tam alienum esse ab eius doctrina iam vidimus.

Tertio de quolibet actu charitatis verificatur illud de nouo complexu, & vinculo amicitæ: *Quia charitas amicitia quadam est hominis ad Deum, Vt probat Diuus Thomas 2. 2. quæst. 23. articulo 1. Et S. Bernard. ferm. 71. in Cantic. ait. Ergo cum undique inhaerent sibi homo, & Deus; inhaerent autem undique mutua, intimaque dilectione inuiscerati alterutrum sibi, per hoc Deum in homine, & hominem in Deo esse haud dubie dicemus.* Item ferm. 83. exponens illud ad Eph. 5. *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi,*

Et ambulat in dilectione, ait, quod talis conformitas maritat animam verbo. Et tamen ostendimus ex D. Thoma non quolibet actu charitatis venialia dimitti, nisi explicite, vel implicite contritionem venialis contineat. Quarto quam aliena sit hæc explicatio à mente D. Thomæ, fiet manifestum ex legitima eius intelligentia, quam ex ipsius verbis iam subiicimus.

10 Igitur D. Thomas articulo tertio discursum format assumendo pro maiori propositionem ab ipso sæpè traditam, ut vidimus: unde sic incipit: *Respondeo dicendum, quod sicut dictum est art. 2. ad remissionem venialis peccati non requiritur noua gratia infusio, sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestetur peccatum veniale, vel explicite, vel saltem implicite: sicut cum aliquis feruenter mouetur in Deum.* Quasi dicat, forma vnica remissiva venialis est vsus gratiæ delectationis veniale, vel explicite, vel implicite. Sed hanc formam remissivam venialis triplici ratione aliqua causant: & primo eam causant sacramenta gratiam conferendo & secundo, & tertio modo sacramentalia, de quibus infra: ergo respectiue omnibus conuenit remittere venialia, vnicuique eo modo, quo ei conuenit poenitentiam formalem, vel virtuale causare, vel explicitam, vel implicitam. Qui sensus, vel sola lectione corporis articuli manifeste constat. Exprimuntque D. Thomas ad 1. dicens: *Quod omnia ista causant remissionem venialium in quantum inclinant animam ad motum poenitentiae, qui est detestatio peccatorum, vel implicite, vel explicite.* Idem dicit ad 3. & articulo 4. ad 2. Clarissime in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 4. & dist. 17. q. 3. art. 3. q. 3. & dist. 21. q. 2. art. 1. & 2. & q. 7. de Malo art. 12. Cuius verba opportunius referemus exponendo modum quo sacramenta venialia remittunt, quod iam pergimus explanare.

11 Quidam ad hoc nullam aliam exigunt dispositionem vt venialia ei remittantur nisi actus ipse quo sacramenta recipiuntur. Ita Soto dist. 15. q. 2. art. 3. dicens. Crediderim ego, vt medium hic constituamus, quod per omne sacramentum remittantur omnia venialia, solo illo actu concurrente, quo quis illud suscipit, quam non concurrat alius actus dilectionis: & ille est vsus gratiæ. Nam si per sumptionem aquæ benedictæ, quia per illum actum homo reueretur rem diuinam, suscipit remissionem venialium,

multo efficacius per actum quo suscipit sacramentum. Ex quo fit vt quodcumque sacramentum quis attritus putans se esse contritum, suscipiat, remittantur illi venialia, quorum non adest obex: nam illa attritio per gratiam sacramentalem informata est vsus gratiæ. Hæc Soto. Quem sequuntur Martinus Ledesma 1. p. Quarti q. 28. art. 3. §. *Vnde sequitur, & dub. 2. Azor tomo 1. lib. 4. cap. 11. q. 3. solum dicit requiri eum actum, quo homo sacramentum suscipere velit, vt remedium diuinitus institutum ad venialium culpam remissionem.* Suarez disp. 12. sec. 2. n. 9. dicit, quod satis est si accedat sine actuali complacencia peccati venialis: & cum voluntate, ac desiderio recipiendi sacramentum, & effectum eius: quia cum ipse existimet attritionem sine sacramento venialia delere, si attritionem postuleret, peteret ipsum effectum iam factum. In substantia idem docet Valentia q. 4. puncto 1. & Coninch disp. 2. dub. 14. n. 129. & alij, quos sequitur Montesinos 2. to. 1. 2. disp. 36. n. 6. fine. Et Bonacina to. 1. disp. 5. q. 6. sec. 2. puncto 1. Trullench libro 4. Praxis capitulo 2. dub. 1. numero 3.

Per aliud extremum alij non agnoscunt venialia remitti nisi in ipso instanti quo est actus contritionis, vel poenitentiae. Ita Alexander Aletius 4. p. q. 15. membro 3. art. 4. §. 2. in corpore, & ad 1. S. Bonau. in 4. dist. 12. part. 2. art. 1. q. 3. & dist. 21. p. dist. art. 1. q. 2. Caiet. 3. p. q. 79. art. 4. & q. 87. art. 2. iuitio: quia non infunditur noua gratia, nec augetur per illam sine actu liberi arbitrij disponente ad susceptionem, seu augmentum Petrus Soto lec. 18. de poenitentia §. *Ex his intelligendum, sic ait.* Quæcunque igitur dicuntur delere hæc peccata ideo dicuntur, quia vel coniuncta esse debent actui illi feruoris, & deuotionis; vel ad illum excitant: itaque sapius fiunt cum deuotione, & feruore, quem & ipsa excitant. Et inter hæc quidem sacramenti cuiuscumque susceptio merito est prima. Cum enim in sacramento quolibet gratia infundatur, vt diximus, necesse est peccata venialia remitti, vel omnia, vel plurima. Maxime cum in sacramentis sit semper credendum, non minimam, sed magnæ proculdubio virtutis gratiam infundi, vt scilicet, cor in Deum exeitet. Tamen cum hoc ita sit, non dubium est sapius suscipi sacramentum tam tepido affectu, & tanta mentis euagatione,

vt

vt non solum non dimittantur venialia; sed augeantur etiam. Hæc ibi.

12 Terrio Caietanus 3. p. q. 84. art. 1. §. *Et si motum, docet trifariam posse inueniri poenitentem.* Primo ita vt sit ira attritus, quod eius attritio cum sacramento poenitentiae in voto: sufficiat ad remissionem peccatorum: ita quod attritio sua est tanta quod ex sacramento in voto sit contritio: iuxta illud: dixi, confitebor: & tu remissisti impietatem peccati mei. Secundo, quod attritio sit tam modica vt cum sacramento in voto non fiat contritio: sed tamen sit tanta, quod cum sacramento in re fiat contritio: plus enim operatur sacramentum in re, quam in voto. Tertio posset esse tam exigua attritio, vt nec etiam cum sacramento in re fieret contritio: & talis non susciperet remissionem peccatorum ex sacramento poenitentiae. Hæc quæ de remissione mortaliū scripsit Caietanus, applicat Araujo 3. p. q. 87. art. 4. dub. 1. n. 21. remissioni venialium, dicens remitti ex vi attritionis, quia mediante ipso exteriori sacramento eleuat illam Deus vt sit res, & sacramentum simul, vt pote causata, & significata per exteriori sacramentum. Vnde sicut in sacramento Poenitentiae eleuatur attritio ad perfectionem rei, & sacramenti simul, quæ illi secundum se non conueniebat. Ita & in Baptismo, atque in alijs sacramentis, ex subordinatione ad ipsa, & ordine ad eorum effectus, ac fines, eleuatur ad perfectionem talis, atantæ dispositionis, vt sit sufficiens ad remissionem illorum peccatorum venialium obtinendam, quorum est retractatio, ac displicentia; sed non esset condigna, & sufficiens, nisi eleuatur a sacramento.

13 Quarto Vazquez 1. 2. disp. 207. & hac 3. p. q. 87. art. 2. n. 3. 1. & ar. 3. dub. 3. n. 12. docet gratiam habitualemente de nouo infusam, & auctam in sacramento contra venialia opponi peccatis venialibus, & illa remittere; non quia secundum se opponatur illis; sed vt confertur ex tali dispositione: quia licet dispositio secundum se opposita non sit, nec gratia secundum se: sed tamen gratia ex tali dispositione data opposita est. Sequitur Ludouicus Torres Opus. 6. q. 1. dub. 4. Merat. to. 3. disp. 9. sec. 4. sequitur Auerla q. 4. de poen. sec. 7. in fine dicens, formam adæquatam talis effectus in hoc euentu, esse simul actum poenitentiae, & applicationem externi remediij ad hanc finem a Deo instituti, siue gratiæ infusam ex vi talis remediij quare;

mus ad talem finem institutio. Neque mirum est, denominationem alioquin morale relictam ex culpa veniali, tolli, & deleri per morale aliquam coniunctionem, siue connotationem, qua velut adæquata forma constituitur. Sicut etiam diximus nullum actum poenitentiae sine gratia sanctificante sufficere ad veniales maculas abstergendas.

14 Aliter Herice 1. p. tr. 2. dist. 17. cap. 2. à n. 27. vsque 40. quod quoties homo iustus elicit actus supernaturales pugnantibus cum venialibus, & confertur incrementum gratiæ iustificantis, illum intensiore gradum ita à Deo produci posse, vt ratione causalitatis, per quam producit, expellat, atque remittat ea peccata venialia. Quemadmodum gratia beati vt in ipso est, & conseruatur, pugnat cum omnibus peccatis venialibus.

15 Modos istos dicendi late impugnant Suar. lib. 7. de gratia cap. 24. Lugo disp. 9. sec. 1. à n. 3. & R. palda lib. 6. de Entesup. disp. vlt. sec. 21. a n. 275. vsque 289. Quicquid 1. 2. tr. 8. controu. 5. punct. 3. à n. 45. vsque 52. asserentes quod macula peccati venialis non expellitur formaliter à gratia habituali: quia forma non expellit aliam formam nisi per repugnantiam, & impossibilitatem, quam habet cum illa: sed nullus gradus gratiæ habet repugnantiam cum veniali; quia iustus habens gratiam quantumcumque intensam potest peccare venialiter. Et quia nulla forma potest eleuari etiam de potentia absoluta ad aliquem effectum formalem causandum in subiecto, quem non causeret seclusa eleuatione. Quia effectus physicus formæ est per realem communicationem.

Vnde docent de facto in sacramentis tolli venialia per condonationem extrinsecam, licet plura, vel pauciora, iuxta mensuram dispositionis. Vel vt ait Quicquid puncto 4. n. 55. in sacramento posse remitti peccata venialia vel per condonationem à Deo factam posita attritione tanquam dispositione, & simul coniuncta cum receptione sacramenti, & gratia intuitu illius collata. Vel per satisfactionem oblatam à Christo Domino acceptam dependenter à gratia sacramenti, & attritione illam præcedente tanquam dispositione. Quæ autem ex his modis venialia remittantur, existimat sine diuinatione dici non posse.

16 Sed adhuc duo dicendi modi super sunt. Nullo q. 87. articulo 3. diff. 1. ad 3.

et 5. videtur docere sacramenta remittere venialia ex proprio munere gratiæ sacramentalis. Cum autem quodlibet sacramentum ordinetur specialius ad aliquas virtutes, quam ad alias; vt Eucharistia ad Charitatem, confirmatio ad fortitudinem: remittit sacramentum illa peccata venialia, quæ propriæ virtuti magis opponuntur. Et si non habeat peccata illi opposita, remittit illa, quæ cum proprijs oppositis maiorem similitudinem habent; plura, vel pauciora, secundum dispositionem, qua homo accedit ad tale sacramentum. Et ad 5. exponit, quod & titulo communi omnibus sacramentis habent remittere venialia: & secundum proprias rationes habent remittere diuersimode; & quædam venialia potius quam alia, vt constat ex eorum speciali institutione, & significatione, & sine propter quem sunt instituta. Candidus discip. 34. art. 34. dub. 2. & 6. & 8. ipsum per omnia sequitur.

17 Denique Lorca de gratiâ disp. 41 in fine, sic ait. Et si requiratur intrinseca mutatio peccatoris vt veniale deleatur, sufficientem esse infusionem gratiæ habitualis: quamvis enim gratia habitualis, & macula peccati venialis non ita pugnet, quin possint esse simul: sed hoc verum est quando peccatum veniale in peruenit gratiæ: quando vero peccato superuenit augmentum gratiæ habitualis cum habitudine, & ordine ad peccatum veniale; potest eius maculam delere; quatenus enim efficit maiorem, & efficaciorum coniunctionem cum Deo; illam qualemque auersionem tollit. Idque contingit quando absque actum contritionis remittitur virtute sacramenti. Certe res est in vtramque partem difficilius: sed difficilius est diuinæ omnipotentis angustos limites statuere. Hæc Lorca.

§. III. Secundum mentem D. Thomæ resoluitur difficultas.

18 **D**iligenter rament attendendo, quæ D. Thomas diuersis in locis de hoc puncto scripsit, videtur asserendum pluribus titulis conuenire sacramentis vt peccata venialia remittant: & quatuor omnibus sunt communes. Primus quia omnia conferunt gratiâ, quæ inclinatur, virtutibus mediantibus, ad actus penitentis, & charitatis oppositis venialibus

quæ cum impedimento feruoris charitatis non compatiuntur. Secundo ratione dispositionum, quæ solent requiri, & interuenire in sacramentorum receptione, quæ dispositiones communiter sunt incompensabiles, non solum cum peccatis mortalibus, sed etiam cum venialibus, vel cum omnibus, vel cum aliquibus præcipuis, & grauioribus. Tertio ratione gratiæ sacramentalis, quæ in nostra sententia explicata q. 65 dub. 5. §. 2. & 3. addit nouam extensionem modalem se extendentem ad actus speciales, & proprios illius sacramenti: vel iuxta aliorum sententiam, ibi expositam §. 1. addit conotationem, vel ius morale ad auxilia actualia, vel ipsa auxilia, quibus consequimur proprios, & peculiare effectus, ad quos consequendos singula sacramenta ordinantur. Quarto in quantum excitat actus feruoris charitatis, vel obiectiue, vel quia Deus meritis Christi, titulo receptionis sacramentorum, medijs quibus virtus passionis eius applicatur, nouo titulo paratus est auxilia conferre ad detestanda peccata.

19 Secundo dico, quod ex his quatuor modis primus, & vltimus solum verificat omnia sacramenta conferre remissionem venialium mediate, virtualiter, & in actu primo: secundus, & tertius immediate formaliter, & in actu secundo. Ambæ conclusiones deducuntur ex duobus principijs solidissimis, scilicet assertis à D. Thomæ. Alterum habetur art. 2. *Vnumquodque tollitur per suum oppositum.* Quæ propositio est euidenter in Physica, tã in oppositis priuatiue, sicut lux expellit tenebras; quã in oppositis contrariis, sicut frigus expellit calorem, & nigredo albedinem: & in Medicina est axioma celebre, quod contraria contrarijs curantur. Similiterque peccatum mortale, & eius macula expellitur ab anima per formam inhærentem, & sanctificantem. Alterum habetur art. 3. & 4. & alijs locis scilicet relatis, quod forma opposita culpæ veniali habituali, quæ tollit feruorem charitatis, & ponit in ordinationem, nõ tollendo vltimum finem debitum, est feruor specialis charitatis cum penitentia explicita, vel implicita quæ sufficit retractare, & compensare illam in ordinationem, & tollere illud impedimentum. Ideoque tollit veniale, nõ solum dispositiuè, & moraliter impetando & satisfaciendo, sed etiam in genere causæ formalis physice expellendo.

20 Sic ergo expositæ assertiones, præter quam quod constat ex dictis vltimus confirmantur ex D. Tho. qui tres

modos exponit q. 7. de Malo art. 12. dicens, quod sicut supradictum est (art. 11.) per feruorem charitatis peccata venialia remittuntur. Et ideo quæcumque nata sunt excitare feruorem charitatis, possunt causare remissionem peccatorum venialium. Actus autem charitatis ad voluntatem pertinet. Quæ quidem tripliciter ad aliquid inclinatur: aliquando quid ex sola ratione aliquid demonstrat: aliquando autem ex ratione simul, & aliquo interiori instinctu, qui est à causa superiori scilicet Deo: aliquando autem cum hoc etiam ex inclinatione habitus inhærentis. Sunt quidem quedam, quæ causant remissionem peccati venialis in quantum inclinant voluntatem ad feruentem charitatis actum secundum tria prædicta. Et sic per Sacramenta nouæ legis venialia peccata remittuntur, quia & ratio ea considerat vt quædam salutaris medicina; diuina virtus in eis secretius operatur salutem; & etiã per ea confertur habitualis gratiæ donum. Hæc D. Thom. Qui & sol. ad 2. notat quod habenti vsum liberi arbitrij, non infunditur noua gratia sine feruore charitatis.

21 Quod autem venialia confessa ex vi clauium remittantur expressè S. Tho. docet in 4. dist. 21. q. 2. a. 1. ad 1. dicens, quod est confessio sacramentalis quando aliquis in secreto Sacerdoti confitetur quedam que meminit, & venialia in generali. Et tunc illa generalis confessio ex quatuor habet, quod valeat ad remissionem venialium quantum ad culpam, & etiam poenã, vel in parte, vel in toto, scilicet, ex contritione consentientis, ex humilitate confessionis, ex oratione Sacerdotis, in quadam persona, ex vi clauium. Quod autem sola infusio gratiæ habitualis ad hoc non sufficiat, nisi mediante actu, vel extensione, constat ex eodem articulo in corpore: nõ premitit, quod ista est ratio quare per infusionem gratiæ, & charitatis peccata venialia non dimittantur; quia non opponuntur charitati quantum ad habitum; sed magis quantum ad actum eius, quem impediunt, vel retardant. Et ideo quando actus charitatis contra venialia dirigitur, ea quasi suo contrario delet.

22 Quod autem Sacramentis secundario conueniat venialia delere, quæ gratiæ peculiari Sacramentali singulorum repugnant, constat ex D. Thomæ ibi art. 2. & dist. 16. q. 3. art. 2. q. 4. loquendo de omnibus Sacramentis, & Sacramentalibus, corpore, & ad 1. ait, quod actus noster

requiritur ad dimissionem venialis: sed ista dicuntur peccatum veniale remittere, in quantum in actum nostrum feruorem excitant. Et ad 2. ait quod ista sine contritione non delent peccatum veniale: sed dicuntur delere in quantum contritionem causant. Et ad 3. explicat, quod secundum quantitatem feruoris est quantitas remissionis.

23 De peculiari titulo cur Baptismo conueniat venialia dimittere, agit D. Thomas 3. p. q. 69. art. 1. Et in 4. dist. 4. q. 2. art. 1. q. 1. quia est regeneratio in vitam spirituales. Et ideo delet, & originalem, & actuale culpam mortalem: & quantum est de se etiam venialem, quæ disponit ad priuationem gratiæ. Quamuis quandoque culpa venialis remaneat post Baptismum, mortali remota, propter in dispositionem recipientis Baptismum, vt ibi asserit D. Thomas: & amplius declarat ad 3. Loquendo de Confirmatione 3. par. q. 72. art. 7. ad 2. & in 4. dist. 7. q. 2. art. 2. ad 1. ait: Et ideo, si inuenit aliquam culpam, quæ fictum non faciat, delet illam; sicut patet de culpa veniali: quantum non principaliter contra culpam ordinatur. De Euchar. 3. p. q. 79. art. 4. & hæc q. 87. art. 3. & in 4. dist. 12. q. 2. art. 1. q. 1. & art. 2. q. 1. per totam. Idque exponit ad 1. dicens, quod tantus potest esse deuotionis feruor, quod omnia venialia peccata deleat. Neque est inconueniens quod aliqua hora homo sit absque omni peccato veniali, quamuis hoc diu durare non possit, propter difficultatem vitandi peccata venialia. Nec tamen oportet, quod semper omnia peccata venialia deleat: sed secundum mensuram deuotionis: quia non est proximus effectus eius, delectio venialium; sed ex consequenti, vt ex dictis patet. Et ad 2. ait, quod gratiæ huius Sacramenti non solum mortalia, sed etiam venialia opponuntur. De sacrificio Missæ videantur scripta q. 83. dub. 9. §. 4. De penitentia iam dictum est. De Extrema unctione idem exprimit S. Thomas hac quæst. 87. art. 3. & in 4. distinct. 23. quæst. 1. art. 2. quæst. 2. dicens. Sed quia hoc robur gratiæ facit, quæ secum non comparatur peccatum; ideo ex consequenti, si inuenit peccatum aliquod, vel mortale, vel veniale quoad culpam, tollit ipsum: dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiam de Eucharistia distinct. 12. & de Confirmatione, distinct. 7. supra dictum est. De ordine dicit gratiam conferre, distinct. 24.

q. 1. ar. 2. q. 1. & idem dicit de Matrimonio dist. 26. q. 2. art. 3. Quamvis autem de his duobus sacramentis non expresserit specialiter remittere venialia: Tamen hac q. 87. art. 3. ait: *Et hoc modo per Eucharistiam, & Extremam unctionem, & uniuersaliter per omnia sacramenta nona legis, in quibus confertur gratia, peccata venialia remittuntur.* Quod, & affirmat q. 7. de Malo art. 12. & in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 4. Ex quibus omnibus videtur manifestum nostras conclusiones esse ad mentem D. Thomae. Et quod aliqui dicendi modum relati ei e diametro opponuntur. Aliqui ex parte nobiscum conveniunt, specialiter secundus, & penultimus: sed non adequate rem explicarunt. Alios sigillatim impugnare, ex dictis non erit difficile, sed non vacat in his immorari.

DVBIVM QVARTVM.

Qualiter sacramentalia, & alia externa exercitia valeant ad remissionem venialium?

§. I. Referuntur Auctorum sententia circa modum quo sacramentalia venialia remittant.

Iam tempore D. Thomae erat communis doctrina, quod multa essent remedia ad remissionem venialium: unde ipse plura numerat in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 4. in argumento sed contra, dicens. *Communiter dicitur, quod multa sunt remedia contra venialia peccata, scilicet, unctio pectoris, aspersio aquae benedictae, unctio extrema, & omnis sacramentalis unctio, benedictio Episcopi, panis benedictus, generalis confessio, compassio alieni delicti, dimissio, Eucharistia, oratio dominica, & alia quaecumque ieiunium poenitentia.* Ipseque D. Thomas ibi in corpore art. & q. 7. de Malo art. 12. & hac q. 87. art. 3. ad tres classes reducit: in prima ponit omnia sacramenta nouae legis: de quibus qualiter venialia dimittantur iam dictum est. Secundo numerat sacramentalia, sic appellat D. Thomas illa art.

12. aquam benedictam, benedictionem pontificalem, & alia huiusmodi. Et in hoc art. 3. in hac classe constituit quamlibet sacramentali unctioem, orationem in Ecclesia dedicata, & si qua alia sunt huiusmodi. In tertia classe constituit orationem dominicam, unctioem pectoris, & alia huiusmodi, nempe confessionem generalem, de qua hic art. 3.

2. Multi alij haec confundunt, & in vna classe numerant. Refert Paludanus versu. *Orans, unctus, sedens, confessus, dans, benedicens:* Eumque exponit in 4. dist. 16. q. 1. ar. 2. n. 38. confirmatque auctoritatibus adductis ex Hostiensi de Poenit. & remis. cap. Omnis, & ex alijs S. Anton. ubi infra, ex S. Raimundo, refert venialia tolli octo modis, & de his scribit versus: *Confiteor, unctio consergor, contero, oro. Signor, edo, dono: per haec venialia pono.* Videatur etiam Syluester in Rosa aurea casu 14. Soto tamen in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. §. de oratione dominica, animaduertit quod cap. Tres autem, qui citatur de Poenitentia dist. 3. ex S. August. ad Felicianum, est S. August. epist. 108. ad Seleucianam. De confessione etiam generali, & de quibusdam alijs, non est textus expressus, sed antiquissimus Ecclesiae usus sufficit. His praemonitis, legi possunt textus, qui ex Glossa, & Hostiensi, citantur Ab Azor to. 1. lib. 4. cap. 11. q. 5. & alios ipse citat. Tota autem difficultas est de modo, quo per haec obtinetur venialium remissio.

3. Paludanus illo n. 38. ait, sciendum est quod per illos modos plus quam per alia bona opera dimittuntur: licet nec per hos dimittantur nisi cum displicentia voluntatis. Primo quia isti modi plus incitant hominem ad motum liberi arbitrii detestantis peccata. Secundo, quia plus valent ad remissionem poenae ex merito, & praecipue totius Ecclesiae. Tertio, quia plus sufficit generalis contritio hic quam alibi: ita tamen quod homo utatur istis hac intentione. Et infra. Dico autem quod minor dolor eum hic sufficit ad remissionem venialium, quam sine his. Unde non frustra adhibentur. Refert, & approbat S. Antoninus 1. p. Summa tit. 10. cap. 1. §. 5. Aueria hic q. 4. sec. 8.

4. Fauet Cano lib. 2. de locis cap. 13. ad 9. §. Errant dicitur, dicens. Nec est in minore Ecclesiae confessione venialia per sacrificium altaris, quam per aquam benedictam, per orationem dominicam, aut similia huiusmodi religionis opera remittuntur. De consecrat. dist. 12. cap. 1. tit. 1.

fur, & cap. Vtrum, & infra. Ut aperte Christi erga nos providentiam, & benignitatem intelligas, qui grauioribus morbis grauiorem poenitentiae curationem adhibuit: leuioribus autem faciliiori sacrificij medicamento curauit. Fauet etiam Vualdensis to. 3. de Sacramentalibus rit. 4. cap. 68. Maior in 4. dist. 13. Expressius Soto in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. §. Incontrarium, Dicendum ergo est (inquit) haec habere vim remittendi venialia ex vi clauis Ecclesiae ex opere operato: ut patet ex verbis, quibus benedicitur aqua: alioquin non plus faceret dicere, *Credo*, quam, *Pater noster*, & aspergi aqua non benedicta, quam benedicta, nec benedici ab Episcopo, quam a simplici sacerdote etc. Unde responsio S. Thomae sic est intelligenda; quod ista dimittunt veniale peccatum, quia inclinant animam ad motum poenitentiae: non quod semper requiratur illa excitatio: sed quod de se ad hoc sint instituta. Quare illa suscipere tanquam per illum effectum ab Ecclesia accommodata censetur actus poenitentiae: quamvis in unctioe pectoris, oratione dominica, & confessione generali expressior appareat poenitentiae imago. Et §. Et contra, docet, quod huiusmodi venialium remissio non exigit gratiae infusionem. Et inde colligitur, quod licet Ecclesia non possit instituire sacramenta, quia gratiam conferunt: potest nihilominus haec instituire sacramentalia. Enim vero quoniam haec peccata frequentissima sunt, etiam in viris circumspectis, consultum fuit, ut tam multis, tamque praesentaneis remedijs succurreretur eis. Haec Soto Et Victoria in Summa de Poenitentia n. 110. Sequitur Martinus Ledesma 1. p. Quarti q. 28. art. 3. dub. 3. quia Alexander Papa cap. Aquam sale, dist. 3. ait. *Aquam sale conserperam in populis benedicimus, ut ea cuncti asperis sanctificentur, & purificentur.* Quod etiam omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus: Nam sicinis vitula aspersus populum sanctificabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisque praecipibus consecrata, populum sanctificat, atque mundat. Affert alios Canones reatos a Paludano, & alijs. Subscribit Azor lib. 4. cap. 11. q. 4. Nam inter opiniones ea est preferenda quae magis pietati fauet, dummodo nihil cum recta ratione pugnare videatur: Sed haec talis est: ergo est tenenda Bellarminus lib. 2. de Sacramentis cap. 31. prop. 3. Valeria hic q. 5. punct. 1. Henricus lib. 1. de poenit. cap. 15. n. 8. Tolerus lib. 3. cap. 3. in fine. Fagundez

praec. 2. lib. 2. cap. 1. n. 11. Delgadillo de Sacramentis in genere cap. 8. a. n. 5. & de Poenit. cap. 7. n. 2. & 7. & 10. Late Thomas Hurtado to. 2. tract. vlt. resol. 9.

5. Praeterea Nuño 3. p. q. 87. art. 3. dicit. 2. docet aquam benedictam vere, & realiter eleuari a Deo ut tangat animam tantu virtuali, & remittat venialia ex opere operato. Quia secundum omnes alios modos dicendi, non aqua benedicta, sed affectus est, qui remittit venialia peccata. Nam etiam imagines excitant affectum ad deuotionem, qua deuotione mediante remittuntur venialia peccata. Tamen non dicitur quod imagines venialia peccata remittant. Quod totum colligitur ex illis verbis Ioa. 20. *Quorum remisseritis, & ex Pontificibus, & via Ecclesia.* Nec tamen virtute Ecclesiae, sed virtute Christi Domini remittunt sacramentalia venialia peccata: ipse tamen Dominus dedit ei potestatem instituendi, & benedicendi. Quibus tamen determinatis, & assumptis ad operandum, ipse Christus Dominus est, qui eleuat illa sacramentalia, & virtutem concedit, ut ex opere operato remittant peccata venialia Nuño referunt, & sequuntur Candidus to. 2. dist. 24. art. 35. dub. 2. & 3. & n. 6. Diana 3. p. tract. 4. resol. 61. dicens haec omnia debere in nobis excitare magnum desiderium attrahendi die, ac nocte aquam benedictam.

Addit tamen Nuño difficultate 3. quod illa tria, quae ponuntur a D. Thoma in secundo genere, tantum remittunt peccata venialia ex opere operantis: quia constituit illa remedia, ut remittant peccata venialia, quia sunt operationes ipsius hominis operantis.

§. II. Mens D. Thomae pro conclusione statuitur.

Ceterum de mente D. Thomae melius certificabuntur lectores, si eius formalia verba transcribamus, quae ipsi legant. Hic art. 3. cum dixisset, quod triplici ratione aliqua causa sit remissionis venialium: & explicauit modum, quod id competit omnibus sacramentis nouae legis, subiungit. *Secundo in quantum sunt cum aliquo motu detestantis peccatorum, & hoc modo confessio generalis, unctio pectoris, & oratio dominica operantur ad remissionem venialium peccatorum: nam in oratione dominica peritiam. Dimittite nobis debita*

postea, Tertio modo, in quantum sunt cum aliquo motu reuerentiae in Deum, & ad res diuinas. Et hoc modo benedictio episcopalis, aspersio aquae benedictae, qualibet Sacramentalis oratio, oratio in Ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi, operantur ad remissionem venialium peccatorum. Hæc D. Thomas. Si illa, quæ ponuntur in secundo genere, solum mediate, imò solum ex opere operantis, causant remissionem; quia remittunt venialia, in quantum sunt cum motu detestationis peccatorum, a fortiori idem dicendum de alijs, quæ solum sunt cum motu reuerentiæ ad Deum, & res diuinas: quia magis repugnat cum veniali poenitentia, quam reuerentia, & deuotio: Et tamen de omnibus ait ad 1. quod omnia ista causant remissionem peccatorum venialium in quantum insinuant animam ad motum poenitentiae, qui est de detestatio peccatorum, vel implicite, vel explicitè.

6 Præterea q. 7. de Malo art. 12. ad idem intentum ait. Quædam vero sunt quæ causant remissionem venialis peccati secundum duo prædictorum: non enim causant gratiam; sed excitant rationem ad aliquid considerandum, quod excitet charitatis feruorem. Et etiam pie creditur quod virtus diuina interius operatur excitando dilectionis feruorem. Et hoc modo aqua benedicta, benedictio pontificalis, & huiusmodi Sacramentalia causant remissionem peccati venialis. Quædam vero sunt quæ causant remissionem venialis peccati solum modo excitando charitatis feruorem per modum considerationis; sicut oratio dominica; tunsi peccatoris, & alia huiusmodi Fundat D. Thomas illam piam credulitatem (quæ, nec est infallibilis, nec semper assistens ex promissione diuina. Ecclesia reuelata) quadam pia, sed graui consideratione, quam proposuerat in argumento, Sed contra: quia nihil in Ecclesia obseruantibus agitur frustra. Sed in benedictione aquae fit mentio de remissione culpæ, &c. Idem exprimit in 4. Sent. dist. 16. q. 2. ar. 2. q. 4. in corpore, & ad 1. & ad 2. ait, quod ista sine contritione non delent peccatum veniale: sed dicuntur delere in quantum contritionem causant dist. 12. q. 2. art. 1. Et in 4. ad Anibaldum dist. 16. q. unica art. 5. ad 2. de benedictione Episcopali, dicendum, quod hæc specialiter dicuntur remittere, non quia remittant per se, sed quia hæc sunt excitatiua feruoris, per quam fit remissio.

Sic S. Thomam exponunt, & sequuntur

tur Turcremata in cap. Aquam, de cōsecrat. dist. 3. Et cap. Tres autem, de poenitentia, dist. 1. art. 3. Syluester, verbo, Aqua benedicta, q. 1. & 2. & peccatum q. 7. Petrus Soto, de poenit. lec. 18. §. Et his intelligendum, Araujo 3. p. q. 87. art. 4. dub. 2. à num. 23. ad 25.

7 Fuitque sententia Alensis 4. p. q. 65. membro 3. art. 4. S. Bonauentura in 4. dist. 21. art. 3. q. 1. Richardi ibidem. Durandi q. 3. Abulenſis 4. Regum 2. q. 39. Quos refert, & sequitur Suarez disp. 12. sec. 2. Vazquez 3. part. q. 87. art. 3. dub. 1. Grauidos. contr. 7. de poenit. trac. 4. disp. 2. sec. 2. & 3. Coninch 3. part. q. 71. art. 3. dub. unico. Lugo disp. 9. sec. 4. Becanus cap. 33. q. 6. Laymam tom. 1. trac. 6. cap. 4. num. 17. Fillatius trac. 6. cap. 5. q. 10. n. 130. Pelantius 3. p. q. 87. art. 3. disp. 1. Bonacina tom. 1. disp. 6. q. 6. sec. 2. puncto 2. n. 4. Trullench lib. 4. praxis cap. 2. dub. 2. n. 4. Villalobos tom. 1. tract. 4. diff. 11. n. 4. & 5.

Suarez, & post eam alij relati, dupliciter probant. Primo, quia nullum Sacramentale est in Ecclesia, de quo constet esse institutum ad tollendas culpas veniales ex opere operato: quia canones, qui citantur, non de aliqua institutione Ecclesiae loquuntur; sed de efficacia, quæ illa opera, vt sunt actus virtutum habent ad obtinendam remissionem peccatorum, per modum impetrationis, vel dispositionis. Vnde respectu mortalium peccatorum illis tribuunt aliquam efficaciam, vt etiam colligi potest ex Concilio Toletano 4. cap. 9. Sed quo peccata venialia minora sunt, eo maior est virtus in illis operibus ad eorum remissionem. Quod fusc probat per singula discurrendo. Secundo asserit probabilius videri non esse in Ecclesia potestatem ad instituenda signa sensibilia, & quasi instrumenta, quæ ex opere operato tollant peccata venialia: quia in re graui, & supernaturali non est affirmandum nisi quod ex Sacra Scriptura, vel extraditione, & vsu Ecclesiae, vel ex vrgente ratione deducta ex alijs principijs reuelatis colligi potest. Hic autem nihil horum interuenit. Nam verba Ioann. 20. Concilium Tridentinum sel. 1. 4. explicuit de potestate remittendi peccata per Sacramentum Poenitentiae. Ex traditione, & vsu nihil habemus: quin potius ex non vsu potest sumi argumentum, quod in huius materijs efficax est. Ex communi sententia per Indulgentias remittuntur poenæ, non vero culpæ, etiã

ve-

veniales. Neque poenæ remittuntur, nisi applicando ex Christi, & sanctorum factis factionibus. Denique malam culpæ difficilius tolli debet, & magis requirit proprium actum ipsius hominis.

8 Cur autem hi effectus tribuantur magis his sacramentalibus, quam alijs actibus, dicit esse triplici titulo: vel quia habent adiunctum dolorem: & significationem eius. Vel propter specialem vim impetrandi. Vel quia habent vim moralem quasi applicandi Ecclesiae intercessionem. Quam fortasse vim habent etiam alia res, quæ fere eisdem verbis ab Ecclesia benedicuntur, vt ex Pontificali Romano conitat, de consecratione Episcoporum, Abbatum, & Cætera vero in quibus aliquis titulus istorum non reperitur, non est cur in hoc ponantur numero; vel si vulgo ponuntur, est propter aliquam similitudinem, vel participationem eorum, quæ diximus.

Fateor hæc probabiliter dici: quoniam enim Nuño, & Valentia impugnent, & alij: tamen sufficienter replicis respondet Granado, & alij: Cæterum mihi omnino obseruanda videtur distinctio D. Thomæ, qui in tres classes hæc remedia venialium distinxit: Sacramentalia, de quibus dub. præcedentes: Sacramentalia, quæ solum sunt ea, quæ ab Ecclesia sunt instituta, vt aqua benedicta, benedictio Episcopalis, consecratio Ecclesiae, Episcoporum, Abbatum, & alia huiusmodi quæ habentur in Pontificali, & Rituali Romano: & in alia classe sunt oratio dominica, tunsi peccatoris, confessio generalis, quæ fit in Prima, & Completorio, & elemosyna, & dimissio iniuriæ, & alia huiusmodi. De istis vltimis fateor nullam habere institutionem: & quod est abusus Recentiorum ea vocare Sacramentalia. Cum S. Thomas sic appellet solam, quæ sunt in secunda classe. De vltimis ergo omnino approbo totum discursum Suarez, à quo nec Nuño recedit, vt patet difficultate tertia.

9 Loquendo de Sacramentalibus strictè sumptis, iam diximus q. 71. dub. 3. n. 20. & 21. quod non solum significant, sed efficiunt: & quod operantur in eos effectus ex opere operato. Vnde S. Thomas in 4. dist. 6. q. 2. art. 3. q. 2. id probat ex auctoritate S. Greg. hom. 29. in Ezeq. relati cap. Sacerdotes, de Conſ. dist. 4. Et quia frustra dicerentur exorcismi, nisi aliquem effectum haberent. Præcipue cum per modum imperij, & non solum per modum orationis dicantur: in hoc

quod dicitur. Ergo maledicte Diabole exi ab eo, &c. Et ideo dicendum secundum alios, quod non tantum signant, sed etiam efficiunt aliquid: non tantum in corpore, sed etiam in anima: quia in vitroque est infectio formitis, &c. Quod autem non per hoc pertingant ad hoc quod sint Sacramenta nouæ legis, explicat ad 1. dicens, quod Sacramenta nouæ legis habent effectum in conferendo gratiam, qua perfecte morbo subuenitur, contra quem Sacramentum ordinatur. Sed sacramentalia habent effectum in remouendo contrarias dispositiones, vel impedimenta gratia: & ideo secundum diuersa impedimenta multiplicantur: nec in eis gratia conferuntur. Quod totum late prosequitur D. Thomas 3. p. q. 71. toto art. 3. & ad 2. ait, quod de ratione Sacramenti est, quod perficiat principalem effectum, qui est gratia remittens culpam; vel supplens aliquem hominis defectum. Quod quidem non fit per ea, quæ aguntur in exorcismis, sed solum huiusmodi impedimenta tolluntur. Et ideo non sunt Sacramenta, sed Sacramentalia quædam.

10 Præterea ipse D. Thomas 3. p. q. 83. art. 3. ad 3. ait, quod Ecclesia, & altare, & alia huiusmodi inanimata, consecrantur, non quia sint gratia susceptiua: sed quia ex consecratione adipsa seuntur quandam spiritualem virtutem, per quam apta redduntur diuinam cultui, vt scilicet homines deuotionem quandam ex inde percipiant, vt sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediatur. Vnde & 2. Machab. 3. dicitur: Vere virtus quedam est in loco: nam ipse qui habet in Cælis habitationem, visitator, & adiutor est loci illius. Quid sit hæc virtus; an physica, an moralis? Tractat ibi Caietanus: & nos 3. p. q. 62. dub. 4. a n. 14. vsque 23. Postea inter alia subiungit S. Thomas. Vnde & quidam probabiliter dicunt, quod per ingressum Ecclesie consecrata homo consequitur remissionem peccatorum venialium, inducentes, quod in Psalmo 84. dicitur: benedixisti Domine terram tuam; remisisti iniquitatem plebis tue. Et ideo propter virtutem, qua ex conseruatione Ecclesie acquiritur, consecratio Ecclesie non interatur, vt constat ex Concilio Nizeno, relato cap. Ecclesijs semel, de consecratione dist. 1.

11 Pari ergo ratione idem dicendum de aqua lustrali, propter decretum Alexandri 1. vt habetur in 1. eius epistola, & refertur in cap. Aquam, de Consecratione dist. 3. quia aqua benedicuntur vt sit in preparationem: quæ verba in proprietate sunt in-

in-

intelligenda. Arguit autem Summus Pontifex ex his, quæ fiebant in populo Hebræo, ad ea, quæ fiunt in populo christiano, argumento quod vocant a fortiori, & de minori ad maius, ut eius verba declarant: *ibi: multo magis aqua sale aspersa, diuinis que precibus Sacrata, populum sanctificat, atque mundat.*

Similiter S. Augustinus libro questionum veteris testamenti cap. 11. non solum docet (ut respondet Suarez n. 7.) Sacramentalium consecrationem, seu benedictionem non priuari suo effectu, etiam si sacerdos ministrans malus sit: Quamuis enim hoc doceat: simul etiam asserit benedictionem Episcopalem aliquam gratiam conferre, vel Deum ad presentiam illius: nam verba eius, quæ etiam referuntur 2. p. Decreti. 1. q. cap. 195. *Dicitur est (inquit) a Deo in Numeris cap. 6. ad Moyses & Aaron Sacerdotes: Vos ponite nomen meum super filios Israel. ego Dominus benedicam eos: ut gratiam traditionis per ministerium ordinantis transfundat hominibus: nec voluntas Sacerdotis obesse, aut prodesse possit; sed meritum benedictionis poseentis.* Postea ponderatis verbis Ioa. 11. de Caipha: *sed cum esses Pontifex arui illius, prophetauit: probat, quod quamuis aliquis boni meritis sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officium ministerij exibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis.* Sed orando, & impetrando, & orationes Ecclesie applicando, viri, & mulieres existentes in gratia, & officium diuinum dicendo, possunt alijs benedicere, ut quotidie faciunt Moniales in Completorio. Ergo aliquid amplius agnoscat S. Augustinus in benedictione Episcoporum, quos constat priuare, & solentur benedicere etiam Indulgentias non applicando. Omnium istorum rationem tetigit D. Thomas, quia non est credibile, quod in Ecclesia obseruantis aliquid agatur frustra: quia regitur Spiritu Sancto. Et quod Tridentinum Concilium scilicet 7. de Sacramentis in genere can. 13. de receptis, & approbatis Ecclesie catholice ritibus adhiberi censuris in solenni Sacramentorum administratione, diffinit, quod contemni non possum, nec prohibito omitteri, aut mutari: pariter procedit, de exorcismis, de consecratione Ecclesie, de benedictione Episcopali, de aqua lustrali, quod non solum non possunt contemni: sed quod valent ad id quod earum consecrationes, vel benedictiones valere significant,

12 His tamen non obstantibus, non est concedenda his Sacramentalibus vis immediata ad delenda venialia sine motu contritionis, & poenitentiae, aut formalis, aut virtualis: Tum quia id non concessimus Sacramentis conferentibus gratiam. Tum quia non constat quod Ecclesie sit collata potestas instituendi remedia immediate remissiuu venialium. Tertio probat Vazquez n. 5. quoniam Sacramentalia non remittuntur venialia infusione gratiae, ut Soto docet; nec actu condignæ retractationis: ergo non remittuntur mutatione condignæ voluntatis: ergo solum restaret quod remitterentur pura extrinseca condonatione, & non imputatione Dei. Quod licet admittant Suarez, Lugo, & alij. Iam tamen cum Vazquez, Lorca, Nuño, & alijs diximus est impossibile, & contradictionem implicare.

13 Quod autem non omnino satisfaciant solutiones, quas adhibet Suarez n. 14. bene probant Nuño disc. 2. & 3. & Valentia q. 5. puncto 1. ratione, quam refert etiam, nec omnino euacuat Granados n. 5. & 19. eius difficultatem. Nam vel Sacramentalia excitant semper, & infallibiliter istos bonos motus? Et id est contra experientiam. Vel non excitant, nisi aliquando? Et id etiam habent salutatio angelica, imago Christi Domini, lectio libri spiritualis, bona exempla. Imo ad eum finem suat accommodatiora, quam aqua benedicta, & benedictio Episcopalis. Ergo non minus illis, quam aquæ benedictæ, & alijs Sacramentalibus tribuatur vis remittendi venialia. Proceditque argumentum cæteris paribus, & stante æquali dispositione. Ideo ad plenam difficultatis solutionem addit Bellarminus illo cap. 31. propositione tertia, quod posset dici hæc Sacramentalia habere effectum infallibilem, si id sit vtile hominibus: non autem absolute. quia sepe non expedit nobis ea beneficia consequi: quomodo de Extrema vntione dicere solemus quoad effectum sanitatis corporalis. Sed quia hoc hic non est reuelatum, nec promissum in Scriptura, sicut de illa promittitur Iacobi 5. Ideo nobis sufficit dicere cum D. Thoma illa q. 7. de Malo art. 12. quod *pie creditur quod virtus diuina interius operatur excitando dilectionis feruorem.* Quæ operatio per auxilium speciale non est infallibilis, sed valde frequens: ne in Ecclesia obseruantis aliquid agatur frustra: & si Ecclesijs, & Altaribus,

& alijs inanimatis propter consecrationem adest specialiter Dei virtus, & operatio, multo melius Sacramentalibus: quia licet soli Deo, & Christo sit reseruata institutio Sacramentorum, quæ datur gratiam, & iustificat impium, & iustos perficiunt. Ecclesie tamen suæ dilectissime sponsæ dedit potestatem instituendi Sacramentalia ad tollendum impedimenta, & excitandos motus charitatis, & poenitentiae, & deuotionis, quibus homines aptentur ad res diuinas tractandas.

Et quoad hoc conueniunt nobiscum Paludanus, S. Antonius, & Cano, qui non tribuit Sacramentalibus alium modum delendi venialia, quam Missæ sacrificio. Et tamen diximus q. 83. dub. 9. §. 4. cum communiore sententia, quod non delet venialia. immediate; sed impetrando auxilium, quo eliciatur actus supernaturalis poenitentiae formalis, vel virtualis, quo deletur veniale. Solum ergo duos posteriores modos defendendi priorem sententiam non approbamus, nempe Soto, & Nuño. Sicut neque omnino acquiescimus primo modo defendendi vltima principalem sententiam, quam credimus D. Thomæ, & veram. Fortaque etiam in hoc sensu Concilium Tridentinum scilicet 14. cap. 5. docuit quod venialia in confessione Sacramentali, *tacere citra culpam, multisque alijs remedijs expiari possunt.*

DVBIVMQVINTVM.

Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali?

§. I. Referuntur sententia, & Conclusio negativa statuitur secundum mentem Diu. Thomæ.

EX dictis fere nullam hoc punctum continere videbatur difficultatem; nisi paucorum antiquorum existimationibus, eius perspicuæ decisioni negatiuæ, tenebræ essent offensa. Durandus in 4. dist. 16. q. 2. n. 9. fatetur *communio rem.* modum dicendi esse, quod pecca-

tum veniale non potest dimitti sine mortali. Contendit tamen oppositum esse *probabilius*, quadruplici ratione. Prima, quia ad dimissionem venialis solum requiritur reordinatio voluntatis per debitam displicentiam eius quod indebite placuit; & solutio poenæ finitæ: non autem restitutio gratiæ, quæ non erat amissa. ratione peccati venialis. Quæ omnia possunt fieri ab homine existente in peccato mortali. Secundo. Quia ponamus quod puer non baptizatus, existens in originali, quando venit ad ætatem in qua primo potest peccare venialiter; & statim moriatur. Aut punietur in inferno pro peccato veniali poenæ finitæ; vel infinitæ? Si finitæ, fortiori ratione eam in presenti vita solueret, si vixisset; non obstante peccato originali; cum quo non stat gratia. Si infinitæ? Videtur inconueniens: cum secundum taxationem diuinam peccato veniali non debeat nisi poenæ finitæ. Forte dicitur, quod puer veniens ad ætatem in qua peccare potest, nunquam peccat prius venialiter; sed mortaliter. Sed hoc est manifeste falsum in pueris, tam baptizatis, quam non baptizatis. Multa enim sunt delicta puerorum, quæ ab omnibus reputantur venialia, antequam aliquis iudicet eos peccasse mortaliter. Ita ad verbum arguit n. 7.

Tertiam proponit num. 8. Secunda omnes, per opera bona, facta extra charitatem, meretur aliquis, factam de congruo, aliquod bonum temporale, ut patuit dist. 15. Expiatio autem poenæ temporalis debita peccato veniali, est quoddam bonum temporale, ut ibi patuit. Ergo. Quarto arguit n. 10. euacuando totum fundamentum alterius opinionis, quæ videtur laborare in æquiuoco non distinguens, quod aliquid potest esse acceptum Deo dupliciter. Vno modo tanquam remunerandum vitæ æternæ: & talis acceptatio non est nisi per gratiam. Alio modo potest aliquid esse acceptum Deo tanquam remunerabile aliquo bono temporali. Et sic opera facta extra charitatem sunt accepta ad adipiscendum bonum temporale, & catendum malo temporali, & ad expiationem culpæ venialis, & poenæ ei debite. Idem dicit dist. 21. q. 1. n. 5. & 6. Notat tamen ibi q. 2. n. 4. quod loquitur in statu vitæ: secus vero in damnatis, qui sunt in termino; nec possunt expiare quamcumque culpam. Hoc tamen inconueniens non reputat Scotus in 4. dist. 21. q. 1. §. In ista questione, lit. d. ver. *Dico ergo ex-* pres-

preste afferens. *Necesse inconueniens peccatum debitam veniali habere terminum in inferno, &c.* Subscribit Grabiell Biel in 4. dist. 16. q. 5. art. 3. dub. 2. dicens, quod *hæc opinio est clementior, & probabilior.* Henricus à Villalobos in Summa trac. 1. diff. c. 17. n. 2. & 3. dicit valde probabilem, & conformem diuinæ misericordiæ. Assertiue Delgado de Poenit. cap. 7. dub. 2. n. 10. & toto dub. 5. Quia si auxiliū supernaturale conceditur Deo inimico ad elicendos actus supernaturales, fidei, spei, attritionis, contritionis, & cætera: Cur non concederetur remissio venialis, posita iam cum illo auxiliō attritione supernaturali, aut alio actu ad hanc remissionem ordinato? Vt dicit n. 17. Addit forte esse veram sententiam illorum qui dicunt remissionem venialis non esse opus gratiæ, sed naturæ, vel iustitiæ: facilius saluāt peccatori posse remitti veniali, non remissio mortali, iuxta ea, quæ dixerat n. 10.

2. Cæterum doctrina S. Thomæ, est Theologorum communis, verissima, & quæ recte expensa, non potest omnino tute negari. Singula demonstramus. Esse D. Tho. nec contrarij dubitant. Hic ar. 4. ait, quod sicut supra dictum est, q. 86. a. 3. & 6. remissio culpæ cuiuscunque nunquā sit nisi per virtutem gratiæ: quia vt Apostolus dicit ad Rom. 4. *Ad gratiam Dei peruenit, quod Deus alicui non imputet peccatū.* Quod Glossa Interl. ibi exponit de veniali. Ille autem, qui est in peccato mortali, caret gratia Dei. Vnde nullum veniale sibi remittitur. Sensum, & vim rationis declarat, & fundamentum contrarium diluit ad 2. docens, quod licet veniale nō remittatur immediate gratia habituali; sed actuali transeunte: tamen iste actus nisi sit informatus habitu, cuius actus secundus, & exercitium sit actus, non est forma expulsiva: quia requiritur aliquis gratiæ actus, qui non potest esse in eo, qui subiaceat peccato. Quæ ratio (inquit Caietanus) non se tenet ex parte poenæ, sed ex parte culpæ: quia scilicet nulla culpa a Deo remittitur, nisi per virtutem gratiæ. Quod si Durandus advertere voluisset, aut rationem, aut cessasset ab obijciendo. Quoniam nulla offensa sine gratia à Deo dimittitur.

Hanc rationem simul cum alia ad intentum proponit D. Thomas in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. q. 3. dicens, quod remoto priori remouetur posterius; nec posterius restituitur, nisi priori restituto. Feruor

autem charitatis, cui veniale opponitur, est posterior ipsa charitate. Vnde quoad diu charitas non restituitur, nec feruor charitatis reparari potest. In qua reparatio ne consistit peccati venialis dimissio: sicut etiam in reparatione charitatis dimissio mortalis. Et ideo non potest veniale dimitti ei, cui mortale non dimittitur.

Potest etiam ex parte remittentis ratio assignari, quia à Deo, qui solus peccata dimittit, peccatum mortale separat, & ideo effectum eius in remissione peccati venialis, habens peccatum mortale, non percipit. Sicut assignata est ratio ex parte eius, quo fit remissio, scilicet, charitatis, quæ *uniuersa delicta operit.* Prou. 10. Quam peccatum mortale tollit.

3. Argumentum contrarium præcipuum Scoti, quod homo in mortali existens potest sufficienter in se ipso punire, vel satis pati pro poena finita, quæ debetur veniali, ibi soluit S. Thomas ad 3. dicens, quod poena etiam omnis offensam non tollit, nisi ab eo in quem peccatum commissum est, acceptetur: nec acceptari potest quandiu inimicitia ad ipsum manet. Et ideo manente inimicitia hominis ad Deum per peccatum mortale, poena quæ tacumque veniale non purget. Vnde Esaiæ 58. Dominus dicit non esse accepta ieiunia eorum, qui ad lites, & contentiones ieiunabant. Hæc D. Thomas. Qui & argumenta Durandi diluit q. 7. de Malo art. 10. ad 6. & 8.

Eadem fuit sententia Ricardi de S. Victore opusculo de differentia venialis peccati, & mortalis. S. Bonauentura in 4. dist. 21. art. 1. q. 1. & aliorum Theologorum, quos referunt, & sequitur Suarez disp. 11. sec. 2. n. 4. Aueria q. 4. sec. 3. Videantur expositores D. Thomæ 1. 2. q. 87. art. 5. ad 5. vbi omnes Thomistæ, quos referunt, & sequuntur Alvarez disp. 185. & P. P. Carmel. disp. 17. dub. 3. n. 73. & Vazquez disp. 141. cap. 2. qui & multos alios citant. Vnde Vazquez hac 3. p. q. 87. infine ait. Ex quo sequitur sententiam D. Thomæ in hoc articulo esse *verissimam*, non remitti veniale sine mortali.

4. Quod ultimo asserui, transcriptis egregijs probationibus M. Soto placuit formare. In 4. dist. 15. q. 2. art. 4. sic ait. At vero, quauis huiusmodi opiniones mitius solebam reprobare; iam vero modo omnino se mihi representant *falsissime*. Haud enim isti attendunt quem admodum nulla possit esse remissio cul-

pe

pæ in homine per eius actum, nisi sit Deo acceptus: quia inter nos, & ipsum nulla est ratio iustitiæ, quæ ex nobis dimanet: sed secundum suam acceptionem. Cum ergo nullus actus peccatoris, quantumcūque sit moraliter bonus, sit opus amici Dei: nescio quomodo admittere queant per vllum peccatoris actum remissionem fieri culpæ, quantumlibet leuissimæ. Vnde Eccles. 34. ver. 23. *Dona iniquorum non probat Altissimus; nec respicit in oblationes iniquorum: Nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.* Et super illud Prou. 15. v. 8. *Vitima impiorum abominabiles: vota iustorum placabilia:* ait, ad Richardum (est error Typographi: nam debet legi: *Reuerendum*: vt constat ex D. Gregorio, cuius hæc sunt verba lib. 7. Indictione 2. epistola, & capite 126. quæ inscribitur: *Gregorius Recaredo Regi Visigothorum*; qui fuit frater S. Hermenegildi, & ambo filij Leouigildi, vt testatur S. Gregorius lib. 3. Dialogorum capit. 11.) Gregorius: *Neque enim apud Deum quid datur: sed a quo datur, attenditur. Respexit enim Dominus ad Abel, & ad manerā eius.* Quam ergo personam Deus non respicit, neque eius approbat satisfactionem. Remissio autem venialium non fit nisi per satisfactionem: iuxta verbum Baptistæ Matthæi 3. ver. 8. *Facite ergo fructum dignum poenitentiae.* Super quibus verbis 21. de ciuitate Dei cap. vltim. S. August. dignas elemosynas pro peccatis eas esse, ait, quæ ab ipso peccatore incipiunt. Vnde colligit, quod qui animæ suæ non miseretur placens Deo, nihil pro suis peccatis ei potest dignum offerre.

5. Quia vero nihil opus est Sanctorum testimonijs, Dominus enim ipse clamat per Isaiam cap. 1. *Vae genti peccatrici.* Et subdit: *Quo mihi multitudo victimarum vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum holocaustis formatam aristam. Non offeratis ultra sacrificium frustra.* Ad nihil ergo peccatorum opera Deo placēt. Nam si ad remissionem venialium valent, non fierent frustra.

At qui vanum esset cauillum dicentis propterea illa opera non fuisse Deo grata, quod mala fiebant intentione. Et enim nihil aliud ponitur in causa, quam quod fierent in peccato: quia scilicet eorum manus sanguine plenæ erant. Quare opera eorum respectu Dei erant quasi manus menstruata, vt cap. 64. subditur. Vnde Paulus. 1. Cor. 13. Si distribucio

in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

6. Ad quod subinde propositum optime adducitur (à D. Thoma in argumento, *sed contra*) Matthæi 5. *Amen dico sibi, non exies inde* (scilicet, ex carcere, in quem homo ob peccatum mortale includitur) *quousque reddas novissimum quadrantem, id est, vsque ad leuissimam culpam.*

Accedit & maximum argumentum ex illo Matthæi 6. *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra.* Et tamen qui ait in peccato mortali posse dimitti veniale, subsequenter concedat oportet, etiam illi, qui odio fratris tenetur, posse veniale remitti. Quare impie peti dicens: *Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus.*

Quid pluribus? Concedere vllum prorsus peccati genus, nisi per Christum, & meritum eius passionis remitti: Quem Paulus ad Rom. 3. & Ioan. in. 1. canon. cap. 2. & 4. Generalem propitiatorem, & propitiationem Patrem missile affirmant pro peccatis nostris; profecto nescio quomodo non sit impius error? Dicit ergo Pater: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit docuit nihil sibi omnino placere, quam quod ab homine, qui est eius mēbrum per charitatem procedat. Et tamen si vera esset opinio Durandi, sine Christi virtute posset per actum viribus nature elicitem remitti peccatum: atque adeo Iudæis, & Sarracenis, & idololatriis illud posset remitti: quod Patribus crederim quid Pelagianum suboleret. Placuit rem, quæ parua videretur, tam multis vrgeri: quia certe non clementior, vt Grabiell existimat, *sed impius in Christum hæc opinio videtur.* Hæc Soto.

Cuius censura nimia non videbitur fundamenta perpendenti; præcipue si hæc vltima inconuenientia deuorentur; & admittatur deleri venialia sine auxiliō gratiæ: quod iam reiecit dub. 1. conc. 3. Nunc enim contendimus, quod etiam ex auxiliō supernaturali, homini existenti in mortali de lege ordinaria non dimittitur mortale: sacus vero de potentia absoluta: quia non sequitur repugnantia: vt notat Nauio art. 4. initio, & Araujo dub. 3. numer. 19.

norat, quod nullus Theologus id negat expresse.

7 Confirmatur ex D. Gregorio lib. 22. Moralium cap. 12. ad illa verba Job. 31. *Foris non mansit peregrinus, penderante illud Lucæ 6. Dimittite, & dimittetur vobis: & inter alia dicente: Qui autem dat, & minime dimittit, omnino misericordiam nullam facit: quia ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur.* Mundari etenim debet prius animus, qui elemosinam præbet: quia omne quod datur Deo, ex dantis mente pensatur. Cuncta itaque malitiæ macula ab interiori nostro homine cogitationis immutatione tergendam est: quia iram iudicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. Vnde scriptum est Gen. 4. *Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.* Neque enim sacrum eloquium dicit: Respexit ad munera Abel, & ad Cain munera non respexit. Sed prius ait, quia respexit ad Abel: ac deinde subiunxit: & ad munera eius. Et rursus dicit, quia non respexit ad Cain: ac deinde subiunxit: nec ad munera eius: *Ex dantis quippe corde id quod datur accipitur, ideo non Abel ex muneribus: sed ex Abel munera oblata placuerunt.* Prius namque ad eum legitur Dominus respexisse, qui dabat, quam ad illa, quæ dabat. Videantur S. Chrysost. Matthæi 20. Caeteranus, Oleaster, & Lipomanus in Catena Gen. 4.

8 Confirmatur secundo. Nam illa testimonia Esaiæ sic intelliguntur litera liter ab Interpretibus peritioribus. Forerius cap. 1. ver. 12. ait. Possumus, & sic accipere: *quis quaesit de manibus vestris dala?* id est, quæ hæc dixi? Quæsiuit quid hæc Dominus, & præcepit: sed à talibus manibus, quales vos geritis, nunquam Dominum velle accipere oblationes legitis. Ab ijs, qui innocentes habent manus & cor mundum, accepturam se munera Dominus pollicebatur, & credebat; non autem à vobis, qui manus impuras habetis, id est, varijs sacrilegijs, & sanguine proximorum contaminatas, sicut ita rim explicabit, ver. 13. legit: *Ne addatis offerre oblationem temeritatis:* & infra ait. *Quid enim magis temerarium, quam Deum, qui spiritus est, placere velle externis muneribus, amaris in impietate perseverantibus?* Videant Christiani, ne ipsorum interdum munera, & oblationes à temeritate profecta esse videantur:

ac proinde munera temeritatis iure, re-æque dicantur - Videatur Maluenda, ver. 13. & 12. Ipse Forerius Esaiæ 58. v. 5. ad illa verba: *Numquid istud vocavi ieiunium, & diem acceptabilem Domino?* Inquit. Hinc habemus quando in veteri instrumento Deus, aut ieiunia, aut sacrificia, aut quavis alia sibi acceptasse dicit, aut odor suavitatis seu fragrantia (vt Paulus vertit) legitur: ea, inquam, omnia intelligenda esse, modo absque charitate non sicut. Hanc adhibendam ubique conditionem locus hic luculentissime confirmat: nequaquam enim sibi accepta dicit, quæ alibi accepta testatus est. Verum se ipsum hoc in loco interpretatur ad nostram eruditionem: videlicet vt nihil probari Deo sine charitate intelligamus.

9 Confirmatur tertio: nam illa authoritas Matth. 5. adducta a D. Thoma in argumento, *Sed contra*, vbi Glossa: *Novissimum quadrantem*, exponit, id est, *minuta, vel minima peccata.* S. Ath. ad Anrioch. q. 6. ait. *Pœnas dabimus tum enormium peccatorum, tum etiam leuium, & minorum.* Tertulianus de Anima. *Te in carcere tradet in Infernum: unde non dimittaris, nisi medico quoque delicto mora resurrectionis expensio.*

Vltimo specialiter arguitur contra modum quo patrociniū tam absurde sententiæ suscipit nouissimus Scriptor Delgadillo cap. 7. de penitentia; dub. 4. num. 17. dicit, quod peccatum mortale, & veniale non differunt ex natura rei. Pro quo refert se tract. de peccatis (typis non dato) disp. 9. quest. 1. a num. 5. adduxisse multas rationes, & probabiliter propugnasse: & nunc absolute admittit. Et dub. 2. num. 10. & dub. 5. num. 17. ait, fortasse esse veram sententiam illorum, qui dicunt remissionem venialis non esse opus gratiæ, sed naturæ. Quæ duæ propositiones, & seorsim, & simul sumptæ intolerabiles sunt. De prima dicunt Petrus Soto de discrimine peccatorum lec. 6. circa finem: & Vazquez 1. 2. disp. 142. cap. 2. num. 8. pertinere ad errorem Stoicorum, qui omnia peccata æqualia esse dicebant. In Bulla etiam contra Michaelē Baitū damnata naturā Pio Quinto, & Gregorio Tertio de iuramento propositio 20. & alias 21. quæ dicit. *Nullum est peccatum ex natura sua veniale: sed omne peccatum meretur pœnam æternam.* De quo Gregor. Martinez 1. 2. q. 88 art. 1. dub. 2. com. Prima, dices hoc *Ita certum, vt oppositum saltem sit temerarium.*

rium: P. P. Carmel. tract. 13. disp. 19. dub. 1. num. 5. dicunt quod videtur reprobata per Bullam Tannacrus disp. 4. de peccatis, q. 1. dub. 1. nu. 7. licet liberet à censuris hæreticorum, non tamen negat, sed affirmat damnatam à Pio Quinto, & Greg. 13. Quod, & dicit Oniedoi. 2. trac. 6. cont. 3. puncto 2. n. 9. De censura secundæ propositionis recolantur dicta dub. 1.

10 Examababus autem simul sumptis infertur euidenter non esse opus gratiæ, sed naturæ, & iustitia obtinere remissionem peccati, quod ex natura sua meretur pœnam æternam. Quæ propositio si est catholica, euacuatur vis præcipua argumentorum, quibus Ecclesia doctrinam Pelagij damnauit vt hæreticam. Quamuis virum scio catholicum, & religiosum valde: quia argumenta non tangunt personam, sed doctrinam, vt caueatur. Si enim operi bono viribus naturæ factis ex iustitia debetur remissio peccati, quod ex se meretur pœnam æternam; iniustitia esset, vel temporaliter pro illo eum punire, qui quodlibet bonum naturæ faceret, & ad remissionem venialium ordinaret. Quod nemo fidelis admittit.

§. II. Argumenta Durandi soluntur.

11 Ad argumenta Durandi facile respondet Caietanus, quod culpa peccati venialis non tollit solum modo rectitudinem actus voluntarij: sed etiam ordinem ad actualem dilectionem Dei: est enim impediriū feruoris charitatis: & ex hac parte habet rationem cuiusdam offensa Dei. Et propterea dato quod sistens in peccato mortali possit reparare rectitudinem venialis peccati (puta, quia ex mendace iocose, vel officiose, habituatus est ad veritatem dicendam etiam iocose, & officiose) non propterea remissionem consequutus est præterita culpa, qua aliquomodo Deum offendit: quoniam nulla offensa sine gratia à Deo dimittitur. Nec displicentia illa, quæ in hoc ponitur, sufficit ad remissionem culpæ: quia non est Deo accepta sine gratia, vt ostensum est. Hæc solutio est D. Thomæ q. 7. de Malo art. 10. ad 6. dicens, *quod peccatum post quam transit actu, potest manere reatu: quem non tollit qualibet mutatio voluntatis; sed solum illa, quam charitas operatur.*

12 Ad secundum respondet S. Thomas ad 8. quod non est possibile quod ali-

quis decedat cum originali peccato, & veniali, absque mortali: quia ante usum rationis puer excusatur a peccato mortali, sicut vt si etiam committat actum, qui de genere suo sit peccatum mortale, non incurrit reatum mortalis peccati: eo quod non dum habet usum rationis. Vnde de multo magis excusatur à reatu peccati venialis: quia quod excusat maius peccatum, multo magis etiam excusat minus. Sed postquam habet usum rationis peccat mortaliter, si non facit quod in se est ad quærendum suam salutem. Si autem faciat, gratiam consequetur per quam immunis erit, ab originali peccato. De quo S. Thomas 1. 2. q. 89. art. 6. & alij quadraginta Actores, quos retuli, & sequutus sum 10. 1. Theol. Mor. cap. 12. q. 3. §. 2. & 3. vbi n. 29. cum D. Thoma q. 5. de Malo art. 2. ad 8. & in 2. dist. 42. q. 1. art. 5. ad 7. *quod si ponatur per impossibile, tunc talis puniretur pœna sensibili in inferno: & pœna illa esset æterna.* Hoc idem respondet Caietanus ad 2. quod si casus accideret, & peccatum illud veniale æternaliter puniretur per accidens, hoc est, ratione status: quia esset in statu in quo semper maneret culpa: manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna esse æterna, vt ipsemet Durand. in eod. lib. approbat.

13 Aliter, Respondet Paludanus in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. in fine n. 23. quod non est simile: quia ille, qui in solo originali, & veniali est, potest ex puris naturalibus Deum super omnia diligere: & sic voluntatem habere ordinatam: & est gratus Deo ad bona nature habenda, & ad mala pœnæ sensus euadenda, quæ non debentur peccati originali. Licet non sit gratus quoad habendam gloriam, & vitandam pœnam damni. Sed ille, qui est in peccato mortali, habet voluntatem de ordinatam simpliciter: & est reus pœnæ æternæ damni, & sensus: vnde non potest reordinari. Vnde pro veniali cum mortali moriens in æternum punietur: non sic autem est de originali, & veniali. Vnde dico, quod sine gratia posset remitti veniale in non habente mortale actuale: non tamen sine mortali: quanuis aliqui dicant etiam, quod nec sine gratia simpliciter. Hæc ille.

14 Sed vt notat Capreolus in 4. dist. 16. q. 1. ad vltimum, hoc est contra D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 3. docentem, quod *homo in statu nature integra non indigebat dono gratiæ superadditæ naturalibus bonis ad diligendum Deum super omnia.* si

et indigeret auxilio Dei ad hoc cum mouentis Sed in stata natura corrupta indiget etiam homo ad hoc auxilio gratia naturam sanantis. Soto etiam ad 2. Durandi dicit. Sed profecto rationes modo factae hoc falsissimam probant; sicut de existente in mortali. Et ideo indubie dicendum est, quod illi in Lybno non posset remitti veniale, eo quod non posset satisfacere: quia licet ei non deberetur nisi poena temporalis; tamen ratione personae, quae non esset Deo grata, nunquam fieret solutio. Quare immerito Suarez sec. 2. n. 16. ut probabilem defendit solutionem Paludani: & solum ut incertam, & minus probabilem relinquit.

Falso etiam, & expresse contra D. Thomam duobus locis relatis, asserit Nuño art. 4. ad 1. sibi probabilius videri, quod solum puniretur poena aliqua temporalis: quia non videtur pertinere ad iustitiam, & pietatem diuinam, quod pro solo peccato veniali, cui ex natura rei tantum debetur poena temporalis, puniatur homo poena aeterna sensitua; etiam si coniungatur cum peccato originali. Siquidem peccatum originale non est commissum proprio actu: atque adeo non debetur illi poena sensus. Ad hoc tamen iam respondet D. Thomas q. 7. de Malo art. 10. ad 5. quod non propter maiorem culpam ipsius venialis, diutius punitur, sed propter indebitatem, quae prouenit ex adiuncto statu carentiae gratiae. Quia ut dixerat q. 3. de Malo art. 1. ad 10. perpetuitas poenae consequitur perpetuitatem culpae, quae prouenit ex carentia gratiae: quia culpa non potest remitti nisi per gratiam. Vnde art. 2. sequenti ad 8. ait. Si tamen esset possibile, quod aliquis cum peccato originali, & veniali decederet, dico quod puniretur poena sensus aeterna. Quia licet, quoad alia sit differentia inter eos, qui decedunt cum mortalibus, & venialibus, & inter eum, qui decederet cum originali, & veniali: cum tamen in utroque sit aeterna carentia gratiae, ex qua prouenit aeternitas culpae: merito S. Thomas concludit: Et similis ratio esset, si quis decederet cum originali, & veniali peccato. Idem docet in 2. dist. 42. q. 1. art. 5. ad 7.

16 Ad tertium respondet Caietanus, quod quicquid sit de poena, negandum est quod per bona opera facta extra charitatem, possit aliquis mereri de congruo remissionem culpae: & propterea argumentum non militat contra praesentem doctrinam. Capreolus ad 3. Durandi respondet, quod si maior intelligatur de quolibet bo-

no temporali, falsa est. Si autem intelligatur particulariter de aliquibus bonis temporalibus, solum tunc maior est vera, iuxta D. Thomam in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. q. 7. & 5. Sed argumentum est ex puris indubitatis, vel particularibus. Et sic forma arguendi nulla est.

Respondet secundo, quod peccata opera nullis meretur de congruo a liquo bono temporale, nec expiationem alicuius poenae temporalis, quae sit posterior natura infusione gratiae gratum facientis: sic autem est de poena satisfactoria debita peccato veniali. Nam expiatio talis poenae praesupponit remissionem culpae venialis: & remissio culpae venialis praesupponit actum, & habitum gratiae, sicut patet per praedicta. Vnde sicut bona opera in mortali facta non sunt meritoria remissionis, vel expiationis poenae aeternae; eo quia illa praesupponit remissionem culpae mortalis per infusionem habitus gratiae: ita non sunt meritoria remissionis temporalis poenae satisfactoriae debita peccato veniali: quia illa praesupponit remissionem culpae, per actum elicitum a charitate, & gratia. Imò minus sunt meritoria expiationis poenae debita veniali, quam poenae debita peccato mortali: quod patet, quia talia bona opera sunt meritoria de congruo tali quali dispositionis, vel infusione gratiae (si fiat ex auxilio supernaturali, & dispositione a remotis, ut loquitur Soto ad 3.) Ad gratiam autem mox sequitur poena aeternae remissio: non autem poenae temporalis: imò restat per solucenda post remissionem culpae venialis, quandoque, & ut in pluribus. Afferunt verba D. Thomae in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. q. 3. ad 3. iam relata. Item dist. 15. q. 1. art. 3. q. 5. dicentis in simili. Cum nihil liberetur a poena, nisi absolutus a culpa: quia effectus non diminuitur, nec tollitur, nisi diminuta, vel aueta causa. Ideo per opera extra charitatem facta, quae neque culpam tollere, neque diminuire possunt, poena Inferni mitigari non potest. Ita in proposito dici debet de poena debita veniali in Purgatorio in foro poenitentiali.

17 Ad quartum respondet idem Capreolus ad 4. Durandi contra tertiam, quod patet solutio per praedicta, quia causam illam ex D. Thomae tradidimus. Nec valet instantia, vel solutio qualitat arguens; quia ut praedictum est, bona opera facta in mortali non sunt accepta Deo tanquam remuneranda vita aeterna; nec a liquo bono temporali, aut expiatione poenae temporalis, nisi praesupponendo

ordine naturae in eo qui sic remuneratur, habitum, vel actum gratiae, & charitatis. Sic autem est de expiatione poenae satisfactoriae debita peccato veniali, quae ipsum veniale purgat. Secus de alijs poenis debitis in hoc saeculo peccatis venialibus, vel mortalibus, &c. Ad ratiunculam, quam adiecit Villalobos, iam post alios respondet Granada controu. 7. tract. 4. disp. 5. num. 3. potius contra eos retorquendo: quia inter homines non est prudens, sed imprudens consilium, velle obtinere a Rege remissionem leuis iniuriae, manente alia multo maiori, & quam Rex dimittet, si subditus vellet.

DVBIVM VLTIMUM.

Vtrum, & qualiter peccata venialia post hanc vitam remittantur in Purgatorio?

1 **O**missis quorundam antiquorum sententijs merito explosis a Theologis, de quibus, ultra alios, agunt Suarez disp. 11. sec. 4. Vazquez art. 1. dub. 2. & Aueria q. 4. sec. 2. Et latius antiqui Expositores Magistri in 4. dist. 21. Tribus assertionibus quaesito responderunt: quantum duae priores iam videntur indubitatae, & sola tertia in controuersiam adhuc vocatur.

§. I. Possibile est aliquem mori in gratia non dimissis venialibus quoad culpam.

2 **D**ico primo, potest contingere quod aliquis moriatur in gratia cum peccatis venialibus non dimissis quoad culpam. Probat D. Thomas q. 7. de Malo art. 11. Nam quandoque contingit, quod aliqui in ipsis actibus peccatorum venialium, vel in proposito venialiter peccandi, occupantur somno, vel aliqua passione, auferente usum rationis,

& praueeniuntur morte antequam possint habere usum rationis. Quibus manifestum est, quod in hac vita peccata venialia non dimittuntur. Quauis regulariter, qui habens perfectum usum, & videns instare mortem, solet se ad eam disponere actu charitatis, & contritione. Vnde praemisit S. Thomas. Non enim est probabile, quod aliquis in charitate existens, & cognoscens sibi mortem imminere, non moueatur motu charitatis, & in Deum, & contra omnia peccata, quae fecit, etiam venialia. Et hoc sufficit ad remissionem venialium quantum ad culpam. Et fortassis etiam quantum ad poenam, si sit intensa dilectio. Non tamen hoc fit semper, quia, vel negligentia, vel infirmitate grauatus, vel non elicit actum dilectionis: vel putat se elicere, & contritio non est. Vel si est vera contritio, non se extendit, vel formaliter, vel virtualiter ad omnia venialia.

3 Ratioque est manifesta: quia peccatum veniale compati potest cum gratia sanctificante, & cum perfecta contritione: Ergo sicut fieri potest ut homo viues in gratia habeat peccata venialia; ita etiam contingere potest ut in tali statu decedat.

4 Sed occurrunt Aleri in 4. p. q. 12. membro 4. art. 8. & q. 15. memb. 5. art. 3. §. 5. & Maior in 4. dist. 21. q. 3. dicentes contingere non posse decedere cum venialibus peccatis: quia in fine vitae conferatur homini perfectior gratia, quae vocatur finalis, totaliterque superans concupiscentiam, omnesque vires animae sibi subijciens: Ideoque delens venialem culpam. Vel si venialia usque ad ultimum instantis permanerint, in instanti contumacitudo huius vitae, & futurae, quia est instans vtriusque vitae, remittentur: quia S. Aug. & S. Greg. dicunt non esse sperandam remissionem culpae in vita futura. Quia post hanc vitam non est tempus merendi: ergo nec consequendi veniam culpae.

5 Caeterum S. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. ita ait. Quantum ad causam autem friuola apparet, quia defectus corporalis, qualis est in ultimo vitae, non auferit concupiscentiae corruptionem, vel dimittit, quantum ad radicem; sed quantum ad actum: sicut patet etiam de illis, qui grauiter infirmantur. Nec iterum tranquillat potentias animae, ut eas gratiae subijciat; quia tranquillitas potentiarum, & subiectio earum ad gratiam, est quando inferiores vires obediunt

superioribus; quæ legi condelectantur. Quod in statu illo esse non potest: cum actus utrarumque impediatur. Nisi tranquillitas dicatur priuatio pugnae: sicut etiam in dormientibus accidit: nec tamen propter hoc somnus dicitur concupiscentiam diminueret, aut vires animæ tranquillare, aut eas gratiæ subdere.

Et præterea, dato quod concupiscentiam radicaliter diminueret defectus ille, & vires animæ subderet gratiæ, adhuc hoc non sufficeret ad purgationem culpæ venialis iam commissæ; quamvis sufficeret ad vitiationem futuræ: quia culpa actualis, etiam venialis, non dimittitur sine actuali contritionis motu, vt supra dist. 16. & 17. dictum est, quantuncumque habitualiter intendatur.

6 Deinde Suarez sec. 4. n. 3. reijcit: *Quia loquitur sine fundamento. Quid enim addit gratia finalis supra gratiam toto tempore vitæ habitam? Nihil prorsus, nisi durationem vsque ad mortem, seu coniunctionem cum morte. Hoc autem non est remedium contra veniale peccatum. Vbi enim institutum est? Aut qua lege constat? Item illud est dicere omnem mortem iusti ex opere operato tollere veniale. Quod si hoc licet sine fundamento dicere, eodem modo posset quis fingere omnem mortem iusti tollere etiam ex opere operato penas talium peccatorum. Vnde non esset Purgatorium. Quod est hæreticum. Quamuis autem Vazquez dub. 2. alio modo referat & intelligat Alensem: quia non docuit remitti per finalem gratiam: sed solum quod statim in statu separationis remittatur veniale. Adhuc n. 5. dicit, quod hæc sententia videretur. *Omnino sine fundamento*: quia nihil habet gratia in anima separata vt repugnet cum veniali, cum in via cum illo permaneat. Et vt arguit Abulensis in cap. 25. Matthæ q. 719. si merita præcedentia erant condigna, & proportionata; iam abstulerant veniale contritione, & penitentia. Si non se extendebant ad hoc in via, post mortem restat assignare causam cur deleant veniale: quod solet esse in habente gratiam, & charitatem.*

7 Quod si opponas S. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 24. dicentem: Cum scriptum sit: iustus quacumque morte præuentus fuerit, iustitia eius non auferetur ab eo (forte alludit ad illud Sapientia 4. ver. 7. *Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*) electi, qui proculdubio ad perpetuam vitam tendunt, quid eis

obest si ad modicum dure moriuntur? Et est fortasse nonnunquam eorum culpa, licet minima, quæ in eadem debeat morte rescari. Allatoque exemplo Prophetæ occisi à leone, cuius cadauer fuit à leone custodiam: subiungit S. Greg. *Ex qua re ostenditur, quod peccatum inobedientia in ipsa fuerit morte laetatum: & infra: quia is, qui culpabilis in vita fuerat, punita inobedientia, erat iam iustus ex morte.* Ergo mors iustorum delet eorum venialia peccata.

8 Respondet Suarez n. 5. quod nec S. Gregorius loquitur vniuersaliter de omni morte iustorum: sed de morte a cerba, & violenta, quam Deus interdum permittit etiam in electis, & sanctis viris. Et loquitur de morte ratione doloris, & poenalitatis, per quam ratione poenæ voluntarie acceptatæ purgatur reatus poenæ vel ex toto, vel in parte. Vel si loquitur de remissione culpæ venialis, intelligendus est, quatenus per talem mortem Deus in uoluntate iusti actum doloris, vel submissionis ad Deum, sufficientem vt culpa illa remittatur. Hoc vltimum sequitur Vazquez n. 26.

9 Sed adhuc Alensis 4. p. q. 12. membro 4. ar. 8. indicat, quod niquis in morte habeat affectum venialis peccati, iste est grauis contemptus; & peccatum mortale. Et q. 15. membro 3. art. 3. §. 2. in fine ait, si quis dormiens moriatur cum veniali, de quo nec in speciali, nec in generali poenituit; sed manebat in uoluntate habituali illius peccati, sine proposito poenitendi, iam illud factum esse mortale.

Hoc tamen recte impugnat D. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. dicens. Non potest dici (vt dicunt) quæ si non poenituit actu, vel proposito in generali, vel speciali, quod sit verum in mortale. propter hoc quod veniale sit mortale dicitur placet. Quia non qualibet placencia venialis facit peccatum mortale: aliter omne veniale esset mortale; quia quodlibet veniale placet cum sit voluntarium. Sed talis placencia, quæ ad fruitionem expectat in qua omnis humana peruersitas consistit, dum rebus vtendis fruimur vt S. Aug. dicit lib. 1. de doc. christ. cap. 3. & 4. & 31. & 32. Et sic placencia, quæ facit peccatum mortale, est actualis placencia: quia omne peccatum mortale in actu consistit (loquitur de peccato commissionis: vel si vniuersaliter loquatur, verificatur de actu formali, vel interpretatiuo). Potest autem contingere, quod aliquis postquam

veniale peccatum commisit, nihil actualiter cogitet de peccato, vel dimittendo, vel tenendo. Sed cogitat forte, quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: & in hac cogitatione obdormiat, & moriatur. Vnde pater: *Quod hæc opinio omnino irrationalis est.* Hæc D. Thomas.

Quod illa sententia falsa est, & nimis rigurosa, ait Suarez n. 2. quia nullum ostendi potest de hac re præceptum. Et contemptus, qui præsumitur, non est verus: potest enim esse sola negligentia, vel nimia sollicitudo circa corporis salutem, vel alias res temporales; cum illa spe quod malum illud veniale post mortem habet remedium. Sicut negligentia in satisfactione pro poena temporali, propter eadem rationes, non est peccatum mortale per se loquendo.

§. II. Venialia peccata post hanc vitam dimitti, & iam quoad culpam est certum.

10 Dico secundo, certum est venialia peccata, etiam quoad culpam, tolli, & dimitti post hanc vitam. Probat D. Thomas q. 7. de Malo art. 11. ex S. Gregorio lib. 4. Dialogorum cap. 39. dicente. *Quod datur intelligi quasdam leues culpas post hanc vitam remitti.* Et ex Glossa Ordin. ad illa verba Matthæ 3. *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne.* Et ex S. Augustino to. 10. ser. 4. in die animarum, & ex S. Ambrosio lib. de bono mortis cap. 11. to. 4. dicente: *Sicut oculi carnales non possunt solem corporalem videre, si aliqua læsio in eis fuerit: ita nec spirituales possunt videre solem spirituales cum læsione.* Cui ergo peccatum veniale sit quædam læsio animæ; ex his, & ex iam dictis, sic ratione conclusionem probat D. Thomas. Manifestum est quod aliquibus aliqua venialia in hac vita non dimittuntur. Et tamen propterea non impediuntur perpetuam vitam æternam: ad quam nullo modo perueniunt nisi immunes omnino ab omni culpa essent. Et ideo oportet dicere, quod venialia remittuntur eis, etiam quantum ad culpam.

Rursum ipse D. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. ait. quod oppositum dictis Sanctorum, & Euangelij ad versatur. Cuius dicta non possunt exponi de remissione

venialium quantum ad poenam, vt Magister in littera dist. 21. dicit: quia sic tam leuia, quam graua in futuro dimittuntur S. Gregorius lib. 4. Dial. cap. 39. leues autem culpas tantum post hanc vitam remitti perhibet. Nec sufficit quod dicunt quod hic dicitur specialiter de leuibus, ne putetur nihil graue pro eis nos passuros: quia remissio poenæ magis aufert grauitatem poenarum, quam ponat. Hæc D. Thomas. In hac vltima ratione conformiter ad illam propositionem S. Ambrosij ser. 8. in Psal. 118. ad ver. 2. *Facilitas enim venia inuentium tribuit delinquenti.* Quæ etiam habetur in auctore de operibus Christi Cardin. apud S. Cyprianum ser. de Passione.

Cum in his duabus assertionibus facile conueniunt fere omnes Theologi. In exponendo vero quando, & quo modo, & per quem actum in alia vita remittantur venialia, inueniunt aliquam difficultatem, ab aliquibus magnam reputatam. Inter quos Scotus post expositos duos dicendi modos, iam supra reiectos, sic concludit in 4. dist. 21. q. 1. in fine corporis lit. G. dicens. Si neuter modorum istorum placet: nec primus, scilicet, quod idem est veniale remitti, & poenam solui debitam illi; nec secundus, scilicet, quod per merita in vita habitata, & reseruata in diuina acceptatione, deleantur in instanti mortis: queratur alius: quem est difficile inuenire. Nam motum aliquem bonum, per quem tamquam dispositionem, vel meritum de congruo, vel de condigno, deleatur veniale, ponere in anima post mortem, non videtur doctrinæ theologice consonum, quæ ponit itatum illum ab illis immunem. Hæc Scotus.

11 Cæterum Soto in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. §. Hoc tamē, sic ait. Altero ergo duorum modorum dicendum est, scilicet, vel quod in primo ingressu Purgatorij per illum actum elicitum charitatis, qui durat toto tempore Purgatorij, remittuntur omnia venialia, etiam si in complacencia eorum homo decesserit; quoniam illa tunc charitas ratione status, quia forma est, & inuertibilis ad malum, & ab omni concupiscentia libera, virtualis est poenitentia omnium venialium. Et hanc solutionem tangit S. Thomas q. 7. de Malo art. 12. Vel quod multo verisimilius est dicendum, quod per actum charitatis, & patientiæ, continuatum illo tempore, quo veniale punitur; remittitur culpa: nam est actus Deo placens; & ad remissum.

missionem accommodatissimus. Hæc Soto.

Circa modum etiam quo ibi actus concurrunt ad remissionem venialium, est dissidium. Siquidem Suarez disp. 11. sec. 4. n. 14. & 15. docet quod actus charitatis, & contritionis non concurrunt ut forma physica, sed solum per modum dispositionis, & propter merita præcedentia vel propria applicata meritis Christi, negari non potest hæc remissio; si alioqui ex parte animæ sit sufficiens dispositio. Idem docet Coninch disp. 2. dub. 17. Lugo disp. 9. sec. 2. n. 36. dicit dispositionem non requiri nec ut meritoriam, nec ut satisfactoriam: sed solum requiritur tanquam remouens prohibens.

12 Vazquez vero art. 1. dub. 2. à n. 10. vsque ad 26. docet in alia vita remitti veniale peccatum per actum contritionis, & charitatis, quo in alia vita mutatur voluntas: & ita remittit per modum formæ impossibilis & hoc fit in primo instanti alterius vitæ. In Purgatorio vero nulla poena est satisfactoria per modum meriti: sed solum satisfaciendo soluitur à reatu poenæ temporalis. Tribuit Araujo Vazquez quod insinuet actum remissum venialium elici in primo instanti post mortem antequam Purgatorij locum ingrediatur, in quo duntaxat poena relinquitur luenda. Sed ego oppositum inuenio in Vazquez siquidem n. 15. ait. Secundo constat ex eodem principio, ut in Purgatorio remittatur culpa, non satis esse pati, ut ita luatur poena, sed opus esse mutare voluntatem ut restificetur. Ex quo patet nihil diuersum dicere à communi sententia. Pro qua exponenda.

§. III. In purgatorio remittuntur culpa veniales.

13 **D**'eo tertio, in Purgatorio remittuntur culpæ veniales per actus charitatis, & poenitentiae, quibus detestantur illas: vnde concurrunt ut remouens prohibens, & ut dispositiones, & ut formæ impossibiles: non tamen ut meritoriae strictè, & simpliciter. Reatus autem poenæ paulatim soluitur satis passione poenæ taxatè patienter toleratè. Est communis Auctorum, quos referunt, & sequuntur Araujo art. 2. dub. 2. conc. 1. & 2. licet non ita distinctè loquantur. Exprimunt Auersa q. 4. sec. 2. Azor to 1. lib. 4. cap. 11 q. 9. Optimeque docet, &

probat D. Thomas q. 7. de Malo art. 11. in fine corporis dicens. Et ideo oportet dicere quod venialia remittantur eis post hanc vitam, etiam quantum ad culpam; eo modo quo remittuntur in hac vita, scilicet per actum charitatis in Deum repugnantem venialibus in hac vita commissis. Quia tamen post hanc vitam non est status merendi; ille dilectionis motus in eis tollit quidem impedimentum venialis culpæ: non tamen meretur absolutionem, vel diminutionem poenæ, sicut in hac vita.

14 Quoad secundam partem eam docet ibi ad 9. dicens, quod remissio venialis peccati in Purgatorio quantum ad poenam est ex parte Purgatorij: quia homo patiendo exsoluit quod debet: & ita cessat reatus. Sed quantum ad culpam non remittitur per poenam, neque secundum quod actu sustinetur, quia non est meritoria. Neque secundum quod recogitatur, non enim esset motus charitatis, quod aliquis detestaretur peccatum veniale propter poenam: sed magis esset motus timoris servilis, vel naturalis. Remittitur ergo in Purgatorio veniale quantum ad culpam virtute gratiæ; non solum secundum quod est in habitu; quia sic comparitur veniale peccatum: sed prout exit in actum charitatis detestantis veniale peccatum.

15 Aduerte quod in solutione ad 16. errore typographiæ legitur negatiue; quod deberet legi affirmatiue; quod constat conferendo solutionem cum argumento: & cum dictis in corpore, & ad 9. Vnde legendum est, quod illa ratio non concludit, quod peccatum veniale in Purgatorio non remittatur: sed quod statim ibi remittatur: hoc satis videtur probabile. Quia excitatur intensum desiderium ad consequendum bonum, & euadendum malum: quæ erat ratio obiecta in argumento. Videatur ad 17. Quando autem D. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. docet, quod culpa venialis in eo qui cum gratia decessit post hanc vitam dimittitur per ignem purgatorij: quia poena illa aliquantulum voluntaria virtute gratiæ habebit vim expiandi culpam omnem, quæ simul cum gratia stare potest. Loquitur de remissione quoad culpam, & poenam, applicando singula lingulis: nam culpa remittitur per exercitium gratiæ; reatus per poenam patienter toleratam. Vnde ad secundum ait, quod remissio culpæ venialis est ex gratia informata, quæ in Pur-

Purgatorio erit in anima separata. Ad id solad 4. quod post hanc vitam non potest esse meritum respectu præmijs essentialis: sed respectu alicuius accidentalis potest esse, quædiu manet homo in statu viæ aliquo modo: & ideo in Purgatorio potest esse actus meritorius quantum ad remissionem culpæ venialis. Sed cum ipse D. Thomas 2. 2. q. 13. art. 2. ad 2. dicat quod mereri, & demereri pertinent ad

statum viæ. Quod & multis alijs locis rellaris à Bergomeni dub 889. docet: ideo exponendus de merito secundum quid: nam meritum simpliciter est augmenti gratiæ, & gloriæ. Quia tamen sufficienter D. Thomas omnes tres partes assertionis probat: & quicquid vltius posset desiderari, satis patet ex dictis de remissione venialium in hac vita. Ideo hæc sufficiat dicta de venialium remissione.

QVÆSTIO LXXXVIII. DE REDITV PECCATORVM PER POENITENTIAM DIMISSORVM.



T complete explicentur poenitentiae effectus, congruo ordine tractat D. Thomas an ita deleantur, ut nunquam redeant? Respondet que quatuor arti-

culis. In priori probat impossibile esse quod macula, & reatus præcedentium peccatorum reddeant simpliciter, secundum quod ex talibus actibus causabantur, redeunt tamen secundum quid in quantum scilicet virtualiter in peccato sequenti continetur. Specialiter que quod ingratitude faciat redire peccata prius dimissa, exponit art. 2. Quantitas autem peccati redeuntis est secundum grauitatem peccati subsequens. Vnde probat articulo 3. quod non est necesse, quod semper per peccatum sequens redeat, tantus reatus, quantum fuit præcedentium peccatorum: sed solum proportionaliter. Denique articulo vltimo exponit, quod ingratitude peccantis quandoque est speciale peccatum: quandoque autem non: sed est circumstantia generaliter consequens omne peccatum mortale.

DVBIVM PRIMVM.

Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum?

§. I. *Peccata dimissa per sequens peccatum aliquo modo redeunt non verosimiliter.*

2 **P**ro sententia affirmante peccata semel remissa per peccatorum poenitentiam, simpliciter redire per sequens peccatum mortale, solent referri Hugo de S. Victore to. 3. lib. 2. de sacramentis parte 14. cap. 9. Gratianus de poenit. dist. 4. per multa capita vsque ad 8. & cap. vltimo. Magister in 4. dist. 21. licet dubius Guillelmus Parisiensis de poenit. fol. 45. col. 3. qui de omni peccato dicit redire quoad poenam, & reatum illius; non vero quoad maculam.

Præpositius, relatus à S. Bonaventura in 4. dist. 22. art. 1. q. 1. quem magnum Clericum vocat, non propter quodcumque peccatum, sed propter quatuor peccatorum genera asseruit redire prius dimissa peccata, nempe, propter odium fratris,

tris, propter apostasiam, propter contemp-
tum confessionis, & cum aliquem poenit-
ter, quod peccatorum poenitentiam ha-
buerit.

Auctoritatibus adductis à Gratia-
no, & Magistro, sola addita auctoritate S.
Christostomi hom. 62. in Mattheum, &
Theophylati Matthæi 18. & Euthimij
ibidem, Vazquez disp. 208. per octo capi-
ta, quæ fere repetit 3. p. q. 88. art. 1. dub.
unico per totum, sed præcipue à n. 41. &
illo cap. 8. à n. 58. contendit Patres in il-
la fuisse sententia: specialiter S. August.
S. Christost. S. Greg. & Rabanus, Theo-
philactus, & Euthimius. Quamvis postea
conetur benevole eos exponere.

1 Visitamen prædictis auctoritati-
bus, rectius Angelicus Doctor in 4. Sent-
dist. 22. q. 1. art. 1. dixit: *Quod aliquo modo
reddere peccata, oportet dicere, quia auctori-
tates expresse hoc dicunt.* Sed cum nulla il-
larum dicat reddere omnibus modis, expo-
nendum, relinquerunt Patres Theologis
quomodo id debeat intelligi. Igitur
quod non redeant omnibus modis, cui-
dens est in peccatis consistentibus in actio-
nibus, vel omissionibus, quæ successiue
sunt in tempore, quia entia successiua re-
dire eadem numero, contradictionem im-
plicare, docet D. Thomas Quodlib. 4.
art. 5. & cum communi ostendi lib. 2. de
gener. q. 7. §. 4. Et in hac q. 88. art. 1. docet
quod nullo modo potest esse, quod macu-
la, & reatus præcedentium peccatorum
redeant secundum quod ex talibus acti-
bus causabantur.

4 Quod non redeant simpliciter pro-
bat D. Thomas ex S. Prospero, qui pro S.
Augustino respondens ad capitula Gallo-
rum cap. 2. sic ait. *Sed relapsus post Baptis-
mum ad infidelitatem, & impios mores, quæ
negat originali peccato fuisse purgatum, tam
falsa opinatur, quam qui eundem asserit non
eterna morte esse damnandum. Qui enim re-
cedit à Christo, & alienus à gratia fuit hanc
vitam, quid nisi in perditionem cadit? Sed
non in quod remissum est, recidit, nec in ori-
ginali peccato damnabitur: qui tamen prop-
ter postrema crimina, ea morte afficietur,
quæ ei propter illa, quæ remissa sunt, debeba-
tur.* Hæc ibi.

5 Idem docit Gelasius Papa relatús
in canone *Divina*, de poenit. dist. 4. Et
cap. *Si illic* 23. q. 4. dicens. *Divina clementia
dimissa peccata in vitium vesterius redire
non patitur.*

6 Tres rationes ad idem proponit
D. Thomas illa dist. 22. in argumentis:

Sed contra. Eodem peccato, & æquali
vnus non fit alio deterior. Sed contingit
innocentem, & poenitentem eodem, &
æquali peccato mortali peccare. Ergo
poenitens non fit deterior per hoc pecca-
tum quam innocens. Fieret autem, si pec-
cata dimissa redeant: ergo redeunt. Dein-
de: Contrarium non reducit suum contra-
rium: sed contingit quandoque quod pec-
catum quod aliquis post poenitentiam
commisit, est contrarium peccato, quod
per poenitentiam delerum est: sicut avari-
tia prodigalitati. Ergo peccatum sequens
non reducit peccatum præcedens.

Præterea. Nullus incurrit peccati
maculam, vel reatum: nisi ex commissio-
ne ipsius peccati. Sed poenitens antequam
faceret simplicem fornicationem, non
habebat maculam, vel reatum homici-
dij: quod sibi iam dimissum erat. Ergo
nec postea fornicando homicidium com-
mittit. Ergo non reddit homicidium sibi
dimissum, quantum ad culpam, acque
quantum ad reatum.

7 Hæc solum in communi probant
simpliciter, & omnibus modis peccata se-
mel dimissa redire non posse. Inde autem
exoritur tota difficultas, quia rationes,
& auctoritates probant debere redire: &
rationes, & auctoritates ostendunt non
posse omnino redire; unde quomodo
hæc sint simul vera, restat explicare. An-
te tamen videndum quid fieri possit de po-
tentia absoluta; ut postea agnoscat
quid de facto veniat?

8 Varis modis imaginatum pecca-
ta præterita redire. Vel quia ut refert Ma-
gister in 4. dist. 14. quidam existimarunt
esse essentielle veræ poenitentiae ne quis de-
nuo peccet: quod si experimur post poeni-
tentiam peccari mortaliter, signum esse
poenitentiam non fuisse veram, & legiti-
mam. Quod probant ex Sanctis Patribus
Gregorio, Isidoro, Augustino, & Ambro-
sio, quorum verba recitat.

9 Recte tamen D. Thomas in 4. dist.
14. q. 1. art. 4. contra hæresim hanc sic scri-
bit Opinio ista, quæ posuit, quod nulus ho-
mo à vera poenitentia possit excidere, est
erronea: & conformis illi, quæ in 3. lib. po-
sita est dist. 26. quod charitas semel habi-
ta non possit amitti. Sed tamen de cha-
ritate videbantur magis moueri conside-
rantes efficaciam eius, ex qua apparebat,
quod non posset per aliquod peccatum
vinci. Sed de poenitentia videbantur mo-
ueri, quia ad integritatem poenitentiae re-
quiritur continuatio usque in finem vi-
tæ.

tæ. Sed utrumque frivolum est. Primo, quia
quatenusque aliqua virtus efficaciam
habeat, flexibilitatem à libero arbitrio
non tollit, dum est in statu viæ. Similiter
illud quod futurum est, non potest esse de
substantia, vel de integritate alicuius
virtutis, nisi secundum quod est præsens
apprehensione, vel in involuntate: quia
virtus, quantum ad habitum, non expe-
ctat aliquid in futurum. Habitus enim
virtutis est de rebus permanentibus, non
de successivis. Unde totam perfectionem
suam habet simul in instanti: quæ tota si-
mul in vnum actum potest effluere: quia
actus sunt similes habitibus, ut dicitur in
3. Ethic. cap. 8. Et sic, quod futurum est,
non est de integritate (substantiali) vel es-
sentia ipsius. Unde, cum poenitentia sit
virtus, & secundum quod est Sacramen-
tum, non se extendat ultra actum virtutis
(quia actus humani sunt partes Sacramen-
ti) *Non erit de integritate poenitentiae essen-
tiali futuri continuatio, nisi ut sit in propo-
sito.* Et ideo potest esse vera poenitentia: &
tamen ab ea postmodum aliquis exci-
det. Hæc D. Thomas.

Qui & in expositione textus Magi-
stri dist. 14. auctoritates dupliciter expo-
nit, dum ad illa verba litteræ: *Nihil pro-
sunt lamenta:* ait Hoc intelligendum est
de illis, qui voluntate habituali replicat.
Vel intelligendum, quod nihil proficit ad
vitam consequendam: quia qui perseve-
rauerit usque in finem, hic saluus erit Baptis-
mus tamen ratione characteris, quem im-
primis, aliquid valet, etiam si homo fi-
ctus accedat.

10 Hæc doctrina ut catholica, &
diuinæ legis, traditur in Conc. Trid. sess. 6.
cap. 15. probante quolibet mortali pecca-
to amitti gratiam, sed non fidem. Et cap.
13. & 14. dicitur: *Qui vero ab accepta iusti-
ficationis gratia per peccatum exciderunt:
Canone etiam 23. dicitur. Si quis hominẽ
semel iustificatum dixerit amplius peccare
non posse, neque gratiam amittere: atque
adeo eum qui labitur, & peccat, nunquam
vere fuisse iustificatum: Anathema sit.* De
quo & can. 29. Quod est contra hæresim
Ioviniani, quam renouarunt Calvinus, &
alii noui Sectarij, ut refert, & impugnat
Bellarminus lib. 3. de iustificatione cap.
14. & 15.

11 Valde ad istos errores accedebat
illi quos refert D. Thomas in hoc articu-
lo 1. qui ponentes peccata redire, dixerunt
quod Deus non remittit peccata poeni-
tenti post modum peccaturo, secun-

dum præscientiam: sed solum secundum
præsentem iustitiam: præscit enim se pro-
his peccatis eum æternaliter puniturus:
& tamen per gratiam facit eum præsen-
tialiter iustum.

Quod impugnat S. Thomas dicens.
Sed nec hoc stare potest: quia si causa ab-
solute ponatur, & effectus ponitur abso-
lute. Si igitur non absolute fieret per gra-
tiam, & gratiæ sacramenta peccatorum
remissio, sed cum quadam conditione in-
futurum dependente, sequeretur quod
gratia, & gratiæ sacramenta non essent
sufficiens causa peccatorum remissio-
nis. Quod est erroneum: ut pote derogans
gratiæ Dei. Et ideo nullo modo potest es-
se, quod macula, & reatus præcedentium
peccatorum redeant secundum quod
ex talibus actibus causantur.

12 Sed videtur, quod hæc ratio non
careat difficultate: quia ut causa sit suffi-
ciens, & perfecta, satis est ut postea illa, po-
natur effectus, quando illa fuerit, & du-
rauerit: non est enim causa insufficientis
eo quod effectus semper dependeat ab il-
la, ut ex Metaphisica constat. At vero
gratia non absolute donatur, sed sub con-
ditione: *nisi mortaliter peccauerit recipiens.*
vel secundum præsentem iustitiam. Er-
go nihil derogat gratiæ quod solum ex-
pellat peccatum sub eadem conditione,
seu quando ipsa durat.

13 Respondet Suarez in com. art. 1.
n. 5. dicens, in effectibus priuatiuis, seu qui
consistunt in destructione alicuius rei, non
habere locum illam dependentiam dura-
tionis effectus a duratione causæ. Nam si
res vere destruitur, iam non pendet in suo
non esse à causa destruyente: quia ipsum
non esse, ut sic, non pendet à causa posi-
tiua: & ideo sine illa causa, quæ alteram
rem destruxit, postea durat in suo esse,
siue non duret; res semel destructa, perpe-
tuo destructa manebit, nisi ab alia causa
proportionata iterum producat. Et
tunc (secundum communem rerum cur-
sum) erit res distincta ab ea, quæ antea fue-
rat: & non eadem iterum produceretur. In
proposito ergo remissio peccati, ut intel-
ligitur esse quid distinctum ab infusione
gratiæ, est effectus quasi priuatiuus, & de-
structio quadam ipsius peccati. Vel ergo
gratia semel infusa, simpliciter destruit
peccatum, vel non? Si primum, non redi-
bit iterum illud idem peccatum, etiam si
contingat gratiam iterum amitti. Si vero
non simpliciter illud destruit, iam gratia
insufficiens causa est remissionis pecca-
ti.

ti: & hæc est illatio D. Thomæ, quæ victu te omnia dicta continet. Hæc ille.

14 Sed licet absolute responsio sit probabilis: nullum tamen verbum inuenio in quo eam insinuet D. Thomas. Eademque est ratio de effectibus positiuis, ac de priuatiuis: imò cum isti sint effectus secundarij, ex efficacia causæ efficiētis, & formalis incommunicando suum effectum formalem subiecto; prouenit quod cum effectu expellantur priuationes. Nec D. Thomas vult quod effectus pœnitentiæ semper duret: quia oppositum experientia videmus, & fides docet. Sed planus sensus rationis est quod cum gratia efficaciam habeat à Deo eam causante, & cum sacramenta efficaciam habeant à passione Christi, per cuius satisfactionem eam nobis promeruit; ideo non est imaginanda causa insufficientis, & quæ iustificet, & peccata deleat solum secundum quid, & dependenter a futuro: sed iustificat, & peccata deleat absolute. Vnde in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 1. ad idem intentum ait. Nec sufficit, quod dicunt, quod Deus dimittat peccata sub conditione virandi ista quatuor: *Quia causa sufficiens inducit effectum suum absolute, nihil expectans a futuro: gratia autem, & passio Christi, ex cuius virtute sacramenta efficaciam habent, sufficientissime se habent ad omnem culpam delendam.*

15 Ex dictis elicitur hæc conclusio directe responsiva quæ sit, supposita absoluta remissione peccati in Scripturis, Cõcilijs, & Patribus reuelata, eo modo quo communiter à Theologis, est explicata, & a fidelibus est intellecta, implicat contradictionem quod peccata per pœnitentiam dimissa redeant simpliciter per sequens peccatum. Præter Doctores graues initio relatos, quorum adhuc non est omnino explorata mens, vt post dicitur, omnes alij Theologi videntur in hac conclusione sic exposita, & modificata, conuenire. Tandemque ab ea non recedit Ioan. Medina Cod. de pœnit. q. 9. §. *Hic tamen*: licet initio vtriusque partis argumenta soluisset. Sensus conclusionis patet ex dictis tota q. 86. de effectibus pœnitentiæ: & ad intentum applicat D. Thomas art. 1. ad 3. dicens, quod per sequens peccatum iustitiæ prioris obliuioni tradantur, in quantum erant meritoria vitæ æternæ: non tamen in quantum erant impenitentia peccati. Vnde si aliquis peccet mortaliter postquam restituit debitum, non efficitur reus quasi debitum non reddi-

disset. Et multo minus traditur obliuioni pœnitentiæ prius acta quantum ad remissionem culpæ, cum remissio culpæ magis sit opus Dei, quam hominis. Et ad 4. dicit quod gratia simpliciter tollit maculam, & reatum pœnitentiæ æternæ: regit autem actus peccati præteritos, ne scilicet, propter eos Deus hominem gratiam priuet, & reum habeat pœnitentiæ æternæ. *Et quod gratia semel fecit, perpetuo manet.* Ponatur ergo quod irretitus magnis peccatis, per magnam contritionem, & confessionem, & satisfactionem, sit absolutus à culpa, & a pena; ita vt si tunc moreretur non habens aliquid purgandum, statim in Cælum euolaret, vt disinitur in Concilio Florentino sess. vltima in Decreto Eugenij. De isto homine sic a peccatis purgato, quando hic permaneret, est de fide quod potest mortaliter peccare, & gratiam amittere. Quo dato, si peccata priora simpliciter, & omnibus modis redirent, tenerentur eorum peccatorum species, & numerum iterum confiteri. Ecclesia autem nunquam hoc fideles debere facere docuit: quod non omittitur in re simpliciter necessaria ad salutem. Ergo communis existimatio fidelium est, quod peccata semel dimissa non redeunt simpliciter.

16 Sed expēdamus rationes D. Thomæ. In 4. dist. 22. q. 1. art. 1. Refert contrariam sententiam, & eius sensum exponit dicens. *Quidam simpliciter hoc concesserunt in omni, qui patitur reciduum. Nec fuit intentio eorum dicere, quod actus ille peccati idem numero reuocaretur, vel eadem numero macula, quæ prius ablata fuerat per pœnitentiam. Quia quod omnino in nihilum decidit, idem numero resumere non potest.* Sed ita quod, sicut per peccata commissa aliquis impediatur, ante peractam pœnitentiam de eis, ne gratiam à Deo recipere: ita eisdem impeditur postquam a statu pœnitentiæ decidit per peccatum mortale quo reciduat: sic enim dicitur peccatum mortale quantum ad culpam manere, in quantum ex actu, qui iam præterit, impeditur aliquis a gratiæ receptione, sicut à quodam obstaculo posito inter Deum, & animam; remitti autem quoad culpam qua a oratione actuum præteritorum aliquis gratia non priuatur.

17 Sententiam sic expositam impugnat S. Thomas immediate subiungens. Sed hæc opinio non potest stare: quia

quia ad causandum tenebras vtrumque duorum per se sufficit, scilicet, indispositio recipientis, & interpositio obstaculi: Vnde si tenebræ debeant amoueri, oportet, & indispositionem tolli, & obstaculum amoueri. Et ita pœnitentiæ, quæ tenebras peccatorum tollebat, non solum remouebat in dispositionem, quæ erat in anima ad gratiam suscipiendam; sed etiam remouebat obstaculum præcedentis: Non quidem ita quod actus ille non præcesserit: sed quod non haberet vim impediendi gratiam actus præcedens. Quæ quidem vis prædicto actui restitui non posset; nisi iteretur: quod est impossibile. Et ideo non potest dici quod prædicto modo peccata quoad maculam redeant.

18 Ratio istius art. 1. q. 88. radicatur totum exponit: & charitatis gratia possumus eam reducere ad hanc formam. Triantum possum excogitari in peccato remisso, quæ redeant: & quæ habent, dum sunt in instanti commissionis, vel omissionis: & quæ habent, per quæ constituuntur in esse peccatorum habitualium: & effectus remanentes, vel priuatiui, vel positiui relicte ex peccatis. Sed perfecte remissis peccatis, vt tunc remittuntur, per gratiam, & sacramenta, meritis Christi, nihil istorum redire potest. Ergo absolute est affirmandum esse impossibile peccata per pœnitentiam dimissa, simpliciter redire per sequens peccatum. Maior est euidentis à sufficiente enumeratione. Minor quoad primam partem probatione non indiget: quia contrarij non poterant ponere à Deo reiterari illa peccata: & si reiterarentur ab homine, iam non redirent priora; sed alia similia committerentur. Et præterea ad maiorem euidentiam; eam probat D. Thomas seorsim ostēdens, quod peccatum mortale sequens non facit redire conuersionem auersiuam præcedentis peccati mortalis: quia ex parte conuersionis peccata mortalia sunt diuersa, & interdum contraria. Vnde manifestum est, quod ex parte conuersionis peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita. alioquin sequeretur quod homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum, vel dispositionem auaritiæ prius abolitæ. Et sic contrariū esset causa sui contrarij. Quod est impossibile. Auersio autem absolute sumpta dicit separationem à Deo vltimo fine: & quia per quodlibet mortale peccatum homo auertitur à Deo: ideo macula, quæ est per priuationem gratiæ, & rea-

tus pœnitentiæ æternæ, communita sunt omnibus mortalibus. Et secundum hoc intelligitur id quod dicitur Iacobi 2. *Quis offendit in vno, factus est omnium reus.* Vnde tam auersio peccati actualiter existens, quæ habitualiter perseverans, non diuersificatur moraliter specie, aut numero; nisi ex diuersis conuersionibus formalibus, vel interpretatiuis, prout explicauimus q. 86. dub. 4. conc. 3. Iuxta hoc ait D. Thomas. Verum, quia auersio in peccato mortali ex conuersione quodammodo causatur, recipiunt ea, quæ sunt ex parte auersionis quodammodo diuersitatem per comparationem ad diuersas causas: ita quod sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout confurgit ex alio, & alio actu peccati mortalis. Quod igitur hoc modo macula vt voluntaria, seu macula moraliter sumpta, & reatus pœnitentiæ æternæ secundum quod causabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum absolute, non redeant per peccatum mortale sequens nec possint redire, probat D. Thom. quia opus Dei per opus hominis irritari non potest. Remissio autem peccatorum priorum fuit opus Dei misericordiae: Vnde non potest irritari per sequens peccatum hominis: secundum illud Rom. 3. *Nihil quid incredulitas eorum facit Dei euadere*

19 Notat autem Suarez in Cõment. n. 8. quod procedit supponendo hanc remissionem fuisse absolutam. At vero remissio absoluta irrevocabilis est, nisi mutetur, qui remittit, & suamet voluntate irriter. Hoc autem implicat facere Deum. Quia opus Dei factum absoluta voluntate à nullo irritari potest: sicut promissam promissione absoluta non potest non esse verum. Cui autem remisso perfecte peccato, possint ex Dei misericordia esse absolute omnes reliquæ, & effectus peccati: non possunt isti effectus iam à Deo facti, & in suo fieri & facto esse, iam ab homine non deperditos, ab homine irritari. Et ita simpliciter nequeunt priora peccata redire, ex suppositione quod absolute sunt remissa. Ideo firmat Ioan. Medina Cod. de Pœnit. q. 9. Ferale, & inhumanum videtur duriorum seruituræ exigere, vbi minor, est ingratitude. Sed contingit quod is, cui plura peccata dimissa sunt, sit minus ingratus reciduo, quam alius, cui pauciora sunt dimissa, vt patet, si is cui centum peccata sunt dimissa, incidat ex fragilitate, aut ex meru vehemēti in peccatum aliquod, puta, quo ieiunium Ecclesie soluat. Alius vero, qui vnum peccatum dimissum

fuit, indicat in peccatum contra Deum commissum in contemptum, & despectum ipsius Dei, a quo remissionis beneficium acceperat: Certum est enim hunc secundum esse magis ingratum primo. Et tamen ex contraria sententia maior seruitus exigeretur à primo, cui multa deunt peccata, quam à secundo, ut constat.

Ultimam tamen adijcit conclusionem D. Thomas, admittens peccata dimissa redire secundum quid, in quantum scilicet, virtualiter in peccato sequenti continentur. Quia si peccando contemnitur Dei bonitas, quæ ad poenitentiam expectat, ut docet Apostolus ad Rom. 2. Multo magis contemnitur Dei bonitas, si post remissionem prioris peccati, secundo peccatum iteretur; quanto maius beneficium est peccatum remittere, quam peccatorem sustinere, & sic peccatum ultimo perpetratum aggrauatur ex prioribus peccatis, & in illo, propter hanc circumstantiam, virtualiter continentur.

20 Qua doctrina auctoritati exponit: & specialiter S. Augustin. lib. 1. de Baptismo contra Donat. cap. 12. exponit ad 1. dicens, quod verbum illud videtur esse intelligendum de redditi peccatorum quantum ad reatum poenæ æternæ in se consideratū: quia scilicet, post poenitentiam peccans, incurrit reatum poenæ æternæ, sicut & prius; non tamen omnino propter eandem rationem. Solut. ad 2. exponit S. Bedam Luc. 11. cap. 58 quod non intendat dicere Beda, quod culpa prius dimissa hominem opprimat per redditi actus præteriti: sed per iterationem actus.

21 Propter has tres explicationes D. Thomæ, non omnino firmus sum in asserendo Authores prius relatos omnino clare oppositam docuisse sententiam de redditi simpliciter dimissarum culparum. Nam Hugo Victorinus illo capit. 9. folio 314. litter. O. ait: *Nonne attendis, quod quanto sapius gratia datur, tanto nequior ingratitudo iudicatur?* Unde videtur quod solum loquatur de redditi virtuali, & secundum quid ratione ingratitudinis: nam licet argumenta, & totus apparatus capituli, amplius videantur indicare, cum tamen nunquam dicat redire, *omnibus modis, nec simpliciter* pro reuerentia tanti Doctoris, cum absque violentia potest fieri, sic beneuole debet exponi.

Guillelmus Parisiensis Episcopus expresse loquitur quoad reatum: unde exponi

posset sicut D. Thomas exposuit S. Aug. Magister pro neutra parte potest referri: siquidem concludit. *Utrique parti questionis probati fauent Doctores. Ideoque alicui parti non præiudicans, studio lectori iudicium relinquo.*

§. II. An Deus in alio ordine rerum possit remittere peccatum sub conditione quod postea non peccet, si vero peccet redeant omnia dimissa.

22 **V**idendum restat, utrum in alio ordine rerum, Deus possit remittere peccatum quoad culpam, & poenam, sub conditione solum quod non peccet postea, si autem postea peccet, redeant omnia dimissa?

Scotus in 4. dist. 22. q. unica. §. De primo, lit. D. ait. Sic igitur potest dici quantum ad istum articulum, quod siue in recidivante, siue in non recidivante; quia actus diuinus non dependet à peccato extrinseco istius recidivantis; potest Deus de potentia absoluta reducere obligationem istius ad eandem poenam, quæ prius: & etiã eandem obligationem: & ita eodem modo quo peccatum remanet post actum; quia non nisi obligatio ad poenam, potest de potentia Dei absoluta peccatum idẽ numero redire, non solum in recidivante, sed in non recidivante. Hæc ibi. Referuntur Gabriel in 4. dist. 22. q. 1. art. 3. dub. 2. Medina. Cod. de Poenit. q. 9. Sed ego in illis non reperio: nisi quod cum Scoto conveniunt, quod post peccatum non manet nisi obligatio ad poenam. De quod illo tamen cap. 8. de poenit. dub. 6. quoad omne in peccato repertū dicit posse redire peccatum, si Deus non absolute, sed sub conditione remitteret peccatum. Quia peccatum potest remitti extrinseca condonatione, iuxta Scotum in 4. dist. 1. q. 6. §. Ad arg. v. Primum: & dist. 10. q. 2. §. Respondet, v. Item. Et adhuc si deberet remitti media gratia, hæc non pugnat cum peccato ex natura rei, sed ex dispositione diuina: iuxta Scotum illa dist. 16. v. Tertio sic. De quo Fracis. Felix de gratia c. 8. diff. 8. & 9.

23 Eandem sententiam sequitur Valentia disp. 7. quest. 5. puncto 1. Granados controu. 7. de Poenitent. trac. 5. n. 6. Coninch disput. 2. dub. 18. num. 130. quia

quia sicut posset Deus efficere ut non contraheremus peccatum originale, ante natiuitatem; ita remittendo alicui peccatum sub conditione futura, vere efficerat ut medio tempore homo in peccato non esset, nec eum macularet.

24 Rationem hanc inefficacem reputat Tho. Hurtado in Præcurfore theologo disp. 2. controu. 2. mēb. 2. cō. 2. aliã que reputat efficacem: quia Deus ex vi peccati mortalis acquisiuit verū ius hominem odiendi: ad remissionem vero peccati non requiritur quod amittat hoc ius, quod se tenet ex parte Dei; & non maculat hominem. Nulla autem apparet implicatio in hoc quod Deus condonet, & remittat peccatum, suspendendo odium peccatoris, sub conditione tamen, quod si labatur iterum in peccatum, uterur iure acquisito ex vi prioris peccati. Et licet satisfaceret peccator de condigno pro tota macula: non tamẽ tolleretur illud ius. Imò adhuc si de nouo non peccaret, possent redire priora delicta solum quia Deus remisit usque ad tale tempus determinatum. Sicut posset Rex malefactori remittere omnia delicta, vel sub conditione ne peccet, vel solū usque ad certum tempus.

Ex parte fauet Vazquez to. 2. in 1. 2. disp. 16. cap. 14. admittens fieri posse ut redeat peccatum originale remissum per solum habitum gratiæ; non vero remissum per proprium actum hominis.

25 Loquendo vero de redditi poenæ dimissæ Suar. disp. 13. sec. 2. n. 5. dicit de potentia absoluta nullam in hoc apparere contradictionem, quod tota poenæ dāni, & sensus sub ea conditione remitteretur, ut si homo iterum peccet, puniatur propter propria peccata, ac si remissæ non fuissent. Licet sec. 1. n. 11. notasset, quod distinguendo culpā a reatu, ut vere distinguenda est, non potest intelligi quod culpa & macula remissa, & deleta redeant. Sequitur Lugo disp. 10. sec. 2. Taner. disp. 6. de poenit. q. 4. dub. 2. Thomas Hurtado conc. 3.

Nihilominus recte Soto in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. §. Sed forsam, ita ait. Sed tamen arbitror Deum nec de potentia absoluta posse facere, ut eadem peccata redeant quoad culpam; nisi iterum ab homine committantur. Primum, quia licet possit punire peccata eodem supplicio, ac si non essent dimissa: hoc non est redire quoad culpam, & maculam, ut dictum est. Secundo, quia illa afflictio tormento;

rum non haberet proprie rationem poenæ: nam poenæ non est nisi pro culpa: qua re, si non redit culpa, non redit poenæ illa: & illud non esset punire; sed libere torquere hominem. Et infra §. Sed rogas, in fine ait. Quod si arguas; ergo Deus de potentia absoluta nequit facere ut per peccatum minoris culpæ redeat eadem poenæ damni, quæ oriebatur ex maiori culpa: Profecto fateor: sicut supra diximus, ut redeant peccata quoad eandem maculam culpæ, nisi eadem omnino committantur.

26 Eandem sententiam, ut communem inter modernos, sequitur Nuisio q. 88. art. 1. dist. 2. alia ratione probans: quia talia peccata imputarentur ipsi Deo: sed hoc implicat contradictionem: ergo non possunt redire. Probatum maior. Res corrupta non potest reproduci, nisi diuina virtute: ergo talia peccata reproducerentur à Deo tanquam à causa principaliter: que adeo illi imputarentur. Secundo probatur eadem maior. Actui præsentis hominis peccantis post poenitentiam non debetur ex natura rei nisi proprium peccatum habituale: ergo si redirent alia peccata, esset tantum diuina virtute: atque adeo soli Deo tribuerentur. Antecedens patet: quia transacta fornicatione v. g. tantum manet ex natura rei macula fornicationis, cum qua ipsa fornicatio habet proportionem. Non autem habet proportionem cum habitu infidelitatis: atque adeo illum producere non potest propria virtute. Imò neque habet proportionem cum macula habitualis fornicationis in maiori gradu quam sit ipsum peccatum præsens. Ergo quomodocumque est impossibile quod redeant peccata præterita.

Vazquez enim hac 3. p. q. 88. art. 1. dub. unico numero 70. dicit, quod ex fundamentis Scoti, & Nominalium, non potest probari vera sententia: monet tamen numero 73. relinquenda esse Scoti, & Nominalium signa, quæ non mediocrem tribuerint hæreticis ansam errandi. Numero vero 75. docet nec fieri posse ut per potentiam Dei redeant, & iterum imputentur dimissa peccata: remissio enim peccati, non est illa voluntaria tantum Dei condonatio, qua non vult amplius punire. Sed est vera animæ satisfactio, & renouatio, & puritas animæ. Unde Apostolus 1. Cor. 6. cum numerasset plura peccata, quibus tadamur, & maculamur, & à regno Dei ex-

cludimur: statim subiungit. *Et hoc quidem fuis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.* Quod latissime prosequitur ponderans usque ad n.96. ubi ait Vazquez. Habemus ergo gratiam remissionis peccatorum non amitti per peccatum: quia hæc gratia, quod satisfecerimus pro peccato, & iustificati simus ab illo, amitti non potest: sed tantum amittitur permanere in statu iustificationis. Licet autem amittatur gratia habitualis: illa tamen talis natura fuit, ut non regetur peccata: sed ablueret, & destrueret. Quod vero destructum est, iterum redire non potest, etiam si cesset causa destructionis. Velut licet pereat ens: homo tamen ense occisus non redit iterum ad vitam, ex eo quod ens pereat. Sic ergo comparatur gratia ad peccatum: quia ipsum destruit omnino, sicut ens occidit hominem. Vel melius exemplo S. Augustini, & D. Thomæ q.86. explicuimus, sicut lux expellit tenebras.

27. Norauerat autem Vazquez n.86. de offensa vero facta Regi non dubium remitti posse sub conditione: illa enim remitti dicitur sola voluntate condonantis poenam debitam, & absolutis ab obligatione ad poenam, sine vlla renouatione, & satisfactione debita: & ita Rex possit remittere sub conditione. De quo ipse Vazquez 1.2. disp.204. cap.7. Idem tenent Becanus 3.p. cap.33. q.1. cōc.3. Auerfa de poenit. q.5. sec.2. conc.2. Ludouicus Montesinos to.2. in 1.2. q.113. disp.3. q.7. §.3. n.284. Bonac. disp.5. q.6. sec.3. pūcto 1. n.1. Trullench lib.4. cap.4. dub.7. n.1. Nam sicut impossibile est tenebras expelli per lumen sub conditione; sed absolute expelluntur, & destruantur tanquam performam omnino in composibilem. Sic est impossibile omnino quod destruantur peccata per iustitiam inhærentem: & sub conditione.

Additque Montesinos n.286. quod quouis modo remittatur peccatum, non est intelligibile quod remittatur sub conditione: & si apponitur conditio, non dum remittitur: nam conditio de futuro suspendit contractum quousque ponatur in executione conditio. Si ergo Deus diceret: remitto peccatum, si iterum non pecces usque in finem vitæ nondum est remissum, quousque ponatur conditio. Sed cum hanc remissionem implicare dixerimus q.86. non oportet in his immorari. Hæc igitur sententia, propter fundamentum primum, & vltimum, omnino amplectenda

est: nam secundum non est solidum, ut probat Auerfa.

28. Circa paritatem peccati originalis valde laborant Nuño, & Lugo. Facile tamen respondet Auerfa in fine sec. 2. quod plane res est longe diuersa: peccatum enim Adami non infecit posteros, & non incurritur, nisi posita tali conditione conceptionis, aut sub alia hypotesi natiuitatis: quia non supponitur remissum, & deletum in anima per infusionem sanctificantis gratiæ. At peccatum mortale supponitur iam remissum, ac deletum per infusionem gratiæ in anima. Et ideo non potest dici habere adhuc vim inficiendi animam sub quacunque conditione, & manere velut in suspensio, in diuina mente repositum, ut succedente conditione de nouo inficiat animam. Quin imò in hoc res est similis, ut pariter originale peccatum, si post adimpletam conditionem, & secutam eius incurSIONem, remissum, ac deletum sit à Deo per gratiam sanctificantem, iam non possit iterum per vllam aliam conditionem redire.

§.III. Aliqua proponuntur argumenta & soluntur.

29. **Q**uia multa argumenta; quæ pro antiquorum sententia ab ipsis proponerantur, à D. Thoma, & ab alijs sunt soluta, ideo tatum celebriora ommittere non possumus. Primum proponit Hugo de S. Victore eruditionis theologice de Sacramentis fidei lib. 2. parte 14 cap.9. lit. N. in to.3. ita dicens. Dic ergo nunc iustum tibi videtur ut propter subsequentem poenitentiam, præcedens culpa, quæ imputabatur condoneretur: & non similiter propter subsequentem culpam, illa, quæ dimissa fuerat, præcedens culpa iterum imputeretur? Si subiuncta virtus plagam peccati hiætem claudit; subiuncta culpa non aperit clausam? Si opera bona viuuntia per culpam moriuntur, & per iustitiã iterum mortua viuificantur; quare similiter opera mala, quæ per virtutem excusantur, per culpam iterum non imputantur? Vis ut poenitentia tantum valeat, ut quæ imputabantur, condonentur: & non vis, ut culpa tantum valeat, ut, quæ condonabantur, imputentur? Poenitentia sequens poenit præcedentem culpam excusare, ut non noccat aliquando imputata, & sequens culpa non potest præcedentem poenitentiam euacuare, ut non possit aliquid

quando fuisse laudatam?

30. Secundum argumentum proponit lit. R. post duas columnas dicens. Vide quid tibi Euangelium Matth. 18. dicat de seruo nequam, & ingrato, cui roganti a domino suo debitum omne dimissum fuerat: sed quia ille erga conseruum suum misericordiam habere noluit, rursum ab eo per distributionem iustitiæ exigitur, quicquid per lenitatem gratiæ remissum fuit. Recte igitur dictum est: quia cum peccantibus in nos debita sua dimittere nolumus, iure iterum exigitur id etiam quod nobis dimissum esse gaudebamus. Et merito. Quod enim culpa peccatori dimittebatur, gratia fuit, non debitum. Qui si sponte gratiam collatam abiicit, iustum perfectum est, ut illi gratiam accepisse non prosit. Hæc Hugo.

Afferit etiam Gratianus de Poenit. dist. 4. illud Psalm. 108. *In memoriam redeat iniquitas patrum eius,* & S. August. ibi dicentem. Si Iudas teneret illud, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum, vel sua præterita, vel parentum iniquitas pertinere. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei; sed iniquitatem vetusti generis potius elegit; reddit iniquitas patrum eius in conspectu Domini: ut in eo etiam ipsa puniretur, & peccatum matris eius non deleteretur. Idem docet ser. 15. de verbis Domini, & q. 42. in Deuter. 5. Beda lib. 4. in Lucam cap. 48. S. Greg. lib. 4. Dial. cap. 60. Rabanus, & alij.

31. Ad primum Ripalda lib. 4. de entelup. disp. 9. i. sec. 3. contemnit: & impugnat sex rationes discriminis assignatas à D. Thoma, & ab alijs Theologis, cur peccata dimissa non redeant, cum tamen merita mortificata reuiuiscant. Et seq. 4. n. 26. dicit ex dictis constare difficultatem probandi ratione reditum meritorum, propter quam iudicauit Ochamus, & cum eo recens quidam Theologus, non posse hanc veritatem aliunde quam ex auctoritate ostendi. Tandemque ipse Ripalda subscribit tota sec. 4. concludens n. 36. quod quamvis quoad possibilitatem reditus præmij, & poenæ paria sint bona, & mala opera; quia potest destrui malitia peccati relicta absoluta dignitate poenæ: & ita etiam poterit destrui absolute ea malitia; quin absolute; sed conditionate solùm poena remittatur, sed suspendatur, scilicet sub conditione quod iterum non peccetur. Et sicut in peccato potest perire malitia moralis permanente dignitate ad poenam. Ergo etiam in opere bono po-

test perire moralis bonitas persistente dignitate ad præmium. Et quia moralis perseuerantia affectus ad bonum honestum potest deficere perseuerante eius dignitate ad præmium: quia vtriusque perseuerantia exigit condiciones diuersas. Quoad actum vero disparia sunt quippe factum pendet ex voluntate libera Dei, quæ prior in misericordiam, quam in vindictam, peccata omnino extinguit quoad culpam, & aternam poenam; & merita large remunerat quoad reditum dignitatis ipsorum ad gratiam, & gloriam.

32. Cæterum, si res tam leui congruentia decernitur, aperitur ostium patens ut quis quis voluerit, per reciduum in quodlibet mortale peccatum post poenitentiam, auferat omnia peccata dimissa redire; quia id admittitur omnino possibile: & de facto ita fieri, plurima, & expressiora Scripturæ, & Patrum testimonio apertissime exprimentur: & congruentiæ sexcentæ facillime accumulabuntur. Vnde Hugo obijciēt. *Fortassis, dicit quod non est aqua via Domini: & senties contra veritatem: quia non intelligis veritatem.* Quomodo, inquis, scabit, quod scriptum est Nahum 1. *Non indicabit Deus bis in idipsum; si ea, quæ dimissa fuerant, iterum ad poenam requiruntur?* Et infra, Respondet inter alia dicens. *Cessauit autem satisfactio quam iterata est malitia: quia hoc ad satisfactionem pertinebat, ut facta corrigerentur, & correctæ non iterarentur. Postquam ergo culpa redijt, iam quodam modo id ipsum non fuit: quia bis in reatu esse cepit peccatum vnum.* Quia autem culpa reuersa est, reuersa est, & poena: quæ profecto repetita non fuisset, si culpa reuersa non fuisset, &c. Si autem auctoritates Scripturæ, & Patrum pro reditu peccatorum contemnuntur, vel explicantur; cur tam acerruis censuris feriuntur in minimo coartantes omnimodum reditum omnium meritorum post peccatum mortificatorum, cum nec tot, nec tam expressa Scripturæ & Patrum pro reuiuiscencia meritorum testimonia extant? Vnde si vtrumque eodem modo est possibile: & factum ex Scriptura, & Patribus reuelatum esse probandum est, fateor minus expressa extare testimonia pro reuiuiscencia meritorum quam pro reditu peccatorum dimissorum. Vnde non erit censurabile, sed omnino probabile, merita non reuiuiscere, vel peccata dimissa simpliciter redire: si eiusi Ripaldæ locus datur.

33 Præterea ut arguit Lugo disp. 11. sec. 1. num. 9. certe, qui hoc ad misericordiam Dei reducunt, qui pronior est ad beneficiendum, quam ad puniendum: non fugiant difficultatem: imò augent illam. Si enim ex natura rei tantam vim habet peccatum ad extinguenda merita quantâ iustificatio ad extinguenda peccata: ergo secunda vita illa, quam postea habent merita, non est nisi ex misericordia Dei: atque adeo homo ille non erit vere dignus, sicut antea: sed ex misericordia Dei reputabitur dignus. Quod non sufficit ad veram rationem meriti condigni: de quo agimus in præsentibus. De quo latius q. 89.

Iam autem diximus, quod quamuis possit dimitti peccatum quoad culpam, manente reatu quoad poenam, implicat tamen quod culpa, & poena sit simpliciter remissa, & quod redeat, quia quod non est, redire nequit, nisi iterata causa: quod non est redire, sed nouum peccatum committi. Vnde D. Thomas in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. ad 1. ait, quod misericordia Dei, per quam fiebat remissio peccatorum, ad duo ordinatur. Ad vnum in præsentibus, scilicet, remissionem præcedentium peccatorum: & quantum ad hunc effectum non exinanitur per peccatum sequens. Et ad 4. ait, quod quamuis aliquis manumissus reducitur in eandem seruitutem, de qua liberatus fuerat, non tamen ut sit ex eadem causa seruus, ex qua primo fuerat: sed ex alia, scilicet, ex offensa post manumissionem commissa. Et similiter, qui reciduat, reducitur in seruitutem peccati: non tamen ut sit seruus peccati ex actibus peccatorum, ex quibus prius erat: sed ex actu istius peccati sequentis. Vnde peccata dimissa non redeunt, sed nouum inducitur.

34 Quod totum vno verbo exprimit S. Thomas in 4. ad Anibaldum dist. 22. q. vnica, art. 1. dicens. Cum enim macula sit deleta, & reatus sit dimissus absolute per poenitentiam præcedentem; non potest macula, vel reatus redire, nisi causa propria iteretur: quæ fuit actus, qui iterari non potest.

Igitur ad principale argumentum Hugonis respondet S. Thomas q. 89. art. 5. ad 1. quod opera peccati per poenitentiam abolerentur secundum se, ita scilicet, quod ex eis ulterius, Deo indulgente, nec macula, nec reatus inducatur. Sed opera in charitate facta non abolerentur à Deo, in cuius acceptatione remanent; sed in-

pedimentum accipiunt ex parte hominis operantis. Et ideo, remoto impedimento, quod est ex parte hominis operantis, Deus implet ex parte sua illud quod opera merebantur.

Et in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. ad 6. respondet quod peccatum mortale non mortificabat merita præcedentia, quin in se essent vitia: vnde in gloriam electorum cedebant; sed mortificabantur solum quantum ad illum, cuius erat. Qui impediebatur à consequitione effectus ipsarum: & ideo remoto impedimento, in sua efficacia remanent quoad istum. Sed peccatum per poenitentiam non solum mortificatur quoad peccantem; sed etiã in se. Remissio enim peccatorum est principaliter opus Dei: sed mortificatio meritorum præcedentium est opus hominis. Homo autem sua actione non potest euacuare simpliciter opus Dei: quamuis possit impedire ne sibi proficiat. Et ideo homo per peccatum sequens non potest remissionem præcedentium peccatorum annullare: potest autem sua actione euacuare, quod per ipsum factum est. Et ideo potest mortificationem præcedentium meritorum per merita sequentia poenitentia annullare; præcipue gratia adiutus. Hæc S. Thomas. Quæ etiam fuit ratio Alexandri Aletis, S. Bonaventuræ, & aliorum. Illaque ratio ex 4. ad Anib. est ratio Vazquez, & aliorum.

35 Contra omnes tamen instat Vazquez sec. 3. n. 18. Nam hæc ratio principium petit. Nam de hoc quæstio est cur merita per peccatum solum mortificentur, & non moriantur, seu extinguantur: sicut peccata per gratiam, non solum mortificantur, sed etiam extinguuntur: cum tanta sit vis peccatorum ad extinguendam gratiam, quanta est vis gratiæ ad extinguendum peccata. Num. etiam 19. arguit, quia prior ratio D. Thomæ videtur supponere merita per peccatum omnino non extinguuntur, sed adhuc eis super esse vitam aliquam, quæ in Dei acceptatione per manere possit. At perseuerantia huius condignitatis meritorum acceptandæ à Deo, ratio non datur; cum peccatum videatur destructiuum illius. Præterea, potest peccatum, sicut & meritum manere apud Deum, ut postea renouetur, non quidem volendo malitiam illius, sed nõ impediendo efficaciter eius reditum, volendoque, si iterum delinquat homo, ad pristinam inimicitiam redire: sicut non impediendo reditum merito-

rum,

rum, vult redire ad pristinam amicitiam, quam ipsa meruerunt si respiciat homo.

Arguit etiam num. 24. quia post absolutam condonationem iniuriæ, redeunt ex natura rei iura, ac merita priora, quæcum iniuria non habent immediatam oppositionem formalem; sed aut efficietem moralem, aut mediatam formalem, dependentem à voluntate personæ offensæ potētis ratione iniuriæ punire offendentem priuatione eorum. Secus vero iura, & merita, quæ cum iniuria habent oppositionem immediatam, formalem, independentem à voluntate personæ offensæ. Talis autem potest asseri oppositio peccati cum gratia, & meritis prioribus iusti: sicut talis à nobis asseritur oppositio gratiæ cum prioribus peccatis. Vnde iura, & merita humana subditi priorem tantum oppositionem habent cum iniuria Regis: merita vero, & iura gratiæ posteriorem cum iniuria Dei.

36 Ad hæc, & similia facillimum est respondere solum attente legendo solutiones D. Thomæ. Qui nullam committit petitionem principij asserendo merita manere in acceptatione diuina: quia hoc est expressum in Sacra Scriptura. 1. Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. 2. ad Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ. Et quia 1. 2. q. 14. art. 1. & 4. & per totam docuerat quod humanus actus habet rationem merendi primo quidem & principaliter ex diuina ordinatione, secundum quod actus dicitur esse meritorius illius boni ad quod homo diuinitus ordinatur. Et ita patet quod opera in charitate facta manent in diuina acceptatione. Per peccatum autem impedita erant: Vnde impedimento ablato, capacia sunt ut iterum viuificentur. Quod autem peccata habitualia, & macula, & reatus, & eorum reliquiæ tollantur, & quasi annihilentur, constat ex efficacia Dei, & ex virtute gratiæ, & ex infinitate meritorum Christi, & ex dictis q. 86. Vnde solutio quoad vtramque partem est satis probata: & discrimen manet manifestum. Vnde si facile arguēs profert D. Thomam petere principium; nos asserimus ipsum supponere probandum: quod nec probat, nec vnquam probabit.

37 Ratio etiam illa: quia remissio peccatorum est opus Dei: loquendo de remissione absoluta: & de opere quod non de-

pendet in conseruari ab vlla causa, cuius est: quia voluntatem Dei efficacem frustrari contradictionem implicat. Et peccatum esse remissum, à nulla causa conseruante pendet. Vnde D. Thom. 4. ad Anib. dist. 22. art. 1. cum obieisset: remota causa immediatâ, remouetur effectus. Ergo cum remoueatur gratia per reciduum; remouetur effectus gratiæ. Respondet ad 1. quod duplex est causa: quædam producens tantum effectum in esse: quædam, non solum producens, sed etiam conseruans. De secunda habet veritatem: quia destructa causa, destruitur effectus: non de prima. Vnde semel facta remissione absoluta à Deo, implicat quod peccata dimissa manent in ira Dei: quia sine poenitentia sunt dona Dei. Et S. Chrysostomus hom. 40. ad populum inquit: *Non est sicut homo Deus, qui exprohet præterita.* Quando autem est facta condonatio iniuriæ actualis, & habitualis, & reatus, & macula, & omnium reliquiarum peccati, est ac si innocens semper fuisset. Vnde vana est illa distinctio quod redeant ista iura, & manent illa iura: Homo enim sua actione non potest euacuare opus Dei. Vnde si Deus abluir, & est super niuem dealbatus, non possunt redire abominationes, & immunditiæ antiquæ. Vnde si iterum peccet, iuxta grauitatem præsentis peccati, sua iniquitas nocet ei.

38 Ad 2. ex Euangelio adiuncta expositione S. Augustini, satisfacit S. Thomas q. 88. art. 1. ad 1. & toto art. 2. & 3. Caietanus que Matr. 18. in fine ait. Quæstio occurrit hic, quomodo sine poenitentia sunt dona Dei, ut Apostolus dicit ad Rom. 11. si debita semel donata à Deo, postea repetuntur? Solutio est, quod repetuntur, non ut fuerant prius debita: sed ut modo effecta sunt materia ingratitude inhumanæ: in grata siquidem hæc inhumanitas tanto magis pensanda est, quanto maius fuit beneficium donationis tantorum debitorum. Notat autem D. Thomas art. 3. ad 3. quod illi cui peccata dimissa replicantur propter subsequenter ingratitudinem, redit vniuersum debitum, in quantum quantitas peccatorum præcedentium proportionaliter inuenitur in ingratitude subsequenti: non autem absolute. Vnde Araujo art. 4. dub. 1. n. 3. ait. Vnde per ly *vniuersum debitum* in dicta parabola (ut recte ait Pesantius) non est intelligendum debitum totius poenæ, quæ

pecc.

peccatis precedentibus dimissis corre-
pondebat, sed dumtaxat debitum posna
vltimo peccato correspondentis, & per
illud contractæ. Aut solum denotatur, vt
vult Abulensis, quod ob peccatum odij
fraterni, ratione ingratitude, talis pec-
cator sit acerbissime puniendus. Quod
est peccata precedentia, & eorum debi-
tum redire, non absolute, sed secundum
quid, & quodammodo ob ingratitude
precedentis beneficii.

39 Aliter respondet Soto dist. 16. q.
1. a. 1. ad 1. §. *At vero*, quod in Parabolis,
vt aiunt sæpe Sancti, non debent omnia
ad vnguem veritati respondere. Primum
enim non plane liquet seruum illum pec-
catum mortale commississe, negans con-
seruo suo inducias soluendi debitum.
Nam vbi legitur, quod eum suffocabat
non aliud intelligitur, quam quod in-
stanter urgebat, vt tolleretur. Quod nõ erat
contra legem. Licet esset quadam mo-
ralis ingratitude, & crudelitas, cum ma-
ius ipse beneficium suscepisset, sic illum
premere: qui tunc soluendo non erat. Scio
Caietanum, & alios dicere, quod seruus
ille depingitur peccasse mortaliter. Sed
tamen ad vim parabolæ non est necessa-
rium. Præterea, inter homines ius non
permittit, vt dominus, qui seruo semel
debita omnia condonauerat, propter in-
gratitudinem, quam in seruum com-
mittit, repetere id possit, quod dona-
uerat, & pro soluto acceperat: il-
la enim in iure dicitur, *acceptilatio*; hoc
est, quasi solutio. Est ergo perpendendum
propositum inductæ parabolæ: Eatenus
ergo obseruanda sunt parabolæ verba,
quod si quis non est misericors in fratres,
siue illa durities peccatum sit mortale,
siue veniale, indignus sit cui remittatur,
vel vnus obolus. Non quod quæ con-
donata ei fuerant, repetantur ab eo; sed
quod ob ea quæ post debuerit, mittetur
in carcerem quousque redat vniuersum
debitum.

40 Ab alias auctoritates, solutiones
adhiberi solitas, sic ad summam redigit
Aueria q. 5. sec. 2. ad 1. Vel priora pecca-
ta redire materialiter, id est, eundem effe-
ctum illorum, nempe, priuationem gra-
tiæ, & gloriæ, reatum poenæ, inimicitiam
cum Deo. Vel quia interdum ob nouum
peccatum fit vt Deus exigat quasdam
poenas, quas arbitrarie solet in hac vita
infligere, etiam pro peccatis quantum ad
culpam remissis, quas alioquin con-
donasset. Vel quia priora peccata non erant

adhuc vere remissa; sed tantum in lon-
gum dilata eorum poenitio: quæ rursum
ob nouum peccatum acceleratur. Vel
redire peccata dimissa quodammodo vir-
tualiter, quatenus ex circumstantia illo-
rum aggrauatur nouum peccatum, vt
art. 2. & 3. docet D. Thomas, de quo sit.

D V R I V M S E C V N D V M

*Vtrum peccata dimissa re-
deant per ingratitude-
nem?*

1 **P** Arum attente legenti D. Tho-
mam, videbitur sibi contradi-
cere: quia in 4. dist. 22. satis acriter im-
pugnat sententiam Præpositi: & in hoc
articulo, non solum benigne interpreta-
tur; sed in eius defensione totum secun-
dum articulum consumere videtur. Pe-
nitius tamen consideranti hæc simul ve-
ra esse apparebit. Duobus modis poterat
defendi illa opinio: vel de reditu simpli-
citer: & sic est falsa; & in 4. sententiarum
impugnata; vel de reditu secundum quid:
& sic pro reuerentia in suos prædecesso-
res, in hoc articulo declaratur.

2 Conclusio D. Thomæ isto articu-
lo secundo est, quod speciali titulo secun-
dum quatuor genera peccatorum, scili-
cet, secundum odium fraternum, a posta-
siam a fide, contemptum confessionis, &
dolorem de poenitentia habita, ratione
ingratitude dicantur redire peccata
dimissa per poenitentiam. Quantum ad
odium fraternum, est auctoritas Matthæ.
18. iuxta expositionem S. Gregor. lib. 4.
Dialogorum cap. 60. Quantum ad omnia
notat D. Thomas ad 1. quod hoc non di-
citur specialiter de istis peccatis, quia sint
ceteris graniora: sed quia directius oppo-
nuntur beneficio remissionis peccatorum.

3 In hoc sensu ratio satis clare ha-
betur his verbis Diu. Thomæ. Sicut
dictum est articulo primo, peccata dimis-
sa per poenitentiam, redire dicuntur, in
quantum reatus eorum ratione ingratu-
tudinis virtualiter continetur in pec-
cato sequenti. Ingratitude autem potest
committi dupliciter: vno modo ex eo
quod aliquid sit contra beneficium. Et
hoc modo per omne peccatum mor-
tale, quo Deus offendit, reditur homo
ingratus Deo, qui peccata dimisit. Et sic
per

per quodlibet peccatum mortale sequens
redeant peccata prius dimissa, ratione in-
gratitude. Alio modo committitur
ingratitude non solum faciendo contra
ipsum beneficium; sed etiam faciendo
contra formam beneficii præstiti. Quæ
quidem forma, si attendatur ex parte be-
nefactoris, est remissio debitorum. Vn-
de contra hanc formam facit, qui fratri
petenti veniam, non remittit; sed odium
tenet.

4 Si autem attendatur ex parte poe-
nitentis, qui recipit hoc beneficium, in-
uenitur ex parte eius duplex motus libe-
ri arbitrii. Quorum primus est motus
liberi arbitrii in Deum, qui est actus fi-
dei formatæ. Et contra hoc facit ho-
mo apostatando a fide. Secundus au-
tem est motus liberi arbitrii in pec-
catum, qui est actus poenitentia. Ad quem
primo pertinet (vt supra q. 85. art. 5. & 6.
dictum est) quod homo detestetur pecca-
ta præterita. Et contra hoc facit il-
le, qui dolet se poenituisse. Secundo per-
tinet ad actum poenitens proponat se sub-
ijcere clauibus Ecclesiæ per confessio-
nem: secundum illud Psal. 31. *dixi, Confite-
bor aduersum me iniustitiam meam Domino:
Et tu remisisti impietatem peccati mei.* Et
contra hoc facit ille, qui contemnit cõ-
fiteri secundum quod proposuerat. Et
ideo dicitur quod specialiter ingratitude
horum peccatorum facit redire peccata
prius dimissa.

5 Aliam rationem adijcit Scotus in
4. dist. 22. q. unica, §. *De tertio articulo*,
litt. M. dicens. Quanto aliquis tenetur
pluribus obligationibus ad aliquid; tan-
to, si transgreditur, grauius peccat. Sed
poenitens, quotiescumque digne poeni-
tet, obligat se, saltem uoto, ad non pec-
candum in posterum: quia sine tali pro-
posito non est digna poenitentia. Et præ-
ter hoc est adstrictus ad non peccare, ea-
dem lege, quia innocens. Igitur, si post
peccat, transgreditur duplicem legem,
obligantem ad non transgrediendum, sci-
licet, & illam generalem, & istam spe-
cialem de promisso seruando. Quod ma-
xime obligat de promisso facto Deo, & de
aliquo pertinente ad honorem Dei. Hæc
Scotus. Quem sequitur Gabriel dist. 22.
q. unica art. 2. conc. 3. in fine.

6 Per oppositum Ioann. Medina,
Cod. de Poenitent. tract. 1. q. 9. §. *Post ter-
tio modo*, Vazquez q. 88. art. 2. num. 5. fal-
sam hanc sententiam absolute pronun-
ciant: quoniam de ratione poenitentia

non est promissio in futurum nunquam
peccandi: sed tantum continet proposi-
tum quod ex dolore peccatorum sequi-
tur: Propositum vero non obligat vlla
ratione: & ita non est peccatum peccan-
tis post poenitentiam duplici prohibitu
præcepto, aut obligatione.

Distinctius tamen veritatem expri-
mit Soto dist. 16. q. 1. art. 1. §. *Circa intelle-
ctum*, dicens, quod vt vera sit Scoti sen-
tentia, non est intelligendum poeniten-
tem votum proprie emittere bene viuendi:
sed dumtaxat id proponere. Quare non
est semper noua obligatio, vt fit per le-
gem, aut per votum: alioquin teneretur
homo confiteri quoties proposuit bene
viuere: nam tot vota esset transgressus.
Sed est noua obligatio tanquam iterati
propositi: quod quidem propositum po-
stea violatum non facit nisi maiorem
circumstantiam ingratitude, & incon-
stantia. Similiter Suarez disp. 13. sec. 3.
nu. 2. ait, quod si loquatur de promissio-
ne proprie, *improbabilis* est opinio: alias
omne peccatum post iustificationem fa-
ctum, esset contra votum. Si vero loqua-
mur largo modo de promissione, prout
dici solet de proposito: sic illud per se nõ
auget malitiam, nisi in quantum est con-
tra gratitudinem. Quod notat Aueria, q.
5. sec. 3.

7 Occurrit contra dicta communis
difficultas, quam sibi obijcit D. Thomas
in tertio argumento. Tanto est maior in-
gratitude, quãto post maius beneficium
acceptum aliquis peccat. Sed beneficiũ
Dei est etiam ipsa innocentia, qua pec-
catorum vitamus: dicit enim S. Augustin.
lib. 2. Confes. cap. 7. *Gratiæ tuæ depute
quacumque peccata non feci.* Maius au-
tem donum est innocentia, quam etiam
remissio omnium peccatorum. Ergo
non minus est ingratus Deo, qui peccat
post innocentiam, quam qui peccat post
poenitentiam. Et ita videtur, quod per
ingratitude, quæ fit secundum pecca-
ta prædicta, non maxime redeant pecca-
ta dimissa.

8 Respondet S. Bonaventura in 4. dist.
22. art. 1. q. 2. Scotus. q. 1. *De tertio arti-
culo, ver. Ad primum concedo*, quod simpli-
citer maius beneficium est conseruare in-
nocenciam, quam concedere post pecca-
tum poenitentiam. Vnde maius benefi-
ciũ contulit Deus suæ Matri, quam Ma-
gdalenæ. Vnde singularis gloria, & orna-
tus est in Beatissimæ de numquam cecidisse
in peccatum. Et tunc ad argumentum
ma-

maiolem nego: quia possibile est aliquod peccatum habere nunc vnam circumstantiam aggravantem; nunc aliam: & illa, quæ ibi aggravat, potest esse grauior, quàm illa qua hic aggravat. Et ista circumstantiæ duæ possunt esse repugnantes. Et ita hic poenitentia præcedere, aggravat: quia tribuit ingratitude. Consimiliter ab innocentia cadere, aggravat, propter ingratitude. Et innocentia, & poenitentia modo quodammodo repugnant. Sed cadere ab innocentia simpliciter magis aggravat. Sequitur Gabriel. q. 1. ar. 3. dub. 1. Dionis. Cisterciensis, dist. 2. q. vlt. Suarez disp. 13. sec. 3. a. n. 1. 2. vsque ad 18. distinguens varios innocentia gradus, & inter se cõferens. Tandem n. 16. docet, quod cæteris paribus quoad gradum sanctitatis, maius beneficium esse innocentiam quam poenitentiam: ita vt idem gradus datus præseruando ne cadat, vel liberando post casum, maius beneficium sit. Vnde S. Cyprianus epist. 3. ait. *Primum felicitatis genus est non delinquere: secundum vero delicta cognoscere, & retrahere.* Et Hugo de S. Victore lib. 2. de sacramentis parte 14. cap. 4. ait. *Si magnum est aliquando surgere, maius certe est nunquam cecidisse: si bonum est sanatum esse, melius est nunquam fuisse corruptam.* Ratio vero est, quia hu. usmodi innocentia, & continet magnam dignitatem moralem sanctitatis: & virtute includit quid quid boni est in remissione peccati; & excellentiori modo. Vt autem habeat locum comparatio, vel debet fieri ex hypothesi, sola mentis consideratione. Vel in diuersis personis. Quia si in eadem persona fiat comparatio, fieri includendo vnum in alio: nam posterius peccatum semper est contra omnia beneficia præcedentia. Et ob hanc causam simpliciter verum est, in quolibet iterante peccatum, maiorem esse ingratitude, ob circumstantiam prioris peccati remissi: quauis non ex illa sola, sed etiã ex alijs beneficijs hæc grauitas oriarur. Sequitur Anetia q. 5. sec. 4. male pro se referens Caietanum, qui omnino sequitur D. Thom. qui semper sub eadem distinctione respondet.

9 In primis hic ad 3. ait, quod beneficium aliquod habet pensari dupliciter: vno modo ex quantitate ipsius beneficii. Et secundum hoc, innocentia est maius Dei beneficium; quam poenitentia, quæ dicitur secunda tabula post naufragium. Alio modo potest pensari beneficium ex parte recipientis, qui minus est dignus; &

sic magis fit sibi gratia. Vnde & ipse magis est ingratus, si cõtenat. Et hoc modo beneficium remissionis culpa est maius in quantum prestatur totaliter indigno. Et ideo ex hoc sequitur maior ingratitude.

Nec diuersum quid docet. 1. p. q. 20. art. 4. ad 2. dicens, quod poenitentes, & innocentes se habent sicut excedentia, & excessa. Nam siue sint innocentes, siue poenitentes, illi sunt meliores, & magis dilecti qui plus habent de gratia. Cæteris tamen paribus, innocentia dignior est, & magis dilecta. Dicitur tamen Deus plus gaudere de poenitente, quam de innocente: quia plerumque poenitentes cautiore, humiliore, & frequentiores resurgunt. Vnde S. Greg. hom. 34. in Euang. dicit, quod dux in prælio eum militem plus diligit, qui post fugam conuersus fortiter hostem premit; quàm qui nunquam fugit, nec vnquam fortiter fecit. Vel alia ratione, quia æquale donum gratia plus est comparatum poenitenti, qui meruit penam, quam innocenti, qui non meruit. Sicut centum marchæ maius donum est, si dentur pauperi, quam si dentur Regi.

10 Similiter 2. 2. q. 106. art. 2. ait D. Thomas: dupliciter potest esse ex parte dantis maior gratia. Vno modo ex quantitate dati: & hoc modo innocens tenetur ad maiores gratiarum actiones: quia maius donum ei datur à Deo, & magis continuatum, cæteris paribus, absolute loquendo. Alio modo potest dici maior gratia, quia magis datur gratis. Et secundum hoc magis tenetur ad gratiarum actiones poenitens, quam innocens: quia magis gratis datur illud, quod ei datur à Deo. Cum enim esset dignus pena, datur ei gratia. Et sic, licet illud donum quod datur innocenti, sit absolute consideratum maius: tamen donum quod datur poenitenti, est maius in comparatione ad ipsum. Sicut etiam paruum donum pauperi datum, est ei maius, quam diuiti magnū. Et quia actus circa singula sunt, in his, quæ agenda sunt: magis consideratur quod est hic, vel nunc tale, quam quod est simpliciter tale: sicut Phil. dicit in 3. Eth. cap. 3. de voluntario, & inuoluntario. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Et in 4. Sent. dist. 22. q. 1. art. 2. q. 3. ait. Considerando ergo quantitatem doni: sic innocens magis tenetur: quia magis est, quod accepit. Sed considerando hoc:

hoc quod est gratis dare; magis tenetur poenitens: quia quanto magis est aliquis elongatus a debito recipiendi, tanto dario fit sibi magis gratis ex parte sua, quauis non ex parte dantis, qui omnibus æquali liberalitate dat. Magis autem elongatur peccator a debito consequendi remissionem peccatorum, quam innocens a debito conseruationis. Et ideo vterque aliquo modo plus tenetur ad gratiarum actionem: & aliquo modo æqualiter.

11 Hanc D. Thomæ doctrinam late, & subtiliter exponit sex dubijs Caietanus 2. 2. q. 106. art. 2. 3. p. q. 88. art. 2. breuiter. Soto dist. 16. q. 1. art. 2. Petrus Soto lec. 7. de Poeni. Nuño q. 88. art. 2. Araujo art. 4. dub. 2. Ricardus in 4. dist. 22. art. 1. q. 5. Ioan. Med. Cod. de poenit. trac. 1. q. 9. §. Oppositum tamen. Vazquez q. 88. art. 2. dub. vnico. Pefant. disp. 1. Valentia punc. 3. Becanus cap. 3. q. 3. Coninch disp. 2. dub. 19. Granada controu. 7. trac. 5. n. 12. & alij.

Notat autem Caietanus, §. Ad euidenciam, quod ista possunt dupliciter considerari. Primo vt sunt in genere bonorum: secundo vt sunt in genere donorum seu beneficiorum: Si primo modo sumantur, sic innocentia excellit, & importat dignitatem irrecuperabilem, sicut virginitas. Si autem consideretur secundo modo: sic poenitentia simpliciter excellit; quia est maius donum, quam innocentia: quamvis hæc sit maius donum in se: quia referendo donum isti subiecto magis elongato est maius donum proportionaliter. Et quoniam esse maius donum proportionaliter, constituit maius donum simpliciter: sicut elemosyna, vel oblatio maior proportionaliter, ex domini sententia est maior simpliciter, vt patet de vetula Lucæ 21. de qua dixit Dominus, quod *plus omnibus obtulit.* Ideo poenitentia dicitur simpliciter donum maius. Simile naque est in proposito; nisi quod ibi est sermo de quantitate proportionali respectu dantis: hic vero respectu recipientis; sed hoc non variat veritatem intentam.

12 Addit ad sextum dubium, quod poenitentia aliud attenditur quantitas vinculi ad gratiarum actiones, & penes aliud quantitas bonitatis, & dilectionis Dei in illis, scilicet, innocente, & poenitente. Nam quantitas bonitatis, & dilectionis Dei attenditur penes magnitudinem rei, quam in se habet: ille enim est melior, qui maiorem habet bonitatem: &

ideo magis diligitur à Deo. Sed quantitas gratitudinis attenditur penes magnitudinem doni relati ad eum, cui datur. Ille enim tenetur esse plus gratus, qui plus sibi recipit. Et quia magnitudo ista in proportione consistens, crescit ex demerito personæ, cui datur: ideo non mirandum, si minus bonus magis tenetur ad gratiarum actiones. Cuius signum manifestum est, quod quanto quis ad æqualem charitatem ex peiore statu resurgit, tanto maius donum recipit: & tanto magis tenetur ad gratiarum actiones: non tamen propterea est melior. Vitabitur ergo æquiuocatio, concedendo innocentiam esse maius bonum, absolute, imò, & maius donum, si sumatur absolute; & absque comparatione per accidens ad eum, cui confertur: negando tamen quod respectiue, & comparatiue, sit maius donum, & maior gratia: & ideo debita maior gratiarum actio: quia *ubi est maior gratia ex parte dantis, ibi requiritur maior gratiarum actio ex parte recipientis*, vt ait D. Thomas.

DVBIVM TERTIVM.

Vtrum per ingratitudeem peccati sequentis conseruat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum?

1 **M**agister sententiarum in 4. dist. 22. ita ait. Sed quia absonum videtur vt peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam neminem pro peccatis semel dimissis iterum à Deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire, & imputari, quia propter ingratitudeem, ita reus, & peccator constituitur, vt antea fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat, dicitur exigi, quia remissionis perceptæ ingratus ita reus fit, vt antea fuerat. Vtrique parti quæstionis probati fauent Doctores. Ideoque alicui parti non præiudicans, studioso lectori iudicium relinquo; addens mihi tutum fore, ac saluti propinquum, sub mensa dominorum micæ edere. Hæc Magister.

2 Viderur plane fauere Cornelius Iansenius Episcopus Gandauenis in Cõcordia Euangelij cap. 72. dicens. Quod

autem in hac parte significatur, debitum remissum semel, iterum Deum propter ingratitude[m] repetere, cum Paulus ad Rom. 11. dicat dona Dei esse sine poenitentia, sic est accipiendū; non quod, redeat proprie reatus peccatorum præcedentiū semel dimissorum: sed quod in virtute cōtineatur in illa ingratitude, & crudelitate in fratrem admitta, eo quod peccata illa remissa efficiant, vt ingratitude illa, & crudelitas tam graue peccatum reputetur, & pro eo tam seuerè quis puniatur, ac si priora peccata nunquam fuissent dimissa. Quod & prosequitur, & post ea repetit. Sed cum Iansenius se remittat ad D. Thomam, ipse S. Doctor in 4. dist. 22. in expositione litteræ ad illa verba: *Et ita reus constituitur, ait ly ira, non dicit æqualitatem, sed similitudinem*: Et ibi q. 1. art. 2. q. 3. & hic art. 3. duas statui conclusiones.

3 Prima, non est necesse quod per ingratitude[m] recidiantis redeat simpliciter tantus reatus, quantus fuit omnium peccatorum præcedentium. Probat in 4. Quia quantitas reatus sequitur quantitatem peccati. Deu. 25. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus*. Ex quo patet inquit hic in arg. *Sed contra*, quod ex paruo peccato non consurgit magnus reatus. Quantitas autem peccati, per quod quis reciduat, est multo minor quandoque ex genere suo, quam peccata, quæ prius erant dimissa. Et non potest esse quod ingratitude[m] circumstantia det sibi tantam quantitatem: quia hæc ingratitude[m] consurgit ex hoc quod aliquid indebite sit contra Dei præcepta: vnde secundum mensuram indebiti, est mensura ingratitude[m]. Et sic quantitas peccati, quam habet ex suo genere, dat quantitatem in gratitudine. Vnde quantitas ingratitude[m] non potest esse maior, quam sit quantitas peccati.

4 A priori probat D. Thomas isto art. 3. quia sicut dixerat articulo primo, reatus præcedentium peccatorum non redit per peccatum sequens, in quantum sequitur ex actibus præteritorum peccatorum: sed in quantum consequitur actus sequentis peccati. Et ideo oportet quod quantitas reatus redeuntis sit secundum grauitatem peccati sub sequentis. Potest autem contingere quod grauitas peccati sub sequentis adæquetur grauitati omnium peccatorum præcedentium. Sed hoc non semper est necesse, siue loquamur de grauitate eius, quam habet ex sua

specie (cum quandoque peccatum sequens sit fornicatio simplex, peccata vero præterita fuerint adulteria, vel homicidia, seu sacrilegia) Siue etiam loquamur de grauitate, quam habet ex ingratitude[m] annexa. Non enim oportet quod quantitas ingratitude[m] sit absolute æqualis quantitati beneficii suscepti: cuius quantitas attenditur secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum. Contingit enim quod contra idem beneficium vnus est multum ingratus; vel secundum inreceptionem contemptus beneficii: vel secundum grauitatem culpæ contra benefactorem commissæ. Alius autem parum, vel quia minus contemnit; vel quia minus contra benefactorem agit.

5 Secunda conclusio, per ingratitude[m] peccati mortalis recidiantis redit æqualis reatus secundum proportionalitatem. His verbis eam probat D. Thomas in 4. Aliter dicendum, quod non redit æqualis reatus secundum quantitatem absolutam: redit autem æqualis secundum proportionalitatem: quia quanto fuerit peccata dimissa grauiora, tanto fuit beneficium remissionis maius: & quanto beneficium fuit maius, tanto ingratitude[m] maior. Et sic aliquomodo quantitas reatus præcedentium peccatorum manet in ingratitude[m] recidui. non autem secundum æqualitatem absolutam. Sicut nec beneficium est æquale peccato dimisso in quantitate; sed multo maius. Nec ingratitude[m] secundum quantitatem absolutam est, quanta beneficii. Hæc ibi.

6 Et hic art. 3. ait. Sed proportionaliter quantitas ingratitude[m] adæquetur quantitati beneficii: supposito enim æquali contemptu beneficii, vel offensa benefactoris, tanto erit grauior ingratitude[m], quanto beneficium fuit maius. Hæc D. Thomas.


7 Vbi Caietanus notat, ingratitude[m] non habere quantitatem ex quantitate beneficii, quanuis habeat ex illo speciem: sicut nec odium habet quantitatem ex obiecto odio habito: non enim oportet tantum esse odium, quantum est odibile: contingit enim vnū, & idē plus minus odio haberi. Et similiter non oportet tantū esse amorem, quantum est amabile: est enim aliquid plus amabile, quā ametur, & sic de alijs (Quod cōtingit propter libertatem voluntatis: & quia sæpe implicat contradictionem, quod obiectum ab inferiori ametur quantum amabile est.

est. Vnde D. Thomas. 2. 2. q. 27. art. 5. probat, esse impossibile in amore Dei, quod modus diligenti adæquet modum rei dilectæ: quia nulla creatura potest Deum infinite diligere. Et in 3. dist. 27. q. 3. art. 3. ponderat illud S. Bernardi de diligendo Deum in principio. *Causa diligendi Deum, Deus est. modus, sine modo diligere.* Quantificatur autem ingratitude[m] ex beneficio, (vt ait D. Thomas) proportionaliter. Et hoc est dicere, quod si comparetur dñx ingratitude[m] ad duo beneficia, verum est quod, cæteris paribus, quantum beneficium maius est beneficio; tanto ingratitude[m] maior est ingratitude[m].

Et propterea tanto peccatum post poenitentiam est secundum ingratitude[m] circumstantiam gradus, quanto contra maius est beneficium remissionis peccatorum. Et quia beneficium remissionis quantificatur secundum peccata dimissa: ideo tanto grauius quis post poenitentiam peccat, quanto maior peccator prius fuit: & cæteris paribus quanto pluries dimissa sibi peccata fuerunt. Hæc Caietanus. Vbi clarissime loquitur; & nihil asserit, nec contrarium, nec diuersum, ab his, quæ scripserat 2. 2. quæst. 106. artic. 2. Vnde non videntur eum legisse, qui aliter referunt: nec commentatore indiget, sed lectore.

8 Quod conclusiones istæ clarissime sunt, & in superioribus satis explicitæ, notat Soto dist. 16. quæst. 1. art. 3. Ex quibus colligit, quod si quis illorum criminum veniam consecutus, scilicet, vnus, vel alterius furti; committit postea graue homicidium, vel adulterium, maior est ingratitude[m] in illo; quam si è conuerso postquam adeptus est grauiorum indulgentiam, paruum committeret furtum.

(. . .)



DVBIVM QVARTVM.

Vtrum ingratitude[m] ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum?

1 Ingratitude[m] hanc esse circumstantiam constituentem nouam speciem peccati, arbitrantur Aquilensis Matth. 18. q. 141. & 142. Ioannes Medina, Codice de Poenitent. tract. 1. quæst. 9. §. *Responsio*, folio mihi 33. & probans: quia circumstantia ingratitude[m] semper dicit nouum peccatum, siue voluntas peccantis habeat pro obiecto beneficium, aut benefactorem; siue non. Id patet: quia illud est nouum peccatum, ab alio specie distinctum, quod propria lege, aut prohibitione vetitum est. Sed propria lege, aut prohibitione vetitū est ingratus nos esse; aut malum pro bono redere: sicut lex gratitudinis alia est à lege castitatis. Lex autem gratitudinis, cum affirmatiua sit de benefactore gratificando; includit negatiua de non inferendo malum pro accepto beneficio: sicut præceptum de honorando parentes, includit prohibitionem de honestandi eosdem. Quod autem non opus sit voluntatem peccantis benefactorem, seu beneficium eius pro obiecto habere, vt nouum peccatum sit: patet de eo, qui furatur rem aliquam in loco sacro: ille enim committit sacrilegium, etiam si de loco sacro non meminerit tempore, quo furatur. Et qui in die Dominica fornicatur, nouum peccatum vltra fornicationem, in diem festum, & Deo dicatum committit; etiam si eius voluntas in diem non tendat; nec prætendat aliquid in contemptum temporis, aut loci Sacri. Similiter, qui cum nuptiis alteri fornicatur, peccat per adulterium; etiam si voluntas eius non habeat pro obiecto coniugium, seu maritum alteræ. Similiter, si quis proiecit lapidem: vnde accidit hominem occidit, cum aduerrere debuit, peccat per ho-

Li mi.

micidium: etiam si eius voluntas non fuerit quemquam occidere. Ad hunc modum de alijs. Igitur ut circumstantia peccatorum nouam culpam inducant non opus est ea actualiter esse obiecta voluntatis peccantis: cum saepe contingat hominem praeter intentum peccare. Quamvis ut quis illis nouis peccatis formaliter voluntarie peccet, requiratur huiusmodi circumstantias obiecta esse voluntatis: secus tamen ut peccata noua sint in re, & materialiter. Sequitur iam, quod qui reciduat in fornicationem, est ingratus nouo peccato ab ipsa fornicatione distincto: etiam si id in contemptum beneficii, aut benefactoris Dei non fiat.

Admonet tamen non esse de necessitate confessionis: quia talis ingratitude nota est ipsi Sacerdoti, nec illi occultari potest: quia non differt specie ab ingratitude ob beneficia alia a Deo accepta, quia creatus, & redemptus, & conseruatus, & nutritus.

2 Respondetur tamen cum D. Thoma artic. 4. communiter a Theologo recepto, quod ingratitude peccantis quandoque est speciale peccatum: quandoque autem non: sed est circumstantia generaliter consequens omne peccatum mortale, quod contra Deum committitur. Peccatum enim speciem recipit ex intentione peccantis: unde ut Philosoph. dicit 5. Eth. cap. 2. ille qui machatur, ut fureretur, magis est fur, quam machus. Si igitur aliquis peccator in contemptum Dei, & suscepti beneficii, aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciem ingratitude. Et hoc modo ingratitude peccantis est speciale peccatum.

Si vero aliquis intendens aliquod peccatum committere (puta, homicidium, aut adulterium) non retrahatur ab hoc propter hoc quod pertinet ad Dei contentum; ingratitude non erit speciale peccatum: sed trahetur ad speciem alterius peccati, sicut circumstantia quaedam. Ut autem S. August. lib. de natura & gratia cap. 29. dicit non omne peccatum est ex contemptu: & tamen in omni peccato Deus contemnitur in suis praecipis. Unde manifestum est quod in ingratitude peccantis quando est speciale peccatum, sed non semper.

3 Ipse D. Thomas 2. 2. q. 106. art. 2.

ad ait, quod in quolibet peccato est materialis ingratitude ad Deum, in quantum scilicet facit homo aliquid quod potest ad ingratitude pertinere. Formaliter autem ingratitude est, quando actualiter beneficium contemnitur. Et hoc est speciale peccatum. Et in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. ad 1. ait D. Thomas, quod ingratitude, secundum quod hic accipitur, non est peccatum; sed circumstantia peccati, ut dictum est. Nec est circumstantia addens nouam speciem; cum quilibet peccans ingratitude incurrat, scilicet de beneficijs a Deo acceptis. Hae S. Thomas & Scotus in 4. dist. 22. q. 1. §. De tertio articulo. vers. Ad secundum dico. Notat autem Caietanus hac q. 88. art. 4. ingratitude, de qua est sermo, non esse speciale peccatum; non solum ea ratione quia ipsa, & peccatum, puta, fornicatio post poenitentiam, non constituunt duo peccata, scilicet ingratitude, & fornicationis. Sed ea potius ratione: quia huiusmodi ingratitude circumstantia non apponit circa peccatum post poenitentiam deformationem alterius speciei ab ipso peccato: imò ingratitude ista trahitur ad speciem peccati quod circumstat, puta, fornicationis, si peccatum post poenitentiam est fornicatio: & sic de alijs. Simile est enim de similibus consequentibus ad omnia peccata mortalia; puta odio Dei, & contemptu diuini praecipii. Quilibet enim peccans mortaliter, interpretatiue, & contemnit diuinum praecipium, quod transgreditur; & in odium inimicitiae, diuinae charitati oppositum, incidit. Hae tamen circumstantiae ad eandem pertinent speciem peccati, in qua est peccatum; cuius sunt circumstantiae: & non trahunt peccatum in speciem odij diuini; & speciem in obedientiae, prout secundum se hae sunt specialia peccata. Ad quas tamen species traherent, si quis ex Dei odio, & contemptu praecipii, fornicaretur. Hae Caietanus: & Soto art. 4. & ibi Nuncio per quinque dubia; & Ataujo dubio. 3. Auerla quest. 5. sec. 3. & passim alij.

4 Addit Suarez in commentario art. 4. quod D. Thomas huius assertionis nullam aliam probationem aducit, nisi quia peccatum recipit speciem ex intentione pec-

peccantis. Quod principium nude sumptum, non videtur rem concludere: quia quoad malitiam saepe sumit actus aliquam speciem praeter intentionem peccantis: quamvis non praeter obligationem, & voluntatem, saltem indirectam. Et ideo cum hoc principio coniungenda est, propositio, quam D. Thomas tacite praemittit, scilicet, ingratitude hanc esse circumstantiam generalem, consequentem omnem peccatum mortalem: nam huiusmodi circumstantiae, nisi sint specialiter intentae, non dant speciem, ut postea disp. 13. sec. 3. n. 6. exponit, notans, quod sicut sunt quaedam peccata, quae per se consumantur in corde, ut haeresis: alia vero, quae in opere externo, ut homicidium, detractio, ut recte notauit Caietanus 1. 2. q. 72. art. 7. Ita e contrario sunt quaedam virtutes, quae principaliter consumantur in corde, ut charitas, seu amicitia: alia vero, quae per se primo ordinantur ad actum externum, ut temperantia, iustitia, & cetera. In prioribus non dat speciem nisi sit circumstantia specialiter intentata. Quando vero est contra virtutem, quae per se requirit medium in ipsa actione exteriori, seu imperata; tunc regulariter sufficit voluntarium indirectum ad dandam speciem peccati: quia ad communem rationem mali moralis hac voluntarium sufficit. Idem docet Vazquez 1. 2. disp. 102. & 3. p. q. 88 art. 4. dub. vnic. a n. 6. vsque ad 23.

5 Ceterum iam primo tomo Theologiae Moralis cap. 15. q. 10. §. 2. & 3. cum D. Thoma, & communiter Theologorum doctrina, ostendi scandalum non esse speciale peccatum, nisi occasio ruinae intendatur a peccante: quia specie moralitatis a voluntate, & sine desumitur. Quamvis ibi num. 26. monuerim non opus esse ut intendatur primario; sed sufficere ut intendatur secundario, & ex consequenti: & hoc modo intendere sufficit, ut furari vas sacratum sit furtum, & sacrilegium, ut notat D. Thomas in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 3. & q. 2. de Malo art. 6. ad 6. Rationemque assignat 1. 2. q. 72. art. 8. & 9. quia motiui ad peccandum est finis, & obiectum. Pariter ergo ingratitude potest esse ita directe voluta, ut det speciem primariam: & potest esse solum voluta indirecte, & ex consequenti, ut det speciem secundariam. Communiter tamen solum est circumstantia generalis, non intenta directe, nec secundario a peccante: & tunc nec dat speciem primariam, nec secundariam, sed solum est circumstantia generalis;

sicut est in obedientia, odio, & contemptu. 6 Viterius Scotus in 4. dist. 22. q. vni. ca art. 3. in fine lit. R. ait. In isto articulo restat dubium, nunquid oportet in speciali confiteri peccata praecedentia, tanquam circumstantias aggravantes? Respondeo, quod quantum hoc sit licitum, & forte utile: non tamen videtur necessarium illa confiteri in speciali: quia in quantum aggravant, possunt exprimi sufficienter in confessione, absque expressione illorum peccatorum prius dimissorum in speciali, scilicet, dicendo, de multis, & magnis peccatis alias poenitui: & credo, quod Deus mihi remisit: & ideo nunc sum magis ingratus in peccando. Hae Scotus.

7 Soto tamen dist. 16. q. 1. art. 4. §. Hic solum id non admittit, nisi cum limitationibus multis: asserit namque: At vero quantum ad id quod ait forte esse utile omnia praecedentia in speciali confiteri; in primis certum est non esse necessarium. Imò forsam nec semper utile illa toties in memoriam reuocare, quando sunt multa absurda: & homo certus est legitimam omnium semel, aut bis fecisse confessionem. Confessio autem illa generalis: Peccavi in multis, &c. Negari non potest quin sit salubris, ad maiorem humilitatem, quae ad verecundiam augetur. Sed tamen neque ad explicandam ingratitude est necessaria: nam talis ingratitude, ut modo dicebamus, non est speciale peccatum: neque vero semper est tanta ut necessitatem confessionis inducat. Fornicatus est quis, aut furatus semel, aut bis: licet iterum recidat, non est ingratitude tanta, ut sit de necessitate confitenda. Sed tanta esse potest, ut si quis saepe, & saepius mere remissionem obtinuit peccatorum: liberatusque fuit a multis periculis, in quae eorum causa fuerat coniectus: tunc profecto licet ingratitude non sit speciale peccatum; est tamen circumstantia necessario confitenda. Sed praeter rationem ingratitude, ut dist. 18. videbimus, crebro est necessarium inolitam consuetudinem confiteri, ut commodius adhibeantur remedia, & cautela in posterum, Hae Soto.

8 Per aliud extremum Suarez disp. 13. sec. 3. n. 4. docet quod per se ac moraliter loquendo, necessarium non est hanc circumstantiam in confessione aperire: quia neque mutat speciem: neque notabiliter aggravat: & cum alioquin generalis sit, in ipsa confessione peccati includitur. Neque si peccata prius remissa sint gravissima, aperire est necessarium: quia

est valde onerosum : & ideo cum ratio, vel necessitas non cogat, imponendum non est tale onus. Quod intellige ex vi huius circ instantie: nam, si aliunde sit necessarium ad declarandum statum presentem conscientie, & occasionem, vel aliam obligationem, quam in presenti habet, secus erit.

9 Sapientissime tamen, & prudentissime item dicitur D. Thomas in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. ita dicens. Et ideo videtur distinguendum esse, quod in confessione aliquid est exponendum dupliciter. Uno modo directe: & sic exponi dicitur, cuius abolitio per confessionem queritur. Et sic peccata dimissa recidivans nullo modo confiteri tenetur, nec in generali, nec in speciali, cuiusque confiteri. Alio modo indirecte: sicut illud sine quo sciri non potest debitus satisfaciendi modus. Cum enim contritio secundum quod est de necessitate salutis voti confessionis, & satisfactionis debite includat; tenetur ille,

qui confitetur, Sacerdoti exponere ea, quibus sacerdos possit scire, quae satisfactio sit congrua iniungenda: Sicut confitens confitetur sacerdoti interdum se esse infirmum, vel ei ieiunium non imponat. Et per hunc modum tenetur recidivans notificare peccata dimissa, quantum sufficit ad hoc quod sciatur, quae satisfactio est ei iniungenda; ut si ipse frequenter lapsus est in carnalis peccatis, illa occasio praescindatur per satisfactionem: & sic de alijs peccatis. Et ad hoc videtur sufficere confessio dimissorum peccatorum in generali. Tamen quantum ad alia specialia oportet descendere secundum quod confitens viderit opportunum: non enim in his potest aliqua mensura praefigi. Ita optime S. Thomas: & Sylvester verbo Confessio, 1. p. q. 9. De quo iterum latius dicemus disputando, utrum circumstantia solum aggravantes intra eandem speciem, sint necessario confitenda?

QVÆSTIO LXXXIX. DE VIRTUTVM RECVPERATIONE PER PÆNITENTIAM.



HIC est ultimus penitentiae effectus, qui solus restat exponendus, & congruo doctrinae ordine, postquam tractatum est de redito peccatorum per recidivum, & ingratitude; de reditu gratiae, & virtutum per penitentiam sex articulis determinatur. In primo statuit, quod per penitentiam omnes virtutes restituntur. Exponit in secundo, quod penitens quandoque resurgit in maiori gratia, quam prius habuerat; quandoque autem in aequali; quandoque etiam in minori. Et eadem ratio est de virtutibus, quae ex gratia consequuntur. Declarat in tertio, quod per penitentiam recuperat homo principalem dignitatem, qua computatur inter filios Dei per gratiam: non tamen recuperat innocentiam. Dignitas autem ecclesiastica, quae per peccatum perditur: aliquibus peccatis recuperari prohibetur: vel ipso facto, vel iudicis sententia. Docet in quarto, quod opera in charitate facta mortificari dicuntur per

sequens peccatum mortale, per penitentiam tamen recuperant efficaciam perdendi eum, qui fecit ea in vitam aeternam: quod est reuiuiscere: unde concludit articulo quinto, quod opera mortificata per penitentiam reuiuiscunt. Probat autem in ultimo impossibile esse quod opera mortua iterum fiant viva per penitentiam.

DVBIVM PRIMVM.

Quam certum sit merita peccatum mortale mortificata, per penitentiam reuiuiscere?

§. I. Status quaestionis.

EX sex articulis D. Thomae, incipimus ab expositione quarti, & quinti, propter confusionem vitandam, quia in surgentes opiniones, nec facile percipi, nec efficaciter possunt impugnari, nisi prius firmiter agnoscatur

legitima mens D. Thomae, quem ipsissimam arbitror docuisse veritatem. Et qui multum refert huius quaestionis veritatem liquido eruere, opere pretium est in eius explicatione, non nihil innotari, ut ait Soto in 4. dist. 16. q. 2. art. 2.

Refert ergo S. Thomas art. 5. quod quidam dixerunt, quod opera meritoria per peccatum sequens mortificata, non reuiuiscunt per penitentiam subsequentem, considerantes quod opera illa non remaneant, ut iterum viuificari possint. Multi sententiam referunt: sed Auctorem sententiae non profertur: nec inuentus est, nisi Hugo de S. Victore tom. 3. eruditionis Theologicae de Sacramentis fidei libr. 2. parte 14. cap. 4. litter. O. dicens: *Propterea nemo in spe correctionis peccare debet: quia semel amittitur, amplius ipsum non recuperatur: quia quicquid adiectum postea fuerit pro reparatione perditum, non est ipsum, sed aliud pro ipso: & plus utique esset, si utrumque simul esset. Quod idcirco fieri non potest: quia sicut tempora transacta amplius non redeunt: ita quae semel perpetrata fuerint, amplius non facta esse non possunt.* Concludit infra, quod per hoc neque veniam penitentibus indulgentiam elandimus, sed periculum cadendi demonstramus. Verumtamen verbis istis non omnino negat reuiuiscenciam meritorum; sed solum docet non restitui innocentiam: & affirmat non semper resurgere hominem in aequali gratia: quod bene posse compati cum reuiuiscencia meritorum, postea dicemus. Praeter quam quod S. Thomas in 4. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 3. ad 1. expresse ait, quod verbum Hugonis est intelligendum quantum ad bona amissa, quae nunquam recuperantur: quia tempus amissum non recuperatur, & ideo eius iactura est grauissima, ut Seneca dicit libro de breuitate vitae ad Paulinum. Non autem loquitur de bonis mortificatis. Haec S. Thomas. Et ipse Hugo cap. 9. lit. N. ut certum assumit, quod opera bona viuensia, per culpam moriuntur, & per iustitiam iterum mortua viuificantur.

2 Igitur quod opera bona per peccatum mortale mortificata per penitentiam reuiuiscant, docet D. Thomas 3. p. q. 89. art. 5. & in 3. dist. 31. q. 1. art. 4. q. 1. & 2. & 3. & in 4. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 3. & dist. 22. q. 1. art. 1. ad 6. Et in 4. ad Anibaldum dist. 14. q. vnica, art. 5. & dist. 22. q. vnica, art. 2. ad 3. & ad Hebraeos 6. lec. 1.

ad illa verba: *Poenitentia ab operibus mortuis, & lec. 3. ad illa verba: ut obliuiscatur operis vestri.* Et ad Galatas 3. lec. 2. ad illa verba: *Si tamen sine causa.* Idem docuit Magister sententiarum in 4. dist. 14. & eisdem locis omnes Expositores. Gratianus de Poenit. dist. 4. §. *Dicens*, post cap. *Intermittentes*. Cuius verba immerito aliqui attribuant D. Gregorio; cum Gratianus illum non referat: sed ex propria sententia id dicit, quem Glossa, & Interpretes ibi sequuntur. Et Glossa, & Doctores in cap. *Quaerit hic aliquis §. Illud autem de Poenit.* dist. 3. & Turrecremeta in cap. *Intermittentes* art. 2. Sed postquam nullus Theologus, aut Canonista inuenitur, qui conclusionem negat, non opus est in particulare eos citare.

3 De certitudine huius conclusionis non est vna omnium sententia. Martinus Ledesma prima parte 4. q. 30. art. 2. ad 6. folio 600. col. 2. dicit esse de fide. Nuño qd. 89. art. 5. post primam difficultatem folio 236. quod opera mortificata per peccatum, per penitentiam proprie, ac vere reuiuiscant, est, inquit, certum secundum fidem, ut colligitur ex Apostolo ad Hebraeos 6. Araujo q. 89. art. 4. dub. 2. conc. 2. ait: positio haec de reuiuiscencia meritorum est adeo certa, ut oppositum sit erroneum, vel errori proximum. Bañez 2. 2. q. 24. art. 6. dub. 6. folio 940. ait. *Quod autem sit absolute erroneum, non videtur nobis efficaciter probari: quamuis sufficienter probetur errori proximum esse.* Soto dist. 16. q. 2. art. 5. §. *Conclusionem*, dicit, quod conclusio haec est adeo certa, ut temerarium in primis esset illam negare: Nempe contra Theologorum turmam in 4. dist. 14. & 23. Imò quamuis non sit in Sacra pagina expressa, sunt tamen testimonia, quibus corroboratur: & praeterea Patrum sanctiones. Postea tamen adductis auctoritatibus concludit. *Non ergo solum temerarium, verum & erroneum esset negare mortificata opera reuiuiscere.* In quo autem gradu reuiuiscant; disputatio est Doctorum: Suarez relec. de reuiuiscencia meritorum disp. 1. sec. 3. n. 9. concludit, quod quamuis haec veritas de fide non sit: iam vero adeo certam esse ut sine temeritate, & impietate aliqua negari non possit. Idem sequitur Tena ad Heb. 6. ad illa verba: *Non enim iniustus est Deus.* Gran. Cont. 7. de poen. tra. 6. dis. 2. n. 2. & Delg. de poenit. cap. 8. dub. 1. Thom. Hurt. in praecuratore Theol. dis. 2. cõr. 1. §. 2. Merat. de poenit. disp. 13. Ripalda de Ente supern. libro 4. disp.

disp. 91. sec. 1. n. 1. omnes isti, & alij, condemnant ut *temerariam*. At vero Lugo disp. 11. sec. 1. n. 3. Auerla q. 6. sec. 1. censuras referunt: & nec approbant; nec improbant.

4. Ceterum Petrus Soto sec. 6. de poenitentia initio tractans de hoc puncto, ait. Loquamur ergo: *Sicut in materia probabili, afferentis, quæ pietati, & bonitati diuinæ, conueniant, nec incontrouersiam vertuntur.* Et propositione secunda, cum docuisset, quod merita mortificata per poenitentiam reparantur, & redeunt: subiungit. *Quod probabili, & pia ratione afferunt Doctores.* Egidius Coninch disp. 2. de poenit. dub. 20. conc. 1. solum ait. *Certum omnino est opera mortificata per poenitentiam reuiuiscere.* Et nullam aliam adhibet censuram. Similiter Alvarez lib. 7. de auxil. disp. 61. n. 2. & Montefinos to. 2. in 1. 2. disp. 36. q. 6. Imò Vazquez 3. p. q. 89. art. 2. dub. 1. n. 4. non solum abstinere a censura: sed & subiungit. *Sed quod redeunt, ratione probare, aut auctoritate, video esse difficillimum.* Et fere omnes auctoritates Scripturæ, & Patrum adduci solitas, conatur ostendere intentum non conuincere. Numero tamen 25. dicit, quod cum ad auctoritatem S. Pauli ad Heb. 6. accedat ratio ex Conc. Trid. sel. 6. cap. 16. *Forsam, & plus quam temeritatis notari posset.* Eadem tamen auctoritates latius ponderauerat to. 2. in 1. 2. disp. 221. cap. 21. ubi nec verbum de censura oppositæ sententiæ.

§. II. Reuiuiscencia meritorum colligitur ex Sacra Scriptura, & Patribus.

5. **P**lacet censura Suarez, quæ modo est communis: sed ut nostro modo eam explicemus, tres propositiones subiicimus simul, ut earum sensus melius percipiatur. Prima est. Reuiuiscencia meritorum cum magno fundamento dicitur colligi ex aliquibus locis Sacræ Scripturæ, Patrum, & Conciliorum. Secunda. Auctoritates istæ non sunt adeo expresse, ut redant veritatem certam de fide, nec immediate, nec mediate. Tertia. Ad minus est temerarium negare, quod opera, & merita per peccatum mortale mortificata, per poenitentiam vere, &

proprie reuiscant. De hac vltima propositione nulla potest esse dubitatio, quia persuadetur hoc euidenti discursu. Propositio temeraria est, quando aliquis asserit quidpiam contra communem opinionem Ecclesiæ, aut Theologorum, siue magna auctoritate, aut euidenti ratione in materia graui: ut cum communi, docent Bañez 2. 2. q. 11. art. 2. dub. 4. fol. 647. Lorca ibi disp. 40. n. 17. Sed euidentis est omnes Theologos hoc tradere, ut certum extra conuersiam: ut eos legenti erit manifestum. Ergo eis opponi, ad minus erit temerarium.

6. Prior pars probatur à D. Thoma tribus Scripturæ auctoritatibus. Articulo 5. in argumento *Sed contr. 1.* Nam super illud Ioelis 2. *Redam vobis annos, quos comedit locusta:* Dicit Glossa Interl. *Non patiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amisistis.* Sed illa vbertas est meritum bonorum operum, quod fuit perditum per peccatum. Ergo per poenitentiam reuiuiscunt opera meritoria prius facta. Vbi S. Hieronymus in sensu spirituali, inter cetera ait. *Vos quoque, quos iuste post poenitentiam, voco filios Sion, & Ecclesiæ; lat amini, atque gaudete:* & infra, *Si autem post poenitentiam tantam vbertatem Deus rerum omnium pollicetur; quid respondebit Nouatus negans poenitentiam, & reformari posse peccatores in pristinum statum, si digna fecerint opera poenitentia?* In tantam enim Deus recipit poenitentes, ut vocet eos populum suum: & nequaquam afferat confundendos: & habitaturum se in eorum medio repromittat; nec amplius eos alium habiturum Deum: sed in eum tunc animo confisuros, qui in illis maneat in æternum.

7. Alterum testimonium habetur ad Galatas 3. ver. 4. *Tanta passi estis sine causa? Si tamen sine causa.* Vbi S. Thomas sec. 2. *Sine causa, id est, in vtiliter, passi estis.* Et hoc dico: *Si tamen sine causa.* Ideo dicit: quia in eorum potestate erat poenitere, si vellent, quandiu viuerent. Ex hoc autem habetur quod opera mortificata reuiuiscunt. Sapientia 3. ver. 11. *Labores eorum sine fructu, & inutilia opera eorum.* Gal. 4. ver. 11. *Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis.* Quam expositionem indicat S. Hier. dicens. *Simul & hic aspiciendum, quod quicumque ob Christi fidem laborauerit, & postea lapsus fuerit in peccatum, sicut priora sine causa passus dicitur fuisse, dum peccat, sic rursus non perdat ea, si ad pristinam fidem, & antiquum studium reuertatur.* Similia S. Chrysost. longens:

gens: *Tanta passi estis frustra: si tamen & frustra: & inter alia in quiens. Omnia inquit illorum, quæ sustinistis, isti iacturam vos facere voluit; & coronam vobis student inuertere. Mox ne concuteret illorum animos, nervosque dissalueret, non expeuit infirmitatem; sed continenter subtexuit: Si tamen frustra: significans videlicet, si volueris expurgari, ac reuocare vos ipsos, non frustra passi fueritis. Vbi nunc sunt, qui tollant poenitentiam? Ecce hi Spiritum acceperant, signa facerant, confessores fuerant, innumerabilia pericula, varias persecutiones Christi causa perpassi fuerant: & post tam multa recte facta, à gratia exciderant: & tamen dicit, si volueritis, potestis vos ipsos reuocare.* Loquitur clare de bonis operibus mortificatis per peccatum: & asserit, quod qui suadent non agere poenitentiam, volunt ut iacturam faciant bonorum, & student coronam inuertere: ergo si poeniteant nec merita priora, nec coronam pro eis perdent: Similia.

S. Ansel. Theophil. & Theodoretus dicens. *Si enim vultis manere in gratia, pro vestris perpositionibus mercedem accipietis.*

Expresius Hugo Cardinalis lit. g. *Tanta passi estis*, pro fide Euangelij. *Sine causa, id est, sine vtilitate. Si tamen sine causa.* Hoc dicit eis innuens, quod si vellint respicere ab errore suo, opera eorum mortificata reuiuiscerent. Nec minus clare Cardinalis Caietanus ver. 4. dicens. Significatur hic, quod quæcunque facta bona, & mala perpeffa à iustis, sunt frustra, si decidunt à gratia, ita quod redeunt ad illa: Non autem sunt frustra, si redeunt. Hoc est enim, quod consuevit dici de meritis, *quod illa reuiuiscunt, quæ mortificata fuerunt.* Et dicuntur *frustra*, quia corona, quam promeritis sibi parauerant, priuantur, eo quod ponunt illi obicem. Lyra, quasi dicit, si abijciatis errorem, recipientis iterum gratiam, *bona mortificata reuiuiscantem.* Similia Carthusianus, Cornelius, & alij. Vnde constat hanc esse communem huius loci expositionem.

8. Vltimum testimonium satis celebre ad intentum est Apostoli ad Hebræos 6. ver. 10. quod sic exponit S. Thomas, sec. 3. dicens. Ratio autem quare de ipsis confidat, hæc est, quia recordatur multorum bonorum, quæ ipsi fecerant: vnde dicit: *confidimus autem:* Et quare? *Quia non est in iustus Deus, ut obliuiscatur operis vestri.* Cū autem obieciisset S. Thomas illud Ezeq. 18. Si auerterit se iustus à iusti-

tia sua: omnes iustitiæ eius non recordabuntur. Respondet, quod homo, qui cadit post gratiam, dupliciter potest se habere. Vno modo quod in malo perseveret: & tunc Deus omnes iustitiæ eius obliuiscitur. Alio modo quod poeniteat: & tunc bonorum præcedentium recordatur: quia reputantur sibi ad meritum. Vnde dicit Glossa, *quod mortificata reuiuiscant.* Insinuat utraque Glossa Interl. & Ordinaria. S. Chrysost. ibi hom. 10. & S. Ansel. S. Athanas. orat. de blasphemiam in Spiritu Sanctum. S. Remigius. S. Bruno, & Primasius ibid. Concordat S. Hier. lib. 2. contra Iouinianum.

Expresius Hugo de S. Victore q. 59. in Epist. ad Heb. dicens. *Nobis autem videtur quod deletio peccato per poenitentiam, per quod erant mortificata, priora opera digna sunt vita æterna.* Hugo Cardinalis ad Hebræos 6. ad illa verba: *Non enim:* ait: *quasi ideo de vobis confidimus quia multa bona operati estis, quæ reuiuiscunt; si poenitueritis de malis.* Et Magister Sententiarum ibidem. Tena ibi. Latissime Suarez sec. 1. Ripalda an. 5. vsque ad 11. Qui ponderant in hoc sensu hæc verba Apostoli intellexisse, & citasse Concilium Tridentinum sel. 6. cap. 16.

9. Præterea præcipue probatur ex illis verbis huius capituli 16. sel. 6. Concilij Tridentini. *Nil ipse iustificatis amplius de esse credendum est, quo minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta diuina legi pro huius vite statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censentur.* Quod & diffinit canone 32. Ponderatque Suarez sec. 3. n. 8. non dixisse Concilium talem perseverantiam, vel continuationem in bene operantibus esse necessarium, ut nunquam per peccatum interrumpatur: sed solum, *si in gratia decesserint.* Ex quo manifeste habetur merita reuiuiscere posita poenitentia: quia positis omnibus conditionibus requisitis ad meritum, non possunt bona opera premio priuari: sed post poenitentiam, bona opera præcedentia habent tres conditiones requisitas à Concilio: nempe quod sit opus ex auxilio gratiæ: ab homine iusto: & quod hic debeat in statu gratiæ. Ergo ex Concilio Tridentino habetur testimonium pro reuiuiscencia meritorum. Similia habentur in Conc. Moguntino cap. 9.

10. Ad idem faciunt verba Felicis Papæ tertij ad Acacium Episcopum Constantinopol. quam refert Cardinalis Ba-

ronius anno Christi 483. ubi postquam ta cite eum reprehendisset, quod cum hæreticis tacite conspirauerit, subiungit. *Vbi est frater Acadi, labor tuus, quo tyrannidis hæretice tempore defudasti? Patieris hoc damno conscientie tue eiusmodi perire mercedem?* Manifeste supponit Summus Pontifex in peccatum iam lapsum posse, si resipiscat, pristini laboris mercedem recuperare.

11 Patrum auctoritates, præter adductas in expositione Scripturæ, solent adduci tres. S. Augustini to. 4. lib. de vera, & falsa pœnit. cap. 14. dicentis. *Pium est vanam credere, ut recepta Dei gratia, que in eo defruit mala propria, etiam remuneret bona, ut cum destruxerit quod suum non inuenit, arat, & diligat bonum, quod etiam in peccato plantauit.* Item lib. 3. Hypogosticom, cap. 9. circa finem. *Pœnitentia res est optima, & perfecta, qua defectus reuocat ad perfectum.* Videatur in margine D. Thomæ hic art. 2. in 2. argum. & in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. in 1. arg. *Sed contra.* Epist. etiam 54. ad Macedoniū docet S. Augustinus, quod etiam post actam pœnitentia, *Deus facit etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit, quam antea tribuebat largissime mænera vita, & salutis.*

12 S. Christ. to. 5. in epist. 5. ad Theod. lapsum, relatus in c. *Talis*, de pœnit. dist. 3. ait, quod *Deus nihilque non facit, quo in pristinam dignitatem reformet.* Idem S. Christostomus hom. 6. in Gen. ait. *Per misericordiam Dei, semodo cõdemnata facta nostra, & iam sistere ignauiam voluerimus, poterimus statim ad pristinam abundantiam redire.* Denique Glossa Interlin. Leuit. 7. in principio. ait. *Quia æque placet Deo virtus iustorum & digna pœnitentia peccatorum, que restituit in gradum pristinum Dauid, & Petrum.*

Quibusdam istarum auctoritatum testimonijs latius ponderatis, Suarez tres primis sectionibus, & Ripalda sec. 1. & 2. putant expressa, & efficacissima ad hoc dogma conuincendum. Et Ripalda contra Vazquez, Granadum, Cornelio, Iustinianum, & Riberam, Monçæum, & Meratium, ait. n. 10. E quidem patienter non fero aliquorum Recentiorum studium, qui dogmatibus Theologiæ suffragium sacrarum Litterarum adimunt, reiiciendo sensus earum magis communes, & Patribus Ecclesiæ magis probatos: qualis est superior testimonio Pauli, ad reditum meritorium à nobis propositus: quæ veteres Interpretes, & Ecclesiæ Patres probauerunt, & soli Recentiores reiecerunt. Simili acrimonia expendit testimonium

ad Galat. 3. & Concilij Tridentini & Sanctorum Augustini, Christostomi, & aliorum.

13 In his desidero consequentiam doctrinæ: quia dogma expressum in Scriptura, & ut tale definitum in Concilijs, & traditum à Patribus, est dogma fidei: quod negare est hæreticum, vel erroneum. Sed Suarez, & Vazquez, & alij multi negant doctrinam de reuiuiscencia meritorum negare esse hæreticum, aut erroneum: & ipse Ripalda n. 1. per omnia sequitur Suarez censuram. Ergo intempestiue, & in consequenter ita rigide inuehantur in expositiones nobilium auctorum suæ societatis. Quare si volumus persistere in tertia propositione, ita primam debemus cum grano salis temperare, ut detur locus secundæ, quam per singulas auctoritates iam pergitur demonstrare. Ingenue igitur fatemur, nec in Sacra Scriptura, nec in Patribus, nec in Concilijs, nec in alijs Auctoribus, quorum auctoritate necesse sit nos premi, & artari: inueniri explicitam mentionem reuiuiscencie meritorum vsque ad Hugonem Victorinum, Magistrum Sententiarum, Beatum Albertum, S. Thomam, Hugonem Cardinalem, Innocentium Quintum, Alexandrum Alesensem, S. Bonauenturam, Scotum, & alios. Quia tamen nec vnus à tam nobili grege aberrabit vsque nunc, ideo pronunciamus temerarium, & impiū ab eis discedere: licet mihi non constet quid quid in hoc pũcto esse ab Ecclesia definitum: mihi sufficeret, vel ab ea insinuatam, ut nec in mentem veniret vlla dubitatio.

§. III. Non est de fide, nec mediate.

14 **I**N primis S. Augustinus epist. 48. contra Vincentium Donatistam, ait. *Quis non impudentissime nitatur aliquid in Allegoria positum pro se interpretari, nisi habeat, & manifesta testimonia quorum lumine illustrentur obscura?* Quod, & docent S. Hieron. in cap. 13. Mathæi: & probat S. Thomas 1. p. q. 1. art. 10. ad 1. & Quodlib. 7. q. 6. ad 4. loquendo de omni sensu spirituali. Cum igitur S. Hieronimus (ex quo sumperunt Interlinearis, & S. Thomas) declaret illam expositionem esse mysticam, optima est ut proponatur probabiliter pro ratione dubitandi, ut proposuit S. Thomas; non tamen de illa potest esse mentio ad catholicum dogma con-

conuincendum. Et per hæc patet ad primam Scripturam auctoritatem.

15 Pro reliquis notanda doctrina D. Thomæ 1. p. q. 32. art. 1. ad 2. dicentis, quod *ad aliquam rem dupliciter inducitur ratio. Vno modo ad probandum sufficienter aliquam radicem. Sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficiens ad probandum, quod motus Calisemper sit uniformis velocitatis. Alio modo inducitur ratio, non qua sufficienter probet radicem, sed qua radici iam posita ostendat congruere consequentes effectus.* Quod dilucide explanat in physicis, & Theologis: à quibus omnibus doctrina admittitur: licet varie exponatur: de qua varietate nihil conducit ad intentum. S. Ecclesia, & Theologi, contra Hæreticos, vel contra antiquissimos, & omnino innotatos Theologos, velit auctoritatibus prædictis probare radicem, nempe posse, & de facto merita reuiuiscere, merito contemnerent: quia dicerent cum Granada, & alijs, optimos interpretes, & litteræ obseruatores, qui cum Theologis in conclusionem conueniunt, Sacram Scripturam de solis iustis agere: sicut & verba Concilij omnibus iustificatis applicari debent. Quia tamen Theologi communem doctrinam vt certam in Theologia supponunt de reuiuiscencia meritorum, ideo illa supposita, accomodant ad exponenda verba Apostoli: quæ quidem sunt valde concisa, & inderermi nata, & ex eis solis, nec Galatæ tunc, nec fideles nunc possent hoc mysteriū Theologiæ discere, si alioquin notum non haberent. Et forte solum eos instruit quod ea, quæ pariebantur, patienter sustineant: quia eorum præterita, vel actualia peccata hoc metebantur: iuxta illud Iob 4. *Quis vnquam innocens perijt?* Vnde S. August. lib. 1. Retract. ca. 9. ait, *quod omnis pœna iusta est, & pro peccato aliquo impeditur.* De quo S. Thomas 1. 2. quæst. 87. articulo 7.

16 Præterea Nicolaus de Lyra ad Galatas tertio ait. Alio modo exponitur de expensis, quas fecerant pro pseudo apostolis: & sic passi fuerant damnatum in temporalibus, & sine vtilitate spirituali: modo detrimento bonorum spiritualium. Et hoc videtur sonare littera, cum dicitur: tanta passi estis, id est, plura damna in temporalibus, & spiritualibus bonis. Hæc Lyra: & alij alijs modis exponunt. Quas expositiones non assero, vt præferam communis: sed vt notum sit, quod testimoniū non est adeo expressum, vt redeat conclu-

sionem de fide, nec immediate, nec mediate.

Testimonium ex capite 6. ad Hebræos, Monçæus, & Meratius exponunt de operibus misericordiæ elicitis in statu peccati. Merito tamen Iustinianus ibi ait. *Aperte tam omnium tam Græcorum, quam Latinorum interpretatione pugnare, qui pœne incredibili consensu docent loquū Paulum de actionibus editis, dum iusti erant.* Ripalda etiam n. 10. arguit: quia Trident. sel. cap. 16. profert eum locum ad meritum condignum iustificatorum contra Hæreticos huius temporis, illud negantes comprobandum. Meritum autem condignum iustificatorum eo contra hæreticos non probaret, si Paulus, vel de solo merito congruo operum mortuorum, vel de merito viuorum, & mortuorum operum, à condigno, & congruo præscindenti, egisset. Nec adeo certo polliceretur Apostolus Deum memorem operum Hebræorum, si fuissent facta in statu peccati.

17 Duæ aliæ occurrunt expositiones. Prima, quod loquatur de operibus bonis factis in charitate: & loquatur cum illis, qui à charitate exciderant: & non egerant pœnitentiam: & solum proponat, quod Deus intuitu bonorum operum, & eleemosynarum præteritarum, pie esset credendum, quod eis daret auxilium vt pœniterent, & iterum statum gratiæ recuperarent: quod dicit Apostolus existentibus in peccato mortali, vt excitaret ad pœnitentiam. Quam expositionem indicat manifeste Glossa Interlin. & clarius ordinaria dicens. *Quia de presentibus non habet unde laudet, de spe futurorum atcolit, ad que per præterita allicit: & facit eos existimare Deum non oblitum bonorum, qua fecerunt.* S. Ansel. ibi S. Christ. hom. 10. *Inuenis latenter inditam latidem accusationi: & cætera, quæ prosequitur.* Quæ positio aperte est D. Thomæ lec. 3. alioquin non moueret dubium quo modo cadat sub merito quod homo resurgat à peccato? Cui responderet: quod duplex est meritum. Vnum quod innitur iustitiæ: & istud est meritum condigni. Aliud quod soli misericordiæ innitur: quod dicitur meritum congrui. Et de isto dicit, quod iustum est, id est congruum, quod homo, qui multa bona facit, mereatur. *Ista enim misericordia est adiuncta quodammodo iustitiæ, plus quam in illo, qui nunquam aliud fecit.* Iuxta quam expositionem reuiuiscencia meritorum remota, & à longe in-

infinita tur; non tamen exprimitur, & alteritur.

18 Non potest non ceteri probabilis multorum expositio, quod ibi sit sermo de solis illis, qui à gratia non exciderant. Vnde Caiet. ver. 9. ad illa verba: *Confidimus*: ait: Ne promissa commemoratio pareret in animis Hebraeorum opinionem quod male sentiat de illis, moderamen adiungit, quod quamvis ita loquatur, tamen confidat quod in eis sint meliores partes, & saluti propinquas, hoc est quod in eis sit pars illa melior, scilicet *ferax* ad perfectionem: & similiter pars illa melior, videlicet, terra proferens herbam opportunam. Et ver. 10. *Qui ministratis sanctis, & ministratis*. Ecce ratio ad hæreticum saluti ex parte operum misericordia, quæ erga nomen Christi, & fecerant, & faciebant, ministrando Sanctis. Similia Carthusianus, Salmeron, Ribera, & Cornelius, quos refert, & sequitur Granados Controu. 7. tract. 6. disp. 2. n. 5. & Iustinianus ibi. Imò S. Anselmus indicat illis verbis: *Cæterum confido: non hoc dico putando vos esse tales: sed timendo ne sitis tales, terreo verbis, ne ipsa re impleatis*. Quod Iulius docuerat Theophilus. Apolloniusque ibi non monet ad poenitentiam, sed exhortatur ad persecrantiam, vt in toto capite profequitur. Eodemque capite 10. laudat, & spe præmij confirmat. Vnde S. Thomas lec. 4. cap. 10. ait. Dicit ergo, Ex quo tot bona in primordis conuersationis vestræ operati estis, ex quibus multam confidentiam debetis habere apud Deum. *Nollite itaque amittere confidentiam vestram: quod profecto sequeretur, si a bonis desisteretis: Quæ magnam habet remunerationem*. Math. 5. *Quoniam merces vestra copiosa est in Cælis* Gen. 15. *Merces tua magna nimis*.

19 Concilium etiam Tridentinum sel. 6. cap. 16. simul, & vno contextu illa verba Apostoli 1. ad Cor. 15. *Abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Domino*: Annectit eiusdem verbis ad Hebr. 6. *Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri: & omnia hæc Apostoli verba docet Concilium proponenda: Iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recuperauerint*. Vbi non duplex sententia est, vt contendit Vazquez: sic enim non conuenerunt verba Concilij, nec vnum contextum efficerent: sed omnia verba vtriusque testimonij omnibus iustificatis sunt propo-

nenda: sicut ergo non est fundamentum, quod verba 1. ad Cor. 15. exponantur de operibus mortificatis: ita nec verba ad Hebr. 6. Quia verissime, & planissime verificantur de operibus omnibus, quæ post iustificationem fiunt. Vnde Suarez disp. 1. de reuiuif. merit. lec. 1. cum n. 15. retulisset quandam responsionem his verbis: Respondebit fortasse aliquis Concilium loqui de iustificatis post lapsum: non vero loqui de operibus ab ipsis factis ante lapsum, sed de factis post reparationem. Subiungit Suarez n. 16. *Hæc interpretatio Concilij (vt verum fatear) non potest euidenti demonstratione refelli: & ideo sententia quam defendimus non est omnino certa*, &c. Et Ioannes à S. Thoma 2. 2o. 1. 94 disp. 31. art. 2. ad 2. ait. Vel quia non loquitur Paulus de illis, qui à gratia exciderant: sed solum, qui erant imperfecti & tepidi, vt plures sentiant.

20 Si etiam sincere scribam, quod sentio de alia auctoritate Concilij Tridentini, ingenue fateor in illo esse altissimum silentium de reuiuifcentia meritorum: nec illud admiror: quia nemo, qui de Heresibus illorum temporum diligenter scripsit, vllam mentionem facit, quod de hoc puncto sectarij illorum temporum vllam litem mouerint; nec vlla se obtulit occasio, vt vel obiter Concilium circa hoc aliquid docuerit. Duas propositiones in Scripturis expressas, pro tempore oportunitate iudicauit definire, & explanare. Alteram, quod bona opera existens in gratia, facta in Deo, eius auxilio, & propter eius gloriam, sunt meritoria vitæ æternæ: Alteram, quod cum effectu hoc præmium optinet, & soli obtinet qui perseuerauerint in fine. Quas duas veritates potuit definire, & definire, omittendo, nil affirmando, vel negando de reuiuifcentia meritorum. Vnde arguimus, quod ex Concilio sumitur, est pure negatiua: & in hoc puncto infirmum: quia ad nil conducebat de hoc puncto tunc tractare. Vnde sicut non bene valet: *Concilium non expressit opera mortificata reuiuifcere: ergo non reuiuifcunt*. Quæ deductio temeraria est: quamvis, quoad appariendam, videatur fundata in eo quod Concilium sel. 6. cap. 16. & can. 26. definit solis operibus iustorum perpetuo conseruantium gratiam, absque interruptione peccati, vita æterna promissa est. Ibi: *Si bene agendo, & diuina mandat a custodiendo, usque in finem perseuerauerint, sanati berna sit*. Ita nec à contrario bene valet: *Inter condiciones*

*reuiuifcentia ad meritum non posuit Concilium, quod gratia nunquam fuerit amissa: ergo opera in prima charitate facta habent integram præmij. Quia isti sunt casus omisi a Concilio, & remisi disputationibus Theologorum. Vnde Vazquez 1. 2. disp. 231. cap. 6. solum vt probabiliorum suam sententiam proponit. De ista auctoritate Concilij vide infra dub. 3. §. 5. In alijs Patrum auctoritatibus examinandis, non immerito: quia in illis reuiuifcentiam meritorum insinuatam, & indicatam, fatetur: & hoc testimonium relata conuincunt. Qui autem asseruerit in illis asseritam, & expressam in terminis terminantibus, eisdem vocibus ac in D. Thoma, Hugone, & Magistro, & in reliquis Scholasticis, testimonia alia querat, & proferat: quia in relatis ego hoc non inuenio. Liber de vera, & falsa poenitentia, vt notant Doctores Louanienfes to. 4. *Nō est S. Augustini, vt constat tum ex alijs: tum ex eo quod auctor cap. 17. refert sententiam Augustini ex homilia 41. inter 50. & ab ea dissentias*. Libri Hypognosticon sunt in certi auctoris, vt idem probant Louanienfes.*

21 Non male communem Theologorum doctrinam confirmat Bañez illo dubio 6. ex illo Ecclesiastes 12. ver. 14. *Et cuncta, quæ fiunt adducet Deus in iudicium, pro omni errato, siue bonum, siue malum sit*. Sed opera in charitate facta, & per culpam mortificata, postquam homo poenitens iustificatus, perseuerat, & saluatur, non adducuntur vt puniendæ: quia bona fuerunt: nec vt indifferentia: quia erant supernaturalia, & facta propter Deum summe dilectum: ergo adducuntur vt à iusto iudice laudanda, & præmianda: & ea fecisse Sancti gaudent, & Deo gratias agent. Non ergo mirum, quod contrariam sententiam vt temerariam, & impiam reiciamus: quamvis hucusque esse de fide immediate, aut mediate, non habemus quo probemus.

§. III. Ratio D. Thomæ cur merita per peccatum mortificentur.

22 **R**atio D. Thomæ in articulo quinto, percipi non potest non præmissa Doctrina articuli quarti: in quo explicat D. Thomas, quod opera vir-

tutum in charitate facta possunt mortificari, *Propter libertatem voluntatis, quæ potest à bono in malum deflecti*. Vnde Ezechielis 18. dicitur: *Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur*. Proprietatem, & veritatem loquutionis probat D. Thomas, quia resuua per mortem perdit operationem vitæ. Vnde per quandam similitudinem dicuntur res mortificari, quando impediuntur à suo proprio effectu, vel operatione. Effectus autem operum virtuosorum, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternam. Quod quidem impeditur per peccatum mortale sequens, quod gratiam tollit. Et secundum hoc opera in charitate facta, mortificari dicuntur per sequens peccatum.

Admonet autem S. Thomas ad 1. *Quod sicut opera peccatorum transeunt actum, & manent reatu: ita opera in charitate facta, postquam transeunt actum, manent merito in Dei acceptatione*. Seu, postquam transeunt actualiter, & physicè, manent moraliter, & habitualiter: & si in memoria hominum aliquando non manent, qui & bonorum, & malorum præteritorum aliquando obliuiscuntur, manent tamen in memoria, & acceptatione Dei fuerunt grata: & ad quem pertinent ea premiare, si impedimentum non adsit, vel obex non opponatur. *Et secundum hoc mortificantur, in quantum impeditur homo ne consequatur suam mercedem*.

23 Circa quam doctrinam, notat Soto dist. 16. quæst. 2. articulo 4. §. *Conclusio*, quod est *verissima*, eodemque *clarissima*, circa quam ad notandum est, moralia opera intriplici esse differentia. Alia enim sunt *viua*, vt quæ ex gratia, & charitate dimanant. Alia vero *mortua* apud Deum: vt cuncta, quæ fiunt in peccato mortali: nam vita animæ sola gratia, & charitas est.

Quare, quæ ex illo fonte non manant, licet esse possint moraliter bona; nullius tamen meriti sunt apud Deum. De sola enim fide, charitate informata, dixit Christus Ioannis 4. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Videant ergo miseri, in peccato iacentes, quantam faciant iacturam temporis, & vitæ, quam diuinitus in hoc solum receperunt, vt iugibus officijs singulis momentis gratiam sibi apud Deum, & gloriæ accumularent. Alia denique sunt opera, quæ viua quidem prodierunt, sed tamen per peccatum sunt

mortificata. Hec ille, & omnes cum D. Thoma in 4. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 2.

Sed obijcies. Per opera virtutum in charitate facta, homo meretur vitam aeternam. Sed substrere mercedem merenti, est iniustitia, quæ non cadit in Deum. Ergo non potest esse, quod opera virtutum in charitate facta, per peccatum, sequens mortificentur.

24 Respondetur cum D. Thoma ar. 4. ad 2. quod sine iniustitia potest merces subtrahi merenti, *quænto ipse reddidit se indignum mercede* per culpam sequentem. Nam & ea, quæ homo iam accepit, quandoque iuste propter culpam perdit. Et in 4. dist. 14. vbi supra ad 2. ait, quod *per ingratitude meretur homo accepta beneficia amittere; & ideo per quantumcumque peccatum mortale, quo homo Deo ingratus de beneficijs perceptis sit; omnia bona precedentia perdit; quantumcumque fuerint ad fructum vitæ æternæ. Nec propter hoc poena culpam excedit.*

Præterquam quod omnes diuinæ huiusmodi diuinæ promissiones sunt conditionatæ. Ezeq. 18. ver. 24. *Si autem auerteris se iustus, & ver. 26. Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis.* Psal. 88. ver. 4. *Dispositum testamentum electis meis: iuravi Domini seruo meo.* Et tamen ver. 3. *Si autem dereliquerint filij eius legem meam.* Prou. 23. ver. 18. *In timore Domini est tota dies: quia habebis spem in nouissimo; & præstatio tua non auferetur.* Matthæi 10. ver. 12. *Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.* Unde conditione non impleta, non fit iniustitia. Et similiter quando per peccatum sunt suspensa, & impedita merita, dicuntur mortificata. Occasione huius argumenti lepidè historià narrat Soto vbi supra ad 2. quæ alijs documento esse potest vt ignorantia, & error similis caueatur, & ideo eius verba subijcere non grauebor.

25 Memini (inquir) me Romæ offendisse quendam Theologum, vt aiebat, studiosum: qui isto argumento vincebatur nulla opera bona manere apud Deum sine præmio. Qui ideo illa tenebatur phantastica opinione, quod quicumque de hac vita decedit, sicut igne in Purgatorio debet omnino expurgari, antequam in Cælum euolet. Ita, si ad Tartarum est descendens, in aliquo loco reseruatur, vbi prius viuacorum bonorum operum præmia recipiat. Adeo mordicus illud

aictum retinebat. *Nullum est bonum quod non præmiatur, nec malum quod non puniatur, alioqui Deus esset iniustus.*

Iudicabat ergo iste de iustitia inter Deum, & homines per inde, ac de illa, quæ est inter homines. Cum tamen plus distent, quam Cælum à terra: nam in politia humana, quia homo homini potest ex se ipso quippiam tribuere, restat alter simpliciter debitor. Quare si mercenarius locauit suas operas apud quempiam quamvis nullatenus sit ei amicus; manet nihilominus dignus mercede sua: quia iustitia ab amicitia non dependet. Tamè quia nulla creatura ex se, & ex suis naturalibus virtutibus quippiam potest Deo reddere; quod sit apud ipsam præmio æterno dignum: iuxta illud ad Rom. 1. *Quis prior dedit illi, & retribuatur ei?* Sed omne meritum operum fundatur in personæ dignitate apud ipsum: quæ quidem dignitas ex mera Dei gratia dependet, per quam homo Dei membrum efficitur: inde fit vt peccatori nullum fiat in reliquum illius præmij æterni apud Deum. Imò cum per peccatum indignum se fecerit illo, nulla fit ei iniustitia: imò est summa iustitia vt illo priuetur. Similem errorem Dantis Poetæ impugnat S. Antoninus 3. p. Hist. tit. 21. cap. 5. §. 2. Et S. Ansel. de conceptu virginali cap. 22. & 27. ait. *Omnis homo, aut saluatur, aut damnatur. Omnis homo, qui saluatur, ad regnum Cælorum admittitur. & omnis, qui damnatur, ab eo exciuditur.* Nam iuxta id quod habetur Matthæi 25. vel est ad dexteram, vel ad sinistram. De quo S. August. ser. 14. de verbis Domini, & lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 25. & alibi sapè.

26 Dæmum notare non desinam, id quod docet S. Thomas in 4. sent. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 2. ad 3. dicēs, quod illud quod est in se mortuum, non potest respectu alterius actum vitæ habere: sed accipiendi viuum metaphorice, vt dictum est, nihil prohibet quod in se viuum est, respectu vdius esse viuum, & respectu alterius esse mortuum. quia respectu vnius habet esse actum suum, sed respectu alterius non habet, propter indispositionem ipsius.

Sicut oculis agris vdius est iuxta quæ puris est amabilis.



§. V. Ratio cur merita mortificata, per poenitentiam reuiuiscant.

27 **I**am facilis est ratio, qua D. Thomas articulo quinto probat, quod opera mortificata per peccatum, per poenitentiam reuiuiscunt. Et potissime arguit aduersus eos, qui id negabant, considerantes, quod opera illa non remanent vt iterum viuificari possint. Quod euidenter refellit dicens. Sed hoc impedire non potest quin viuificentur. Nō enim habent vim perducendi in vitam æternam (quod pertinet ad eorum vitam) solum secundum quod actu existunt: sed etiam postquam actu esse desinunt, secundum quod remanent in acceptatione diuina. Sic autem remanent quantum est de se, etiam postquam per peccatum mortificantur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit: & Sancti de eis gaudebunt: secundum illud Apocalypsis 2. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Sed quod isti, qui ea fecerunt, non sint efficaciam ad ducendum in vitam æternam, prouenit ex impedimento peccati superuenientis: per quod ipse redditus est indignus vita æterna. Hoc autem impedimentum tollitur per poenitentiam; in quantum per eam remittuntur peccata. Unde restat quod opera prius mortificata, per poenitentiam recuperant efficaciam perducendi eum, qui facit ea, in vitam æternam: quod est ea reuiuiscere. Et ita patet quod opera mortificata per poenitentiam reuiuiscunt. Hæc D. Thomas. Disparitatem, cur peccata per poenitentiam dimissa non redeant, cum opera mortificata reuiuiscant? Assignat ad 1. & iam explicuimus q. 88. Cur autem animal mortuum naturaliter non possit iterum viuificari; & tamè opera mortificata per peccatum, per poenitentiam reuiuiscant exponit ad 2. dicens, quod opera in charitate facta non mortificantur secundum se (sicut dictum est in corpore: quia manent in acceptatione diuina) sed solum per impedimentum superueniens ex parte operantis. Animalia autem moriuntur secundum se, in quantum priuantur principio vitæ. Et ideo non est simile.

28 Addit D. Thomas in 4. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 3. quod si ratio quæ in contrarium allegabatur, probaret; eadem ratio

posset dici, quod nec eis; qui in iustitia perseuerant, ad vitam precedentia opera valeant: quia quod non est, non potest aliquid valere. Illud autem admittere, esset hæreticum. In vtroque igitur casu verificatur quod ait ibi ad 3. quod quavis non maneat actu; manent tamen merito in diuina acceptatione: sicut peccata transeunt actu, & manent reatu. Transeunteque peccato actuali, manet peccatum habituale, vt diximus q. 86. Explicuerat autem in corpore, quod bona opera in charitate facta, & si transeant actu, manent tamen quantum ad meritum in Dei acceptatione. Et secundum quod sic manent, habent efficaciam, quantum in ipsis est, inducendi facientem ad vitam æternam; & sic dicuntur viuam manere. Sed quod hunc effectum in peccatore non habeant, est per accidens propter peccatum, quod facit peccatorem ind dispositum ad percipiendum effectum precedentium meritorum. *Non autem, quod ab ipsis operibus aliquid dematur:* cum in suo fieri efficaciam prædictam obtulerint, hoc ipso quod ex charitate sunt elicitæ: quod eis sequens peccatum auferre non potest. Et ideo remota indispositione à peccatore per poenitentiam, opera illa precedentia effectum suum in ipso iterum habere incipiunt: & secundum hoc viuificari dicuntur. Hæc D. Thomas.

D V B I V M S E C V N D V M.

Vtrum merita redeant ex natura rei? Et ex iniustitia?

1 **P**ro elucidatione rationis, & completæ resolutione totius difficultatis, duæ occurrunt dubitationes, non parum inter Theologos, antiquos, & recentiores controuersæ, à nobis ex mente D. Thomæ determinandæ. Prima, vtum merita redeant ex natura rei, an ex voluntate diuina? An ex iustitia, an ex misericordia?

2 Supponunt omnes, id quod docet D. Thomas ad Hebræos 6. loc. 3. quod quantum vis homo magna merita antecedenter habuerit, si cadat in peccatum mortale; ante quam condignam agat poenitentiam, non est debitum ex natura rei, nec ex iustitia, nec meretur de condigno, quod Deus nō obliuiscatur

bonorum operum antecedentium: quia iustificatio secunda, sicut prima, est omnino gratis: & quia propter peccatum mortale appositum impedimentum, & dignus est imperpetuum omni premio carere & quod omnes iustitiae eius, quas fecerat non recordentur: & ita impoenitenti dicit Dominus per Ezeq. cap. 18. ver. 24. quod non recordabuntur. Vnde ut Deus det ei coronam iustitiae, necesse est ut prius gratis misericordetur ei ut misericors pater: & ideo optime S. Augustinus libro de gratia, & libero arbitrio capite 6. ait. *Cui rederet coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater? Et quomodo esset ista corona iustitiae, nisi praesisset gratia, quae iustificat impium? Quomodo ista debita rederebuntur, nisi prius illa gratuita donaretur?* Monet tamen D. Thomas illa lec. 3. *Quod congruum est, quod homo, qui multa bona fecit, & factis mereatur: ista enim misericordia est adiuncta quodammodo iustitiae, plus quam in illo, qui nunquam aliud fecit.* Et Scotus in 4. dist. 22. q. unica §. *De secundo articulo ver. secundum Corrolarium*, ait. Tamen excellens misericordia Dei, propter praecedentia merita, licet mortificata, citius dat gratiam ad resurgendum. Vnde, sicut credo quod perfectior grauius cadit propter maiorem ingratitude: ita credo, quod, ceteris paribus, citius resurgit, propter Dei benignitatem, merita praedicta, ad hoc aequaliter acceptantur. Vnde aliquando audiui de viro prius valde perfecto, & postea profundissime lapso, cum propter facinora sua esset morti addictus, misericordissime visitato, perfectissima poenitentia sibi subito inspirata est. Haec Scotus. Sed quia de hoc non extat promissio, aut reuelatio diuina; bene monet Apostolus 1. Cor. 10. ver. 12. *Itaque, qui se existimat stare, videat ne cadat.*

3 Solum ergo supposita gratia poenitentiae, & iustificationis, est difficultas an sit pura liberalitas, & misericordia, quod merita antiqua redeant?

§. I. Duae sententiae extremae.

Affirmant S. Bonaventura in 4. distinct. 22. articulo 1. q. 1. ad 2. Scotus in 4. dist. 22. q. unica §. *De secundo articulo. Ver. Respondeo*, dicens, dici posset vno modo, quod haec est super

abundans bonitas, & misericordia diuina: quia bona semper viuunt in eius acceptatione, bona, in quam, meritoria: & semper esset eis praemium retribuendum, nisi esset in dispositio recipientis propter nouam culpam, & cetera.

Et per istam viam esset ad propositum bonum exemplum iuritarum, quod aliqui remanet aliquod ius: cui tamen non remanet, vel non comperit actio, propter aliquod impedimentum. Ita habenti bona merita in acceptatione diuina, morti scata tamen per peccatum mortale, remanet totum ius, quod correspondet illis meritis ad vitam aeternam: sed non remanet actio, quoad ille est inimicus: & si perpetuo sit inimicus, perpetuo cessat illa actio. Cessante autem inimicitia contracta per nouum peccatum mortale, non redit nouum ius: sed comperit actio secundum ius antiquum. Haec Scotus: & Gabriel ibi q. 1. ar. 3. dub. 2. Delgadillo de poenitentia cap. 8. dub. 1. quia sine aliqua deordinatione potuit Deus disponere, quod sicut peccata poenitentis destruuntur per aduentum gratiae; merita omnino destruerentur per peccatum mortale.

5 Eandem sententiam late prosequitur Arauz. 3. p. q. 89. art. 6. dub. 3. probans: nam adhuc supposita gratia, & poenitentia, in homine resurgente a peccato est noua gratia, quod merita antiqua recuperet: posset enim Deus absque laesione suae iustitiae illa non reparare: quia homo per peccatum condigne meruit: quantum est ex parte sua, irreparabili amissione illorum puniri. Nec de facto Deus tenetur remisso peccato, Petri, v. g. merita eius antiqua acceptare, & redere illi antiquum ius, nisi ex fidelitate, propter pactum, & legem, quam misericorditer statuit, non puniendi hominem irreparabiliter meritorum amissione. Actus autem iustitiae est ille ad quem operans tenetur ex iustitia, & non fidelitate.

Præterea probat labefactando fundamenta oppositae sententiae: nam si homo haberet ius aliquod ad reuiviscendum suorum meritorum, maxime esset, vel ex condignitate ipsorum meritorum: vel ex condignitate contritionis: vel ex vtraque simul. Non primum: quia talis condignitas per subsequens peccatum est impedita, ne suum effectum homini tribuant. Et iuste fuisset omnino extincta ex merito peccati, nisi praedicta lex illam misericorditer reseruet.

Nec

Nec secundum: Tū quia contritio est solum satisfactio imperfecta: & maculam sola gratia tollit. Vnde remissio integra peccati sit gratis, sicut ipsa iustificatio. Tum etiam quia contritioni non debetur ex iustitia gratia, aut remissio peccati: ad quam sequitur reuiviscencia meritorum: alias prima gratia caderet sub merito condigni: quod est contra fidem. Tū denique, quia aliquando reuiviscencia fit per solam attritionem cum sacramento: & est eiusdem rationis cum illa, quae fit per contritionem: ergo sicut quando fit per attritionem non est opus iustitiae fundatum in condignitate attritionis; ita nec quando fit mediante contritione. Denique quod nec tertium, patet: quia destructis duobus prioribus titulis destruitur tertius, qui ex illis constat. Sequitur Thomas Hurtado in Praecursorum Theologo disp. 1. de reuiviscencia. merit. controu. 1. membro 3. con. prima.

6 Per aliud extremum Vazq. 3. p. q. 89. art. 5. dub. 1. a. n. 31. & disp. 22. cap. 4. & Ludouicus Torres disp. 14. de poenitentia. dub. 2. Gaspar Hurtado disp. 2. dist. 23. Meritius de poenitentia disp. 13. Moncaus in Opusc. disput. 12. a. cap. 8. & alij docent, quod reuiviscencia meritorum ad solam Dei misericordiam reduci non potest: sed quod ex natura rei redeunt merita praecedentia: alioquin non redirent in ratione meriti, nec efficerent hominem iam amplius gloria illa dignum: sed solum redirent ex verbo, & promissione Dei. Et ita illud erit pro ea parte tantum meritum imputatum: cum omnis promissio, illa in Christi meritis habeat fundamentum. Quod tamen videtur contra Concilium Trid. sess. 6. cap. 16. de conditionibus requisitis ad meritum. Quare ipse Vazquez 1. 2. disp. 214. dixerat rationem meriti non pendere ex promissione, nec inde prouenire: sed in dignitate operum ex gratia constitutam esse.

Deinde, vel peccatum tollit, & extinguit meritum ex natura rei, vel ex pacto Dei? Si ex natura sua tollit? Ergo est contrario dicendum etiam est in iustificatione tolli, & extingui peccatum ex natura rei, & sine pacto Dei. Iterum ergo non potest iuste imputari. Si vero ex pacto Dei? Mutuo se tollent sub conditione solum, cum alias ex natura rei manerent: absolute sequitur in homine, qui semel peccauit, si iterum poeniteat redire merita ex se, etiam si Deus actu non velit praemio af-

ficere: hoc est, ex se dignus erit: sed Deus non vult ipsi conferre praemium. Et in iustificatione homo ex se dignus erit supplicio aeterno: sed non punietur. Quae omnia sunt absurda. Aut dicendum est omnia referri in Dei voluntatem, & arbitrium ut ipse faciat dignum supplicio, vel praemio, ut placuerit: quod est absurdus.

7 Explicat Vazq. n. 41. hoc exemplo dicens. Sicut qui apud Regem magnum quid pro merito esset; ob offensam in illum commissam mereretur omnia amittere. Sed si postea condigna fiat satisfactio, & mutatio offensae, cum iam optime auferatur omnis culpa dignitas, auferatur etiam impedimentum, quod culpa meritis praestabat: nec merita iam amplius veluti in compensationem iniuriae amitti possunt: sed ille qui antea meruit, iure exigere potest praemium debitum antiquo labori. Quod si obijciatur offensae, & culpa, quae merebatur omnia consumere merita: optime etiam & iure respondebit, iam satis contritione, & mutatione iustificationis feci ut deleatur culpa, & omnino ei satisfactum sit. Cur ergo & supra condignam satisfactionem, exigenda est etiam amissio praeteriti meriti, & laboris?

§. II. Sententia media.

Sententiam tertiam, inter duas extremas mediam, multi defendunt; licet non vna via exponant. Suarez Relec. de reuiviscencia disp. 1. sec. 1. a. n. 9. ait, opus hoc supponere misericordiam, & consumari per iustitiam. Quod quidem incommuni satis constat ex vtraque sententia. In particulari vero declaratur. Nam in primis Deus statuit non punire peccatores ex condigno, sed citra condignum, ut est in ore omnium Theologorum. Et (inter alia) benignitatem hanc in hoc ostendit: quod noluit eos punire priuatione omnium meritorum, quam, (ut sic dicam) ipso facto incurrerent sine vlla spe remissionis talis poenae. Praeter hanc etiam est aliud opus misericordiae, quod est remittere peccatum ei, qui post multa merita mortaliter peccauit, & postea poenitentiam agit. Quomodo vero in reparandis meritis mortificatis iustitia intercedat, explicat a. n. 12. quia omnino debitum Dei ad hominem, sub conditione proportionalis operis, est debiti iustitiae: imò non potest alio modo in Deo reperiri: sed ablato peccato per Dei misericordiam.

cordiam, statim incipit debere premium priorum operum eis proportionatum, & ex promissione diuina sub conditione talium operum: ergo est debitum iustitię. Pręterea accedit ratio (quę fuit Ioannis de Medina Cod. de pœn. tra. 1. q. 8. §. *Facet ad id ratio*) quod diuinę iustitię repugnat in æternum punire spirituallē pœna, seu carentia alicuius gradus gratię, & visionis Dei, peccatum mortale, quod in hac vita remissit. Sed nisi præmiaret meritum mortificatum per peccatū, quod postea remissum est; puniret huiusmodi peccatum tali pœna perpetua: ergo hoc est alienum à diuina iustitia: ergo e contrario premium reddere talibus meritis est opus iustitię. Idem docet Tenā ad Heb. 6. ad illa verba. *Nō enim in iustus est Deus.*

Alio modo sequitur Granado Controu. 7. de pœn. tra. 6. disp. 4. vbi n. 8. ait: viuificationem operis meritorij considerari posse dupliciter: vno modo in actu primo, id est, quantum ad ipsius meriti refectionem, vt nimirum iterum quasi viuatur in diuina acceptatione simpliciter, & absolute, seu absque vilo impedimento, sicut erat ante lapsum. Altero modo in actu secundo, quantum ad ipsius meriti effectum; qui est augmentum gratię, & ius ad gloriām, quod illi ante lapsum debebatur. In priori sensu merita viuificantur ex Dei misericordia: quia non viuere merita iterum, nisi Deus sua misericordia promississet ea acceptare in perpetuum eo ipso, quod peccatum mortale tollatur: nec viuere nisi gratiis, & misericorditer eiusmodi peccatum condonaret. In posteriori autem sensu merita viuificantur ex iustitia: nam in eo consistit hæc viuificatio, quod merita post peccatum habeant eandem vim, seu efficacitatem, quam ante peccatum habebant: sed ante peccatum merebantur ex iustitia gloriām, & tam ipsius glorię, quam gratię augmentum: supposita tamen promissione diuina, ex qua Deus redditur debitor: iusta illud S. August. to. 3. in Psal. 83. exponentis verba Apost. 2. ad Timot. 4. *Quid tibi reddet, nisi quod tibi debet? Vnde tibi debet? Debitorū ipse se constituit, nō accipiendo, sed promittendo.* Eisdem met terminis hæc conclusionem docet Ripaldā lib. 4. de Ente sup̄nar. disp. 91. sec. 5. n. 43. conc. 2. quamvis Granados nō referat. Et num. 40. dixerat, quod potest Deus ita remittere peccatum, etiam per gratiam iustitię, vt præter voluntatem remittentem peccatum necessaria

sit noua voluntas ad reditum meritorum: quia potest Deus remittere culpam per gratiam, quin remittat debitum æternę pœnę. De facto tamen ita remittit peccatum, vt præter hanc existentem remissionem peccati, non sit alia Dei voluntas ad eum reditum necessaria. Principalem tertiam sententiam sequuntur Tanto. 4. disp. 6. q. 5. dub. 4. n. 4. Quidam. 1. 2. tra. 9. controu. 6. puncto 2. & alij.

9 Lugo disp. 11. sec. 1. a. n. 12. vsque ad 22. docet, quod potuit Deus post primum peccatū priuare hominē omni spe recuperandi priora merita, quia nulla apparet in hoc repugnantia in ordine ad potentiam absolutam, secundum quam potuisset Deus non condonare culpam non condonando pœnam æternā. Tamē ex natura rei, & cōformiter ad exigentiā gratię habitualis, eo ipso quod homo redeat in Dei amicitia, debent reuiuiscere merita priora, sine vilo favore Dei superaddito, qui saltem non sit conaturaliter debitus ipsi iustificationi. Quia gratia habitualis ex se, & conaturaliter est semper glorię. Ex quo inferit n. 20. quod si peccatum hominis habentis merita mortificata remitteretur a Deo per meram condonationem extrinsecam sine infusione gratię, potuisse tunc ex natura rei non reuiuiscere priora merita: quia posset non condonari pœna partialis carentię glorię illis meritis debita. Si autem hæc pœna condonaretur, etiam tunc remissa culpa, ex natura rei merita reuiuiscerent.

Addit n. 22. quod si Deus nunc eieceret aliquem ex Inferno, & daret illi spatium poenitentię, ex natura rei reditura antiqua eius merita, si forte habuit aliqua: quia gratia, quam tunc reciperet, daret illi ius ad gloriām: & per consequens exigeret nō puniri iam hominem illum aliqua pœna, qualis esset carentia premiij debiti illis operibus. Quia non erat in Deo decretum absolutum, & efficacax puniendi illum hominem in æternum in Inferno.

10 Motiū Vazq. impugnat Auer. q. 6. de pœn. sec. 2. & tamē ex alio motu, eisdem sententię subscribit dicens. Hęc tamen ratio non est conueniens. Tum quia ait peccatorem dum conuertitur, cōdigne satisfacere Deo: quod verum non est. Quare dici non potest hoc modo ex vi poenitentię, tanquam ex condignā satisfactione offensa oriatur hæc reparationem meritorum. Tum etiam quia

potest homo iustificari à peccato sine poenitentia perfecta, id est, contritione. Imò de potentia Dei absoluta absque omni eius actu, si Deus ex se infunderet homini gratiam iustificantem. Et tamen quocumque modo iustificetur peccator, qui prius aliqua merita habuerat, hæc semper viuificantur.

Concludendum ergo est, reuiuiscentię meritorum oriri ex valore, & dignitate ipsorum, atque ex vi iustificationis per gratiam sanctificantem; & ex promissione diuina de reddendo premio pro operibus meritorij homini digno. Quia eodem modo premium debetur post reparationem, ac debebatur ante lapsum: quia opera reuiuiscunt, ubi ratione meriti. Promissio autem diuina non officit, imò cōfert ad hoc vt premiū ex iustitia retribuatur. Hęc profertur Auer. 11.

Dæmum Montefinos to. 2. in 1. 2. disp. 36. q. 6. §. 2. n. 358. ait: Ego vtro quantum ad hoc soleo distinguere duos sensus questionis: nam possumus loqui de possibili, aut de facto. Et quidem loquendo de possibili, existimo quod ex natura rei merita mortificata possint redire. Quod est dicere: non repugnat ex natura rei vt redeant merita mortificata per subsequentem iustificationem: quia non repugnat vt maneat in acceptatione diuina merita, dum aliquis peccat, & quod ab ipso Deo redeant: in quo differt peccatum à merito, quod peccatum dimissum omnino repugnat redire: Dico tamen secundo, quod de facto redeant non omnino, & ex natura rei. Patet, quia posset Deus ita statuere non mutando naturas rerum, vt si aliquis post lapsum in peccatum, iterum iustificetur; licet accipiat iustitiam iuxta mensuram dispositionis, aut alio modo: tamen non redirent merita priora: sed tantum manerent iste homo acceptus ad gloriām iuxta mensuram iustitię, & gratię, quam modo recipit. Et confirmatur quasi à priori, quia per peccatū tolluntur merita priora, taliter quod non manent in re, sed solum in acceptatione diuina. Quod autem maneat in acceptatione diuina: nō omnino est ex natura rei: quia est decretum liberum, adhuc suppositis meritis præcedentibus. Et quando homo iterum iustificatur, nō suscipit formam, quæ ex natura rei adducat merita præcedentia, aut faciat illa reuiuiscere. Postquam hæc late exponit, postea a n. 362. vsque 365. omnino sequitur sententiā Suarez

hanc reuiuiscentiā partim esse ex misericordia, partim ex iustitia.

§. III. Iudicium sententiarum Solutio dubij.

12 **I**n tanta opinionum varietate non est facile aliquid determinare, quod omnibus placeat; quamvis nō sit difficile singulis obijcere quid in suis sententijs displiceat. Incipiendo ab illa vltima, distinctio non est ad rē quia omnes supponunt, quod de potentia absoluta potuit Deus res ita disponere vt merita quoad nihil reuiuiscere, in pœnā peccati; & potuit disponere quod statim omnia reuiuiscerent, & ita integre, ac si nunquā peccassent; & potuit disponere, quod resurgant iuxta mensuram dispositionis; & quod resurgant vt nouo titulo propter illa dentur præmia essentialia, & nouum premium accidentale. Et de possibili sentiunt omnes, qui de facto ita euenire dicunt. Alijque Theologi alij non opponunt id implicare contradictionem, aut esse impossibile: sed conantur probare de facto ita non esse. Itaque omnis disputatio est de actuali meritorum reuiuiscentiā: vnde non inquirunt vtrū possint reuiuiscere, sed vtrū de facto reuiuiscant. Præterea Montefin. in suo diturū proprio omnino sequitur primā sententiā: vt facile est manifestum vtriusque fundamenta cōferenti. Cum quo nō potest compati quod postea transeat ad sententiā Suarez: quia nō possunt esse simul verę: quia prima tollitur misericordię, altera misericordię, & iustitię.

13 Illa etiā ratio Ioā. Medina: quę partim placuit Suar. & Vazq. & omnino amplectitur Lugo, solida non est: sed veritatis principium, & assumit probandum: quia si peccatum mortale commissum post varia merita acquisita; vel propter infirmitatem offensę, vel propter suam malitiam specificā, aut grauitatem individualē, aut circumstantiā in gratitudinis, vel et Deus punire priuatione æternā omnium priorum meritorum, nulli faceret iniuriām: nec pœna excederet gratiā culpę commissę pro vno peccato mortale posset esse annihilare, & de facto punit pœnā damni carentiā iniqui boni, & carentiā auxilij ad poenitendū, & pœnā solum in æternū duraturā; licet culpa in momento committatur. Hoc decreto stante, illa gloriā priorum meritorum non esset debita: & illa

cauentia non esset priuatio, sed negatio. Illi autem, qui remissa culpa admittunt posse non remitti in æternam poenam damni, & sensus absque villo inconuenienti; non facile illud assignabunt in hoc modo disponendi decreta in penam peccati.

14. Hinc generaliter, quod reuiuifcentia meritorum non consumetur per iustitiam, facile patet: quia absque iniustitia omnia merita sunt conditionalia, si iustitia in morte inueniatur, seu si perseverauerit usque in finem: Ergo similiter absque iniustitia potuit Deus discernere, quod omnia merita penderent ab illa conditione, *Si per peccatum mortale non interrumpantur*: Nam est de fide, quod peccatum mortale, dum est, impedit, & mortificat merita: & est de fide, quod nisi per gratiam, non potest ab eo liberari, & est de fide quod iustificatur gratis: & quod est magna gratia, quod mors, siue a causis naturalibus, siue a contingentibus, siue a liberis eueniat cum non est in statu peccati, sed in statu gratiæ: & ideo vocatur à Concilio *magna perseverantia donum*, quod non cadit sub merito, sed solum sub impetratione gratiæ. Accedunt etiam motiva prioris sententiæ, quæ valde contra secundam sententiam, & tertiam videntur vgeri. Sententia Vazquez merito fere omnibus, qui in eius verba non iurarunt displicet. Quia ut ei obijciunt, falsum assumit: male deducit: & nihil contra naturam gratiæ, & contritionis fieret, si Deus decreuisset, & reuelasset, quod quicumque peccasset mortaliter, omnia antiqua eius merita poenitus extinguerentur.

15. Denique in prima sententia illud est difficile: quia non saluat in rigore, quod merita reuiuifcunt: quia quod liberaliter, & misericorditer datur, non datur, ut præmium laboris: quia ut arguit S. Thomas 1.2. q. 114. art. 5. ratio gratiæ repugnat mercedi operum: secundum illud ad Rom. 4. *Ei, qui operatur, merces non imputatur, secundum gratiam, sed secundum debitum*. Deinde assumit principium late patens: & cum in Deo iustitia æquetur, seu potius identificetur misericordiam, facile considerans rigorem iustitiæ, & odij Dei contra peccatum, & quod est terribilis in consilijs super filios hominum, & quod horrendum est incidere in manus Dei viventis, posse negare quod misericordia Dei tam facile statuere omnium meritorum reuiuifcentiam.

Præterea, ut in simili arguit D. Th. 3. p. q. 1. art. 3. *Ea, quæ ex sola Dei voluntate promouentur supra omne debitum creature, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus in Sacra Scriptura traduntur, per quam diuina voluntas nobis innotescit*. Si ergo tota reuiuifcentia meritorum est misericors, liberalis, & libera, non possunt in particulari probare quando, & quomodo, & in qua quantitate reuiuifcant, nisi diuinam reuelationem de omnibus istis afferendo quæ tamen non extat.

16. Omnibus denique pensatis, tertiam eligo sententiam, licet in uerbo modo expositam ac a suis Auctoribus declaratur, supposita enim gratia collationis auxiliij ad poenitentiam, & supposito quod sit iustificatus gratis, habet homo sic iustificatus, quod per poenitentiam abstulit, remouit que impedimentum peccati: & quod gratia est semen gloriæ, non solum titulo hereditatis, sed titulo honorum, quæ nunc facit, & quæ fecit in presenti, & in prima charitate: unde non solum debetur hereditas iure adoptionis, sed ut merces respectu præmij, quod de condigno meruit. Unde D. Th. 1.2. q. 114. ar. 3. Afferit illud 2. Tim. 4. *reposita est michi corona iustitiæ*. Et in corpore ait. *Si autem loquamur de opere meritorio, secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti, sic est meritorium vite æternæ ex condigno. Sic enim valor meriti attenditur secundum virtutem Spiritus Sancti momentis nos in vitam æternam, secundum illud Ioã. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Unde meritum in actu primo, quantum est ex dignitate gratiæ, & virtute Spiritus Sancti, cum mereatur de condigno, facit ex natura rei, & ex iustitia debitum præmij: sicut meritum præsens, ita & præteritum, quia ablato impedimento per poenitentiam, eandem vim habet ac si esset præsens: quia manebat in acceptatione diuina, & iam nihil est impediens. Si vero loquamur in actu secundo: quia omnia ista sortiuntur effectum ex diuinis promissionibus: quæ, adhuc supposito dimisso peccato, sunt libera, tam quoad reditum, quam quoad quantitatem, quam quoad tempus: quia exigere dispositionem nostram, perseverantiam in gratia, & quod discontinuatio peccati non extinguat merita, sunt à Deo libera, & misericorditer, & sine cuiusque iniuria, & sine inuersione ordinis gratiæ, possent aliter disponi: ideo potius est afferendum in intermediare iustitia in reuiuifcentia meritorum, & incipere, & consummare in gratia, quod totum est conforme

D.

D. Thomæ ad Heb. 6. *hec. 3. Et implere, quod quis gratiose disposuit, & liberaliter promisit, est actio fidelitatis, & non iustitiæ: si ex iustitia ita disponere non tenebatur.*

DV BIVM TERTIVM,

Vtrum merita redeant adæquate, & statim?

HÆC est præcipua huius questionis difficultas. Et quantum de ista questione tot fere fuerint sensus quot capita, ut inquit Soto in. 4. dist. 16. q. 2. art. 2. Quator tamen sunt opiniones, quæ in Scholis versantur. Equibus prima est censurabilis, & iam exulans ab Scolis. Aliæ tres adeo plures, & egregios actus sunt defensores, ut quantum est ab auctoritate, non facile pateat quæ aliam superet, & ex hac parte vnicuique posset permitti in suo sensu abundare.

S. I. Reijcitur error Henrici afferentis omnes semper in æquali gratia resurgere.

HENRICUS Gandauensis Quodlib. 5. q. 23. docuit, quod resurgentium à peccato, vnus non resurgit in maiori gratia, quam alius, sed omnes in æquali: quia gratia non datur regulariter secundum mensuram conatus: ita ut mensura charitatis sit à Deo solum, secundum libitum voluntatis suæ: ex parte autem liberi arbitrij sufficit dispositio pure negatiua, scilicet, non resistere: in pura autem negatione non est magis, & minus.

3. Contra hanc sententiam, quia ipsius verbis refert, multa scribit Capreolus in 4. dist. 12. q. 2. art. 3. ad argumenta Henrici contra secundam à folio 180. vsque ad finem: præcipue afferit verba Diu. Thomæ 1.2. q. 112. art. 4. dicentis. Sed ex parte subiecti gratia potest suscipere magis, vel minus, prout scilicet, vnus perfectius illustratur a lumine gratiæ, quam alius. Cuius diuersitatis ratio quidem est aliqua ex parte præparantis se ad gratiam: qui enim magis se ad gratiam præparat, plenior gratiam accipit. Sed ex hac

parte non potest accipi prima ratio huius diuersitatis: quia præparatio ad gratiam non est hominis, nisi in quantum liberi arbitrij eius præparatur à Deo. Unde prima causa huius diuersitatis accipienda est ex parte ipsius Dei, qui diuersimode suæ gratiæ dona dispensat ad hoc quod ex diuersis gradibus pulchritudo, & perfectio Ecclesiæ confurgat: sicut etiam diuersos gradus rerum instituit, ut esset vniuersum perfectum. Quæ doctrina est canonizata in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 7. illis verbis: *Iustitiam in nobis recipientes vnusquisque secundum suam mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult*, 1. ad Cor. 12. & ad Ephes. 4. *Et secundum propriam cuiuscunque dispositionem, & cooperationem.*

4. Præterea Soto illo art. 2. §. *Prima quidem*, sic ait. Hæc tamen opinio merito ab omnibus tanquam incredibilis refutatur. Primum enim sequeretur, quod nihil referret poenitentem feruentissimo contritionis motu resurgere, aut tepidissimo. Quod mens sana concedere abhorret. Deinde sequeretur quod in quocumque que mortale delictum homo collaberetur, nulla prorsus in perpetuum haberetur amplius ratio apud Deum retro ante actus vitæ, quantumcunque sanctissimi: Quod magis etiam absolum appareret.

Demus hominem, ceu Ioanem Baptistam, longo temporis curriculo vixisse sanctissime, qui forte vnus mortale delictum solo mentis consensu commisit: & ex templo ardentissimo doloris affectu eum sui delicti peniret. Demus vero alium flagitiosissimum, qui eodem tempore sceleratissime vixit, & tepidissimo contritionis motu conuertitur. Isti, secundum hanc opinionem in æquali gratia resurgunt. Quod adeo est concessu absurdum, ut nulla in opinione maneat probabilitas.

5. Argumentum contrarium retorquet dicens. Sed profecto ratio prior est quæ opinio: nam dicere quod nullus actus conuersionis in nobis requiratur, est negare motum liberi arbitrij in peccatum esse necessarium: atque adeo actum virtutis poenitentiam, & conuersionis in Deum contra illud Ioel 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro*, & Zach. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*. Et Lucæ 13. *Nisi poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis*. Quibus quam plurima similia superius relata sunt. Item, si non resistere Deo, nihil aliud esset, quam pura negatio; naturaliter se homo posset ad gra-

gratiam disponere: Quod est Pelagiano errori germanus. Videatur D. Thomas 1. 2. q. 112. art. 2. Eandem doctrinam vt *erroneam*, & procedentem ex principijs *periculosis*, reiciunt Vazquez 3. part. q. 89. art. 5. dub. 3. n. 15. & Suarez disp. 2. sec. 1. n. 4. etiam dicit improbabilem, & hoc tempore etiam *erroneam*; sed ad rem presentem nihil pertinere: quia solum loquitur ex vi presentis dispositionis: nam de prioribus meritis mortificatis postea subdit ea viuificari per poenitentiam.

6 Verumtamen doctrina Henrici hic debuit examinari: quia directe attinet ad doctrinam S. Thomae art. 2. vt postea ponderabimus. Et etiam quia vt patet apud eum, & in verbis formalibus illius, quae refert Capreolus, reuiuiscetiam meritorum sub dubio relinquit, mouens quaestionem, & indecisam relinquens: & postea solum intendit probare, quod maior gratia datur quibuscumque resurgentibus a peccato actuali, quam quae datur innocentibus purgatis a solo originali. Hac pro veritate, quamuis non multum nostra intersit Henricum defendere.

Præterea aduertendum, quod Beatus Albertus Magnus in 4. dist. 14. art. 21. & 22. & Richardus de Mediavilla ibi art. 8. quaest. 2. & ibi Magister, capite incipiente. *Ijs verbis*, docent quidem merita reuiuiscere: quod nullus Theologus negat: & D. Thomas tam sapè docet: sed non explicat quando, & qualiter reuiuiscant? De quo solo puncto nunc disputamus: vnde absque vilo fundamento Vazquez dub. 3. num. 63. & Suarez disp. 2. sec. 2. num. 17. & post eos alij eos pro sua sententia referunt: cum illius militiam fecerint mentionem. His omittis.

§. II. Sententia Nominalium asserentium omnes semper in maiori gratia resurgere, impugnatur.

7 EST ergo prima sententia asserens, per quamcumque contritionem, & mortalis peccati remissionem, etiam si sit cum sola attritione cum Sacramento Poenitentiae, restitui integre omnia merita prius mortificata, quoad totum essentiale premium, & accidentale: & simul etiam totam gratiam

habitualem, & virtutes, correspondentes illis, quae prius erant, & quae correspondent presenti dispositioni. Vnde poenitens semper resurgit in maiori gratia, & charitate, & cum maiori merito. Primi Auctores huius sententiae soli fuere Nominales; quia postea quidam graues a Societate Iesu diligenter illustrarunt: & multi probarunt: quia reuera est *plausibilis*; sed *incredibilis*: ex ea enim *multa incredibilia subsequuntur*, vt inquit Dominicus Soto: & vt dixit Martinus Ledesma 1. part. Quarti quaest. 30. art. 1. folio 198. col. 2. Isti qui dicunt, quod semper poenitens resurgit ad maiorem gratiam, & gloriam, faciunt se Prophetas: quia dicunt: teneatis pro certo, quod poenitens resurgit semper ad maiorem gratiam, & gloriam: *Oporteret, quod darent nobis vades, quod ita est, sicut dicunt*. Cum tamen (vt ante dixerat) *hoc sit secretum, quod Deus reseruauit sibi*. Et supra asseruerat: *Isti sunt benigni largitores donorum Dei: nescio, si fecit illos Deus dispensatores suorum honorum, ita magnifice, vt ipsi significent*. Et vt ad aliud intentum, ait Hugo de S. Victore de Sacramentis fidei lib. 2. parte 14. cap. 9. lit. N. *Ideo partem tuam bonam facis, & iudicas bene pro parte tua. Fortassis bene tibi esset, si sententia veritatis tuum iudicium sequeretur: Numquam te iudice damnareris. Sed timeo, ne forte dum tu aliud vis, quam veritas: aliud veritas faciat, quam velis, magis enim veritatem impleri oportet, quam tuam voluntatem*.

Præfata ergo sententiam docuerunt OKam in 4. q. 9. ad 6. dubium, Grabiel in 4. dist. 14. q. 3. art. 3. dub. 3. in principio; licet postea in tertia opinione alter discursat tam simpliciter, quam ex mente, D. Thomae. Almain dist. 22. q. 1. art. 2. Maior ibi q. 1. Ioannes de Medina Cod. de peccat. trac. 1. q. 8. Vazquez 3. p. q. 89. art. 5. dub. 2. & 3. 1. 2. disp. 221. cap. 6. dicens, quod est *multo probabilior*: quod & asserit cap. 7. Suarez. Relec. de reuiuisc. disp. 2. sec. 2. & 3. vbi n. 13. suam sententiam solum censet *probabilior*: & tamè oppositas opiniones rigidissime censurat: & sepè asserit suam demonstrari, & in Concilio Tridentino haberi: quod non est consequenter procedere. Hanc sequitur Coninch disp. 2. de poenit. dub. 20. Lugo disp. 11. sec. 2. & alij, quos refert, & sequitur Ripalda disp. 91. de ente supern. sec. 7. & 8. Pefantius 3. p. q. 89. art. 5. Auerfa q. 6. de Poenitentia, sec. 4. & 5. Bonacchi,

ron. 1. disp. 5. q. 6. sec. 4. puncto 1. num. 4. Tralench lib. 4. cap. 4. dub. 6. n. 5. ad 8. & alij.

8 Duo præcipua fuerunt fundamenta Nominalium: quia supposita doctrina de reuiuiscetia meritorum, si illa in veritate, & non desolo titulo sine re, acceptetur, videtur ex illa esse virtualiter reuelatum, quod *nullum bonum relinquatur a Deo inremuneratum: nisi propter ipsius dispositionem actualem (subiecti), quae non est alia nisi peccatum*. Hoc autem impedimentum, & hæc indispositio omnino tollitur per poenitentiam; ergo omnino reuiuiscunt quoad premium essentiale, & accidentale. Et cum nulla sit sufficiens ratio dicendi, aut explicandi quomodo resurgat ad partem premium, & non ad totum; concludendum est semper resurgere ad totum premium.

Alterum fundamentum fuit, vt consequenter loquerentur ad suam sententiam asserentem quocumque actu remisso augeri gratiam habitualem, & charitatem. Quam late expedit Vazquez dub. 3. a num. 7. vsque ad 12. nam sicut per remissa opera vere constituitur homo magis dignus vita æterna, & magis sanctus, ex ipsorum operum, & status natura (etiam si habitus, & augmentum illius non esset.) Sic etiam si ablato peccato per poenitentiam, antiqua restituantur merita integre, & ex illis homo dicitur dignus vita æterna, magis, quam si illa non habuisset: & sicut antea erat: sic etiam sanctior vere erit ex illis, sine noua imputatione: ergo, vere resurgit in maiori sanctitate, iustitia, & gratia.

9 Iuxta primum fundamentum, arguit Suarez sec. 2. num. 18. ratione, quam vocat *a priori*, quia non concurrit ad hoc meritum vt causa per se illius, sed tantum vt remouens impedimentum peccati. Quae propositio supponit vt clara ex D. Thomae art. 5. & ex illa probat reuiuiscetiam meritorum. Hoc autem impedimentum omnino remouetur per quamcumque contritionem, etiam minimam: & etiam per quamcumque attritionem cum Sacramento: quia omnino aufertur culpa.

10 Denique arguit, ac præcipue, & egregie, vt Suarez ipse ait, num. 19. Nam Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 16. docet omnibus meritis de contiguo integre essentiale, premium infallibiliter reddi, si homo in gratia decedat: ergo ex mente Concilij nunquam potest con-

tingere, quod homo in gratia decedens non assequatur totum essentiale premium, quod aliquando meruit: quia in eam iam impletur conditio, sub qua totum illud premium promeruit. Ex quo ulterius consequenter concluditur per rationem peccati mortalis semper viuificari integre omnia merita: quia constituitur homo in statu gratiae, in quo, si statim decederet, totum premium talium meritorum consequeretur. De hac auctoritate Concilij, quasi primo à se pro reuiuiscetia adducta, gloriatur Vazquez 1. 2. disp. 221. cap. 6. n. 49. dicens. Ex his locis scripturae, & Concilij, hoc modo expensis; anno Domini 1580. in nostro Collegio Complutensi: & iterum Romae anno Domini 1587. in nostro Romano Collegio, dum publice scholas Theologiae docerem, deduxi non solum antiqua merita, quae peccato erant mortificata, per iustificationem reuiuiscere: sed etiam integre redire, ac si mortificata non essent per peccatum. Quae quidem Concilij testimonia, quod iam ab alijs ex nostris (Suarez) ad hoc ipsum probandum *usurpata* videam, maioris apud me momenti existimantur. Hæc Vazquez. Noua alia argumenta recentiores non addiderunt.

11 Impugnauerat iam hanc sententiam Dominicus Soto in 4. dist. 16. q. 2. in impugnatiōe tertie opinionis Nominalium his verbis: At vero ex hac opinione *multa incredibilia subsequuntur*. In primis enim consequitur; quod si quis innocentissimus, vt Ioannes Baptistæ, (mittamus enim Sacratissimam Virginem) qui magnis meritis copiosissimum gratiae cumulum adeptus, in multa collaberetur flagitia, & scelera: & post modum minimo legitima contritionis motu ad mentem rediret: consequeretur, in qua in quod iste per minimum illum contritionis motum, ex Dei auxilio procederet, eodem momento copiosissimam illam gratiam, & gloriam meritis respondentem recuperaret. Quod profecto necio quis concedat. Nam vt cumque Deus sit admiserendum pro omnipotissimus: tamen quod tantum amicitiae gradum hominem flagitiosissimum, eundemque ad se repidissime conuersum, vno momento reciperet, non videtur eadem sapientia, & iustitia permittere. Inter homines enim, ex quibus ad Deum argumentum sumere licet, qui Regi fuerat arduissima amicitia coniunctus, si illi sit multis modis iniurius, non qualicumque amicitiae

reconciliatione ista, facile ad tantum gradum apud Regem admitteretur. Ait S. Hier. quem art. 3. ad 2. citat. S. Thomas. *Quicumque dignitatem diuini gradus non custodiant, contenti fiant animam saluam reuerenti enim in pristinum gradum difficile est.* Et tamen illi totam gratiam recuperare facillimum faciunt.

12 Sed secundum arguitur ex ratione S. Thomæ. Contritio resurgens, non solum est vitima dispositio ad gratiam, quæ tunc confertur, verum & ad illam, per quam opera mortificata viuificantur: ergo sicut gratia noua datur secundum quantitatem illius dispositionis; ita & antiqua debet secundum eius proportionem restitui.

13 Tertio arguitur experientia, quæ constat viros, qui integerrimam vitam longo tempore degerunt, si postea vitijs illam contamiarent, segniores se sentire dum resurgunt ad virtutum officia. Quod non potest totum prauis habitibus acquiritis attribui. Nam certe si ad maiorem gratiam semper resurgerent, maiori quoque charitate imbuerentur, quæ cum ait S. Greg. hom. 30. in Euang. *otiosa non fit, sed magna operatur ubi est. Si vero operari renuit, amor non est: difficultatem illorum habituum superaret.* Qua propter viri prudentes, qui ab optima vita ceciderunt, eamque corruptis moribus deturparunt, vix putant ad pristinum redire gradum: quem ideo congeminatis poenitentiae fructibus recuperare contendunt. Tantum abest vt minimo contritionis actu illum arbitrentur lucri fecisse. Hæc Soto. Cuius ratio vltima, licet non ita expensa, est S. Bonauenturæ in 4. dist. 14. in 2. part. dist. art. 2. q. 1. & 2. Rationis secundæ sensus, & efficacia pendet ex dicendis pro sententia D. Thomæ. Nunc videamus quid ad hæc respondeant Auctores, qui sequuntur Nominales.

14 Vazquez dub. 3. num. 14. respondet ad auctoritatem S. Hieronymi, æquæ facile in sua opinione esse iustificari, & recuperari merita, & gratiam perditam apud Deum: sed non dignitatem in Ecclesia exteriori: de qua intelligitur caput, vt Glossa illius explicat: & tota illa distinctione de hoc tantum agit. Gratianus.

Facillime hæc euasio ex verbis textus refellitur: quia sola dignitas gratiæ est dignitas diuini gradus, quæ dat participationem diuinæ naturæ: Sed textus loquitur de dignitate diuini gradus; ergo lo-

quitur de dignitate gratiæ. Secundo, illa verba, *contenti fiant animam saluam*, manifestat, quod loquitur de detrimento spirituali gratiæ, & gloriæ: quasi dicat, licet non semper poenitentia omnia restituat, semper tamen restituit gratiam, qua saluamur: & hæc sunt adeo magna, quod his debemus esse contenti: quamuis difficile sit in pristinum gradum reuerti, gratiæ, & gloriæ, de qua est sermo.

15 Respondet Ripalda sec. 8. nu. 65. quod S. Hieronymus non negat quamcumque contritionem, per quam peccator animæ salutem consequi potest, sufficere ad recuperandam pristinam gratiam: sed tantum significat quamcumque contritionem consequentem pristinae salutis, & gratiæ, quamuis remissa, esse difficilem: atque adeo gaudere poenitentem debere, quod animæ salutem adeptus sit. Loquitur enim in genere de omni iusto, siue eo, qui ante peccatum diues meritis fuit; siue eo, qui nulla prius in statu iustitiæ, & dignitatis diuinæ merita exercuit.

Sed non solum voluntaria, sed etiam textui contraria, hæc euasio est verba enim, quæ ex dictis S. Hieronymi refert Gratianus dist. 50. (non 56, vt refert Ripalda) cap. 30. hæc sunt: *Qui cumque dignitatem diuini gradus non custodiant, contenti fiant animam saluam: reuerti enim in pristinum gradum, post lapsum, difficile est.* Quamuis in margine notetur, quod *post lapsum*, desunt fere in omnibus exemplaribus. Sed sensus idem est: & ideo etiam à D. Thoma illa verba omittuntur. Vbi clare loquitur de illis, quæ erant in alto gradu gratiæ: & difficultatem non assignat in eliciendo actu contritionis: sed adhuc postquam per poenitentiam, & gratiam sunt in statu saluationis, dicit esse difficile reuerti in pristinum gradum. Ergo è diametro ei opponuntur, qui non solum dicunt esse facile: imò afferunt poenitentem semper ad maiorem gradum gratiæ, & gloriæ resurgere. Verum est quod verba relata à Gratiano, apud S. Hieronymum non occurrunt. Sed quæquæ ualens ex Can. 27. S. Basilij ad Amphilochem insinuat Additamenti Auctori ibi, vt notat M. Ioannes Nicolai, tertia parte, quæst. 89. artic. 3. argumeto 2.

16 Primæ autem rationi responderet Suarez in fine sec. 2. num. 21. concedens, sequelam: & negans illud esse inconueniens aliquod. Nam quod minima con-

tritio integre reparat merita, potius est excellentia quædam virtutis poenitentiae, & diuinæ gratiæ, & misericordiæ: Et præcipue est commendatio meriti de condigno, quod tanti valoris est apud Deum, vt ad finale præmium obtinendum solum requirat conditionem illam decedendi in gratiam. Respondet etiam Ripalda sec. 8. num. 62. quod si poenitens titulo, & iure solius contritionis remissa in pristinam gratiam rediret; incredibile esset tantam, quantam prius, & maiorem etiam gratiam, & familiaritatem cum Deo comparare. Secus vero si titulo, & iure antiquorum meritorum, quæ adæquate redeunt, & omni gratia pristina condigna sunt, in eum statum restituatur: credibilis enim est Deum iuxta meritorum condignitatem, quam infra illam, gratiam largiri. Et recta ratio vendicat, & remissa omnino per poenitentiam iniuria, & confestim redeunte iure, & condignitate ad pristinam amicitiam, confestim etiam, qui iniuriauit, in pristinam beneuolentiam, & familiaritatem reuocetur: siquidem in pristinum indemnitate statum integra condonatione, ac obliuione iniuriæ, ac si numquam ea præcessisset, traducitur.

17 Cæterum, quod in se, & apud sapientes est inconueniens, non ex eo quod intrepide deuoretur, & absolute concedatur, desinit esse inconueniens. Ipsi vnicam solam conditionem exigunt vt post reuiuiscantiam meritorum integrum exigatur, & detur præmium: nos dicimus duas exigi condiciones, & non cum minori apparientia deducemus ex Concilio Tridentino, quam ipsi ex sola non expressione in illo, dicant pro libito ibi egregie suam sententiam confirmari. Cum tamen mirum sit testimonium tam egregium Concilij, nec pro, nec contra, fuisse notatum à Soto, & alijs doctissimis, qui Tridentino interfuerunt, nec in Scholis ad hoc intentum auditum, antequam à Vazquez fuit expensum, & à Suarez usurparum. Recole, quæ dixi dub. 1. §. 3. & lege dicenda hoc dub. §. 4. Quare dicimus ipsos petere principium, & supponere esse reuelatum, quod reuelatum non est. Vnde vnico verbo respondit D. Thomas in 3. dist. 31. q. 1. art. 4. q. 3. ad 4. quod *ipse per peccatum factus est alter, & non plenarie ad pristinum gradum restitutus; & ideo non plenarie recipiet effectum priorum meritorum.* Et bene Duraudus in 3. 31. quæst. 2. num. 8. ait: *Quod poenitentia*

restituit omnia, quæ sunt de necessitate salutis: non tamen oportet quod æqualia.

18 Nec satisfacit Ripalda exemplo ex humanis adducto à Soto: quia pariter posset dici, quod ille, qui Regi fuerat artificissima familiaritate coniunctus, & postea fuisset illi multis modis iniurius, postea qualicumque amicitia reconciliatione, non facile ad gradum amicitia, qui antea, sed ex iustitia ad maiorem amicitia vinculum deberet admitti; quod horrent hominum leges: & tamen maius quid dicunt Deum fecisse, & reuelasse. Similiter enim inter homines diceretur, quod non titulo nouæ reconciliationis: sed titulo, & iure antiquorum meritorum ad tam arctissimum amicitia vinculum admittebatur: quia per reconciliationem iura antiqua reuixerunt. Cui tamen omnes prudentes respondebunt: condonatas fuisse iniurias; sed opus esse vt nouis officijs ad pristinum redeat statum.

19 Præterea ex his, quæ reuelata sunt, veniamus in aliqualem cognitionem eorum, quæ apud Deum latent. Sapientia 10. ver. 2. dicitur, quod Deus, seu diuina sapientia, per suam gratiam, *eduxit Adam à delicto suo.* Et tamen in omnes posteros vsque ad finem sæculi transiit peccatum originale. Mortisque omnium hominum de facto est poena originalis peccati, & dhuc post reuiuiscantiam meritorum Adami. Vnde S. August. lib. 13. de Ciuitate Dei, cap. 6. *Cum ex primi hominis perpetua propagine, procul dubio sit mors poena nascentis: & cætera.* Et ad Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors.* Et cū S. Thobie cisset, quomodo remota causa non remouetur effectus? Respondet S. Thomas 1. 2. q. 85. art. 5. ad 2. quod huiusmodi defectus sunt ordinati secundum iustitiam Dei punientis (vt dixerat in corpore) sed culpa originalis, & actualis remouetur ab eodem: vt constat ex Apost. ad Rom. 8. *Sed utrumque sit secundum ordinem diuinæ sapientia congruo tempore: oportet enim quod ad immortalitatem, & impassibilitatem gloriæ, quæ in Christo inchoata est, & per Christum nobis acquisita, perueniamus conformati prius passionibus eius: & cætera.*

20 Deinde Dauid 2. Regum cap. 24. propter peccatum numerati populi, egit poenitentiam, & dixit: *peccaui valde in hoc facto: sed precor Domine vt transieras iniquitatem serui tui, qui stulte egimus.* Pcc.

Peccatum à Deo dimittitur: David à Deo in gratiam recipitur: eius meritum uiuificat: & tamen non omnia antiqua iura integra restituantur: siquidem Gad Propheta ex parte Dei ad David ait: *Hec dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige unum quod uolueris ex his, ut faciam tibi: & cetera.* Similiter 2. Regum 12. vet. 13. *Dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris: Verum: amen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter uerbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur.* Vniuersaliterque est certum secundum fidem Catholicam, & definitum à Concilio Tridentino sess. 6. cap. 14. & sess. 14. cap. 8. & can. 12. non semper à Deo totam poenā cū simul culpa remitti. De quo D. Thomas hac 3. par. q. 86. art. 4. & nos late ibi, dub. 7. Non est autem facile assignabilis ratio, cur poena temporalis remittatur paulatim, & inadæquate: & gradus pristinus gratiæ non restituatur etiam paulatim: cum gloria essentialis sit una in omnibus, quæ ut dicit S. Gregor. hom. 19. in Euangelia significatur per unitatem Denarij. Ideoque S. Thomas 1. 2. q. 5. art. 2. ad 1. ait, *quod unitas denarij significat unitatem beatitudinis ex parte obiecti: sed diuersitas mansionum significat diuersitatem beatitudinis secundum diuersum gradum finitionis.* Iuxta expositionem S. August. tract. 67. in illud Ioann. 14. *In domo Patris mei mansiones multe sunt:* Non est autem inconueniens, sed de facto eueniens, quod ius ad uisionem Dei in instanti infundatur, & diuersitas, & melioratio mansionis paulatim, & successiue acquiratur. Ergo cum excellentia uirtutis poenitentia comparatur esse difficile ad gradum pristinum restaurari.

Imò ipse Lugo disp. 3. sec. 2. nu. 70. docet, quod de facto fortasse Deus aliquando remissa culpa mortali, negat ad huc alicui auxilia ueriora, uel efficaciacia ad resistendum tentationi alicui graui, propter peccatum præteritum. Et hoc maius malum est, quam quod non omnia antiqua merita, integre, statim restituantur: quia solet mors aduenire in hoc peccato mortali: & propter illud dari. Ergo non mirum, quod reputemus inconueniens asserere minima attritione cum Sacramento, poenitentem omnino ad pristinum statum reuerti: & iniquitatem nunc præteritam nil ei nocuisse: & in maiori gratia, & amicitia cum

Deo iam esse. Nec est subtractio præmij: cum in actu secundo non detur, nisi iuxta mensuram gratiæ finalis: & ista semper iuxta mensuram dispositionis in adultis.

21. Vltimæ rationi Soti, quæ est etiã S. Bonauenturæ, responderet Vazquez dicto dub. 3. num. 14. dicens: Hæc tamen ratio parum aut nihil probat: hoc enim prouenit non ex minori sanctitate, & gratia habituali: hæc enim non prestat facilitatem in quacumque materia uirtutis: sed prouenit ex diminutione habituum uirtutum moralium acquisitarum: quæ hanc præstabant facilitatem. Conringere enim posset ut quis longo tempore in peccatis manens, habitus acquisitos admodum consumperit: & ita in proximis habeat uitiatorum habitus: unde, & ad uitia maxime procliuus, & ad uirtutem difficilis admodum sit. Resurgat tamen feruentissimo actu, quo, secundum omnium sententiam, restituatur antiqua etiã gratia integre.

22. Cæterum non satisfacit probationibus propositis à Soto, quas nec refert. Multaque admiscet iam impugnata q. 86. dub. 7. & 8. Habere iustificatum habitus acquisitos uirtutum, uel uitiatorum, est per accidens: & argumentum procedit de his, quæ per se, & regulariter contingunt. In iustificatione qualibet uitia debilitantur, & solum manent in esse dispositionum, ut q. 86. diximus cum D. Thoma ibi art. 5. Notanda etiam sunt illa uerba D. Thomæ in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. ad 5. dicentis, *quod facilitas operandi opera uirtutum potest esse ex duabus, scilicet, ex consuetudine præcedente. Et hæc facilitatem non tribuit uirtus infusa statim in sui principio. Et iterum ex forti, in habione ad obiectum uirtutis. Et hæc est inuenire in uirtute infusa statim in sui principio.* Quod in substantia etiam docet hac q. 39. art. 1. ad 3. Cum igitur sæpius non inueniamus statim post poenitentiam eandem fortem inhesionem ad obiectum uirtutis, ac inueniebamus antequam gratiam perderet per peccatum; signum est non qualibet minimam contritionem sufficere gratiam, & uirtutes in gradu in quo erant antea restituere: quia *habitus dat facilitate in per adiutorij appositionem, ut docet D. Thomas quest. 24. de Veritate. art. 4. ad 1. licet non remoueat impedimenta.*

Argumenta pro sententia Nominatum, probant nostram primam conclusionem.

bonem, infra subiiciendam: quod autem nihil conuincant contra secundam, ibi exponemus.

§. III. Sententia media reijciuntur.

23. **V**eniãmus iam ad sententiam mediam inter primam, & ultimam, quæ subdiuiditur in uariis dicendi modos: proponemus eos, qui certos habent auctores. Scotus in 4. dist. 22. q. unica. §. *De secundo articulo*, lit. H. v. *Per hoc*, asserit, quod *resurgens plura merita habet in acceptatione Dei, quam habuit quãdo cecidit: & per consequens ad maiorem gloriam ex ea parte ordinatur. Sed non oportet eum in maiori gratia resurgere: quia secundum eius dispositionem in de restando peccatum commissum, intente, uel remisse, datur sibi tunc maior, aut minor gratia.* Probauerat uers. *Ad hoc dico: quia non est idem habere plura merita in acceptatione diuina referuata in ordine ad præmium pro eis reddendum; & habere maiorem gratiam intensiue.* Vniuersaliter enim cuique merito debetur, non tantum aliquod præmium accidentale: sed etiam præmium essentielle: Patet: & cetera. Nec tamen per quodcunque meritum augetur statim gratia: nec habens plura merita, est semper in maiori gratia. Postea col. seq. aliam adiicit probationem dicens. *Hæc via tenens gradum essentialem gloriæ correspondere merito, consonat scripturæ, quæ in multis locis istam sententiam diuinæ iustitiæ asserit, quod reddet unicuique secundum opera sua*, in Psal. 61. & Rom. 2. Nusquam autem habetur quod reddet unicuique secundum habitum suum. Et consonat obseruantia legis diuinæ: quia secundum ipsum utile est continue, quantum possibile est, opera meritoria exercere, quantum remissa adeo ut per illa non statim augeatur gratia: quia correspondet singularis in acceptatione Dei determinatus gradus gloriæ. Nec a deo expedit saluare gratiam, quantum opus remissum agere, per opus suum, quam ille dormiens, in quo saluatur gratiæ sine tali opere, non tamen frustra iste egit; nec in nullo excedit illam, qui dormiuit. Imò per illud, quod egit, iam dignus est aliquo æterno bono: quo non est dignus ille. Hæc Scotus.

Qui dist. 21. antecedenti q. 1. §. In

ista questione, lit. f. uers. *Isud*, ait. *Isud est probabile in alijs, quia cum quodcunque meritum mereatur (ut credo) augmentum gratiæ: quia aliquem determinatum gradum gloriæ, ad quem requiritur ut dispositio praua aliquis gradus gratiæ: & non semper Deus post quemcumque actum meritorium augeat gratiam proportionatam: merito uidetur quod augmentum debitum meritis remissis, reseruet esse ad inflans mortis.* Hæc sunt formalia uerba Scoti, quæ retuli, ut nullus de eius mente possit dubitare: quamuis, qui cum non legerunt, pro ut libet, referant.

Fauet Durandus in 3. dist. 31. q. 2. ad 3. n. 9. dicens: *quod dato quod poenitentia uiuificat priora merita per peccatum mortificata; nõ oportet tamen quod restituat æqualem charitatem: quia ualor meritorum præcedentium pensabitur secundum charitatem in qua facta fuerunt; & non secundum charitatem, in qua poenitens resurgit.* Idem in re tenet Almain in 4. dist. 22. q. 1. Marsilius in 4. q. 11. art. 1. Monreinos. 1. 2. to. 2. disp. 36. q. 7. in fine n. 370. Latus Araujo. 3. p. q. 89. art. 6. dub. 5. & 6.

24. Quatuor argumentis impugnat hanc opinionem Soto illo art. 2. §. *Sed hoc admisso*, quarum summa est: *nã quod quis resurgat ad maiorem gloriam, quã gratia, res est prolus inopinabilis: nam gratia, quicquid quis fingat, esse non potest aliud, quam acceptatio ad gloriam.* Quare resurgere ad gloriam ut decem, nihil aliud est quam esse acceptum ad gloriam ut decem: atque adeo habere gratiam, & amicitiam ut decem.

Et confirmatur. Si homo esset gratus Deo, non per qualitatem, quæ in eo existeret: sed quia diligitur ab eo: sicut ego sum gratus amico: profecto fingi non posset ut sim acceptus ad gloriam ut decem, quim fuerim gratus ut decem, & dilectus ut decem. Itaque tria hæc, diligi, gratum esse, & acceptum ad gloriam, sunt semper paria. Ergo licet gratia sit qualitas qua homo dicitur gratus, & dilectus, & acceptus, æqualis erit, & gloriæ, & meritis.

Secundo, si homo resurgit ad tantam gloriam, quanta respondebat meritis, a quibus cecidit, & præterea ad illam, quæ contritioni adæquatur, cum illa essent accepta ad illam gloriam per aliquam gratiam; fit ut resurgat ad eundem gradum gratiæ, præter illum qui correspondet contritioni.

Na Quod

Quod autem respondet Scotus, quod alius gradus respondebat meritis, & alia gratia, est inopinabilis; quomodo, scilicet, alia gloria correspondeat meritis, & alia gratia; cum non sit nisi acceptatio meritorum ad gloriam meritorum?

25 Denique ad hominem arguitur: Si homo resurgit semper ad gloriam respondentem omnibus meritis: ergo resurgit ad eandem charitatem quā habebat: & cum secundum Scotum, gratia, & charitas sint idem; resurgit ad gratiam precedentem: atque adeo non ad illam solam, quā contritioni resurgentis responderet.

Principali argumento respondet Moresinos n. 370. quod in charitate, & gratia habituali, possumus attendere duas magnitudines: vnam formalem, quā est secundum intensionem, & quo gratia est magis intensa, eo est formaliter maior: quo minus intensa, est formaliter minor. Aliam vero magnitudinē consideramus in gratia, & charitate, virtualement, quā attenditur poenae ordinem ad plura merita. Vnde sicut in naturalibus potest esse semē arboris minus in quantitate formali, & maius in virtute: quia continet in virtute maiorem prolem, & maiorem fructum. Igitur gratia semper surgit maior virtualiter propter merita, quā reuiuiscunt: sed quantum ad intensionē, & magnitudinem formalem, ista gratia nō semper est maior: quia hęc magnitudo datur iuxta mensuram dispositionis.

26 Hęc distinctio vera est: sed male intellecta, & peius applicata; quęlibet gratia, siue data paruulo meritis Christi, siue data adulto interuentu proprię dispositionis, est minoris quantitatis in se formaliter, quam sit quantitas eius virtualis, quia est semen glorię, quā ex ea, quā est possessio ipsius Dei in se, est maius quam ipsa gratia. Et ad hoc intentum affert illud exemplum S. Thom. 1. 2. q. 114. art. 3. ad 3. dicens, quod *gratia Spiritus sancti, quam in presenti habemus, et si non sit aequalis gloria in actu: est tamen aequalis in virtute: sicut semen arborum, in quo est virtus ad totam arborem.* Non tamen asserit D. Th. nec est verum, quod crescente gratia virtualiter, ita vt sit semen maioris glorię, ratione augmenti promeriti per bona opera, & à Deo infus, non crescat entitatiue, & formaliter, & physice. Sed potius Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 10. docet iustificatos, & amicos Dei per obseruationem mandatorum in ipsa iu-

sticia, cooperante fide, bonis operibus, crescere, ac magis iustificari: iuxta illud Apoc. 1. vlt. *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* Et Eccl. 18. *Ne verearis vsq; ad mortem iustificari.* Ergo iuxta presentem prouidentiam, in Scripturis reuelatam, & in Concilio expositam, eisdem bonis operibus, & meritis eo ipso quod gratia crescit, & est maior virtualiter, & dat ius ad maiorem gloriam, crescit etiam formaliter, & facit hominem magis iustum, & sanctum coram Deo.

27 Equiuocatione sublata, procedunt iam argumenta, quę contra relata sententiam obijcit Bañez 2. 2. q. 24. art. 6. dub. 2. in impugnationē sententię Scoti: quoniam supposito, quod gratia à Theologo ponitur quidam habitus infusus, oportet consequenter loqui in augmento gratię: sed quando homo recipit gratiā in iustificatione, acceptatur ad tantam gloriam, quanta est gratia infusa: ergo quādo acceptatur ad maiorem gloriam, recipit maiorem gratiam eiusdem rationis cum illa, per quam iustificatur. Nam sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis.

28 Confirmatur. Quia quamvis gratia prout est qualitas infusa, sit forma per quam per se primo efficitur diuinę confortis naturę: tamen statim inde consequitur velut propria passio, quod homo sit acceptus ad tantam gloriam, quanta est gratia, per quam efficitur in tanta quantitate particeps diuinę naturę. Ergo inproportionabiliter asseritur acceptatio ad maiorem gloriam, & quod homo sit minus particeps diuinę, vel quod sit magis particeps diuinę naturę, & sic acceptus ad maiorem hereditatem: cum tamē dicant Apost. ad Rom. 8. *Si filij, & heredes.* Ergo qui perfectiori modo est filius per gratiam infusam, perfectiori modo acceptatur ad hereditatem. Et eadem quantitas glorię, correspondet gratię, vt radici merendi; & respondet vt formale premium bonarum, quā ex gratia procedunt: & sic redit unicuique iuxta opera sua. Vnde Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 16. docet quod bene operantibus vsque in finem, *propomenda est vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Iesum Christum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda.* Sed non crescit tanquam gratia, quin crescat tanquam merces; & cui debetur maior merces, habet

maior merces, habet maiorem gratiam. Duo alia argumenta ab inconuenienti, late ibi veget contra Scotum, Bañez. Et alia plura Suarez disp. 2. de reuiuisc. sec. 3. à n. 21. vsque 24. & Vazquez, & alij.

29 Aliam distinctionem adinuenit Victoria Relectione 8. de augmento charitatis n. 3. dicens, quod nō oportet quod gratia sit æqualis charitati. Quod probat in Christo, in quo secundum opinionem communem, fuit infinita gratia (vt docet D. Thomas 3. p. q. 7. art. 11.) Et tamen non fuit infinita charitas. Quod probatur, quia eadem ratione fuissent omnes alie virtutes infinitę: & essent actus eius infiniti; & infinita iustitia. Et ex consequenti non posset naturaliter viuere: quia ex infinita tristitia in voluntate, sequitur naturaliter tantus motus in appetitu sensitivo, quod non posset naturaliter cum illo viuere.

Quam doctrinā sequens Soto in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. & dist. 16. q. 2. art. 2. §. *Sed hoc admissio*: postea, §. *Verissimus*, tribus propositionibus nunc propositę dubitationi responderet. Prima. Ratione contritionis resurgentis, non solum confetur diuinitus gratia illi æqualis: verum & nouus gradus ratione meritorum mortificatorum, quę tunc viuificantur. Probatur, quia nō solum est dispositio ad nouam gratiam: sed ad viuificationem aliorum. Secunda propositio. Ille, qui summo conatu, quę per auxilium Dei habere potest, resurgit, præter gradum gratię respondentem contritioni, recuperat omnem gratiam, à qua ceciderat, siue magna fuerat, siue parua. Probat, quoniam si contritio est dispositio ad viuificationem operum, sit vt optima, quę esse potest, in integrum illa restituatur: nam, sicut posita dispositione, ponitur esse Æus; posita summa, ponitur summus effectus. Probat ex D. Thoma art. 2. ad 2. & ex Glossa Leuitici 7. & ex S. Chris. relato de penit. distinc. cap. *Talis*. Propterea etiam S. Hieron. dixit hoc esse difficile, quia raro contingit summam hanc habere contritionem.

30 Tertia propositio. Si contritio deficiat ab illa summa, in ea proportione, qua ab illa distat, restituitur antiqua gratia. Vt si contritio est medietas summę, restituetur medietas gratię, aqua homo cecidit: et si fuerit quarta pars, restituetur ei quarta pars gratię pristinę: quoniam si per summam penitentiam tota ruina reparatur; apparet, vt 6. & 7. Physicorū

docet Philosophus, quod illa sit proportio seruanda inter minores causas, & effectus. Colligamus ergo, quod resurgens semper ad aliquem gradum cumulatiorem gratię resurgit, quam sit quantitas contritionis. Non tamē semper ad tantū resurgit gratię cumulū, quāto ceciderat.

31 Concludit Soto. Opinione hanc, præter rationes dictas, ob id sum arbitratu veram esse, quod neque in nimium rigore iustitię vergit, dicentium non resurgere hominē, nisi ad gratiā æqualem contritioni resurgentis. Neque in nimiam misericordiam dicentium, quod semper homo ad maiorem gratiam resurgit: sed media ratione vtrumque extremum temperat. Hęc Soto. Qui §. *Secundum dubium* indecisum relinquit, vtrum per Baptismū tota gratia deperdita restituatur? Et tamen subiungit. Martyrium autem citra vllam ambiguitatem crediderim totam gratiam, in qua Martyr vnquam fuerat, renouare: nā illud reuera est intensissimū dilectionis opus. Et tandem, §. *Tertium dubium*, §. *Profecto*, primo ait, quod nō prorsus esset rationi absolum negare per solā attritionem cum Sacramento quicquam resarciri a missa gratię. Postea tamen concludit. Et ideo dicendum, quod licet attritione per se quicūque gradus contritionis sit melior: tamen per gratiam sacramentalem informata perinde valet ad restitutionem gratię præteritę, atque contritio. Et tunc est concedendum, quod per summam attritionē tota gratia restituitur. Hęc Soto. Et in substantia idem habetur in summa doctrinā Victorie, quā ex eius lectionibus edidit Thomas Chaves de poenit. n. 111. errore Typographię, num. 117. & 115.

Quę sequuntur Martinus Ledesma 1. part. Quarti, quęst. 30. art. 2. folio 602. dub. 2. & 3. Alvarez lib. 7. de Auxilijs, disp. 61. vbi n. 2. dicit, quod illa distinctio gratię in esse gratię, & in esse habitus, & qualitas, est expressa S. Thomę 3. p. q. 7. art. 11. & nu. 6. addit cum Soto, quod per actus sequentes contritionis, vel charitatis reuiuiscunt magis opera mortificata, quousque integrum restituantur quoad omne meritum. Confirmat ex S. Augustino tom. 8. ad illa verba Psalmi 125. *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro.* Aqua enim torrentis, quę cursu suo ad Mare properat, frigore hyemis, aut Aquilonis congelatur, & adheret pavimento, atque impeditur ne ad suum terminum per-

veniat. Austro autem fante, resoluatur in toto, vel in parte, iuxta calorē Austri, & mouetur sicut antea. Gratia, & merita, comparantur aquę Ioan. 4. *Fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam.* Congelatur autem aqua ista frigore subsequenti peccati mortalis: iuxta illud Ieremias. 6. *Sicut frigidam facit cisterna aqua suam, ita frigidam facit Israel iniquitatem suam.* Et ita mortificantur merita, & impediuntur, ne hominem perducant ad vitam æternam. Sed Spiritu Sancto flante, resoluatur aqua, vt iterum fluat, iuxta quantitatem feruoris in quo homo resurgit. Vnde in Psal. 147. scriptum est: *Mittit crysallum suam sicut bucellas; ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittere verbum suum, & liquet faciet ea. Habitu spiritus eius, & fluunt aquę.* Videndus ibi S. Agust. Et Alvarez. Isaie. 1. n. 54. & cap. 24. n. 13. Hanc Sententiam sequitur Vincentius Candidus to. 2. disp. 24. art. 46. dub. 5. & 6. & 7. & 8. & 10.

32 Ex parte idem docent Nuño 3. p. q. 89. art. 5. dub. 3. & 4. Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 34. Granados Controu. 7. de pœnit. trac. 6. disp. 3. sec. 3. à n. 15. & alij vniuersaliter docentes, quod per penitentiam reuiuiscunt merita mortificata ad præmium essentialè distinctum: sed secundum quantitatem contritionis, in qua homo resurgit. Vt si Petrus, ante morale peccatum habebat merita vt viginti, & resurgat cum contritione vt quinque, dabitur ei gratia, & charitas vt decem; quinque ratione presentis contritionis, secundum quod est dispositio ad gratiam: & alia quinque ratione eiusdem contritionis, secundum quod est causa vt merita mortificata reuiuiscant. Et idem est dicendum de actibus subsequentiibus proportionaliter, quoad vsque resurgant vniuersa merita præcedentia. Quam mediã sententiam probant argumentis primæ, & vltimæ sententiæ, quas hac via posse prudenter temperari.

Denique Valentia. 3. p. disp. 7. q. 6. puncto 1. asserit dari quandam certam dispositionis mensuram Deo notam, quæ ad integrum meritorum reditum apta, & adæquata sit: infra autem illam mensuram per partes quasi proportionales dispositionis redire etiam merita per partes. Additque non solum ad præsentem dispositionem, sed etiam ad præteritam anteriorum meritorum haberi respectum: & inde fieri vt plus homo recuperet de aliquis meritis, quam de nouo

uo acquirat per nouam dispositionem.

33 Ceterum de opinione Sori inquit Bañez 2. 2. q. 24. ar. 6. dub. 6. quod est mirabilis, & ab ipso, & à suo sapientissimo M. Victoria nouiter inuenta, vt partim cum D. Thoma conuenirent: & partim cum Scoto, & Nominalibus. Posteaque septem argumentis eam impugnat. Vazquez etiam 3. p. q. 89. art. 5. dub. 2. nu. 50. ait. Hæc tamen sententia diuinatoria mihi videtur, & falsa. Impugnat tamen duobus argumentis parum efficacibus: quia accipit verba, & rationes Sori in sensu omnino ab eius mente alieno. Alia obijcit Suarez disp. 2. de reuiuisc. sec. 3. à n. 6 vsque ad 9. & num. 24.

Efficaciora sunt argumenta Bañez: potiora seligemus. In primis illam doctrinam Victoria impugnat in annotationibus ad relectionem Victoria de augmento charitatis, quas apposuit 2. 2. folio 951. ita dicens. Hoc suppositum est falsum, & contra sententiam S. Thomæ. Falsum quidem esse probatur. Quia gratia consideratur à Theologis vt qualitas, per quam homo efficitur consors diuinæ naturæ, & à qua dimanat habitus charitatis, tamquam inclinatio, & propeusio potentia in Deum. Ergo quanto fuerit maius consortium cum diuina natura, erit maior inclinatio voluntatis per charitatem: vt sic verificetur quod ad Rom. 8. ait Apostolus: *Qui spiritu Dei agitur, ij sunt filij Dei:* sumus autem filij Dei per gratiam: agitur ergo per charitatē, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum. Ergo quanto perfectiores sumus in gratia filiorum, erimus etiã in charitate.

34 Quod autem sit contra S. Thomam patet nam 1. 2. q. 114. art. 8. ad 3. ait, *quod quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratia, sicut & gratia consumationem, quæ est vita æterna. Sed sicut vita æterna non statim reditur, sed suo tempore: ita nec gratia statim augetur, sed suo tempore: et scilicet aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratia augmentum.* Similiter loquitur S. Th. 2. 2. q. 24. a. 6. de augmento charitatis ad 1. quod quilibet actus charitatis meretur vitam æternam: non quidem statim accipiendam, sed suo tempore. Similiter etiã quilibet actus charitatis meretur charitatis augmentum: non tamen statim augetur, sed quando aliquis conatur ad huiusmodi augmentum. Ergo in via S. Thome non est differentia quantū ad augmentū gratia, & charitatis inter actus remissos, & intentos: nam æqualiter vt risq; meretur ho-

homo augmentum gratia, & charitatis. Nec valet ratio Auctoris adducta ex charitate, & gratia Christi: nam gratia habitualis Christi non fuit magis infinita, quam charitas: vtraque enim erat finita intensio in ratione habitus. Quod si gratia Christi est infinita, quia actus ex illa procedens ad infinitum meritum acceptantur, pari modo, & charitas Christi habitualiserat infinita, quia actus eius erant infiniti valoris apud Deum. Hæc ibi.

35 Quod confirmatur: nam iuxta mensuram gratia, erit mensura gloria: iuxta illud Apost. ad Rom. 8. *Si filij, & heredes: & sicut simpliciter sequitur ad simpliciter; ita magis ad magis.* Sed D. Th. 1. p. q. 12. art. 6. probat, quod *qui plus habebit de charitate, perfectius Deum videbit, & beator erit.* Et in 4. dist. 49. q. 1. art. 4. q. 4. per totam probat, quod *diuersitas in merendo tota reuertitur ad diuersitatem charitatis: & sic charitas vita distinguet mansiones per modum meriti.* Et cum opposuisset illud Psal. 61. ver. vlt. *Tradet unicuique iuxta opera sua* (quod erat fundamentum Scoti.) Respondet S. Thomas ad 2. quod opera non habent, quod eis retributio gloria redatur, nisi in quantum sunt charitate informata: & ideo secundum diuersos charitatis gradus, erunt diuersi gradus. Ad aliam propositionem Scoti, quod *nunquam in Scriptura habetur, quod redet unicuique secundum habitum suum.* Responderat D. Thomas ibi: cum enim obiecisset in tertio argumento, quod *præmium debetur actui, & non habitus:* vnde fortissimi non coronantur, sed agonizantes, vt patet 1. Ethic. cap. 10. & 13. Et 2. ad Tim. 2. *Non coronatur, nisi qui legitime certauerit.* Sed beatitudo est præmiū. Ergo diuersi gradus beatitudinis non erant secundum diuersos gradus charitatis. Respondet D. Thomas ad 3. quod *quomods habitus charitatis, vel cuiuslibet virtutis non sit meritum, cui debeat præmiū: est tamen principium, & tota ratio merendi in actu: Et ideo secundum eius diuersitatem præmia distinguuntur.* Quamvis ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merendo considerari, non respectu præmiij essentialis; quod est gaudium de Deo; sed respectu alicuius accidentalis præmiij; quod est gaudium de aliquo bono creato. Hæc D. Thomas. Ex cuius mente est manifestum, meritum præmiij essentialis adæquari charitati, hanc gratia, istam gloriam.

36 Præterea D. Thomas hac q. 89.

art. 1. assumit illam propositionem. *Hæc gratia consequitur omnes virtutes gratuite, sicut ex essentia anime fluunt omnes potentie: vt in 2. part. habitum est:* nempe 1. 2. q. 110. art. 4. ad 1. & 3. p. q. 7. art. 1. & q. 6. 2. art. 2. Ex quo infert isto art. 1. ad 2. quod eodem modo penitentia restituit virtutes, per quem modum est causa gratia. Vnde postea art. 2. ait: *Et ideo penitens quandoque resurgit in maiori gratia, quam prius habuerat, quandoque autem in equali, quandoque etiam in minori.* Et eadem ratio est de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur. Vbi Caietanus ait, quod *ex hoc quod virtutes consequuntur ad gratiam, absque scrupulo ambiguitatis cuiusque deducitur, quod ad maiorem gratiam sequuntur maiores virtutes, & ad maiorem minores.* Ergo ex mente D. Thomæ, non stat, quod crescat gratia, vel restitatur in esse gratia, & quod in eadem proportionem non restitatur, vel crescant charitas, & alia virtutes. Et è contrario, eo ipso, quod per bona opera homo fiat sanctior, & crescat in ista, vel illa virtute, eo ipso proportionaliter crescit in alijs virtutibus, & in charitate, & in gratia. Vnde D. Thomas 1. 2. q. 66. art. 2. probat, *quod omnes virtutes vnius hominis sunt æquales quadam equalitate proportionis, in quantum equaliter crescant in homine: sicut digiti manus sunt inæquales secundum quantitatem; sed sunt æquales secundum proportionem, cum proportionaliter augeantur.* Quod & docet ibi art. 1. ad 1. & q. 73. art. 2. ad 3. & in 2. sent. dist. 42. q. 2. art. 5. ad 6. & in 3. dist. 36. art. 4. corp. Quest. 2. de Malo art. 9. ad 8. & quest. 5. de Virtut. art. 3. cor.

37 Nec satisfacit discrimen, quod assignat Soto in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. §. *Nihilominus, cur aucta gratia, non augetur charitas: quoniam charitas (inquit) est habitus voluntatis operatiuus, ex quo elicitur actus: & in naturalibus calidum non augetur per agens remissius. Sed gratia non est habitus potentia: sed acceptatio ad gloriam. Quare stat non augeri charitatem, & tamen augeri gratiam.* In primis hæc doctrina omnino est aliena à mente D. Thomæ, qui vbique eodem modo discurret de augmento gratia, & charitatis, vt vidimus. Deinde S. Aug. de gratia, & lib. arbit. c. 6. & de corrept. & grat. c. 6. & lib. 1. ad Simplicianū, q. 2. docet, quod ex gratia incipiunt merita hominis. Quod exponens S. Thom. 1. 2. q. 110. art. 4. ad 2. ait, quod *gratia est principium me-*

virtutum operis mediis virtutibus, sicut essentia anima est principium operum vite mediis virtutibus potentibus. Sicut ergo principia proxima actuum, quæ sunt habitus charitatis, & virtutum non crescunt, nec intenduntur nisi crescentibus actibus, & in sententia S. Thomæ, & nostra, solum cum prorumpit in actus feruentiores: ita pariter dicendum de principio radicali, & primo constituyente naturam supernaturalem, quæ est gratia. Quæ non crescit effectius per nostros actus; sed augetur à Deo actibus concurrentibus dispositiue solum, & semper cum augetur charitas.

38 Illa distinctio Alvarez, & aliorum de gratia crescente in esse morali, non aucta in esse physico; nullam habet veritatem, vt constat ex dictis: nec fundamentum in D. Thom. quia licet variè illo art. 1. exponatur, ita, vt decem sententias referat ibi Nazarius contr. 1. & postea alia sint exorta: tamen verus, & planus litterarum sensus est, quod gratia Christi entitatiue & physice, est quid finitum, eiusdem speciei cum gratia aliorum iustorum: modaliter, physice, secundum quid habet quædam infinitatem, quia habet omnimodam plenitudinem in se, & virtutem vt se extēdat ad omnes effectus gratiæ. Sic exponit D. Thomam Caietanus ibi, Lorca disp. 42. n. 9. & Godoy trac. 5. disp. 26. §. 7. Quia S. Thomas q. 29. de Verit. art. 3. ad 4. & in 3. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 2. ad 4. nullam aliā in gratia Christi agnoscit infinitatē moralem, quam desumptam ex circumstantia personæ. Infinitas autem physica est in finitas secundum quid: Sicut si dicamus (inquit S. Thomas) lucem solis esse infinitam, non quidem secundum suum esse; sed secundum rationē lucis: quia habet quicquid ad rationē lucis pertinere potest. De quo exēplo videatur S. Thomas in Cōpendio Theol. opus. 2. cap. 21. §. Est igitur infinita, quia summa, illimitata, & plena; quamvis finita essentialiter. Ex quo nil ad propositum sententiæ, quam impugnamus.

39 Præterea arguit Bañez ponderans illa verba D. Thomæ art. 2. Et eadem ratio est de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur: fol. 937. si homo, qui habuit ante peccatum charitatem vt decem, resurgat per contritionē vt quinque, tunc habitus penitentiæ solum erit vt quinque: quia debet proportionari suo primo actui. Similiter etiam habitus charitatis erit vt quinque: quia tantum dolet, quantum amat: Tūc ergo rogo, an habitus gratiæ sit vt quinque?

que? Et si est; habeo intentum. Si autē est maior? Ergo non est eadem ratio de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur. Hoc argumenti solui non potest, nisi forte dicatur, quod habitus penitentiæ, & charitatis non proportionantur cum actu suo presenti. Quod tamen falsū apparet: quia illa maior perfectio habitus non potest proportionari cum actibus præteritis tantquam cum dispositione subiecti: quod requiritur secundum D. Thomam art. 2. & postea ex Concilio Tridentino deducemus: & temper resurgeret homo in maiori virtute, vel in maiori gratia, & in minori virtute. Nec etiam proportionari possunt cum illis præteritis tamquam præmium cum merito: quia per merita, quæ manēt in acceptione diuina non meretur homo maiorem gratiam sibi dari in iustificatione, quam respondeat dispositioni presentis: alioquin non tota gratia iustificationis impij daretur mere gratis; sed partim gratis, partim ex meritis. Quod non consonat Apostolo ad Rom. 3. & 11. & Concilio Tridentino sess. 6. cap. 8. docenti: *Gratis autem iustificari ideo dicimur; quia nil eorum, quæ iustificationem præcedunt, sine fide, sine opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur.* Quæ verba, cum vniuersalissima sint, non solum debent verificari de fide, & operibus factis in statu peccati: sed etiam de fide, & operibus factis in prima charitate: quia vt probat D. Thomas 1. 2. q. 114. art. 7. nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum, neque merito condigni, neque congrui. Et sicut gratia secundæ iustificationis datur gratis, ita gradus gratiæ, & virtutum. Dispositio autem eadem quæ est ad gratiam, est ad virtutes. & quæ sufficit ad nugendas virtutes sufficit ad gratiam augendam.

40 Tertio principaliter impugnatur secunda illa propositio: de summo conatus sed quia vnusquisq; accipit in diuerso sensu: & impugnationes multiplicantur, forte sine fructu, & efficacia. Inquit, an loquatur de summo absolute? An solum de summo respectiue? Si primum: in Clementina, Ad nostrum, de hereticis, damnatur error dicentium, hominem in via posse peruenire ad talem gratiæ gradum vt non possit ultra proficere. Et S. Thomas 2. 2. q. 24. art. 7. probat, quod charitatis augmento nullus terminus præfigatur in hac vita. Et in humanū esset, quod omnis peccans mortaliter, in prima sua conuersione teneretur summo possibili amore diligere Deum:

Deū: alioquin priuaretur meritis præcedentibus: si quidem Deus non exigit ab homine plus quam ferat humana conditio: & neino repente fit summus, & a statu peccati mortalis, nisi miraculose non posset transire ad gradum summæ sanctitatis perfectorum. Si vero loquatur de summo respectiue ad auxilium gratiæ Dei efficacis? Sic prima ratio diuersitatis est accipienda ex parte ipsius Dei: & sic est infallibile quod nec maiorem, nec minorem accipiet actum, dispositionem & augmentum gratiæ, quam à Deo accipiat præparationem, & auxilium gratuitum, vt constat ex S. Thoma 1. 2. q. 112. art. 3. & 4. Si loquatur de summo respectiue ad conatum liberi arbitrij sine gratia: sic nihil possumus, vt constat ex Cōc. Trid. sess. 6. can. 3. si comparatiue ad auxilium sufficiens: sic stat quod in nullo desit gratia Dei: & minus intense peniteat quam alius maiori auxilio gratiæ vocatus. Et similiter restat assignanda ratio cur isti restituantur omnia præterita, & alij non restituantur. Si loquitur de summo comparatiue ad gradum gratiæ, quæ antea habebat, cum ista contritio solum disponat pro gradu vt decem, restat assignanda ratio cur sine proportionata dispositione detur gratia vt viginti. Quod si dicatur sufficere esse ablatum impedimentum: qualibet minima attritione omnia restituentur, vt dicebat prior sententia: à qua istæ mediæ intendunt distare: nec assequuntur.

41 Denique contra omnes istos modos dicendi est: quia, quæ asserunt, reuelata non sunt: neque ipsi reuelationem promunt. Non sunt demonstrata, vt patet. Sed alias ex libera Dei voluntate maiori ex parte pendunt. Non ergo nisi diuinando, & ex proprio arbitrio proportionales excogitando, possunt asserere tot gradus deperdi: & tot remanere. Ergo, vel debent cum Nominalibus asserere solum exigi, quod penitentia remoueat impedias peccatum, & non desiderari villam dispositionem vt omnia redeant; vel debent cum D. Thoma dicere, illud ius fuisse remorum, & actuale præmium solum conferendum iuxta gratiam finalem, & hanc non excedere dispositionem in qua penitēs resurgit. Vnde Vazquez 1. 2. disp. 22. r. cap. 6. n. 42. contra Soro ait: *Non possum non mirari iudicium doctissimi viri, qui quasi palmo mensus esset latitudinem, profunditatem, & altitudinem nostre iustificationis, ita ausus est meritis anti quis renouandis*

mensuram, & terminum assignare. Specialiter modum dicendi Valentia impugnat Ripa da sec. 7. n. 59. Primo, qui oneri succumbens ad ignota sacramenta recurrens: quod parum est Theologicum: cum Theologici studij, ac laboris sit, obscura eorum arcana reuelare. Secundo, quia aut dispositio determinata est necessaria ex natura rei ad reditum meritorum; aut ex sola lege Dei? Si ex natura rei necessaria est? Principia quæ testantur naturalem eius necessitatem, testari quoque poterant eiusdem intensionem, quin soli iudicio, & notioni Dei ea relinquatur. Si vero ex sola Dei lege necessaria sit? In primis eius legis aliquod testimonium dandum est: quod nullibi reperitur. Deinde, saltem sequitur ad reditum integrum meritorum ex natura rei nullam esse dispositionem necessariam. De quo tamen iam pergimus disputare. Alia obijcit ibi contra modum dicendi Soro, & Nuño, & Granada à n. 55. vsque ad 60. & alia argumenta etiam obijcit Auersa q. 6. sec. 6. & alia opponunt alij.

§. III. Probatursententia D. Thomæ.

42 **T**anta Theologorum varietas, & dissensio, demonstrat mysterium hoc hucusque non esse reuelatum, nec ab Ecclesia diffinitum, nec à Theologis demonstratum: & ideo in re incerta, mihi probatur sententia D. Thomæ antiquorum communis: quæ, si claris terminis exponatur, forsam multis, sicut & mihi, omnino vera videbitur. Pro quo recolendum, vt iam coepimus dicere, quod meritum vitæ æternæ, aliquando quidem est quasi in actu primo, & quasi remotum quia licet sibi debeatur vita æterna, non solum vt hæreditas per Christum, sed etiam vt merces bonorum operum, supernaturalium, quæ sunt facta in Deo, & propter Deum: tamen dependent ab eo quod a merente non apponatur impedimentum, nec perpetuum, nec temporale nec merens mutetur spiritualiter, & fiat quasi alter: & quod finaliter coniungat gratiam cum morte: quod est perleuerare vsque in finem. Secundo potest esse meritum vitæ æternæ, & gradus mansionum illius quod est in actu secundo completum, omnibus impletis conditionibus: ita vt verificetur illud Matthei 20. *Vocati operarios, & redē illis mercedē.* Quod sit in mor:

morte, & in ipsa collatione gloriæ, iuxta statum gratiæ, & virtutum, & operum. *Opera enim illorum sequuntur illos, ut dicitur Apocalipsis 14. Quod explicatur à simili ex dictis hic q. 86. & latius 2. 2. q. 24. art. 6. cum D. Thoma ibi & in 1. dist. 27. q. 2. art. 3. & in 2. dist. 27. q. unica art. 5 ad 2. quod est in gratia, & charitate ut de cem, & operatur plures actus charitatis ut vnum; quolibet simpliciter meretur vitam æternam, & ex illius operis sibi debetur ut merces: sed non quilibet meretur novum, & distinctum gradum, quia non se disponit propinque sed solum remote & augmentum. Si autem habitatus & exercitatus per illos actus remissos, prorumpat in actum ferventiorum, affert ultimam dispositionem ad augmentum: & cum effectu consequetur augmentum gratiæ, & gloriæ. Apponit exemplum D. Thomas illo art. 6. ad 2. dicens: *Quod etiam in generatione virtutis acquisita non quilibet actus complet generationem virtutis: sed quilibet operatur ad eam ut disponens, & ultimus, qui est perfectior, agens in virtute omnium precedentium, reducit eam in actum: sicut etiam est in multis guttis cavantibus lapidem. Quæ exempli gratia, & propter consequentiam doctrinæ, nunc adducuntur: & alibi ut in proprio loco latius firmantur.**

43 Dico ergo primo, loquendo de præmio vite æternæ in actu primo, quantumvis minima contritione, vel etiam si sola attritione, virtute sacramenti poenitentiae, habens opera mortificata per peccatum, per poenitentiam iustificetur, reuiviscunt omnia eius merita quoad præmium totum substantiale, & accidentale. Hoc adminus docet S. Thomas hac q. 89. art. 5. & probat eius ratio: & si sensus illius percipiatur, nullus Theologus eam negat: quia merita priora non erant extincta, sed impedita per peccatum; per poenitentiam ablatum est impedimentum: cum ergo maneat in divina acceptatione, per poenitentiam recuperant efficaciam perducendi eum in vitam æternam quod est ea reuiviscere in actu primo. Unde D. Thomas quodlib. 5. q. 12. art. 24. ait. *Poenitentia restituit homini præmia prius habita. Quod convincunt argumenta primæ sententiæ. Et ideo amplius non oportet probare: quia de ista conclusione non est dissensio.*

44 Dico secundo, quoad præmium in actu secundo reddendum, & consequendam, de facto non consequetur poenitens

maius præmium, quam correspondeat quantitati physice charitatis, & gratiæ, in qua finaliter invenitur, nec erit maior quam fuerit fervor dispositionis correspondens ultime gratiæ. Unde poenitens quandoque consequetur maiorem, quandoque æqualem, quandoque minorem gloriam essentialem, quam si mortuus fuisset antequam mortaliter peccasset. Perspicuum videtur omnibus sincere mentem Angelici Doctoris scrutantibus, hanc assertionem esse illius: ostendimus enim proportionaliter crescere gratiam & charitatem: & quod neutram, nec aliquam illarum opera augent moraliter, quin augeantur physice. Sed toto art. 2. probat D. Thomas, quod *Poenitens quandoque resurgit in maiori gratia, quam prius habuerat, quandoque autem in æquali, quandoque etiam in maiori.* Totumque fundamentum, & unica ratio diversitatis est, secundum quod poenitentia, quæ est ultima dispositio, est intensior, vel remissior. Ergo tota mensura graduum gratiæ, & charitatis in via, & præmij in patria; non sunt ea, quæ præcesserunt; sed dispositiones cum quibus resurgit, & status gratiæ, & charitatis, qui finaliter in morte repertus fuerit.

45 Quæ doctrinam suo tempore fuisse communem, testatur D. Thomas in 3. Sententiarum dist. 31. q. 1. art. 4. q. 1. dicens. *Oportet dicere, sicut & communiter dicitur, quod aliquis potest post peccatum in maiori, & in minori, & æquali charitate resurgere.* Quod & repetit, & exponit in tota illa quasi univula, & secunda, & tertia: specialiter ad 4. ait, quod *per priora merita merebatur sibi tantam gloriam, quantum charitatem habebat: sed ipse per peccatum factus est alter, & non plenarie ad pristinum gradum restitutus: & ideo non plenarie recipiet effectum priorum meritorum. Nisi quantum ad præmium accidentale, quod mensuratur actibus, magis quam habitu charitatis.* Hæc D. Thomas, qui hac via verificat, & concedit, quod assumpserat, quod gloria proportionatur charitati, in qua in morte invenitur post poenitentiam: quia *lignum ubi ceciderit, ibi erit.* Eccl. penul. Ecce, quod non reputat in conveniens, sed potius expresse asserit, quod sæpe poenitens resurgit in minori charitate, & gratiarem docet, quod non plenarie recipiet effectum priorum meritorum, nisi faciat actum, qui sit ultima dispositio ad tantam gratiam, quantum antea habebat. Actus autem remissiores, solum sunt dispositio-

nes remotæ pro gradu intenso. 46 Totam autem istam doctrinam, non retractat; sed confirmat, & applicat, in loco, ubi totum pondus difficultatis sibi obiecerat: siquidem hic art. 5. in tertio argumento opponit. *Opera in charitate facta merentur gloriam secundum quantitatem gratiæ, vel charitatis. Sed quandoque per poenitentiam homo resurgit in minori gratia, vel charitate. Ergo non consequitur gloriam secundum meritum priorum operum. Et ita videtur quod opera per peccatum mortificata non reuiviscant.* Ecce pondus rotius difficultatis D. Thomas obiecit. Si teneret sententiam Nominalium, deberet negare minorem, & debere quatuor articulos prius scriptos, tres in 3. sententiarum, & totum art. 2. huius questionis. Si teneret sententias Scoti, Soti, Nuño; & aliorum, deberet distinguere minorem: quod esset impugnare totum quod dixerat 2. 2. q. 24. & 1. 2. q. 114. & alijs locis relatis. Consequenter ergo loquens, concedit maiorem, & minorem: & distinguit consequens: & loquendo de præmio accidentali, omnino negat; propter rationem assignatam in 3. sententiarum: quia hoc præmium mensuratur magis actibus, quam habitu charitatis: loquendo vero de præmio essentiali, subdistinguit: & ait, quod si ipse disponatur ad gratiam, & charitatem, quam habebat antea, præmiabitur, ac si nunquam peccasset: si vero tepide operatur, eum factus sit alter, non recipiet ad æquatæ, & plenarie: quia nec sibi debetur, nisi iuxta mensuram gratiæ finalis. Ad tertium, inquit, *dicendum, quod ille qui per poenitentiam resurgit in minori charitate, consequetur quidem præmium essentiali secundum quantitatem, in qua invenitur. Habebit tamen gaudium maius de operibus in prima charitate factis, quam de operibus, quæ in secunda fecit: quod pertinet ad præmium accidentale.*

47 Certe in hoc puncto magis probo ingenuitatem, & sinceritatem Vazquez, quam studium, subtilitatem, & apparentem reverentiam Suarez, qui tot cartas consumpsit ne videatur premi auctoritate D. Thomæ, & tandem non solum eum deserit, sed cõscitatem pronunciat in solutione difficultatis gravissimæ quinque ab ipso tactæ. Vazquez ergo 3. p. q. 89. art. 5. dub. 2. n. 58. ita ait. *Sed licet ego falsam existimem: crediderim tamen esse D. Thomæ, & Caietani, & forsam antiquorum, quos retuli. Idem sæpe asserit dub. 3. & 1. 2. disp. 221. cap. 5. Suarez tamen in*

Relec. cit. disp. 2. sec. 1. à n. 44 dicit, quod *in nostram sententiam D. Thomam trahimus, sed sine fundamento.* & sec. 2. à n. 13. sed sec. 3. n. 4. non habens quid responderet, concludit, quod *revera difficillimum est id intellegere.* Quod & profequitur n. 14. & n. 19. intendit probare esse repugnantiam in doctrina D. Thomæ: & tandem ait. *Est ergo hac in parte sententia D. Thomæ mihi difficilis, & obscura.* Et n. 23. probat. *Quod inanis est distinctio, cui immititur Scotus.* Et totus iste triumphus est, ut palmam deferat Nominalibus. Postea vero in 3. p. q. 89. art. 2. explicans discursum D. Thomæ dicit esse *creata difficillimum:* & post tentatas varias expositiones de quibus dicit, quod habent *nescio quid acumen in ad fugiendum sententiam* (nos acumen in Commentatore exigimus ad defendendum; non ad fugiendum: si quidem S. Hieronymus in Apol. ad Pamachium ante finem, ait. *Commentatoris officium est, non quid ipse velit dicere: sed quia sentiat ille, quem interpretatur, exponere. Alioquin, si contraria dixerit; non tam interpret erit, quam adversarius eius, quem nititur explanare*) illam, ne D. Thomæ illam attribuamus. Sed non video ad quid propoluit interpretationem, de qua ipse Suarez ait. *Itaque tota hæc interpretatio lubrica est, & gratis excogitata.* Et tandem fatetur, quod nihil invenit quod ex omni parte sibi satisfaciatur. Postea articulo quinto, cum totum commentarium per septem numeros consumpsisset ut alio detorqueret sensum D. Thomæ, videns frustra se in omne latus vertere, ac concludit. *Fateor me non satis intellegere qui d. D. Thomæ in hac solutione sibi voluerit. Et libentius dicere non satis accurate hic respondisse, quam propter unum verbum, quod excidere solet in solutione unius argumenti sententiam aliquam improbabilem, & alijs principijs eius repugnantem illi imponere.* Hæc Suarez.

48 In cuius verbis miror licentiam notandi alienas sententias: cum suam proponit, videretur contentus sola maiori probabilitate: & postea, ut carpat Bañez, non vestitus antiquorum omnium auctoritatem, & ipsius D. Thomæ, pronunciat probabilem non esse, cum tamen in Rel. disp. 2. sec. 1. n. 13. dicat se ommissurum censuras. Deinde ipse Suarez n. 2. dixerat: *Tota ergo difficultas huius articuli, imò huius materie quoad mentem D. Thomæ, posita est in solutione ad 3.* Ergo pronuncians ibi ad 3. non satis accurate respondisse, & verbum improbabile excidisse, potius est a per-

per te aperte impugnare D. Thomæ sententiam, vt falsam, & improbabilem, & Inconsiderate prolatam: quam eam exponere. Cum etiam tot D. Thomas vicibus difficultatem tetigerit, & adeo ex professo contrastrauerit, mirum est quod nunquam considerauerit quid debuit respondere. Vnde nouissime Ripalda disp. 91. n. 65. ait. *Apertitus fauet (ingenua fateor) opposita sententia, quam nostra.* Et disp. 90. n. 130. dicit *fateor ingenua à D. Thoma negari augmentum debitam actibus remissionibus statim iusto concedi.* Sed de mente D. Thomæ hæc satis.

49 Eadem fuit sententia Alexandri Aletensis in edit. antiqua 4. n. q. 53. memb. 5. ad 7. & in nota 4. p. q. 12. membro 4. art. 5. prout refert, & sequitur Raynerius in Pantheologia to. 3. verbo Poenit. cap. 13. §. 3. Et Mathias Aquarius in 4. dist. 14. nobiscum tenens, ait, quod *hæc est opinio Doctorum antiquissima, vt Aletensis, & Bonauenturae, & aliorum.* Sed quia Suarez conatur eum in alium trahere sententiam, subiicitam integra eius verba S. Bonauentura in 4. dist. 14. parte 2. art. 2. q. 1. cum oppositam tetulisset opinionem, eam impugnans, ait, esse falsam. *Tum quia tandem se super falsum. Tum quia super incertum. Super falsum in hoc quod dicit, quod remuneratio operum meritoriorum respicit rationem, ex qua facta sunt (Hoc est fundamentum contrariæ sententiarum: de quo subiicit S. Bonauentura) Quod falsum est: sed potius radicem in qua renouiscunt. Nam quæ animi remunerarentur, nisi finalis charitas superueniret.* Postea non approbat quod semper in maiori charitate resurgat poenitens: *Cum videamus signa ad contrarium.* Tandem propriam proponit conclusionem, dicens. *Ideo credo quod probabilior est talia opinio, quod resurgat in equali, & maiori, & minori secundum quod se melius peccauerat, & diuina largitas dispensat.* Quod est tenere sententiam propter fundamenta ipsa D. Thomæ. Sequitur Paludanus in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. n. 28. & dist. 22. q. 1. n. 7. Capreolus in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. in prima respons. ad 1. Scoti, licet variare videatur. Soncinas in Epitome in 4. dist. 14. q. 2. conc. 2. Optime Caiet. hac 3. p. q. 89. art. 5. Petrus à Soto lec. 6. de poenit. in fine. Mathias de Paz in Relec. de Reuiviscencia meritorum, quam edidit Salamanca anno Domini 1517. Bañez 2. 2. q. 24. art. 6. dubio 6. à folio 934. vsque 946. Pater Michael Marcus Lector Sacre Theologiae in Collegio Complutensi Societa-

tis Iesu, in manuscriptis 3. p. q. 89. art. 5. dub. 1. statuit secundam conclusionem his verbis. *Probabile est nihil præmij essentialis accrescere meritis mortificatis vsq. ad primam opinionem (quæ erat ista). Pates ex auctoritate grauissimorum Doctorum antiquorum, & modernorum, qui illam opinionem tenent: inter quos videtur esse D. Thomas locis supra citatis. Confirmatur ex argumentis factis pro eadem opinione: quæ non sunt parua difficultatis.* Hæc ibi, Sed nouissime absolute sequuntur. Doctor eximius Franciscus Syluius 2. 2. q. 24. art. 6. & hac 3. p. q. 89. art. 5. Thomas Hurtado in Præcursore Theologo disp. 2. de reuivisc. operum controu. 1. membro 8. §. 2. conc. 3. & 4. à fol. 97. vsque 108. vbi tamen confundit Auctores huius, & præcedentis sententia.

50 Probatur primo, ex illo, quod sibi reuelatum refert S. Ioannes Apostolus, & Euangelista, vt Episcopo Ecclesie Ephesinae scriberet, Apoc. cap. 2. ver. 5. *Memor esto itaque vnde excideris: & age poenitentiam: & prima opera fac. Sin autem venio tibi: & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris.* Et quamvis aliqui velint pro certo statuere hunc Episcopum non amisisse charitatem: sed de charitatis seruire non nihil remississe: vt docent Richardus de S. Victore, Alexander Aletensis, Charthufianus, & Lyra, & alij, quos refert, & sequitur Blasius Viegasia Apoc. cap. 2. sec. 7. n. 1. & 2. Legentiam Sacrum Concilium Tridentinum sec. 6. cap. 14. *Oppositum eris omnino indubitatum, nempe quod hic sit sermo de peccato mortali, siue Episcopi, siue subditorum, de quo præcipit, quod agant poenitentiam. Quia isto testimonio contra hæreticos probat, lapsos, qui per peccatum mortale gratiam iustificatam perdididerunt, posse tantum malum reparare per poenitentiam. Quod argumentum nullius esset apparientia, si ille contra quem ibi, non peccasset mortaliter. Secundo, eodem tenore verborum, & contextu, absque discontinuatione, inducit hæc verba Apoc. 2. & alia 2. ad Cor. 17. & Marci 3. & quæ nec ipsi hæretici negant intelligi de mortaliter peccantibus, quibus æternum supplicium minatur, nisi faciant fructus dignos poenitentia. Ergo Apoc. 2. est sermo de poenitentia mortalium. De quo intelligit S. Greg. lib. 5. epist. 53. ad secundum num. relatus cap. *Quia, anctitas.* dist. 50. cap. 16. Verum est esse probabilem *gultorum expositionem, quod hæc ex pro-**

batio non est de peccatis mortalibus Episcopi: quia, vt dicit Lyra, *dicitur Expositores communiter, quod iste fuit Thimotheus Pauli discipulus, quem constituit Episcopus Ecclesie Ephesinae: sed de peccatis mortalibus subditorum, de quibus sub nomine Angeli, & Episcopi subditi redarguntur, iuxta regulam Ticonij, a libi sæpe approbatam à S. Augustino.* Vnde S. Thomas Apoc. 2. ait. *Vel potest dici, secundum regulam Ticonij, quod illa commendatio præcedens est quantum ad aliquos de subditis: hæc autem argutio quantum ad quosdam alios. Etiam Prælate adscribit, quæ sunt subditorum. Et tunc est sensus: charitatem tuam primam reliquisti, in alijs. Quæ etiam est expositio Prima.*

51 Iuxta Concilium ergo, siue Prælati, siue subditi præcipit Spiritus Sanctus tria, vt recuperent pristinam gratiam: primo profundam, & attentam meditationem culpæ præteritæ, & bonitatis diuinæ: secundo vt plenariam agant poenitentiam: tertio vt operentur cum seruire pristino. Et hæc tria non docet per modum consilij: sed quolibet horum efficiente, comminatur multa mala gratia priuationis, & virtutum in tempore, & in æternitate. Iuxta oppositas vero sententias, ad hæc mala vitanda, sufficeret minima attritio. Ergo valde conformis est Scripturæ, sententia D. Thomæ. Cum innumeris super Apocalysim scripserint, si singulorum verborum varias interpretationes afferam, probatio, non lucem, sed confusionem ministraret sufficiens verba D. Thomæ ibi dicentis. Hic ponit admonitionem: & hoc quantum ad tria, scilicet, ad damni considerationem: *Memor esto vnde excideris:* quia à Charitate S. Bedæ: si de charitate excidit es: quia *Deus Charitas est.* (Hæc S. Bedæ: & S. Th. est explicatio Tridentini). Vel vnde, scilicet, à consortio fidelium: quia statu gratia, & charitatis cecidit; iam non est de societate fidelium, merito, & participatione bonorum, quam habet iustus. Psal. 118. *Particeps ego sum omnium timentium te.* Secundo, quantum ad peccati satisfactionem. *Et age poenitentiam* satisfaciendo. Matthæi 3. *Facite ergo fructum dignum poenitentia.* Tertio, quantum ad operandi feruorem. *Et prima opera fac,* id est, *operare cum seruire charitatis, vt prius Ecclesias 9. Quocumque facere potest manus tua, in hænter operare.* Vel secundum Glossam: & prima: id est, præcipua. *Sin autem* Hic ponitur comminatio. Primo ex par-

te personæ: *Sin autem venio cito,* id est, veniam. Sed *venio* dicit, vt ostendat hoc esse in promptu. Et potest intelligi de aduentu ad iudicium, qui cito sit: quia tempus vsque ad iudicium, breue est respectu æternitatis. *Tibi,* id est, ad perditionem tui, vt te corpore, & anima interficiam. Infra 7. *Venio cito Amen.* Vel de aduentu per effectum inducendo ei mortem. Et tunc corpus moritur, & anima mala damnatur. Secundo, ex parte dignitatis, collatæ: & interim *mouebo candelabrum,* id est, Ecclesiam tibi commissam, de loco suo scilicet, de manu tui regimini: quasi dicat: auferam tibi Ecclesiam, & credam aut eri gubernandam. Vel, *mouebo candelabrum:* id est, *auferam virtutes,* & dona: *per quæ spirituale cuiuslibet candelabrum constituitur, quo in se lucet, & alios illuminat, de loco suo, id est, de status suo alto, claro, & nobili.* Quasi dicat: auferam tibi virtutes, & dona: *Ad quæ postea nunquam reuertaris: & non eris in loco tuo pristino.* Sed locus tuus erit non alius: sed infusus: non clarus, sed tenebrosus: non nobilis, sed vilis. Hier. 3. *Leua oculos tuos induratum: & vide vbi nunc prostratus es?* Hæc S. Thomas. Cuius expositio tot ponderationum præbet materiam, vt si singulas prosequamur, potius Scripturæ Interpretis, quam Scholastici Theologi munus ageamus. Iuxta vltimam expositionem, omnino loquitur de reparatione damnorum spiritualium, quæ reparatio solis facientibus prima opera, & operantibus feruenter, & strenue, vt prius, promittitur. Richardus de S. Victore lib. 1. in Apocal. cap. 5. *Et prima opera faciendo recupera primum gratiam.* Glossa Interl. *Prima opera. Primis similia opera.* Lyra. *Sic feruenter, & deuote sicut prius.* Alexander Aletensis ver. 5. id est, *primis similia, dum eras in gratia.* Ieremiæ 3. *Reuertere ad dies adolescentie tuæ.* Postea ad idem ponderabimus verba Apoc. Heb. 6.

Secundo probatur à sufficienti enumeratione, quia relatas sententias sufficienter, vt credo, impugnauit. Quibus reiectis, non restat alia, nisi sententia D. Thomæ.

52 Tertio probatur eius ratione, in hac forma. Poenitentibus conferenda est gloria iuxta proportionem, & mensuram gratia, in qua ex hac vita decedunt. Sed poenitentibus non confertur gratia, nisi iuxta mensuram dispositionis in qua resurgunt, vel quam postea augent poenitentia, & charitate, & bonis operibus: ergo non recuperant in actu secundo præ-

cedentia merita in eodem gradu, nisi recuperent dispositionem, & gratiam in eodem gradu ac antea. Maiorem probat S. Thomas in 3. Sent. ex illo Ecclesiastes 2.1. ver. 3. *Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Vbi S. Hieronymus, ac latini fere omnes Interpretes, vt restantur ibi Ferdinandus Nolter, & Lorinus, explicant de statu, in quo quis moriatur, vt vel censetur inter Beatos, vel inter Damnatos.

53 Quæ est expositio S. Greg. 12. Moral. cap. 13. S. Bern. ser. 43. & 49. inter paruos. S. Thomæ 2. 2. q. 13. art. 4. ad 3. Sixti Senensis lib. 5. Anot. 214. Vnde Pineda illo cap. 11. ver. 3. n. 6. ait. Illa est frequens, atque adeo vera, & ad quædam fidei dogmata confirmanda frequens Patrum expositio, vt locus hic accipiatur de morte eius hominis, cuius maxime interest, vt se operibus misericordiae exerceat; quia post mortem nullus benemerendi locus. Hæc ille. Similiter Carthusianus addit perseverantiam in eo statu, in quo mors nos occupat, de meritis intelligendam: quibus nullus deinceps locus. Id satis indicat idem S. Hieron. Albinus, Salonius, & alij, & cum eis Lorinus. Hugo Cardin. id est, in quocumque statu decesserit, ibi erit: quia quem locum hic sibi præparauerit, in futuro habebit sine fine. Caiet. Card. Nam quem admodum arbor cadens, ibi erit; quo ceciderit, ita homo cadens à vita, in eo statu erit, in quo inuentus tunc fuerit. Eadem maior videtur indicari in Concilio Tridentino ses. 6. canone 26. dicente. *Si quis dixerit, iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & sperare æternam retributionem à Deo per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum; si bene agendo, & divina mandata custodiendo, & quæ in finem perseverauerint, Anathema sit.* Omnia ergo merita, & illorum augmentum pendunt à perseverantia finali, & præmium confertur prout in morte status gratiæ repertus fuerit in prædestinato. Minorem probat D. Thomas art. 2. *Nam forme quæ possunt recipere magis, & minus, intenduntur, & remittuntur, secundum diuersam dispositionem subiecti, vt in 1. 2. q. 52. articulo 1. & 2. & quæst. 66. articulo 1. habitum est.* Actus autem poenitentis est vltima dispositio ad gratiam consequendam; & alij actus subsequentes non augent gratiam nisi vltimate disponant ad eius augmentum: quod solum fit per actus feruentiores; *Et inde est*

quod secundum quod motus liberi arbitrij in poenitentia est intensior, vel remissior, secundum hoc poenitens consequitur maiorem, vel minorem gratiam. Contingit autem intentionem motus poenitentis quandoque proportionatam esse maiori gratiæ, quam illa, aqua ceciderat per peccatum: quandoque autem æquali: quandoque vero minori. Et ideo poenitens quandoque resurgit in maiori gratia, quam prius habuerat; quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori. Et eadem ratio est de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur. Hæc D. Thomas. Et similiter eadem ratio est de augmento per opera subsequencia, quibus reciperet gradum gratiæ, quem perdidisset.

54 Eandem minorem probat Bañez dub. 6. conc. 2. Nā gratia iustificationis datur secundum quantitatem dispositionis liberi arbitrij, quam Spiritus Sanctus operatur in nobis, sicut dicitur in Concilio Tridentino ses. 6. capit. 7. *Iustitiam in nobis recipientes unusquisque suam, secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.* Et loquitur in illo capite. *de iustificatione impij.* Postea capite 10. loquente de accepta iustificationis incremento, dicitur: *In ipsa iustitia, per Christi gratiam accepta cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque magis iustificantur.* Ergo gratia per quam iustificamur, commensuratur presenti dispositioni ex auxilio Dei. Pariterque eius incrementum commensuratur nostræ cooperationi. Ergo non recipit homo maiorem mensuram gratiæ, & charitatis, quam sit præsens dispositio.

55 Confirmat ex ijs, quæ dixerat de augmento gratiæ, & Charitatis, quod non fit nisi per actus intensiores. Ergo quemadmodum, si Petrus, qui habebat gratiam vt decem, & ante peccatum operaretur actum vt sex, nihil augeretur habitus vt decem: ita si post peccatum mortale habeat actum contritionis, & charitatis vt sex, non debet recipere habitum gratiæ, & charitatis vt duodecim, videlicet, propter presentem dispositionem sex gradus gratiæ, & ex meritis præcedentibus alios sex gradus.

56 Et notandum est (inquit Bañez

ñez) pro maiore intelligentia huius conclusionis, quod D. Thomas nunquam dixit, neque Theologi (antiqui) quod gratia præterita reuiuiscit; vel etiam ipse habitus charitatis: sed quod merita eadem numero, quæ antea fuerunt, reuiuiscunt: quia in præsentis gratia recuperant efficaciam perdendi illum, qui ea fecit; in vitam æternam. Ergo cum ratio formalis reuiuiscentiæ sit præsens dispositio, & præsens gratia, non recuperant maiorem efficaciam vitæ, quam sit mensura præsentis iustificationis.

57 Respondet Suarez disp. 2. de reuiu. sec. 3. n. 26. gratiam illam, quæ per se infunditur ex vi iustificationis, semper esse proportionatam, & commensuratam contritioni, seu dispositioni peccatoris: & de hac loqui Concilium in citato loco: nam hæc est propria gratia iustificationis, quæ per se conferenda fuit in doctrina de iustificatione: nam ea, quæ sunt per accidens non cadunt sub scientiam. Quando vero cum iustificatione coniungitur priorum meritum reuiuiscencia; coniungitur etiam cum gratia iustificationis alia gratia, quam non oportet esse commensuratam ipsi contritioni: quia non est ab illa tanquam à causa, & dispositione per se: sed tanquam à causa remouente obicem peccati: quod æque facit contritio remissa, ac intensa. Neque ad illam gratiam meritorum præcedentium requiritur noua dispositio per se: quia ipsa merita sunt in suo ordine sufficientes causa, & sufficientes moralis dispositio, si aliunde non interponatur obex. Vnde, si velimus vtramque illam gratiam tanquam vnam adæquatam formam considerare, dicemus dispositionem ad illam non esse contritionem solum secundum se, sed vt coniunctam omnibus superioribus meritis. Ideoque remissio remissionem, vt coniunctam pluribus præcedentibus meritis, reputari moraliter meliorem dispositionem, quam contritionem intensiorem sine tot meritis. Ac proinde nullum esse inconueniens quod aliquando resurgat absolute cum maiori gratia, qui contritionem habuit minus intensam; si alioqui in meritis præcedentibus multum excedit. Hæc Suarez. Cuius priorum solutionem solum sequitur Coninch disp. 2. de poenit. dub. 20. numero. 173. sed priore relicta, solum posteriorem am-

plectuntur Lugo disp. 11. sec. 2. n. 37. Ripalda disp. 91. sec. 8. n. 61.

58 Vtramque tamen bene impugnat Araujo 3. p. q. 89. art. 6. dub. 5. conc. 1. in fine n. 27. dicens. Sed vtraque solutio est insufficientis. Prima quidem nam vel gratia iustificans appellatur à Concilio solus ille gradus; qui sufficit hominem iustificare: Vel tota gratia, quæ infunditur peccatori in instanti conuersionis, a Deo ex vi actionis iustificantis. Si primum; sequitur quod solus primus gradus est per se requisitus, & sufficiens ad iustificationem. Si secundum; sequeretur quod non solum noua, sed etiam recuperata, debet dici gratia iustificans: siquidem tota illa datur tunc per modum formæ, ac primæ gratiæ: & ita tota debet dispositioni recipientis commensurari: quod est intentum. Sed primum est contra mentem Concilij.

59 Secunda vero propter duo. Tum quia contritio non est diuersa rationis in illo, qui habuit merita mortificata, atque in illo, qui absque meritis præcedentibus mortificatis iustificatur de nouo: ergo, sicut in isto non sortitur duplicis rationem dispositionis; ita nec in illo. Tum etiam: quia merita antiqua quando viuificantur per presentem contritionem, non possunt concurrere cum illa per modum phylicæ dispositionis: siquidem nullum esse phylicum habent in subiecto. Nec per modum dispositionis moralis, hoc est, per modum meriti: nam alias daretur huic homini gratia deperdita per modum præmij, & intuitu præcedentium meritorum; ac proinde prima gratia, quæ datur in primo instanti iustificationis, caderet sub merito: & sic formalis ipsa recuperatio antiquæ gratiæ, & meritorum reuiuiscencia esset opus iustitiæ (complete, vt ratio procedat etiam in nostra sententia) cuius oppositum ostensum est. Ergo ratio nostra manet inconcussa. Hæc Araujo illo dub. 5. in fine primæ conclusionis.

60 Præterea hanc secundam solutionem optime impugnat Bañez in secunda ratione contra quartam opinionem ita dicens. Quod si respondeatur, quod etiam dispositio præsens debet proportionari suo modo cum illo maiori gradu gratiæ, qui respondet meritis præcedentibus, vt ait quarta opinio: Certe hoc est intelligibile, quod dispositio vt quinque habeat vtramque proportionem dispositionis sibi for-

ma vt octo, vel vt decem, quantumlibet habeat respectum ad merita præcedentia. Eo vel maxime quod iste respectus non est causa ad effectum: quia dispositio non causat illa merita. Nec est effectus ad causam: quia merita præcedentia non meruerunt istam dispositionem: alioquin non mere gratis disponderetur homo. Hæc Bafiez.

61 Sunt præterea interrogandi, qui has, & similes solutiones adhibent, ex quo verbo vel contextura Concilij eas eliciant: & cum nullam exhibeant, nec exhibere possint; vt ex propria mente excogitatas, & mere voluntarias, qua facilitate eas adhibent, eas non admittimus, & contemni possunt. Deinde illa ratio de proportione gratiæ cum dispositione, multis impugnatur à Suarez disp. 2. sec. 2. à num. 16. Modo vero cum vident canonicatam à Concilio Tridentino: conantur euadere solutionibus prædictis. Nos autem quoad intentum præsens D. Thomæ, vi m non facimus in hoc quod sint dispositiones physicae, vel morales: nam dato quod sine dispositiones solum morales, & ex voluntate, & lege Dei; adhuc habemus intentum quia ex Sacra Scriptura, & ex Concilio Tridentino certificamur quod est voluntas, & lex Dei, quod nullus adultus recipiet gratiam, nec in prima iustificatione, nec in incremento sequenti, nisi iuxta mensuram suæ dispositionis, & cooperationis: & hoc sufficit ad intentum rationis D. Thomæ.

§. V. Argumenta solvuntur.

62 **A**D commune argumentum Aureoli, & Nominalium, iam responderant Alexander 4. p. q. 12. membro 4. art. 6. & Capreolus in 4. dist. 14. q. 2. ad 1. Scoti contra 2. & ad 2. & ad arg. Aureoli, & Bafiez conc. 3. ait, quod si quis statim obijciat, quod secundum hoc non reuiuiscunt merita respectu præmij essentialis; sed solum respectu præmij accidentalis. Aut quod frustra dicantur reuiuiscere, si non datur illis maius præmium essentialis, quam respondeat præfenti dispositioni, & merito. Respondetur negò sequelam: in ò vero omnia præterita merita cū præfenti merito, & dispositione habent efficaciam perducendi illum, qui ea fecit in vitam æternam, quæ est præ-

mium essentialis. Verum tamen etiam si reuiuiscant; tamen mensura præmij essentialis non dabitur tanta, donec homo per poenitentiam æqualiter disponatur, sicut antea erat dispositus. Atque ita satis misericorditer agitur cum illo, qui peccauit, si cum per poenitentiam disponatur æqualiter, sicut antea erat, nihil amittat futuri præmij essentialis quantum ad mensuram quantitatis. Si autem in minore dispositione resurgat, quam antea erat, recipiet præmium essentialis in minori quantitate, quam antea erat recepturus: recipiet tamen illud pluribus titulis plurium meritorum, vt docet Caiet. incommentario super 3. p. vbi supra. Hæc Bafiez.

63 Sed quia aliqui, qui Caietanum non legerunt, pro libito in alias sententias trahunt, placet verba eius transcribere, vt lector possit de eius mente certificari. Quarto aduertendum est in 3. articulo in corpore iuncto cum responsione ad 3. (inquit Caietanus hæc quæst. 89.) quod aliud est loqui *de opere meritorio*: & aliud est loqui *de quantitate operis meritorij*. Cum enim mortificata reuiuiscunt, semper omnia opera meritoria, quæ mortificata erant, reuiuiscunt: quoniam isti, in quo reuiuiscunt, debita est vita æterna ex vi illorum priorum operum; & non solum ex vi præsentium operum.

Ita quod hoc operatur reuiuiscere, quod ex pluribus capitibus debetur huic vita æterna, scilicet, ex meritis prioribus, & ex meritis posterioribus. Sed quantitas operis meritorij non semper reuiuiscit simpliciter: quoniam non semper recuperat propriam efficaciam, quæ est perducere hunc ad tantum gradum beatitudinis æternæ: vt patet in eo, qui resurgit in minori gratia, ita quod in illa minore decedit. Talis enim nunquam perueniet ad illum beatitudinis gradum, quem quantitas prioris meriti debitum sibi fecerat. Et in promptu causa huius non reuiuiscentiæ est ipsa resurgenti in dispositio: sicut enim, si non resurrexisset à peccato, mortificata merita non sibi reuixissent (quia peccatum proprium impediisset meritum efficaciam) ita resurgendo à peccato, cum minore tamen gratia, ex hoc ipso indispotus est ad suscipiendum fructum maioris meriti. Ipse enim minor donatus resurgenti, & ad maiora non

non progredientis, impedimentum præstat efficaciam quantitatis magni meriti præcedentis, & facit vt quantitas illa nõ reuiuiscat sibi simpliciter, & absolute. Cum quo tamen stat, quod reuiuiscit illi secundum quid, hoc est, quod gaudium accidentale: quia, vt in littera dicitur, plus gaudebit de maiore merito præcedente, quam de minore, quod subsequutum est. Hæc Caietanus, breuiter sententiam, & omnes probationes, & modum dicendi Bafiez clare exprimens.

64 Fauet S. Thomas 3. p. q. 34. art. 3. ad 3. dicens: *Quod nihil prohibet idem esse alicuius ex diuersis causis. Et secundum hoc Christus gloriam immortalitatis, quam meruit in primo instanti suæ conceptionis, potuit etiam posterioribus actibus, & passionibus mereri, non quidem vt esset sibi magis debita, sed vt sibi ex pluribus causis deberetur.* Hæc ibi. Sed quia multa assignant discrimina inter meritum Christi, quod habebat infinitatem à persona, & inter merita puri hominis. Ideo magis vrget, & plus fauet, quod docet D. Thomas in 3. dist. 18. q. 1. art. 2. ad 4. vbi ait, *quod ille, qui meretur, non oportet quod proficiat quantum ad rationem merendi: hoc enim accidit sibi ex hoc quod radix merendi, scilicet, charitas non est in suo termino. Sed oportet quod omnis, qui meretur proficiat quantum ad mercedem, quam meretur, vt scilicet, eam debitam faciat sibi, vel simpliciter, vel quantum ad aliquem modum, quo sibi prius debita non erat.* Idem dicit toto art. 5.

65 Aliter hoc explicat Thomas Hurtado illa controu. 1. membro 8. §. 1. notabili tertio: nam vt 1. 2. q. 87. art. 4. docent Zumel, & Curiel poena damni non est præcise priuatio diuinæ visionis: sed connotat nolitionem eiusdem, & tristitiam ex ea consequentem. Vnde ex ordinatione diuinæ iustitiæ provenit, quod ille, qui propter plura peccata exclusus est à regno, & a diuina amicitia, eo plus affligatur, & contristetur. Quare communiter Thomistæ in æqualitatem poenæ damni assignant per ordinem ad suam causam, nempe peccata propter quæ damnatur: licet quidam solum ponant distinctionem in esse termini; & non in ratione priuationis: & Patres Carmel. tract. 13. de pec. disp. 18. dub. 1. §. 3. numero 18. asserunt peccata, & titulum prædictum habere se de connotato. Alij physicè priuationem dicant in omnibus æqualem: quia est

priuatio in facto esse; moraliter esse inæqualem, quia causæ sunt diuersæ: vt diximus de peccato habituali. Pari-ter dicendum videtur, præmium essentialis, quod secundum entitatem physica datur iuxta quantitatem præsentis dispositionis finalis poenitentiae, in ratione præmij essentialis maius esse in illo, qui habet plura merita mortificata: non tamen in ratione entitatis physica, quæ erit inæqualis pro inæqualitate gratiæ finalis.

66 Sed quia isti dicendi modi, tangunt quæstiones alibi examinandas, eos in medio relinquendo, vt cui placuerint, eos defendant, videtur quod clarius dubitatio resoluitur distinctione, & vocibus nostrarum conclusionum, iuxta quas quotiescumque merita reuiuiscunt, non solum reuiuiscit totum præmium accidentale: quia hoc correspondet actibus in gratia factis, & non maiori, aut minori gratiæ merentis: nec solum idem præmium tribuetur titulo meritorum præcedentium, & præfentium: sed vltterius asserimus, quod cum poenitens abstulerit impedimentum peccati mortalis per contritionem, Deus memor honorum, quæ iste fecit, dabit auxilia gratiæ vt ita strenue, & feruenter operetur, vt prius: & ita recuperabit pristinum statum, & in eodem gradu, & sæpè in maiori recipiet gratiam, & gloriam, si sic perseuerauerit vsque in finem.

Ne autem istum dicendi modum suspiceris recenter inuentum, vide, iuxta antiquam communem expositionem, in ipso principali testimonio Sacrae Scripturæ, in quo reuiuiscentiæ meritorum diximus insinuatam, manifesto propositum. Ad Hebræos 6. vers. 10. sunt illa verba, tam sæpè ponderata. *Non enim iniustus est Deus vt obliuiscatur: Immediatè ver. 11. subiungit. Cupimus autem unumquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem: vt non segni efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide, & patientia hereditabunt promissiones.* Quorum verborum sensum breuiter declarat Glossa Interlin. dicens. *Quasi præterita laudo. de futuro autem vobis bona cupio: eandem, quam quondam habuistis: ostentare, frequenter ostendere sollicitudinè ministradis scâctis ad expletionem spei: vt in futuro cõpleatur in vobis, quod modo speratis: vsque in finem vite restat.*

Adhuc Clarius S. Chriſtoſt. hom. 10. inter alia ait. Hoc enim mirabile est in Pauli sapientia; quoniam non ostendit remissiores esse factos, vel opus aggressum reliquisse: dicendo enim cupimus vnum quemque vestrum; hoc est, veluti si quispiam dicat: *Nolo te studere semper, & qualis fuisti primum, talem esse, & nunc, & in futurum.* Et col. seq. Ne imbecillies efficiamini, inquit: *Sicut odium corporis laedit: sic & animam otium a bonis remissione reddidit, & infirmam.* Imitemini autem inquit eos, qui per fidem, & patientiam hereditatem promissionum accipiunt. Et qui sint isti, deinde dicit: primum dixit, *imitemini priores vestros labores.* S. Thomas lec. 3. ostendere eandem sollicitudinem, id est, *ut sitis solliciti ostendere per exhibitionem operis, hanc sollicitudinem ad bona, qua semper habuistis:* Et quare? Ad expletionem spei, scilicet *ad implendo quod cepistis, consequamini, quod speratis.* Rom. 5. *Spes non confundit.* Et hoc totum vsque in finem: Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Deinde cum dicit: *Ut non segnes efficiamini, ostendit periculum, quod est pigritia* Eodem modo exponunt Glossa Ordinaria, Hugo Cardinalis & Lyra. Et Caietanus ad illa verba: *Eandem* ait: *hoc est, similem, parem, monstrant, & exhibeant diligentiam.* Ergo iuxta communem intelligentiam, sensus literalis verborum Apostoli, est, ex desiderio spirituali salutis habere cupere, ut post poenitentiam, habeant eandem sollicitudinem, quam quondam habuerunt, & ut studeant tales esse nunc, quales erant antiquitus, & imitentur priores labores suos; ut adimplendo quod ceperunt, consequantur quod sperant: si autem sint otiosi, & pigri, & allegent impedimenta: quia ut ait D. Thomas: segnitias est timor futurae bonae operationis propter timorem, scilicet, ne deficiat, vel ne poeniteat Prou. 22. *Piger dicit: leo est in via.* Vnde pigri semper allegant impedimenta: per poenitentiam quidem restituentur eis ea quae sunt de necessitate salutis: & tandem salui erunt: sed non in eodem gradu, ac antea, quia si non adimplent quod ceperunt, non consequentur gradum, quem sperabant. Vnde acute S. Petrus Crisologus serm. 3. de poenitente filio prodigo: de quo praecipit pater: *Dare calceamenta in pedes eius ait: Certo ut calceatus anterior in vita rediret ad cursum.* Et S. Augustinus

Psal. 6. ad illa verba: *Et tu Domine vsque quod ait: Quod enim facile sanatur, non multum cauetur. Ex difficultate autem sanationis erit diligentior custodia recepta sanitatis.* Merito ergo citato Magistro Mathia de Paze, Bañez in fine conc. 3. dicit, prudentissime asseri opinionem D. Thomae probabilioris esse, & magis piam, ac tutam populo christiano, ut peccatores non segniter agant poenitentiam: aut facile reuertantur ad vomitum. Aut aestimantes tam facilem esse reditum ad pristinum statum, si cum minima contritione, imò cum sola attritione cum sacramento, habeant ius ad tantam gloriam, sicut antea habebant. 67 Præterea idem confirmatur ex illo Apostoli ad Rom. 8. dicentis: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: & quamvis Glossa exponat: etiam casus in peccatum.* Tamen S. Thomas ibi lec. 6. expresse negat, quod semper tales in maiori charitate resurgant. Imò ipse S. Thomas in 3. dist. 31. quaest. 1. articulo 4. q. 3. ad 1. ait, quod hoc intelligitur non semper quantum ad maiorem quantitatem charitatis sed quantum ad maiorem diligentiam, vel humilitatem, in qua poenitens resurgit, ad minus actuali. Minus autem malum est ut charitas diminuatur, quam ut totaliter amittatur: & minus malum computatur magis bono, ut dicitur in 7. Eth. cap. 2. Et ideo in bonum diligentis Deum cedit peccatum, *Etiam si in minori charitate resurgat: Quia per humilitatem, & cautelam ab omnimoda gratiae amissione curatur.* Ibi ad 2. ait S. Thomas, quod poenitentia omnia restituit: sed non oportet quod equalia. Quod asserit ut exponat quaedam verba, quae ibi & hic art. 2. citantur nomine S. Ambrosij: sed non sunt illius: sed Auctoris Hypognoticon apud S. Aug. lib. 3. cap. 9. ubi non debet legi: *Poenitentia res optima est, quae omnes defectus reuocat ad perfectum.* Sed legitur: *Defectos, id est, eos, qui defecerunt: Ut notat Iban. Nicol. hac q. 89. ar. 2. vbi S. Th. latius ad 1. exponit verba Apost. ad Rom. 8. Et ad 2. ait, quod poenitentia quantum est de se, habet virtutem reparandi omnes defectus ad perfectum: & etiam promouendi in ulteriorem statum. Sed hoc quandoque impeditur ex parte hominis, qui remissus mouetur in Deum, & indetestatione peccati.* Et ipse S. Th. in 4. dist. 14. in expositione litterae Magistri, circa illa verba S. Aug. ex epist. 54. ad Macedonium, saepe relata, ait: *Videlicet, quantum in ipso est, dummodo equaliter se homo ad gratiam habendam praeparet:*

non

non tamen oportet, quod semper in equali charitate resurgat, ut in 3. lib. dist. 31. q. 1. articulo 4. quaest. 3. dictum est. Ex quibus omnibus, non solum habemus viam expeditam soluendi argumenta: sed aliqua possunt in arguentes retorqueri. Percurramus praecipua. Ea, quae procedit replicando contra solutionem, quae solum dicit gloriam dari pluribus titulis, non militat contra nos: qui eam solutionem araplectitur nouissime Thomas Hurtado membro 9. refert, & diluit octo argumenta, quae nostra in doctrinam non tangunt: & ideo, qui voluerit, apud ipsum videat.

68 Arguit Suarez disp. 2. sec. 1. n. 14. Nam primo ex ista sententia sequitur, si aliquis per multos annos apud Deum perfectissime meruit vsque ad mille, vel plures gradus gloriae, & postea per humanum lapsum mortaliter peccet, & deinde resurgat per contritionem ut decem, & ita moriatur: solum consequi gloriam ut decem. Quod durissimum est: & praeter Dei misericordiam: atque etiam praeter iustitiam commutatiuam: quia promissio facta prioribus meritis solum est sub conditione moriendi in gratia: quae conditio impletur: & sub illa erant acceptata illa merita ad multo maius praemium.

69 Secundo accedit: nam si comparatio fiat huius hominis cum alio, qui toto, & diuturno tempore vitae in maximis peccatis, ac vitijs, absque villo merito versatus sit; & in fine vitae resurgat per contritionem, & statim moriatur: aequale praemium gloriae habebunt. Vel si peccator habuit vltimam contritionem in tensorem, habebit etiam maiorem gloriam. Hoc autem statim apparet rationi diffonum: & praeter convenientem iustitiam distributiua: ad quam expectat non respicere tantum illum vltimum actum: sed etiam alios meritorios in vita factos, & cum gratia finali coniunctos.

Tertio, quod Deus hoc imperfecto modo praemiet talia merita, non potest tribui defectui, aut negligentiae hominis poenitentis: nam licet homo ille contetur, quantum possit, non plus recipiet quam suae contritioni respondeat. Vnde nihil sibi tribuetur nouum ratione priorum meritorum.

70 Respondetur ex fide certum esse, quo nihil impremiatum manebit. Vnde in Catena aurea Lucae 6. asserit S. Thomas. C. rillum dicentem. *Quod autem auxilio gratiam recompensationem accipiemus a Deo,*

qui largi siue donat diligentibus eum, ostendit subdens. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & super effluentem, dabunt in sinum vestrum.* Theoph. *Quasi dicat. Sicut si farinam sine parcitate mensurare velles, offerres eam, coagitares, & super effunderes abunde. Sic Dominus mensuram magnam, & super effluentem dabit insigniam vestram.* Et S. Aug. de quaest. Euang. *Dicit autem dabunt: quia per illorum merita, quibus vel calicem aquae frigidae in nomine discipuli de derunt, mercedem caelestem recipere merebuntur.* Et S. Thomas in 4. dist. 46. q. 2. art. 2. q. 1. ex professo probat, quod Deus semper dat ultra condignum de bonis: & semper mala poenae irrogat citra condignum. Et ratio est assignat: quia cum Deus sit excellentissimus dator propter abundantiam suae bonitatis, oportet quod semper per eius datio in bonis superexcedat receptionem, quae est proportionata recipienti. Sed praemiabitur iustus, eo modo quo fuerit ei promissum: nos ex sacra Scriptura, & Concilio Tridentino, & ratione theologica ostendimus, hoc debitum esse in actu primo, & remotum dependensque à duabus conditionibus, nempe quod ipse propria cooperatione reducat ad statum pristinum; & sic finaliter perseueret, nempe ut ait D. Thom. quod per peccatum factus est alter, & non solum apposuit impedimentum, sed destruxit omnem dispositionem ad gratiam, nisi iusta dispositionem, quam ipse Deus causet, nec dat gloriam, nisi iuxta mensuram gratiae finalis. Vnde totum, quod hinc infertur, non habemus pro inconuenienti: sicut in simili non reputamus inconueniens, quod qui per mille annos fecit opera remissa, non adaequantia feruorem primae conuersionis, non sequatur maiorem gloriam essentialem, quam si moreretur in instanti quo primum actum fecit: quia forma non introducit mille dispositionibus remotis: & potest introduci in instanti, si ponatur vltima dispositio, quae est necessitas ad formam.

71 Id quod tangitur in secundo argumento, videtur querela similis illae, quae refertur Matthaei 20. *Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & estis?* Cui tamen Dominus respondit: *Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem, & huic nouissimo dare sicut, & tibi. Aut non licet mihi, quod volo facere?* Vbi S. Gregor. homil. 19. *Soluta est questio hominis contra bonitatem*

constat; etiam si constaret de voluntate Dei ut operetur sacramentum recedente fictione. Sequitur Ludouicus Torres disp. 69. dub. 3. in 2. 2. & 3. p. disp. 14. de pœn. dub. 5. Gaspar Hurtadus disp. 2. diffic. 254. Monçus in Opusc. disp. 12. Meratius de Pœnit. disp. 15. Kellifonius 3. p. q. 69. art. 2. dub. 3.

2 Primus, qui de hoc puncto inter Scholasticos mentionem fecit, fuit Soto, qui in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. §. *Colligamus ergo*, obiter oppositam sententiam docuit. Magis ex professo Bañez. 2. 2. q. 24. art. 6. dub. 6. conc. 4. seu vltima, ita ait: Gratia sacramentalis, amissa per peccatum mortale, restituitur penitenti, ultra gradum gratiæ, qui respondet suæ contritioni, tanquam dispositioni, cui commensuratur. Probat, quia Baptismus, etiam receptus in peccato mortali, recedente postea fictione, consequitur suum effectum, ut docet D. Thomas 3. p. q. 69. a. 10. Ergo multo magis quando Baptismus, vel quodlibet aliud sacramentum, semel digne suscipitur, consequetur suum effectum, qui per peccatum fuerat mortificatus, quando homo resurgit per penitentiam. Et ratio huius est: quia talis effectus sacramenti confertur homini non ponenti obicem ex opere operato: neque commensuratur absolute suæ dispositioni. Quamuis fortassis respectu sit aliqua commensuratio.

3 Pro cuius intelligentia nota, opinionem esse valde probabilem, communemque Theologis, maxime Thomistis, vide licet, gratiam sacramentalem, quæ datur vi sacramenti, seu ex opere operato, non consistere in indiuisibili; sed posse crescere secundum maiorem deuotionem recipientis sacramentum. (Vide quæ scripsi 3. p. q. 65. dub. 3. §. 3. & q. 69. dub. 4. §. 4.) Cum ergo diximus gratiam sacramentalem restitui penitenti, intelligendum est in ea quantitate restitui, quæ daretur illi, si cum præsentis dispositione accessisset ad præterita sacramenta. Et ratio est: quia ille maior cumulus gratiæ sacramentalis habet proportionem quandam cum quantitate dispositionis accedentis ad sacramentum, ita ut melius disposito cum laetior sacramentalis gratia conferatur.

4 Vnde sequitur corollarium, quod gratia sacramentalis tota restituitur penitenti, qui baptizatus est ante usum rationis. Et ratio est, quia illa quantitas gratiæ est minima, quæ conferri potest per sacramentum Baptismi, nulla habita ra-

tione ad dispositionem recipientis. Ex quo rursus collige, quod nullus adultus baptizatus saluatur, qui non habeat maiorem gloriam, quam qui mortuus est paruulus baptizatus. Hæc Bañez: & optime.

Sequitur Araujo q. 89. art. 6. dub. 6. conc. 2. duo adiiciens argumenta contra Vazquez, quæ ad hominem videntur efficacia: nam ratio recuperandi statim illam gratiæ portionem, quæ ex meritis fuit habita, est valor præcedentium meritorum, manens in diuina acceptatione, à suo effectu propter subsequens peccatum impeditus. Sed etiam respectu gratiæ sacramentalis manet sufficiens causa in diuina acceptatione; licet a suo effectu pro runc impedita; nimirum valor meritorum Christi, qui meritorie, & physice causat sacramentalem gratiam. Ergo pariformiter remoto impedimento peccati, illam causabit.

5 Præterea, etiam ad hominem probatur: nam omnis excellentia, & dignitas, quæ tribuitur causalitati nostrorum meritorum, a fortiori tribuenda est causalitati meritorum Christi. Sed causalitati nostrorum meritorum tribuitur efficacia recuperandi antiquam gratiam, meritis, & bonis operibus auctam. Ergo causalitati meritorum Christi tribuendum, vel neganda non est efficacia recuperandi antiquam gratiam collatam ex opere operato per sacramenta. Et per consequens, qui tenet primum male negat secundum.

Docuerat idem Suarez disp. 2. sec. 3. n. 57. dicens, quod restitutio gratiæ ex opere operato, optime fundatur in excellentia meritorum Christi, in quibus omnis conditio meriti, quoad perfectionem expectat, excellentius reperitur, quam in nostris. Sequitur Cōinich. disp. 2. dub. 20. conc. 3. Lugo disp. 11. sec. 3. Granada Controu. 7. de pœnit. trac. 6. disp. 3. sec. 2. n. 11. & sec. 3. n. 18. & sec. 5. n. 23. Lateque sex argumentis probat Auerfa q. 6. sec. 5. Ripalda lib. 4. de Ente supernat. disp. 91. tota sec. 9.

Qui tamen n. 67. contemnit Bañez hac in re parum consequenter procedere: quia etiam ad gratiam meritorum pristinam ipsorum dispositio antecessit: atque adeo aut etiam eorum gratia ultra gratiam dispositionis propriam recuperatur, aut gratia sacramentalis non recuperatur ultra illam: sed eadem duplici titulo, tum dispositionis, aut sacramenti præ-

præ-

præteriti prouidetur.

6 Respondetur, quod si Bañez legisset, hoc ei non obieceret: non enim Bañez probat gratiam sacramentalem redire: quia ad illam primum decernendam dispositio præcessit, ut refert Ripalda ex suo capite. Sed potius probat: quia talis effectus confertur ex opere operato: neque commensuratur absolute dispositioni recipientis, licet commensuratur respectiue. Item probat Bañez argumento, quo, ipso non relato, vtuntur Lugo, & Ripalda, & alij: quia quamuis nullum ad sit sacre pagine testimonium pro gratia sacramentali primum conferenda post recessum fictionis, qua sacramentum suscipitur: tamen Theologi, moti auctoritate S. Agust. & ratione D. Thomæ, ea recedente fictione conferri, docent, ne frustretur sacramentum suo effectu, & sine ad quem iustitutum est. Sed hæc ratio etiam probat gratiam sacramentalem debere restitui penitenti: alioquin ordinatis, & coniugatis, qui, post hæc sacramenta peccassent, nunquam darentur gratiæ illorum sacramentorum. Et sequeretur, quod ægrotus, qui post extremam vnctionem mortua liter peccaret, deberet iterum, atque iterum iniungi in eodem morbo toties quoties fuerit per nouum peccatum interrupta. Quæ admitti non debent. Ambæ istæ rationes non militant in augmento gratiæ operibus comparata: vnde non mirum, quod ibi solam reuiuiscenciam quasi mediatam, & à quantitate dispositionis dependentem, admittamus: & in ista reditum immediatum gratiæ collatæ ex opere operato probabiliorè iudicamus.

7 Per quæ respondetur ad motiua Vazquez: non enim hanc doctrinam tradunt Theologi, ut immediate reuelaram: sed propter consequentiam doctrinæ optima ratione theologica deductam. Nec enim est cur cogitet Deum liberaliorem ad præmianda merita nostra quam ad præmianda merita Christi. Quæ ratio nõ tantum valet de possibili, ut opponit Lugo n. 47. Sed etiam de facto; ut Suarez, & Ripalda, & nominatim Auerfa in fine sec. quintæ: Quoniam Christi merita per ralem applicationem, sunt quasi propria hominis: Ergo, si iuxta Vazquez, merita propria reuiuiscunt, ita ut sublato impedimento peccati, reddatur penitenti gratia, & gloria illis debita: sic etiam reuiuiscit ea applicatio meritorum Christi, ita ut restituenda sit homini gratia ex vi illo-

rum semel collata, & gloria promissa, non enim videretur æquum, non tantam vim tribuere meritis Christi homini applicatis, quanta conuenit meritis proprijs adhuc reparationis effectum.

8 Et quamuis duo dona diuersa sint, quod sacramenta recedente fictione, det gratiam; & quod gratia data ex opere operato, & per peccatum mortale mortificata per penitentiam im mediate reuiuiscant: & de neutro dono dando sit expressa Dei reuelatio. Tamen à paritate rationis, ex consequentia doctrinæ, sumimus argumentum: quia utrobique militat eadem ratio: & ex opposito sequuntur eadem, vel similia inconuenientia: Vnde si ad primum reuelatio expressa nõ expectatur, sed sufficit ratio theologica, pariter ad intentum reuiuiscenciæ meritorum.

Vtrum autem omnibus sacramentis competat ut conferant effectum suum recedente fictione? Discussimus 3. p. q. 69. dub. 6. vbi Eucharistiam excipiendam diximus: & de alijs id admisimus ut probabilius: quamuis non habeamus tam firmum fundamentum alijs quinque sacramentis id tribuendi, sicut affirmamus de Baptismo. Quare tota hæc exceptio reuiuiscenciæ immediate gratiæ collatæ ex opere operato, non potest dici ex Scriptura deducta, cum innitatur tot propositionibus in Theologia non demonstratis, sed opinatis.

9 Dispntat hic art. 5. dub. 5. Nuño, vtrum opera mortificata, non solum reuiuiscant quantum ad præmium, quod de condigno meruerunt ipsi operantes; sed etiam quantum ad præmium, quod de congruo meruerunt alijs?

10 Refert aliquos sui temporis asseruisse hæc opera non proprie mori, quia peccatum non debet obesse nisi ipsi peccati: & nullo modo reuiuiscere: quia de tali reuiuiscencia non constat.

Ipsæ vero merito asserit illa opera vere mortificari per peccatum: quia per illud opera, & subiectum priori dignitate priuantur. Reuiuiscere autem per penitentiam: quoniam in his rebus moralibus, quando reuiuiscit fundamentum, reuiuiscunt etiam omnia, quæ fundatur in illo. Sed illud meritum fundatur in gratia, & bonis operibus huiusmodi iusti: Ergo reuiuiscit simul cum illis.

Et reuera cum non afferatur specialis ratio exceptionis, eadem opiniones debent procedere de istis, ac de alijs meritis

ritis

ritis, de condigno: de quorum reuiuifcētia hæc fatis. Et multo pauciora suffice-
rēt iudicibus, nisi Scholæ certamina scho-
lastica nos cogere in re non reuelata
coniectari. Vnde pijsſimus, & sapien-
tiſſimus Magiſter venerabilis Petrus So-
to lectionem ſextam de pœnitentia, ſic
finit. *Cui dubitationi melius eſt nihil reſpon-
dere, quam dicere multa, ut à multis fit. Se-
cundum gratiam; in qua quis vitam finit,
quantum colligere ex ſacra Scriptura poſſu-
mas, probabile eſt unumquemque præmian-
dam gratia Dei.* (inquit Paulus ad Rom.
6. ver. 23.) *vita æterna:* Nec cū alibi cap.
2. ver. 6. inquit de Deo, quod *redet unicui-
que ſecundum opera eius:* ſignificat aliud
eſſe præmium operum; aliud gratiæ: ſed
proportionem aliquam, aut reſpectum
ad opera habendum in præmio. Nam to-
ta vita æterna, id eſt, felicitas, quæ con-
tingens, & non pars aliqua eius, ex gratia
eſt: contra quam neque opera præmian-
da diſtinguenda ſunt: ſunt enim omnia
gratiæ effectus, quæ digna ſunt æterno
illo præmio: *Relinquatur itaque hoc Deo,
quem non dubium eſt abundantiffime præ-
miaturum omnia noſtra merita.* Hæc ibi.

DUBIUM QUINTVM.

*Vtrum per pœnitentiam vir-
tutes reſtituantur? Et
qualiter?*

Methodo naturali obſerua-
ta, ab hoc dubio cum Diu.
Thoma, neceſſe erat hanc quæſtionem
incipere, quia gratia, & virtutes ſunt ra-
dices, & principia actuum, & bonorum
operum, quæ per gratiam, & charitatem
ſunt meritoria; per peccatum mortificā-
tur, & per pœnitentiam reuiuifcunt. Sed
coaſi ſumus uti methodo arbitraria, &
procedere a poſteriori, & ab actibus, ſeu
effectibus, notioribus, ut conuſionem vi-
tarem: & ita iam nunc eſt facile hæc
duo dubia determinare.

2. Supponimus eſſe certum ſecundū
fidem Catholicam, quod docet Triden-
tinum ſeſ. 6. cap. 15. non modo infideli-
rate, per quam, & ipſa fides amittitur;
ſed etiam quocumque alio mortali pec-
cato, quamvis non amittatur fides, ac-
ceptam iuſtificationis gratiam amitti,
quod aſſerendum dicit *diuina legis doctri-*

nam defendendo. 1. Tim. 1. quæ à regno Dei,
non ſolum infideles excludit, ſed 1. Cor.
6. & fideles quoque, fornicarios adulte-
ros, molles; maſculorum concubitores,
fures, auaros, ebriofos, maledicos, rapa-
ces, cæterosque omnes, qui lethalia com-
mittunt peccata. Vnde probat D. Tho-
mas 2. 2. quæſt. 24. art. 12. quod ſtatim
per vnum actum peccati mortalis ha-
bitus charitatis perditur. Hoc ſuppo-
ſito.

3. Concluſio D. Thomæ hac q. 89.
art. 1. eſt, quod per pœnitentiam omnes
virtutes reſtituantur. Probat in argu-
mento, Sed contra: nam Lucæ 15. legi-
tur, quod pater mandauit, quod filius pœ-
nitens indueretur *ſtola prima;* quæ ſecun-
dum S. Ambroſium, ibi: *Eſt amictus ſa-
pientiæ:* quam ſimul conſequentur omnes
virtutes: ſecundum illud Sapientiæ 8.
*Sobrietatem, & iuſtitiam docet, prudentiã,
& virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita
hominibus.* Ergo per pœnitentiam om-
nes virtutes reſtituantur. S. Auguſt. lib. 2.
de quæſt. Euang. q. 33. relatus in Catena
D. Thomæ Lucæ 15. ait. *Stola prima eſt
dignitas, quam perdidit Adam. ſerui qui eam
proferunt, ſunt reconciliationis prædicato-
res.* Eadem ex poſitio eſt S. Petri Criſolo-
gi ſerm. 5. S. Bedæ, & Euthimij, qui ter-
uos Sacerdotes eſſe dicit. S. Chriſoſtom-
tom. 2. hom. 4. quæ eſt de patre, & duobus
filijs. *Iubet (inquit) ſtollam illam primam
proferri, vel priſtinam gloriam, quæ ex ſe-
ductione Diaboli nudatus amiſerat.* Loqui-
tur S. Chriſoſtomus, non de gloria com-
prehenſoris, ſed de gratia viatoris: hanc
enim ſeductus, & nudatus amiſerat: &
hanc ſolam committatur fides: de qua
immediate ſubiungit Chriſoſtom. *Reddi
ſimul, & annullum, ſiue ſignaculum (alutaris
ſymboli, ſeu magis diſpenſationis inſigne, &
nuptiarum pignus illarum, quibus Chriſtus
Eccleſiam ſponſat, cum omnis anima reſpiſ-
cens per annullum fidei iungitur Chriſto.*
Non igitur iuxta S. Chriſoſtomi mētem,
Lugo, Ripalda, & alij, omnem gratiam,
& gloriam reſtitui probant ex hoc loco:
quia ex eo ſolum haberet reſtitui gra-
tiam iuſtificantem: de gradu, & diſpoſi-
tione, nihil ibi: quamvis per annullum, &
calceamenta virtutum ornatus ſignifice-
tur. Vnde S. Petrus Criſol. ſerm. 3. ad illa
verba: *Date calceamenta in pedibus eius: ne
vel in pede remaneret deformitas nuditatis:
certe ut calceatus anterioris vita rediret ad
curſum.* Quod ſi faciant vim in eo quod
pater præcepit dari *ſtollam primam,* quaſi
eam

Dub. 5. Vtrum per pœnitentiam virtutes reſtituantur? 443

eam qua antea utebatur. Parum vrget:
quia Caietanus Lucæ 15. ver. 22. exponit
primam, hoc eſt, *præcipuã.* Vnde & in Græ-
co habetur articulus, quaſi ſignificans
ſtollam illam primam, demonſtrando cer-
tam, & inſignem quandam notam ſeruis
ſtollam. Sequitur Maldonado dicens: non
vocaui ſtollam primam, qua prius vſus
fuerat: ſed quæ omnium erat pretioſiſſi-
ma, quamque ante numquam induerat.
Et in Græco haberi articulum, verba ip-
ſa S. Chriſt. declarat: *Stollam illam primam.*
Et vt ait Martinus Ledelma 1. p. Quarti,
q. 30. art. 2. ad 6. apud peritos in latina
lingua, *prima,* ſignificat optimam: ita
quod dicitur prima perfectione. Videtur
que quod in illa ſignificatione capiatur
illic, quia ille filius non reliquit ſtollam
ſuam domi, quando reſceſſit à patre: imò
omnia ſecum tulit; vt ibi dicitur, ver. 13.
*Congregatis omnibus adoleſcentior filius pe-
regre proſectus eſt in regionem longinquam,
& ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam.* Solum
denotatur reditus ad ſtatum gratiæ, & vir-
tutum: nihil vero de gratiæ intentione,
vel adæquatione cum priori gratia.

Qua de cauſa etiam notat Auerſa q.
6. ſec. 5. quod quamvis aliqui ad hoc
adducant illa verba Concilij Tridentini
ſeſ. 6. cap. 14. dicentis amiſſam gratiam
recuperari. Sed hoc non eſt ad rem: qui a
intentum Concilij ibi præcipue erat do-
cere, homini abſolute de nouo conferri
gratiam, quæ per peccatum amiſſa erat,
de quo, & can. 23. & 29.

4. Ratio D. Thomæ in corpore arti-
culi eſt: nam per pœnitentiam remittun-
tur peccata, vt dictum eſt q. 86. art. 1. Re-
miſſio autem peccatorum non poteſt
eſſe: niſi per infuſionem gratiæ. Vnde re-
linquiritur quod per pœnitentiam homini
gratia infundatur. Ex gratia autem con-
ſequentur omnes virtutes gratiæ: ſicut
ex eſſentia animæ fluunt omnes potentiæ,
vt 1. 2. q. 110. art. 4. ad 1. habitum eſt. Vnde
de relinquitur quod per pœnitentiam om-
nes virtutes reſtituantur.

Idem probat D. Thomas in 4. diſt. 14.
q. 2. art. 2. Nam gratia, & virtutes in ani-
ma cauſantur ex influentia diuini lumi-
nis: quæ quidem influentia impeditur per
peccatum, quod animam à Deo auertit:
ſicut nubes interpoſita inter nos, & ſo-
lem, radium eius à nobis prohibet. Vnde
dicitur Eſaiæ 59. *Peccata noſtra diuiſe-
runt inter nos, & Deum noſtrum.* Et quia
per pœnitentiam peccata dimituntur, vt
dictum eſt, in primo pœnitentiæ actu

quantum ad offenſam. Ideo ſicut ventus
auferens nubem, nobis lumen ſolis reſti-
tuit. Ita pœnitentia tanquam remouens
prohibens, gratiam gratum facientem,
& omnes virtutes nobis reſtituit.

5. Notat autem ſol. ad 4. quod ſicut
dixerat in 3. lib. diſt. 33. q. 1. art. 2. q. 4. vir-
tus in fuſa, & aſſiſta non ſunt eiſdem
ſpeciei: vnde cum habitus ex frequentia
operum generatus virtuti aſſiſtæ con-
trarius ſit, non contrariatur directe virtuti
in fuſæ: quæ habet oppoſitionem ad pec-
catum ex parte illa, qua eſt offenſa Dei.
Vnde non oportet, quod ſtatim virtuti-
bus in fuſis reſtitutis, habitus vitiorum to-
taliter tollantur: quamuis impediatur, &
etiam diminuatur.

Vnde Soto diſt. 16. q. 2. art. 2. §. *Con-
cluſio,* ait. De virtutibus autem aſſiſtis
nullus eſt hic fermo: illæ enim non generā-
tur niſi ex ſimilibus actibus. Quod ſi obij-
ciatur: quia non poſſunt virtutes amiſſæ
per pœnitentiam reſtitui, niſi pœnitentia
virtutes cauſaret. Sed pœnitentia, cum ſit
virtus, non poteſt eſſe cauſa omnium vir-
tutum. Præſertim cum quædam virtutes
ſint naturaliter priores pœnitentia, ſcili-
cet, fides, ſpes, & charitas, vt ſupra dictū
eſt q. 85. art. 6. Ergo per pœnitentiam non
reſtituntur virtutes.

6. Reſpondet D. Thomas ad primum,
quod eodem modo pœnitentia reſtituit vir-
tutes, per quem modū eſt cauſa gratiæ, ut iam
dictum eſt. *Eſt autem cauſa gratiæ in quātū
eſt Sacramentū: nam in quātū eſt virtus eſt
magis gratiæ effectus. Et ideo non oportet,
quod pœnitentia, ſecundum quod eſt virtus,
ſit cauſa omnium aliarum virtutum: ſed quod
habitū pœnitentiæ, ſimul cū habitibus alia-
rum virtutum, per Sacramentum pœniten-
tiæ cauſentur.*

7. Hæc ſolutio non videtur ſatisfacere,
primo quia in hac quæſtione, ſicut & in
antecedentibus, eſt fermo de pœnitentia
virtute: & de iſta verificatur concluſio:
quanuis etiam verificetur de Sacramen-
to pœnitentiæ: de quo dicit ad 2. quod
*formalis vis huius Sacramenti dependet ex
virtute elatiuum. Et ideo virtus elatiuum effe-
ctiue cauſat gratiam, & virtutem: inſtru-
mentaliter tamen iuxta dicta q. 84. & q. 62.*
Secundo, quia ipſe D. Thomas ipſa ſol.
ad 2. docet, quod *actus primus pœnitentiæ
ſe habet ut vltima diſpoſitio ad gratiam con-
ſequentem, ſcilicet, contritio: ſed vltima diſ-
poſitio præcedit formam, & aliquomodo
eſt cauſa formæ: ergo etiam in quantum
eſt virtus eſt cauſa gratiæ.* Tertio, loquen-
do

do de poenitentia virtute; ipse D. Thomas q. 85. art. 2. ad 3. ait, quod poenitentia expellit omne peccatum effectiue. Ergo non bene modo coarctat causalitatem ad solam poenitentiam in quantum sacramentum.

8 Respondetur D. Thomam actui poenitentiae virtutis non concedere causalitatem principalem efficientem, neque effecti uam instrumentalem, quae soli competit sacramento respectu gratiae, & virtutum infusarum: cum quo compatitur concedere poenitentiae virtutis actui contritionis, quod ultimo disponat ad gratiam, & quod in genere dispositionis praecedat, & causet, & moraliter, & effectiue, modo proposito q. 86. Quod & praedictae tres probationes ostendunt. Et in 4. Sent. fol. ad 3. ait, quod sicut in eodem instanti, in quo obstruculum luminis primo remotum est, lumen consequitur: & tamen remotio obstruculi est causa illuminationis: ita in eodem instanti, in quo est actus poenitentiae, peccatum auferitur, & virtus restituitur: & tamen nihil prohibet per poenitentiam virtutes restitui. Pro intelligenda solut. ad 2. huius articuli primi, vide S. Thomam in 4. sent. illo art. 2. ad 5. de qua non semel meminimus in superioribus mentionem fecisse.

9 Secunda conclusio est D. Thomae art. 2. Poenitens quandoque resurgit in maiori gratia, quam prius habuerat: quandoque autem in aequali; quandoque etiam in maiori. Et eadem est ratio de virtutibus, quae ex gratia consequuntur. Ratio est, quia motus liberi arbitrii, qui est in iustificatione impii, est vltima dispositio ad gratiam: in quo quidem motu comprehenditur actus poenitentis. Forma autem quae possunt recipere magis, & minus, in tenduntur, & remittuntur secundum diuersam dispositionem subiecti. De quo 1. 2. q. 52. art. 1. & 2. & q. 66. art. 1. Et de ratione ipsa S. Thomas in 3. dist. 31. q. 1. art. 4. & nos non semel.

10 Respondet Suarez in Comm. art. 2. n. 5. & Auerfa q. 6. sec. 4. S. Thomam hoc loco solum considerasse, quid contritioni secundum se respondeat: & hoc tantum modo praecise comparasse gratiam restitutam respectu contritionis ad gratiam perditam: dixisseque posse esse maiorem, minorem, vel aequalem, iuxta proportionem contritionis. An vero ex alio capite, aut titulo possit gratia restituta crescere; & consequenter esse aequalis, vel maior quam gratia perditam, etiam si con-

tritio minor sit? D. Thomam hoc loco non tractasse: quia nondum egerat de reuiuiscuntia meritorum per poenitentiam. Et iuxta hanc interpretationem, saltem habetur, in hoc loco non docuisse D. Thomam illam sententiam, neque oppositam: de alij vero locis postea considerandum est.

11 Merito tamen ipse Suarez n. 8. in fine Commentarij ait, quod nihil inuenit, quod ex omni parte sibi satisfaciatur. Si inuentori solutio non satisfacit, non mirum quod nec nobis. Quod solamen est, dato quod in articulo secundo non exprimat, quia ibi non disputabat de reuiuiscuntia meritorum; si id clare affirmat art. 5. ad 3. ubi erat locus propriae mentem exprimendi: secundo, gratia, & virtutes sunt radix, & principia: opera, & merita sunt fructus iustificationis. Ordine ergo scientifico, prius probat restitui gratiam, & virtutes inaequaliter prout se disposuerit, ut postea explicet modum quo reuiuiscunt merita: & sic antiqui has duas difficultates seorsim tractabant: quauis ex decisione vnus gradum facerent ad aliam determinandam.

12 Admonet autem D. Thomam art. 2. ad 3. quod quandoque abundanter peccantes, abundantius dolent: & sic abundantiore habitum gratiae, & virtutum consequuntur: sicut patet in Magdalena. Vnde S. Chris. ser. de poenit. qui decem de homilijs de poenit. annexit. *Opoenitentiam* (inquit) *quae vitam de interitu renouat, statum restaurat, gratiam abundantiorum refundit: Quo modo ager frugifer, aut vinea fecunda, aut arbor fructifera pinguescit: & caet. S. August. de correptione, & gratia, cap. 9. expendens illud Psal. 2. ver. 11. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, ait: Discunt enim in ipsa via iustaeum timore se exultare debere, non sibi arrogando tanquam de sua virtute fiduciam permansendi: nec dicendo in abundantia sua non mouebor in aeternum. Psal. 2. ver. 7. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus: Ecce doctior, & ob hoc etiam humilior, factus est conturbatus, ut se inueniret; & humiliter sapiens, in quo spes esset habenda, addisceret. Quo confirmatur doctrina D. Thomae,*

art. 2. ad 1.

DVBIVM SEXTVM.

Vtrum Per poenitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem?

§. I. De dignitate quoad Deum.

1 Distinguit D. Thomas ar. 3. docens quod homo per peccatum duplicem dignitatem amittit: vnā quantum ad Deum; aliam quantum ad Ecclesiam. Quantum ad Deum amittit duplicem Dignitatem: vnā principalē: qua scilicet erat computatus inter filios Dei per gratiam. Et hanc dignitatem recuperat per poenitentiam. Quod significatur Lucae 15. in filio prodigo, cui poenitenti pater iussit restitui stolam primam, & annulum, & calceamenta. Vbi S. Petrus Crisologus ser. 3. ad illa verba: *Et date an nullum, ait: Paterna pietas contenta non est innocentiam reparare solam: nisi pristinum restituat, & honorem.* Aliam vero dignitatem amittit secundariam, scilicet innocentiam: de qua (sicut ibidem legitur) gloriabatur filius senior, dicens: *Ecce tot annis seruius tibi, & nunquam mandatum tuum praeteruii. Et hanc dignitatem poenitens recuperare non potest.* Recuperauit tamen quandoque aliquid maius: quia ut dicit S. Greg. hom. de ceterum ouibus, quae est 34. in Euangelia, in illud: *Gaudium est in Coelo super vno peccatore. Qui errasse a Deo se considerant, damna praecedentia lucris sequentibus recompensant.* Maius ergo gaudium de eis fit in Coelo: quia duos in praedio plus eam militem diligit, qui post pugnam reuersus, hostem fortiter premit; quam illum, qui nunquam terga prebuit, & nunquam aliquid fortiter fecit.

Sed Contra hanc secundam assertionem videntur esse priora illa verba S. Petri Crisologi: *Paterna pietas contenta non est innocentiam reparare solam.* Et quod S. Aug. & alij Patres, ut vidimus, dicunt, quod *stola prima est dignitas quam perdidit Adam.* Ille perdidit innocentiam. Ergo poenitenti restituatur innocentia.

Per oppositum S. Hieronymus ad illa

verba Amos 5. *Virgo Israel cecidit, ait, qui de numero virginum est, & errauerit ob leue quoque peccatum, non poterit suscitari: non quod non suscitetur; sed nequaquam suscitetur virgo Israel. Non est enim eadem gloria eius, qui semper sequutus est Dominum: & eius qui aberravit a grege, ac postea boni Pastoris reportatus est humeris.* Ex quo ibi id accepit Glossa ordinaria. Ergo per poenitentiam non recuperat homo pristinam dignitatem internam.

2 Respondet S. Thomas ad 1. *Quod eadem est ratio de recuperatione virginittatis, & de recuperatione innocentiae: quae pertinet ad secundariam rationem quoad Deum.*

Et 1. p. q. 25. art. 4. affert S. Hieron. epist. ad Eustoch. de custodia virgin. dicentem. *Cum Deus omnia pesit, non potest de corrupta facere incorruptam, et in sol. ad 3. ait, Quod omnem corruptionem mentis, & corporis Deus auferre potest a muliere corrupta: hoc tamen ab ea remoueri non poterit, quod corrupta non fuerit. Sicut etiam ab aliquo peccatore auferre non potest, quod non peccauerit, & quod charitatem non amiserit.* Vtriusque rationem reddit Durandus in 3. dist. 31. q. 2. n. 6. quia quaedam sunt, quae de natura sua includunt continuationem: sicut innocentia, & virginitas: innocentia enim est nunquam peccasse: & virginitas est semper abstinuisse a delectationibus venereis. Et talia, cum amittuntur, non possunt recuperari: quia caderet in eis interruptio: quod est contra rationem suae continuationis. Et ideo innocentia perditam non recuperatur, nec virginitas.

3 Specialiter de virginitate ait D. Thomas 2. 2. quaest. 152. articulo 3. ad 3. quod virtus per poenitentiam reparari potest quantum ad id quod est formale in virtute: non autem quantum ad id quod est materiale in ipsa. Non enim si quis magnificus consumpserit diuitias suas; per poenitentiam peccati restituntur ei diuitiae. Et similiter ille, qui virginitatem, peccando amisit, per poenitentiam non recuperat virginitatis materiam; sed recuperat virginitatis proprium.

4 Circa materiam autem virginitatis est aliquid quod miraculose reparari poterit diuinitus, scilicet, integritas membri, quam dicimus accidentaliter se ad virginitatem habere. Aliud autem est, quod nec miraculose reparari potest, ut scilicet, quod qui expertus est

voluptatem veneream, fiat non expertus. Non enim Deus potest facere, ut ea quæ facta sunt, non sint facta, ut in primo habitum est 1. p. q. 25. art. 4. Hæc D. Thomas.

Ex cuius doctrina habes duas distinctiones ad omnes auctoritates exponendas. Priores exponuntur illa distinctione de dignitate primaria, & secundaria. Cōstat enim, quod nec per Baptismum reducimur ad statum innocentiam, quem perdidit Adam. Vnde in Concilio Tridentino ses. 5. can. 5. dicitur. *Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc Sancta Synodus fatetur, & sentit.* Similiter S. Thomas 3. p. q. 69. art. 3. docet, quod Baptismus habet virtutem auferendi pœnalitates præsentis vitæ: non tamen eas auferit in præsentis vita; sed eius virtute auferentur à iustis in resurrectione, quando *mortale hoc induet immortalitatem*, ut dicitur 1. Cor. 15. de quo diximus illa q. 69. dub. 1. §. 3. Ergo multo minus pœnitentia restituet innocentiam; præcipue eo sensu, qui contradictionem implicat. Posteriores facile intelliguntur, concedendo aliquas virtutes non restitui quoad materiale, semper tamen restitui quoad formale.

5. Quare non est hic necessaria illa dubitatio, quæ contra Martinum Ledesma mouet Suarez in Comm. art. 3. à n. 3. vsque ad 6. & Auerla q. 6. sec. 8. asserentes quod si pœnitentia est specialis virtus, sicut ceteræ, recuperari deberet. Sed non esse specialem virtutem. Veritas tamen est quæ traditur à D. Thoma 2. 2. quæst. 152. ar. 3. *Quod virginitas est quedam specialis virtus, habens se ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem.* Sed siquæ sit specialis virtus, siue non; pœnitenti restituitur quoad formale: non quoad materiale. Vnde nō est necesse illam doctrinam D. Thomæ nunc amplius stabilire. Plures huiusmodi dubitationes etiam mouet hic Nuño, quas necessarias non iudico. Quod innocentia non restituitur, dicit Suarez n. 2. quod hoc modo multi intelligunt illud Nahum. 1. *Mundans non facit innocentem:* Quia Deus remittendo peccatum per pœnitentiam, innocentiam non restituit. Assertiue sequitur Auerla q. 6. sec. 8. initio.

6. Velem quod nominaret illos multos: quia ego nullam interpretem Sacra Scripturæ, quæ ita locum intelligat, inuenio. Quin potius S. Hieronymus ibi ait, *Quod est ferax: diu quidem sec-*

leris Assyriorum patiens fuit; & magnanimitatis suæ fortitudine, iniquitates eorum sustinuit, prouocans eos ad pœnitentiam: sed quia contempta bonitate Dei, secundum cor impœnitens thesaurizauerunt sibi iram in die iræ Rom. 2. Qui ante patiens fuit: *Nequaquam eos tanquam mundos, & innocentes, multos abire patietur.* Adiungit aliam explicationem: quod quia omnes peccauerunt, & indigent gloria Dei. Rom. 3. iustificatur ab eo gratis audiet: Matth. 20. An oculus tuus nequam est; quia ego bonus? *Atque ita fiet, ut in eo ipso quod arguit, & ignoscit, nullum innocentium abire patiatur.* Viramque expositionem sequitur Glossa Ordinaria ibi.

Hugo Cardinalis ita exponit. Mundans populum suum per Assyriam. Vnde Esaiæ 10. *Ve Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea.* Non faciet ipsum Assyrium innocentem, id est, à pœna immunem. Vel ostendet ipsum inique persequi populum Dei, quem deberet corripere Esaiæ 10. ver. 7. Posteaque in expositione Morali sic declarat: & mundans à culpa, non facit innocentem à pœna. Vel mundans, id est, proprio sanguine suo lauans, neminem facit proprijs meritis innocentem. Lyra. Mundans non faciet innocentem, id est, peccatores obstinatos non dimittet transire sine debita punitione, ac si essent innocentes: continuando ad præcedentia. Vel aliter. Et mundans peccatorem pœnitentem à culpa: non faciet innocentem, scilicet, liberum à pœna: quia pœnæ sunt quædam medicina peccatorum purgatiuæ. Ribera in Cōm. selectis breuioribus licet patiens sit: tamen eum, qui iniquus est, non absoluet, nec ut innocentem liberabit; sed puniet. Itaque non desinet punire vos o Assyrij. Eadem passim alij. Ex quibus vides, quam male cohæreat cum sensu literalis, & mystico prædicta expositio: & ideo omnino abiicienda.

7. Ex prædicta tamen solutione ad 1. & ex secunda conclusionē S. Greg. & D. Thomæ, Soto in 4. dist. 16. q. 2. art. 3. ad 1. ait notanda est illa Gregoriana consolatio, quod qui irreuerabilia damna innocentie, virginitatis, aut aliorum honorum, per infamiam crimina incurrerunt; possunt; & debent cumulatissimis virtutum officijs Magdalenam imitari; & Dauidem, atque alios pœnitentes,

tes, errata repensare, ut suam ab oculis populi infamiam abstergant; ut in die iudicij caritas illis multitudinem peccatorum operiat; & clarissima pœnitentia virtus per inde illa congregat, ac si numquam fuissent commissa. Hæc ibi.

§. II. De dignitate Ecclesiastica.

8. Loquendo vero de dignitate Ecclesiastica, docet S. Thomas, quod eam homo per peccatum perdit: quia indignum se reddit ad ea, quæ competunt dignitati Ecclesiasticæ exercenda: de quo p̄dicto vide, quæ scripsit to. 2. Theol. Moral. cap. 19. à q. 3. vsque ad 6. & hac 3. p. q. 64. dub. 4. à §. 2. vsque ad 7. Quam quidem recuperare prohibetur in quatuor casibus. Vno modo, quia non peccat.

Vnde S. Isid. ad Massianum, al. Massanū Episcopum scribit (sicut in eadem dist. 50. cap. 28. *Domino sancto*, legitur) *Illos ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentia præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contra hi qui neque a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, vendicare quadam superstitione temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam communionis recipiunt.* Secundus casus est, quia pœnitentiam negligenter facit. Vnde in eadem dist. cap. 29. *Si quis Diaconus.* Hormidas Papa ait. *Cum vero in aliquibus, nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec Beatum David imitentur, qui dicit Psal. 6. Lauabo per singulas noctes letum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Et illud Psal. 102. v. 10. Cinerem tanquam panem manducabam. & potum meum cum fletu miscebam. Nec eos ieiunijs, vel lectionibus vacare videamus; possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto torpore, & anima suæ inimica securitate permanent; credentes, quod sic eis, non aucta pœnitentia digna, dimiserit Deus, quomodo Sacerdotes indulisse videntur.* Isti duo casus de impœnitentibus, & negligenter pœnitentibus ut notat Soto dicto art. 3. §. due priores intelligendi sunt, quando peccatum erat publicum. In primitiua enim Ecclesia publici peccatores, siue Clerici, siue Laici, non admittebantur ad Sacra: postmodum vero rigor ille cessauit; &

nisi sit propter certa peccata, & casus, nemo sua dignitate priuatur, aut suspenditur. Error enim fuit Armachani lib. 10. cap. 4. quod temporale dominium per quodcumque mortale delictum perditur siue regnum sit, siue quodcumque inferius, etiam citra condemnationem. Videatur S. Thomas lib. 4. Contra Gent. cap. 77. Et Soto in 4. dist. 1. q. 5. art. 5. vbi decem proponit argumenta contra istum errorem & contra Vuiclef. Nobis sufficit vltimum. Si vera esset istorum uersania, cuncta essent spiritualia in ancipiti, & ambiguo: peccata namque mortalia, non modosecretissime committuntur: verum & interno ipso actu cordis, de quo homines iudicare non possunt. Si ergo quouis crimine Ecclesiastica potestas ministris deperiret, nemo esset certus an vere à suo prælato abtolueretur, alia uel sacramenta legitime reciperet: quæ cum sint causa gratiæ, maxima conturbatione, & confusione vexarentur fideles. Vnde in Concilio Constantiensi ses. 8. contra Vuiclef contra Hus eiusmodi hæresis fuit anathemate condemnata. De quo Thomas Vualdens. tomo 2. de Sacramen. Can. 3. per multa capita. Et nos supra q. 64. dub. 4. §. 1.

9. Tertio, si commiserit aliquod peccatum, quod habet irregularitatem annexam. Vnde in eadem dist. 50. cap. 8. *Si quis viduam*, ex Concilio Martini Papæ Brac. cap. 26. dicitur. *Si quis viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad Clericatum. Quod si irreperit, deijciatur. Similiter, si homicidij, aut facti, aut præcepto, aut consilio, aut defensione, post Baptismum concius fuerit, & per aliquam subreptionem ad Clericatum venerit, deijciatur.* Sed hoc non est ratiōe peccati, sed ratiōe irregularitatis, ait: D. Thomas. Qui videatur in 3. dist. 31. quæst. 1. articulo 4. quæst. 1. ad 2. & in 4. dist. 14. quæst. 1. articulo 5. quæst. 1. ad 3. & dist. 19. quæst. 1. articulo 3. quæst. 2. ad 2. & dist. 37. q. 2. articulo 2. ad 4. Glossa illo capitulo 8. litter. H. uers. *defensione*, addit. *Exhibi-* Caictanus isto articulo 3. notat, quod distinguendum est de defensione: nam quædam est necessitans ad homicidium: cum quis scilicet, non potest totaliter se defendendo, suum euadere inuasorem, nisi occidat illum. Et hæc non inducit irregularitatem per noua Iura, condita scilicet post transitum Beati Thomæ: in Concilio Viennensi, ut patet in 6. de homicidio cap. vnico. De-

fenfio autem non vrgens ad homicidium, & olim, & nunc irregularem constituit.

Et de hac textus iste cap. *Si quis viduam*, intelligendus est. Hac Caietanus. Adicit Soro, quod irregularitas quomodocumque committatur, etiam secrete, impedit ordines suscipiendos: & qui bigamus est, aut sanguinis effusor, etiam citra peccatum: vt cum iudex auctoritate publica hominem occidit: dummodo fuerit post Baptismum commissa: nam per Baptismum omnis irregularitas tollitur. Optimo autem consilio in Concilio Vienensi casus ille exceptus est, vt qui cum moderamine inculpatae tutelae sese defendens, homicidium faceret; non esset irregularis: sicut qui ex ignorantia inculpabili illud perpetraret: quia illud non est voluntarium, vt habetur Clement. *Si furiosus, de homicidio*. Et eodem modo respondendum est ad capit. *De his Clericis*. 6. distinct. 50. vbi qui in obsidione necessitate positi homicidiae fuerant, a sacris arcantur ordinibus a Papa Nicolao. Illud enim per idem Concilium Vienense temperatum est, & mutatum.

10 Quarto, seu quartus casus propter quem peccator Ecclesiasticam dignitatem recuperare prohibetur, est propter scandalum. Vnde in eadem dist. cap. 34. Rabanus Archiep. scribit ad Heribaldum lib. poen. capitulo 1. *De his vero: hi qui deprehensi, vel capti fuerint publice in periuicio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum instituta, a proprio gradu decedant: quia scandalum est populo Dei tales personas supra se positas habere, quas ultra modum vitiosas esse constat.* Et infra *Qui autem de praedictis peccatis abscondite a se admissis, per occultam confessionem coram oculis Dei, praesente etiam sacerdote, qui eis indicturus est poenitentiam, confitentur, & semetiplos grauiter deliquisse queruntur: si se per ieiunia, & elemosynas, vigiliisque, & sacras orationes, purgare certauerint; his etiam gradu seruato, spes veniae de misericordia Dei promittenda est.* Et hoc est, quod decernitur extrau. *De qualitate ordinandorum* in Decr. libro 1. titulo 11. *De tempor. ordinar.* capit. 17. & est vitium, & incipit. *Quaestum. Si proposita crimina ordine iudicario comprobata, vel alias notoria non fuerint (pra-*

ter reos homicidij) post poenitentiam iam susceptis, vel suscipiendis ordinibus, impediri non possunt. Ad idem pertinet cap. 16. eiusdem dist. 50. *Quis sanctitas*, vbi S. Gregor. lib. 7. epist. 53. ad Secundinum, ait: *Post dignam igitur satisfactionem credimus posse redire ad honorem.* Et ibidem cap. 21. *Contumaces*, ex Concilio Agarhenfi cap. 2. idem habetur.

Auctoritas S. Hieronymi, quae obijcitur in secundo argumento, iam est exposita hic dub. 3.

11 Praeterea obijcies: nam Innocentius primus epist. 6. ad Agapitum, relatus dist. 50. cap. 60. ex Concilio Mizano, cap. 10. ait: *Canones apud Nizenam constituti poenitentes, etiam ab inferius officijs Clericorum excludunt.*

Respondet S. Thomas art. 3. ad 2. ex S. Augustino epist. 50. ad Bonifacium, relato eadem dist. 50. cap. 25. *Vt constitueretur in Ecclesia ne quisquam post alicuius criminis poenitentiam Clericatum accipiat, vel ad Clericatum redeat, vel in Clericatu maneat; non desperatione indulgentiae, sed rigore factum est disciplina.* Alioqui contra clauas datas Ecclesiae disputabitur, de quibus dictum est: *Quae solueritis in terra, soluta erunt, & in Caelo.* Et postea subdit. *Nam & Sanctus David de criminibus mortiferis poenitentiam egit: & tamen in honore suo persistit. Et beatum Petrum quando amarissimas lacrymas fudit, vti que Dominum negasse poenituit: & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo super vacua putanda est posteriorum diligentia, qui vbi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus totius muniretur, experti, credo, aliquorum factas poenitentias per affectatas honorum potentias, 23. quaest. 4. cap. *Ipsa pietas, §. Verum.* Distinct. illa 50. cap. 14. Ponderet Calixtus Papa I. epist. 2. ad Episc. Galliarum, ait: *Porro Sanctus David de criminibus mortiferis egit poenitentiam: & tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus, & cetera. Nos vero indubitanter tam Domini Sacerdotes, quam reliquos fideles, post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus, testante Domino per Prophetam. Psalm. 40. Numquid, qui dormit & non adiecit vt resurgat? Et videatur etiam S. Ambros. serm. 47. de fide Petri relatus eadem distinct. 50. capit. 54. cap. *Fidelior.***

12 Obijcitur denique illud Ezeq. 44. ver. 10. *Sed & Leuita, qui longe recesserunt*

runt a me: portabunt iniquitatem suam, & non appropinquabunt ad me vt Sacerdotio fungantur mihi. Et in eadem dist. 50. cap. 52. ex Concilio Ilerdensi cap. 5. dicitur. *Hi qui altari Dei deseruiunt, si subito infensa carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente digne poenituerint: sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoueri.*

Respondet D. Thomas ad 3. quod statutum illud intelligitur de illis, qui publicam poenitentiam agunt, qui post modum non possunt ad maiorem prouchi gradum: nam & Petrus post negationem Christi pastor ouium constitutus est: vt patet Ioa. vlt. vbi etiam S. Chrsost. hom. 87. dicit, quod Petrus post negationem, & poenitentiam, ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christum: qui enim in Coena non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem commisit: huic postea & praepositura fratrum credita est: & non solum non committit alteri interrogare, quae ad ipsum pertinent: sed de reliquo ipse pro Ioanne Magistrum interrogat.

13 De doctrina huius dubij exrat: *Commentarius historicus de disciplina in administratione sacramenti poenitentiae tredecim primis saeculis in Ecclesia obseruata, in decem libros distinctus*, ferme incredibili labore collectus a Ioanne Morino Blesensi Congregationis Oratorij Parisiis 1651. praecipue lib. 4. & 5. & 6. & 7. Vbi fateor plura legi parum credibilia his, qui Patres, & Historias non tam minutim perferunt. Et quae ad examen Scholasticae palestra reducta, non facile luperandas continent difficultates. Sed eadem examen reducere, esset transilire terminos Theologi Scholastici, & Moralis: & labor immentus, non necessarius nostro instituto.

Notat Suarez in Com. art. 3. n. 8. quod id quod D. Thomas dixit de Irregularitate, extendendum est ad omne canonicum impedimentum: quod saepe etiam sub ea voce late sumpta comprehendit solet: quia sicut irregularitas non tollitur per poenitentiam; sed per dispensationem superioris: quamvis ad hanc obtinendam poenitentia sit congrua dispositio: patiter dicendum de Excommunicatione, suspensione, & interdictio: nam etiam haec censurae non tolluntur per poenitentiam; sed per aliam absolutionem Ecclesiae, quamvis diuersimode. Et in depositione, & Degradatione priuatur homo Ecclesiastica dignitate,

vt secundum ordinarium Ecclesiae curiam priuatur etiam spe restitutionis, quantumque poenitentiam agat. Et similiter beneficijs priuatur, per poenitentiam non restituitur: sicut quando priuatur penitentijs, & fructu beneficiorum, non restituitur illi etiam si poenitentiam agat. Sicut D. Th. 2. 2. q. 152. art. 3. ad 3. ait: *Quod si quis magnificus conspserit diuitias suas per poenitentiam peccati non restituantur ei diuitiae.*

DVBIVM SEPTIMUM.

Vtrum per poenitentiam subsequentem etiam opera mortua viuificetur?

1 **V**T respondeat, praemittit D. Thomas art. 6. quod opus aliud quod dicitur mortuum dupliciter: Vno modo effectiue, quia scilicet est causa mortis. Et secundum hoc opera peccati dicuntur opera mortua: secundum illud ad Hebraeos 9. *Sanguis Christi mundabit conscientias nostras ab operibus mortuis.* Haec igitur opera mortua non viuificantur per poenitentiam: sed magis abolentur: secundum illud ad Hebraeos 6. *Non rursus iacentes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis.* Alio modo dicuntur opera mortua priuatiue, scilicet, quia carent vita spirituali, quae est ex charitate, per quam anima Deo coniungitur; ex quo viuunt, sicut corpus per animam. Et per hunc modum etiam fides, quae est sine charitate, mortua dicitur: secundum illud Iacobi 2. *Fides sine operibus mortua est.* S. Bern. epist. 42. *Mortua fides est, quae non operatur ex dilectione, quasi non habens animam ipsam dilectionem, quae vegetetur, & mouetur ad opera.* Et per hunc etiam modum omnia opera, quae sunt bona ex genere, si sine charitate fiant, dicuntur mortua, in quantum scilicet non procedunt ex principio vitae. Sicut si dicamus sonum citrae vocem mortuam. Alludit S. Thomas ad illud 1. cor. 14. ver. 7. *Tamen, quae sine anima sunt, vocem dantia, sive tinnia, sive citrae: vbi S. Chrsost. hom. 35. sonus nihil significantes:* S. Thomas lec. 2.

2 Hoc praemisso respondetur cum D. Thoma, quod impossibile est quod opera mortua iterum fiant viuia per poenitentiam. Probat ex dictis: nam differentia mortis, & vitae in operibus est secundum

comparationem ad principium, à quo procedunt. Sed opera non possunt iterum à principio procedere: (quia transeunt) & iterum eadem numero resumere non possunt. Ergo impossibile est quod bona opera mortua iterum fiant viua per poenitentiam. Idem probat in argumento, *Sed contra*, ex illo Apostoli 1. Cor. 13. v. 3. *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Videantur ibi S. Hier. S. Chrys. & S. Thom. lec. 1.

3. Clarissime idem probat D. Thomas in 4. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 1. ita dicens. Poenitentia de sui ratione ordinatur ad remotionem mali. Vnde quod aliqua bona per poenitentiam restituantur, hoc non est nisi per accidens, in quantum remouet prohibens, vt dictum est art. 2. corp. & ad 1. ibi. Causa autem, quæ est remouens prohibens, exigit causam per se aliquam respectu effectus: cuius ipsa est causa per accidens. Viuificationis autem operum extra charitatem factorum, non potest poni aliqua causa per se: quia *vita operum ex vita operantis dependet: & ideo à gratia, vel charitate habent opera quod uiuant.* Gratia autem, vel charitas, quam poenitentia restituit, non potest operibus præcedentibus vitam conferre: quia habitus non format actum, nisi qui ab eo procedit. Et ita patet quod per poenitentiam, opera extra charitatem facta, viuificari non possunt.

4. Sed obijciens auctoritatem Origenis hom. 10. super Iosue 9. & S. Hieronymi super Amos. 1. ver. 6. ad illa verba: *Si minas multum, dicentem: Si quando uideris inter multa opera peccatorum, facere quæpiam nonnulla, que iusta sunt, non est tamen iustus Deus, ut propter multa mala, obliuiscatur paucorum bonorum.* Tertio, sicut se habet poena ad malum actum: ita se habet præmium ad bonum. Sed nullum malum, factum apud Deum iustum iudicem, manet impunitum. Ergo nec aliquod bonum irremuneratum.

Quarto, si opera existentis in peccato mortali, nihil valerent, quando fiunt sine gratia, nec postea quando est in gratia, non esse consulendum peccatori quod bene ageret: cum tamen dicatur Ecclesi. 33. ver. 29. *Multam malitiam docuit otiositas: vnde est semper declinandum à malo, & faciendum bonum.*

5. Auctoritatem Origenis, vt dicit S. Thomas dist. 14. S. Iulianus relatus in

Glossa Ord. super Iosue 9. exponitur, vt per salutem intelligatur signum salutis: quod etiam peccatores in Sacramentis suscipiunt. Vel dicendum *quod concedit eis salutem in spe, non in re.* Quod ad verendum pro supra notatis.

S. Hieronymum exponit S. Thomas art. 6. ad 3. dicens. Quod Deus recordatur bonorum, quæ quis facit in statu peccati, non vt remuneret ea in vita æterna, quæ debetur solis operibus viuis, id est, ex charitate factis. Sed remunerat ea temporalis remuneratione: sicut S. Greg. hom. 40. in Euangelia, dicit de Diuite, & Lazaro, quod nisi diues ille aliquod bonum egisset, & in præfenti sæculo remunerationem accepisset, nequaquam Abrahami diceret: *Recepisti bona in vita tua.* Vnde S. Greg. hom. 46. ait. *Hæc sententia paupere potius indiget, quam expositione.* Et vt sensum litteralem sequuntur Caietanus, & alij.

6. Aliam adhibet expositionem S. Thomas dicens. Vel etiam hoc potest referri ad hoc quod *patietur tolerabilis iudicium.* Vnde dicit S. Agus. lib. de patientia cap. 26. tom. 4. Non possumus dicere schismatico melius fuisse, vt Christum negando, nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo. Sed existimandum est tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando, nihil eorum pateretur: vt illud quod ait Apost. 1. Cor. 13. *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest:* intelligatur ad Regnum Cælorum obtinendum: *non ad extremi iudicij supplicium tollerabilius subeundum.* Hæc S. Thomas.

7. Diuersum quid scripserat in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. q. 4. dicens. Sed quia diuinæ bonitatem docet, vt vbicumque dispositionem inuenit, perfectionem adijciat: ideo ex merito congruè dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera extra charitatem facta. Et secundum hoc opera ista valent ad triplex bonum, scilicet: ad temporalium consequutionem: ad dispositionem ad gratiam: & ad assuetudinem bonorum operum. Quia tamen hoc meritum non proprie meritum dicitur: ideo magis concedendum est, quod huiusmodi opera non sint alicuius meritoria, quam quod sint. Loquitur de dispositione remota, & de operibus factis ex auxilio Spiritus Sancti, non in habitantis, sed mouentis.

Ad vltimum respondet ibi q. 5. in corpore,

pore, quod huiusmodi opera diminuunt penam inferni. Primo, quia homo reatu omissionis euadit; quæ huiusmodi opera perficit. Secundo, quia huiusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt: vt homo ex minori contemptu etiam peccata faciat. Vt etiam à multis peccatis per huiusmodi opera retrahatur. Sed & diminutionem, vel dilationem temporalis penæ merentur huiusmodi opera, sicut dicitur 3. Regum 21. de Achab.

Eodem modo sicut & bonorum temporalium consecutionem. Hæc S. Thomas.

8. Vbi in primis in quibusdam locis negat hæc opera esse meritoria, & in alijs concedit. Sed cum expresse solum concedat meritum *improprie*; potest quis loqui vt libuerit. Dum neget meritum proprie, de quod Bergomensis in Concord. dub. 951. Videatur S. Thomas in 2. dist. 27. art. 4. & q. 2. de Malo art. 5. ad 7.


9. Notat etiam Soto in 4. dist. 16. q. 2. art. 6. ad 3. circa 2. solutionem, quod non vult dicere S. Thomas, quod si quis in concubinato viuens multa faciat moralia opera: & concubinato, verbi gratia, decreti sint in Inferno cruciatus vt decem gradus: propter illa bona opera remittantur ad nouem: quoniam illa reuera nullius momenti sunt apud Deum, aut in præmio æterno; aut in remissione æterni supplicij, Sed ideo cum illo mirius agatur, quod exercitus in bonis operibus, alia cuitat noua peccata, pro quibus acriter puniretur.

10. Præterea ipse Soto *Sic nota*, docet nec per potentiam Dei absolutam opera antecedenter mortua posse per subsequenter gratiam viuificari: quia transierunt: & habitus non format, nec formare potest actum, nisi quia ab eo procedit. Quod si sciolus (inquit) in contrarium arguat. Posset Deus de potentia absoluta gloriam suam conferre homini propter bona opera, quæ in peccato egit,

Respondetur quod licet possit Deus sua potentia absoluta illis gloriam conferre, qui non fuerunt eius filij per gratiam (quod quidem non tam affirmate, quam alij assero) dabit tamen pro suo beneplacito: attamen non pro eorum dignitate: quia non poterit facere illius præmij dignos, nisi faciendo sibi amicos. Quare nec potest dare gloriam pro operibus, quæ non procedunt ex gratia: nam, *pro*, dicit dignitatem operum: quæ certe, nisi homines faciendo gratos, non potest digna facere: atque adeo nec viuificare. Hæc Soto. De quo Thomas Hurtado in Præcurfore Theologo de reuiuifcentia operum tota controu. 3. vbi membro primo conabatur oppositum sustinere: sed tandem membro 2. Soto sequitur. De quo recollantur supra dicta q. 86. dub. 7. & late Nuncio hic art. 6. difficultate vnica. Demum nota, quod opera mortua, vel propter inanem gloriam facta, non solum non viuificantur quoad præmium essentiale: sed nec quoad aureolam, seu præmium accidentale. Vnde D. Thomas Quod lib. 5. q. 12. art. 24. dicit quod eum aureola importet quandam singularem excellentiam præmij, necesse est quod præsupponat auream: sicut comparatiuum præsupponit posituum. Et hoc figuratur Exodi 25. vbi dicitur: *Facies super coronam auream alteram aureolam.* Et ideo, qui non meretur auream, id est, præmium essentiale, non meretur aureolam. Qui autem propter inanem gloriam operantur, non merentur præmium essentiale: quia receperunt mercedem suam: vt dicitur Matthæi 6. Vnde nec merentur aureolam. Poenitentia autem restituit homini præmia prius habitata: non autem confert ea, quæ non habuit: nisi in quantum motus poenitentiae est meritorius. Vnde talis non meretur aureolam. Hæc D. Thomas, & hæc de questione

QVÆSTIO LXXX.

DE PARTIBVS PÆNITENTIÆ IN GENERALI.



QUATVOR articulis huic quaestioni respondet D. Thomas. Statuit in primo, quod Sacramentum Poenitentiae habet partes:

determinat in secundo, quod contritio, confessio, & satisfactio, ponuntur partes poenitentiae. Exponit in tertio: quod praedicta tria sunt partes integrales poenitentiae. Ad declarandam doctrinam S. Augustini, probat in ultimo conuenienter diuidi poenitentiam in poenitentiam ante Baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam venialium.

2 Fere omnia, quae in hac quaestione disputatione indigent, tractata sunt q. 84. dub. 2. Sed quia mirifica doctrina S. Thomae, in hac quaestione tradita, saepe indigemus, & eam citamus, placet ordine consueto proponere, & quia eam aliunde ad manum non habent, possint instrui; & contra insurgentes dubitationes eam defendere.

DVBIVM PRIMVM.

*Vtrum poenitentia debeant
partes assignari?*

1 **R**espondetur cum D. Thomae art. 1. quod conuenienter Sacramento Poenitentiae assignantur partes. Nam partes rei sunt in quas materialiter totum diuiditur: habent enim se partes ad totum, sicut materia ad formam. Vnde in 2. Physicorum textu 31. partes ponuntur in genere causa materialis, totum autem in genere causa formalis. Vbi cumque igitur ex parte materiae inueni-

tur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationem. Dictum est autem supra q. 84. art. 1. & 3. quod in Sacramento Poenitentiae actus humani se habent per modum materiae. Et ideo, cum plures actus humani requirantur ad poenitentiae perfectionem, consequens est, quod Sacramentum Poenitentiae habeat partes. Probat praeterea ipse D. Thomas in 4. Sent. dist. 16. q. 1. art. 1. q. 1. nam in poenitentia non est pro materia aliqua exterior res, sicut in Baptismo aqua: sed ipse actus humanus loco materiae in hoc Sacramento se habet: qui per quandam recompensationem, offensam culpae praecedentis tollit. In actibus autem humanis est gradus quidam, ad perfectionem pertingendi, propter diuersas partes hominis: quarum vna aliam mouet. Et ideo oportet, quod diuersa secundum ordinem ad perfectionem poenitentiae considerentur. Et haec dicuntur poenitentiae partes.

2 Admonet autem S. Thomas hic ad 1. quod *quodlibet Sacramentum habet simplicitatem ratione virtutis diuinae, quae in eo operatur. Sed virtus diuina, propter suam magnitudinem, operari potest, & per unum, & per multa: ratione quorum alicui Sacramento possunt partes assignari.* Videantur quae diximus 3. p. q. 60. dub. 10. §. 5. explicando vtrum formae Sacramentorum sint indiuisibiles? Et q. 78. dub. 6. §. 4. agendo de virtute, qua verba consecrationis conuertunt panem in corpus Christi.

Nunc hic art. 1. difficult. vnica ad 1. ait, verba D. Thomae intelligenda esse formaliter: virtus namque diuina vnica est, quantum est ex parte ipsius Dei. Et licet sit diuersa in quantum recipitur in diuersis partibus materiae: haec tamen diuersitas omnino materialis est: formaliter vero est vnica virtus in omnibus illis partibus: eo quod eodem modo

do operatur in omnibus illis.

Haec tamen explicatio non est ad mentem D. Thomae: nec est vera. Non est ad mentem D. Thomae: quia locis citatis ostendimus hanc virtutem esse indiuisibilem: & omnem diuisionem, & compositionem, & successionem, se habere praesuppositiuè: quia virtus conferitur, cum completur significatio sacramenti: & sic causant in instanti: sicut generatio est instantanea, quamvis praecedat alteratio successiuè: guttae cauitio instantanee perficitur, quamvis successiuè cadant guttae cauantes; quia vltima agit virtute omnium. Et ex parte Dei ad omnia agenda est vna virtus: & cum operetur in vnoquoque iuxta modum suum cumque vnumquodque recipiatur iuxta modum recipientis: si virtus vel qualitas daretur partibus successiuis, compositis, & saepe tempore seiunctis, nec esset dici possit vna: & multominus indiuisibilis, & causans in instanti. Vnde D. Thomas in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. q. 1. ad 1. ait: *Quod Sacramentum est simplex ratione effectus principalis, & virtutis simplicis, quam operatur: sed materiale in Sacramento potest esse compositum.* Et ad 2. ait, *quod partes non assignantur poenitentiae ex parte virtutis sacramentalis: sed ex parte eius, quod est materiale in ipsa.*

3 Sed obieciēs. Poenitentia, & est virtus, & est sacramentum. Sed, ei in quantum est virtus, non assignantur partes: cum virtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis. Similiter etiam, & poenitentia, in quantum est Sacramentum, non videtur quod sint partes assignandae: quia Baptismo, & alijs Sacramentis non assignantur partes. Ergo poenitentiae nullo modo debet assignari partes.

4 Respondet D. Thomas art. 1. ad 2. quod poenitentiae secundum quod est virtus, non assignantur partes: actus enim humani, qui multiplicantur in poenitentia, non comparantur ad habitum virtutis, sicut partes; sed sicut effectus. Vnde relinquitur quod partes assignentur poenitentiae, in quantum est Sacramentum: ad quod actus humani comparantur vt materia. In alijs autem sacramentis materia non sunt actus humani, sed aliqua res exterior, vna; siue simplex, vt aqua, vel oleum; siue composita, vt chrisma: & ideo alijs Sacramentis non assignantur partes. Haec S. Thomas,

5 Circa quam solutionem aduerte, quod Auersa q. 7. sec. 2. §. *Recte tamen*, refert, quod Bellarmin. lib. 1. de poen. cap. 19. prop. 5. ait, praedictas non solum esse partes sacramenti, sed suo modo etiam poenitentiae virtutis extra sacramentum: & non solum in lege euangelica; sed in omni lege.

Sed non bene refert. Quia Bellarminus, non solum sententiam, sed & propter ipsam rationem D. Thomae eam tenet: ait namque, obseruandum erit hoc loco, nomine poenitentiae, non significari habitum, seu virtutem poenitentiae, quae, vt supra diximus, partes non habet; cum simplex qualitas sit. Neque etiam actiualem poenitentiam absolute; cum confessio, & satisfactio, contritionis signa, & effectus sint: & proinde ad eam, non vt partes ad partem; sed vt effectus ad causam referantur. Haec ibi. Vbi vides sententiam D. Thomae, & ambas eius rationes.

6 Quod latius confirmat S. Thomas in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. q. 4. dicens, quod ab eo quod sequitur rem, non accidit aliqua compositio in re; quia componenda sunt priora compositis: vnde cum actus nostri sint posteriores virtutibus, a quibus eliciuntur diuersi actus, qui secundum ordinem a virtute aliqua progrediuntur, non faciunt compositionem aliquam in virtute. Et ideo praedicta tria non sunt partes poenitentiae virtutis; sed poenitentiae sacramenti: quia ipsi actus sunt quasi materia sacramenti: & poenitentiae diuisionem materiae partes rei sumuntur quandoque. Et ad 1. ait, quod actus exteriores requiruntur ad perfectionem secundam virtutum moralium: partes autem integrales oportet, quod sint de perfectione prima. Et ad 2. aliam adiicit rationem dicens. Quod quamvis tria praedicta sint actus poenitentiae virtutis; non tamen sequitur quod sint partes eius: quia in quolibet praedictorum actuum inueniuntur omnes circumstantiae, quibus integratur medium virtutis.

7 Quomodo vero ista fuerint necessaria in omni lege, de quo agit Bellarminus notab. 2. explicuimus cum D. Thomae, quaest. 84. art. 7. ad 1. & 2. & in speciali magis exponemus tractando de singulis partibus poenitentiae. Quod si admittatur illa diuisio respectu virtutis, non vt diuisio totius in partes integrantes; sed vt distinctio actuum diuer-

diuersarum rationum, vt distinguit Suarez disp. 6. lec. 2. & q. 90. art. 1. n. 2. nihil habet D. Thomae, aut veritati contrarium: sed est loquutio minus vsitata Theologi: & non solum illae partes, de quibus Concilia Florentium, & Tridentinum loquuntur. Vnde in 4. Sent. ad 3. ait D. Thomas, quod ad poenitentiam virtutes requiruntur ista tria, sed non vt partes, sed vt actus, vt dictum est. Circa secundam partem solutionis, Suarez in com. 1. art. n. 3. ait, quod licet materia remota Baptismi, vel aliorum quorundam sacramentorum non sit actus humanus, sed aliqua res exterior: tamen materia proxima saepe est actus humanus, vt in Baptismo ablutio, in Confirmatione, Extremaunctione, vinctio, in Matrimonio traditio corporum, in Ordine tactus. Vnde sola Eucharistia est in qua res exterior ita est materia vt nullus actus humanus necessarius sit. Estque ratio specialis, quia solum id Sacramentum non consistit in vsu: & ideo sumptio illius iam non ad constitutionem sacramenti; sed ad vsum spectat. Habere igitur partes materiales non est ita proprium huius sacramenti, vt alij non conueniat: sed ita vt non omnibus necessario conueniat.

8 Contra hanc doctrinam arguit Nuño art. 1. diff. vnica ad 2. quia non est ad mentem D. Thomae: quia iuxta hanc expositionem nulla est differentia, quoad hoc, inter poenitentiam, & alia sacramenta: cum tamen D. Thomas constituat discrimen inter hoc, & reliqua sacramenta, quod in isto assignantur diuersae partes integrales, non tamen in alijs sacramentis. Et licet doctrina ista magis videatur pertinere ad modum loquendi, quam ad substantiam rei. Modus tamen loquendi D. Thomae est communis: quia frequens fit interrogatio de partibus sacramenti poenitentiae: non tamen de alijs partibus aliorum sacramentorum: & seruari debet communis modus loquendi fidelium.

9 Ad argumentum in oppositum respondet: esse magnam in hac parte differentiam inter Sacramentum poenitentiae, & alia: quoniam in alijs sacramentis partes sunt nimis materialiter distinctae: & ideo non appellantur simpliciter loquendo diuersae partes: vt manifeste constat in sacramento Extremae vinctiois, omnes enim partes vinctiones sunt: in sa-

cramento vero poenitentiae partes sunt nimis formaliter diuersae, eo quod sunt partes diuersae rationis: alio enim modo contritio est pars, & alio modo confessio, & etiam alio modo est pars satisfactio: contritio enim est pars tanquam actus interior, & quia est de necessitate sacramenti: confessio vero est pars, quia pro illa supponit sacramentum: satisfactio vero complementum sacramenti. Hac Nuño.

10 Sed iam q. 60. dub. 11. §. 2. & q. 84. dub. 2. conc. 3. diximus sacramentum hoc supponere in recto pro actibus poenitentiae: & connotare in obliquo, sed essentialiter, absolute. Et ad eius intentum sufficeret hoc: & quod habetur in Concilio Florentino, & Tridentino numerantibus partes huius sacramenti: & non partes aliorum sacramentorum.

11 Certe D. Thomas in 4. diff. 16. q. 1. art. 1. q. 1. ad 1. ait, quod materiale in sacramento potest esse compositum: sicut patet in Confirmatione, & Eucharistia. Et ad 2. ait, quod partes assignantur poenitentiae ex parte eius quod est materiale in ipsa. In Baptismo autem est materiale res exterior, in qua non est accipere, nisi vnum esse: & ideo in Baptismo partes non assignantur: quia si sit aliquis actus noster in Baptismo, ille non est de essentia Baptismi, sed dispositio ad Baptisum.

Ipseque Suarez vt retulimus, & sequuti sumus q. 84. dub. 2. n. 18. dicit, quod ideo Concilia has partes vocant quasi materiam: quia in hoc sacramento materia non est ex aliquo elemento, seu corpore sensibili permanente, sicut in Baptismo est aqua, in Confirmatione Balsamum, & in alijs oleum, & panis in poenitentia vero & matrimonio lotio matris sunt ipsi actus humani, vt multis locis docet D. Thomas, & nos q. 84. dub. 1. n. 9. & q. 60. dub. 9. §. 3. conc. 3. Cum ergo ex illa parte, quae in hoc sensu est materialis, huic Sacramento assignantur partes tam diuersae: & hoc non habeat locum in alijs sacramentis: iam verificantur verba D. Thomae, & eius intentum. Nec enim ipse negat, quod id quod est materiale in alijs sacramentis potest esse compositum: imò id affirmat verificari in Eucharistia, & Confirmatione. Nec negat, quod ex Christi institutione sola Eucharistia est sacramentum permanens: alia vero sacramenta perficiuntur in applicatione materiae ad

ad hominem sanctificandum. Imò id expresse docet 3. p. q. 73. art. 1. ad 3. & nos ibi late dub. 1. §. 2. Sed cum ex parte huius applicationis, & actionum, quibus reliqua perficiuntur Sacramenta, non sit diuersitas consideratione digna, ideo manet verum esse discrimen à D. Thoma assignatum inter poenitentiam, & alia: quod Sacramento Poenitentiae partes assignantur, & alijs Sacramentis non assignantur partes.

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrum conuenienter assignentur partes poenitentiae, contritio, confessio, & satisfactio?

§. I. Quod sint materia Sacramenti Poenitentiae ostenditur.

1 **L**oquendo de partibus essentialibus Sacramenti Poenitentiae, poenitentia essentialiter constat ex actibus poenitentis vt materia; & verbis Sacerdotis absoluentis, quae se habent per modum formae. Vt probet D. Thomas ar. 2. praemittit, quod duplex est pars vt dicitur in 5. Metaph. textu 7. scilicet, pars essentiae, & pars quantitatis. Partes essentiae sunt Naturaliter quidem forma, & materia: Logice autem genus, & differentia (à quibusdam illae vocantur partes physice; iste partes metaphysice.) Quod praemisso, subsumit. Hoc autem modo quodlibet Sacramentum distinguitur in materiam, & formam, sicut in partes essentiae. Vnde, & supra q. 60. art. 5. & 6. dictum est, quod Sacramenta consistunt in rebus, & verbis. De quibus nos ibi dub. 9. & 10. Vnde, & q. 84. dub. 2. conc. 4. diximus significatum adaequatum Sacramenti Poenitentiae essentialiter importare materiam, & formam, seu compositum ex actibus poenitentis, & ex forma absolute prolata a Sacerdote. Sed quia quantitas se tenet ex parte materiae, partes quantitatis sunt partes materiae. Et hoc modo Sacramento Poenitentiae specialiter assignantur partes, vt dictum est art. 1. quantum ad actus poenitentis, qui

sunt materia huius Sacramenti. Vnde concluditur nunc esse sermonem de partibus quantitatis, seu materialibus Sacramenti Poenitentiae. Quod etiam notat D. Thomas in 4. diff. 22. q. 2. ad 3. & 2. ad Cor. 7. lec. 3.

De quibus proponit conclusionem, contritio, confessio, & satisfactio ponuntur partes Sacramenti Poenitentiae. Probat D. Thomas: nam dictum est q. 85. ar. 3. ad 3. quod alio modo fit recompensatio offensae in poenitentia, & in vindictiua iustitia. Nam in vindictiua iustitia fit recompensatio secundum arbitrium iudicis; non secundum voluntatem offendens, vel offensus. Sed in poenitentia fit recompensatio secundum voluntatem peccantis; & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic non quaeritur sola integratio aequalitatis iustitiae (sicut in iustitia vindictiua) sed magis reconciliatio amicitiae: quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit. Sic igitur requiritur ex parte poenitentis, primo quidem voluntas recompensandi: quod fit per contritionem. Secundo, quod se subiiciat arbitrio Sacerdotis loco Dei; quod fit in confessione. Tertio, quod recompenset secundum arbitrium ministri Dei: quod fit in satisfactione. Et ideo contritio, confessio, & satisfactio ponuntur partes poenitentiae. Eandem rationem latius expositam, proponit D. Thomas in 4. diff. 16. q. 1. art. 1. q. 2.

Notat Suarez in Comm. art. 2. n. 1. quod ratio à priori, cur illa tria, & non plura, sint necessaria in lege noua, est, quia Deus ita instituit. Congruentia autem est, quam hic affert D. Thomas. Soto tamen, art. 2. §. De hac re: ponderat illa verba Matth. 16. & Ioann. 20. fere eodem modo, quo ponderantur à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1. & 3. & can. 3. & 4. vbi dicitur: *Si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, videlicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, quae tres poenitentiae partes dicuntur, Anathema sit.* Et Soto concludit: *Ecce ergo triam partium poenitentiae euangelicum fundamentum.*

2 De hoc puncto, vt notat Soto in 4. diff. 17. q. 1. art. 2. & Haeretici nobis licem contestantur; & Catholici non nihil dubietatis offundunt. Lutherus enim (qui quintus articulus eius est à Leone Decimo) condēnatus tres has negat esse partes

tes poenitentiae, dicens, fundamentum neque in sacra Scriptura; neque in sanctis Doctoribus habere. Et quamquam vafre se subinde corrigens, dixerit, non negare nisi satisfactionem: illico tamen art. 6. contritionem impudētissime infamat, dicens, discussionem, deestationemque peccatorum, hominem facere hypocritam, & magis peccatorem. Ac demum art. 8. & 9. veritate de auriculari confessione pronunciat. De partibus poenitentiae à Lutherò, & sequacibus assignatis, late Bellarminus lib. 1. de poenit. cap. 18. & 19. & 20.

Agendo de singulis, adducemus Scripturam, & Patrum testimonia, & Conciliorum definitiones, quibus certificamur de Christi institutione. Pro illis verbis rationis D. Thomae: *Sed magis reconciliatio amicitiae*: notandum, quod S. Leo Papa epist. 91. poenitentiae Sacramentū *reconciliationem* appellat. Et S. Ioan. Chrysostomus serm. de poenitent. & S. Petrus Crisostomus serm. 93. ait: *Oscula sunt reconciliationis indicia.*

2 Omnes partes poenitentiae simul numerat S. Ioan. Chrysostomus. hom. de poenitentia, quae incipit: *Provida mente*: cuius auctoritatis pars refertur à Gratiano de poenitentia dist. 1. cap. 40. incipiente: *Perfecta*: & iterum dist. 3. cap. 8. incipiente eodem modo: ex quo Soto, & Ioannes Nicolai. Placet tamen repraesentare integra verba, quae sunt ista. *Perfecta Poenitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, si violentus quarat, quae habet, non vetat: si vestem dirimat, non refragatur; percutienti maxillam, praebet alteram; iam angariatus, vltro adijcit; castigatus, gratias agit; prouocatus tacet; exasperatus, blanditur: superiori simplex est; inferiori subiacet: In corde eius contritio est; in ore eius confessio; & in opere tota humilitas. Haec est perfecta, & fructifera poenitentia.* Habetur to. 5.

S. Gregorius lib. 6. in 1. Regum cap. 15. ad illa: *Proiecit te Dominus ne sis Rex*, ait: *Quid enim prodest confiteri flagitia: si confessionis vocem non sequitur afflictio poenitentiae? Tria quippe in vno quodque consideranda sunt veraciter poenitente: videlicet, conuersio, mendis confessio oris, & vindicta peccati. Nam, qui corde non conuertitur, quid prodest ei, si peccata confiteatur? Peccatum, quod diligitur, confitendo minime deletur. Et infra: *Tertia ergo species, id est, vindicta, quasi medicina, necessaria est; ut apostema reatus,**

quod conuersione compungitur, confitendo pargetur, afflictionisque medicina sanetur. Supponit S. Petrus Crisostomus serm. 93. in fine eadem tres partes poenitentiae esse necessarias.

4 Quartum ad controuersiam cum Catholicis, quae fere est de modo loquendi, Scotus in 4. dist. 16. q. 1. lit. E. ait: *De poenitentiae Sacramento dico, quod ista tria (contritio, confessio, satisfactio) nullo modo sunt partes eius: quia ut dictum est dist. 14. q. 4. poenitentia Sacramentum est illa absolutio sacramentalis facta certis verbis: Et caetera. Huius autem nulla pars est contritio; quae est quodam spirituale in anima: neque confessio; quia nihil ipsius est sententia sacerdotis; sed actus rei accusantis se: neque satisfactio; sed sequitur illam absolutionem sacramentalem.* Haec Scotus. Durandus vero in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. tenet Sacramentum poenitentiae integrari ex absolutione ut forma, & confessione; ut forma. Contritionem vero non ponit eius partem; sed dispositionem prauiam, satisfactionem autem pro consequente.

5 Sed contra istos, inquit Caietanus, q. 90. art. 1. quod doctrina D. Thomae in hac parte canonizata est a Synodo Florentina, sub Eugenio Quarto in Decreto Eugenij, quod habetur post vltimam sessionem. *Ideo sanctae Matris Ecclesiae doctrina monstrat, tam Scoti, quam Durandi opiniones deficere.* Cano Relect. de poenit. parte 5. §. *Quintum fundamentum*, ait. Quod Durandus in eadem erroris nauis versatur cum Soto. Quorum relatis fundamentis, subiungit Cano. *At vero omnia haec commentitia sunt: nec possunt fundamentum, quod iocimas infirmare: habetur enim ex Concilio Florentino, & Tridentino: cuius auctoritatem Theologi sane tenere debemus.* Et Soto dist. 14. q. 1. art. 1. ait, quod opposita sententia a canonico loquendi more dissonat. Et dist. 17. q. 3. art. 2. §. *Inter Catholicos*, tandem concludit, relato Decreto etiam Tridentino. *Post hos igitur sacros canones non est fas negare tres esse partes poenitentiae: sed veritas haec tanquam orthodoxa est veneranter amplectenda.*

Similiter Suarez disp. 18. sec. 3. nu. 3. dicit: *Ac tandem Concilium Florentinum, & Tridentinum doctrinam hanc probauerunt.* Bellarminus lib. 1. de poenit. cap. 17. docet: quod sententia D. Thomae est Theologorum communis: *& certissima est: neque iam amplius in dubium reuocari potest; cum in Concilijs œcumenicis, Florentino, & Triden-*

Tridentino disertis verbis legamus, & caetera, Recole, quae scripti quæst. 60. dub. 9. num. 37. vbi collatis verbis Concilij Tridentini, & Scoti, ostensum est in modo loquendi contradictorie opponi: quod Catholicum non licet absque incurfione alicuius Theologicae celurae, propter modum loquendi in re tanta. Videatur Nuño q. 84. art. 1. dub. 4. & q. 90. art. 2. & quae diximus, quæst. 84. dub. 2. num. 13. & 14. Sed excusatio est, quod vterque scripsit ante vtriusque Concilij tempora.

Quantum enim attinet ad doctrinam ipsam Catholicam: notat Bellarminus illo libr. 1. de poenitent. cap. 18. quod Catholici summo consensu tres assignant poenitentiae partes, contritionem, confessionem, & satisfactionem: neque de hac re vlla inter Catholicos controuersia est. Nam ipse etiam Scotus, qui poenitentiae Sacramentum in sola absolutione: & Durandus, qui in absolutione, & confessione constituit, disertis verbis docent, ad pereipiendam in hoc Sacramento peccatorum remissionem, tria ex illa parte poenitentis requiri. Vide illo num. 13. & 14.

§. II. Actus poenitentis sunt materia proxima.

Sed obijcies. Poenitentiae materia est peccatum, ut supra dictum est, q. 84. art. 2. Sed peccato non assignantur partes. Ergo etiam nec poenitentiae sunt partes assignandae.

Respondet D. Thomas art. 1. ad 3. quod *peccata sunt materia remota poenitentiae, in quantum scilicet, sunt materia, vel obiectum humanorum actuum: qui sunt propria materia poenitentiae prout est Sacramentum.*

6 Occasione huius solutionis aduerte, quod Ioseph Iannarius. 1. par. Resol. 25. æquinocatus quibusdam verbis Agidij Coninch disp. 4. dub. 4. n. 35. ad 2. conatur in scholas inducere paradoxam positionem, quod actus poenitentis sunt materia remota Sacramenti poenitentiae. Et vt magis mirere, dicit esse expressam sententiam D. Thomae. 3. p. q. 84. art. 1. ad 1. quatenus ait, quod nomine corporalium rerum intelliguntur large etiam ipsi exteriores actus sensibiles: qui ita se habent in hoc Sacramento, sicut aqua in Baptismo, & Chrisma in confirmatione. Quae

sunt materiae remotae illorum Sacramentorum. Et ratione probat: quia minister Sacramenti poenitentiae est tantum Sacerdos, vt dicit Trid. ses. 14. c. 6. Sed si actus poenitentis prout sunt à poenitente essent materia proxima, essent duo ministri vnus ministrans partem materialem, & alius partem formalem.

Secundo, quia sequeretur, quod poenitens concurreret partialiter ad propriam iustificacionem.

7 Hæc positio est paradoxa, metra nitens æquiuocatione, expressè contra D. Thomam, & contra omnes Theologos, sine vilo vel apparenti fundamento. In primis illa propositio, quae obijcitur, auferitur à D. Thoma 25. locis relatis in Tabula Aurea verbo Poenitentia, num. 68. Et tamen ex illis oppositum habetur, quia in Poenitentia, & Matrimonio non assumitur materia externa remota corporalis: sed ipsi actus humani eleuantur à Deo: vnde quod in alijs distinguantur actus nostri à materia remota, non habet locus in istis duobus Sacramentis. Secundo D. Thomas art. 2. non solum docet oppositum, sed testatur se illo art. 1. illa sol. ad 1. & 2. se id dixisse: ait namque: *dictum est autem art. 1. ad 1. & 2. quod materia proxima huius Sacramenti sunt actus poenitentis.*

Coninch loquitur in diuerso sensu, quia solum intendit, quod non causant, vt dispositiones, sed vt ex illis, & forma fit vnum Sacramentum.

Eius, scilicet, Ianuarij argumenta, instantur in Matrimonio. Si aliquam vim habent, eodem modo militarent, asserendo esse materiam remotam, quia in alijs Sacramentis, quae illam habent, etiam eam eleuat Deus ad causandum. Nec vllam nouam continent difficultatem, sed illam antiquam, vtrum actus poenitentis concurrant partialiter ad causandam gratiam? De qua quæst. 84. dub. 2. §. 5. & latius, quæst. 86. abunde dictum est.

8 Et Ianuarij argumentum obiecerat Durandus in 4. dist. 16. q. 1. & vt ipsi respondet Cap. ibi q. 2. ad 1. Durandi iam sibi obiecerat, & illi responderat S. Thomas dist. 16. q. 1. art. 1. q. 2. ad 1. dicens, quod in Sacramentis, quae habent pro materia aliquam rem corporalem, est duplex actus ministri Ecclesiae, scilicet, satisfactio materiae per verbum Dei, & applicatio materiae ad eum, qui Sacramentū suscipit. Sed in hoc Sacramento, quod ba-

bet pro materia ipsum humanum actum non potest ex ministerio Sacerdotis materia applicari ad eum, qui Sacramentum suscipit; quia actus non sunt ab exteriori. Et ideo ad ministerium ipsius pertinet ipsorum actuum consummatio secundum absolutionem, & poenitentiae iniunctionem; quod est quasi quaedam sanctificatio. Hæc S. Thomas. Et Paludanus in 4. dist. 6. q. 4. art. 2. n. 15. ait, quod Sacramenta nouæ legis ministrantur a ministris Ecclesiæ quantum ad consummationem, applicationem materiae in his, quæ habent materiam exteriorem: non autem in alijs. Imo aliquando tota essentia est absque ministro Ecclesiæ; & sola consummatio accidentaliter est per ministrum Ecclesiæ, ut in Matrimonio, cuius essentia est sine ministro Ecclesiæ, etiam tota. Hic autem constat, quod confessio, secundum omnes, est pars Sacramenti poenitentiae: de qua certum est, quod non ministratur per ministrum Ecclesiæ; sed ipsi ministro ab alio: Sacerdos enim non est Confessionis factor; sed tantum auditor. Idem sequitur Capreolus ubi supra. Sicut ergo illud argumentum non conuincit actus poenitentis non esse partem Sacramenti, nec conuincunt esse materiam remotam: sicut ergo materia proxima, & materia remota sunt peccata detestanda, & destruenda.

9 Ad secundum, quod est Scoti, præter quod abunde locis citatis respondimus, ulterius respondet Cano in Relect. de poenit. in 5. parte, §. Ad argumentum vero Scoti (inquit) non est difficile inficiari solam absolutionem gratiam conferre. Nam, sicut in iudicio fori exterioris, si quis per legitima testimonia, & suam confessionem absoluitur; omnia hæc sunt vere causa illius absolutionis; licet iudicis sententiam, ut præcipuam causam expectemus. Itaque in foro conscientie interiori, princeps quidem causa absolutionis, Sacerdotis sententia est: sed ratio tamen & causa concurrentis, ut rite poenitens absoluitur, testimonium etiam illud fuit, quod aduersus se poenitens dixit (sive accusationem vocare malis) qua se accusauit.

Vnde patet error Glossæ, de Poenitentia dist. 1. cap. 1. dicentis, nec cordis contritio, nec oris confessio, peccata dimittit; sed tantum gratia Dei. Nam in omnibus alijs Sacramentis, non solum forma; sed etiam materia est causa instrumentalis, qua Deus utitur

ad remittendum peccatum: Aqua enim Baptismi (ne dum forma verborum) corpus tangit, & cor abluat: ut S. August. asseruit. Quod idem in cæteris Sacramentis inducere possumus. Cum ergo tam contritio, quam confessio partes sint huius Sacramenti, consequens fit, ut gratiæ causa etiam existant. Hæc Cano.

§. III. Qualiter contritio sit pars?

10 Secundo obijcies. Nam contritio est in corde (& sic pertinet ad interiorem poenitentiam) confessio autem est in ore, & satisfactio est in opere: & sic duo vltima pertinent ad exteriorem poenitentiam. Poenitentia autem interior non est Sacramentum; sed sola poenitentia exterior, quæ sensui subiaceret. Non ergo conuenienter assignantur hæc partes Sacramento poenitentiae.

Respondet cum D. Thoma art. 2. ad 1. Quod contritio secundum essentiam quidem est in corde, & pertinet ad interiorem poenitentiam. Virtualiter autem pertinet ad exteriorem poenitentiam; in quantum scilicet, implicat propositum confitendi, & satisfaciendi.

11 Duobus modis hæc Doctrina D. Thomæ explicatur ab eius discipulis: & uterque est probabilis: & secundus, contra quem acriter inuehitur Suarez nomine Caietani impugnans, est probabilior, & simpliciter, & ad mentem D. Thomæ. Primum dicendi modum tradit Soto in 4. dist. 17. q. 1. ar. 2. §. At forsitan: cum enim replicasset contra solutionem D. Thomæ, quod si contritio secundum suam essentiam non est pars Sacramenti: sed quatenus includit confessionem; fit ut per se non sit pars: atque non sint nisi duæ partes. Respondet Soto, quod S. Thomas non dicit secundum essentiam non esse partem: sed quod secundum essentiam est in corde. Nihilominus secundum suam essentiam est pars, scilicet, quatenus est dolor, & detestatio peccatorum, cum proposito ea tollendi: sed quia peccatum non tollitur nisi per propositum confessionis, & satisfactionis; in sua essentia includit idem propositum confitendi, & satisfaciendi. Et ideo sunt tres partes habentes diuersas rationes; inter quas contritio est aliatum initium, & namque contritio est per se pars sacramenti:

ti: sed non est per se sensibile signum; nisi quatenus per confessionem; & satisfactionem innotescit: sicut consensus interdi contrahentium matrimonium. Hæc Soto, & Martinus Ledesma 1. part. Quarti quæst. 31. art. 2. in fine. Imò ante eos Capreolus in 4. dist. 16. quæst. 2. ar. 3. ad 4. Durandi dicens. Non enim oportet, quod omne quod est pars Sacramenti, proprie dicta, sit aliquid sensibile sensum exteriori in se: sed sufficit, quod sit sensibile in se, vel in suo signo, vel effectu proximo, aut sensu interiori organico. Allatis autem auctoritatibus D. Thomæ in 4. dist. 22. q. 2. art. 1. q. 2. ad 3. & dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. ad 1. concludit Capreolus. Ex quibus patet, quod contritio, prout est pars Sacramenti, est aequaliter sensibilis, & non solum intelligibilis; & sensu interiori in se, & sensu exteriori in suo signo, vel effectu; potissime quoad dolorem patris sensitivæ. Hæc Capreolus. Et hanc sententiam sequitur Suarez articulo secundo ad primum, & alij frequenter. Imò eam admittit Paludanus in 4. dist. 16. q. 4. art. 2. num. 18. in prima sol. ad 2. Durandi.

12 Secunda solutio, & melior est eiusdem Paludani ibidem n. 19. & Capreoli eiusdem in prima sol. ad 4. Durandi, & aliorum multorum, quos retulimus q. 84. dub. 2. n. 8. cum quibus ibi §. 4. diximus contritionem interiorem esse essentialiter Sacramento poenitentiae: sed per id quod est Sacramentum tantum, importari solū in obliquo: quia non est aliquid per se sensibile, quod significat, & non significatur. Vnde D. Thomas 3. p. q. 84. art. 1. ad 3. ait, quod etiam in poenitentia est aliquid quod est Sacramentum tantum, scilicet, actus exterior exercitus, tam per peccatorem poenitentem, quam etiam per Sacerdotem absoluentem. Vbi totum Sacramentum tantum, docet esse externum, & per se sensibile. Quod, & docet alijs quatuor locis illa q. 84. relatis.

Iuxta hoc ergo Caietanus hic art. 2. circa ad 1. supponens, quod contritio secundum essentiam spiritualem, & prout interior, non est pars Sacramenti tantum: & quod hoc supponat D. Thomas ad 1. vel non soluat argumentum, ait Caietanus, quod in contritione plura inueniuntur: inter quæ vnum est velle recompensare ad arbitrium Sacerdotis. Et ratione huius ponitur prima pars poenitentiae Sacramenti, tanquam initium eius; ita

quod actus iste interior, licet secundum se non expectet ad exteriorem poenitentiam; ut est tamen ratio, & initium exterioris poenitentiae, ad exteriorem expectat poenitentiam. Sicut in alijs videmus, tam bonis, quam malis, quod interiores actus, & passionis. ut sunt rationes exteriorum, ad extrinseca expectant iudicia: aliter enim iudicatur offendens ex odio; aliter offendens ex ira, & car. Et præter communem hanc rationem, specialis in proposito interuenit ratio: quæ ex differentia inter recompensationem puræ iustitiæ, & recompensationem iustitiæ, & amicitie facile patet. Recompensatio enim fiat iustitiæ attenditur secundum æqualitatem exteriorem; siue sponte, siue invite recompensatio: ut patet tam in solutione pecuniæ, quam in abiectione membrorum; & vapulatione, & car. Satisfactio est enim iustitiæ etiam si invitus reus soluerit, aut passus fuerit. Recompensatio autem iustitiæ, & amicitie, nisi sponte fiat à reo, nihil valet; quoniam non est reconciliatiua. Et quoniam ad Sacramentum Poenitentiae spectat recompensatio reconciliatiua: ideo ad hoc denotandum initium, & ratio eius ponitur velle recompensare. Quod velle, quia clauditur in contritione; ideo contritio ponitur prima pars Sacramenti poenitentiae: & dicit de ea D. Thomas, quod non secundum essentiam, sed virtualiter, hoc, ut est initium, & ratio recompensationis, est pars Sacramenti poenitentiae.

D. Thomas enim per illa verba: In quantum, scilicet, implicat propositum confitendi, & satisfaciendi: circumloquitur voluntatem recompensandi, quam in corpore articuli concluderat esse primam partem poenitentiae. Vnde patet quod contritio, non solum secundum se, sed ut est prima pars poenitentiae, distinguitur à confessione, & satisfactione: nam voluntas recompensandi distinguitur à subiectione, & ab executione. Et per hæc patet ad Scotum, & Durandum videntes hoc argumento. Hæc Caietanus. Et recte quidem, ut ait Cano in Relect. parte 5. ad 2.

Et Nuño articulo secundo dicit, quod tota hæc doctrina Caietani certissima est, & ingeniosa nimis.

13 Contra quem Suarez in Comment. articulo secundi, numer. 5. & 6. ait: Mihi tamen nec dubitatio

hac videtur habere fundamentum in verbis D. Thomae. Nec placet doctrina, quae occasione illius datur. Primum declaratur: quia D. Thomas non habet illam propositionem negatiuam: *contritio secundum essentiam non est pars Sacramenti poenitentiae*. Neque est vera in sensu, in quo illa, particula *secundum*, in praesenti accipi debet. Nam si accipiatur reduplicatiue, est per se nota: quia essentia contritionis antiquior est Sacramento: unde esse partem Sacramenti accidentarium est illi: sicut est extra essentiam aquae, quod sit materia Baptismi. Accipi ergo debet specificatiue, ac si diceremus, panem secundum substantiam, & essentiam suam esse partem materiae Eucharistiae. Et in hoc sensu falsum est negare contritionem secundum essentiam suam esse partem Sacramenti: nam essentia contritionis in detestatione peccati commissi cum proposito cauendi de cetero consistit: & sub ea ratione dicitur esse pars huius Sacramenti in Concilio Florentino, & Tridentino.

14 Falso etiam dicit Caietanus, quod contritio solum est pars quatenus dicit voluntatem satisfaciendi ad arbitrium Sacerdotis: quia Concilia vel dicunt, vel supponunt contritionem esse primam partem poenitentiae ratione detestationis, & propositi non peccandi. Unde in quorundam opinione sine voluntate acceptandi, & implendi poenitentiam, est Sacramentum. Ideo que sine tali voluntate posset contritio esse eius pars. Et id ad minus patet in confessione venialium, &c.

15 Vtrumque dictum est falsum simpliciter: & sub praetextu impugnandi Caietani, impugnat Suarez rationem D. Thomae in corpore, & solutionem ad 1. Fateor in illa solutione non legi explicite illa verba. Sed continentur implicite, & aequiualeter: aut solutio non diluit argumenti, difficultatem: quae tota clauditur illo syllogismo. Sacramentum tantum est aliquid sensui subiaccens: quia est signum externum gratiae. Contritio est aliquid spirituale, & sensui non subiaccens: quia pertinet ad interioram poenitentiam. Ergo contritio non potest esse pars Sacramenti tantum. In hoc discursu non potuit D. Thomas negare maiorem: quia generaliter de omnibus Sacramentis oppositum docuerat quae 60. articulo. 4. & alijs multis locis relatis ibi dubio. 7. Loquendo quae de Eucharistia, locis relatis quae 73. dubio. 2. §. 6. Inter-

minis loquendo de poenitentia, & eius partibus q. 84. art. 1. ad 3. & alijs multis locis ibi relatis dub. 2. §. 4. Concessa ergo maiori, distinxit D. Thomas minorem: & concedit eam de contritione secundum essentiam: & negat de contritione omnibus modis: quia virtualiter pertinet ad exterioram poenitentiam. Ex priori parte distinctionis propositionis qua in illo sensu concedit D. Thomas, manifeste inferitur illa propositio, quam esse de eius cum alijs nouem Thomistis, iam relatis, docet Caietanus. Falso etiam illi imponit Suarez, quod solum illo titulo contritionem dicat partem: esse eodem titulos assignet, ac D. Thomas. Caietanusque duos vniuersalissimos assignat. Primum vniuersaliorum: quatenus actus interni ad exteriora expectant iudicia quatenus rationes sunt actuum externorum. Quae propositio sumitur ex Clementina, *Ne in agro de statu monachorum: & c. Multorum, de heret. & cap. Commissa, de E. et c. in 6. & cap. Dolentes, de Celebrat. Missarum*: & est communissima Theologorum, ut retulimus, & sequuti sumus cap. 3. Theol. Mor. q. 4. conc. 2. & 2. to. cap. 30. q. 2. §. 2. Secundum magis pecialem contritionis: quia est recompensatio iustitiae, & amicitiae: & debet fieri sponte: & ideo contritio ut initium, & ratio recompensationis, ponitur ad D. Thomae, & Caietani, pars Sacramenti. Unde ipse D. Tho. in 4. dist. 16. q. 1. q. 3. ar. 1. ait: *Poenitentiam, quam poenitentia patitur, tota in rationem satisfactionis cadit: non enim sola exteriori poenitentia homo satisfacit; sed etiam interiori: alia oratio mentalis non esset satisfactoria, unde, & poenitentia, quae est in contritione, & quae est in confessione, in partem satisfactionis cadit. Et quia satisfactio est ultima pars, totum Sacramentum a poenitentia denominatur (poenitentia) sicut res denominatur ab ultimo sui*. Et ideo contritio, quae est prima pars, & aliarum ratio, sic exponitur ad D. Thomae, & Caietani. Tertio ad propositum argumenti addunt, quod non est pars Sacramenti tantum, nisi fiat sensibilis: & non sentitur nisi in appetitu sensitiuo, & manifestata per signa externa. Unde ipse D. Tho. in 4. dist. 22. q. 2. a. 1. q. 2 ad 3. ait: *Contritio, quae videtur tantum interioris poenitentiae esse, inuenitur in poenitentia exteriori secundum quaedam signa, quibus sensibiliter manifestatur*.

17 Quod totum, indicatur in Concilio Tridentino sess. 14. capit. 4. illis verbis: *Ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramento voto (quod*

in illa includitur) non esse adscribendam. Et cap. 8. dum ait. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & poenitentium facultate, salutare, & conuenientes satisfactiones iniungere. Ad quod essentialiter praecedat dolor, & contritio manifestata ministro, & confessio, quae ei nota fiat qualitas criminum: quod frustra fieret nisi praecederet voluntas subiucendi se ei ut iudici, vice Dei: & volendi ad eius nutum satisfacere: *ad praeteritorum vindictam peccatorum, & castigationem*, ut dicit Concilium.

Omniumque ratio est: quia institutione diuina supposita, haec est differentia inter contritionem ut pure pertinentem ad poenitentiam interioram, quae est spiritualis, & secundum essentiam est in corde, ut ait D. Thomas: & poenitentiam Sacramentalem, seu contritionem ut includit Sacramentum in voto, seu ut est voluntas reconciliatiua, confitendo Sacerdoti peccata, cum signis doloris interni, & subiectione ad satisfaciendum, secundum quod ei iniunctum ab eo fuerit. Quod contritio spiritualis est auersio a peccato, conuersio in Deum; destructiua mali, & coniungens summo bono: cum eo faciens pure spirituales reconciliationem: in compensationem offerendo cor contritum, & humiliatum. Quod totum perficitur actibus soli Deo, & poenitentibus notis. Contritio Sacramentalis est reconciliatio amicabile, & iudicialis: & quia Deus suas vices homini commisit, dolorem, detestationem, & propositum non peccandi in corde supponit: sed iudici de illo debet constare: media confessione delicti, constat illi de materia delenda: sed quod poenitens ex se paratus est illa abijcere, & castigare, & ad nutum Dei, per Sacerdotem ei satisfacere, non constat Sacerdoti, nisi mediante manifestatione sensibili voluntatis recompensandi, & sic constat Sacerdoti habere contritionem: & declarando qualitatem criminum, ostendit morbum, ut applicetur medicina: & ut reus, pandit crimina, ut a iudice vindicentur, & castigentur: & pro eis illi imponatur satisfactio. Ille que est discursus D. Thomae ferme totus approbatur in relatis Florentini, & Tridentini locis. Ipse que D. Thomas art. 3. ad 2. ait, quod vna pars integralis potest continere totum; licet non secundum essentiam: fundamentum enim quodammodo virtute continet totum aedificium. Et hoc

modo contritio continet virtute totam poenitentiam.

§. III. De satisfactione, qualiter pars? Anque possit cedere absolutionem?

18 Tertio obijcies. Nam in Sacramentis nouae legis confertur gratia, ut dictum est hac 3. p. q. 62. Sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. Ergo satisfactio non est pars Sacramenti.

Respondet S. Thomas art. 2. ad 2. quod satisfactio confert gratiam, prout est in proposito: & auget eam prout est in executione. Sicut etiam Baptismus in adultis, ut supra dictum est q. 67. art. 2. & q. 69. art. 8. De quo ibi nos dub. 3. & 4. Hanc doctrinam D. Thomae dicit Caietanus isto art. 2. ad 2. diligenter notandam, & predicandam, quod satisfactio Sacramentalis auget gratiam ex hoc quod est pars Sacramenti. Quod explicat ex differentia, quae est inter satisfactionem Sacramentalem, & non Sacramentalem: nam satisfactio Sacramentalis valet non solum secundum se: sed etiam ex virtute clauium: satisfactio autem non sacramentalis valet solum secundum se: quoniam a clauibus non emanauit. Quo circa plus prodest vnus ieiunij dies, aut vnum Psalterium ex impositione Confessoris, quam sine tali impositione. Et hinc sequuntur duo. Primum, quod poenitentes erant paruam satisfactionem volentes sibi a Confessore imponi. Secundum, quod Confessores minus bene prouident poenitentibus, paratis tamen, dando eis leuem poenitentiam: ipsa enim prorogatio satisfactionis Sacramentalis, virtute clauium, & augere nata est gratiam, & plus valere ad satisfaciendum pro peccatis. Haec Caietanus: & alij frequenter. Quamuis non desint, qui impugnant: de quo, agendo de satisfactione.

19 Adhuc tamen arguit Durandus in 4. dist. 16. q. 1. n. 4. quia deficiente aliquo, quod est de necessitate Sacramenti, frustratur totum Sacramentum. Sed si aliqui non exoluant poenam in confessione sibi iniunctam, nihilominus fuit prius verum Sacramentum. Ergo satisfactio non est de intrinsecate Sacramenti poenitentiae tanquam pars.

20 Occasione huius argumenti, multa scribit Petrus Palude in 4. dist. 16. q. 4. toto art. 3. Capreolus dist. 16. q. 2. ad 5.

Durandi. Facilius respondet Caiet. art. 2. ad. 2. communiter receptus, quod pars est duplex: essentialis, vel integralis. Et sine parte quidem essentiali, Sacramentum nullum est: sicut nec homo est, si desit anima, aut corpus. Sed sine vna parte integrali Sacramentum verum quidem; sed imperfectum esse potest: sicut homo sine manu, est verus homo, sed manens. Satisfactio autem non ponitur pars essentialis Sacramenti poenitentiae: sed integralis: est enim pars actuum poenitentis; quia sunt ut materia, seu ut pars essentialis Sacramenti: sicut manus est pars corporis humani quod est materia, & pars est essentialis hominis.

Sed instabis: nam partes materiales, etiam integrales, supponuntur formae: at vero satisfactio non supponitur, sed omnino sequitur post formam. Ergo non est pars, sed quid consequens Sacramentum.

21 Respondet Suarez disp. 18. lec. 3. n. 8. quod propter hoc argumentum dixit olim Petrus de Osma (Doctor, & primarius Salmantinus) absolutionem non esse dandam, nisi post satisfactionem impletam: & olim ita fuisse seruatum, praecipue in Ecclesia Graeca, referunt historiae. Sed dicere hoc esse necessarium, est error contra consuetudinem Ecclesiae Latinae. Vnde etiam falsum est dicere hoc esse commodius, vel vtilius: nam rectus ordo postulat, ut prius remittatur culpa, deinde fiat satisfactio pro temporali poena, &c. Palacios etiam in 4. dist. 15. q. 1. ex Nizephoro libr. 11. histor. cap. 28. refert hunc ritum obseruari solitum fuisse olim a Graecis, saltem in absolutione publica. Et Lugo disp. 12. lec. 2. n. 42. refert, quod hunc tanquam errorem refert Sixtus Quartus in Bulla contra illam Petrum de Osma. Nam licet possit satisfactio expleri ante absolutionem, ut norat Syluester verbo Confessio. 1. §. 24. Id tamen non est necessarium: nec oportet omnes partes materiae praecedere ante formam. Sic enim in iudicio humano, executio multa sequitur post sententiam. Et in composito humano, post infusionem animae, accrescunt dentes, capilli: & aliae multae partes per continuam nutritionem. Et in alijs Sacramentis potest prius proferri forma; & immediate post applicari materia; absolutio, v. g. vel unctio: & cetera. Potuit ergo similiter forma praecedens informare satisfactionem subsequentem. Haec ibi. Quae doctrina est vera, & omnium Theo-

logorum qui hac ratione docent cum D. Thoma in 4. dist. 16. q. 1. q. 3. quod satis factio est vltima pars Sacramenti poenitentiae. Quod & supponit Concilium Trid. lec. 14. cap. 3. & 8.

22 Nihilominus Guillelmus Eschius in 4. dist. 15. §. 15. ait. *Vetus Ecclesia multo tempore eum morem tenuit, ut lapsis, & peccatum confessis, ac reconciliationem petentibus, poenitentiam seu satisfactionem iniungeret, prius se explendam quam per absolutionem Sacerdotis ad pacem, seu reconciliationem pertingerent.* Sequitur Franciscus Syllus in Add. 3. p. q. 18. art. 3. q. 2. Docuit Bellarm. lib. 4. de poenit. cap. 5. Maldonatus to. 2. disp. de Sacram. cap. 2. Dyonisius Petavius in animad. ad S. Eph. fol. 239. & 251. Albaspinus Episcopus Aurelian. lib. 2. obser. 32. & 33. Adicit Altius. *Nec audiendi sunt, qui ex sua potius imaginatione; quam ex illa antiquitate: afferunt etiam olim Ecclesiam solere omnes poenitentes absolueri, ante quam satisfactio subirent, sed absolutione secreta: Postea vero quam poenitentiam iniungerent exsoluissent, impendi eis solere absolutionem publicam, qua videlicet publice ad communio-nem reciperebantur: Hinc enim distinctionem nusquam est reperire.* Haec ille. Quod confirmat Ioanes Morinus Blesensis de administratione Sacramenti poenitentiae toto libro 9. per triginta sex capita, a fol. 603. imò fere toto libro. decimoque ad fol. 792.

Sed post tot labores, non video fructum, nisi ut occasionem habeant haeretici calumniandi consuetudinem Ecclesiae Romanae: quae est adeo antiqua, & hominum excedens memoriam, ut nec isti post tantam antiquitatis lectionem, designent tempus quando inceperit. Nam, quas adducunt rationes, sed occasiones relaxandi antiquum ritum poenitentiae: de quibus Morinus lib. 10. a cap. 16. usque ad 21. valde à tenoris lumuntur; & nullam connexionem cum isto ritu habent. Quae pro opposita consuetudine adducunt, ex epistolis S. Cypriani; S. Aug. epist. 80. & S. Leonis epist. 91. vel loquuntur de publice poenitentibus, vel de excommunicatis, vel de comunione priuatis.

23 Vnde D. Thomas 3. p. q. 84. art. 8. cum tertio loco obiecit; quod secundum canones determinata sunt tempora poenitendi, ut scilicet, quibus, vel illud peccatum commiserit, tot annis poeniteat. Respondet ad tertium, quod illa tempora praescribuntur poenitentibus quantum ad

ad adhaerendum exercitibus poenitentibus. Et S. Augustinus epist. 108. ad Seleucianam circa finem, ait. *Agunt etiam homines poenitentiam, si post Baptismum ita peccauerint, ut excommunicari, & postea reconciliari mereantur. Sicut agunt in omnibus Ecclesijs, qui proprie poenitentes appellantur.* Loquitur de illis, qui erant excommunicati, & publici poenitentes. Et quod non omnes peccantes mortaliter, hanc agerent poenitentiam, constat ex principio Epistolae, ubi dixerat. *Quod autem dicitur Petrum egisse poenitentiam; cauendum est, ne ita putetur egisse, quomodo agunt in Ecclesia, qui proprie poenitentes vocantur. Et quis hoc ferat, ut primum Apostolorum inter tales poenitentes numeratum putemus?* Deinde S. August. lib. de Virginitate cap. 48. docet Apostolos esse primos, & summos intra Ecclesiam, sed poenitentes omnium infimos, & vltimos. *Omnes (inquit) Christianos, ab Apostolis usque ad vltimos poenitentes, quasi à summis Coelorum usque ad terminos eorum, docuit orare.* Admonetque Concilium Toletanum primum can. 2. non dici proprie poenitentes, omnes, qui quomodolibet poenitentiam agunt; sed eos tantum, qui publicam, vel (ut nunc loquimur) solemnem agunt. *Eum vero (inquit) poenitentem dicimus, qui post Baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauisimisque peccatis, publicam poenitentiam gerens sub Concilio, diuino fuerit reconciliatus altari.*

24 Nec a fertur vel vnus textus vnus S. Patris, qui dicat *Secreto peccantibus, & confessis absolutionem sacramentalem negatam, usque dum poenitentiam iniunctam impleuerint.* Nec quod illi, qui à comunione, vel ingressu Ecclesiae, propter peccata grauisima, publica, & scandalosa, arcebantur per plures annos, toto illo tempore à peccatis secreto absolui non possint, isti sufficienter probant. Michique, incredibile sit id vlla consuetudine, aut lege pia matris Ecclesiae Romanae esse stabilitum, aut diu practicum. Quod primo proboracione D. Thomae 3. p. q. 65. art. 4. quae est approbata a Concilio Tridentino lec. 14. cap. 2. illis verbis. *Est autem hoc Sacramentum poenitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut non dum regeneratis ipse Baptismus.* Qua ratione permorus Bonifacius 8. lib. 6. Decret. lib. 5. tit. 11. cap. 24. cap. Alma mater, ita statuit. *Concedimus, quod tempore interdicti ab homine, vel à iure prolati, non tantummodo morientes, sed etiam viuentes, tam san-*

etiam, quam infirmi, ad poenitentiam (quae propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccandum, summe necessaria est) iocite admittantur. Ibi dicit se permorum ad mutanda antiqua statuta, quae decernebantur tempore interdicti diuina non celebrarentur officia, vel ministrarentur Ecclesiastica sacramenta: quia de distinctione huiusmodi statutorum, excessus in deuotio populi, pullulant haereses, & infinita pericula animarum insurgunt. Cum tamen interdictum, non solum per annum, nec per duos menses durare soleat. Si ergo ille poenitentiae durabant per viginti & triginta, imò per centum annos, & per totam vitam: quot degererent? Quot poenitentias non implerent? Quot sine absolutione morentur? Cum videamus tunc pro magnis criminibus, leuissimas poenitentias, quae postea implenda iniunguntur, vix velle acceptare.

Et si iniungeremus quadraginta dies ieiunij, aut menses confessionum quarentem: & se grauatos clamarent. Nec illis seculis multo sanctiores, aut fideiiores erant christiani, quam modo sint.

25 Secundo, si tot saeculis Ecclesia Romana eum morem tenuisset, poterat ex illo opinari id esse melius, imò & necessarium: quia ut dicitur 1. 37. ff. de legibus, *Si quaeratur da interpretatio legis, in primis inspicendum est, quo iure citius retro in eiusmodi casibus usatus.* Optima enim legum interpretatio consuetudo est. Vnde nec Concilium Compiutense, nec Sixtus Quartus habent fundamentum; ad damnandam, non solum ut erroneam, sed etiam ut haeticam propositionem Petri Oxomensis: nam in Bulla 17. Sixti Quarti tom. 1. Bullarij (quae & affertur à Castro lib. 4. contra haereses: verbo Confessio) §. 6. post relatam, & approbatam Centuriam Concilij, & Archiepiscopi Tolctani, ipse Summus Pontifex ait. *Et nihilominus propterea castela suffragio, omnes, & singulas propositiones praedictas falsas, sanctae catholicae fidei, contrarias, erroneas, & scandalosas, & ab eius aegleca veritate poenitentiae alienas, Sanctorum quoque Patrum decretis, & alijs Apostolicis constitutionibus contrarias fore, ac manifestam haeresim continere, dista auctoritate declaramus.* Ergo & omnes, & singulae propositiones continent haeresim, iuxta Pentitentiam, & Concilium ab ipso approbatum. Vna autem propositio ibi relata, & damnata erat: *Et non per adhaerentiam poenitentiae, confessiones, absolutiones, & cetera.*

erat enim dicere Petrus de Olma tam longa consuetudine preceptum, ut sic fieret, esse introductum: nec enim dicebat, quod si aliter fieret, Sacramentum erat nullum. Ergo quicquid sit de aliquibus Graecorum ritibus, in Ecclesia Romana non est credibile per mille annos illam viguisse consuetudinem: quae modo inducit non posset sine infinitis periculis animarum: ut in simili dixit Bonifacius Octavus. Videatur Soto in praefatione ad libros de natura, & gratia, & Cano lib. 8. de locis, cap. 1. initio. Nauarrus cap. Cum minist. ser. 2. q. 5. num. 2. tom. 1. folio mihi 208. col. 2. licet omnes isti ad aliud vniuersalius intentum loquantur, contra eos, qui Theologiae Scholasticae, non vacarunt, & Sanctos Patres, & Ecclesiae mysteria gloriantur intime penetrare, cum eisdem ti errandi periculo.

DVBIVM TERTIVM.

Vtrum praedicta tria sint partes integrales poenitentiae?

Respondet D. Thomas articulo tertio affirmatiue. Probatque primo in generali. Nam illae dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio totius integratur. Sed ex contritione cordis, confessione oris, & satisfactione operis integratur perfectio ipsius poenitentiae. Ergo sunt partes integrales poenitentiae.

Secundo in speciali probat excludendo aliorum sententias. Quidam enim dixerunt, haec tria esse partes subiectiuas poenitentiae. Sed hoc non potest esse: quia singulis partibus subiectiuas adest tota virtus totius; & simul, & aequaliter: sicut tota virtus animalis, in quantum est animal, saluatur in qualibet specie animalis; quae simul, & aequaliter diuidunt animal. Sed hoc non est in proposito.

Idem pugnat D. Thomas in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. q. 3. dicens. Sed hoc non potest esse: quia totum vniuersale non praedicatur in singulari de suis partibus pluralibus simul acceptis; siue sit genus, siue species: tres enim homines non sunt animal, sed animalia. Vnde cum tres partes poenitentiae non sint tres poenitentiae, sed vna, non potest esse quod sint partes sub-

iectiuas. Praeterea, poena, quam poenitens patitur, totam in rationem satisfactionis cadit: non enim sola exteriori poena homo satisfacit, sed etiam interiori: alias oratio mentalis non esset satisfactoria. Vnde & poena, quae est in contritione, & quae est in confessione in partem satisfactionis cadit: & quia satisfactio est vltima pars, totum Sacramentum a poena denominatur; sicut res denominatur ab vltimo sui. Vnde sicut vocamus Poenitentiae Sacramentum; quod a confessario iniungitur, vocamus poenitentiam.

2^o Et ideo alij dixerunt, quod sunt partes potentiales. Sed nec hoc verum esse potest (inquit D. Thomas hic art. 3.) quia singulis partibus potentialibus adest totum secundum totam essentiam: sicut tota essentia animae adest cuilibet eius potentiae. Sed hoc non est in proposito. Aliam adiungit rationem illa q. 3. dicens. Praeterea, vnum eorum non includit in se vim omnium aliarum, quod requiritur in partibus potentialibus; sed vnumquodque ad suum officium seruit. Et ideo dicendum est cum alijs, quod sunt partes integrales.

Quod probat isto art. concludens. Vnde relinquitur quod praedicta tria sunt partes integrales poenitentiae: ad quarum rationem exigitur ut totum non ad sit singulis partibus, neque secundum totam virtutem eius, neque secundum totam eius essentiam; sed omnibus simul. Haec S. Thomas.

3^o Sed inquit Suarez in Commentario art. 3. Nullam tamen mentionem facit partium essentialium; cum tamen de hoc membro posset esse praecipua quaestio. Sed D. Thomas supponit, quatenus hoc Sacramentum constat ex materia, & forma, in his partibus includi aliquid, quod est de essentia Sacramenti. Quid autem illud sit, hoc loco non declarauit, declaraturus postea fortasse in singularibus partibus. Haec Suarez.

4^o Verum si legisset D. Thomam, & eius modum loquendi retineret, videret dubitationem, locum non habere. Articulo secundo immediato iam distinxerat in hoc Sacramento partes essentielles, quae sunt materia, qui sunt actus poenitentis; & forma, quae est absolutio Sacerdotis. In ipsa autem materia specialiter in isto Sacramento praeter alijs, rationibus dictis, assignantur tres partes materiales, seu quantitativae, & de illis, protunc, non erant aliae exortae opinio-

nes,

nes, nisi duae reiectae, & alia, iam omnium communis, quam sequitur D. Thomas. Vnde completus fuit eius discursus, ubi summam scribebat. Et in terminis in 4. sententiarum ipse D. Thomas ita se exponit: nam illa q. 3. immediate subiungens. Sed sciendum, quod partes integrales sunt duplices. Quaedam sunt partes quantitatis, quae sunt, quandoque vnius rationis, ut in totis homo generis: quandoque vero diuersarum rationum, ut in totis ethero generis. Quaedam vero sunt partes essentialis: sicut materia, & forma; non quantitatis. Et haec semper sunt diuersarum rationum; & habent ordinem naturae ad inuicem; & quandoque etiam ordinem temporis in his, quorum esse non est simul. Et huiusmodi partes, sunt haec de quibus loquimur: quia poenitentiae sacramentum secundum rationem speciei suae ex his tribus integratur; & vna est prior altera secundum naturam; & quandoque etiam secundum tempus: eo quod actuum humanorum, qui sunt in poenitentia materiales, non est totum esse simul, sed succedunt sibi inuicem: sed quandoque plures eorum, quorum vnus est altero prior per naturam, sunt simul tempore. Haec D. Thomas. Qui fere idem docet hic art. 3. ad 3.

Verum est quod post eius tempora, adhuc de ipsis partibus quantitatis, & materialibus vltius inquiritur, vtrum omnes tres sint de essentia materiae sacramenti; an vero omnia earum aliqua, sit sacramentum essentialiter; licet mancum, & imperfectum quoad integritatem?

5^o Paludanus in 4. dist. 16. q. 4. art. 1. n. 6. dicit quod poenitentiae sacramentum habet partes integrales essentielles: quae sunt contritio, confessio, absolutio, & satisfactio.

At vero Capreolus ibi q. 2. conc. 4. & ad 5. & Caietanus hic art. 2. ad 2. satisfactionem solum dicunt partem, non essentialem, sed integram.

Et reuera vtrique verum dicunt, quia satisfactio in re, vel in voto, est de essentia sacramenti poenitentiae: nam qui grauius deliquit & non habet voluntatem, vel explicitam, vel implicitam satisfaciendi Deo, ad arbitrij eius ministri, nec est contritus; nec si confiteatur recipit validum sacramentum. Qui vero hoc habet propositum; & propter infirmitatem vel aliam causam, vel ei non iniungitur poenitentiam; vel iniunctam non implet,

validum recipit sacramentum, sed non cum omni accidentaliter complemento. Et sic Paludanum explicuit Capreolus ad 5. nam relatis eius verbis ait. Haec Petrus, & bene intendit enim dicere, quod si satisfactio iniuncta non impleatur, illud quod praecessit, scilicet, contritio, confessio, & absolutio, fuit quidem eorum sacramentum poenitentiae, sed non completum vltimo complemento. Videatur ad 6. & 7.

Et in Catechismo ad Parochos Pij Quinti, loquendo de partibus poenitentiae, §. Sed quoniam, ita dicitur. Haec autem partes ex earum partium genere esse dicuntur, quae ad aliquod totum constituendum necessariae sunt: quoniam, quemadmodum hominis corpus ex pluribus membris, manibus, pedibus, oculis, & alijs, huiusmodi partibus, quarum aliqua, si desit, merito imperfectum videatur; perfectum vero, si nulla desideretur. Eodem etiam modo poenitentia ex hisce tribus partibus ita constituitur, ut, quamvis, quod ad eius naturam attinet, contritio, & confessio: quibus homo iustus efficitur, satis sit: tamen, nisi tertia etiam pars, id est, satisfactio, accedat, aliquid ei omnino ad perfectionem desit, necesse sit. Haec ibi.

6^o sed obijces. Poenitentia contra peccatum ordinatur, ut dictum est q. 84. art. 3. Sed peccatum cordis, oris, & operis, sunt partes subiectiuas peccati; & non partes integrales: quia peccatum de quo libet horum praedicatur. Ergo etiam in poenitentia praedicta tria non sunt partes integrales.

Respondet D. Thomas in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. q. 3. ad 1. quod partes poenitentiae non respondent illis peccati partibus singula singulis, secundum veritatem: quia pro quolibet illorum peccatorum oportet esse poenitentiae tres partes. Sed per adaptationem quandam, considerata similitudine medicinae ad morbum.

At vero hac quaest. 90. art. 2. ad 4. ait, quod plura requiruntur ad bonum, quod procedit ex integra causa, quam ad malum, quod procedit ex singularibus defectibus, secundum S. Dionysium 4. cap. de diuin. nom. Et ideo, licet peccatum perficiatur in consensu cordis; ad perfectionem tamen poenitentiae requiritur, & contritio cordis, & confessio oris, & satisfactio operis.

Decimum art. 3. ad 1. hoc applicans argumento respondet, quod peccatum, quia rationem mali habet, potest in vno tantum perfici, ut dictum est art. 2. ad 4. Et

Et ideo peccatum, quod in solo corde perficitur, est una species peccati: alia vero species est peccatum, quod perficitur in corde, & ore: tertia vero species est peccatum, quod perficitur in corde, & opere. Et huiusmodi peccati partes quasi integrales sunt, quod est in corde, & quod est in ore, & quod est in opere. Et ideo poenitentiae, quae in his tribus perficitur, haec tria sunt partes integrales, haec D. Th.

7 Vbi Caietanus notat, quod peccata cordis, oris, & operis, dupliciter distinguuntur inter se: primo, specificiter; secundo, gradualiter. Nam si sumatur peccatum secundum suam rationem consummatum, & distinguatur in peccatum cordis, vel oris, vel operis: sic est distinctio, non solum specifica, sed generica. Nam peccatum cordis est illud quod in solo actu interiori consumatur; ut est infidelitas, odium Dei, & huiusmodi. Peccatum vero oris est, quod in ipso ore consumatur, ut contumelia, blasphemia, detractio, & huiusmodi. Peccatum autem operis est, quod in exteriori opere consumatur, ut adulterium, homicidium, furtum, & huiusmodi. Si vero peccatum aliquod, quod in opere consumatur, distinguatur in cogitationem, locutionem, & opus: pura, quia primo deliberavit hominem occidere; deinde dicit se occisurum; & deum occidit illum. Sic distinctio non est specifica: quoniam omnia ista peccata sunt unius speciei: sed est gradualis: quoniam gradatim peccatum consumatur, ex eo quod est in corde, & quod est in ore, & quod est in opere. Et si bene pers pexeris litteras D. Thomae, vtramque in eadem inuenies. Legendus S. Thomas 1. 2. q. 72. art. 7. & ibi Caietanus, vbi latius hoc exponit. Quod, & sequitur Soto dist. 17. q. 1. art. 3. ad 1. & alij communiter.

DVBIVM QVARTVM.
Vtrum conuenienter diuidatur poenitentia, in poenitentiam ante Baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam venialium?

1 **C**elebratur, & merito, quod 2. 2. q. 184. articul. 4. scripsit de Do-

ctore Angelico Caietanus, *Ideo omnium sacrorum Doctorum inter electum quodammodo sortitus est: quia illos summe fuit veneratus.* Istum omnium suorum articulorum vltimum, proponit S. Thomas solum vt exponat hanc diuisionem; quia sumitur ex D. August. lib. de medicina poenit. cap. 2. & lib. 5. hom. in vlt. cap. 2. & epist. 108. ad Seleucianam: & refertur cap. *Agunt homines de confes.* dist. 4. & cap. *Tres sunt.* De Poenit. dist. 1.

2 Respondet D. Thomas art. 4. quod haec diuisio est poenitentiae secundum quod est virtus. Est autem considerandum, quod quaelibet virtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias circumstantias. Vnde & virtus poenitentiae actum suum habet in hoc tempore secundum quod conuenit nouae legi. Pertinet autem ad poenitentiam vt detestetur peccata praeterita cum proposito immutandi vitam in melius: quod est quasi poenitentiae finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem (vt in 2. p. habitum est 1. 2. q. 1. art. 3. & q. 18. ar. 4. & c.) conueniens est quod diuersae species poenitentiae accipiantur secundum diuersas mutationes, quas poenitens intendit. Est autem triplex immutatio a poenitentia intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam vitam. Et haec pertinet ad poenitentiam, quae est ante Baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem vitae praeteritae iam corruptae. Et haec pertinet ad poenitentiam mortalium post Baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem vitae. Et haec pertinet ad poenitentiam venialium: quae remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt supra dictum est q. 87. ar. 2. & 4.

3 Sed inquires primo, vtrum ista diuisio sit essentialis, vel accidentalis?

Esse essentialem videntur indicare Iud. in 4. dist. 16. q. 4. ar. 1. n. 4. dicens, quod poenitentia primo habet partes quasi potentiales, siue potestatiuas, quarum vna continet aliam, & plus: sicut in figuris. Et sic dicimus animam diuidi in vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem; sicut totum potentiale; potestatiuum in suas partes. Et secundum hoc accipiuntur partes a S. Augustina. posita in littera.

Fauet Auerſa q. 7. sec. 2. quatenus ait, quod has partes, S. Doctor vocat species poenitentiae. Probatur ratione ipsa. In moralibus a fine sumitur species formaliter, sed illa.

istarum poenitentiarum diuersitas, iuxta discursum D. Thomae, sumitur ex fine. Ergo sunt diuersae species poenitentiae virtutis formaliter.

4 Coeterum Suarez art. 4. n. 3. Nullo ibi dub. vnico asserunt, quod illa diuisio accidentaliter est. Probat Suarez: nam sumitur ex diuersis statibus poenitentis: vt sunt esse, vel non esse Baptizatum: aut ex diuersis obiectis materialibus, qualia sunt diuersa peccata. Et ex diuersis meritis, & ex fine extrinseco respectu poenitentiae.

Nullo probat, quia distinctio sumitur ex circumstantia temporis. Et quia poenitentia infusa est vna secundum speciem infusam. Et quia fines illi sunt inadeguati.

Pro hac parte, quae communior, & probabilior videtur, ponderandum quod absolute non dixit D. Thomas istum esse finem poenitentiae: *Sed quod est quasi poenitentiae finis.* Conformiter ad hoc Concilium Trid. sess. 14. cap. 4. declarat: *Contritionem, non solum cessationem a peccato, & vitam nouam propositam; sed veteris etiam odium continere.* Vbi magis intime istum actum circa praeterita, quam innouationem infuturum ponit pertinere ad contritionem. Et meo videri S. Thomae in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. quaest. 1. & latius quaest. 5. indicat aperte, quod est diuisio accidentis insubiecta: quod indicat eius ratio: ait namque: *& accipiuntur isti modi secundum diuersum statum poenitentis: quia aut est extra Ecclesiam etiam numero: & sic est prima poenitentia, quae est ante Baptismum. Aut est extra etiam merito, sed non numero: & sic est secunda, quae est de mortalibus. Aut omnino est intra Ecclesiam: Et sic competit ei tertia, quae est de venialibus.* Isti autem status accidunt poenitentiae virtutem habenti.

5 Sed obijcies. Sicut post Baptismum peccatur venialiter, & mortaliter; ita etiam ante Baptismum. Si ergo post Baptismum distinguitur poenitentia venialium, & mortalium; pari ratione debet distinguere ante Baptismum. Non ergo conuenienter diuiditur poenitentia per has species.

Respondet S. Thomas art. 4. ad 3. quod ante Baptismum non sunt peccata venialia sine mortalibus. Et quia veniale sine mortali dimitti non potest (vt supra dictum est) Ideo ante Baptismum non distinguitur poenitentia mortalium, & venialium.

Secundo respondet in 4. dist. 16. q. 1.

art. 2. q. 5. ad 1. quod status hominis ante Baptismum non diuersificatur per veniale, & mortale, quantum ad hoc quod est esse de Ecclesia, vel non esse: sed diuersificatur post, quia per mortale post Baptismum commissum, efficitur aliquid extra Ecclesiam merito; sed non per veniale, & ideo non est similis ratio. Varias replicas contra hoc proponit Suarez. Sed quae pertinent ad alias materias, & ideo nunc omittenda.

6 Secundo inquires, vtrum sit alia via exponendi hanc diuisionem magis iuxta mentem S. Augustini?


Respondet Suarez n. 9. dicendum cenſeo S. Augustinum non distinxisse actus poenitentiae secundum se: sed modos exterioris poenitentiae, quos instituit, vel habet Ecclesia ad subueniendum peccatori: quia secundum se, & parum distinguuntur poenitentia venialium, vel mortalium peccatorum; & eo modo etiam ante Baptismum distinguuntur. Distinxit tres actus, seu modos poenitentiae, quos pro diuersis hominibus Ecclesia exercet. Vnus est pro catechumenis, quos Ecclesia praeparat ad Baptismum per actus aliquos poenitentiae exterioris, ne obicem ponant. Pro iam baptizatis, qui mortaliter peccauerunt, est institutum sacramentum poenitentiae. Pro iustis, qui saepius venialiter delinquant, sunt leuiora remedia instituta. Et haec specialiter vocatur poenitentia venialium. Et ita est facilis diuisio: & magis iuxta mentem S. Augustini.

7 Multa displicent in hac doctrina. Primo quod dicit eam esse iuxta mentem S. Augustini: & nullum illius verbum profert. Vnde nec eum videtur legisse. Secundo, quia est expresse contra eius verba, & mentem: nam to. 10. lib. 50. hom. in vlt. cap. 2. (quam S. Beda librum de poenitentia vocat. 1. ad Cor. 5. & 6. & alibi saepe: & est idem cum libro de utilitate, ac necessitate poenitentiae) sic ait. *Tres sunt actiones poenitentiae, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Sunt enim vltimate in Ecclesia Dei, & diligenter attendentibus nota. Vna est, quae nouum hominem parturit, donec per Baptismum salutare omnium praeteritorum fiat ablutio peccatorum.* Ecce quod eo modo, quo eum declarat S. Thomas, S. Augustinus distinguit diuersas actiones virtutis poenitentiae: & per tres status, & immutationes diuersas eas distinguit. Et quod non loquatur de caeremonia poenitentiae pro catechumenis ab Ecclesia instituta:

stituta: sed de ea poenitentia, & dispositio-
ne, quae iure diuino exigitur ad Baptis-
mum, patet ex sequentibus: nam subiun-
git. *Hec prima poenitentia praecipitur Iu-
daeis, dicente Apostolo Petro Act. 2. Poeni-
tentiam agite, & baptizetur unusquisque
vestrum:* Affert etiam Math. 4. & 3. Quo-
modo exponit ipse S. August. epist. 108.
ad Seleucianam. Imò & Conc. Trid. ses-
6. cap. 6. profequitur Augustinus loquen-
do de poenitentia venialium. *Altera vero
poenitentia est: cuius actio per totam istam
vitam, qua in carne mortali degimus, perpe-
tua supplicationis humilitate subeunda est.*
Vbi nulla mentio de remedio ab Eccle-
sia instituto: sed de poenitentia, contritio-
ne, & oratione pro remissione venialiu-
qui sunt actus ex natura sua remissivi ve-
nialium. Poenitentia autem mortalium,
cum post institutionem Sacramenti, no-

sit fructuosa sine Sacramento in re, vel
in voto: ideo non mirum quod loquendo
de illa, mentionem faciat S. Augustinus
Ecclesiasticae disciplinae.

8 Præterea, si de externis remedijs ef-
set sermo, diuisio esset in sufficientes: quia
vltra absolutionem secretam Sacramen-
talem erat tunc vsitata poenitentia so-
lemnis: & tamen S. Augustinus non curat
ibi distinguere inter poenitentiam, quae
est Sacramentum, & Poenitentiam solem-
nem. Vnde D. Thomas in 4. dist. 16. q. 1.
art. 2. q. 5. ad 3. ait: *Quod poenitentia solem-
nis non diuersificat statum poenitentis, quan-
tum ad id quod dictum est. & ideo de ea non
fit hic mentio.* Similes ponderationes pro-
ponere possemus ex eodem S. Augustino
to 2. epist. 108. ad Seleucianam, quae fer-
ma tora est de hac diuisione: & hac de
hac quaestione, & tractatu.



TRACTATUS VII. DE PARTIBVS SACRA- MENTI POENITENTIAE.



Commentarijs Sū-
mae Theologiae D.
Thomae, finem
imponit Cardina-
lis Caietanus ita
dicens. Et hæc tã
de hac quaestione
quã de toto hoc
opere, ab Aucto-

re edito, dicta sufficient: hic enim foelici
transitu ad coelestem patriam praeventus
D. Thomas scribendi finem fecit: *Vnde
residua alio modo tractanda sunt.*

2 Explicarijs M. Soto in 4. dist. 17.
q. 2. in proæmio, ita eleganter scribit. Hic
nobis lux occidit S. Thomae. Hic, in quã,
obitus illi calamum sustulit, ne tertiam
partem perficeret. Hinc ergo eadem fere
orbatis luce nauigare nobis necesse est.
Nam & si quae scripta reliquit in Quarto,
inter omnes Sententiarum Interpretes,
nomen merito habeant, & dignitatem:
Non tamen illam attingunt, quae proprio
calore, meditatiõrique studio in summa
digessit. Quo circa in subsequentijs
non vsque adeo ad vnguem eius litterarum
persequemur, vt in libris de Iustitia, & iu-
re, & hic hætenus fecimus: sed ordinẽ,
& sententias eius, quoad poterimus, (se-

cuti, & vbi ratio suaserit, plurima etiã
verba referentes, liberiori stylo vtetur.
Non quod eius allequi vestigia praesuma-
mus. Quis enim id animo constituere au-
deat? Sed quod necessitas nos compellat,
ruinam, quam nobis eius decessus fecit,
& iacturam, quam nos subinde fecimus,
pro tenui nostra virili vt eumque relar-
cire & reficere. Hæc Soto-

3 Si mihi vires suppeterent, & in ani-
mo esset totum quod restat quaestionum
disputare, difficile, vel potius nullatenus
dimoueret à D. Thomae, & omnium qua-
stionum, & articulorum ordinem, prout
ex Quarto Sententiarum digesserunt
maioris nostri, qui supplementum, seu
Additiones ad Tertiam partem concin-
narunt, eodem ordine prosequerent prout
hætenus semper feci. Sed quia iam alijs
laboribus protito, videtur sufficere meis
viribus, cum Dei adiutorio inchoatum
opus de Sacramentis perficere (vt si Deus
dederit, aliqua nostrae lucubrationes pu-
re scholasticae typis mandentur) ideo so-
las quaestiones, quae ad hoc pertinent, seli-
gam, semper adherendo ordini D.


Thomae, & communiori Tho-

mistarum,

(?)



QVÆSTIO PRIMÆ DE CONTRITIONE, UT EST ACTVS VIRTVTIS.



Væ primis quinque quæstionibus Additionum Tertiæ Partis de Contritione pertractari solent, duabus solis comprehendemus quæstionibus: in hac prima agemus de omnibus, quæ pertinent ad contritionem, quatenus virtus est: & in secunda tangemus quod habet ut est pars Sacramenti. Sicut enim D. Thomas 3. p. q. 84. & 85. & sequentibus tractauit de poenitentia Sacramento inseruit quæstiones de virtute poenitentia; quia videbat actus virtutis esse à Deo institutos ut materiam sacramenti. Ita pariter in 4. Sententiarum, ut innotescerent contritio, & satisfactio, ut partes sacramenti, de illis secundum se prius egit: quod & nos eodem ordine tractabimus: de confessione autem vocali, seclusa diuina institutione cum sensibus sit manifesta, nihil restat digni Theologica speculatione: & ideo sufficit disputare de ipsa ut parte sacramenti.

DVBIVM PRIMVM.

Quid sit contritio?

Q. I. De significatione, & usu vocis.

A Nominis æthimologia incipiendo, attritio dicitur à verbo *attero*, & contritio à verbo *contero*: & latine *attero* significant *comminuere*, & *frangere*, iuxta col. lib. 5. cap. 6. *Demissum palmitem inferior atteret*. Virg. 4. *Georg. Surgentes atterat verbas*. Contero vero significat *in puluere redigere*. Varro de re rust. cap. 7. *Scilla modicum conterunt cum aqua* Plinius lib. 26. cap. 11. & lib. 20. cap. 13. Cicero 2. de finibus. *Vetustate contritum proverbum*. Vnde Soto dist. 17. q. 2. art. 1.

Contero significationem auget: dicimus enim *laxa attrita*, & *contita*, & *protritas vestes*. Et per metaphoram transferuntur ad hominem, qui dicitur laboribus attritus, & ætate detritus. Extenditur autem methaphora ad cor, quod afflictione, & dolore dicitur contritum.

2. Vnde D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. ait, quod contritio secundum proprietatem sui nominis non significat actum virtutis; sed magis quandam corporalem passionem. Sed hic non queritur sic de contritione: sed de eo ad quod signandum hoc nomen per similitudinem adaptatur. Ut autem possit similitudo adaptari, notat D. Thomas ibi q. 1. quod inter fractionem, & comminutionem, siue contritionem in rebus materialibus (vnde hæc nomina ad spiritualia transferuntur) hoc interst, ut dicitur in 4. Metereorum textu 44. quod frangi dicuntur aliqua, quando in magnas partes diuiduntur: sed comminui, vel conteri quando ad partes minimas redactur hoc quod in se solidum erat.

In Sacra vero Scriptura, & apud Sanctos, Augustinum super Psal. 73. & Isidorum lib. 2. de summo bono, & Greg. lib. 8. Moral. cap. 16. quos citat S. Thomas, & S. Bas. super Psal. 33. S. Chris. S. Ephrem, & S. Bern. infra adducendos: & Cassianum collat. 20. capit. 7. per hanc metaphoram cor dicitur contritum: quia, ut applicat S. Thomas quæstiuncula prima, initium omnis peccati est superbia, per quam homo sensui suo in hærens, a mandatis diuinis recedit. Et ideo oportet, quod illud quod destruit peccatum, hominem a sensu suo discedere faciat. Ille autem qui in sensu suo perseverat, rigidus, & durus per similitudinem vocatur (Exodi 7. *Induratum est cor Pharaonis*). Vnde & frangi aliquis dicitur, quando a sensu suo diuellitur. Et quia ad dimissionem peccati requiritur, quod homo totaliter affectum peccati dimittat;

per

per quem quandam continuitatem, & soliditatem in sensu suo habebat. Ideo actus ille, quo peccatum remittitur (tanquam per ultimam dispositionem ad iustificationem) contritio dicitur per similitudinem. Vnde S. August. & Cassiodorus Psal. 50 ad illa verba: *Cor contritum*. Et Psal. 146 *Qui sanat contritos corde: vel, qui obruerunt cor: dicunt, mirabile curationis genus edidi, ut si volumus restaurari, nos metipfos viuacissime conteramus.*

3. Per hoc tamen non negamus sapé in Sacra Scriptura contritionem accipi pro *exilio*, & *deuastatione*. ut Prou. 16. ver. 18. *Contritionem precedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus*. Ecclesiastici 40. ver. 9. *Oppressiones, fames, & contritio, & flagella*. Isaia cap. 24. ver. 10. *Attrita est ciuitas: vanitatis* ver. 19. *Confractio: confringetur terra, contritione conteretur terra* Et cap. 30. ver. 13. & 14. *Quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius: Et comminuetur sicut conteritur lagenæ figuli, contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa*. Isaia 51. v. 19. cap. 59. ver. 7. *Uastitas, & contritio in vjs eorum*, Iob 16. ver. 13. *Ego ille quondam opulenti, repente contritus sum*, id est, subito totaliter corruui, ut exponit S. Thomas ibi lec. 1. Similiaque occurrunt alibi sapé. Sumitur etiam pro graui afflictione, & pena. Psal. 13. *Contritio, & infelicitas in vjs eorum*. Etia 65. v. 14. *Vos clamabitis præ dolore cordis: & præ contritione spiritus ululabitis.*

Alia vero sunt Scripturæ testimonia, in quibus transfertur vox ad significandum id, quod sancti, & Theologi nunc ea voce significari dicunt In primis S. Thomas super Psal. 50. lit. H. ad illa verba: *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*. Notat, quod homo induratur ad spiritualia ex peccato iuxta illud Ecclesiastici 3. ver. 27. *Cor durum habebit male in nouissimo*. Et ad Rom. 2. ver. 5. *Secundum duritiam tuam, & impænitens cor*. Et contra hanc duritiam opponitur contritio: vnde dicitur *Cor contritum*: & nota differentiam inter *confracta*, & *contrita*: quia *cōfracta* sunt, quæ diuiduntur in magnas partes, *contrita* sunt, quæ in paruissimas partes diuiduntur. Quandiu ergo quis habet cor durum: tunc quasi integrum habet cor in malitia. Sed quando totaliter deserit peccatum præbens se spiritualibus, dicitur tunc contritus. Hæc S. Tho.

Quem sensum esse litteralem, con-

stat ex Glossa, & Cardinali Hugone, Lyrano, & Cardinali Gaetano. Maiuenda transfert ver. 19. *Sacrificia Elolium, spiritus confractus, cor confractum, & contusum Elolium non spernes*. Et exponit, quod inter sacrificia grata, & accepta Deo, hoc vnum est instar omnium sacrificiorum; imò longe superat, spiritus fractus, id est velut cōminutus, & deiectus suæ infirmitatis, & indignitatis conscientia. Seu, sacrificia, quibus placatur Deus, ea sunt, animus poenitentia fractus, & cor dolore cōcūsum, & vulneratum: hæc à quocumque offerantur, tibi, o Deus, despiciere nequaquam poteris. Buchannanus.

Pœnitens fraudum, scelerumque peccus Spiritus fracti, mala cor perosum, Hæc Deum placant: adhibe hæc, & absque Thure litabis.

4. Lorinus in Psal. 50. ver. 19. dicit, quod recte Guillelmus Paris de Sacramento Pœnit. cap. 3. confundit sacrificium spiritus contribulati, & cordis contriti: nam Græce, & Hebraice, idem vtrique epithetum tribuitur. Videantur S. Chris. hom. 4. in 2. ad Cor. Et Orig. in cap. 3. epist. ad Rom. acute opponit bonam istam contritionem, illi pessimæ, qua quis conterit, & confringit iugum Dei Ierem. 5. v. 5. *confrugerant iugum: & supplicio maximo, quod eadem contritionis voce significatur ad Rom. 3. ver. 16. Psal. 13. ver. 3. Contritio, & infelicitas in vjs eorum.*

Alter locus non minus expressus: & ad litteram, est Danielis 3. ver. 39. *Sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur*: Quem locum de vera contritione intelligunt S. Thomas, Hugo Cardinalis, Lyra, Pereira, & Gaspar Sanchez ver. 39. ait. Quædam erant sacrificia ad placandum offensum Deum instituta: qualia erant pro ignorantibus, pro peccato, & pro delicto. Hæc offerri non poterant extra templum, aut extra locum destinatum a Deo. Cum vero hæc ad expiendam culpam adhiberi non possent; in alieno solo pro sacrificijs lacrymas, compunctionem, & poenitentis animi cruciamenta, & quasi libamenta offert: oraque ut instar obtineant sacrificij, quod quotidie, stante re Iudaica, suscipiebat è templo. Hæc ibi. *Equiualentibus verbis de contritione est sermo Iocelis 2. & Echielis 18. ut potestea afferemus; Item Psal. 6. Laborans in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum.* Et illud Esaiæ 38. *Recogitabor tibi omnes annos meos in amaritudine animæ*

Prout ad intentum adducit Concilium Trident. sess. 14. cap. 4. In rei enim veritate amaritudo animæ, labor in lachrimas, & fletum maximum prorumpens: abominatio iniquitatum, faciens & cor noui: conuersio scindens cor, nihil aliud quam contritio est. Sed quia nunc de usu frequenti vocis, *contritio*, in Sacris litteris directe quærimus; primo loco ponderamus testimonia in quibus in illo sensu vox usurpatur.

5 Solent adduci illa verba Psalmi 146. *Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum*. Sed certe non in sensu literali: quia, ut ait ibi Caietanus versu 3. Intendit ad litteram, curam per consolationem afflictorum, qui vocantur contriti corde. Et hoc implet Dominus ex promissione, Exodi 15. ver. 26. (ut notat hoc Psalmo Maluenda) *Ego enim Dominus sanator tuus*: & similiter alij ad litteram exponunt. Mystice de Iesu Christo S. Hilarius, & S. Augustin. præcipue de contritione peccatorum, dicens. *Sanat contritos corde, humiliatos corde, confidentes, se ipsum punientes*. Et concludit: *Qui cor non conterunt, non sanantur*. Et in Psal. 74. *Qui se conterit, irascitur sibi, se habet iratum, ut Deum habeat propitium*. Similia habentur de vera, & falsa poenitentia cap. 15. & S. Bern. ser. 12. in Cantica. *Optimum unguentum contritio, quod ex recordatione peccatorum conficitur*. Sicque voce vtuntur, non solum Sancti Patres, & Theologi omnes, sed fideles: nec iam licet dubitare, postquam sic accipitur à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4.

6 Admonet tamen Soto dist. 17. q. 2. artic. 1. §. *Quo solutionem*, quod in hac Christiana, & euangelica methaphora, inter præcos Latinos non reperitur: quia nec rei habuerunt notitiam. Nouerunt quidem poenitentiam nomem sub ratione virtutis, ut q. 84. & 85. monstrauiimus. Sed tamen neque in lege naturæ erant tres partes poenitentia: neque vim contritionis callebant: quæ est peccatum radicis ex corde diuellere. Vide quæ diximus q. 85. dub. 5. Hoc idem notat Martinus Ledesma 1. p. Quarti q. 32. art. 1. circa principium. Illam etiam prophetiam Isaia 61. *Ad annunciandum mansuetis misit, ut mederer contritis corde*: Quam Dominus de se prolatam docuit Lucæ 14. ver. 18. S. Basilius in Psal. 33. ad illa verba: *Prope est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde* (ubi & S. Augustinus cum alijs legit: *Qui contriuerunt cor*, vel

contrito sunt corde) de vere contritis intelligit, dicens. Iam quando medicus mittebatur contritis corde? Prope, inquit, est Dominus vobis, dico humilibus, & qui per contritionem, factum, & animi elationem expunxerunt à vobis: prope adest, iam iam vos affectus gaudio, & ad longanimitatem deducitur. *Contritio cordis de malitia est, & suppressio humanarum cogitationum*. Qui cumque enim presentia despexerit, seque verbo Dei addixerit, & suam ipsius mentem ijs contradixerit intelligendis, quæ supra hominem, & longe diuina sunt; hic dæmum est, *qui tribulato, siue contrito, est corde*. Idque sacrificium obtulit, quod minime contemnitur apud eum; *qui cor contritum, & humiliatum non despiciet*. Hæc S. Basilius. Item Tertullianus lib. 4. contra Marcionem capit. 14 S. Beda Lucæ 4. relatus in Catena aurea D. Thomæ. Et Caietanus Lucæ 4. ver. 18. exponit, *contritos corde*, hoc est, poenitentes vere peccatorum suorum: attulit enim poenitentibus salutarem medicinam fidei in se. Sequitur Hæctor Pintus Etia 61. dicens, *Perpende: non dicit omnibus mederi, sed contritis corde*: quatinus enim cor est durum, & in sceleribus obstinatum, nullam habet salutem; ideo oportet ut corda nostra lachrimis moliamus; nosque ad gratiam Dei præparemus: ipse enim, ut dicitur in Psal. 146. *Sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*: alio in Psal. 50. *Cor contritum, & humiliatum non despiciet*. Hæc ibi. Amplexusque fuerat. Soto in presenti. Quæ ideo non potest non esse veneranda, & probabilis expositio; quam & sequitur Tolerus Lucæ 4. & alij ibi,

7 Non tamen videtur literalis: quia Forrerius Isaia 61. ait. *Contritos autem corde, seu contritos*, vocant Hebræi eos, quos Latini dicunt, animo frangi, qui quando aduersa irrumpunt, libere ipsis cordilaniandum tradunt. Horum Dominus Iesus rationem habuit: hos bono animo esse iussit. Videatur Oleaster. Et Maluenda post relatas septem versiones ex Hebræo, ait, id est, ad curandum mortales liberandum, & reconciliandum Deo: quo expectant omnes illæ allegoricæ loquendi formæ, quæ mox sequuntur. Nam præfens allegoria sumpta est à chirurgis, qui fasciis fracta, & cõtusa curationis causa alligant. Vnde Simachus, & Theod. ut ibi obseruat S. Hieronymus, ut hebraicæ vocis vim magis exprimeret, pro *mediter*

alligari, verterunt:

8 S. Hilarius in Psal. 52. circa finem, sic exponit. Hæc igitur populi Dei auersa captiuitas est, cum oculi intelligentiæ panduntur, *Cum præfracta peccatis corda in requiem relaxantur*: Cum annus Domini acceptabilis nunciatur: *Quo Poenitentia nostra Deo accepta est confessio: cum nihil præteritorum reputatur ad erimem*. Vnde multi, cum S. Hilario, contritos eos esse censent, quorum cor peccatorum sarcina præmit, & conterit. Ita Euthimius, & Theophyl. & alij Lucæ 4. Ianfen. in Concordia cap. 54. Specialiter hanc tenent Maldonatus Lucæ 4. & Gaspar Sanchez Esaiæ 61. num. 15. & contra priorem expositionem obijciunt. Quia illis verbis ostenditur miser, & malus status eorum, quibus à Christo sanitas præstatur: prædicatur enim cæcis visus, aperio clausis, captiuus indulgentia: quibus exprimitur status illorum, qui adhuc in peccato sunt. Similiter ergo in *contritis*, debent peccatores significari, nisi filium, & quasi statum orationis mutet. At illorum, qui contriti sunt, & iam se peccasse dolent, status est melior, & quibus à Christo iam est adhibita medicina. Sed de his latius Sacra Scriptura Interpretes.

9 Confirmat omnia hucusque scripta Soto illa quæst. 2. articulo 1. *Dicitur item* (inquit) *contritio alio nomine cordis punctio: iuxta illud Psalmi 4. Quæ dicitis in cordibus vestris, & incabilibus vestris compungimini* (& Actor. 2. ver. 37. *His autem auditis, compuncti sunt corde*: Nempe audito sermone Apostoli Petri) ut enim vlcus ferro pungitur, ut virus exeat; sic & cor, ut peccatum emittat. Vnde antiqui Sancti Patres sub nomine compunctionis, & contritionis: hæc de re loquuntur. Ut S. Greg. 8. Moral. cap. 15. & 16. Alia est (inquit) compunctio, siue contritio, quæ per amorem nascitur; alia quæ per timorem. Et Græcus S. Chrysostomus libros edidit de compunctione cordis. Sed homil. 9. super 6. cap. ad Hebræos: *Cor, inquit, contritum, & humiliatum Deus non spernit: quia illud non erigitur, nõ perentit: & talis est, inquit, contritio cordis* Similia S. Ephrem in libro de iudicio extremo cap. 5. *Compunctio* (ait) *sanitas animæ est, illuminatio mentis est: compunctio remissionem delictorum nobis acquirit: compunctio Iesum unigenitum facit in nobis ha-*

bitare. Eadem ratione contritio dicitur sciilio: sicut membrum putridum scinditur. Et quia per illam incisionem auctus homo a commutabili bono conuertitur in Deum, coniunguntur ambo Ioelis 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra*.

§. II. Circa definitionem contritionis aliqua notantur.

9 **V**T autem essentialem definitionem tradamus, prius necesse est ut genus, & differentiam inuestigemus. Quia tamen plurima, quæ nunc dicenda essent, habes iam q. 85. per quinque dubia, a quinto vsque ad finem; & ferre tota q. 86. Ideo scitu necessaria nunc trademus. Expediamus nos ab erroribus hæreticorum. Lutherus in 6. articulo. a Leone Decimo condemnato, asseruit contritionem hominem facere hypocritam, & magis peccatorem, cum in suis doloribus spem ponat, quam in sola fide deberet collocare. Asseruit idem contritionem esse terrorem ex peccatis, & ex minis legum conceptus. Esseque afflictionem, ac passionem, quam conscientia pati creditur, etiam si nollit: vnde negat esse liberam. Vnde infert, contritionem ad legem, non ad Euangelium pertinere: Lex enim est, quæ supplicia comminando terret. Euangelium autem Christam offerendo consolatur.

10 Has hæreses, imò deliria, impugnant Roffensis art. 6. & alij innumeri, qui contra Lutherum scripserunt. Bellarminus lib. 1. de Poenit. cap. 19. & lib. 2. cap. 2. Quia in Sacra Scriptura contritioni coniungitur humilitas. Psal. 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet*. Indeque S. Chris. hom. 9. in epist. ad Heb. docet contritionem siue humilitatem esse non posse. Cum igitur contritio duritiæ, & tumorem, ac proinde peccati affectum secum non compatiatur; dubitari nõ potest quin aliud sit cõtritio, aliud simplex terror. Præterea. Terrores in corde duro, & superbo esse possunt: ut perspicuum est, in primis de Satana, & Angelis eius: qui credunt, & contremiscunt. Iacobi 2. Et tamen nec peccatum suum oderunt; nec tumorem, aut obstinationem vnquam deponunt.

11 Quod autem contritio sit libera, constat ex illo loci. 2. *Scindite corda vestra*.

Et quia est gratissimum Deo sacrificiū, vt dicitur Psalm. 50. Et quia præcipitur vt actus virtutis, Matth. 3. *Pœnitentiam agite*, Actorum 17. *Nunc annuntiat hominibus, vt omnes ubique pœnitentiam agant.* Christus etiam auctor Euangelij pœnitentiam, & contritionem prædicauit Matth. 4. *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum Cælorum.* Post resurrectionem suam explicuit, & præcepit Christus Apostolis quid debebant prædicare. Luca 24. ver. 46. *Opprobria Christi pati, & resurgere à mortuis tertio die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Si autem pœnitentia, & cōtritio afferit peccatorum remissionem, non spoliant hominem omnibus bonis: sed potius omnes abominationes à se proiecit, & dat cor nouum, & spiritum nouum. Vnde Ezeq. 18. ver. 30. & 31. *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiecite à vobis omnes prauaricationis vestras, in quibus prauaricati estis: & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.*

12 De his omnibus habemus doctrinam sacri Concilij Tridentini sel. 14. cap. 4 vbi de contritione intelligit. hoc Ezequielis testimonium. Canone etiā quinto diffinit in hæc verba: *Si quis dixerit Cōtritionem non esse veram, & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demerit illam esse dolorem coactum, & non liberum, ac voluntarium, Anathema sit.* Quod autem iste dolor sit supernaturalis, sumitur ex eodem Concilio sel. 6. can. 3. dicente: *Si quis dixerit, sine præueniente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, Anathema sit.* De quo late q. 85. dub. 5. §. 5.

§. III. Cuius, virtutis actus sit contritio ventilatur.

13 **I**am inter Theologos restat difficultas, cuius virtutis actus sit contritio?

Caictanus 3. p. q. 85. art. 2. §. *Ad eundem*. docet esse actum charitatis, & religionis: nam displicentia offensæ in Deū, actus est charitatis: cuius est gaudere, & cōplacere in bono diuino. Et religionis

actus est reddere debitum Deo offensor: & in lege veteri actus religionis exprimebatur peccatum. Et David Psalm. 50. *Cor contritum, & humiliatum* (quod est ipsa emenda pro peccato) sacrificium appellat.

Ipse tamen Caict. to. 1. Opusc. trac. 4. q. 1. §. *Ex quibus*, docet duplicem esse contritionem: prima contritio est acquisita displicentia peccati supra omne odibile; cum proposito vitandi peccatum supra omne vitabile, ex amore Dei super omne amabile: & hæc vocatur *cōtritio informis*. Secunda autē contritio est hæc eadem displicentia, cum dicto tam proposito, quā amore, charitate informata. Et hæc vocatur contritio formata. Idem dicit in Summa verbo *Contritio*. Secunda sententia docet contritionem non esse actum specialis virtutis pœnitentiæ; sed solius charitatis. Ita Vazquez 3. p. q. 85. ar. 2. dub. vnicō à n. 38. & n. 45. ait. Quare sententiam Reuentiorum, qui docet contritionis actū, seu pœnitentiæ, non esse dilectionē Dei, neque necessario ex dilectione Dei proficisci, nihilominus iustificare, hoc est esse vltimam dispositionem ad gratiam, & remissionem peccatorum, *erroneam*, ego cōserem: nam siue charitatis actu nihil prodesse possunt quæcumq; fecerimus ad iustificationem, vt omnibus compertū est. Bonacina to. 1. de Pœnit. disp. 5. q. 5. nec. 1. n. 2. ait: Contritio est actus elicitus; non ab habitu pœnitentiæ, sed ab habitu charitatis: Ludouicus Torres disp. 15. dub. 1. Casp. disp. 3. sec. 3. n. 33.

14 At vero Suarez disp. 4. sec. 2. n. 13. dicit esse sententiam *probabilem*, & *que aliquando esse simpliciter placuit*, quod detestatio peccati ex motu iustitiæ, quæ elicitur ab speciali virtute pœnitentiæ, quia est de offensæ Dei quatenus talis, est cōtritio: & quod per se, sine formali amore sufficit ad rationem contritionis.

Postea magis probat, quod detestatio peccati, quatenus est contra bonum Dei in se, eiusque dissoluit amicitiam, est propria, & per se contritio. Quia est actus elicitus charitatis. Et illa displicentia vere dici potest esse propter Deum summe dilectum; quia est elicitæ ex charitate eius, & respiciendo solum ad bonitatem, & amicitiam eius.

15 Pariter Lugo disp. 5. sec. 1. num. 4. docet, quod illa sententia non videtur digna ea censura, qua eam voluit notare Vazquez: quia antiqui Theologi; dum de contritione etiam perfecta

ita loquuntur; dicunt generaliter esse dolorem de peccato, eo quod Dei offensa sit: offensa autem, vt offensa, non pertinet ad solam charitatem, sed etiam ad pœnitentiam. Ita loquitur Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. Et sane id videretur postulare humana fragilitas, quæ raro trahetur motu illo dilectionis Dei super omnia; frequentius vero motu obedientiæ: religionis, gratitudinis; &c. Afferit tamen ex propria sententia à n. 10. quod dicendum omnino est cum communi sententia, contritionem sufficientem ad iustificationem, debere oriri ex peculiari motu charitatis, scilicet, Dei super omnia dilecti. Hæc conclusio (inquit) habet pro se auctoritatem communem fere omnium Theologorum, à quibus in re tanti momenti non est facile discedendum. Sequitur Auerfa de Pœnitentia q. 3. sec. 5. conc. 1. & conc. 2. asserit. Pœnitentia de peccatis ex motu iustitiæ, vel alio simili propter Deum, probabiliter videtur etiam sufficiens in ratione vltimæ, ac proximæ dispositionis ad iustificandum peccatorem.

Et antea docuit Victoria (vt est in eius summa, quam ex ipso accepisse dicit, Thomas Chaves de contritione n. 119) dicens potest tamen esse quod in voluntate non sit alius actus, quam iste; *doleo quia offendi Deum*: qui nec est elicitus, neque imperatus à charitate. Et ista talis actus sine alia dilectione, sufficit ad remissionem peccatorum. Qui licet regulariter procedat à charitate; tamen remissio peccatorum magis tribuitur pœnitentiæ, quam charitati: quia in Sacra Scriptura illi actui promittitur remissio. Et S. Th. dices, quod pœnitentia procedit ex amore; intelligendus est communiter, & regulariter, vt pater apud ipsum in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 1. Hæc ibi.

16 Singularis in hoc puncto incedit Granados Controu. 7. de Pœnit. tract. 2. disp. 7. sec. 5. seu vltima, n. 42: assignans discrimen inter contritionem, & virtutem pœnitentiæ supernaturalis: quia contritio elicita à multis habitibus, scilicet, à charitate actus amoris; actus vero doloris, vel ab ipsa etiam charitate, vel à religione, vel ab alia virtute, quæ peccatum pro vt est contra Deum detestetur, aliquo saltem modo, & non propter proprium hominis commodum. Pœnitentia vero est specialis virtus, & detestatur peccatum propter tale motuum, & non affert adæquatam dispositionem ad iustifi-

cationem; contritio vero significat hanc adæquatam dispositionem.

§. III. Vera sententia, quod elicatur à pœnitentia & imperatur à charitate stabilitur.

17 **O**mnino tamen veram, & communissimam D. Thomæ, & omnium Thomistarum, & aliorum Theologorum frequentem, iudico sententiam asserentem contritionem esse actum elicitem virtutis pœnitentiæ, imperatum, & perfectum, & formatum à charitate; cum qua ita committitur, & connectitur, quod si non adsit actus charitatis, nec contritio erit perfecta, & formata, nec completa vltima dispositio ad iustificationem. Cuius sententiæ partes si gilatim explicamus, & probemus, credo, paucissimos Theologos in re dissentientes, inueniemus. Si enim aliqui discrepantes, inueniemus. Si enim aliqui discrepantes est quia quatuor difficultates in vnam confundunt; & ideo nulli satisfaciunt adæquate, nec ab omnibus facile se expectant. Constat enim Theologis disputantibus de habitibus, & de virtutibus ingenere, & in specie, quod non est idem actus esse ab aliqua virtute elicitem, ac esse ab ea imperatum; & quod aliqui alij actus solent ibi, vel necessario, vel concomitanter adesse, qui ab ea virtute, nec eliciuntur, nec imperantur. Item aliqua solent euenire de lege ordinaria, quæ aliter euenire possunt de potentia absoluta, & in alio rerum ordine. Iuxta hoc ergo, cum contritio, prout nunc loquitur, non minet actum voluntatis contra peccata, & propter Deum, videndum a qua virtute elicatur, à qua imperetur; qui actus eam committentur; & quam infallibilem connexionem habeat in ratione vltimæ dispositionis cum iustificatione?

18 Dieo primo, contritio est actus elicitus virtutis pœnitentiæ. Est expressa D. Thomæ in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. ex professo enim disputans *quid sit contritio?* Et cum exposuisset definitionem ipsius in quantum est virtus, & in quantum est pars Sacramenti, postea agendo de illa solum in quantum est virtus (vt nunc de illa agimus, ait D. Thomas. Alia etiam diffinitio inuenitur, quæ diffinit *Contritionem in quantum est actus virtutis tantam*; sed additur ad prædictam definitionem dif-

ferentia contrahens ipsam ad specialem virtutem, scilicet poenitentiam. Dicit enim quod poenitentia est dolor voluntarius semper pro peccato puniens, quod dolet commissi se. In hoc enim quod additur, *punitio*, ad specialem virtutem contrahitur: Et de virtute huiusmodi supra dist. 14. dictum est q. 1. art. 1. q. 3. quia ibi est posita quasi similis diffinitio: *De poenitentia, cui praeipue competit ratio contritionis.* Quae diffinitio est S. Ambrosij in quodam sermone Quadragesimae, & habetur de Poenit. dist. 3. cap. *Poenitentia*, & S. Greg. lib. 9. Registri cap. 39. relati de Poenit. dist. 3. cap. *Poenitentiam*: & vtriusque verba refert Magister in 4. dist. 14. & S. Thomas ibi q. 1. art. 1. q. 6. ad 6. & art. 2. q. 3. ait. *Charitas amissa non recuperatur nisi per contritionem de peccatis precedentibus, quae est motus poenitentiae virtutis.* Dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. *Contritio* importat aliquam rectitudinem voluntatis: & propter hoc est actus virtutis illius, scilicet, cuius est peccatum praeteritum detestari, & destruere; scilicet, poenitentiae, ut patet ex his, quae in 14. dist. dicta sunt, q. 1. art. 1. q. 3.

19 Praeterea ipse D. Thomas hac 3. p. q. 89. art. 1. ad 2. ait. *Sed actus primus poenitentis, se habet ut ultima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet, contritio.* Et in 4. dist. 17. q. 3. art. 2. q. 3. ad 3. expresse asserit: *Et quia contritio est prima poenitentiae pars, efficaciam alijs partibus praebet; & ideo eodem modo iudicatur de tota poenitentia, sicut de contritione.*

Rursus, saepissime docet S. Thomas, quod in Sacramento Poenitentiae, non est materia corporalis, sicut in alijs Sacramentis, sed actus humani virtutis poenitentiae sunt ibi loco materiae: ut videri potest 3. part. quaest. 84. art. 1. ad 1. & art. 2. & art. 4. ad 3. & 7. quaest. 85. art. 1. ad 1. & q. 86. art. 4. ad 3. & art. 6. & q. 89. art. 1. ad 2. & q. 90. art. 1. & 2. & multis alijs locis relatis in Tabula Aurea, verbo, *Poenitentia*, num. 68. Sed tres, quae respectu Sacramenti sunt partes, respectu virtutum sunt actus; & primum locum continet contritio: ut patet 3. p. q. 90. art. 1. & 2. & in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. q. 1. art. 4. Ergo ex mente D. Thomae, contritio est actus elicited virtutis poenitentiae.

20 Sequuntur Petrus de Tarantasia, seu noster Innocentius Quintus in 4. dist. 17. de Contritione art. 1. q. 1. vbi inquit: *Vtrum contritio a Magistris conuenienter diffiniatur?* Petrus de Palude in 4. dist. 24. quaest. 3. num. 7. & dist. 17. quaest. 1. art.

1. num. 7. & 8. & 12. & dist. 16. q. 4. num. 7. vbi ait: *Conteritur vero est essentialiter poenitere: quia actus a poenitentia elicited.* Capreolus dist. 16. q. 2. conc. 3. & ad 4. Raynerius in Pantheologia tom. 1. tit. 14. verbo, *Contritio*, cap. 3. & 4. Sylvester, verbo, *Contritio*, dicens, nu. 1. esse de mente S. Thomae, & Theologorum omnium, quod est actus virtutis, quae poenitentia dicitur. Petrus Soto de poenitentia lec. 14. in principio. Dominicus Soto lib. 2. de natura, & gratia. cap. 14. & idem Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. conc. 1. dicens. *Est contritio id ipsum quod primus actus poenitentiae virtutis.* Et latius art. 5. explicando quinque differentias inter contritionem, & attritionem, Cano Relect. de poenit. 1. part. & parte 5. Martinus de Ledesma 1. p. Quart. q. 32. art. 1. §. *Sequitur de re ipsa*, dicens: *Contritio, ut a Theologis capitur, est actus perfectus poenitentiae. Et non potest melius diffiniri.* Petrus Ledesma tom. 1. de poenitent. cap. 6. conc. 1. dicens esse S. Thomae, & omnium Thomistarum, & Summistarum. Didacus Nufio in Addit. 3. p. q. 1. art. 1. dub. 1. & 2. & 6. & 7. Ioannes à Cruce de Sacramento poenit. q. 3. dub. 1. conc. 1.

21 Docuit idem Alexander Aletis 4. p. Summae q. 17. membro. 2. art. 2. S. Bonaventura in 4. dist. 17. art. 6. q. 1. Ricardus de Mediauilla dist. 17. art. 1. q. 1. & 2. imo per omnes quaestiones vsque ad 9. Durandus in 4. dist. 17. q. 1. n. 3. & q. 2. n. 5. Grabiel in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. conc. 5. & dist. 16. q. 1. art. 1. not. 3. Nauarrus in Summa cap. 1. n. 2. Henriquez lib. 4. cap. 19. n. 8. & cap. 23. nu. 4. Tolerus lib. 3. cap. 4. Valentia to. 4. disp. 7. q. 8. puncto. 1. & 3. Villalobos to. 1. trac. 9. disc. 1. n. 1. & disc. 16. & alij. Tot Auctores vidi, & adduxi, ut appareat non sine fundamentum iam olim scripsisse Dominicus Soto lib. 2. de natura, & gratia cap. 14. §. *Tertium, quod nomine contritionis, vniuersis, tum Patribus, tum Theologis Scholasticis, venit actus poenitentiae perfectus, quo peccata remittuntur.*

22 Ratione probatur primo, actus perfectissimus poenitentis, formaliter vt poenitens est; est actus virtutis poenitentiae (quidquid sit illa virtus, de quo modo non disputamus). Quae propositio sola terminorum expositione, recedit manifesta. Sed contritio est actus perfectissimus poenitentis, vt poenitens est, vt patet ex testimonijs Scripturae iam relatis, vbi nulla mentio de actibus charitatis; sed

tota

rota est de detestatione peccati, & conuersione peccatoris, Deum intendentis placare, & illi satisfacere. Eodemque modo Patres loquuntur, vt eorum verba clare demonstrant. Imò Concilia. Florentinum in sesvltima in Decreto Eugenij IV. ait: *Quartum Sacramentum est poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis (formaliter loquitur) qui in tres distinguitur partes, oris confessionem cordis contritionem, operis satisfactionem.* Cum ergo alias partes sint actus a poenitentia imperati, iuxta subiectam materiam, cum contritio sit actus interior, sequitur ex Concilio quod sit actus a poenitentia elicited. Clarius Tridentinum sess. 6. cap. 6. & cap. 14. docet *Christiani hominis poenitentiam post lapsum continere, non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum, verum etiam eorundem Sacramentalem confessionem (saltem in voto, &c.)* Ergo detestatio peccatorum, & contritio sunt actus Christianae poenitentiae, si sunt cum proposito confitendi: & ante Euangelium essent actus poenitentiae virtutis etiam sine institutione confessionis. Rursus sess. 14. cap. 3. ait Concilium: *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius poenitentis actus actus, nempe contritio.* Ergo contritio est actus poenitentis, vt poenitens est, & ita erit actus poenitentiae. Item cap. 4. *Contritio, quae primum locum inter dictos poenitentis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero.* Ecce quod in descriptione contritionis, nulla est mentio de actu charitatis, & tota continetur in actu perfectae poenitentiae, postea declarat contritionem continere odium vite male praeteritae: & quatuor testimonia scripturae sacrae, quibus id probat, de actibus poenitentiae loquuntur. Clarum ergo est ex Concilio Tridentino, quod contritio est actus poenitentiae.

23 Secundo idem probatur ratione à priori. Ille est actus elicited alicuius virtutis, qui tendit in suum obiectum sub ratione formali propria illius virtutis: vt constat ex illo axiomatico: habitus specificantur per actus, & actus per obiecta. Et quia haec est diffinitio requisitorum ad hoc quod aliquis actus dicatur elicited a virtute. Sed in omni opinione, motuum formale proximum contritionis, est motuum essentialis poenitentiae: nam in sententia D. Thomae 3. p. q. 85. art. 2. dicitur: *Manifestum est autem quod in poenitentia,*

via inuenitur specialis ratio actus laudabilis; scilicet, operari ad destructionem peccati praeteriti in quantum est Dei offensio. Idem est motuum contritionis: nam eo ipso quod peccator cesset à peccando, & peccata detestetur, & conatur ea destruere formaliter in quantum sunt Dei offensio, iam habet actum superiorem attritionis, & cui nihil deficiat vt sit contritio. Similiter in sententia Vazquez q. 85. art. 2. dub. vnico, nu. 57. & 59. qui docet proprium actum virtutis specialis poenitentiae esse velle recompenare Deo pro peccato: seu velle peccati iniuriam recompenare: pariter ratio facta procedit: quia eo ipso quod quis efficaciter velit iniuriam Deo factam per Peccatum recompenare, iam est contritus, & ita elicited actum poenitentiae formaliter cōteritur. Quod à fortiori vrget in opinione, quam docet Lugo disp. 2. sec. 4. n. 49. quod obiectum formale poenitentiae est aequalitas moralis cum Deo; seu non habere Deum rationabiliter indignatum: quae virtus intendit vitare Dei offensam, cū posita fuerit, ea virtus conatur illam tollere, & reducere priorem aequalitatem, & pacem cum Deo. Sed hoc totum facit contritio. Certissime ergo tenendum est, quod contritio est actus virtutis poenitentiae.

24 Dico secundo, contritio imperatur à charitate, cū ab ea non imperetur, vel habeat committam charitatis actum, non est perfecta, & cōpleta in ratione vltimae dispositionis ad iustificationem. Est communis Theologorum non tantum eorundem, qui proprio conclusionem relati sunt, sed aliorum fere omnium: ita vt solutres, vel quatuor dubitauerint: sed mihi indubitata videretur per Conc. Trid. sess. 14. c. 4. vbi, si attente legatur, prius describit essentialia praedicata cōtritionis: postea agit de ea, vt disponente ad iustificationem, in Sacramento inre suscepto, sed solūcū voto Sacramenti: & de ea in hac consideratione ait: *Docet praeterea, etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominēque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, &c.* His verbis clare distinguit Conciliū duos actus, vnū contritionis, & aliū charitatis: & asserit, quod si contritio sit perfecta (quod Theologi appellat *formata*) charitate hominē Deo reconciliabit. Ergo si nō sit perfecta, & formata charitate, se sola nō habebit vim à Deo reconciliandū, nec erit perfecta in ratione vltimae dispositionis ad iustificationem. Vnde sess. 6. cap. 7. ait Conciliū

Nam

Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque vnus perfectus cum Christo, neque corporis eius viuam membrum efficit. Quod pariter procedit de actu poenitentiae, & cuiusvis alterius virtutis: quia ad iustificationem nihil valent. Sed fides, quae per charitatem operatur: ut ait Apostolus ad Gal. 5. ver. 6. Quod ad intentum probandum, affert Tridentinum. Totum hoc docuit Diu. Thomas locis relatis q. 85. dub. 9. vbi actum poenitentiae docet S. Thomas esse imperatum à charitate. Quod praecipue verificatur de actu perfectissimo, qui est contritio. Sed in terminis D. Thomas lib. 4. contra Gentes, cap. 72. sic ait: *Primam igitur quod in poenitentia requiritur est ordinatio mentis, ut scilicet mens conuertatur ad Deum, & auertatur a peccato, dolens de commisso, & proponens non committendum: quod est de ratione contritionis. Haec vero mentis reordinatio sine gratia esse non potest. Nam mens nostra debite, ad Deum conuerti non potest sine charitate: charitas autem sine gratia haberi non potest: ut patet ex his quae in 3. lib. cap. 15. i. dicta sunt. Sic igitur per contritionem, & offensam Dei tollitur, & à reatu poenae aeternae liberatur: qui cum gratia, & charitate esse non potest.* Haec S. Thomas. Vbi Ferrara. Aduertendum est (inquit) cum dicitur mentem debite ad Deum conuerti non posse sine charitate, quod ideo additum est, debite, ut excludatur imperfecta conuersio. Potest enim aliquis imperfecte conuerti ad Deum: sed perfecta conuersio, quae sufficit ad deletionem culpae sine charitate esse non potest: ut patet ex dictis 3. lib. cap. 15. 8. & q. 28. de Veritat. art. 2. & 1. 2. q. 113.

25 Durandus etiam, cui oppositum absque fundamento tribuitur in 4. dist. 17. q. 2. num. 6. expresse ait: *Vera contritio, & gratia inseparabiliter se committantur.* Er q. 1. num. 8. *Dispositio vero perfecta est quando homo detestatur peccatum, non solum timore poenae: sed quia est contra reuerentiam, & obedientiam Deo debitam: & quia separat à consortio Dei, quem summe debemus diligere: & vocatur contritio.* Er q. 4. num. 4. ait: *Ex hoc enim dolemus de peccato commisso, quia separat nos à Deo, cui coniungimur per charitatem.* Soto etiā lib. 1. de natura, & gratia cap. 14. docet contritionem esse actum elicitum a poenitentia, imperatum à charitate. Et lib. 2. cap. 16. §. *Igitur*, ait, loquendo de dispositionibus ad iustificationem extra Sacramentum: *Dispositiones autem necessa-*

ria, & proxima, sunt actus fidei, spei, & charitatis: enim vero neque sine istis esse potest salus. Item cap. 13. initio, & §. *At vero*, Et in 4. dist. 14. q. 2. art. 5. §. *Ex ijs*, ait: *Quod poenitentia proprius actus est poenitere de peccato quatenus offensa Dei, ad eius amicitiam conciliandam.* Et in hoc sensu dist. 17. q. 2. art. 4. conc. 1. ait: *Quod contritio, ut dist. 14. art. 5. de poenitentia diximus, est actus charitatis, qui videlicet, ex timore filiali nascitur: & conc. 4. ait: Contritio est quidam actus charitatis.* Non bene ergo Lygo disp. 5. nu. 4. & 7. oppositum tribuit Durando, & Soto.

Et Caietanus: non solum 3. p. q. 85. art. 2. §. *Ad euidenciam*. Sed etiam tom. 1. Opusc. tract. 4. q. 1. §. *Quod primum*, docet contritionem perfectam debere esse charitate informatam. Et Petrus Soto lec. 14. de poenit. Cum adduxisset illud 1. Ioa. 5. *Qui non diligit, manet in morte.* 1. ad Cor. 13. concludit. *A charitate ergo habet poenitentiam omnem suam integritatem, & perfectionem.* Ex quo infert esse certissimum quod ad perfectam poenitentiam requiritur ut dolor ille peccati: siue odium, & detestatio sit propter Deum.

26 Sed qui ex professio conclusionem ostendit, est Cano, à quo quia probationes desumpsit Suarez, eo non nominato, placet transcribere eo relatio; quia praecipua fundamenta bene proponit Relect. de poenit. parte 1. folio 8. col. 3. editionis Complutensis, ait: Hic sit prima propositio: *Primus actus poenitentiae nunquam est sine actu charitatis.* Magist. dist. 15. cap. 4. Idem Grati. de poenit. dist. 3. cap. vlt. & *Fugerat*, & dist. 2. cap. *Charitas est*. Et D. Thomas 1. 2. q. 113. art. 4. ad 1. & 8. de Veritate, q. 28. art. 4. Durand. in 4. dist. q. 1. & 4. Capreol. dist. 14. q. 2. Gabriel eadem dist. & q. Contra Palud. dist. 14. q. 3.

Primum probatur haec conclusio testimonio D. Aug. 14. de Ciuitate Dei, cap. vlti. vbi asserit neminem pertinere ad Ciuitate Dei, nisi per amorē Dei vsq; ad contemptum sui. Sed omnem vere poenitentem ad Dei ciuitatem pertinere, nemini dubium est. Ergo. Et lib. de vera, & falsa poenit. cap. 9. pro absurdo habet, quod sine amore Dei quisquam consequatur indulgentiam, sine quo nullus inuenit gratiam: & cap. 17. idem ait. Et lib. 2. contra Cresconium cap. 12. cum dixisset, & eleemosynis, & verbo veritatis, & contritione remitti peccata, subdit: *Mundantur etiam ipsa, quae supereminet*

om.

omnibus charitate: quae una si adsit, omnia illa recte fiunt: si autem desit, illa omnia frustra fiunt.

27 Praeterea 1. Ioa. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* Praeterea, conuersio ad Deum requiritur ad habendam gratiam. Zacharia 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Ezeq. 18. & 33. Sed conuersio ad Deum non fit nisi per actum charitatis: nam si aliter conuersio fiat, vana est ad iustificationem: cum in Christo Iesu sola fides valeat, quae per charitatem operatur, ad Galat. 5. Hoc autem notauit August. de vera, & falsa poenitent. cap. 17. *Scriptum est enim (inquit) sine charitate neminem saluum esse.* 1. Corinth. 13. *Non itaque in solo timore uiuit homo. Quem ergo sero poeniteat, oportet non solum timere Deum iudicem, sed & iustum diligere.* Praeterea. Salus animae in conuersione ad Deum consistit. Ierem. 3. v. 22. *Conuertimini filij reuertentes, & sababo auersiones vestras.* Isaia 6. ver. 10. *Et conuertatur, & sanem eum.* Cap. 45. ver. 22. *Conuertimini ad me, & salui eritis.* At poenitentia est medicina salutis.

Item, omne agens agit propter finem: amina ergo cum mouet se, ad finem semouet. At velle efficaciter finem pertinet ad charitatem. Nam si per spem solam finem appererem; neque spes mortua ad iustificationem sufficeret: neque peccato doleamus qua ratione offensa Dei est, sed qua malum nostrum est.

Id tandem modo in Concilio Tridentino sel. 6. cap. 6. & 7. diffinitum est. Ac re vera idem Dominus Lucas 7. inuauasse videtur, inquit: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quae significat dolores, & lachrymas nullas esse, nisi cum charitate essent.

28 Secunda propositio. Prior natura est actus charitatis, quam poenitentiae. Imo radix vnde poenitentia habet remittere peccata, dilectio est: iuxta Domini sententiam Lucas 7. *Quoniam dilexit multum*, ait D. Thomas 3. p. q. 85. art. 6. Probatur item haec conclusio. Quia poenitens de testatur peccatum ut offensam Dei: Ergo prius natura amat Deum: nam nisi quam amore prosequimur, eius mala exhorrescere non solemus. Primum quoque voluntatis actus circa proprium obiectum est, scilicet, circa bonum: de inde sequitur odium oppositi mali. Prior ergo actus est, quo Deo volumus bonum, quam actus, quo eius malum ab horremus;

Praeterea, velle mihi conciliare Deum, est prius quam velle emendare iniuriam commissam; cum illud sit finis huius. At illud ad Charitatem pertinet, hoc ad poenitentiam, ut dictum est.

Praeterea, ut D. Thomas argumentatur loco citato ad 2. in actibus animae primus motus est circa finem. Vnde prior est natura intentio finis, quam electio mediorum. At, dolore de peccatis, & illa destruere, medium est ad placandam, & conciliandam Deum: & ad rectam electionem pertinet: ergo. Sed & Ieremias 3. huius rei testimonium habemus: *Postquam conuertisti me (inquit) regi poenitentiarum.* Prior est igitur conuersio ad Deum quam poenitentia, detestatio que peccati.

29 Id postremo Concilium Tridentinum sel. 6. cap. 6. diffinitum his verbis. *Peccatores ad iustificationem se disponunt, incipientes diligere Deum, tanquam omnis iustitiae fontem: ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, ac detestationem, hoc est, per poenitentiam.* Haec Cano.

Cuius verba transcripti, quia breuiter omnes probationes, quas posteriores dilant, ipse dilucide paucis complectitur. Sed non desinam notare non nulla, quae displicent. In primis quod dicit vtrāque assertionem in Concilio diffinitam: cum neutra sit ibi asserita: & licet faueant verba, quae nos ponderauimus: illa, in quibus ipse vim facit, non sunt ad propositum: siquidem, ut ex contextu patet, & ex supra dictis q. 85. dub. 9. ibi est sermo de dispositionibus remotis: & de poenitentia, quam ante Baptismum agi oportet; & constat quod ad Baptismum valide, & cum fructu recipiendum, sufficit attritio.

Illud etiam Ieremias 3. 1. sufficienter verificatur, & ad litteram, de necessitate diuini auxilij ad poenitentiam: sicut S. Thomas 3. p. q. 85. art. 5. ait, quod actum poenitentiae primum principium est Dei operatio contententis cor: secundum illud Threnorum vlt. *Conuertenos Domine adde, & conuertemur.*

30 Fallum etiam est manifeste, quod illa prima propositio sit contra Paludanum: siquidem eam expresse docet in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. n. 9. dicens, quod ad veram contritionem concurrunt illa quatuor, quae requirit iustificatio in ipj, scilicet, motus liberi arbitrij in peccatum detestandum: Secundo motus liberi arbitrij in Deum, super omnia

prout diligendo:tertio, gratia infusio: & quarta peccati remissio: quae omnia sunt in uno instanti. Quo nihil expressius. In ipsa autem dist. 14. q. 3. n. 7. idem docet. Num. 4. autē ubi ait, quod post motum timoris, vt in pluribus sequitur motus poenitentiae: deinde motus charitatis: etiam agnoscit, quod non separantur. Quo modo autem non recedat a D. Thoma, qui primo ponit motum charitatis, & deinde motum poenitentiae? Explicemus q. 85. dub. 9. dicentes, quod in dispositionibus vltimis, in genere finis, & momentis est prior charitas, & poenitentiam solum in genere causae materialis, & dispositivae, & vt remouens prohibens, praecedere. Sed quantum ad dispositiones remotas, aliquando ex amore incipit poenitentia, aliquando ex timore, vel alio affectu incipit, & subsequitur amor, & hoc S. Thomas docuit, & sequitur Paludanus: & alij communiter, & multis relatis antiquis, sequitur Nauis Abbat. q. 1. art. 1. dub. 7. Cruz q. 3. de contr. dub. 1. vterque Ledesma, & alij.

§. V. Afferere quod poenitentia de peccatis ex motu iustitiae sufficit ad iustificationem peccatorum non est tutum.

31 **D**ico tertio, non est probabile, nec tutum nunc afferere, quod poenitentia de peccatis ex motu iustitiae, vel alio simili, non pertingente ad motuum charitatis, vel formaliter, vel aequiualeuter, sit sufficiens in ratione vltimae dispositionis ad iustificandum peccatorem. Probatur ex illis 1. ad Cor. 13. ubi Apostolus ex professo probat, quod caetera dona sine charitate nihil prosunt. Quae sunt videlicet ad gratiam, & gloriam obtinendam. Idē Apostolus ad Gal. 5. v. 6. ait: Nam in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque praepatium: sed fides quae per charitatem operatur: ex quo infert Concilium Tridentinum, neque alias virtutes theologicas sine charitate vnice perfecte cum Christo, neque corporis eius vinum membrum efficere, scilicet 6. cap. 7. Ergo, sicut non esset tutum afferere alios actus fidei, & spei, iustitiae, aut fortitudinis, aut virginis, aut religionis, pietatis, aut elemosynae, sufficere sine vero actu charitatis ad vltimam dispositionem ad iustificationem;

ita idem dicendum de contritione, aut alio quouis actu virtutis poenitentiae.

32 Sequiturque ex dictis; nam si vera contritio non est perfecta, nisi impererur, vel affotietur charitati, & ex eius imperio, & vi habet vltimo disponere ad iustificationem; si hoc ab ea secludatur, erit dispositio non vltima, seu in completa, & inadaequata. Vnde S. August. serm. 7. de Tempore. Veram poenitentiam non facit nisi odium peccati, & amor Dei. Et auctor lib. de vera, & falsa poenit. cap. 9. pro magno absurdo infert, quod aliquis sine amore Dei consequeretur indulgentiam, sine quo nemo unquam inuenit gratiam.

Rationem radicalem tangit D. Thomas 3. p. q. 90. art. 2. nam ideo contritio requiritur ad iustificationem: quia hic non quaeritur sola reintegration aequalitatis iustitiae (sicut in iustitia vindicatiua) sed magis reconciliatio amicitiae. Sed sola charitas est amicitia hominis ad Deum; ergo sine eius actu, caetera solum remote possunt deseruire.

Deinde, contraria contrarijs curantur. Sed quolibet mortale opponitur charitati, & tollit a Deo rationem vltimi finis. Ergo non est perfecte homo conuersus; nec vere cor contritum, nisi per actum charitatis ponat iterum in Deo suum vltimum finem: alias manebit in peccato, vel habebit simul duos vltimos fines.

33 Et sic Adrianus, & Soto, Suarez, & alij de contritione explicant illa verba Deuteronomij 4. ver. 29. Cum quaeris ibi Dominum Deum tuum, inueniens eum: si tamen toto corde quaeris, & tota tribulatione anima tuae. Vbi Olcafter ad litteram, id est, tota voluntate, ac desiderio, aut toto intellectu, & voluntate. Et in Morali. Multis enim Deus inuocatus non adest: quia non toto corde exquirunt. Ideo apud Ioclem cap. 2. dicitur: Conuertimini ad me in toto corde vestro. De quo S. Bernardus serm. 2. in capite Ieiunij: & serm. 16. in Cantica (non 116. in Cantica, vt errore Typographi, est apud Suarez, ex quo eodem modo citant Auerfa, & alij: cum tamen S. Bernardus non scripserit nisi sermo. 86. admirabiles, & spiritualis, & coelestis doctrinae plenos, in Cantica) S. Greg. lib. 3. Dial. cap. 34. ait: Principaliter vero compunctio generatur duo sunt: quia Deum sitiens anima, prius timore compungitur, post amore. Et post multa concludit. Sic fit vt perfecta compunctio for-

midinis tradat animum compunctio dilectionis. Et lib. 2. in Ezeq. hom. 22. quae est vltima, circa finem. Item lib. 6. epist. 23. alias 137. quae inscribitur. Theotisto pariter, & Andrea: de duobus generibus compunctio. Sicut ergo compunctio formidinis (quae nunc dicitur attritio) etiam si fiat ex auxilio gratiae, non sufficit in ratione vltimae dispositionis extra Sacramentum Poenitentiae ad iustificandum peccatorem: vnde in Concilio Tridentino dicitur scilicet 15. capit. 4. in fine. Et quamvis sine Sacramento Poenitentiae per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat. Ita omnino extra Sacramentum exigitur compunctio dilectionis: alias contritio non erit perfecta in ratione vltimae dispositionis ad iustificationem. Nec hoc omnino negauit Victoria: nam post verba supra relata, in fine numero 119. ait. Verum est quod ipse actus poenitentiae, nolle Deo displicere, est vera dilectio. Dolor igitur peccatorum debet esse propter Deum, non propter timorem poenarum, aut propter quoduis aliud: sed quia sunt offensa Dei patris piissimi. Haec ibi.

Sed Arguit Auerfa q. 3. sec. 6. conc. 2. sex rationibus, aliasque saperaddit, q. 3. sec. 7. conc. 2. & 3. sed quia quatuor eorum solum probant, quod praedictus actus est vera contritio, ab attritione distincta: quod concedimus: & non probant, quod negamus, quod contritio non associata actu charitatis, sit perfecta, & completa in ratione dispositionis vltimae, & adaequata: ideo sufficere duo argumenta obijcere, & soluere.

Arguit ergo primo: quia hic actus singulariter a Theologis assignatur ad constituendam virtutem poenitentiae specialem: sed durum sane videtur dicere illum actum, qui maxime proprie constituit virtutem poenitentiae, non esse idoneum ad iustificationem, & remissionem peccatorum. Cum enim tam frequenter, & secure inclametur, per poenitentiam obtineri veniam peccatorum: quis non putabit actum illum, qui singulariter, & proprie hoc nomine poenitentiae insignitus est, esse aptum ad hanc veniam obtinendam? Et alioqui male factum esset, vt nomen poenitentiae tali actu, & virtuti appropriaretur, si non sit sufficiens dispositio.

34 Retorquetur argumentum: quia in Sacra Scriptura saepe, nulla facta

mentionem fidei, aut poenitentiae, actibus quarundam virtutum tribuitur expulso peccati, & iustificatio. Ecclesiastici 1. ver. 27. Timor Domini expulso lit peccatum. Iacob. 4. Humilibus autem dat gratiam. Tobiae 4. ver. 11. Quoniam elemosyna ab omni peccato, & a morteliberat, & non patietur animam ire in tenebras. Et tamen est haereticum dicere, quod homo habens actum timoris, humilitatis, & elemosynae, iustificetur sine fide, & charitate, & poenitentia peccati. Ergo similiter quando poenitenti promittitur remissio peccati, intelligitur si adfint aliae dispositiones.

Respondet ergo S. Thomas 1. 2. q. 113. articulo 4. ad 1. quod motus fidei non est perfectus, nisi sit charitate informatus. Vnde simul in iustificatione impij cum motu fidei est etiam motus charitatis. Et 3. p. quaest. 84. articulo 5. ad 2. ait, quod ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides, & misericordia, non liberant hominem a peccato sine poenitentia. Requirit enim charitas, quod homo doleat de offensa in amicum commissa, & quod amico homo studeat satisfacere. Quantumvis ergo poeniteat, si cum non amet super omnia, non est reconciliatur, nec in eius gratiam reddit.

35 Consimiliter responderat Cano illa parte 1. fol. 9. col. 1. ad 2. dicens, multos actus hominis in iustificatione simul coniungi, quibus tamen singulis iustificationem ipsam Sacra littera tribuunt. Fides enim purificat corda nostra. Actorem 15. Spe quoque salui facti sumus. Rom. 8. Vniuersa etiam delicta operis charitas. Prou. 10. Et scriptum quoque est: Sine timore neminem posse iustificari. Eccles. 1. Et, cum peccator ingemuerit, ac poenitentiam egerit, peccata ipsius obliuioni tradentur. Ezeq. 18. & 33. Erraret autem vehementer, qui vel remissionem peccati vniciuilibet ex illis actibus denegaret; vel vnum ex eis quemlibet, superflue arbitraretur. Haec Cano.

36 Vltimo arguit Auerfa. Fideles vt plurimum, ac ipsi sacramentorum ministri, quando student a peccatis iustificari antequam confiteantur; & ideo curant actum contritionis elicere, non sunt solliciti has nostras theologicas formalitates distinguere: sed absolute conantur dolere de suis peccatis quatenus sunt contra Deum: & plerumque dicunt se dolere de suis peccatis

eo quod per illa Deum offenderunt: neque cogitant an dolent simpliciter ut sunt veluti malum Deo; seu displicent Deo, vel ut sunt offensa, & iniuria indubitata Deo. Ergo non oportet perfectam contritionem restringere ad illam solam, quæ sit actus charitatis; sed possumus ampliare ad illam, quæ sit actus iustitiæ, quæ fideles dolent de suis peccatis ob offensam illatam Deo. Et similiter ob aliud simile mortuum, utpote ob irreuerentiã, aut inobedientiam erga Deum, siue ob transgressionem diuinæ legis, ob recessu a diuina voluntate.

37 Facile etiam hoc argumentum retorquetur; quia si efficax esset, conuinceret frustra Concilium Tridentinum ses. 6. cap. 6. & 7. iuxta scripturam, Patres, & Theologos, distinguere modum preparationis, causas iustificationis, & totum actus ad iustificationem concurrentes; quia fideles peccatores, dum iustificantur, eorum formalitates non sunt solliciti distinguere. Sicut etiam sic obijciunt hæretico, respondetur, quod hæc distinguere, & speculari Theologis reseruarur: hæc vero exercere, competit his, qui iustificatur. Ita dicimus, quod, qui illos actus faceret, vere exerceret actum perfectissimum virtutis moralis poenitentia: sed sine fide, spe, & charitate, non perfecte unit Christo, neque corporis eius viuunt membrum efficiunt, ut docet Concilium Tridentinum. Vnde est dispositio vltima in suo genere; sed non associata alijs, non est completa, & perfecta, & adæquata ad iustificationem obtinendam. Quæ tamen obtineri potest sine cognitione reflexa, & ut loquuntur, in actu signato, harum formalitatum. Vnde piissimus auctor libri primi de Contemptu mundi (qui à quibusdam tribuitur Thomæ à Kempis, melius ab alijs Ioanni Abbati de Gerlem Monacho Benedictino) cap.

1. Opto magis sentire compunctionem, quam scire eius diffinitiam.



§. VI. An prædicti actus charitatis, & poenitentia differant extra Sacramentum, non solum essentialiter, sed etiam entitative?

38 **S**ED hinc nascitur difficultas pro praxi scitu necessaria, vtrum isti actus charitatis, & poenitentia, qui semper interueniunt, & necessarij sunt ad iustificationem impij extra Sacramentum; non solum differant specificè, & essentialiter, sed etiam entitative, & materialiter?

39 Pars affirmans videtur expressa D. Thomæ 3. p. q. 85. art. 6. Scoti in 4. dist. 14. q. 2. ad vltimum, & aliorum multorum, quos retuli, & sequutus sum q. 85. dub. 9. asserens actum poenitentia realiter distingui ab actu charitatis. Communiter etiam Theologi relati conc. 1. & dicunt poenitentiam contritionem elicere; & ipsi, ut videmus assertionem secundam, asserunt charitatem eam imperare. Cum ergo, iuxta D. Thomam. 1. 2. q. 17. art. 4. actus imperatus realiter differat ab imperante, a quo causatur: Manifestum relinquitur actum contritionis realiter distingui ab actu charitatis.

Vnde infert Coninch disp. 2. dub. 6. conc. 1. & docet formalem actum charitatis ad remissionem peccati necessarium esse; nec sufficere virtuale. Quia talis contritio nec continet eminenter actum formalem charitatis: quia hic actus est perfectior contritione: est enim perfectissimus actus, quem hinc possumus elicere: & potius continet eminenter contritionem. Nec eum etiam continet virtualiter, sicut electio medijs est virtualis quædam volitio finis: quia hoc huic tantum conuenit quatenus ratione præcedentis intentionis, ex qua procedit, est mediata quædam prosecutio finis. Quod tali detestationi non conuenit: nam alias præsupponeret actualem amorem.

Secundo, quia omnis mali detestatio (& consequenter etiam peccati) necessario præsupponit in detestante aliquam actualem, vel habitualement boni contrarium amorem, ex quo procedit. At qui detestatio peccati, sufficiens ad eius remissionem, non potest procedere ex alterius boni, quam

quam Dei super omnia dilectis: alias talis detestatio nullo modo esset actus amicitia: erga Deum: nõ enim sufficit de testari ex amore aliquo bonitatis in genere.

40 Per oppositum, qui tam expresse ambas conclusiones docuerat Soto, verbis relatis; non minus frequenter, & expresse contradicit doctrinae Corrolarij: vnde perspicaciter considerandum, quomodo ista possint esse simul vera. Dico igitur quarto. Regulariter in iustificatione actus contritionis realiter differt ab actu charitatis: possunt tamen dari casus in quibus actus charitatis eminenter contineat actum poenitentia, vel, e contra actus poenitentia virtualiter contineat actum charitatis. Prior pars iam est probata, & verificatur quoties charitas, & poenitentia directe, ut quod attingunt sua objecta formalia. Secunda vero est manifesta quando vnum attingitur ut quo, & aliud ut quod: sicut diximus lib. 3. logicae quest. 3. §. 4. eodem actu posse attingi conclusionem in præmissis, vel præmissas in conclusione. Summitur ex D. Thom. q. 28. de Verit. art. 2. in fine corporis.

41 Docet expresse Soto lib. 2. de natura, & gratia cap. 16. §. Suboritur, dicens, quod quauis frequentissime, præter contritionem peccatorum, arius charitatis actus, Deum præcise habens obiectum interueniat: verum tamen solus ille contritionis est simpliciter necessarius: quoniam idem ipse actus est charitatis. Idem docuit cap. 13. initio, & §. At vero, & in 4. dist. 34. q. 5. art. 5. §. Hinc ergo, ait: Neque requiruntur semper duo actus charitatis, & poenitentia distincti: sed sæpè vnus poenitentia alium virtute continet. Cano Res. sec. de poenit. part. 1. fol. 9. ad tertiam, ait, nihil verat, cum quis semel habuit actum amoris, odio habere malum sine amore præsentem, ex vi tamen præcedentis; ut post primũ assensum conclusionis, quem sine assensu antecedenti principiorum habere nequimus: nihil prohibet, & idẽ conclusionem iterũ, atq; iterũ assentiri sine principiorum assensu. Sic, & primã poenitentia sine dilectione habere impossibile fuit: secundã vero, vel tertiam habere poterimus ex efficacia solum prioris dilectionis. Ita quoque puer, qui, & potentia amoris naturalis, quem dubio procul aliquando primum habuit, postea malum fugit naturæ contrarium, etiam si amor ille actu non perduret. Quin etiam non oportet duas semper operationes differentes habere amoris, & poenitentia: sed potest

vnus, & idem actus à charitate, & poenitentia proficisci: ut interim media, & finem vnico actu compledimur: & principijs, & conclusioni vnico actu assentimur. Sequitur Nufio Addit. q. 1. art. 1. dub. 7. conclus. 2. & ad 1.

42 A fortiori idem tenent Gabriel in 4. dist. 14. quest. 1. art. 3. dub. 3. & alij quos retulimus q. 85. dub. 9. Ex professoque probat Suarez disput. 4. sec. 2. dicens formalem amorem Dei, per se sequendo, esse necessarium ad iustificationem peccatoris. Et cum illa objecta sint ita counexa ut vnus sit aliquo modo propter aliud, probabile est fieri posse, ut vno actu simplici vtrumque attingatur. Secundo dicit fieri posse, ut peccator iustificetur absque proprio, & formali actu amoris Dei in re ipsa tunc elicito, per detestationem perfectam peccati, quæ, & virtualiter, & voto amorem includat. Quia est perfectissimus actus poenitentia ex motiuo vniuersali voluntatem omnino auerrens ab affectu peccati. Et hæc doctrina est valde conformis suauitati diuinæ prouidentia: & humanae conditio: quia non potest homo, sine magna difficultate ad plura simul adnerere, & circa illa operari, & maxime in re tam graui, & ardua. Sequuntur Filius rom. 1. tract. 6. cap. 7. num. 174. Nec dissentit Trullench lib. 4. cap. 5. dub. 1. n. 134. Et reuera quoad praxim, non distat Lugo, licet in speculatione Theologica differat: si quidem disp. 5. sec. 7. num. 92. ait: detestationem esse etiam simul amorem idem enim est detestari peccatum ex motiuo charitatis, seu quia malum Dei est; ac velle Deo carentiam peccati: licet quoad modum tendendi differant in duobus actus: quia reuera habent idem obiectum saltem virtualiter: sicut etiam ij actus, quo volo Petro visum; vel quo nolo Petrum esse cæcũ. Vnde fit actum contritionis, qui ex motiuo charitatis fit, semper esse actum dilectionis; licet non ita explicitum, ac si tenderet per modum prosecutionis. Sufficit ergo contritio sine alio actu amoris; quia ipsa semper est actus amoris.

43 Sed timeo, quod hæc secunda assertio Suarez opponitur secundæ, & tertia: nostræ conclusioni: & cum earum fundamentis non satisfaciat, omnino rei cienda est: quia neutquam iudico posse sustineri, quod actus perfectissimus poenitentia solus possit in aliquo euentu esse completa dispositio

ad iustificationem. Solum ergo, si vt quo, vel vt quod, formaliter, vel virtualiter, explicite, vel implicite, sit in specie charitatis, & propter Deum summe dilectum, poterit esse adæquata dispositio: secus vero si sistat in motiuo penitentiae. Et contra hoc non procedunt replicæ Coninch. Nec sufficit respondere, quod contritio est actus amoris: quia non quilibet amor sufficit: sed debet esse amor perfecte vnicens cum Deo, & amicebiliter reconcilians, qui solus est actus charitatis existens formaliter, vel virtualiter. Constat enim, quod actus spei, & actus aliarum virtutum moralium residentium in voluntate, sunt actus amoris, cum versentur circa bonum, & per modum prosecutionis. Docet autem Concil. Tridentinum sæpè citata sess. 6. cap. 7. quod *fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque vnit perfecte cum Christo, neque corporis eius vnum membrum efficit.* (Quomodo vero actus penitentiae, & contritionis suppleri valeat, & contineri in actu charitatis? iam dixi q. 86. dub. 3. conc. 2.) Si ergo actus spei, qui est actus amoris theologici, non est adæquata dispositio ad iustificationem, quamvis fiat ex auxilio gratiæ: multo minus solus actus penitentiae virtutis moralis, quamvis in suo genere perfectissimus, nisi pertingat ad motiuum, & speciem charitatis.

Sed quod semel ea, quæ pertinent ad actum charitatis requisitum ad contritionem, absoluamus, videndum sequitur, vtrum reuera dari possit aliqua contritio non formata actu charitatis?

§. VII. Non datur Contritio supernaturalis informis.

44 **D**ico quinto, contritio supernaturalis non datur informis: potest tamen dari aliqua contritio, quæ inuincibiliter reputetur super naturalis, & reuera naturalis sit; & quamuis iudicetur imperata à charitate supernaturali reuera solum sit imperata à charitate naturali. Distinctione huius conclusionis componimus sententiās, quæ oppositæ videntur, & in veritate contrariæ non sunt. Licet enim contra priorem partem videantur sentire Scotus in 4. dist. 14. q. 2. §. *Descendo principali*; & Caiet. to. 1. Opusc. trac. 4. q. 1. Sed quia Scotus in 4. dist. 20. q. vnica §. *In ista questione*, ver-

Primum patet, expresse ait. *Cum ergo opus sit, non bonum, sed Dei fructuosam penitentiam inspirare.* Et quid simile dicat in 1. dist. 44. q. vnica §. *Respondeo*, ver. *Staret*. Ideo Hugo Cauellus, & Scotus alij egre ferunt, quod Scoto tribuatur viribus naturæ posse esse veram contritionem, & posse esse cum peccato mortali. Caietanus verum solum docet secundam partem. Prima ergo est communis: & quia contritio solet imperari, vel semper commitari actum charitatis, quæ est forma virtutum, vt docet S. Thomas 2. 2. q. 23. art. 8. nec potest esse informis. Nec virtus penitentiae remanet in peccatore, vt diximus q. 85. dub. 6. §. 5.

45 Secundam partem probat Caietanus to. 1. Opusc. trac. 4. q. 1. §. *Quoad primum*: quia multi sciunt se habere dilectionem Dei super omnia, & conteri de suis peccatis, & nesciunt se esse in charitate. Si enim huiusmodi tam contritio, quam dilectio non posset esse informis, manifeste sequeretur, quod sciri possemus euidenter nos esse in Dei gratia: quia euidenter certi sumus de nobis ipsis, quod habemus hanc voluntatem deliberatam preferendi omnibus Deum. Et hæc est dilectio similis charitati infusa, in tantum quod propter similitudinem actuum, censet D. Thomas non discerni a nobis, an dilectio nostra, qua Deum diligimus, & proximum, sit ex infusa gratia, vel non? Et hoc amore prouenire potest quod Apostolus ait. 1. Cor. 13. ver. 3. *Et si in tribuero cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Pariter Soto lib. 1. de natura, & gratia cap. 22. §. *Secundum*, ubi ait, quod nullus actus prorsus est vnus singularis in vito iusto, cuius similis quantum ad substantiam esse non possit in eo, qui est extra gratiam Dei. Et §. *Postremo*, ait, *Talem omnino amorem Dei in se experitur infidelis, & hæreticus quantum, qualem charitatis: eodemque feruore, & conatu mortem oppeteret pro sua fide.* Et lib. 2. capit. 14. in fine docet, quod potest quis naturaliter poenitere quod Deum offenderit. Et enim cum possit quicumque naturaliter poenitentia duci, quod amicum læserit; cur etiam non poterit similem detestationem habere peccati eo quod fuerit contra diuinam voluntatem commissum? Quando quidem immensa illa bonitas, non mo-

modo lumine fidei, sed etiam naturæ, nobis innotescit. Infra tamen a discit. Huius modi autem penitentiae actus naturalis, quamvis ratione obiecti, sit contritio, non tamen est sufficiens dispositio ad gratiam; sed potest esse in eo, qui est in peccato. Hæc Soto.

Idem docet in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. §. *Ad argumenta*, & Petrus Soto lect. 14. de poenit. obiter, & alij communiter, vt refert, & sequitur Molina in Concordia, q. 14. disp. 14. membr. 1.

46 Sumitur hæc doctrina ex D. Thoma in 1. dist. 17. q. 1. art. 4. vt probet, quod nullus certitudinaliter potest scire se habere charitatem: assumit pro medio. Si igitur accipiamus actum charitatis, qui est diligere Deum, & proximum, ex specie actus, non discernitur vtrum sit à potentia imperfecta, vel perfecta per habitum: quia ad idem obiectum ordinatur potentia, & habitus: sicut scientia, & intellectus possibili. Loquitur de specie remota, vel ratione generica, in qua conueniunt omnes actus eiusdem potentiae: vt ratio adiuncta declarat: constat enim, quod in eadē potentia sunt habitus specie distincti, quia ordinantur ad actus specie distinctos. Et actus naturalis, & supernaturalis constat, quod specie, & genere differunt, & habent distinctas rationes sub quibus: quamvis quando habent idem obiectum quod, tantam habeant similitudinem, quod distingui non possunt nisi ab eo, qui habet lumem diuinæ reuelationis vt cognoscat supernaturalia. Vnde D. Thomas q. 10. de Verit. art. 10. ad 1. ait, quod non oportet, quod charitas certitudinaliter percipiatur: quia actus ille dilectionis, quem in nobis percipimus, secundum id de quo est perceptibile, non est sufficiens signum charitatis, propter similitudinem naturalis dilectionis ad gratuitam. Et Quodlib. 8. art. 4. in fine corporis, non puto verum quod aliquis possit scire se habere charitatem: quia in actibus ipsius charitatis non possumus sufficiens percipere quod sint à charitate electi propter similitudinem dilectionis naturalis cum dilectione gratuita. De quo S. Thomas 1. 2. q. 112. art. 5. & Soto lib. 3. de natura, & gratia, cap. 13. Par autem ratio est de similitudine contritionis naturalis, & supernaturalis. Quæ valde sunt notanda, & prædicanda vultu existimati: quod memoriter dicere, vel corde arido, vel alia cogitanti, legere ea verba, quibus significatur ac-

tus contritionis, sufficit vt homo sit contritus, & ultimo dispositus vt sit in gratia: cum tamen Deus per gratiam sit in nobis: vt arguit S. Thomas illo, art. 5. *Ideo eius presentia, vel absentia per certitudinem cognosci non potest; secundum illud Iob 9. Si venerit ad me, non videbo eum: si autem abierit, non intelligam.* Vnde Ecclesiastes 9. *Nescit homo verum amore, an odio dignus sit.*

47 Vnde pie, vt assolet, Petrus de Soto, lec. 17. de poenit. §. *Primum*, ait. Ad excitandum vero hunc affectum orandi, & ad ipsum donum poenitentiae impetrandum, commendetur omni diligentia istud donum poenitentiae, quam magnum sit, quanti aestimandum, & faciendum. Vt igitur hoc conuenienter agamus, gratia remissionis peccati, & iustificationis est commendanda, cui donum hoc poenitentiae coniunctum est: & aut idem, aut certe simul cum illo, ita vt vnus sine altero non donetur: & poenitentia causa iustificationis quodammodo sit. *Nā si impius* (inquit Scriptura Ezeq. 18.) *egerit poenitentiam, non recordabor, & cetera.* Itaque, cum vtrumque det Deus, & poenitentiam, & remissionem: & neutrum sine altero: *Poenitentiam tamen donans dat homini cooperari: ad salutem suam; & causam ex parte aliqua eius esse: & ita quodammodo se illi obligatum tradit vt remittat.* Et concludit: *Quare nullam popularem opinionem putamus diligentius existimandam ab animis Christianorum: quæ hanc tam minimam existimationem, & tam paruum considerationem horum donorum Dei in remissione peccati.*

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrum contritio sit dolor, odium, & detestatio peccati prateriti, cum proposito cauendi in futurum?

1 **A**dhuc duo explicanda sunt ad completam diffinitionem contritionis declarandam. Cum enim plures sint actus poenitentiae virtutis, non sufficit dicere quod ab ea elicitur, nisi quis illorum sit designetur?

§.I. Vtrum contritio sit essentialiter dolor.

2 **C**ontritionem esse essentialiter dolorem, videtur esse omnia antiquorum sententia, qui in definitione contritionis dolorem pro genere constituant. Ita S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. q. 1. Innocentius Quintus ibidem ar. 1. q. 4. Alexander Aletis 4. p. q. 17. membro 2. ar. 1. & 3. Quos refert & sequitur Raynerius in Pantheologia to. 1. tit. 14. de Contrit. cap. 2. & 3. Expresseque tenet Durandus in 4. dist. 17. q. 2. n. 5. & q. 4. n. 4. Palud. q. 1. n. 4. & 7. & 8. Et vt probabilior rem late sequitur Nuño in Addit. q. 1. ar. 1. dub. 2. Probans ex nominis æthimologia: quia solo dolore homo frangi dicitur, & conteri, & affigi. Et quia sic communiter diffinitur. Et quia peccatum consistit in gaudio, & fruitione mali; ergo contritio, quæ ei contrariatur consistit in afflictione, & dolore de malo. Et ideo in Beatis, quamvis sit odium peccati, non est contritio, quia non est dolor.

Denique, quia contritio est actus poenitentiae, satisfaciens, & recompensans Deo pro iniuria illata. Sed hæc recompensatio formaliter non consistit in odio & detestatione peccati: quia odio habes peccatum, nullum malum patitur, sed recipit magnum bonum honestum, sed consistit in dolore: nam bene agit, & simul patitur quodam malum poenae: Ergo contritio consistit in dolore.

3 At vero Gaieranusto. 1. Opusc. 4. q. 1. §. Quod primum, docet, quod contritio sonat perfectam displicentiam peccati. Notanter (inquit) dico displicentiam, & non dico dolorem, seu tristitiam: quoniam contritio proprie significat displicentiam, quæ est causa tristitiæ seu doloris, quæ hæc nis frequenti usu dicitur, quod contritio est dolor significando causam ab effectu. Quanta autem sit differentia inter displicentiam & tristitiam, quæ est in voluntate, manifestat status cœlestis patriæ; in qua sanctis displicebunt peccato olim commissæ ab eis, nullam tamen tristitiam de eis habebunt. Ex hoc enim, quod in Patria erit displicentia, & non erit tristitia; manifeste patet, quod tristitia ipsa, quæ est in voluntate, non est essentialiter displicentiam; sed ad displicentiam sequitur tristitia in ijs, qui sunt tristitiæ capaces. Vt docet D. Thomas 3. p. q. 85. art. 4.

4 Eandem sententiam ex professo docent Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. con. 1. & 2. Martinus 1. p. Quarti q. 32. art. 1. dub. 2. conc. 4. docens, quod contritio non est dolor formaliter, nec identice quia dolor, proprie accipiendo, est illud quod sequitur ex odio. Et contritio est odium peccatorum, & non illud quod sequitur ex odio; quia ex hoc quod displicent alicui sua peccata, & non potest facere quod non fuerint, ex hac displicentia, vel odio, oritur tristitia: & contritio non est illa tristitia causata ex odio; sed est ipsum odium, vel illa displicentia. Multa alia argumenta proponit Nuño dub. 2. dicens esse opinionem satis probabilem.

Hanc opinionem simul cum præcedente concordat Soto: si quidem docet, quod contritio non est dolor sensus; sed detestatio peccatorum, quæ est in voluntate: si quidem est primus, & perfectissimus actus poenitentiae virtutis peccatorum perfecta detestatio: & ipsissimum, est quod nomine contritionis designatur. Et quamvis fere semper in appetitu sensitivo oriatur dolor, qui est passio. Non tamen est ad virtutem poenitentiae necessarius. Tum quod in Patria Sancti possunt detestari peccata: licet non doleant. Tum quod etiam in via non est in potestate hominis, vt semper eliciatur.

5 Sed rogas, cur ergo poenitentia dicitur dolor postquam non est in sensu? Responderetur optima ratione: Tum quia propositio potest sumi causaliter, quod est causa doloris. Tum præsertim quia & ipsa detestatio dicitur dolor cordis, hoc est, voluntatis: iuxta illud Psal. 12. *Quantum ponam consilia in anima, dolorem in corde meo per diem?* Quando scilicet, lux diuinæ gratiæ affulserit.

Quin vero, & præter detestationem ipsam, qua peccata displicent voluntati, est passio in ipsa tristitia illa cōsequens: sicuti tristitia in eadem nascitur ex amore boni. Amor namque, vt D. Thomas 1. 2. q. 27. art. 4. secundum Aristotelem demonstrauit, est omnium affectionum voluntatis prima, aliarumque fundamentum: ex eo enim quod rem amamus, sequitur desiderium eius, si ea careamus; & gaudium dum eam adipiscimur: & ex eodem amore sequitur odium rei contraria: & si futura imminet, metu nos concutit: præsens vero mastritia afficit. Vnde in libro de vera, & falsa poenit. cap. *Dolor inquit est comes poenitentiae*: non dixit, est poe-

poenitentia; sed, comes. Hæc & alia Soto ibi. Ex quo idem habetur in Cathecismo Pij Quinti, vbi de contritione §. *Quod autem*. Sequuntur Petrus Ledesma de Sacramento Poenit. cap. 6. conc. 1. Nauarrus in Manuali cap. 1. n. 2. & 14.

Suarez disp. 4. sec. 1. a n. 4. vsque ad 7 pariter asserit contritionem esse formaliter ipsam detestationem peccati, qui est perfectissimus actus poenitentiae, & parit affectum puniendi: & vindicandi culpam in se ipso. Vnde S. Aug. in Psal. 74. *Qui conteritur, irascitur sibi ipse*. Dolor igitur committatur contritionem, non vero illam intrinsicè constituit. Vnde in Conc. Trid. sel. 14. cap. 4. cum contritio dicitur: *animi dolor, ac detestatio*: Cum debita proportione accommodandum est, est enim contritio essentialiter detestatio; dolor autem concomitantè, seu causaliter. Quod idem Tridentinum cap. 1. insinua- uerat illis verbis: *Cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur*. Non habentur cap. 2. (vt non semel citat Suarez, videlicet disp. 3. sec. 4. n. 1. & disp. 4. n. 7.) sed solum primo. Aduertit autem idem Suarez disp. 3. sec. 4. n. 3. quod physice loquendo, dolor, & detestatio sunt duo actus distincti: quamvis moraliter ita sint coniuncti in homine viatore, vt per modum vnius reputentur. Sequitur Trullench lib. 4. cap. 5. n. 4. & cap. 1. dub. 1. conc. 2.

6 Cœterum Nuño illo dub. 2. conc. 1. contendit neminem distinguere, nec distingui debere detestationem tanquam actum realiter distinctum ab odio: odium enim quando perfectum est, sufficiens est ad destruendum peccatum, & satisfaciendum pro illo: atque adeo nulla est causa ad dicendum, quod odium, & detestatio sint actus realiter distincti: cum non sint multiplicandi actus sine necessitate. Idem tenet Granados Controu. 7. tract. 2. disp. 4. n. 2. & 7. & disp. 7. sec. 1. n. 7.

Alij volunt contritionem, & poenitentiam, vtramque actum in recto includere, scilicet, detestationem, & dolorem ex ipsa ortum.

Denique Lugo disp. 4. sec. 1. n. 6. ait. Hæc differentia tota est de modo loquendi, & quicquid dixeris facile defendes. Sane detestatio vt præscindit omnino a dolore, poenitentia non dicitur; datur enim ea detestatio in beatis; non vero poenitentia, quia non datur dolor. Item è contra dolor, vt præscindit a detestatione, poenitentia non est: quia totam suam honestatem, & libertatem, habet a detestatione,

à qua necessario oritur: sicut assensus fidei ex pia affectione voluntatis. Ideo fortasse Tridentinum sel. 14. cap. 4. de contritione dixit, esse detestationem, & dolorem animi: quia neuter actus sine alio sufficit ad veram, & perfectam rationem poenitentiae; vterque tamen sufficit.

§.II. Sententia Caietani explicatur.

7 **P**ro explicanda sententia Caietani, & Soto, quam existimo veram, & D. Thomæ, & in re non distinguere à sententia Suarez, solum est addendum ex D. Thoma in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 4. quod poenitentia in nobis dupliciter accipitur: vno modo secundum quod est passio: sic enim *nihil aliud est quam dolor, vel tristitia de malo commisso*. Et quamvis secundum quod est passio, non sit nisi in concupiscibili: *Tamen aliquis voluntatis actus similitudinarie poenitentia dicitur, quo quidem detestatur quod facit: sicut etiam amor, & alia passiones dicuntur in intellectu appetitu, vt in 3. lib. dist. 26. q. 1. ar. 5. dictum est*. Alio modo accipitur *Secundum quod est virtus*. Et hoc modo detestari malum commissum, cum emendationis proposito & intentione expiandi, vel Deum placandi de offensa commissæ, est actus eius. Idem docet S. Thom. 3. p. q. 85. art. 4.

Vbi patet, quod S. Thomas distinguit dolorem in voluntate, & in appetitu sensitivo: & primum actum poenitentiae assignat esse detestationem mali commissi. Et quia dicit de dolore esse discernendum sicut de amore, & de alijs passionibus animæ, sciendum est ex D. Thoma 1. p. q. 82. ar. 5. ad 1. quod amor, concupiscentia, & huiusmodi, dupliciter accipiuntur. Quandoque quidem secundum quod sunt quædam passiones; cum quadam scilicet licet, concitatione animi prouenientes: & sic communiter accipiuntur. Et hoc modo solum in appetitu sensitivo. Alio modo significant simplicem affectionem abque passione, vel animi concitatione. Et sic sunt actus voluntatis. Et hoc etiam modo attribuuntur Angelis, & Deo. Idem docet S. Thomas alijs triginta locis regularis in Tabula aurea verbo *Passio* n. 31. & in Concordant. deb. 978.

Pariter dolor, odium, tristitia, displicentia, quoad primam, & communem vocum impositionem, & vsum, solum

lum sunt in appetitu sensitivo, & tantum similitudinarie sunt in voluntate; sed accipiendo, prout ex usu Theologorum voces translate sunt ad significandum affectus voluntatis, sic propriissime in voluntate est displicentia, odium, & dolor, & tristitia. Contritio ergo essentialiter est detestatio, ad quam sequitur per modum passionis dolor voluntatis, & per modum effectus dolor appetitus sensitivi, sine quo potest esse in voluntate vera contritio.

8 Vnde D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. ad 1. ait, quod in contritione est duplex dolor de peccato. Vnus in parte sensitiva, qui passio est. Et hic non est essentialiter contritio, prout est actus virtutis; sed magis effectus ipsius. Sicut enim poenitentiae virtus exteriorem poenam suo corpori infligit ad recompensandum offensam, quae in Deum commissa est officio membrorum: ita etiam, & ipsi concupiscibili poenam infert doloris praedicti; quia ipsa etiam ad peccatum cooperabatur. Sed tamen hic dolor potest pertinere ad contritionem in quantum est pars Sacramenti: quia Sacramenta non solum in interioribus actibus; sed etiam in exterioribus, & in rebus sensibilibus nata sunt esse. Alius dolor est in voluntate: qui nihil aliud est, quam displicentia alicuius mali: secundum quod affectus voluntatis nominantur per nomina passionum, vt in 3. lib. dist. 26. q. 1. art. 5. dictum est. *Et sic contritio est dolor per essentiam. & est actus poenitentiae virtutis.* Idem docet art. 3. q. 1. dicens, quod sicut supra dictum est, in contritione est duplex dolor. *Vnus in ipsa voluntate, qui est essentialiter ipsa contritio: quae nihil aliud est quam displicentia praeteriti peccati.* Alius dolor est in parte sensitiva, qui causatur ex primo dolore; vel ex necessitate naturae secundum quod vires inferiores sequuntur motum superiorum: vel ex electione, secundum quod homo poenitens in se ipso habet dolorem, excitatur vt de peccatis doleat. Hae D. Thomas, & ad 4. supponens quod dolor contritionis displicentia est quaedam, docet, quod quantitas displicentiae de aliquo debet esse secundum quantitatem malitiae ipsius &c. quem non solum Thomista sequuntur.

9 Sed expresse Durandus in 4. dist. 17. q. 2. n. 5. & alij Theologi communiter. Vel ergo physice, vel moraliter detestatio, & dolor voluntatis pro eodem reputatur: & ita contritio est essentialiter de-

testatio, & dolor de peccato commisso: quia est dolor cordis seu voluntatis: respectu vero doloris appetitus sensitivi, dicitur dolor casualiter: & hanc poenam assumit, & offert vt satisfiat pro peccatis: ipsa autem detestatio, & dolor voluntatis, cum ipsa sit actus virtutis poenitentiae, se ipsa est recompensa, & satisfactio, licet imperfecta pro peccatis. Et sic facile ad omnia respondetur: quia vt dicit D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. contritio secundum proprietatem sui nominis, non significat actum virtutis; sed magis quandam corporalem passionem. Sed hic non quaeritur sic de contritione: sed de eo ad quod significandum hoc nomen per similitudinem adaptatur.

§. III. Qualiter propositum emendationis sit de ratione contritionis?

10 D Enique quia D. Thomas in 4. dist. 14. vbi supra ponit esse de ratione perfectae poenitentiae quod sit cum emendationis proposito, videndum restat qualiter hoc sit de ratione contritionis?

Duo videntur certa: alterum secundum fidem catholicam; alterum ex communi Theologorum. Fide catholica iustriamur, quod non sufficit vt poenitens quolibet motivo doleat se peccasse, sicut Esau, Anthioeus, & Iudas, qui non inuenierunt vere poenitentiae locum, quamquam cum lacrymis inquisierunt eum: quia vera poenitentia sic detestatur praeterita, vt curet cauere in futurum. Vnde S. Augustinus ser. feriae secundae post primam Dominicam Quadragesimae, qui est 66. de Tempore, ait. Fructus dignus poenitentiae, transacta flere peccata, & eadem iterum non agere: sicut scriptum est Eccles. 3. *Ne adicias peccatum super peccatum, Lauamini*, dicit Dominus per Isaiam Prophetam cap. 1. *& mundi stote.* Lauatur itaque, & mundus est, qui & praeterita plangit, & iterum non admittit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit, quod gessit, nec deserit; sed post lacrymas flendo haec, quae fleuerat, repetit De his Beatus Petrus 2. Petri. 2. terribiliter ait: *Canis reuersus ad vomitum suum. Filij peccastis*, dicit Scriptura Sancta, *ne adicias iterum: sed de pristinis deprecare vt di-*

dimitte utur tibi. Idem habetur de uera, & falsa poenit. toto cap. 9. & S. Amb. lib. 2. de Poenit. cap. 5. S. Greg. lib. 9. Registri. epist. 39. & hom. 34. in Euang. refertur cap. Poenit. & cap. Poenitentiam, de Poenitentia dist. 3. S. Iud. lib. 2. cap. 16. & Magister in 4. dist. 14. ait, quod poenitentia est virtus, quae commissa mala cum emendationis proposito plangimus, & odimus, & plangenda ulterius committere nolumus.

11 Rationem assignat D. Thomas libro. 3. contra Gentes cap. 153. ratione prima. Si enim homo non proponeret desistere a peccato, non esset peccatum secundum se contrarium voluntati: si vero vellet desistere a peccato, non tamen doleat de peccato praeterito, non esset idem illud peccatum, quod fecit, contrarium voluntati. *Est autem contrarius motus, quo ab aliquo receditur, motui, quo ad illud peruenitur: sicut dealbatio contraria est denigrationi.* Vnde oportet quod per contraria voluntas recedat a peccato, his per quae in peccatum iuclinata fuit. De quo & libro 4. cap. 74. Et 3. p. q. 85. art. 3. & art. 5. docet, quod in poenitentia *Est actus timoris filialis, quo propter reuerentiam Dei aliquis emendat Deo voluntarius offert.* Quod & docet q. 86. art. 1. & q. 87. art. 1. ad primum ait: *Et ideo poenitentia de peccatis mortalibus requirit, quod homo proponat abstinere ab omnibus, & singulis peccatis mortalibus.* Et in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 6. ad 4. ait, quod *quavis ad poenitentiam, in quantum est poenitentia, non pertineat respectus ad futuram: tamen in quantum est emendatio ad offensam commissa in Deum, exigit respectum in futurum, scilicet, propositum de cetero cauendi: & hoc propositum intelligitur, cum dicit, flenda iterum non committere. Vel intelligatur, quantum ad perfectam poenitentiam: vt quod additur non sit de essentia poenitentiae, sed de perfectione: quia sine hoc non consequitur ultimum fructum suum.* Quae ratio insinuat de vera, & falsa poenit. cap. 17. *Conuertimini* (inquit) *qui iam totus, & omnino vertitur.*

12 Proptereaque in Concilio Tridentino ses. 14. cap. 4. dicitur. Contritio, quae primum locum inter dictos poenitentis actus habet, animi dolor, & detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Et infra. *Declarat igitur Sancta Synodus, hanc contritionem, non solum cessationem a peccato, & vitae nouae propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere: iuxta illud Ezeq. 18. Projicite a vobis omnes iniquita-*

tes vestras, in quibus praeuicari estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Quod idem sub anathemate definit canone 5. dicens. *Si quis dixerit, eam contritionem, quae paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, quae quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae: cum proposito melioris vitae, non esse verum, & utilem dolorem, nec preparare ad gratiam: anathema sit.* Ergo aequaliter est de fide, contritionem esse actum virtutis, quo homo praeparatur ad gratiam, ac est de fide contritionem exigere propositum melioris vitae, & eius inchoationem.

13 Secundam partem probat Soto in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. §. *Sed nihilominus.* Ex communi Theologorum, & Parrum, & ex modo loquendi Scripturae. Et quia cum finis poenitentiae sit emendatio vitae fit vt si detestatio requiritur formaliter; propositum etiam formaliter exprimitur. Et Ioelis 2. *Conuertimini* (inquit) *ad me in toto corde vestro.* Conuersio autem ad Deum actum formalem dicit in ipsum. Ac doemum confirmatur quia dum nos conuertimur in Deum, ipse conuertitur ad nos: iuxta illud Zachariae 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Deus autem amore positiuo ad nos conuertitur, quo nos amplexatur. Ergo & nos debemus in ipsum conuerti, per actum formalem obedientiae, quo proponamus a peccatis cauere.

§. IV. Vtrum sine formali proposito emendationis possit esse vera contritio, & ultima dispositio ad iustificationem.

14 R Estat difficultas, vtrum sit dabilis casus, quo sine formali, & explicito proposito emendationis, aliquis possit veram habere contritionem, & ultimo ad iustificationem disponi?

Negat Soto nunc relatus: & dist. 17. q. 2. art. 1. in fine, vbi dicit, quod est expressa Concilij Florentini (& Tridentini) vbi habetur quod ad contritionem expectat dolere de praeteritis, *Cum proposito non peccandi*: Nomen autem propositi actuale intentionem seruandi legem sonat. Cum enim poenitentia sit vitae mutatio, non minus requirit propositum futu-

tura, quam detestationem præterita. Quin vero magis: nam finis poenitentiae est honor Dei, & utilitas nostra: dolor autem præteriti, eo potissimum in honorẽ Dei, & nostrum commodum cedit, quod propositum parit, ut vitam emendemus, ad quem potissimum finem poenitentia ordinatur. Ad hæc tandem, cuiuscumque virtutis est propositum in genere operandi secundum illam: ergo cum poenitentia sit virtus, ad hoc præcipue destinata, ut vitam nostram corrigamus, oportet, ut rei huius propositum expressum secum adferat.

15 Sunt qui dicunt, non opus esse onerare præcepta Dei, nisi sint in Sacra pagina expressa. Sed respondetur in primis hoc propositum, ut supra diximus, elici ex Sacra pagina, ubi nobis præcipitur conuersio in Deum: Tum etiam ex natura ipsius poenitentiae: quare, cum in nostram cedat utilitatem, non est nobis onus. Imò tam facile est habere tale propositum, quam habere verum præteritorum dolorem. Et libro 2. de natura, & gratia capit. 14. §. Neque vero, dixerat. De quo profecto, si exile meum iudicium vilius esset momenti, condemnandi essent; non solum quia error est: sed quia perniciosus. Est enim ignoratio nominis poenitentiae? Et infra. Quomodo enim quem quam poenitere potest, Deum offendisse; cui non fuerit intentio mutandi vitam? Aut qualis illi potest esse intentio mutandi vitam, cui non est propositum declinandi à malo, ut regrediat in viam? &c.

Ad idem intentum affert Cano Rel. de poenit. parte 1. fol. 4. illud ad Ephes. 4. *Deponite (inquit) vos veterem hominem, qui corrumpitur, secundum desideria erroris: renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite novum hominem: & car.* Non ergo satis est veterem exvere, nisi novus homo induatur. Quod certe voluntate fit, non manibus corporis. Vnde in Psalm. 50. postquam veniam petit: *Cor mundum, ait, creauit in me Deus, & spiritum rectum in noua in visceribus meis.*

16 Præterea, primum, quod ab eo, qui fecit iniuriam postulamus, est huiusmodi propositum. Cum ergo finis proprius poenitentiae emendare Deo in iuriã, certe vere poenitens ea omnia exhibet, per quae iniuria cõpensatur. Inter hæc autem (ut diximus) illud vnũ est, ut homo habeat ani-

um, alias deinceps iniurias nõ faciendũ.

Ad hæc, quem admodum parentes, cum liberos puniunt, emendationem, propositumque melioris vitæ in futurum, ab illis per poenas extorquent. Ita & hoc à nobis vel maxime Deus exigit in hac vindicta voluntaria, ut velimus in melius corrigere, quæ peccauimus.

17 Vrget, post alias, auctoritates Conciliorum, dicens. Nec potest dici Concilium loqui de proposito implicito: pari enim ratione statueret, ad contritionem cordis expectare propositum ieiunandi tempore Quadragesimæ. Præterquam quod vana esset talis determinatio, & explicatio contritionis, si de implicito proposito intelligeretur. Et simili quoque ratione interpretaremur, ad contritionem cordis pertinere, implicite dolere de peccato commisso. Hæc Cano. Petrus Ledesma cap. 6. de poenit. conc. 2. Late Martinus Ledesma 1. p. quarti q. 32. art. 1. dub. 4. Gerson Alph. 15. lit. G.

Bellarmino lib. 2. de poenit. cap. 6. dicens. Sed nobis communis, ac trita a veteribus via, semper vita est tior, & commodior. Et infra. Sed quod me maxime ad hanc sententiam amplectendam, ac defendendam mouet, est sacrosacta Floren. ac Trid. Synodi auctoritas, &c. Neque vero responderi potest, Concilia ista loqui de proposito implicito. Nam cum propositum implicitum a peccati detestatione separari non possit, siue causa Concilia addidissent illa verba: Denique, sicut peccati detestatio propositum non peccandi implicitum, & virtuale: sic etiam contra propositum non peccandi, detestationem implicitam, & virtuale includit: quare non erit cur aliquando non sufficiat propositum non peccandi de cetero sine detestatione peccati commisso. Quod non consonat Concilij relatis. Sequantur Henricus lib. 4. c. 24. n. 1. & 2. Granados tract. 9. de gratia disp. 4. sec. 3. Controu. 7. de Poenit. tract. 2. disp. 7. sec. 1. n. 11.

18 Oppositã sententiã docuerunt Ioannes Maior, & Iacob. Almain in 4. dist. 14. q. 1. And. Veg. lib. 13. in Trid. cap. 21. Ioann. Med. C. de Poen. tract. 1. q. 3. Et Pet. Soto lec. 17. de poen. in fine ait. Cũ queritur an ad integritatem poenitentiae requiratur propositum cauendi futura peccata. Patet aperte dolorem integrum, qualis descriptus est, sufficere: in quo propositum hoc inclusũ est, satis itaque est implicite hæc habere: quãquã nihil oberit, sed proderit multum hæc explicite cogitasse.

Idem

Idem tenet Nauarrus in Man. cap. 1. n. 15. & alij Qui probant septem argumentis, quæ refert, & diluit Bellarminus illo cap. 7. Sed duo sunt præcipua. Primum: nam: 2. Regum 12. Dauid mox iustificatus est, ut corde, & ore dixit: Peccaui Domino. De quo S. Agust. hom. 41. Tres (inquit) Syllabæ sunt, Peccauit sed de his tribus syllabis primam sacrificij corã Domino ascendit in Galilæam. S. Christ. hom. 9. de poenit. Die (inquit) peccaui, & soluisi peccatũ. De Manasse 2. Paral. 33. nihil aliud legimus, nisi eum poenitentiam egisse, & orasse, Dominum. De Niniuitis Ionæ 3. habemus conuersionem a peccatis, ieiunium, faccum, & orationem: propositi melioris vitæ nulla mentio. Idem dici potest de filio prodigo Lucæ 15. & de Publicano Lucæ 18.

19 Secundo, apud homines benignos, sola vehemens patratæ culpæ detestatio, nõ nunquã impetrat illius veniam. Deus autem longe magis benignus est quam vlli homines sint. Neque credibile est Christum expectare voluisse, ut Petrus decerneret nunquam amplius peccare: sed continuo peccatum ei remississe, cũ eum amare plorantem vidit. Similiter & Latroni Lucæ 23.

Arguit præterea Lugo disp. 14. sec. 5. qui in re idem tenet. Impossibile est, quod aliquis doleat efficaciter de furto, v. g. præcise, quia est offensa Dei grauis, & quod simul velit offendere Deum grauius alio peccato diuerso: quia per priorẽ actum odit offensam grauem Dei super omnia: per posteriorem vero vult offensam grauem Dei ad vitandam iacturam alterius boni inferioris, quæ esset contradictio: ergo ille prior actus implicite extenditur ad vitanda omnia mortalia, quæ sunt offensæ graues Dei.

20 Denique n. 55. ait, quod autem propositum etiam virtuale sufficiat, colligi potest ex eodem Trid. illa ses. 14. cap. 4. vbi dicitur attritionem ex gehênã metu, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, peccatorem disponere ad recipiendam gratiam iustificationis, cum Sacramento poenitentiae. Vbi non requiritur alia conditio ad hunc effectum, nisi quod attritio sit talis, quæ voluntatem peccandi excludat. Cum ergo contritio, cum solo implicito affectu non peccandi, voluntatem peccandi possit excludere, potest esse vera contritio, & virtualiter dispositio ad iustificationem extra Sacramentum siue formali proposito non pec-

candi in futurum.

21 Has ambas sententias probabiles esse, docet Suarez disp. 4. sec. 3. & ad eas concordãdas, asserit primo, formale propositum, per se loquẽdo, necessarium esse ad consequendam gratiam. Est enim hæc pars securior, & populo prædicanda. Secundo asserit, quod aliquando poterit sola detestatio peccati sine proposito formali esse sufficiens dispositio ad gratiam. Quas assertiones probat vtriusque sententiæ fundamentis. Ex quo concludit, quod formale propositum non est de essentia contritionis, quæ in vnico simplici actu consistit. Sequantur Nuño in Add. q. 1. art. 1. dub. 5. Villalobos to. 1. trac. 9. dif. 19. n. 8. Bonacina disp. 5. q. 5. sec. 1. punct. 3. n. 2. Filutius trac. 6. cap. 7. n. 276. Trullench. lib. 4. cap. 5. dub. 1. n. 9. & 10. & alij.

22 Denique alia via hoc exposuit Coninch disp. 2. dub. 6. conc. 5. n. 58. dicens. Non semper necessario requiritur propositum in posterum vitandi omnia peccata, quod sit distinctum ab actibus præcedentibus. Primo, quia fieri potest, ut dum quis elicit priores illos actus, nihil cogitet de vitandis peccatis in posterum. Quo casu non potest habere formale circa hæc propositum: & tamen iustificabitur. Secundo, quia potest fieri ut quis iam certo moriturus cõteratur: quo casu nullo modo est necessarium tale propositum: quia hoc tantum est necessarium quatenus requiritur ut voluntas cõfirmetur ad peccata constanter in posterum vitanda. Iam vero, nihil horum est opus, cum mors peccandi facultatem sit iam iam ablatura.

Extra hos casus tamen perfecta peccati detestatio semper incitat voluntatẽ ad eiusmodi propositum: quia hoc exigit perfecta à peccato in Deum conuersio, ut voluntatem quantum fieri potest, in bono firmet: ad quod tale propositum, in diutius victuro, est vtilissimum, & quodammodo necessarium medium.

23 Consideranti vtriusque opinionis fundamenta, primam iudico probabiliorẽ, quia excedit auctoritatibus, & rationibus. Sed quia secunda est benignior: cõhæretque cũ dictis de amore virtualiter continente poenitentiam, & aliquando eius actum expressum supplente: & satis excludi potest affectus peccandi vehementia detestationis præsentis, & in ea includitur virtualiter emenda in futurum; ideo concedo secundã opinionem, ut moderatur à recentioribus, est: satis practice

probabilem. Et quia unicuique permittitur in suo sensu abundare, non opus est sigillatim ad argumenta respondere.

Pro omnibus antedictis, valde notanda sunt verba D. Thomae in 4. dist. 14. in expositione illorum verborum litterarum Magistri: *Cum emendationis proposito, &c.* dicentis. Sed contra. Vnius habitus vnus est actus: hic autem ponuntur quatuor actus poenitentiae, scilicet, propositum emendationis, plangere peccata praeterita, & odire, & iterum nole ulterius committere. Et dicendum, quod ista quatuor se consequuntur in poenitentia: & ideo quasi pro vno actu computantur. Quia sicut amor delectationem parit in consideratione amati; ita odium peccati tristitiam de ipso parit: & tristitia ad destructionem ipsius mouet. Et ideo inter quatuor praedicta, primum, est odire peccata; secundum, ea plangere; tertium, ea destruere, quantum ad praeterita; cum proposito emendationis, quantum ad futurum: per hoc quod homo plangenda committere nolit; quod est quartum. Haec D. Thomas.

24. Ex quibus elici potest contritionis definitio. Et praeter antiquorum definitiones, quas adducit, & exponit D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 1. Illa relata in principio dubij, contritio est dolor voluntarius, summitur ex lib. de vera, & falsa poenitentia cap. 3. & refertur de poenitentia, cap. Poenitentia Alia definitio *contritio est dolor remittens peccatum*: refertur à Beato Alberto Magno in 4. dist. 16. art. 7. nomine S. Augustini: sed Magister Ioannes Nicolai notat non reperiri vbi solet citari. Non Psal. 73. Non Psal. 74. Non 146. Nec 50. Nec lib. 1. contra Cresconium cap. 12. Num. ex Enchiridio cap. 65. expressius colligi potest: Ibi enim ait. *Quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, & sic constituuntur ab ijs, qui Ecclesiae praesunt, tempora poenitentiae, ut fiat etiam scitis Ecclesiae, in qua remittuntur ipsa peccata.* Quasi ea supponens per dolorem remitti, vt praedicta definitio dicit. Quod & probat D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 1. & 2. Soto sic diffinit dist. 17. q. 1. art. 1. *Contritio est detestatio peccati, quatenus offensa Dei est: cum proposito emendandi vitam, confitendi quoque, & satisfaciendi, spe veniae diuinitus obtinenda.* Notat se constituere integram definitionem contritionis, non solum quatenus est primus actus virtutis poenitentiae, sed quatenus est prima pars integralis materiae sacramenti. Ideo pro definitione contritionis praeci-

se quatenus actus elicitus virtutis poenitentiae, prout nunc loquimur, sufficientes priores particulae. *Contritio est detestatio perfecta peccati quatenus est offensa Dei.* Videatur S. Greg. lib. 33. Mor. capit. 11. Sic enim exponitur per genus, & differentiam; & declaratur distinctio illius ab attritione, quae importat imperfectam peccati detestationem. Propositum est quid consequens: & manifestatur, quod detestatio fuit perfecta: vnde ponitur ad maiorem explicationem perfectionis detestationis: sic ponitur in Concilio Tridentino.

25. Definitionem aliam Nauarri examinat Soto dist. 15. q. 1. art. 2. §. Non ergo & dist. 17. q. 2. art. 1. §. Hic autem. Potiori ratione omnino reiicienda est definitio Gran. Controu. 7. de poenit. tract. 2. disp. 7. sec. 1. n. 3. *Contritio est actus voluntatis, liber, & honestus, & supernaturalis, detestans efficaciter peccata omnia, saltem lethalia, commissi, quatenus sunt contra Deum; super omnia supernaturaliter dilectum, cum firmo, & supernaturali proposito non peccandi, saltem lethaliter, & spe etiam supernaturali veniae.* Fere nullam regulam bonae definitionis obseruat. In primis non debet esse redundans; & si fieri potest, duabus particulis explicantibus genus, & differentiam, debet concludi: vt homo diffinitur *animal rationale*. Ista autem praeterea definitio quindecim habet particulas: quod horretent omnes, qui diffinendi leges tradiderunt. Secundo, non debet in diffinitione essentiali poni id quod non est de essentia diffiniti: siquidem definitio conuertitur cum diffinito. Ipse n. 7. fatetur, quod contritio est actus praecipuus poenitentiae: & quod est specialis virtus distincta a charitate. Quamvis igitur actus charitatis imperet, & perficiat contritionem vt sit vltima dispositio ad gratiam: hoc non debet poni in diffinitione: quia actus imperans non est de essentia actus imperati. Tertio manifeste superfluent omnes illae particulae: *Actus voluntatis, liber, honestus, & supernaturalis*: Quia omnia ista explicantur particula sequenti, *Detestans efficaciter peccata*; quia hoc fieri nequit nisi auxilio gratiae, & actu virtutis. Quod si dicat, vt indicat, se illas particulas addidisse ad excludendos errores Lutheri: etiam si sexcentas addat particulas, non pracludet mille vias errandi, quas adinueniunt quotidie filij tenebrarum. Pariter non opus erat exprimere *peccata*

Dub. 3. Vtrum contritio perfecta habeat semper coniunctam. 493

omnia: quia si detestatio efficax est, omnium debet esse. Superfluit etiam: *Cum firmo & supernaturali*: quia noua vita non inchoatur, nec perseverantiam habet nisi per gratiam. Per quam iudicari potest de alijs voluntarie excogitatis diffinitionibus, seu diffusionibus.

26. Solet hic inquiri, vtrum contritio sit actus absolutus, vel conditionatus: sed quia de actibus virtutis poenitentiae id examinatum q. 85. dub. 1. §. 4. non occurrat aliquid addendum.

DVBIVM TERTIVM.

Vtrum contritio perfecta habeat semper coniunctam remissionem peccati?

§. I. Pro parte negativa referuntur auctores & eorum proponuntur fundamenta.

Occasionem dedit huic difficultati Michael Baius, qui libro de charitate cap. 7. asseruit, quod per contritionem, etiam cum charitate perfecta, & cum voto suscipiendi Sacramentum coniunctam, non remittitur crimen, extra casum necessitatis, aut martyrij, sine actuali susceptione Sacramenti. Hanc doctrinam damnarunt. Pius Quintus & Greg. 13. in Bullis contra doctrinam Baij, dum tres eius propositiones condemnant: nempe 31. *Charitas perfecta, & sincera, quae est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, tam in catechumenis, quam in poenitentibus, potest esse sine remissione peccatorum.* Et 32. *Charitas illa, quae est plenitudo legis, non est semper coniuncta cum remissione peccatorum.* Et 71. *Per contritionem etiam cum charitate perfecta, & cum voto suscipiendi Sacramentum coniunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut martyrij, sine actuali susceptione Sacramenti.*

2. Sed adhuc post harum propositionum condemnationem, doctrinam eandem conati sunt suscitare in substantia, Guillelmus Estius in 4. dist. 17. & in 1. epist. Ioannis capit. 3. ver. 7. & Ioannes Molanus tract. 1. Theologiae praec. cap. 8. Sed magis ex professo Franciscus Syl-

uius Regius Professor in Vniuersitate Duacensi, & ibidem Decanus (alioqui eximius Thomista) 2. 2. q. 23. art. 2. folio 123. & in Addit. ad 3. part. q. 5. art. 1. & in Addit. ad Enchiridio Petri Binsfeldij parte 1. cap. 9. de contrit. §. 3. docens quod ad semper, nec frequenter, & omnis vera contritio, coniuncta cum dilectione Dei perfecta, & super omnia: hominem Deo reconciliat ante receptionem Sacramenti: sed aliquando solum id contingere, cum quis non nisi difficillime potest adire sacerdotem: vel quando contritio esset vehementissima, acris, & coniuncta magna dilectioni Dei. Hoc tamen non ex infallibili lege Dei: quia non omnibus, etiam, qui habent eiusmodi contritionem, dabitur statim remissio peccati; sed aliquibus, quibus Deus voluerit.

3. Refert pro se plures, his verbis Plura videri possunt apud Hugouem Victorinum 2. de Sacramentis parte 14 cap. 8. Richardum etiam Victorinum lib. de potestate ligandi & soluendi cap. 21. & alijs Ench. Con. colon. an. 1536. celebrati tract. de sacr. poen. Guillel. Altif. lib. 3. tra. 2. q. 3. lib. 4. tra. 6. cap. 2. q. 2. Refert etiam S. Thomam, Scotum, & Caietanum: qui nec quoad apparitionem fauent.

4. Proponit alia pluraquam decem argumenta, quorum difficultas ad haec reducitur. Primum ex auctoritate S. Augustini tra. 13. in Ioan. dicens. *Quantumcumque catechumenus profuerit; adhuc scilicet iniquitatis suae portat, non illi dimittitur; nisi cum venerit ad Baptismum. Quomodo non caruit populus Israel populo Aegyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum; sic presuris peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem Baptismi peruenierit.* Ergo tenet S. Augustinus, quod etiam si catechumenus sit perfecte contritus, & perfecte diligat Deum, non consequitur veniam peccatorum ante Baptismum. Similiter S. Bernardus epist. 77. docet posse hominem cum desiderio Baptismi saluari: *Si tamen mors anticipans seu alia quacumque vis obuiaret.* Ergo extra casum necessitatis, ex mente S. Bernardi, non iustificatur homo ante actualem susceptionem Baptismi.

5. Secundo principaliter vim facit in duabus auctoritatibus Concilij Trid. si quidem scilicet 6. cap. 6. agens de modo preparationis peccatorum, quod illi qui Dei gratia adiuti agnoscunt se esse peccatores, & a diuina iustitiae timore utiliter concutiuntur; postea Deum Tanta-

quam omnis iustitia fontem diligere inel-
piunt. Et tamen adhuc supposita hac di-
lectio, supponit Concilium non iustifi-
catis; nam de eis postea dicit iustifica-
ri per Baptismum.

Vrgentius scilicet. 14. cap. 4. *Docet Con-
cilium, & si contritionem aliquando chari-
tate perfectam esse contingat, hominemque
Deo reconciliare, prius quam hoc Sacra-
mentum actu suscipiatur.* Vnde manife-
ste colligi potest, quod contritio non sem-
per fit charitate perfecta; neque semper
hominem Deo reconciliat ante receptio-
nem Sacramenti: quare enim Conciliū
diceret, *contingit aliquando*, si esset perpetuum? Deinde, ibidem agnoscit contri-
tionem aliquam imperfectam, quam di-
cit per se non perducere ad iustificatio-
nem sine Sacramento poenitentiae. Ergo
quodam est veri nominis contritio, nimi-
rum imperfecta, quae ordinarie non ha-
bet annexam remissionem peccatorum,
ante quam Sacramentum actu suscipia-
tur.

6 Tertio, quia Luca 7. iam Magda-
lena Dominum dilexerat: & tamen ei
non erant dimissa peccata, nec infusa gra-
tia, donec audiuit à Domino: *Remittun-
tur tibi peccata.* Vnde & S. Aug. hom. 23.
inter 50. ait. *Accessit ad Dominum imman-
da, ut redderet manda, accessit agra, ut redi-
ret sana.* Similiter Apostolus post perfe-
ctam contritionem, & conversionem, au-
diuit ab Anania Act. 22. ver. 16. *Exurge,
& baptizare, & abire peccata tua.*

7 Denique, si per contritionem obti-
netur remissio peccati, frustra erit sacra-
mentum poenitentiae neque erit necessa-
rium ministerium sacerdotum erga poe-
nitentes. Neque erit cur debeat prae-
mitteri confessio sacramentalis ante Eucha-
ristiam; si sufficit contritio ad obtinen-
dum statum gratiae. Nec proprie verifica-
retur, quod Trid. Conc. scilicet. 14. cap. 4. do-
cer, quod *contritio preparat ad remissionem
peccatorum, si ordinarie hominem Deo re-
conciliaret.*

**§. II. Sententia affirmativa de-
fenditur, & contrariareij-
citur, quia parum in-
fidelitatis.**

8 **A**fferendum tamen est, in om-
ni euentu contritionem quā
libet, perfectā quolibet, quantumvis mi-
nimo, charitatis actu, asserre statim, &

semper remissionem peccatorum: & op-
positam sententiam non solum esse peri-
culosam, & parū in fide tutam: sed & te-
merariam, & scandalosam. In primis in
puncto grauissimo, absque solido funda-
mento, recedit ab omnibus Doctoribus
Scholasticis. S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2.
art. 5. q. 1. docet, quod *Contritio in quāvis est
actus virtutis, est quasi causa materialis re-
missionis peccati, eo quod dispositio est quasi
necessitas ad iustificationem, ut supra dictū
est* (q. 1. art. 2. q. 3.). Rursus ibidem q. 3.
probat, quod *quantumcumque paruum sit do-
lor, dummodo ad contritionis rationem suffi-
ciat, omnem culpam delet.* Quod & docet 3.
p. q. 86. per totam & art. 6. ad vltimum
concludit, *quod actus poenitentiae virtutis
habet, quod sine eo non possit fieri remissio
culpa, in quantum est inseparabilis effectus
gratiae, per quam principaliter culpa remit-
titur: & cetera.* Et tantum abest, quod D.
Thomas Syluio faueat, nec quoad appa-
rentiam, ut potius eius argumentum si-
bi opponat, & diluat illa dist. 17. q. 1. ad
3. dicendum; *quod dispensatio Eucharistiae
pertinet ad ministros Ecclesiae: & ideo ante
remissionem peccati per ministros Ecclesiae,
non debet aliquis ad Eucharistiam accedere;
quamuis sibi culpa quoad Deum remissa.* Er-
go agnoscit, sola cōtritione ante actualē
receptionē Sacramenti culpam remitti-
dem docent omnes Scholastici.

9 Nec bene in contrarium refertur Ri-
chardus à S. Victore: quia illo cap. 2. ma-
nifeste loquitur de praecepto diuino prae-
mittendae confessionis ante Eucharistiā
ab eo, qui peccauit mortaliter, etiam si sit
contritus. *Audacter* (inquit) *dico, si ante Sa-
cerdotis absolutionem, ad communionem cor-
poris, & sanguinis Christi accesserit iudicium
sibi pro certo manducat, & bibit; & si eum
peccasse iam multum poeniteat, & vehemen-
ter doleat, & ingemiscat.* Quod non solum
est certum; sed oppositum tunc erat teme-
rariū, & nociuū & post Conc. Tridentin.
est erroneum, ut late diximus 3. p. q. 80.
dub. 6. §. 2. & 3. Capite autem 19. vbi Ri-
chardus admittit posse esse hominem cō-
tritum, & charitatem habentē; & quod
cum adhuc debitum damnationis teneat: &
quod si decedat, in regnum Coelorum
non intrabit. Ipse se explicuerat cap. 4. di-
cēs. *Fidelis vero, & criminosi post lapsam ve-
re poenitentes, sic absoluntur debito damna-
tionis, ut tamē teneantur sub debito expletio-
nis.* Et cap. 8. ait. *Poenitentem namque à
debito damnationis Deus absoluit sub tali
conditione ut eum oporteat, prout potest,*

Sacerdotis absolutionem quaerere; & ad
eius arbitrium debito more satisfacere:
nam si facere neglexerit, periculū aeternū
non euadit. Haec ibi. Solū ergo vult do-
cere quod peccator contritus adhuc ma-
net debitor recipiendi Sacramentum:
quod si omittat sponte, damnabitur.

10 Similiter Hugo Victorinus non
negat hominem contritum iustificari an-
te receptionem Sacramenti; sed solum
docet quod cum contritio hanc vim ha-
beat ex voto Sacramenti, de quo susci-
piendo est diuinum praeceptum, si cum
illud vrget, data Sacerdotis opportunitate,
& implere nolit, peccabit mortaliter;
& damnabitur. Vnde lib. 2. de Sacramen-
tis fidei part. 14. cap. 8. litt. E. ait. Quod
siquis contendat illud, quod dictum est
Ezeq. 33. *Quaerunque hora ingemuerit pec-
cator, saluus erit;* non esse dictum de sal-
uatione, quae in futuro tribuitur; sed de
illa potius, quae in praesenti absolutione
peccatorum condonatur. Non necesse
est tamen nos dicere, quod peccator ab
omni debito absoluaatur statim, ex quo
gemere ceperit, donec totū consequutus
fuerit remedium, quod Deus ad obtinen-
dam veniam instituit. Hoc est autem re-
medium ut corde poeniteat, & ore con-
fiteatur delictū. Quod cum fecerit, iam
amplius debitor damnationis non erit;
etiam si satisfactio restat, quam pro pec-
cato persoluat. Haec Hugo. Sentit ergo
contritione, & amore vltimo disponi, &
de facto consequi gratiam, & remissio-
nem peccatorum: sed manere debi-
tum confessionis diuinitus instituta.
Quod si contempserit, vel pro libito
omiserit, peccatum incurret morta-
le.

11 Scotum etiam, & Caietanum;
Syluio non fauere, probat Lugo disp. 5.
sec. 8. n. 117. & 118. concludens: Nullum
itaque potuit extra Baij scolam pro se
asserre ex omnibus Scholasticis: ut appa-
reat, hanc sententiam esse in re grauissi-
ma cōtra omnes prorsus Theologos sine
fundamento sufficienti. Vnde ipse Lugo
n. 15. ait, quod Egidius Coninch. to. 1.
de Sacram. q. 68. art. 2. dub. 3. n. 30. indi-
cat oppositam sententiam esse erroneā.
Vazquez to. 2. in 3. p. disp. 152. cap. 1. n.
3. dicit esse contra sententiam catholi-
cam. Alphonsus Curiel. 142. q. 1. 12. art.
3. dubio vnicō asserit illam sententiam
esse periculosam; & parū in fide.
Alij (quorum placito omnino videtur
acquiescere Lugo) dicunt esse temera-

riam, & scandalosam. Temerariam
quia in re grauissima discedit ab omni-
bus Theologis, & à communi sensu
Sanctorum Patrum sine fundamento.
Scandalosam vero, quia non parum re-
moueret homines à procuranda contri-
tione, si scirent non habituros se veniam
ante susceptionem sacramenti. Item nō
parum offenderet fidelium aures, qui di-
ceret contingere saepe, quod ex duobus
peccatoribus, qui eadem omnino pecca-
ta commisisserint, ille qui minus doluit iu-
stificatur, ille vero qui magis doluit, &
magis dilexit, adhuc remanet in pecca-
to. Quod S. Iulius admittit sol. ad 16. quod
tamen non stat eum regula Iesuchristi
Luca 7. *Cui minus dimittitur, minus dili-
git:* Cum isti per oppositum concedant,
quod ex duobus aequalib⁹ debitoribus in
eisdem omnino circumstantijs, ille plus
diligat, cui minus dimittitur, & ille
minus diligat, cui plus dimittitur. Quod
sine offensione nullus fidelium audiet.

12 Sed ut iam prolatam sententiae
censuram confirmemus, sic iterum pro-
batur. Omnes propositiones Michaelis
Baj in relatis Bullis notatae, sunt censura
dignae, in vero, & proprio sensu, ab eius Au-
ctore intento. Sed sententia, quam nunc
impugnamus, in substantia, & vero, &
proprio sensu, ab eius Auctoribus inten-
to, est eadem cum propositionibus tribus
damnatis in Bullis contra Michaelem
Baium. Ergo vere illa sententia, non so-
lum est falsa, sed & censura theologica
digna. Ambae praemissae indigent proba-
tione: quia minorem negat Syluio, &
maiores negat Iansenius Iprensis Epif-
copus lib. 4. de statu naturae lapsae cap. 27.
folio 673. to. 2. dicens, quod ut Pontifex
indicaret non omnes articulos, falsitatis
esse damnatos, salutarem clausulam adie-
cit, *quamquam nonnullae aliquo pacto susti-
neri possent, in rigore, & proprio verborum
sensu ab assertoribus intento.* Sic enim illa
clausula tunc temporis, cum Bulla ede-
retur, intellecta fuit, quemadmodum, &
verba ista sonant, & coram toto audito-
rio tunc declaratum fuit. Quam obrem
cū anno 1618. difficultas super quibusdā
Bullae verbis esset excitata, eximus Iacq.
Iansen, in scholis publicis originale Bul-
lae manibus tenens, me praesente, dixit illa
clausulam hac occasione adiectam
fuisse, quia facultas Theologica pe-
tenter ut articuli a se inuicem secer-
nerentur, ut qua quisque nota cen-
seri deberet omnibus innotesceret,

cum ostenderetur aliquos ab antiquis scriptoribus fuisse traditos: Quod cum Apostolicæ Sedi certis de causis non videretur: illa clausula appositæ fuit ad solatium Autoris. Itaque Iansonius palam contestatus est Bullam esse adulteratam ab ijs, qui post illa verba, *sustineri posse*, distinctionem interpoaerent, vt faciant sensum, quasi in sensu ab autore intento damnarentur. Hæc, & alia ibi.

13 Quod euidenter impugnat Alexander Seville in Interprete Thomistico aduersus Iansen. lib. 2. cap. 14. fol. 165. Quia si verba Bullæ sine interiectione commatis legi deberent; Pontifices sibi contradicerent; vt pote cum tunc non nullæ, non solum aliquo pacto, sed, & simpliciter; & absolute possent sustineri; siquidem fieret sensus, quod possent etiam sustineri in rigore, & sensu proprio: quod certe est posse sustineri absolute, & simpliciter. Propositio namque, quæ ex vi sua, & prout sonat, potest sustineri, absolute, & simpliciter sustineri potest. Tum etiam quia absurdissimum est dicere Pontifices damnare sententias, quas ipsimet in rigore, & proprio sensu iudicarent posse sustineri. Ergo legenda sunt verba cum commatis interiectione, & tanquam facientia sensu vere aduersatiuum, videlicet hunc. Quamquam non nullæ aliquo pacto sustineri possent (quia nempe aliquæ in sano sensu possent vt cumque explicari) tamen in rigore, & in proprio sensu, quem verba præferunt; damnamus; circum scribimus, & abolemus. Ille est sensus Bullæ clarissimus: & aliū velle sustinere, potius est Bullam eludere, quam venerari. Hæc Alexander.

14 Addit. Ripalda tom. 3. disp. 1. sec. 1. n. 10. apud se extare Bullam originariam Greg. 13. impressam Romæ anno. 1579. in qua manifestum & genuinum est comma (,) diuidens verba illa Bullæ, aliquo pacto *sustineri possent*, a sequentibus, in rigore, & proprio verborum sensu ab assertoribus intento; eoque rigorem, & propriū verborum sensum, referens ad verba, *damnamus; abolemus. & circum scribimus*. Tempore Urbani 8. lite mota de huiusmodi inter punctatione, mādauit Pontifex sic apponendum, & legendum & in sua Bulla retinendum, & sic erat in prima Bulla Pij Quinti. Et si liceret aliter legere, nulla esset propositio Baij, quā nō liceret impunē defendere; cum nulla diffiniatur determinate, quæ in rigore, & proprio

verborum sensu sustineri non posset.

15 Specialiter doctrinam istam Baij quinque argumentis reiecit Bellarminus lib. 2. de Pœnit. cap. 2. Primum ex Concilio Trident. ses. 6. cap. 4. vbi admittit hominem Deo posse reconciliari cum voto Baptismi per veram pœnitentiam, ante quam pœnitentiam re ipsa recipiat. Ses. 14. cap. 4. docet contritionem charitate perfectam reconciliare hominem Deo, prius quam Sacramentum Pœnitentiæ actu suscipiatur. Et ses. 13. cap. 7. in aliquo casu permittit celebrari, vt non præmissa confessione celebret, etiam si peccauerit mortaliter. Quod non permitteret, si non crederet per veram contritionem etiam extra mortis articulum dimitti peccata.

16 Secundo arguit: quia Scriptura, & Patres passim docent eos, qui ad Dominum conuertuntur ex toto corde, sine mora veniam peccatorum accipere: & si militer testantur charitatem cum peccato, seu reatu mortis æternæ simul habitare non posse. Charitas constituit Dei filios, legem implet: Quæ omnia nequeunt simul stare cum reatu pœnæ æternæ. Pontifices concedunt Indulgentias contritis: quia supponunt ipsos per contritionem esse in statu gratiæ.

Denique, ipsi admittunt, quod in articulo mortis, si non adsit, qui recedat pœnitentem, vel baptizat catechumenum, posse eos per veram contritionem, cum desiderio Sacramenti percipiendi, non solum iustificari, sed etiam continuo ad æternam gloriam peruenire. Id enim docent S. Ambros. in orat. de obitu Valentiniani Iunioris. S. Aug. lib. 4. de Baptismo contra Donatistas cap. 22. San. Bern. in epist. 77. ad Hugonem. Et Innocentius Tertius cap. *Ad Apostolicam, de Presbytero non baptizato*. At certe non est articulus mortis, qui homines illos iustificat, sed vera conuersio, & cordis contritio, cum desiderio Sacramenti suscipiendi. Articulus enim mortis solū excusat a præuaricatione præcepti, ac facit vt non sit reus Sacramenti non percipiendi, qui non ideo Sacramentum non habuit, quia noluit; sed quia non potuit. Ergo vbiq; eadem causa reperietur, id est, vera contritio cum proposito Sacramenti suscipiendi; idem etiam sequetur effectus.

17 Sed quia respondet Syluius: concedo maiorem, & nego minorem: quia diuersa est sua opinio a propositionibus Michæ-

chælis Baij: quia ille loquebatur de charitate habituali, quam Pontifices docent non posse stare sine remissione peccati. Sed vero loqui de dilectione actuali, quæ non affert remissionem peccati ante actualem susceptionem Sacramenti. Ideo probanda est minor illius syllogismi. Quam sic ostendit Lugo disput. 5. sec. 8. num. 100. quia illa prior propositio, ideo fuit prohibita, quia sub eisdem vocibus contradicebat San. August. de nat. & gratia cap. 42. sed ibi clare est sermo de charitate actuali, vt ex verborum tenore constat: ergo eodem sensu procedit prohibitio. Similiter, altera loquitur de charitate, quæ est plenitudo legis: quod potissime verificatur de charitate imperante, & vsu exercente omnium præceptorum impletionem. Similiter, eodem sensu damnata est doctrina, quo asserta: sed quæ Bellarminus, & alij retulerunt ex libro Baij de charitate, manū feste procedat, de actuali: ergo in hoc sensu procedit censura Pontificum.

18 Deinde vt docet Soto in 4. dist. 6. q. 1. art. 3. quod baptizati sint Deo gratia, semper fuit de fide: quod vero id fiat gratia habituali residente in anima, & virtutibus habitualibus in potentijs, nec tam plane colligitur ex Sacris litteris: nec est tam antiqua Ecclesiæ confessio. Imo gradatim veritas hæc est ab Ecclesiâ suscepta: de quo iam diximus quæst. 85. Quod vero charitatis actualis non sit cum peccato actuali mortali, in scriptura ipsa habetur: quia vt dicitur Prou. 8. *Deus diligentes se diligit. & 1. Ioann. 4. Omnis, qui diligit, ex Deo natus est*. Omniaque argumenta, quæ ex Bellarmino adduximus, & alia plurima, quæ infra ex Soto adducemus ad impugnandam sententiam Adriani, afferentis ad iustificationem non sufficere dolorem peccatorum quatenus sunt offensa Dei; nisi, summo conatu fiat: & sententiam Scoti dicentis requiri detestationis intentionem, & extensionem vsque ad certum tempus antequam infundatur gratia, & fiat contritio. Istæ, inquam, sententiæ de contritione actuali loquuntur: & tamen Soto dist. 17. quæst. 2. art. 4. §. *Resistat ergo*, priorē sententiam vocat *temerariam, & Sacris litteris parum consonam*. Et ibidem, §. *Postrema examinanda*, docet posteriorem videri *temeritatis labem contrahere*: quod nonnem persuadet rationibus: de quibus postea.

19 Vltimo, quia Lorca tom. 2. in 12. disp. 20. conc. 3. singulariter tuetur gratiam habituale coherere simul cum peccato actuali pro eo instanti quo peccatū actuale consumatur, acriter impugnat a Suarez lib. 7. de gratia cap. 19. Ripalda lib. 6. disput. 13. 2. sec. 13. Ludouico Torres Opusc. 6. de gratia, & 2. 2. tom. 1. disput. 62. dub. 2. Explicuit se ipsum Lorca 2. 2. in append. ad disp. 22. num. 25. dicens simultatem peccati actualis cū gratiæ non esse pro eodem instanti temporis, sed *pro eodem instanti natura*. Contra quem tamen dixerat Suarez num. 4. quod plus est esse simul natura, quam esse simul tempore, seu duratione reali: nam illud prius supponit, seu includit hoc posterius; & non, e conuerso: multa enim sunt simul duratione, quæ non sunt simul natura: quia non sunt connexta: nullæ autem res possunt esse simul natura, quin supponantur simul existere. Loquendo ergo de simultanea coexistentia temporis, dicit assertionem esse absurdam, & *maiori nota dignam: quia est contra omnes Theologos, in re grauissima. De quo nunc non decernimus*. A fortiori ergo censurabilis est sententia, quæ asserit ordinarie contritionis, & charitatis supernaturalis actus longo tempore existere in homine, & ipsum non liberari a peccato mortali, donec actu confiteatur, & absoluat. Videatur Ioan. Nicolai in Add. 3. part. q. 4. art. 3. Ad auctoritatem Sancti Augustini respondet Bellarminus cap. 14. ad decimam sextam, loqui de ijs catechumenis, qui negligant ad Baptismum accedere: tales enim quantum vis proficiunt, nunquam sunt verè iustificati; cum nec in re, nec in voto Sacramentum Baptismi habeant; nec vera charitate flagrent; vera enim charitas, & verum Baptismi votum, non permittunt hominem esse negligentem, vel contemptorem Baptismi.

20 Respondet aliter Coninch illo dub. 3. num. 32. quod si loquitur S. Augustinus etiam eo casu, quo quis haberet, veram charitatem, intelligendus est dicere cum adhuc portare sarcinam suæ iniquitatis, nec hanc ei dimitti: quia non intelligitur perfecta facta dimissio quando restat adhuc obligatio Baptismi cum qua remissio facta est: per quam peccata suam auctorem, donec huic satisfecerint, adhuc præmunt: sicut res emptæ grauat, ac præmit emptorem, donec pretium soluerit.

21 Hanc dispositionem late impugnat Vazquez to. 2. in 3. p. q. 62. disp. 152. cap. 3. a. n. 26. vsque ad 30. ubi tandem ait, quod loquitur de catechumenis, pro ut se re semper contingit: quia nimirum catechumenis non dimittuntur plerumque mortalia nisi in Baptismo.

Vel potest dici, quod fere nunquam non baptizatus, qui præter originale, quod contraxit, multa actualia commisit peccata mortalia habet rãvehementẽ contritionẽ quod possit esse mortaliter securus sibi omnia dimissa quoad culpam, & quoad penã, vsque dum hoc consequatur susceptione Baptismi: & ideo ante eas per dicitur pòderegrauatus: & horũ scrupulis angebatur S. Agustinus ante suum Baptismum, ut ipse testatur lib. 9. Confes. cap. 4. Videatur S. Thomas 3. p. q. 62. art. 2. ad 2. & quæ ibi diximus dub. 2. §. 4. Et S. Agust. lib. 1. de Baptismo cap. 2. & lib. 4. cap. 21. & q. 33. in Numeros docet Cornelium iustificatum, fuisse obligatum præcepto Baptismi: quod si contēneret, vel extra casum necessitatis omitteret, non saluaretur. Et hoc solũ docet S. Bern.

22 Ad secundum iam sæpe diximus, & ex contextu constat sermonem esse de dilectione imperfecta: constat enim sine perfecta dilectione cum sola contritione cum fructu recipi Sacramentum Baptismi: & ibi est sermo de penitentia, quæ Baptismum antecedit. Ad aliam Concilij auctoritatem facile respondet Lugo n. 124. Concilium nomine, *contritionis*, intelligere perfectam, & imperfectam, ut constat ex ipsius verbis; ideo dixit contringere aliquando, contritionem esse perfectam reconciliare; non quia non omnis contritio perfecta reconciliata sed quia non omnis contritio est perfecta. Imo ex hoc loco Concilij sincere intellecto putant omnes fideles contritionẽ perfectam, quæ ex vera Dei dilectione oritur, semper offerre remissionem præsentem peccatorũ: nam Concilium pro eodem reputat contritione esse charitate perfectam, hoc est, ex dilectione Dei; & reconciliare: licet neutrum sit de ratione omnis contritionis pro ut abstractum à perfecta, & imperfecta. Hæc ibi: & Auerſa q. 3. sec. 4.

23 Ad 3. auctoritas Lucæ 7. potius est ad oppositum: nam ut notat Caiet. ver. 47. ad illa verba: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: in verba conclusio infertur: nam ex dictis inferendum erat, quoniam remittuntur peccata eius multa; ideo diligit multum: &

tamen infertur, quod quia dilexit multum, ideo dimittuntur peccata eius multa. Solutio est, quod hæc duo conueniunt, *terſo consequuntur*: & propterea licet verũ que inferre; & utriusque Iesus in illis *remissio, & multa dilectio, mutuo se inferunt, & similiter parua remissio, & parua dilectio*. Quæ fuit expositio Lyræ, & sequitur Ians. in Concor. cap. 43. D. Thos. ipsa dilectione Magdalens, fuisse remissa peccata, docet: 1. p. q. 21. art. 4. ad 1. dicens, *In iustificacione impij apparet iustitia, dum culpas relaxat propter dilectionem; quam tamen ipse misericorditer infundit. Sicut de Magdalena legitur Luca 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, & 3. p. q. 49. ait, *per charitatem consequimur veniam peccatorum, secundum illud, Luca 7. Dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum*. Et in 4. dist. 2. q. 1. art. 1. ad 2. & art. 2. q. 3. & q. 28. de Verit. 1. ad 3. ait, quod *charitas dicitur causa remissionis peccatorum, in quantum per eam homo coniungitur Deo, a quo auersus peccato erat. Nec video qua fronte in oppositum referatur D. Thomas 3. p. d. 64. art. 3. cum ibi nec verbum sit quod faciat contra, vel pro.*

24 In particulari Bellarminus cap. 14. ad 1. ait, quod verba illa: *dimittuntur ei peccata multa*, non cogunt, ut dicamus illo ipso tempore peccata fuisse remissa illi dimissa, quo verba illa Dominus pronunciauit: nam etiam postea interiecto aliquo spatio temporis, iterum Dominus ait: remittuntur tibi peccata tua: nec tamen dicere debemus, his eadem peccata fuisse dimissa. Verba igitur Domini: *Remittuntur ei peccata multa* & c. nihil aliud significant, nisi magnam dilectionem causam fuisse magnæ indulgentiæ: & ut S. Greg. explicat in hom. 33. magnam rubiginem peccati magno charitatis igne purgatam. Illa autem verba remittuntur tibi peccata tua, quæ magis præferunt formam præsentis absolutionis, partim ab solunt exteriũ, & coram hominibus, eam quæ iam intus à Deo abluta erat; partim etiam conformant absolutionem inuisibiliter data: sicut Mart. ci. 5. Esto sana à plaga tua. Ita Bellarminus supra & Lugo n. 125.

25 Sed reijcit Vazquez to. 2. in 1. 2. disp. 211. cap. 5. n. 37. contendens verba Christi Domini, non intelligi causaliter, sed solum illatiue: non enim dixit Christus: ideo remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum; sed post assignatum discrimen inter signa amoris exhibita a muliere, & à Pharisæo, subiunxit: ideo

ideo dico tibi remittuntur ei peccata; quoniam dilexit multum: Quibus verbis denotauit causam dicendi, non tamẽ causam rei. Quæ fuit expositio Toleri Luc. 7.

Præterea dicit Vazquez n. 34. quod cum tota parabola eo spectare videatur, ut Christus ostendat Pharisæo merito mulierem illam exhibuisse signa miræ dilectionis, & se recte ea omnia acceptasse, & passum fuisse se tangi, & pedes suos fuisse de amore, non quo remittantur peccata, vel disponimur ad remissionem illorum, sed de amore, qui exhibetur in gratiarum actionem pro remissione peccatorũ; sicut aperte intellexit S. Agust. lib. 50. hom. 23. Quæ sensum disputatio Christi cũ Pharisæo sub parabola manifeste indicat.

26 Cæterum contra Vazquez diligenter, & erudite Suarez lib. 8. de gratia cap. 10. per totum communem corroborat expositionem: ex quo duo præcipue nunc sunt obseruanda, primum quod illa verba Christi causaliter sunt accipienda. Quod probatur in primis ex Patris sic exponentibus S. Greg. hom. 33. in Euang. S. Paul. epist. 4. ad seuerum circa finem. S. Amb. vel qui est auctor lib. de poen. cap. 17. to. 5. Tert. lib. 4. contra Marc. cap. 17. in fine Theoph. & Euth. Lucæ 7. S. Berſ. de S. Maria Magdal. & in alio de quatuor modis orandi. S. Ag. in Psal. 114. *Dimittuntur ei peccata multa: Quare? Quia confessa est, quia fleuit, quia non declinatum est cor eius in verba maligna ad excusationes in peccatis.* Clarissime S. Thomas. 1. p. q. 21. art. 4. ad 1. & 3. p. q. 49. art. 1.

27 Deinde, quia non solum est communis Theologorum, & Interpretum, & eorum, qui contra hæreticos scripserunt, sed Ioannes Maldonatus Lucæ 7. circa ver. 42. dicit contrariam fuisse expositionem Caluini: *quam (inquit) utinam nemo Catholicorum sequutus fuisset.* Et Thomas Stapletonius in Antidoto circa illum locum, reijciens has interpretationes, ait: *Quæ hereticis fauent, quod alij auctores in primis aduertere debebant.*

Tertio ex contextu, & proprietate verborum constat, quod nullo modo potest ad causam dici aecomodari; sed ad causam rei. Ibi enim erat interna dilectio, & signa externa dilectionis, & remissio peccatorum: & interna dilectio erat æque occulta ac remissio peccatorum: yndẽ ex signis externis arguit Christus ex illis manifestari illius amorem, & propter illum peccatorum remissionem.

Quod denique probatur ex illius verbis: *Fides tua saluum fecit*; seu à peccatis liberauit, & in gratia constituit. Sed illa fuit fides, quæ per charitatem operatur, ut docet Apost. ad Gal. 5. ideo S. Aug. 15. de Trin. cap. 18. *Fidem non facit utilem, nisi Charitas. Neque fides sine amore prodest*, ut dixit in Ench. cap. 8. Ergo ex Christi sententia, fides per dilectionem Magdalenam iustificauit: Ergo in eodem sensu dixit, fuisse illi multa peccata remissa; quia dilexit multum.

28 Secundo asserit Suarez, quod communis & vera expositio illorum verborum: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*; est intelligere de amore præueniente conuersiuo ultimo disponente ad iustificationem: probabiliter tamen exponentur de amore gratitudinis consequente remissionem: Dum tamen non propterea negatur verba Christi verificari in sensu causali. Prior pars est manifesta legenti Patres & expositores. Posterioris vero probabilitas sumitur ex S. Agustino, qui illa hom. 23. in illo sensu accipit (alium tamen non excludendo, ut fecit Vazquez) & Maldonatus probat non ob stare verbum de præsentem, *diliget*; nam sæpe considerata intentione loquentis, æquiuale præteriti temporis verbo: præsertim cum coniungitur alteri verbo præteriti, & ad idem tempus refertur ut in præsentem dixerat Christus *Donauit tibi quæ: & statim interrogat: quis ergo eum plus diligit?* Utique eo tempore, quo remissionem obtinet: & ideo S. Aug. illa hom. 23. cap. 3. de præterito dixit: *Quis ergo eum plus dilexit?* In Græco autem est verbum futuri: *Diliget*; & habere potest vsitatum sensum, id est quis censendus est plus diligere, vel nunc, vel quãdo tale beneficium accepit. Ita Maldon. & Suarez. Sed non est ita recepta, quia antiquis fuit inaudita: & Barradas to. 2. lib. 8. cap. 12. non approbat hũc fuisse sensum verborum Christi; quia est nimis subtilis, & inuisitatus.

Vehementius etiam displicet quod Maldonatus Lucæ 7. ver. 42. & 47. dicit, quod vera charitas ante peccatorum remissionem præcedere non potest; officia tamen charitatis ex humana charitate perfecta possunt: quales erant orationes, & eleemosynæ Cornelij Act. 10. ver. 4. Eiusmodi fuerunt illius mulieris officia; quæ sicut diuinæ charitatis opera nõ erant, solum de congruo promerebantur. Et cũ toto conuiuio illa pia officia exhibisset, peccata non nisi in fine ille remissum.

29. Recte tamen Suarez illo cap. 10. n. 2. reijcit. Quia negare non potest quin prius etiam tempore, quam Christus illa verba proferret, Magdalena perfecte, & super omnia amaret: quia Christus per illa verba non contulit amorem, sed illius vim declarauit, & ei testimonium perhibuit: nec dixit, quia diligit, sed quia dilexit. Nec obstat verbum remittuntur de presenti. Tum quia in græco est participium de præterito. Aliqui que Latini Patres de præterito legunt, remissa sunt. S. Amb. lib. 2. epist. 17. ad Theod. imper. & lib. de Isaac, & anima c. 8. Alij de presenti legunt, vt habet vulgata, vt S. Cyp. lib. cōtra Nou. & S. Hier. lib. 2. cōtra Iou. & interdū S. Greg. de præterito legit, vt lib. 6. ep. 22. interdū de præterito, vt ho. 33. in Euā. Christ. Dñs bis protulit remittuntur: & tamen non dixit quoad culpam.

30. Contradicit etiam hæc expositio, leuissimo nitens fundamento, vnanimi expositioni Patrum, & Interpretum. S. Chriſt. *Sicut autem ubi uehemens imber prorupit, sic serenitas, sic lacrymis effusa, apparet tranquillitas.* S. Amb. *Facilis est usus aquarum, non est facilis lacrymarum effusio: tu pro promptis non es usus; hæc effudit non prompta lacrymis pedes meos, lauit maculas proprias.* S. Greg. *Disce teque dolore ardet: quæ flere & inter epulas non erubescit.* Hæc & alia Patrum dicta habentur in Catena aurea de peccatrice ante quam Dominus aliquid de illa dixisset. Caietanus ver. 38. ait Non dicit, rigauit, sed, *capit rigare*: quia stans in tantum prorupit fletum, vt antequam se inclinaret, inciperet rigare lacrymis pedes eius. Quatuor officia hic conspice: abluere lacrymis pedes Iesu, capillis tergere, osculari eodem, & doctum vnguento vngere. Nouum, & inauditum genus oblationis, ac sacrificij pro peccatorum venia adinuenit hæc mulier, proculdubio à Spiritu Santo inspirata. Hæc Caietanus & alij omnes. Ergo tunc perfecte erat contrita, & Deum super omnia diligebat. Vnde ver. ult. recte norat idem Caiet. ex illis verbis Christi. *Fides tua te saluam fecit*: præter officia exteriora, duas in hac muliere internas virtutes haberi, fidem scilicet, & charitatem: vnde colligit notandum, Deum non remittere peccata nobis dormientibus, sed cooperantibus fide, spe, ac dilectione. Hæc satis de huius loci expositione, licet pauciora sufficiat argumenti solutioni.

Quæ facile aprantur auctoritati ex

Actibus Apostolorum: siquidem vt respondet S. Thomas 3. p. q. 69. art. 4. ad 2. quod sicut dictum est (ab ipso D. Thoma 3. p. q. 68. art. 2.) quod remissionem peccatorum aliquis consequitur ante Baptismum, secundum quod habet Baptismum in voto, vel explicite, vel implicite: & tamen cum realiter suscipit Baptismum, fit plenior remissio quantum ad liberationem a tota pena. Ita etiam ante Baptismum Cornelius, & alij similes (vt Paulus) consequuntur gratiam, & virtutes, per fidem Christi, & desiderium Baptismi, implicite, vel explicite; postmodum tamen in Baptismo maiorem copiam gratiæ, & virtutum consequuntur. Vnde super illud Psal. 22. super aquas refectiois educauit me: dicit Glossa: per augmentum virtutis, & bonæ operationis educauit in Baptismo. Hæc D. Thomas, omnino ad mentem S. Aug. q. 33. in lib. Numerorum.

31. Ad vltimum facile respondetur, quod sicut est de fide, quod post promulgatum Euangelium, sanctificati in vtero, vel propria contritione, adhuc tenentur baptizari: ita est tenendum quod contriti, & vere Deum diligentes ardentissima charitate, etiam si per reuelationem diuinam sibi esse notum, sibi esse peccata dimissa, tenerentur habita opportunitate Sacerdotis, confiteri: quod si omitterent peccarent mortaliter. Et quod in istis verba sacramentorum verificentur, explicat D. Thomas 3. p. q. 68. art. 1. ad 1. dicens, quod illi, qui sunt sanctificati in vtero, consequuntur quidem gratiam emundantem a peccato originali: non tamen ex hoc ipso consequuntur characterem, quo Christo configurentur. Et propter hoc, si aliqui nunc sanctificarentur in vtero, necesse esset eos baptizari, vt per susceptionem characteris, alijs membris Christi confirmarentur. Et loquendo de sacramento poenitentiae, idem docet q. 84. art. 5. ad 2. & 3. & art. 3. ad 5. De quo redibit sermo agendo de confessione. De speciali ratione cur præmittenda sit confessio ante Eucharistiam, diximus 3. p. q. 80. dub. 6. sed nominatim ad nostrum intentum D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 2. ad primam ait, quod aliquis non potest esse certus quod contritio sua sit sufficiens ad deletionem poenæ, & culpæ: & ideo tenetur confiteri, & satisfacere. Maxime cum contritio vera non fuerit, nisi propositum confitendi habuisset annexum: quod debet ad effectum deduci.

ci, etiam propter præceptum, quod est de confessione datum: vt habetur, *de poenit. & remis. Omnis vtriusque sexus.*

DVBIVM QVARTVM,

De materia contritionis?

§. I. De malo poenæ potest esse dolor, sed non contritio.

1. Statuit S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 2. q. 1. certam, & communem conclusionem, quæ etiam est S. Bonaventuræ dist. 16. art. 1. q. 1. & aliorum eisdem locis, quod de malis poenæ potest esse dolor: sed non contritio: nam contritio, vt dictum est dub. 1. importat alicuius, & duri, & integri comminationem: hæc autem integritas, & duritia inuenitur in malo culpæ: quia voluntas, quæ est ipsius causa in eo, qui male agit in suis terminis stat: nec præcepto legis cedit: & ideo huius mali displicentia contritio per similitudinem dicitur. Hæc autem similitudo non potest adaptari ad malum poenæ: quia poenæ simpliciter diminutionem dicit: & ideo de malis poenæ potest esse dolor, sed non contritio.

2. Probat præterea Soto dist. 17. q. 2. art. 1. secunda parte conclusionis. Quia poenitentia, quæ sua est propria significatio, non est nisi earum actionum, quas in hominis sunt potestate fieri facere, & non facere: iuxta verbum Hesiodi, *Metanæa vocor, quæ facti, non factique exigo poenæ.* Hæc enim, quæ in nostra non fuerunt potestate, possunt nobis displicere, & tædium facere: vt quod hoc, vt illo simus genere, aut ingenio, aut corporis habitu nati. Poenitere autem illorum, quæ euitare nequimus, nequaquam possumus.

Sed est præterea peculiaris ratio in contritione, quæ est virtus: nam cum huius vis in eo sit posita, vt per ipsam in Deum conuertamur; aut feruorem charitatis eius recuperemus: auersio autem ab eo, aut charitatis tepor non fiat nisi per proprium peccatum; sit vt poenitentia solum de huiusmodi peccato esse possit.

Confirmatur ex nomine contritionis, quæ dicit amotionem cordis nostri à peccato, in quo erat induratum: induratio autem illa non erat nisi per nostrum

liberum arbitrium, quo peccato ad hærebatur: ergo de proprio solo peccato commisso possumus contritionem habere.

3. Contra hanc conclusionem tenet Suarez disp. 2. sec. 1. conc. 2. dicens; non solum malum culpæ, sed etiam malum poenæ comprehenditur sub obiecto materiali huius virtutis; quamvis diuerso modo: quia poenitentia vult interiores afflictiones vt Deo satisfaciat: & quia virtus poenitentiae intendit destruere peccatum, & ad hoc consequendum virtut aliquo modo poenæ, quod assumit in vindictam delicti commissi. Opponens autem sibi n. 17. auctoritatem D. Thomæ, & modum loquendi Theologorum omnium, respondet *illos loquutos in omni rigore, & proprietate* de poenitentia quantum ad actum retractandi: Tum quia poenæ magis consistit in passione. Tum quia malum poenæ non est simpliciter malum, nec per se est offensio Dei.

4. Caterum ex sua confessione habemus, quod proponens hanc difficultatem, potius debebat respondere negatiue cum communi Theologorum (quia si suum dictum verificant *cum omni rigore, & proprietate*; non possunt melius verificare) quam respondere affirmatiue, vt ipse respondet, confundens actus externos assumptos pro materia satisfactionis, cum obiecto seu materia contritionis. Vnde D. Thomas in argumento *sed contra*, quasi hoc præterens, ait: *Nullus tenet id, de quo dolet; sed poenitens, secundum suum nomen, poenam tenet: ergo non dolet de poenæ: & sic contritio, quæ est dolor poenitentialis, non est de poenæ.*

Nec negat D. Thomas, quod, largè accipiendo poenitentiam pro quolibet dolore, possit esse de poenæ. Vnde ad 1. ait, quod *poenitentia, secundum S. Aug. de poen. medicina, paulo post principium, seu lib. 50. hom. in 23. Debet esse de hac vita mortali, non ratione ipsius mortalitatis; nisi poenitentia largè dicatur omnis dolor, sed ratione peccatorum, ad quæ ex infirmitate huius vitæ deducimur.* Et ad 2. docet, quod *ille dolor, quo quis dolet de amissione virtutis per peccatum non est essentialiter ipsa contritio, sed est principium eius: sicut cum aliquis mouetur ad dolendum de aliquo propter malum, quod inde consecutus est. Illeque modus loquendi Theologorum, quod contritio non est proprie de malis poenæ sed solum de malo culpæ, summitur ex Tridentino dicente scilicet 14. cap. 4. *Quod contritio est animi dolor, & detestatio de pec-**

causa commissa. Cum etiam D. Thomas, & Theologi difficultatem hanc nunc non moueant nisi de perfectissimo actu poenitentiae determinate, qui dicitur contritio, nisi vocum significationes immutando, euidens est quod non poterant aliud respondere, quam id quod cum ipsis asseruimus, quod contritio non est de poena, sed de culpa; licet poenas voluntariae assumat, vel acceptet in satisfactione pro culpis. Vnde Nuño in Addit. ad 3. p. q. 2. art. 1. dub. vnico ait, quod doctrina relata Suarez, licet aliqua contineat vera: tamen, quantum ad principale, quod intendit, est falsa; & nimis impropria. Proprius enim actus poenitentiae est odium, vel dolor, vel etiam detestatio (vt supra) sed hoc nullo modo est de poena, quae assumitur: quia de tali poena potius est gaudium, & amor: iuxta illud, quod ex lib. de vera & falsa pen. cap. 13. assert. D. Th. q. 84. art. 9. ad 2. *Semper doleat poenitens, & de dolore gaudeat.* Ita quod ipsa tristitia sit materia gaudij. Si enim doleret, de ipso dolore, potius esset peccatum, quam actus poenitentiae.

§. II. De peccato originali proprie non potest esse contritio.

5 Dico secundo, proprie loquendo; de peccato originali non potest esse contritio. Quod contritio non sit necessaria ad obtinendam remissionem peccati originalis, probat ratio D. Thomae illa dist. 17. ar. illo 2. q. 2. in arg. *sed contra.* Medicina debet esse proportionata morbo: sed peccatum originale est sine nostra voluntate contractum. Ergo non requiritur, quod per actum voluntatis, qui est contritio, ab ipso purgemur.

Quod vero non sit possibilis contritio, stricte sumpta, de peccato originali, probat D. Thomas in corpore articuli dicens, quod contritio, vt dictum est, est dolor respiciens, & quodammodo comminuens voluntatis duritiem: & ideo de illis solis peccatis esse potest, quae ex duritia nostrae voluntatis in nos proueniunt. Et quia peccatum non nostra voluntate inductum est, sed ex vitia naturae origine contractum: & ideo de ipso non potest contritio, *proprie loquendo*: sed displicentia potest esse de eo, vel dolor.

6 Sed obijcies. De peccato actuali

conteri debemus, non ratione actus in quantum est ens quoddam, sed ratione de fornicitatis: quia actus secundum suam substantiam bonum est à Deo: sed peccatum originale habet de fornicitatem, sicut & actualis: ergo etiam de eo conteri debemus.

Præterea. Per peccatum originale homo fuit à Deo auersus; quia poena eius erat carentia diuinæ visionis: sed cuilibet debet displicere se fuisse à Deo auersum: ergo homo debet habere displicentiam peccati originalis: & sic debet de ipso conteri.

7 Respondet D. Thomas ad 1. quod contritio non est de peccato ratione substantiae actus, quia ex hoc non habet rationem mali: neque iterum ratione de fornicitatis tantum, quia de fornicitatis de se non dicit rationem culpae; sed quandoque importat poenam. Debet autem de peccato esse contritio in quantum importat vtramque de fornicitatem, ex actu voluntatis prouenientem. Et hoc non est in peccato originali: & ideo de eo non est contritio. Et similiter dicendum ad secundum, quia auersio voluntatis est illi cui debetur contritio. Hæc D. Thomas.

8 Cuius solutionem ponderans Ioannes Nicolai in Addit. 3. p. q. 1. ar. 2. ait. An ergo de fornicitatis ipsa est ens quoddam? Vt positiuæ de fornicitatis assertores *absurdissimo* fingunt, *euidenter* contra S. Th. Et idem Nicolai 3. p. q. 86. ar. 4. ad 1. ait, quod quidam peccatum in positiuo, *absurdum, & indignum figmentum*, velut ipsam S. Thomae doctrinam venditant, cuius rationem euidenter aduersatur. Cum aduertente debuerint eodem sensu ibi dici; *quasi*, 1. 2. q. 71. ar. 6. quo hic dicitur, *sicut*, 3. p. q. 86. art. 4. ad 1. & vtrumque ideo dici, quia in Moralibus non potest esse verum materiale, neque verum formale, sicut est in Physicis: vnde non sic loquitur S. Thomas, vt præter priuatiuam peccati malitiam, quæ sit quasi formale, vel sit aliam esse positiuam, quæ vere sit formale: Cur enim illam non exprimeret? Hæc ille.

9 Cui duo reponimus, primū, quod sicut illi, qui tenentur magnis febribus corporalibus, parum interit, quod essentia febris consistat in positiuo (sicut magnis Medicis visum est) seu consistat in positiuo humorum contrarietate, & dissonantia: vel (vt alij plurimi volunt) totum hoc se habeat præsuppositiue, & causaliter, & essentia febris consistat in priuatio

ne

ne debita temperiei, & æqualitatis qualitatum, & æque bene medicus habes vnā, vel aliam opinionem potest adhibere medicinam morbo proportionatam. Ita, qui de peccatis vere conteritur, vane specularetur, an peccatum mortale, quod commisit consistat in positiuo, an in priuatiuo: & an sua contritio debeat potius detestari positiuam contrarietatem, vel priuatiuam deformitatem: sed solum curate vt ex amore supernaturali Dei super omnia summe displiceat illud quod commisit, & maxime placuit (quicquid sit illud in quo consistit eius essentia: quia hoc in Scholis relinquitur disputandum) seu tantum debet attendere vt conuertatur ad Deum, à quo erat auersus: & qui constituerat vltimum finem in creatura, Deo contempto, constituat in Deo finem detestando, & contemnendo culpam. Vnde de proprijs me dixit D. Thom. abstrahendo ab opinionibus nunc non necessarijs, debet autem de peccato esse contritio, in quantum importat vtramque deformitatem ex actu voluntatis prouenientem.

Notamus præterea excessisse Ioannem Nicolai vocantē opinionem Caietani absurdissimum, & indignum figmentum, euidenter contra S. Thomam: cum iam supra dixerimus esse probabilem valde, communissimam inter recentiores Thomistas: & habet pro se vrgentia testimonia D. Thomae. Quamvis mihi verum videatur, & omnino ad mentem D. Thomae, & Patrum, quod formale peccati consistit in priuatione. Quod nunc formale extraneum esset a nostro instituto.

10 Addit vltimus Nuño in Addit. 3. p. q. 2. art. 2. in fine, quod quando aliquis peccauit faciendo aliquod bonum secundum se, ex mala tamen circumstantia; potest gaudere de ipsa substantia actus; debet tamen dolere de mala circumstantia. Vt quando aliquis dat elemosinam propter inanem gloriam; non debet postea dolere de elemosyna, sed de sola inani gloria. Et idem existimant aliqui etiam quando actus est secundum se malus, scilicet, quod potest gaudere de ipsa substantia actus; dum modo habeat dolorem de malitia illi annexa. Sed hoc *falsissimum est*: & contra D. Thomam hic ad 1. vbi expresse dicit, quod contritio est de vtroque simul. Quod maxime verum habet, quando actus est intrinsece malus. Si vero actus tantum sit malus quia prohibitus; tunc potest habere verum illa sententia; præcipue si explicetur condicionaliter, scilicet,

cet, ego gauderem de tali actu; ego vellem hoc facere, nisi esset prohibitum. Si tamen sit actus absolutus circa substantiam talis rei, semper est periculum. Hæc Nuño ibi.

11 Sed contra est doctrina D. Thomae. 1. 2. q. 74. art. 8. & communis Theologorum (quæ tuto nequit negari) quod omnis delectatio morosa de omni obiecto prohibito sub mortali, est peccatum mortale: & idem dicendum in delectationibus in rebus prohibitis iure positiuo, ostendimus cap. 2. Theol. Mor. q. 10. §. 3. quia licet in ordinatio actus per accidens habeat se ad intentionem peccantis; tamen sufficit indirecta volitio transgressio nis vt agenti imputetur. Ergo a fortiori idem dicendum de gaudio: Et totum hoc optime tetigit D. Thom. 1. 2. q. 79. a. 2. ad 2. dicens. *quod in hominem sicut in causam reducitur, non solum actus, sed etiam ipse defectus: quia scilicet, non subditur ei, cui debet subdi: licet hoc ipse non intendat; principaliter: & ideo homo est causa peccati.* Gaudium ergo de actu peccaminoso, quamuis gaudens dicat se non gaudere de deformitate, est indirecta volitio deformitatis, quæ sufficit ad peccandum.

Secus vero esset, si actus fuisset pure materialiter malus ex ignorantia inuincibili, vel ex omnimoda in advertentia: quia vt probat Lugo disp. 3. sec. 1. n. 17. eiusmodi actus non pertinent immediate ad obiectum poenitentiae: quia seclusa advertentia necessaria ad culpam, non manet ratio offensæ diuinæ, quam poenitentia detestatur. Debent tamen hæc odio haberi quatenus disponant, saltem remote, Dei ad offensam.

Iam dixeramus cum D. Thoma 3. p. q. 84. art. 2. ad 3. ibi dub. 3. §. 2. qualiter teneamur detestari peccatum originale vt est impedimentum vitæ æternæ consequenda; ex doctrina S. Augustini, contra Ioannem Medinam Complutensem, & Vazquez ibi relatos.

12 Communem D. Thomae doctrinam exponit Suarez disp. 2. sec. 1. n. 12. & 13. & Auersa q. 2. sec. initio, & supponit Lugo disp. 5. sec. 5. procedere de poenitentia præcisè considerata, vt exerceret actum contritionis, vel retractationis prioris facti: & de materia Sacramenti poenitentiae: nam peccatum originale nullo modo est materia confessionis, & absolutionis Sacramentalis. At vero si poenitentiam consideremus secundum simplicem affectum iustitiæ ad

ad Deum, etiam potest habere odio omnem tantum in iustitia, quacumque ratione contractum sit. Sicut charitas ex proprio motu diuino potest detestari peccatum originale, & statum illius. Ergo pariter poenitentia: maxime cum voluntas ad nostra recuperatur, quatenus in illo peccauimus. Quod esse possibile supponit D. Thomas, & Soto supra: quamvis aduertant ad eius remissionem non esse necessarium: nec de hoc extat preceptum, vt etiam notat Nuno q. 2. art. 2. quia sicut generatione naturali contrahitur, ita etiam in Baptismo per regenerationem in Christo deletur: aut per baptismata alia martyrij, & charitatis cum voto explicito, vel implicito Baptismi aqua. Peccatum ergo originale est materia detestationis, sed non contritionis: quamvis prout impedit consequentiam vitae aeternae teneamur detestari querendo media delendi, vt illa q. 84. diximus cum D. Thoma.

*§. III. Propriissime loquendo
contritio est de omni actuali
peccato à nobis com-
misso.*

13 **D**eo tertio propriissime loquendo, contritio est de omni actuali peccato commisso à nobis. Probat D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 2. Tum quia medicina contra omnia actualia peccata est poenitentia. Tum specialiter contritio coniuncta charitati est actus ultimo disponens ad iustificationem impij, in qua omnia mortalia remittuntur: de quibus late quaest. 86. Denique, quia omnis actualis culpa ex hoc corripit quod voluntas nostra legi Dei non cedit; vel eam transgrediendo, vel omittendo, vel praeter eam agendo. Et quia durum sit, quod habet potentiam vt non facile patiat: ideo in omni actuali peccato duritia quaedam est voluntatis: & propter hoc, si debeat peccatum curari, oportet quod per contritionem comminuentem remittatur.

14 Specialiter de peccato veniali notat ad 4. quod post contritionem de mortali, potest remanere veniale: sed non post contritionem de veniali: & ideo de venialibus etiam debet esse contritio, eo modo quo & poenitentia, sicut supra di-

stinct. 16. q. 2. art. 2. dictum est. De venialium remissione abunde egimus tota, q. 87. Peccata etiam venialia esse materiam virtutis poenitentiae, diximus q. 84. dub. 3. §. 3. Esse etiam materiam confessionis Sacramentalis, in loco ostendimus ex doctrina Concilij Tridentini. Nunc occasione verborum D. Thomae in hac solutione ad 4. late disputat Nuno in Addit. q. 2. art. 3. dub. 1. Vtrum sit aliquod praecipuum habendi contritionem de peccatis venialibus?

15 Partem affirmantem videntur indicare illa verba D. Thomae: *Et ideo de venialibus etiam debet esse contritio.* Praeterea, qui in se, vel in alio, haberet infirmitatem disponentem ad mortem, eo praecipuo quo tenetur conseruare vitam, teneretur infirmitatem curare. Sed peccata venialia multis modis disponunt ad mortale, vt docet D. Thomas 1. 2. q. 88. a. 3. Ergo eodem praecipuo, quo tenemur conteri de mortalibus tenemur conteri de venialibus.

Certa tamen, & communis est opposita sententia, & D. Thoma ipso loco, qui in contrarium citatur, si integre referatur: omittuntur enim verba loquentia: *sicut & poenitentia, sicut supra distinctione praecedenti dictum est.* Vbi manifeste patet solam S. Thomam docere debere de venialibus esse contritionem, sicut de illis dixerat debere esse poenitentiam. Dist. autem 16. q. 2. art. 2. q. 3. dixerat D. Thomas. Ad confessionem venialium non tenemur neque necessitate absoluta: *quia sic nec de eis poenitere; nec ea vitare tenemur.* Quod intellige praecipuo, simpliciter, & absolute talis; quia vt ait D. Thomas 1. 2. q. 88. art. 1. ad 1. *peccatum veniale non est contra legem: quia venialiter peccans non facit, quod lex prohibet; nec praetermittit id, ad quod lex per praecipuum obligat: sed facit praeter legem: quia non obseruat modum rationis, quem lex intendit.* De quo etiam 2. 2. q. 105. art. 1. ad 1. & q. 7. de Malo ar. 1. ad 1. & in 2. dist. 42. q. 1. art. 4. ad 3. & communiter Thomistae: & radiciter exponunt P. P. Carm. 1. 2. trac. 13. disp. 19. dub. 1. à n. 10. & omnes norant non esse sensum quod peccatum veniale nulli legi opponatur: constar enim mandatum prohiberi per legem non mentendi, & esse contra tale legem: & sic de alijs. Sed quia non est contra substantiam legis; sed contra modum, & accidens eius. Vel non est contra legem simpliciter necessariam; sed contra legem secundum quid, Modus iste loquendi usurpatur

patet etiam à Soto in 2. dist. 21. q. 1. §. *Deo ergo.* Imò à Magistro Sentent. Alensii, Gabriele, & alijs, quos refert Salas to. 9. in 1. 2. trac. 13. disp. 16. sec. 9. Er quia eum in Toledo lib. 3. cap. 2. n. 6. acriter reprehendit Ioannes Sanchez in Selec. disp. 7. Iste impugnat Lugo disp. 16. de poenit. sec. 2. n. 102. Imò in hoc puncto non posse esse dissensionem, nisi in modo loquendi, cum Caetano, Petro Soto, & alijs multis, iam ostendi to. 1. Theol. Mor. cap. 2. q. 1. n. 17.

16 Quod igitur, per se loquendo, nullum sit praecipuum simpliciter, habendi contritionem de venialibus, probat Nuno illo dub. 1. Quia tale praecipuum non est posituum: cum nullibi habeatur. Nec est naturale propter praecipuum conseruandi vitam spiritualem: quia ex hoc solum tenetur adhibere omnia media necessaria ad perseuerandum in gratia, cum eam habet; vel acquirendum cum non habet. Inter haec autem media non continentur vitatio venialium: quia possunt esse simul cum gratia. Nec sunt dispositiones necessario inducentes mortale; sed solum ex libero nouo consensu voluntatis. Propositum autem committendi venialia omnia, esse peccatum mortale, iam ostendimus to. 1. Theol. Mor. cap. 2. §. 10. contra aliquos ibi relatos, num. 70. quorum sententiam immerito *probabilior* dicit Diana 3. part. tract. 6. misc. resol. 24. nullam nouam probationem adijcientis: nec rationibus communis nostrae sententiae satisfaciens.

17 De peccato autem habituali posse, & debere esse poenitentiam, colligitur ex D. Thoma 3. part. q. 85. art. 2. ad 1. Probatque Suarez disp. 2. sec. 1. num. 11. Quia sicut actus, & habitus virtutis conueniunt in eadem honestate virtutis: & ideo eodem actu, & operamus actum virtutis, & diligimus (in exercitio) ipsam virtutem: ita proportionali modo peccatum actuale, & habituale conueniunt in eodem genere deformitatis: & ideo eiusdem virtutis est vitare. Vnde de peccato habituali possumus, & tenemur conteri: quia est homini voluntarium per proprium actum. Ideoque non est par ratio de ipso, ac de peccato originali. Contra hanc doctrinam opinatur Lugo disp. 3. sec. 1. num. 13. supponens habituale peccatum nihil aliud esse quam actuale praeteritum prout moraliter perseuerans, quandiu non condonatur; vel per satisfactionem tollitur: hoc autem non

potest esse obiectum retractationis: nam illud est mera negatio condonationis Dei; quam non possum ego retractare, cum non sit actio mea, sed Dei. Sicut nec possum reatum poenae ex peccato ortum proprie retractare.

Ceterum iam q. 86. ostendimus supponere falsum. Vnde cum dixerimus peccatum habitualiter esse priuationem formalissimam vt habitualiter voluntarium: sicut possum, & teneor retractare peccatum quod fuit, ita, & peccatum quod moraliter est meum, & mihi voluntarium: & auerit a Deo, & est offensa Dei, & pro quo teneor satisfacere: & pro quibus peccatum: *Dimitte nobis debita nostra:* siquidem à peccatis moraliter perseuerantibus, peccatores, & debitores, denominamur. Vnde, & Aueria q. 2. sec. 7. §. *Secundo,* ait, quod dari potest displicentia formaliter, & directe de macula ipsa habituali: & voluntas illam destruendi. Et potest quoque peccator dicere, se poenitere de eo, quod in se caufauerit maculam peccati, id est, fuerit id quo contraxerit habituale peccatum. Vnde secundum hanc rationem plus potest esse poenitentia de macula habituali ex proprio consensu contracta, quam de macula peccati originali.

18 Sed duo adhuc supersunt notanda circa tertiam conclusionem. Primum est, quomodo, cum contraria contrarijs curentur: & quaedam peccata per tristitiam committantur: sicut accidia, & inuidia: videtur ergo, quod medicina eorum, non debet esse tristitia, quae est contritio; sed gaudium? Respondetur cum D. Thoma ad 1. quod (sicut ex dictis patet) contritio opponitur peccato ex parte illa, qua ex electione voluntatis procedit, non sequentis imperium diuinae legis, non ex parte eius, quod est in peccato materiale: & hoc est illud super quod cadit electio. Cadit autem voluntatis electio, non solum super actus aliarum virtutum, quibus voluntas ad suum finem vitatur: sed etiam super actum proprium ipsius: voluntas enim vult se velle aliquid. Et sic electio voluntatis cadit super dolorem illum, siue tristitiam, quae inuenitur in peccato inuidiae: & huiusmodi: siue dolor ille sit in sensu, siue in ipsa voluntate. Et ideo illis peccatis contritionis dolor opponitur.

19 Alterum est, quod indiget explanatione, & pro praxi est necessarium scire, quomodo contritio possit, & debeat esse de peccatis oblitis, cum sit actus

voluntatis, qui non potest esse de eo quod cognitioni non subiaceret? Cui difficultati satisfacit S. Thomas ad 2. dicens, quod obliuio de aliquo, potest esse dupliciter: aut ita quod totaliter à memoria exciderit: & tunc non potest aliquis inquirere illud. Aut ita quod partim à memoria exciderit, & partim maneat: sicut cum recolo me aliquid audiuisse in generali; sed nescio quid in speciali: & tunc requiro in memoria ad recognoscendum. Et secundum hoc etiam aliquod peccatum potest esse oblitum dupliciter: aut ita quod in generali in memoria maneat; sed non speciali. Et tunc debet cogitare homo ad inueniendum peccatum: quia de quolibet peccato mortali tenetur homo specialiter confiteri. Si autem inuenire non possit, iuxta adhibita diligentia, sufficit de eo conteri secundum quod in notitia teneatur. Et debet homo, non solum de peccato, sed de obliuione eius dolere; quæ ex negligentia contigit. Si autem peccatum omnino ex memoria exciderit: nunc ex impotentia faciendi excusatur à debito: & sufficit generalis contritio de omni eo, in qua Deum offendit. Sed quando impotentia tollitur (sicut cum ad memoriam reuocatur peccatum) tunc tenetur homo specialiter conteri. Sicut etiam est de paupere, qui non potest soluere, quod debet, excusatur: & tamen tenetur cum primo poterit. Hæc S. Thomas. De quo iterum agendo de confessione oblitorum.

§. III. Contritio non est proprie de peccatis futuris.

20 **D**ico quarto; contritio non est principaliter, & proprie de peccatis futuris: sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ contritioni adiuncta. Probat D. Thomas dist. 17. q. 2. art. 2. q. 4. dicens quod in omnibus motoribus, & mobilibus ordinatis ita est, quod motor inferior habet motum proprium; & præter hoc sequitur in aliquo motum superioris motoris: sicut patet in motu planetarum, qui præter motus proprios sequuntur motum primi orbis. In omnibus autem virtutibus, moralibus, motor ex ipsa prudentia, quæ dicitur *auriga virtutum*: & ideo quilibet virtus moralis cum motu proprio habet aliquid de motu prudentiæ. Et ideo, cum poenitentia sit quedam virtus moralis, quæ est pars iustitiæ, cum actu pro-

prio consequitur prudentiæ motum. Proprius autem actus eius est in obiectum proprium, quod est peccatum commissum. Et ideo actus eius principalis, scilicet, contritio, secundum suam speciem respicit tantum præteritum. Sed ex consequenti respicit peccatum futurum, secundum quod habet aliquid de actu prudentiæ adiunctum: & tamen in illum futurum secundum rationem propriæ speciei non mouetur. Et propter hoc ille, qui conteritur, dolet de peccato præterito, & cauet futurum. Sed non dicitur esse contritio de futuro: sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ contritioni adiuncta. Hæc D. Thomas.

Cuius propositio prudentiæ dicitur *auriga virtutum*, sumpta est ex S. Bernardo, serm. 49. in Cantica, vbi de discretionem, quæ expectat ad prudentiam, ait: *Discretio; quippe omni virtuti ordinem ponit: ordinatrix aff: etuū, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus ipsa vitium erit.* Aristot. 6. Ethic. cap. vii. & lib. 1. Magnorum Moral. c. 35. vocant *Architetum virtutum*.

21 Sed obijcies, peccatum aggravatur ex contingenti effectu. Vnde S. Hieronymus dicit, quod *pœna Arii non dum est terminata*: quia adhuc est possibile aliquos per eius hæresim ruere. Et similiter est de illo, qui iudicatur homicida, si lethaliter percusserit: etiam ante quam percussus moriatur. Sed in illo intermedio debet peccator conteri de peccato. Ergo non solum secundum quod habet quantitatem ex præterito actu; sed etiam secundum quod habet quantitatem ex futuro. Et sic contritio respicit futurum.

Respondet S. Thomas ad 2. quod ille effectus consequens, qui peccatum aggravat, iam in actu præcessit, velut in causa. Et ideo *quando commissum est pœna suam quantitatem habuit*; & ex effectu consequente non accessit aliquid quoad culpæ rationem. *Quamuis accrescat, quoad pœnam accidentalem*, secundum quod plures habebit rationes dolendi in Inferno de pluribus malis ex suo peccato consequentis. Et sic loquitur S. Hieronymus. Vnde non oportet, quod contritio sit nisi de peccatis præteritis.

Circa hanc auctoritatem S. Hieronymi notat M. Ioannes Nicolai in Add. ad 3. p. q. 2. art. 4. argumento secundo, quod apud S. Hieronymum non occurrit. Verum ex S. Basilii colligitur loquente de Marcione; & similibus, ex 1. ad Timotheum; 5. *Quorundam peccata manifesta sunt.* (no-

(notoria, inquit S. Thomas lec. 3.) *præcedentia iudicium*. Verba S. Basilii libro de vera virginitate, sunt. Sicut admirabilem Paulum alia quidem præcesserunt opera, dum adhuc esset in corpore; alia iam cum Christo regnantem consequuntur, coram nempe, qui per epistolarum eius monita se ad virtutem exercentes, præmia laudis illi duci, ac præceptorum suo hinc transmittunt. Sic alia quidem aliquorum peccata, qui damnati sunt in Inferno, præcedunt; & alia sequuntur aliquorum, qui post ipsorum mortem eorum imitari sagunt. Et infra. *Nam et Beatus David hodie quoque ad verum Dei cultum utilis est; ita Marcion, & reliqui hæreticorum dogmatum duces hodie quoque maxime nocent.* Videatur etiam S. Basilii in Psal. 61. Siue ergo sit doctrina S. Basilii, siue S. Hieronymi, siue vtriusque (quamuis forsam liber, vel commentarius S. Hieronymi, vbi id habebatur, vel non extet, vel non fuerit diligenter questus) bene exponitur à D. Thoma. Vnde Soto art. 2. ad 3. ait, quod quando homo videt quanta mala ex sua culpa succreuerint: quia tunc agnoscit quantum suum crimen fuerit; acerbius eum poenitet. Et ideo, postquam in die iudicij patuerint effectus cuiuscunque peccati, augebitur subinde pœna damnatorum; nisi accidentaliter: quia videbunt quantum fuerint malorum causa.

22 Circa rationem vero conclusionis quartæ aduerte, quod vt docet D. Thomas. 1. 2. q. 58. art. 3. ad 1. & alibi sæpe, *prudentia secundum essentiam suam est intellectualis virtus: sed secundum materiam conuenit cum virtutibus moralibus: est enim recta ratio agibilibus*, vt dixerat q. 57. art. 4. *Et secundum hoc virtutibus moralibus connumeratur.* Quamuis igitur cautio, quoad prouidentiam in futurum, sit actus prudentiæ, & actus intellectus dirigentis, & gubernantis: tamen propositum non peccandi in futurum, & detestatio omnium peccatorum imminetium in futurum, quamuis non sint essentialiter ipsa contritio, sed contritioni adiuncta; tamen manifestissime sunt actus voluntatis: & ideo videndum, cuius virtutis sint actus.

23 Respondet Nuño q. 2. Addit. art. 4. §. Pro explanatione, quod idem actus diuersus rationibus formalibus elicitur a pluribus virtutibus. Volitio non peccandi in futurum, potest tripliciter considerari. Primo, in quantum respicit pecca-

tum tanquam summum malum: & sic elicitur a *charitate*. Secundo, in quantum per talem actum subiicitur homo superiori seruando præcepta illius. Et sic elicitur a *virtute obedientiæ*. Tertio, in quantum sequitur, & est necessarius actus, vt præsens contritio sit vera: & sic elicitur a *virtute poenitentia*: Secundario tamen: vnde est alius actus realiter distinctus a contritione.

24 Sed melius Soto dist. 17. q. 2. art. 2. ad 2. absolute concedit (loquendo de rationibus formaliter, & per se ad hos actus pertinentes) pertinere ad virtutem poenitentia: ait nanque, quod ad peccatum futurum, si sit proprium, extenditur poenitentia virtus, quatenus generali quadam ratione est detestatio omnium offensarum Dei, quæ in omni peccato reperitur. Non tamen hominem poenitere potest illud a se commissum iniquia, quia res integra est, vt nunquam illud committat. Sed tamen proponere debet illud nunquam committere: & cauere ne committat. Illud autem propositum ex eadem poenitentia virtute, vt supra diximus nascitur, qua ratione poenitentia est generalis detestatio omnium offensarum Dei. Et infra. Quo circa diximus poenitentiam præteritorum non esse legitimam, nisi pariat firmum propositum cauendi in futurum. Idem docet Suarez disp. 2. lec. 1. n. 7. docens poenitentiam rigorose, solum esse de peccatis iam commissis: sed loquendo secundum totam rationem eius adæquatam, peccatum quod cauendum est, comprehenditur sub eius obiecto: vt sumitur ex D. Thoma ad illa verba 2. Cor. 7. *Tristitia, quæ secundum Deum est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.* Trid. etiã Conc. c. 14. ses. 14. docet contritionem, & poenitentiam includere propositum non peccandi de cætero. Et quia eiusdem rationis, & honestatis est vitare malum prius quam in sit, & abijcere illud, si iam adest. Sequitur Aueria

quest. 2. lec. 7. §. Tertio.



§. V. De alienis peccatis non est contritio.

25 **D**ico quinto, de alienis peccatis non est contritio. Probat S. Thomas illo art. 2. q. 5. Primo in argumento sed contra. Contritio est actus poenitentiae: sed nullus poenitet nisi de his, quae ipse facit: ergo nullus conteritur de peccatis alienis. Secundo in corpore: nam illud idem conteritur quod prius durum, & integrum fuit. Vnde oportet quod contritio pro peccato sit in eodem in quo peccati duritia praecessit.

26 Sed obijcies primo, non petit aliquis indulgentiam, nisi de peccato, de quo contritus est, vel potest conteri, & spiritum contritionis potest petere, sed de peccatis alienis indulgentia petitur in Psal. 18. *Ab alienis parce seruo tuo*: ergo debet homo conteri de peccatis alienis.

Respondet D. Thomas ad 1. quod ab alienis peccatis sibi parci Proheta precatur, in quantum ex consortio peccatorum aliquis per consensum aliquam immunditiam contrahit: cum scriptum sit Psal. 17. ver. 27. *Et cum peruerso peruerteris*.

Notant, quod S. Augustinus, & Cassiodorus, & alij sic legunt. *Si mei non fuerint dominata ocula mea, & delicta aliena*. Ideo Latini passim antiquiores de peccatis interpretantur. Vnde S. Augustinus ibi ait. *Delicta mea inquinant me: delicta vero aliena asfigunt me*. Similia S. Bern. ser. 3. 2. in Cant. & iterum S. Agust. lib. 3. de lib. arb. cap. 10. & S. Basil. lib. 2. de Baptismo cap. 9. & S. Hier. in cap. 3. Ioe. Imo ex Graecis Euth. Didymus, & alij. S. Thomas ibi lit. H. Sed nunquid alicui imputatur peccatum alienum? Ezc. q. 18. *Anima, quae peccauerit, ipsa morietur*. Dicendum, quod non, quando totaliter est alienum. Sed quando transit ad te per emissionem: Eccles. 13. *Qui tetigerit picem, inquit nabitur ab ea*. Vel per suasionem, vel consensum. Prou. 1. *Filij mei, si te laetauerint peccatores, non acquiescas eis*. Vel per dissimulationem, tempore, & loco debito: tunc situum, & imputatur. Rom. 1. *Non solum, qui faciunt ea, digni sunt morte: sed etiam qui consentiunt facientibus*. Et hoc maxime in Prelatis, quando dissimulant scienter scelera subditorum. Haec S. Thomas. Similia Glossa, Hugo Cardinalis, & communiter Latini, & Graecorum, multi. Canisius

parte 3. Catechismi tractatum habet de peccatis alienis: & Lorinus in Psal. 18. ver. 13. duodecim modos horum peccatorum alienorum, ex Theologis namerant.

27 Verum est, quod S. Hieronymus vertit: *A superbis quoque libera seruum tuum*. Quam versionem sequitur, & exponit Caietanus. Theodoretus. Masculine ad hostes refert, a quibus David se liberari petit: ac Daemonibus applicat. *Si mihi non praeualuerint*. Vnde aliqui volunt expositiones in vnam conferre, quia Dæmone suggerente, & altitudine regiminis occasionem praebente, peccata, quae quoad elicentiam videntur aliena, quoad imputationem sunt propria Praelatorum. Iuxta hanc vltimam versionem, Malenda post breuiter relatas nouem expositiones ex Hebræo, concludit. Plerique substantiue capiunt: *A superbis, arrogantibus, temeritatibus, petulantibus, insolentibus*. Alij adiectiue: *A superbis, arrogantibus, temerarijs, & cast.* Quod appositius videtur. Quasi dicat ne me subijcias tyrantidi, ac libidini hominum superbiorum, & insolentium, qui Dei religionem, & cultum euertere nituntur.

Non potuimus non exponere verba Psalmi in ore fidelium frequentissima: & huius loci (vbi de peccatis alienis) propria: & ideo digressioni lector parcat.

28 Secundo obijcies. Homo ex charitate debet diligere proximum sicut se ipsum: sed propter dilectionem sui, & de malis suis dolet, & bona desiderat: ergo, cum teneamur proximo desiderare bona gratiae, sicut & nobis, videtur quod de beamus de culpis eius dolere, sicut & nostris. Sed contritio nihil aliud est quam dolor de peccatis: ergo debet conteri de peccatis alienis.

Respondetur cum D. Thoma ad 2. quod de peccatis aliorum dolere debemus: non tamen oportet quod eis conteramur: quia non omnis dolor de peccato praeterito est contritio, ut ex dictis patet. Addit Soto art. 2. ad 3 potest etiam iustissimus quisque, imo debet tristari, & mestus esse quod alij peccent: ille tamen non est poenitentiae affectus; sed charitatis. Idem late Nuño quaest. 2. artic. 5. dub. vnico. Contra hanc communem doctrinam, tenet Suarez disp. 2. sec. 1. n. 9. dicens, quod licet poenitentia stricte, & contritio proprie, non sint de peccatis alienis: poenitentia ut est iustitia quaedam ad

ad Deum, etiam potest aliquo modo versari circa peccata aliena, saltem per odium illorum: quia malum peccati vbiunque sit, est odio dignum secundum rectam rationem, & ideo eadem virtus, quae illud odio habet in proprio subiecto, etiam odit illud vbiunque sit. Et declaratur a simili ex iustitia humana: nam homo ex inclinatione iustitiae non solum odio habet iniuriam, ut a se committenda: sed simpliciter vbiunque illam intuetur: quia illa honestas in se eadem est.

Et ratio a priori est, quia honestas cuiusque virtutis obiectiue sumpta, per ipsammet virtutem amabilis est, siue nude consideretur, siue in proprio, siue in alieno subiecto. Et sic charitas amat honestatem, & dignitatem diuini amoris vbiunque illi proponatur. Ergo pari ratione vnaque quae virtus detestatur malum suae honestati contrarium, vbiunque illud proponatur: nam eiusdem virtutis est odisse malum, & eligere bonum. Eiusdem sententiae videtur Coninch disput. 1. dub. 3. num. 14. Sed ait num. 16. vnum, eundemque habitum inclinare ad diuersos actus, etiam specie distinctos; eoque non solum imperare, sed etiam elicere. Tandem quoniam 19. ait: *Et sic verissima est communis sententia, nos solum posse poenitere peccati a nobis commissi, etiam si habitus poenitentiae omnia absolute peccata detestetur*.

29 Late alia via idem defendit Lugo disp. 3. sec. 2. docens habitum acquisitionis poenitentiae habere actus specie distinctos circa peccata propria, & circa peccata aliena, non quidem specie physica, sed specie morali. Poenitentia autem infusa extenditur ad peccata propria, & aliena: quia habitus infusus potest extendi ad plures actus, & ad plura obiecta, quando motiuum principale est idem. In isto autem casu motiuum volendi non est bonitas personae, quia est per accidens ad poenitentiam quod sit peccatorum istius, vel alterius: sed ratio obiectiua a qua specificatur habitus. Quod sequitur loquendo de spe Coninch disp. 19. de spe sec. 1. & loquendo de poenitentia Auerſa de poenit. q. 2. sec. 7. §. septimo. & 1. 2. q. 55. sec. 18.

30 Potest quae haec sententia satis efficaciter ostendi ex D. Thoma 2. 2. q. 17. art. 3. dicente, quod *sicut est eadem virtus charitatis, qua quis diligit Deum, se ipsum, & proximum: ita etiam est eadem virtus spei, qua quis sperat sibi ipsi, & alij*. Quare Bañez, & Aragó, Lorca, Meratius, & Beza

mus, Araujo, & Serra ibi docent, quod sperare alteri beatitudinem est actus spei in habentibus eam. Quam sententiam dicit Ioannes a S. Thoma 2. 2. disput. 10. art. 2. esse certam, *D. Thoma, & communiter* ab eius Expositoribus receptam. Cuius sententiae fundamenta videntur aquae probare quod eadem virtute poenitentiae doceamus de peccatis proprijs, ac alienis: qui a suppositorum differentia virtutum formalia motiua non diuersificat.

31 Sed in primis isto argumento conuinci non potest Suarez: imo isto exemplo omnia eius argumenta instantur, & contra ipsum retorquentur: quia ipse Suarez disput. 1. de spe sec. 3. à num. 16. & Vazquez 3. part. disput. 43. cap. 2. num. 7 & Hurtado 2. 2. tom. 1. disput. 99. §. 48. & Coninch ibi disput. 19. dub. 5. & Ripalda 2. 2. de spe disput. 25. sec. 2. à num. 21. docent, sperare beatitudinem sibi, & alij, non solum esse actus speciei distinctos; sed à diuersis habitibus procedere: & Suarez dicit primum esse ab habitu spei, & secundum ab habitu charitatis: quia beatitudo aliena cedit in gloriam Dei. Et Petrus Hurtado §. 45. ait. Vnde hanc sententiam confirmo, quia poenitentiam admitto, non ad aliena peccata, sed ad propria possibilia. Ripalda impugnat aliorum rationibus, num. 29. vnde probat: quia diuersitas subiecti etiam numerica, qualis est inter propriam, & alienam personam inducit considerationi morali obiectum formale specie diuersum, quod in alieno subiecto impossibile sit species honestatis moralis, quae in proprio consideratur. Quod argumentum alijs terminis solet hic proponi: nam nemo dicit aliquem esse humilem, qui vult alios esse humiles, aut esse abstinentem, qui vult alios ieiunare? Alioquin Deus diceretur humilis, & poenitens, quia vult nos esse humiles, & poenitentes. Itē Angeli essent abstinentes, & casti, qui volunt nos abstinentes, & castos esse: ergo poenitens non est, qui vult alios satisfacere pro suis offensis: sed qui conteritur de proprijs.

32 Praeterita iam q. 85. dub. 7. concludimus cum D. Thoma, & communiori Theologorum, in Christo non fuisse poenitentiam, non solum quoad denominationem, sed nec quoad actum, nec quoad entitatem habens: quia nec habuit: nec habere potuit peccatum proprium: licet de facto perfectis-

lime satisfecerit pro nostris peccatis, ex commutatiua iustitia, ex obedientia præcepti Patris, ex religione, se ipsum in sacrificium offerens, in holocaustum super eminentis, & nimie, & eximia charitatis. Ergo non solum nequit esse contritio, sed nec poenitentia proprie de peccatis alienis: quamvis possumus de eis dolere istis titulis, & alijs multis.

33 Rationem à priori, & meo videri, efficacissimam, tangit sæpè S. Thomas: quia ad displicentiam de peccato, & ad odio habendum illud vbicumque sit, nõ opus esset poenitentia speciali virtute: quia inaquæque virtus, quæ prosequitur bonũ odio habet malum sibi oppositum: & attendatur secundum vniuersaliorem, & altiore rationem, secundum quod directe, vel indirecte opponitur bono diuino, ad hoc sufficeret charitas. Displicentia, odiũ, & dolor de malo culpæ, ideo exigit specialem virtutem, partem potentialem iustitiæ, quia est dolor compensatiuus, delicti, & satisfaciens, & emendans peccatum. Quæ ratio est essentialis, & adæquatæ poenitentia in omni latitudine sumptæ: & non propria solum contritionis. Vnde de D. Thomas loquendo de ipso habitu, & virtute poenitentia, ait 3. p. q. 85. art. 2. ad 1. *quod si in actu poenitentis consideretur sola displicentia peccati præteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet, sicut & gaudere de bonis præteritis. Sed intentio operandi ad deletionem peccati præteriti, requirit specialem virtutem sub charitate.* Et in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3. ait, quod poenitentia accipit specialem rationem obiecti ex hoc quod respicit peccatum esse commissum vt expiabile per poenitentis actum: & ita actus poenitentia non est delectari peccatum absolute (quia hoc est cuiuslibet virtutis) sed delectari aliquid ex purgatione eius: & quantum ad culpam, & quantum ad reatum, hoc enim nulla virtus facit. Sed noster dolor de alienis peccatis, non est formaliter ex intentione illa delicti immediate: sed ad summum mediate merendo de congruo, vel impetrando à Deo auxilium, de illis coneratur. Nec respicit peccatum vt expiabile per meum actum: nec purgantur aliena peccata mea poenitentia, sed eius qui commisit: sicut aliena infirmitas non curatur medicina sano applicata. Ergo nec contritio, nec poenitentia est de peccatis alienis. Per quæ omnia cessant argumenta Suarez, qui voluerit, legat sigillatim relata, & soluta a Nufio.

Lugo videtur, vt nouiter a se inuenit

ra, tradere multa in communi de habitibus ingenere, & de habitibus virtutum Moralium. Sed multa eorum vetusta fere obliuata, tradiderunt antiquiores Theologi: & inter eos multi Thomistæ: & duo præcipua de coordinatione specierum, & de distinctione specifica actuum intra eandem speciem, vt probabilia admitimus 10. 2. Theol. Moralis cap. 30. loquendo de actu orationis: & de actibus poenitent. 3. p. q. 85. Quare restat probandum, quod hoc applicetur actibus poenitentia. Quod nullo modo probare, constat ex propria ratione eius formali assignata ex D. Thoma.

34 Nec est eadem ratio de spe: quia vt respondet Serra 2. 2. q. 17. art. 3. ad 1. beatitudo alterius dupliciter considerari potest, vno modo vt est bonum proximis, alio modo vt est difficile proximo ad consequendum, cui nos per nostrum conatum cooperamur: & primo modo nos illam volumus, & desideramus proximo per charitatem: secundo vero modo per spem. De quo S. Thomas q. 25. art. 2. & q. 26. art. 3. ad 3. Itaque arduitas est communis nihili, & omnibus, quos diligo amore amicitia, & concupiscentia; delere, expiare, conuertere, & retractare, solum est de his, quæ ego commisi. Ideo quamuis habitu virtutis spei in via sperem beatitudinem alienam, poenitentia non est de peccatis alienis, de quibus est dolor charitatis.

¶ VI. Contritio perfectissima potest esse de peccatis remissis.

35 Dico quinto. De peccatis remissis, non solum potest esse poenitentia proprie, sed etiam perfectissima eius actus, qui est contritio. Hæc conclusio non caret difficultate: nam cui remissa sunt peccata, quoad poenam, & culpam, manet ira liber, & mundus ab omni peccato, ac si nunquam peccassent. Christus autem, & Dei para, qui nunquam peccauerunt, non potuerunt poenitere, & multo minus conteri: vnde in oratione Manassæ, quæ non est Canonica, dicitur, *Tuigitur Domine Deus iustorum, non posuisti poenitentiam iustis.* Ergo nec ille, cui poenitus, & totaliter dimissa sunt peccata, potest de eis poenitere, aut conteri.

Præterea, dictum est ex D. Thoma, quod proprius actus poenitentia est operari ad deletionem peccati: & poenitentia

essentialiter respicit peccatum vt expiabile: quando ergo peccatum est totaliter deletum, & expiatum, & hoc vtrumque est ei, qui commisit non potest actu absoluto, & efficaci velle delere, & expiare, quod ex suppositione iam debile, & expiabile non est.

Denique, poenitentia est pars potentialis iustitiæ, intendens satisfacere pro offensa, & reatu. Sed postquam offensa, vel est condonata, vel pro ea ex iustitia satisfactum est: & omne debitum est extinctum, nihil restat quod iustitia faciat: quia nulla est inæqualitas quam ad æqualitatem reducat, reddendo unicuique quod suum est. Licet ex supererogatione, & liberalitate possit super abundanter donare. Ergo videtur quod in illo cui reuelatum est totaliter sibi dimissa peccata, non potest habere locum actus poenitentia, nec esse vera contritio.

36 Cæterum conclusionem iudico communem, & certam. In primis regulariter, qui iustificatur, vel attritione cum sacramento in re suscepto, vel contritione cum voto ipsius, cum solum habeant coniecturam, vel opinionem de suorum peccatorum remissione: quia nec scientiam, nec diuinam reuelationem habent de sua dispositione supernaturali ad iustificationem: & ideo seclusa diuina reuelatione, non possunt esse certi de suorum remissione peccatorum. Vnde in Conc. Trid. scilicet 6. cap. 9. in fine dicitur, *quod quilibet, dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem, & in dispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest; cum nullus scire valeat, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.* Et ideo vel absolute, vel sub conditione sanum consilium est poenitentiam, & contritionem sæpè exercere: de quo in lib. de vera, & falsa poenitentia cap. 13. & S. Thomas 3. p. q. 84. art. 8. Et Ecclesiastici 5. ver. 5. dicitur, *De propriis tibi peccato noli esse sine metu.* Ibi Hugo Cardinalis. O ait. Licet Dominus fuerit tibi propitius dimittendo peccata tua; tamè semper time, ne iterum cadas: vel ne plene satisfeceris, vel plene sint tibi dimissa. Vnde de Prou. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Infra cap. 27. Si non in timore Domini teneris te instanter, cito subuertetur domus tua. Maluenda Ecclesiastici 5. ver. 5. legit. De placatione ne sine timore sis. Seu, de expiatione, propitiatione, venia peccatorum. Vel super data venia ne sis securus.

Secundo potest quis diuinitus esse certus de venia peccatorum quoad culpam, & actus poenitentia & contritionis multiplicat pro delicto reatu poenæ. Quo sensu S. Thomas exponit illud Psalmi 50. *Amplius laua me:* dicens. Hic ponit effectum miserendi Natham dixit: *Dominus transtulit peccatum tuum: & sic erat securus de venia. Sed volebat totaliter peccatum extirpari.* Remanet autem duplex effectus scilicet, reatus poenæ, & macula in anima. Primo ergo petit remoueri reatum poenæ: & ideo dicit amplius lauame ab iniquitate mea. Sciendum est, quod Hier. 17. dicitur, quod peccatum Iudæ scriptum stylo ferreo, in vngue adamantino: Ad similitudinem iudicis, qui scribit culpam; quæ tandiu seruat scripta, quandiu habet animum puniendi, sed si deponit animum, non seruat scripturam. Et sic scriptum stylo adamantino dicitur, quando peccatum non deletur. Et hoc est quod dicit: *dele iniquitatem meam,* id est, non impures mihi iniquitatem ad poenam. Etsia 53. *Ego sum, qui deleo iniquitates vestras.* Item ibidem 4. *Deleui vt nubes iniquitates tuas; & quasi nebulam peccata tua.* Amplius. Hic petit remoueri immunditiam culpæ. Homo qui habet mentem bene dispositam, plus abhorret immunditiam culpæ, quam aueritatem poenæ: & ideo dicit: *Amplius lauame.* q. d. Peto vt deleas poenam: sed amplius peto; quod mundes maculam. Vel amplius laua, quam ego intelligo. Hæc S. Thomas in Psal. 50.

37 Tertio, si per diuinam reuelationem quis esset certus sibi esse dimissa delicta quoad culpam, & poenam, adhuc posset poenitere, & conteri de illis. Sicut patet de Apostolis Petro, & Paulo, & Magdalena, Augustino, & alijs sanctis, quibus constat reuelatam fuisse perfectam suorum peccatorum remissionem. Et tamè de Apollolo docet S. Thomas 3. p. q. 84. art. 5. ad 2. quod poenitentia interior habet locum etiam in viris perfectis. Vnde & ipse Paulus dicebat, 1. Corint. 15. *Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.* Et de Magdalena de qua dicit S. Thomas 3. p. q. 86. art. 5. ad 1. quod Deus quandoque tanta commotione conuertit cor hominis, vt subito perfecte consequatur sanitatem spiritualem, *Non solum remissa culpa, sed sublati omnibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena Lucia 7. Quod late defendimus illa q. 86. dub. 8. §. 2. Et tamen triginta annis in cremo poenitentiam egit.*

Similiter Petrus sola gratiosa respicientia Iesu fleuit amare, & delicti veniam consequutus est, vt indicant illa verba Lucae 22. ver. 6. *Et conuersus Dominus, respexit Petrum: Notanteque S. Amb. lib. 10. in Lucam: ab illis verbis: Quos Iesus respicit, plorant delictum.* & S. Chrysost. in Math. 26. & S. Leo ser. 3. de Passione Et serm. 9. efficaciam lacrymarum commendat dicens. *Felices, o Apostole Sancte lachrymarum, quae ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis: & tamen notum est, quod ex S. Clemente Romano refertur, quod tam alte in eius animo eius delicti dolor sedit, vt toto vitae suae tempore, quoties gallum cantantem audiret, procidens ingenua lachrymas funderet, & peccati sui peteret veniam. Et Ludolphus Carthusianus 2. p. vitae Christi cap. 60. refert, quod facies eius videbatur adusta ex fluxu lacrymarum: & semper in sinu suo sudarium portabat, quo crebro fluentes lachrymas tergebat: quia quodcumque gallum cantantem audiebat, & quodcumque denegationem Christi recolebat, amarissime flebat, tam pro peccato negationis; quam pro dulcedine amoris Domini.*

38 Item de S. Augustino Possidius in eius vita cap. 31. refert quod Psalmos poenitentiales *lancens in lecto contra parietem positos diebus suae infirmitatis intuebatur, & legebat: & ingiter, ac vbertim flebat* Idemque facile comprobari posset aliorum sanctorum exemplis. Et propter hoc S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. q. 1. ait: *Quia enim homo peccando poenam aeternam meruit, & contra aeternum Deum peccauit; debet, poena aeterna in temporalem mutata, saltem dolor in aeterno hominis, id est, in statu huius vitae remanere. Et propter hoc dicit Hugo de S. Victore, opusc. de potestate ligandi, atque soluendi, quod Deus absolvens hominem a culpa, & poena aeterna, ligat eum in titulo perpetuae detestationis peccati.* Haec S. Thomas. Additque Petrus Soto lec. 13. de poenit. §. Secundo etiam, relata hac S. Thomae doctrina. Vbi etiam non est omitendum, quam vane, & stultissime haeretici clamant contra Theologos, quod ad certum tempus contrahant poenitentiam: quae totius vitae esse debet. Cum tamen aperte Magister, & omnes de hac re loquantur, & doceant: quandiu in hac vita sumus, nunquam non descendos esse errores, quibus retardati sumus, aut impediti, &c. Imò de illis, qui sunt in Coelo, inquit S. Greg. lib. 4. Moral. circa finem,

Beati peccatorum recordantur, sicut nos esse sanis sumus, dolor enim memoramur sine dolore. Et S. Thomas 3. p. q. 84. art. 8. ait. *Displicentia dolorem causat in eo, qui est susceptus doloris, qualis est homo in hac vita. post hanc vitam sancti non sunt suscepturi doloris. Unde displicebunt eis peccata praeterita sine omni tristitia, secundum illud Isaia 65. Oblivioni tradite sunt angustiae priores.*

39 Denique rationem assignat Lugo disp. 3. sec. 1. n. 15. nam dimissio vel condonatio peccati non tollit quod qui commisit possit velle non fecisse illud peccatum, ne offenderet Deum; sicut etiam post vulneris, vel morbi curationem, potest esse dolor de causa data vulneri, vel morbo contrahendo. Potest etiam velle satisfacere, & compensare pro illo, *vt ex alio, & alio titulo extinguatur.* Hoc enim videtur commune aliis virtutibus, vt possint suo debito satisfacere, vel adaequare, vel abundanter v.g. *gratitudo* potest velle retributionem maiorem, quam exigeret beneficium acceptum sicut obedientia potest velle audire duo Sacra, vt satisfaciat abundantius praepro audienti Sacrum: *iustitia* item potest velle tribuere infamato honorem, plus quam exigeretur ad tollendam infamiam. Aliud enim est ad quid virtus obliget, & quod est necessarium ad intentum illius: aliud vero ad quid perfectio illius virtutis moueat. Obligat quidam iniustitia, v.g. ad retributionem honoris: aequalis cum infamia illata; mouet vero perfectio iustitiae ad maiorem honorem retribuendum: sicut Zachaeus, qui si quenuquam in aliquo defraudaberat, reddebat quadruplum. Ita poenitentia non obligat, nisi ad extinguendum adaequate debitum peccati: atque ideo extrinseco debito per condonationem, cessat obligatio compensandae: at vero potest perfectio poenitentiae mouere adhuc ad abundantioris satisfactionem exhibendam. Quare, quoad hoc, differt ille, qui non peccauit, ab eo, qui peccauit, licet peccatum sit iam omnino ablatum: nam ille primus non potest poenitere ob defectum obiecti poenitentiae; hic vero secundus, licet iam non habeat debitum obligans; habet tamen titulum, pro quo possit abundantius; & perfectius satisfacere: sicut etiam Christus pro nostris peccatis satisfecit abundantius, quam necessitas exigeret. Haec Lugo. Sequitur Auerfa q. 2. sec. 7. §. Quarto. An vero consequenter, hanc doctrinam ad aliud intentum de reuulscencia meriti

torum, traditam à Bañez, impugnent tam acriter idem Lugo disp. 11. sec. 2. n. 26. & Auerfa q. 6. sec. 4. alijs examinandum relinquo. Nos, qui q. 89. diximus illam doctrinam certissime admittendam in praemio meritorum Christi: esse valde probabile poenam damni physice esse, & consistere in indiuisibili, & solum moraliter ex causa, seu ex peccatis, propter quae infligitur variari: nec esse improbabile illud de correspondentia eiusdem praemij duobus titulis: sicut de facto docemus plures actus remissos vno praemio praemiari, quia plus sibi non debetur, quia fuerunt dispositiones remotae, facile solutionem relatae, & satis consequenter approbamus. De alijs vero actibus poenitentiae, quos, omnino ablata culpa, exercet in patria agit D. Thomas in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 3. & nos iam explicuimus 3. p. q. 85. dub. 7. conc. 3.

40 Sed instabis. Si de peccatis iam certo dimissis potest esse poenitentia, & contritio, vt alio, & alio titulo extinguantur; ergo post Baptismum potest quis poenitentiam agere de peccatis mortalibus ante Baptismum commissis, & per Baptismum dimissis, vt contritionem, & poenitentiam Baptismum subsequente alio titulo extinguantur: quia est assignabilis discriminis ratio. Id autem concedere est absurdum: alioquin post Baptismum posset immediate de solis peccatis ante Baptismum commissis confiteri vt alio titulo extinguantur Quod repugnat sanae doctrinae Theologorum omnium docentium materiam confessionis sacramentalis esse solam peccata post Baptismum commissa.

Respondetur concedendo primam sequelam, quam non solum conuincit argumentum: sed exemplum Apostoli, qui post Baptismum confirmatus in gratia, nunquam mortaliter deliquit: & tamen mortalium praecedentium conuersione, & Baptismum, poenitentiam agebat, & contritionem habebat. Pariterque Magdalena, & Augustinus, vt ex libris confessionum, ex Possidio, & alijs vitae eius scriptoribus constat, gratiam Baptismalem non amisit: & vsque ad mortem *ingiter, ac vbertim flebat*, nempe dicens illud: *Delicta iuuentutis meae & ignorantias meas ne memineras.* Negando autem parem esse rationem de eorum confessione: quia pro istis non est institutum Baptismi Sacramentum: vt docet Trid. ses. 14. cap. 1. & 2. Tum quia non dum baptizati non sunt intra Ecclesiam. Tum quia solum

est secunda tabula post naufragium. Tum quia nulla est necessitas Baptizati qui non peccauerunt poenitentiae: quia *non profusus efficiuntur creatura, &c.*

§. VII. proprie & rigorose contritio non est de solis imperfectionibus.

41 **D**ico sexto, proprie, & in rigore loquendo, nec poenitentiae actus, nec contritio potest esse de solis imperfectionibus. Videntur supponere D. Thomas, & Theologi communiter, qui tradunt maiorem, & minorem discursus, quo probatur in forma ista. Non est proprie contritio, nec actus poenitentiae, vbi non est peccatum mortale, vel veniale, vt ostensum est ex D. Thoma 3. p. q. 84. art. 2. ad 3. & tota q. 85. & in 4. dist. 17. q. 2. art. 2. per sex quaestiuiculas: & patet hoc dubio quinque antecedentibus conclusionibus. Sed imperfectiones, pro vt nunc de eis loquimur, non sunt peccata, nec mortalia, nec venialia: alioquin de eis non oporteret specialiter agere. Ergo proprie, & in rigore de imperfectionibus non est poenitentia, nec contritio. Caetera patet, si probemus minorem: quae tamen ex sola vocis notione est manifestata: de qua nulla est dissentio inter recentiores Theologos. Et antiqui aequiualentibus terminis supponebant dicentes sola peccata esse contra, vel praeter praeccepta, reliqua vero esse omissiones consiliorum, in quibus nullum est peccatum. Rationemque assignat D. Thomas 1. 2. q. 108. art. 4. nam *haec est differentia inter consilium, & praecceptum, quod praecceptum importat necessitatem: consilium autem in optione ponitur eius cui datur.* Ideoque notat ad 1. quod Dominus dans consilium perpetuae paupertatis Matthaei 19. praemittit: *Si vis perfectus esse.* Similiter dans consilium perpetuae castitatis, eodem capite ait: *Qui potest capere, capiat.* Et similiter Apostolus 1. ad Cor. 7. praemisso consilio virginitatis dicit. *Porro hoc ad visitationem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam.*

42 Probant autem, ultra alios, Patres Salmanticensis, 1. 2. q. 88. tract. 13. dist. 19. dub. 1 n. 9. quod imperfectiones communiter vocantur à Theologis illi actus, qui licet sint moraliter boni (cum non dentur indifferentes in indiuiduo; & suppo-

ponimus quod ex fine, & alia circumstantia non vitiantur) non tamen in eo gradu, quem perfectionis studium ad eius profectum requirit: & quem de virtute huius in particulari ad perfectionem accurate rendentis, vel in ea constituti, prudens opinio sperat. In quo, quamvis nulla lex, stricte, & in conscientia obligas violenter pratermittitur, tamen lex, quaedam decentia, & congruitatis, qua illos, qui virtuti student, obstrictos intelligimus ad meliora sectanda. Et hæc est imperfectio, quæ opponitur consilij; nõ vero præceptis. Quare dicendum est talem imperfectiõnẽ absolute esse actũ bonum, & non malum, neque indifferentem: & consequenter posse esse vitæ æternæ meritoriu. Non tamen communiter laudatur, aut consulitur: quia laus, vt ait D. Thomas super Psal. 17. est sermo dilucidans magnitudinem virtutis: Vnde ipsa, & consilium respiciunt opera perfectiora. Neque etiã vituperatur vt aliquid culpabile. Quamvis in viris spiritualibus, quasi minus decens eorum studio, non nihil reprehendatur: quæ reprehensiones potius sunt exhortationes ad perfectiora, quam veræ in erepationes, aut vituperationes. Hæc ibi. Potest præterea origo, & proprietates huius vocis de sumi ex eo, quod Apostolus ad Colos. 3. dicit quod *Charitas est vinculum perfectionis*, & S. Thomas 2. 2. q. 184. art. 1. & q. 134. art. 3. & sapissime alibi, docet, quod *secundum charitatem specialiter attenditur perfectio christiana vitæ*. Quæ est doctrina S. August. loc. cit. q. 86. & lib. 83. quæst. in 46. S. Greg. hom. 5. in Euang. & aliorum Patrum frequentissima. Quo ergo aliquis actus magis appropinquat, & magis conducit, vel adducit, charitatem; est & dicitur magis perfectus. Imperfectus autem *privatiue simpliciter*, qui contrariatur directe, vel indirecte charitati: & hoc est peccatum mortale: Imperfectus autem *privatiue secundum quid*: qui est præter ordinem charitatis. Imperfectus autem negatiue quoad legem, & quasi *privatiue quoad conducendam*: Sunt isti actus, qui non sunt peccata mortalia; nec venialia; & quia omittunt consilium, vel inspirationem, vel feruorem; non sunt contra nec præter id quod charitatis perfectio exigit; & tamen perfectionem non auget, nec firmat, nec ex parte sua adiuvat ad conseruandum.

43. Potestque discursus confirmari: quia si sæmel admittitur, quod omissiones, seu imperfectiones istæ, etiam quana-

do notum est nullum interuenire peccatum mortale, aut veniale, sunt materia actus penitentia, & contritionis, non est cur non admittatur quod sunt materia confessionis sacramentalis: quia cordis contritio includit votum oris confessionis. Id autem concedere est manifestum absurdum: quia in illo, qui nunquam peccauit mortaliter, aut venialiter, & aliquas haberet imperfectiones (*quia solum in patria perfectè implebitur præceptura dilectionis Dei*, vt ex S. Aug. lib. de perfectiustitia, docet S. Thomas 2. 2. q. 44. art. 6) falsificaretur absolutio à peccatis: cum nulla haberet. Ergo licet de imperfectionibus possit esse displicentia, & detestatio, & odium: non tamen penitentia, & contritio.

44. Contra hanc conclusionem tenent Lugo disp. 3. sec. 1. n. 10. & 11. & Auerfa q. 2. sec. 7. §. nono. Eorum formalia propono verba, quibus eorum argumenta explicantur. Lugo ait: Cæterum adhuc videtur: *Penitentiam exercere posse aliquem odij actum circa has imperfectiones, quasi circa oppositas, saltem mediate, cum Dei pace, quam conseruare intendit*. Nam licet propter ipsas non auertatur positiuè ab homine, vt ita dicam; auertitur tamen quasi negatiue, id est, minus conuertitur ad ipsum: & licet non irritetur positiuè ad puniendum; tamen deobligatur ad danda auxilia efficacis, & vberiora: quæ negatio licet non sit positiuè, & in rigore poena, est tamen quasi indirecte propter imperfectionem, quasi propter remouens prohibens; & ita illa imperfectio videtur indirecte disponere ad culpam, quæ ex negatione auxilij efficacis consequitur. Quare sub hac ratione potest odio haberi a penitentia, tanquam dispositio remota inducens indirecte culpam, & offensionem Dei: & sub ea ratio ne potest virtus penitentia vitare imperfectiones, & ab illis accurate cauere.

45. Hinc etiam intelliges, quo sensu penitens petat à Deo veniam harum imperfectionum, & curet etiam pro illis satisfacere non enim ideo petit veniam, quia supponat Deum positiuè iratum: sed quia existimat Deum negatiue auersum, hoc est, minus conuersum manere ad specialia beneficia, quæ alioqui benigne conferret: ideo curat penitens satisfacere, & obsequijs compensare, quod per negligentias perdidit de beneuolentia Dei, & eius sibi animo conciliando, vt habeat sibi Deum in eo statu, in quo

fuit.

fasset, si non imperfecte, & negligenter, sed perfecte, & exacte in eius obsequio se gessisset: *Quod totum cadere potest sub motiuo penitentia, vt dixi*. Hæc Lugo.

Sequitur Auerfa dicens. At tamen bene potest homo simpliciter de ijs dolere, & penitere se eos commississe, id est, non fecisse supererogationis actus, quos poterat: potest proponere ab ijs defectibus abstinere, id est, facere tales oppositos actus. Idque tum ex motiuo singularum virtutum, in quarum materia cadunt: Tum ex motiuo proprii boni spiritualis sub virtute spei, seu dilectionis sui: Tum ex motiuo placendi Deo sub motiuo charitatis. *Tum etiam ex motiuo penitentia specialis*: Ex quo potest sane quis proponere bona opera supererogationis facere; & dolere se non fecisse, ad hoc vt cautior sit ad vitandas diuinas offensas, ad hoc vt abundantiora auxilia obtineat, ac recipiat à Deo pro vitandis diuinis offensis. Hæc ibi.

46. Facile respondetur, si secernamus prædicata essentialia ab accidentalibus; ea, quæ conueniunt per se, & intrinsicè, ab illis, quæ per accidens, & concomitanter, & extrinsicè solent in individuo coniungi. Nunc loquimur (vt Theologos docet) de imperfectionibus essentialiter sumptis, prout non sunt peccata mortalia, nec venialia; sed solum minus proportionata, hæc, & nunc cum fine perfecto, quem iste intendit, & practice potest cū diuinæ gratiæ consueto auxilio assequi. De quibus meris imperfectionibus ipse Lugo n. 9. dicit esse certum non esse materiam sacramenti penitentia; non reddere Deum positiuè auersum ab homine; quia vbi non est culpa, non est Dei indignatio, non est turbatio pacis, non est retractatio illarum vt offensarum Dei.

47. Ex his, quæ de istis imperfectionibus dicit certa, probò quod ea, quæ retulimus ex duobus numeris sequentibus, sumpta in rigore, & proprietate Theologiæ, sunt falsa: Deus enim nihil odit eorū quæ fecit; & vbi culpa non est, nec negatiue auertitur, nec deobligatur ad danda auxilia: hæc enim esset poenarum maxima, quia ex eo quod relinquitur sine auxilijs, malum operamur: quia perditio nostra ex nobis, & in Deo auxilium nostrum sine quo nihil boni possumus facere. Nec imperfectio disponit nec indirecte ad culpam; licet comparatiue ad magis perfectum, deficiens videatur: nec inducit offensam Dei: cum enim in individuo

non detur actus indifferens: & supponamus, quod omittit opus supererogationis, vel elicit actum minus perfectum ex fine bono; illa imperfectio est quid bonum, imò, & potest esse supernaturalis, & meritoria vitæ æternæ: & ideo in illo minori profectu, nullomodo auertitur à Deo, nec eum deobligat, nec remote, nec indirecte inducit culpam.

48. Loquendo vero de his, quæ solent accidere tepide, & sine favore, & imperfecte operantibus, fatemur, quod miscentur multa venialia peccata: accidunt, in constantia, ingratitude, in vanum auxilia gratiæ Dei recipiuntur, propter quæ indirecte disponunt vt illis careant, & non proficiant, & gratiam perdant. Ratione assignat S. Greg. 3. p. Pastoralis cap. 35. dicens, *In hoc mundo humana anima quasi mori nauis est, contra iectum fluminis contendens, quæ vno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur*. Hinc per Salomonem dicitur *Prou. 18. Qui mollis, & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis: quia videlicet, qui capta bona disperse non exequitur, dissolutione negligentia manuum destruentis imitatur*. Hinc illud axioma Sanctorum Patrum: *In via Dei stare, retrocedere est*. De quo S. Greg. etiam hom. 3. in Ezeq. & S. Bern. ser. 2. de Purific. in fine. S. Thomas 2. 2. q. 24. art. 6. Ideo que Apost. 1. ad Cor. 16. instantanter monet. *Vigiliter agite, & confortamini*. Hebræos 12. *Remissas manus, & soluta genua erigite*, id est, torporem, & negligentiam excutite. Tritumque illud Apoc. 5. *Sed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo*: Exponit S. Ambros. ser. 2. in Plal. 118. dicens. *Aperte negligentiam grauiori damnat iudicio, quam imprudentiam*. Quæ & alia multa, quæ obuia sunt in Scriptura, & Patribus, procedunt contra inertes, otiosos, & negligentes culpabiliter: Et propter hæc venialia, diximus q. 85. art. 2. & iterum dicemus, quod recte faciunt, qui de his negligentijs se accusant, vt sacramentaliter absoluantur: De illis vero, qui meras exercent imperfectiones, vel actus minus intensos, quam habent habituales virtutes, hæc non militat: quia vt ait D. Thomas 2. 2. q. 24. art. 6. ad 3. *In via Dei procedit aliquis, non solum dum ab actu charitatis eius auertitur, sed etiam dum disponitur ad eius augmentum*: Dispositione proxima, vel remota, actu, vel aptitudine. Manet ergo certum, specialiter actum penitentia, & contritionis

nis

nis pro materia non habere, nec posse versari circa meras imperfectiones: licet de istis charitas, & propria virtus, & ipsa poenitentia possit poenitere, & dolere, & tristari: quia per opera supererogationis, & actus feruentiores virtutum, non tam expedite currit, ut vult, nec tan cito satisfacit, ut desiderat: quia iam explicui mus q. 85. cum D. Thoma ar. 3. ad 4. quod *Poenitentia comprehendit quodammodo ea, quae pertinent ad omnes virtutes: vel imperando, vel in compensationem offerendo, vel sine quibus non est perfecta; ut actus fidei, spei, & charitatis, & prudentiae: quia sine his non complete disponit ad iustificationem; nec est virtus moralis infusa.*

DVBIVM QVINTVM.

Vtrum de singulis mortalibus culpis requiratur singularis contritio?

6. I. Status quaestionis declaratur & tres sententiae proponuntur.

Questio haec (ut inquit Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 3.) est, & cognitu necessaria, propter usum poenitentium; & decisu non facilis, propter opinionum obscuritatem. Ob id igitur non nihil eget meditationis.

Notandum ergo, quod potest dici specialis, aut singularis contritio, vel singularitate actus, ita ut cuilibet peccato mortali specie, vel numero distincto, debeat, vel necessitate medijs, vel necessitate naturalis, & diuini, aut humani praeccepti correspondere vna contritio: ita ut si decem fuerint mortalia peccata, debeant esse decem actus contritionis, & si fuerint mille, totidem debeant esse actus peccatoris ut iustificetur. Vel potest dici specialis contritio, quia ex parte obiecti, non tantum detestatur communem rationem offensae Dei, & auersionis ab eo; sed etiam detestatur speciem, & circumstantias, & indiuiduationem huius peccati.

Supponuntque omnes, id quod notant Caietanus in fine q. 2. & Petrus Soto in 1. c. 13. de poenitentia, quod non curantur

de modo, hoc est, an formaliter, vel virtualiter, certum est esse necessarium sub contritione comprehendi omnia peccata mortalia commissa, eo quod ut proficua sit contritio, ita debet esse omnium, quod nullum relinquatur quod placeat, ut demonstrat S. Thomas 3. p. q. 86. art. 6. Itaque ad omnia debet extendi, vel formaliter, vel virtualiter, vel explicite vel implicite. Vnde nisi sit sub motu vniuersali, quod se extendat ad omnia, non iustificabitur: quia nec vere erit contritus.

2. Secundo notat Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 4. q. 2. quod sic intellecta quaestio, dupliciter examinanda est. Primo de Contritione relata ad Sacramentum poenitentiae; deinde de contritione absolute: multum enim refert sic vel sic loqui: quoniam contritio relata ad Sacramentum poenitentiae, sub euangelica lege incipit: contritio autem absolute, post Adae peccatum, & ante scriptam legem, & sub lege Moysi, omnibus peccatoribus necessaria fuit. Vnde in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. dicitur. *Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.*

3. Tertio notandum cum Suarez dist. 4. sec. 6. n. 8. tribus modis intelligi posse hanc recogitationem distinctam omnium peccatorum requiri ad contritionem. Primo, quod tota actualis consideratio, & distincta de singulis peccatis sit in intellectu in eo instanti, in quo voluntas elicit contritionem. Secundo, quod saltem ipsa praecesserit antequam eliciatur contritio. Tertio, quod si non praecesserit, saltem post contritionem faciendam sit: & consequenter quod de hoc habeatur votum, seu propositum, in contritione ipsa inclusum.

4. Certum est (& ab omnibus Theologis admittitur) quod singulis peccati-mortalibus non debent respondere totidem contritiones, tanta distinctione reali distinctae; quanta fuerint distincta peccata. Quod probat Caietan. illa q. 2. §. *Ad huius evidentiam*: quoniam nec quoad actum displicentiae; nec quoad actum confessionis; nec quoad actum satisfactionis oportet multiplicari actus poenitentiae iuxta multitudinem actuum peccatorum. Vnicuique siquidem satisfactionis actus potest satisfacere pro multis mortalibus commissis. Et similiter vnica enunciatione potest quis simul confiteri mille mortalia; dicitur *Petrus similiter*. Et similiter vnica dis-

placencia potest respondere mille peccatis, non minus quam confessio, & satisfactio. Tum quia *ridiculus est* ita velle adaequare numerum contritionum numero peccatorum, tanquam in multitudine actuum, & non in perfectione potius actus consistat virtus; quasi non possit vna perfecta displicentia aequivalere decem millibus imperfectis: quum tamen etiam insensibilibus videamus, quod vnum numisma aureum aequialet mille aereis. Haec Caietanus. Qui idem dicit 3. p. q. 87. art. 1. §. *Cum autem*. Qui cum oppositum dicat *ridiculus*, mirum est quomodo ei tribuatur a Suarez n. 2. dicente. Itaque in hoc nullum est dubium; quamuis Syluester, & Angelus verbo Contritio & ver. Poenitentia requirant saltem singulas attritiones singulorum peccatorum. Et Caietanus etiam in ordine ad confessionem illas requirat. Sed Syluester, & Angelus solum referunt verba D. Thoma: de cuius mente postea Caietanus expresse prius de multiplicatione actuum absolute respondet negatiue. Postea distinguens de contritione secundum se, & de ea in ordine ad Sacramentum; loquitur de determinatione distincta ex parte obiecti, qua vnus sit vna ex parte actus. Argumenta, quae Caietano opponit Catherinus, lib. 5. contra ipsam not. 4. procedunt ex sinistra interpretatione, vel ex non penetrata eius mente; & ideo omitenda, vel contemnenda censui. Eodem modo intelligitur Ludolphus Carrus. 1. p. de vita Christi cap. 20. Vnde male oppositum ei tribuit Vazquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 7. numero 1. Nullus ergo inuenitur Theologus, qui dictum praesuppositum expresse negauerit, & asseruerit ad remissionem peccatorum esse necessarias tot contritiones quot praecesserunt peccata mortalia.

5. Loquendo autem de possibili, Soto illo art. 3. §. *Subsequitur ergo*, cum retulisset, quod Caietanus ait, *hoc esse ridiculum*: subiungit. Sed primum ad hoc respondetur non esse vsque adeo ridiculum. Etenim quamvis dolores, & tristitia, quae sunt passionis, tot sigillatim elicere, & numerare, vix sit in hominis facultate: isti tamen dolores, ut dictum est, non sunt de essentia poenitentiae; sed sola detestatio, quae est actus voluntatis. Et istas habere plures, & diuisas singulorum peccatorum, non est impossibile. At tamen crediderim, neque has esse prorsus necessarias. Tamen si consultum fuerit, si quis

in tempore illas conetur elicere. Haec ibi.

6. Relinquuntur ergo de principali puncto solae tres Theologorum sententiae. Prima absolute negat ad contritionem secundum se exigere, quod terminetur ad singula mortalia; sed ad iustificationem sufficere generalem contritionem virtualiter se extendentem ad omnia mortalia. Ita Caietanus illa q. 2. Probans primo, ex D. Thoma in 4. dist. 17. q. 2. art. 2. q. 6. & alij Doctores ibi, & verbo *Contritio* antiqui Summistae, cum Angelo, & Syluestro, & Durando tenent, sufficere posse singulorum mortalium attritiones, vnam contritionem in generali. Ex quo habetur, quod licet aggregatum ex contritione, & attritione, seu attritionibus, terminetur ad singula mortalia in se ipsis ipsa tamen contritio non terminatur ad singula mortalia in se ipsis, seu formaliter: sed tantum virtualiter; sicut non formaliter, sed virtualiter tantum claudit in se attritiones; & ideo dicitur generalis contritio.

7. Et ratione probatur: quia in instanti fit iustificatio impij, & conuerti potest peccator ad Deum: scriptum est enim Ezeq. 18. *In quacumque bona ingenuerit peccator, &c.* Recogitatio autem peccatorum, praecipue, si multa sunt, & longo tempore commissa, & non parum temporis exigit. Nec sufficit dicere, quod poterit iustificari in instanti: sed hoc erit ex voto habendi postea recogitationem specialem, & contritionem singula mortalia respicientem. Non sufficere probatur: Tum quia voluntarie asseritur: quia modus iste dicendi, nec ex Sacra Scriptura; nec ex sacris Doctoribus habetur, & communi sententiae superius recitatae aduersatur.

Tum quia si contritio perfecta virtualiter remittit peccata ut tendens in contritionem perfectam formaliter; sequeretur quod post omnes attritiones in speciali subsequuta vna contritio generalis perfecta virtualiter, non sufficeret ad salutem: quoniam exigeretur quod post generalem contritionem perfectam virtualiter, sequeretur contritio specialis perfecta formaliter. Si enim perfecta virtualiter fert secum propositum perfectae formaliter, oporteret post illam hanc exequi: cuius contrarium pro certo habemus. Haec Caietanus.

8. Videtur sequi Petrus Soto lec. 13.

de poenitentia circa finem; quamvis dubius: nam subiungit. *Et forte ad illam foret aliquando necessarium etiam singula cogitare, ut cordis integre contriti sacrificium Deo offeratur.* Magis assertive Victoria in summa n. 116. de poenitentia. Martinus Ledesma 2. p. Quarti q. 16. art. 6. Petrus Ledesma cap. 6. de poenit. conc. 5. & 6. Ioannes à Cruce q. 2. de contrit. dub. 2. conc. 3. Candidus disq. 24. art. 14. dub. 2. conc. 5.

Tenentque Maior, Vega, & Nauarrus quos refert, & sequitur Suarez disp. 4. sec. 6. Vazquez illo dub. 7. Lugo disp. 5. sec. 7. n. 90. & alij multi, quos referunt, & sequuntur Bonacina q. 5. de poenit. sec. 1. punct. 5. & 6. & Aueria q. 2. sec. 9. Diana 3. p. tract. 4. resol. 118. Trullench lib. 4. cap. 5. dub. 3. & passim moderni. Probat sigillatim Suarez, in primis non esse necessarium, quod præcedat tempus iustificationis actualis peccatorum recogitatio: quia nullum est principium positum, aut naturale ex quo colligi possit id esse necessarium: quia optime potest esse formalis poenitentia, etiam si talis recogitatio non præcesserit: quia sufficit detestari omnia peccata propter Deum, etiam si distincte de illis non cogitet. Et etiã, quia si recogitatio solum requireretur præcedere, in instanti contritionis iam non maneret in intellectu, nisi quædam confusa representatio, & memoria peccatorum omnium: ergo si hæc eadem præcessisset ante recogitationem, ad contritionem habendam suffecisset. Secundo probat non esse necessarium ut hæc recogitatio habeatur cum ipsa contritione actualiter, & simul in eodem instanti: Tum quia id expresse docet D. Thomas q. 28. art. 5. ad 3. & 4. Tum quia actualis representatio omnium peccatorum sæpè est humano modo impossibilis; quia multitudo, & varietas peccatorum sæpè est multiplex: & ideo non potest intellectus humanus simul ad omnia illa distincte attendere.

9 Tertio probat, quod nec per se ipsa iustificatione in contritione vera continetur votum explicitæ recogitationis: & ideo recogitatio distincta peccatorum ut in re ipsa subsequens iustificationem, non est per se necessaria, quamvis interdum exigatur propter aliquam obligationem implendam, quæ in futurum penderet. Quia de tali necessitate non extat præceptum iuris naturalis: ex nullo enim principio necessaria consequitur.

ne inferitur: ergo non erat de necessitate poenitentia: ut sic. Neque erat in statu legis naturæ, in quo tantum erant præcepta connaturalia gratiæ. Neque etiam ex Scriptura habetur: nam testimonia, quæ citantur, vel solum continent exempla, & facta Sanctorum: qui non operantur solum quod necessarium est, sed etiã quod est melius. Vel continent solum præceptum detestandi omnia peccata: quod seruari potest sine tali recogitatione, sicut & alia præcepta.

10 Nihilominus opposita sententia videtur expressa D. Thomæ 3. p. q. 87. art. 1. dicentis. *Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis perfectior poenitentia, ut scilicet homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur quantum in ipso est, ut scilicet, diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur.* Nec D. Thomas in isto articulo, & questione agebat de Sacramento, nec de remissione, quæ in illo fit: sed de ipsa poenitentia secundum se. Pariter 1. 2. q. 113. art. 5. ad 3. ait, quod *in tempore præcedente iustificationem, oportet quod homo singula peccata, quæ commisit detestetur, quorum memoriam habet: & ex tali consideratione præcedenti sub sequitur in anima quidam motus detestantis uniuersaliter omnia peccata commissa; inter quæ etiam includuntur peccata obliuioni tradita.* Certum est autem, quod prima secundæ non agit D. Thomas de iustificatione, quæ fit in Sacramento, de quibus agit 3. p. Idem docet q. 28. de Verit. art. 5. ad 4. & in 4. dist. 17. q. 2. art. 2. q. 6. & dist. 21. in expositione litteræ. Innocentius Quintus, seu Tarantasia idem docet in 4. distinct. 17. de contritione ar. 2. q. 2. & 3.

11 Docuitque Aletis 4. part. quæst. 17. membro 3. articulo 8. §. 1. & 2. in edit. antiqua q. 69. membro 9. articulo 2. S. Bonavent. in 4. distinct. 16. secunda p. art. 2. quæst. 1. & 2. Richardus ibidem art. 4. quæst. 2. ait, peccata mortalia, aut sunt habenti nota, aut ignota. *De notis necessaria est poenitentia ad hoc ut remittantur de lege communi; non tantum in communi, sed etiam in speciali; si ad cogitandum de quolibet in speciali ad sit oportunitas proportionata infirmitati humane.* Quod ideo dico quod posset contingere quod peccator esset in tali periculo, quod quauis posset recogitare de quolibet in speciali; non tamen ad hoc haberet opportunitatē humane fragilitati proportionatā. Loquiturq; aperte de poenitentia.

nitentia secundum se. Sicut Ludolphus Carthusianus 1. p. Vitæ Christi cap. 20. dicens. *De singulari quippe peccatis mortalibus requiritur contritio singularis; diuersorum enim morborum diuersæ sunt medicinæ: sed contritio est medicina singularis contra vitium mortale: ergo non sufficit vna communitatis de omnibus peccatis: sed de quolibet mortali tenetur homo specialiter conteri, si habet distinctam peccatorum memoriam.* Non coartat ad confessionem. Sicut nec & Gabriel dist. 16. q. 1. art. 3. dub. 2. Et expresse Adrian. q. 3. de Baptismo in fine. Ioan. de Med. Cod. de poen. tra. 1. q. 3. Ruard. art. 5. contra Lutherum. Rhiliarch. to. 1. de officio Sacerdotis p. 2. cap. 20. Valent. to. 4. disp. 7. q. 8. punct. 6. con. 2. folio 1397.

Durandus in 4. dist. 17. q. 2. ad 1. & dist. 21. q. 3. n. 6. Paludanus dist. 17. q. 1. art. 2. conc. 5. Raynerius in Pantheologia to. 1. tit. 14. de contrit. cap. 4. ver. *Secundo dico*, referens D. Thomam, & Innocentium Quintum. Syluester verbo *Contritio* n. 5. Late, & ex professo Cano rel. de Poenit. parte tertia circa finem conc. 3. Ludouicus Lopez 1. p. Instr. conc. cap. 6. Franciscus Syluius in Addit. ad 3. p. q. 2. ar. 6. cõ. 1. Quos, & alios si Lugo legisset, non ad tres solos huius opinionis auctores coartasset. Quam, ut dicemus, tenent Soto, Nuño, & alij.

12 Explicat Cano dicens, se loqui, non solum de necessitate præcepti; sed etiam de necessitate finis. Sed hoc pacto, ut si distincte de omnibus doleri possit, de omnibus specialiter doleatur. Sin autem vel per angustiam temporis, vel per aliã causam, id fieri non possit, habeatur quidem animus, votumque, si facultas ad esset, specialiter, & distribute de singulis penitendi. Asserimusque (inquit) hanc non aliter requiri, ac rationem dati, & accepti à dispensatore. Quam quidem confessionem, & generalem rationem nemo arbitraretur distinctam, & specialem omnes existimarent necessariam.

13 Eius probationū summa, hæc est. Auctoritas lib. de vera, & falsa poenit. c. 14. & 17. & cap. 9. cuius verba referuntur de poenit. dist. 3. cap. sunt plures, & dist. 5. cap. 1. *Versum* (inquit) *puto, qui dolet de crimine, conuersum, qui dolet de omni eius, quæ exposuimus varietate*, S. Christi in fine primi lib. de compunctione cordis: & 2. libro, etiam circa finem hom. 4. de Lazaro circa finem. S. Greg. lib. 4. Moral. cap. 17. & lib. 8. cap. 16. Item probat ex illo Eisaia 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in*

amaritudine animæ meæ. Non autem esset opus ante acti temporis vitæ expendere in amaritudine animæ, si poenitentia generalis, & confusa sufficeret. Et David Psal. 76. ver. 7. *Et mediatus sum nocte cum corde meo, & excitabar, & sepebam spiritum meum.* Legit autem S. Aug. *Scrutabar spiritum meum, & ait: Se ipsum interrogabat, se ipsum examinabat, in se iudex erat.*

Rationes eius præcipuæ sunt duæ. Poenitentia exterior propter interiorē est: at exterior tam in lege noua, quam in veteri distincta, & specialis fuerit oportuit. Neque lex euangelica adstringit nos ut specialius de peccatis doleremus, quam in lege naturæ, vel scripturæ homines tenebantur. Solum instituit ut eandē poenitentiam ageremus apud Sacerdotem, qui locum Dei teneret in terris. Non igitur (quod quidam arbitrantur) contritio specialis propter confessionem exigitur. Sed è diuerso, confessio specialis propter contritionem.

14 Secunda ratio supponit doctrinam Con. Trid. ses. 14. cap. 5. de confessione docentis, quod Iesus Christus Sacerdotes constituit iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur: de quibus postea ait. *Obstat enim Sacerdotes, iudicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse: neque equitatē quidem illos in poenis iniungendis seruare potuisse, si in genere duraxerit, & non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarasset.* Non vitat Cano Concilium, quia Relatio illa fuit dictata Salmanticæ ann. 1548. Quod autem sit par ratio de discussione requisita ad contritionem, probat: omnis quippe iudex, cui iudicandi est auctoritas demandata, reorum delicta inquirere, atque examinare debet speciatim: ut iuxta culparum mensuram, sit, & poenarum moderatio. Quam obrem peccator in propria causa iudex effectus, nisi expendat delicta propria, nisi diligenter se ipsū interroget, & examinet, ut ex qualitate, & quantitate culparum, imponat sibi poenitentia modum, certe infidelis iudicij, imò iniqui poenas daturus est, apud æquissimum iudicem. Hæc naturæ ratio est, quis negat? Huic Sacræ litteræ cõsentit hanc Sancti Doctores insinuant: huius vim D. Thomas intuitus, tertiam illam conclusionē asseruit. Hæc, & alia Cano.

15 Videatur hæc vltima ratio indicata à D. Thoma 1. ad Cor. 11. lec. 7. exponens enim illa verba. *Quod si nos met ipsos diiudicauerimus in hoc sensu intelligit, id est, sed arguendo, & puniendo peccata nostra: &*

iudicando, discernendo. Sic aliquis debet iudicare se ipsum: & quantum ad opera præterita, & quantum ad futura: secundum illud Gal. ultimo. Opus suum probet unusquisque.

Rigorem extremam sententiarum volens moderari Soto dist. 17. q. 2. art. 3. duabus (quæ ad rem pertineant) responderet conclusionibus. Quarum prior est ipsa secunda sententia, quam ulterius probat. Nam contritio est motus conuersionis auersioni contrarius: sed per quodcumque mortale sit auersio: ergo quantum est de se quodcumque suam exigit contritionem.

Confirmatur ex doctrina D. Thome illa dist. 16. q. 6. ad 2. dicente. quod quamuis omnia mortalia conueniant in auersione: tamen differunt in causa, & modo auersionis, & quantitate elongationis a Deo: & hoc est secundum diuersitatem conuersionis. Vnde formatur ratio. Contritionem debemus admetiri grauitati peccati, sed peccata ratione suorum obiectorum, & circumstantiarum aggrauantur magis, & minus ergo quantum est ex natura rei debet esse singularum singularis.

Rursus probat priore ratione M. Cano: & meo videri est D. Thomæ in argumento Sed contra 2. dicentis. Contritio explicatur per confessionem: sed oportet singula peccata mortalia confiteri: ergo & de singulari conteri.

16 Subiungit Soto. Profecto arbitror conclusionem esse verissimam: sed adhibetur ei secunda eius moderatrix. Quando tempus non suppetit, aut commoditas non datur, & opportunitas, sufficit contritio generalis peccatorum in confuso, quatenus sunt offensa Dei. Probat: quia Deus nihil à nobis pro quocumque momento exigit, nisi quod tunc est nobis possibile. Cum ergo nobis tā subita peccatum recordatio non sit possibilis, quocumque momento peccator digito Dei tactus, dixerit: Peccavi: sufficit ei. Sed tamē hoc est quia illa momentanea, & generalis contritio propositum includit, pro tempore, & loco singularum poenitendi. Et hoc est conuerti in toto corde, quid quid auersionis in corde est inde extinguendo.

Aduertit autem S. Sed rogas, quod in iure naturæ, & in lege veteri teneretur data opportunitate & commoditate de singulari conteri, saltem antequam immineret grande periculum obliuionis. Sed tamen in lege euangelica, quoniam præscriptum est tempus confessionis semel

in anno, satis est tunc quantum ad vim præcepti specialem illam habere contritionem: nisi forsitan in articulo mortis.

17 Hæc tamen sententia in nullo differt à secunda, cum prima eius assertio sit ipsamet Auctorum huius proposita secundo loco sententia. Secunda vero, quæ dicitur moderatio, iam adhibita fuerat à Richardo, & Adriano, & Cano: & neminem ab illo dissentire compertum est: & Suarez n. 9. ait, quod de hoc fere nulla est dubitatio inter auctores. Vnde S. Th. q. 28. de Verit. art. 5. ad 3. ait, quod non est necessarium, quod aliquis in ipso momento iustificationis de hoc, vel illo peccato determinate cogitet: sed solum quod doceat se propria culpa à Deo esse auersum, vel absolute, vel sub conditione, &c. Et ad 4. iterum ait, quod omnia peccata conueniunt in auersione à Deo: ratione cuius gratiam impediunt: unde ad iustificationem non requiritur, quod in ipso iustificationis momento aliquis de peccatis singulari cogitet: sed sufficit quod cogitet de hoc quod per culpam suam est auersus à Deo. Quod autem per hanc doctrinam non faueat priori sententiæ, sed solum adhibeat moderationem secundam, & explicet contritionem includere votum detestationis specialis, manifestat subiungens Recogitatio autem singularum peccatorum, debet vel precedere, vel saltem sequi iustificationem.

§. II. Sententia D. Thomæ pro conclusione statuitur, & ab impugnationibus liberatur.

18 **A**mplenda ergo omnino verissima sententia D. Thomæ. Sed duo præmittenda sunt. Primum questionem hanc esse pure scholasticam, & solum utilem ad exercitum scholarum: quia est de fide, post institutam in noua lege necessitatem sacramentalis confessionis, ipsam contritionem, & poenitentiam, quæ quouis tempore erat necessaria ad obtinendam mortalium remissionem, non habere efficaciam, nisi ex voto sacramenti. Vnde in Trid. sess. 14. cap. 4. dicitur. Ipsam nihilominus reconciliationem ipsi. Contritioni, sine sacramenti voto (quod in illa includitur) non esse adscribendam. Hoc autem votum sacramenti, cum sit de confessione speciali singularum mortalium ut docet eod. cap. 5. absque dubio, per se loquendo requirit recogitationem omnium,

alium, & singularum: ut communiter auctores primæ sententiæ fatentur. Solū ergo est diffensio, an hæc recogitatio debeatur duplici titulo, & contritionis secundum se, & contritionis sacramentalis: nã Soto fatetur illo S. Sed rogas, quod solum obligat recogitatio quando est recipientum Sacramentum. Et Nuño Addit. ad 3. p. q. 2. art. 6. dub. 1. conc. 2. solum ait, quod præceptum contritionis obligat ad faciendum aliquod examen conscientie: non tamen requiritur illud rigorosum examen, quod requiritur ad Sacramentum confessionis: sed sufficit aliquale examē, quod possit mouere hominem ad habendum dolorem de peccatis.

19 Secundo præmittendum, quod si expendantur auctoritates q. 86. adductæ ad probandam necessitatem poenitentiae, & quæ infra specialiter adducuntur ad ostendendam necessitatem contritionis, illæ, recte expensæ, probant, per se loquendo, ad contritionem in omni euentu legis naturæ, scriptæ, & euangelicæ, requiri recogitationem specialem peccatorum quod ei conuenit triplici titulo, in rationibus conclusionis assigno: quia est perfecta medicina, conuersio ex toto corde: iudicium perfectæ confessionis. Medicus non sanat hominem abstractum ab indiuiduis: sed Petrum, & Paulum, in particulari. Et diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ: quia non sanat oculus, quod sanat calcaneum. Nec homines curarent, sed occiderent: si nescirent nisi unum remedium generale. Imprudens, imò & iniustus esset iudex si omnibus æqualem vindictam sumendam, vel infligendam imponeret. Cum ergo contritio sit perfectissimus actus poenitentiae, perfectissima conuersio, & vsque ad minima comminatio non est cur non exigit, per se loquendo, discussionem specialem, vel ad elicendam contritionem, vel ad plenariam satisfaciendum pro culpa dimissa quoad culpam, & remanente quoad reatum, vel alias peccati reliquias.

20 Illud non diffitemur, & libenter damus priori sententiæ, quod necessitas actus poenitentiae solum valet suppleri in casibus extraordinariis, recensitis q. 86. per actus formales dilectionis Dei, vel per aliquid eminentius. Necessitas autem cogitationis, & recogitationis specialis, vel ante, vel in ipsa iustificatione, vel post, ad meritum non solum suppleri posse actu eminentiori charitatis: sed etiam actu proprio contritionis generalis. Qua propter Cano immediate, post tertiam conclusio-

nem, sic ait. Sic vero explicata D. Thomæ sententia, haud sane intelligo cur viris doctis probari non debeat.

21 Quæ omnia vrgentissime confirmantur ad hominem, ex ipsis quæ aduertit Suarez (Imò videtur argumentum procedere simpliciter: quia nemo id negare valet) n. 12. dicens. Nunc enim etiã post contritionem generalem necessarium est distincte cogitare peccata, quia manet obligatio confitendi illa: quæ sine tali recogitatione impleri non potest. Sic ergo propter aliquam obligationem, quæ loquens habet in pura lege naturæ, potest interdum manere hæc obligatio. Triplex autem potest esse occasio illa. Prima, si restitutum aliquid sit. Quæ satis per se constat. Secunda, si sit aliqua occasio peccati tollenda. Vel in vniuersum aliquod necessarium remedium adhibendum ad præcauenda similia peccata: ad hæc enim tenetur homo ex vi contritionis: & nõ potest illa præstare sine consideratione specifica peccatorum. Tertia propter satisfactionem condignam peccatorum quoad reatum poenæ: hoc autem non est magis necessarium, quam sit ipsa satisfactio. Et hanc partem (inquit Suarez) damus alteri opinioni. Idem concedunt Auerf. in fine sec. 9. Conin. dist. 2. du. 3. à n. 80. & alij.

22 Sed reuera dant totum, quod intendit: imò plures titulos explicat necessitatis recogitationis explicitæ, quæ hucusque essent explicati. Quod sic vrgere. Faceret Suarez totum hoc continere contritionem in lege naturæ: & quod ad hæc tenetur homo ex vi contritionis. Licet autem obligatio implenda in futurum pendeat, radix obligationis nascitur ex natura contritionis: & ex natura iustificationis: quia nõ remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: & contritio est detestatio cum proposito emendæ, & omnis penitentia est aliqua satisfactio pro culpa, & radix elicendi, vel imperandi satisfactionem pro poena. Ergo nõ solū titulo confessionis, sed ex natura contritionis: & quæ ex ea conaturaliter dimanat, & per se cõcomitatur eã in omninistatu, est obligatio recogitandi singularum mortalia. Vnde S. Chr. ho. 9. ad Hebr. circa finem ait. Si quis recognoscat se peccasse, & nõ ad singulas species descendat, nõ quæ cessabit. Vbi ad emendam infuturum exigit recogitationem præteritorum. Pariterque hom. 46. ad populum. Et simul pro eorū detestatione, & pro castigatione, & satisfactione faciendâ Deo, exigit S. Amb. quæ do præfat. in Psal. 27. definit poenitentiam

esse *Commemorationem delictorum, vt eam vnusquisque in se castiget, & contemnat.* Vehementer etiam displicet illa euasio, quam testimonijs Scripturæ adhibet Suarez n. 11. dicens, quod solū continent exēpla, & facta Sanctorum, qui non operantur solum quod necessarium est, sed etiā quod est melius. Eodem modo respondet Vazquez illo dub. 7. n. 11. & 17. & Lugo n. 91. Et Coninch n. 79. & Auerſa ad 1. & alij.

23 Sed solutio hæc placere non potest attendi, quod Concilium Tridentinum hæc, & similia testimonia, opponit Lutheranis dicentibus contritionem solum esse cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum: ad probandum quod contritio continet odium vitæ malæ præteritæ: ad quæ facile possent respondere contineri ibi exempla, & facta Sanctorum, nullum verò verbum esse ibi præceptiuū. Sicut ergo illa responsio ibi rejicitur vt hæretica: quia ex exemplis, & factis Sanctorum, relatis in Scriptura, explicantur præcepta naturalia, & diuina, quæ à nobis sunt, eorum imitatione implenda. Ita pariter in suo gradu nos argumentamur de necessaria peccatorum recogitatione. Cuius argumenti efficacia melius percipietur relatis verbis Concilij Trid. ses. 14. cap. 4. dicentis. *Et certe, qui illos Sanctorum clamores considerauerit.* Psal. 50. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* Psal. 6. *Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum.* Ilaiæ 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: & alios huius generis: facile intelliget, eos ex vehemēti quodam antea vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione, manasse.* Quod argumentum infirmum esset, si exemplum, & factum Sanctorum non probaret necessitatem præcepti. Fauet etiam nobis dum simul inducit auctoritates, & exempla poenitentiae, contritionis, & recogitationis peccatorum.

24 Per quæ facile argumenta soluantur. In illa auctoritate S. Thomæ non paruam inuenit difficultatem Soto ita vt in fine art. 3. dicat. *Fateor me tamen hoc de istis attritionibus non posse, aut bene intelligere, aut satis credere.* Neque S. Thomas in summa hoc dixit; neque si hæc tractasset, dixisset. Enim vero aut ille, qui indaginem mente inchoat suorum peccatorum in principio veram habuit contritionem in genere de offensa Dei, aut secus? Si habuit; profe-

fecto omnes detestationes sigillatim factæ sunt veræ contritionis. Si vero neque in principio, neque per aliquam illarum specialem vere detestatur peccatum tanquam offensam Dei, certæ illæ detestationes, quas appellant attritiones, non sunt necessariae. Sed satis est quod homo mente recolat peccata omnia, absque illius displicentia, dum modo non habeat complacētiā, & peracta indagine, vnica contritione hac omnia detestetur.

25 Per aliud extremum Ioannes de Medina Cod. de poenit. tract. 1. q. 4. §. *Sequitur amplius*; docet, hanc poenitentiam explicitam de peccatis esse debere propter Deum: ita vt satis non sit sigillatim dolere de peccatis ex alio motiuo inferiori, ac tandem vno contritionis actu de omnibus in generali propter Deum.

Ceterum non video cur diuersa reputetur in hac parte opinio D. Thomæ in Summa, & lib. 4. Sententiarum: & cur negetur quod in Summa hoc dixit: cum 1. 2. q. 113. art. 5. ad 3. in substantia idem habeatur illis verbis iam relatis. *In tempore præcedente iustificationem, oportet quod homo singula peccata, quæ commisit detestetur, quorum memoriam habet.* Vt enim ibi notat Conradus ibi, motus liberi arbitrij præcedens iustificationem, qui est de singulis peccatis, non potest dici contritio, quia sine gratia, sed dicitur attritio. Ideoque pro intelligendo D. Thomæ ista solnt. ad 3. remittit ad eundem in 4. sent. & in q. 28. de Veritat. pro manifesto supponens idem docuisse. Meoque videri facile percipitur, & probatur: quia qui tenetur acquiescere aliquam formam, tenetur ponere dispositiones remotas, vt illæ inducant dispositiones proximas ad formam: sicut & alteratio præcedit generationem. Sed consuetus modus iustificationis hominum est vt tempore præcedant plures actus intellectus, & voluntatis, timoris, & amoris imperfecti: naturaliterque qui deliberat perfecte detestari peccata, primo detestatur imperfecte, & hinc assurgit ad perfectam detestationem. Vnde D. Thomas 1. 2. quæst. 112. articulo 2. ad 2. & quæst. 113. art. 7. docet quod Deus huiusmodi dispositionem sufficientem ad susceptionem gratiæ, quando quidem subito, vt contingit Paulo, & similibus, quandoque autem paulatim, & successiue facit. Et hunc esse regularem modum præparationis, aperte colligitur ex Concilio Trid.

Trident. ses. 6. c. 6. vbi non obscure, quamuis alijs vocibus, huius attritiones insinuat illis verbis: *Illudque tamquam omnis iustitia fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam poenitentiam, quæ ante Baptismi agi oportet.* Constat autem non esse necessarium, quod ante Baptismum semper præcedat contritio, sicut non est necessarium, quod Baptismi præcedat iustificatio: alioquin verum non esset, quod defectu Baptismi docet Concilium Tridentinum ses. 14. cap. 2. *Per Baptismum mentem Christum induentes.* Gal. 3. *noūe profus efficiuntur creatura plena, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes.* In dispositione ergo quæ regulariter paulatim fit in successione, & tempore cum moueatur homo aduersus per odium aliquod ac detestationem, & per poenitentiam imperfectam, quæ comparitur cum peccato mortali, non mouetur perfecta contritio: omnem autem poenitentiam peccatoris, quia gratia non informabatur, communiter tempore D. Thomæ attritionem vocabant: quamuis modo paululum vocum usus sit immutatus, & magis attendatur ad obiectum, quam ad statum subiecti. De quo infra.

26 Ad rationem fatemur in instanti iustificationis non exigi coexistentiam recogitationis specialis singulorum: & quod si subito iustificetur, vel miraculose, vel quia subito auxilio Domini efficaciter mouetur: vel quia ignorantia, obliuione, vel non attendendo nisi ad Deum, & detestando generaliter, & efficaciter omnem Dei offensam, perfectum actum faciat poenitentiae, perfectam faciet contritionem, quæ sinit propter Deum summe dilectum, vere iustificauit; nec Deus exiget ab homine plusquam homo in vno instanti possit, & soleat operi.

contritionem generalem, siue vt consequentem. Idem nos asserimus de poenitentia, & contritione secundum sequia; vt dicebamus ex Cano, non exigitur contritio specialis propter confessionem: sed est diuerso, confessio specialis propter contritionem: & hæc diuersam exigit recogitationem, propter peccatorum diuersitatem, & diuersam grauitatem, & grauiora damna, & pericula, quæ ex diuersis peccatis oriuntur.

28 Ad argumenta Suarez respondentur quod recogitatio antecedens iuuat ad excitandam contritionem: quando autem hæc aliquo casu iusti excusante, omisa est, omitti non potest propter periculum cadendi, propter plenariam poenitentiam, propter restitutionem, si fuerit necessaria, propter satisfactionem, & istos titulos nec ipse negare audent. Obiēdimusque hanc obligationem radicari in essentia perfectæ poenitentiae: & ideoque eam includere omnem perfectam contritionem, non determinando eam tanta præcisione: sed sufficit quod si aliunde excitata sit contritio post iustificationem recogitatio sequatur. Quod optime insinuat D. Thomas q. 28. de Verit. art. 5. ad 4. dicens. *Recogitatio autem singulorum peccatorum, debet, vel præcedere, vel saltem sequi iustificationem.* Quod autem ex recogitatione peccatorum cum amaritudine animi, & aliqua poenitentia, soleat oriri contritio per Dei gratiam, optime declarent verba S. Bernardi ferm. de conuersio ne Magdalene (quæ ab alijs agnoscuntur vt genuina B. Petri Damiani) dicentis. *Sane pretiosum unguentum, quo non solum terrena, domus, sed etiam celestis, aspergitur. Viliissima autem sunt species, de quibus conficitur: & magna earum copia intra nostros ortulos poterit inueniri. Peccata igitur nostra, plantata in conscientijs nostris, quorum numerositas præ multitudine numerari non potest, species eius sunt. Ipsa igitur in mortaliolo poenitentiae, macerationis psillo contusa, & resperſa discretionis oleo, doloris igne supposito, & in abeno disciplina coctæ, unguentum exhibet pretiosum, & acceptum pedibus Saluatoris. Compendiose autem istud conficimus, sapienti rerum occasione penitus relinquentes. Et licet materia videatur indignior: interim tamen bonus est unguentum istud, quod domum replet, penetrat celos, Angelos latificat, & beata ciuitati letitiam refundit, & gaudium. Hoc est sacrificium utilitatis: quia sacrificium Deo spiritus contritibus.*

DVBIUM SEXTUM.

De quantitate contritionis.

Q. I. Quantus dolor debeat esse Contritio?

STatuit D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 1. hanc assertio- nem, dolor, qui est in voluntate, qui essen- tialiter est ipsa contritio, & nihil aliud est quam displicentia iam explicata præteri- ti peccati, debet excedere omnes alios do- lores. Probat primo: nam secundum S. August. lib. 19. de Civitate Dei cap. 4. Omnis dolor in amore fundatur. Sed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis, est maximus. Ergo & dolor contritionis. Secundo, dolor est de malo: unde de maiori malo debet esse maior do- lor: culpa autem est maius malum quam pœna: & ideo contritio, quæ est dolor de culpa, excedit omnem alium dolorem. Et præcipue, quia quantum aliquid pla- cet, tantum contrarium eius displicet: fi- nis autem super omnia placet; cum om- nia propter ipsam desiderantur: & ideo peccatum, quod à fine ultimo auerti, su- per omnia displicere debet. Cum igitur quod nomine contritionis intelligamus efficaciæ displicentiam peccati præteri- ti, manifestum relinquitur dolorem eius de- bere esse maximum.

2. Hæc doctrina D. Thomæ, non solum est Theologorum communis: sed adeo certa, quod Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. conc. 1. asserit, quod est *veritas* *in Evangelio collecta*. Quod confirmat ex consonantia utriusque præcepti: manda- rum enim charitatis, ut ait Christus Mat- thæi 22. & scribitur Deut. 6. est *Deum di- ligere ex toto corde, in tota anima, & in tota mente*, hoc est, nihil dilectioni contrarium, in corde relinquere. Et similiter de con- tritione legitur Ioelis 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro*. Et Matthæi 10. *Qui diligit patrem, aut matrem, plus quam me non est me dignus: & qui animam suam perdet eam*.

3. Denique ratione facta. Sicut enim Deus primum est bonum inter diligibili- lia: ita peccatum summum est malum in- ter odibilia. Igitur qua ratione est Deus summe diligendus, peccatum est summo

odio habendum. Etiam in eodem gradu certitudinis conclusionem ponit Nuño q. 3. conc. 3. dub. 1.

Alios vero Theologos non inuenio tradere conclusionem ut immediatè de fide; sufficit dare ei certitudinem Theo- logicam, qualè probationes euincunt, & confirmat Theologorum omnium consen- sus, ut temperariū sit ab omnibus aliquem in re tantà dissentire.

Sunt aliæ voces, inter antiquos non adeo frequentes, & ideo de earum appli- catione ad intentum sunt variæ opinio- nes. Notat Soto, §. *Pro quaestione*, quod quantitas actus attendi dupliciter potest, vel ex gradu *intensione*, ut Phisici lo- quuntur: vel *appretiative ex parte obiecti*, quod pluris, vel minoris æstimatur.

S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 6. & 7. ait, *dilectio, speciem habet ex obiecto: sed inten- sionem habet ex parte ipsius diligentis*. Un- de excessus, vel maioritas, vel quantitas dilectionis, vel contritionis potest esse ma- ior, aut minor, vel *obiective*, vel *appretia- tive*, vel *intensive*: ut etiam distinguunt Ga- briel in 3. dist. 27. q. vnic. art. 1. notab. 6. & Almain q. 5. conc. 7. quamvis distinctioni addant aliud membrum non necessariū: *Distinctionem trimembrem* tradiderunt Vi- ctoria, & Bañez 2. 2. q. 26. & 44. & ut no- tat Lorca ibi sec. 3. disp. 26. nu. 2. eisdem vocibus receperunt posteriores Theo- logi omnes, quotquot de charitate, vel de contritione disputarunt à temporibus Victorie, & ea vsi sunt ad decisionem dif- ficulratis.

4. In primis euidenter ex conclusione infertur, quod *appretiative* plus debemus dolere de peccato, quam de omni malo pœna. Cuius adhuc rationem assignat S. Thomas ad 4. nam quantitas displicen- tiæ de aliqua re, debet esse secundum quantitatem malitiæ ipsius. Malitia au- tem in culpa mortali mensuratur ex eo in quem peccatur, id quatum est ei indig- na: & ex eo in qua peccat, in quantum est ei nociua. Et quia homo debet plus Deū, quam se diligere: ideo plus debet odire culpam in quantum est offensa Dei, quam in quantum est nociua sibi. Unde idem D. Thomas Quolib. 1. art. 9. ait, *quod con- tritus tenetur in generali velle pati magis quamcumque pœnam, quam peccare*. Et hoc ideo, quia contritio non potest esse siue charitate, per quam omnia dimittuntur peccata. Ex charitate enim plus homo diligit Deum, quam seipsum: peccare au- tem est facere contra Deū: puniri autē est

aliq.

aliquid pati cōtrare ipsū. Unde charitas hoc requirit, ut quamlibet pœnā homo contritus præligat culpæ. Idem docent S. Buenaventur. in 4. dist. 16. in 2. part. il- lius art. 4. Alensis 4. part. q. 17. membr. 2. & omnes Theologi communiter. Spe- cialiter Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 4. q. 1. §. *Quoad secundum*, ita ait. Sicut amor Dei, est super omnia amabilia; ita propo- situm vitandi peccata debet esse super omnia euitabilia; & similiter displicen- tia peccati super omnia odibilia. Ac per hoc displicentia peccati modica, quæ nō peruenit ad displicentiam contritionis, est illa qua minus odio habemus pecca- tum, quam aliquid aliud dāmnū. Trac- 5. q. 1. §. *Ex defectu*, ait. In inferiori gradu in contritionis (id est non contritionis, ut ex contextu constat) sunt sic attriti, ut doleant quidem de omnibus præteritis: non tamen ascendunt vsque ad hoc, ut doleant de eis tamquam summo odibili. Et ad probandum quod qui carent hoc odio, non habent perfectam contritionē, sic arguit. Cuius signum est, quod chari- tas, sicut positue præfert Deum omni amabili; ita facit apud habentem ipsam, odibiliorem omni odibili, & cætera. Qua- re Caietanum non legit Suarez disput. 3. sec. 9. nu. 8. alioquin non citasset utroque loco pro sententia, quam nō semel ibi ex professo impugnat.

5. Caietanum vere pro communi re- ferens Nauarrus in Manuali cap. 34. sub- dit num. 35. Ab hac opinione, propter summam eius auctoritatem, & quia ei à nemine contradicitur, hucusque nunquam fui ausus descendere. Sed nunc sub debita cen- sura, videtur. Et infra. Quoniam nulla Scripturæ loca habent expresse, necessa- rium esse concipere peccatum tanquam quid maxime omnium vitabile, & detesta- bile. Solum enim habent. *Pœnitentiam agite*. Similiter Concilia Florentinum, & Trident. & sancti Patres non requirunt hu- iusmodi reflexiones, comparationesque diffi- ciles, paucissimis cognitæ, & paucioribus est- imatæ.

Iam tamen D. Thomas in fine fol. ad 4. dixerat. Sciendum est etiam, quod quamvis talis debeat esse contriti dispo- sitio: non tamen de his tenendus est, quia ho- mo affectus suos non de facili mensurare potest: & quandoque illud quod minus displicet, videtur magis displicere: quia est propinquius sensibili nocumēto, quod magis est nobis notum. Quodlib. etiam 1. art. 9. dicit, & probat, quod *stulte face- ret, si quis seipsum, vel alium sollicitaret su-*

per huiusmodi particularibus pœnis. Neque Theologi requirunt reflexas, & formales comparationes, & in actu signato (ut vo- cant) sed sufficit, quod in exercitio hoc fiat: sicut charitas diligit Deum super om- nia amabilia: & exercetur charitas quim ille, qui Deum amat bonum diuinum cū alijs bonis expresse conferat, eisque præ- ferat: quamvis enim David Psalm. 72. ver. 25. dicat. *Quid mihi est in celo? Et à te quid volui super terram?* Et Apostolus Rom. 8. ver. 35. vere diceret. *Quis ergo nos separabit à charitate Dei?* Plurimisque in particu- lari numeratis, vniuersaliter concludit se- certum esse, quod neque creatura alia poterit eum separare à charitate Dei. Sed quia alia in gratia non confirmati, nec ita perfecti, non possunt hoc dicere: ideo nec est præ- ceptum, nec vsitatum, nec inferioribus consulendum, ut has reflexas compara- tiones faciant: ut enim ait Soto, §. *At quia*: stat. quampiam legitimam habere contritionem, qui tamen si ista compa- rationes ei proponantur, vacillet animo. Satis ergo est, ut quis absolute doleat de peccato quatenus est offensa Dei.

Explicat autem Suarez disp. 3. sect. 9. nam. 10. dicens, quod consistit hic exces- sus in excellentia motiui, seu rationis operandi, quæ talis est, ut de se sit poten- tior ad firmendam voluntatem in tali affectu, vel intellectum in tali assensu: hoc enim satis est ut in tali actu contineatur virtualis comparatio, & excessus super alia.

6. Recte tamen impugnat Suarez Lugo disp. 5. sec. 2. num. 21. quia hoc non satis rem declarat: quia quod motiuum in se sit excellentius, & potens ad illum excessum causandum, non arguit volun- tatem de facto ferri in obiectum cum il- lo excessu: potest enim voluntas non ama- re obiectum, quantumvis cum ea excel- lentia proponatur: & potest etiam non amare illud pro dignitate, seu quantum amari meretur. Sicut è contra, peccator amat creaturam, vel delectationem, super Deum; licet bonitas obiecti non propo- natur cum ea excellentia, quæ requirat talem excessum amoris. Ergo licet Deus proponatur ut summe amabilis, poterit tamen voluntas amare illum; sed non summo illo amore, quem mortuum po- stulat.

Unde ipsi Suarez tom. 1. lib. 1. de gratia cap. 31. hic modus dicendi non pla- cet: quia ille modus complacendi in bo- nitate, & de bonitate Dei, inuenitur in amore beneuolentiæ Dei, qui non est su- per

per omnia. Vnde distinguit duplicem amorem Dei: vnum affectuum tantum: alius, qui obedientialis dicitur, qui non solum vult Deo bonum, quod in se habet, sed etiam vult Deo placere in omnibus: & consequenter vel formaliter, vel virtualiter fugit quidquid diuinæ bonitati, voluntati, aut honori est contrarium. Quia dicitur Ioann. 14. *Qui diligit me, mandata mea seruabit.*

7 Hic dicendi modus explicat quidem quod charitas est plenitudo legis: & imperat totius legis obedientiam: & nihil admittit diuinæ amicitie contrarium quæ sunt veritates de fide: sed remanet poenitus in expositum, quid intelligatur per *ly super omnia?* & in quo consistat hic superexcessus? De quo erat tota difficultas.

Lugo num. 22 dicit, hunc excessum, seu hanc implicatam prælationem nihil aliud esse quam talem modum efficaciar, & firmitatis, qua voluntas fertur in suum obiectum. Sicut intellectus immobiliter adhæret reuelatis per fidem: & primis principijs: & conclusionibus scientiar: assensu autem probabili solum cum formidine. Nec tamen certitudo, & firma adhesio est æqualis in omnibus actibus, sed maior, & minor. Quando ergo voluntas adhæret, & amplectitur obiectum supremo illo gradu adhesionis firmæ, & efficacis, qui respondet adhesioni intellectuali, quo assentimur obiectis fidei: tunc ex ipso modo firmiter omnino adhærendi, ostendit implicite, se immobiliter adhærerere illi obiecto.

8 Plus hæc expositio displicet. Primo, quia nouiter adinuenit credere super omnia. Quem loquendi modum apud nullum Theologum reperio: nec fundatur in Scriptura, & Patribus: sicut de charitate & contritione vidimus. S. quidem Augustinus tract. 29. in Ioann. & serm. 6. de verbis Apostoli: & S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 2. & in 3. dist. 23. q. 2. art. 2. q. 2. & alij Theologi eisdem locis distinguunt credere Deum, credere Deo, & credere in Deum. Sed non cogitarum credere super omnia.

9 Secundo, assumit aliquid quod multis subiacet scrupulis, cur enim non sufficere firmitas adhesionis qua quis adhæret primis principijs, vel scientiæ, vt dicatur efficaciter super omnia diligere. Tertio, dantur actus supernaturales Dei amoris, quibus peccatores diligere incipiunt Deum vt omnis iustitiæ fontem: & tamē propter suam imperfectionem, sepe di-

ximus à Concilio numerati inter dispositiones remotas: & non esse super omnia; neque perfectam contritionem: & tamen propter supernaturale principium auxilij mouentis illam firmitatem videtur habere. Quarto, & vrgentius reijcitur: nā etsi verum sit actum amoris, qui habet specialem modum firmitatis, & efficaciar esse super omnia, non assignatur radix unde proueniat, nec signum vnde cognoscatur alicui actui hoc competere. Et hoc est quod quærimus.

10 Sed & quæret non est opus. D. Thomam legenti: nam verbo totum expressit 2. 2. quæst. 44. art. 4. dicens: *Deus autem est diligendus sicut finis vltimus, ad quem omnia sunt referenda. Et ideo totalitas quædam fuit designanda circa præcepta dilectionis Dei. Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Quam doctrinam contritioni applicat in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 1. dicens: *Finis autem super omnia placet; cum omnia propter ipsum desiderantur.* De modo autem quo amatur vltimus finis, & quomodo omnia præpter ipsum desiderantur? Et quomodo quolibet peccato mortali constituatur finis in creatura: & penitentia perfectæ contritionis, & actu charitatis ametur Deus vt finis verimus? Tractat D. Thomas 1. 2. q. 1. fere per totam: & ideo minime necessarium est nec vnum verbum nunc adijcere.

§. II. Prius debet aliquis eligere poenas inferni; sustinere quam peccatum mortale committere.

11 **S**ecundo inferitur, quod pro cuius annihilatione, non potest homo licite eligere nec peccatum mortale, nec veniale: vnde contritus in re sic debet esse dispositus, vt potius vellent fuisse annihilatum, vel Inferno detrulim, quam admississe mortale peccatum. Vnde S. Anselmus lib. de similitudinibus, cap. 190. ait. Si hinc peccati pudorem, & illinc cerberem Inferni horrorem: & necessario vni illorum haberem immergi, prius me in Infernum iungerem, quam peccatum imminerem. Male enim purus à peccato, & innocens Gehennam intrare: quam peccati sordis pollutus, Calorum regna tenere: cum constet solos malos in Infer-

notorqueri; & solos bonos in cælesti beatitudini foueri: Hæc S. Anselmus. Adijcit Auersa quæst. 2. sec. 10. Nam Eleazarus 2. Machab. 6. amicis suadentibus vt legem patriam violaret, aut violare singeret: prompte respondet: *Præmittem se velle in Infernum.* Cæterum ibi aperte est sermo de tormentis huius vitæ, & de morte temporali: non vero de poena Inferni stricte sumpti. Vnde Hugo Cardinalis, litt. H. *In Infernum, in Limbum, vel in mortem.* Lyra, id est, *potius sustinere poenam omnem, quam facere talem fictionem.* Gaspar Sanchez. Quare illico constanter, & ingenue respondit, *male se mori, & omne genus per ferre acerbissimas, & ignominias, quam ab eo discere quod fuerat amplexatus à puero.*

12 Doctrina tamen ipsa est Theologorum omnium. Et S. Thomas Quolibetico primo, art. 9. hac ipsa S. Anselmi auctoritate probat. Cum autem obiecerit, quod poena Inferni est æterna, & irremediabilis, de peccato autem potest homo liberari per poenitentiam: & ita videtur quod possit magis velle peccare, quam in Inferno esse. Respondet ad 1. quod culpam etiam mortalis dese perpetua est: sed ex sola Dei misericordia remedium habet. Præterea, plus præponderat bonum ditinum, contra quod agit culpa, bono naturæ creatæ, cui opponitur poena, quam perpetuitas poenæ temporalitati culpæ. Similiter distin. 17. quæst. 2. art. 3. quæst. 1. ad 4. ait: & quia homo debet magis Deum, quam se ipsum diligere: ideo plus debet odire culpam in quantum est offensa Dei, quam in quantum est nociua ei. Est autem nociua sibi principaliter in quantum separatur ipsum a Deo: & ex hac parte ipsa separatio à Deo, quæ poena quædam est, magis debet displicere, quam ipsa culpa in quantum hoc nocumentum inducit: quia quod propter alterum oditur, minus oditur: sed minus quam culpa in quantum est offensa in Deum. Inter omnes autem poenas malitiæ attenditur quidam ordo secundum quantitatem nocumenti: & ideo cum hoc sit maximum nocumentum, quo maximum bonum priuatur, erit inter poenas maxima separatio a Deo. Hæc D. Thomas. Et quantum ad hoc vltimum, notatione sunt digna verba S. Ioannis Chrysostomi hom. 24. in Matthæum, dicens: *Intolerabilis quidem res est Gehenna. Quis nes-*

ciat? Si tamen mille aliquis Gehennas ponat: nihil tale omnino dicendum est, quale à beata illa gloria respelli. Quoad alia. Sequitur Durandus dist. 17. quæst. 5. num. 9. Addit tamen tria, quæ examinare oportet.

13 In primis dicit, quod pro virando malo culpæ nullus debet eligere poenam Inferni, vel omnino non esse. Cuius ratio est: quia malum poenæ nunquam est necessarium eligere, vel licitum, im propter malum culpæ vitandum; nisi quia sine eo non potest malum culpæ vitari: aut quia per tale malum pro mouetur bonum virtutis, & impeditur malum vitij opposita. Sed neutrum istorum potest dici de poena Inferni; vel pura non entitate: quia nullum malum poenæ est necessarium ad vitandum culpam, nisi id quod est materia virtutis oppositæ: poena autem Inferni non est materia alicuius virtutis. De puro autem non esse constat; cum illud, & virtutem, & subiectum virtutis destruat. Ergo sustinere poenam Inferni vel omnino non esse, non est necessarium ad vitandum malum culpæ. Et eisdem rationibus nec est licitum. Vnde cum inquiritur vtrum contritus plus debeat eligere poenam Inferni, & omnino non esse, quam peccare? Quæstio præsupponit falsum: supponit enim quod vnum eligendum est pro altero vitando, & quærit quid pro quo: & tamen neutrum est pro altero eligendum.

14 Secundo dicit num. 10. falsum esse, quod quidam dicunt, quod damnari plus deberent secundum rectam rationem, si vigeret in eis, eligere sustinere poenam Inferni, quam quod culpa sua remaneret impunita. Imo, si vigeret in eis recta ratio non obstinata in malo, deberent poenitere, & optare, quod sibi poena Inferni remitteretur.

Tertio asserit num. 11. 12. & 13. quod si disputationis gratia prædicta suppositio conditionalis proponatur, dicendum quod prædicta suppositio non solum est impossibilis, sed impossibilis, hoc est, includens contradictoria: & talis suppositio non debet fieri secundum aliquam artem, quia secundum eam possunt concludi contradictoria. Quia nullus peccat nisi volens; cum de ratione peccati sit esse voluntarium. Secundum S. August. lib. 3. de lib. arb. cap. 18. & de vera relig. cap. 14. Si ergo hominem volentem peccare, necessarium esset incurrere poenas Inferni, vel ipsum

ipsum non esse, ista necessitas proueniret ex parte infligentis tales penas: & hoc est solus Deus, qui solus potest hominē annihilare, & facere, quod anima patiatur ab igne Infernali. Hoc autem includit contradictionem: quia nullus conformando voluntatem suam voluntati diuinæ volendo, quod Deus vult eum velle, peccat, sed si Deus comminaretur has penas alicui infligere, nisi peccaret, induceret eum ad peccandum, & sic vellet eum peccare. Ergo homo faciendo hoc ad quod Deus eum induceret, non peccaret: sed induceret eum ad peccandum: ergo non peccando peccaret. Quod implicat clare contradictionem. Hæc & alia ibi Durandus, quem sequitur Paludanus dist. 17. q. 2. art. 6. à n. 43. vsque 46.

15 O ppositum tuentur Ioannes de Neapoli Quodlib. 2. q. 13. & Capreolus in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. ad argumenta Durandi, optime ei responderet, quod poenā Inferni de potentia Dei absoluta potest esse materia virtutis obedientiæ, & iustitiæ: posset enim Deus de potentia sua absoluta reuelare alicui viatori præscito suam damnationem, & quod inflicturus esset ei penam æternam in Inferno, & causare in eo firmum assensum de hoc. Quo facto talis teneretur velle sustinere quod crederet Deum velle sibi infligere, & conformare voluntati diuinæ, & obedire: & si non volendo absolute, & per se damnationem suam: tamen teneretur velle ordinem iustitiæ diuinæ seruari circa se in prædictis: iuxta D. Thomam q. 23. de Veritat. art. 8. ad 2. & 1. 2. quæst. 19. art. 10. & in 1. dist. vlt. quæst. vlt. art. vltim. ad 2. Facta autem reuelatione, ille cui fieret, teneretur, aliquo modo velle, vel explicite, vel implicite, in se, vel in suo antecedente poenam illam ad vitandum peccatū inobedienciæ, & rebellionis, & difformitatis voluntatis suæ ad diuinam voluntatem. Similiter anima intratura Purgatorium, & receptura poenam Purgatorij, si inter exitum à corpore, & receptionem illius poenæ diuinitus certificaretur de pena illa: ipsa teneretur eligere illam poenam ad vitandum culpam inobedienciæ: & si pēnitus illam resurasset, mortaliter peccaret. De facto tamen docet S. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. q. 4. quod animæ Purgatorij poenam supportant: quia ex diuina iustitia, & voluntate ad bonum peruenire nō possunt sine poena. Et sic poena Purgatorij est eis voluntaria.

16 Docet secundo Capreolus quod licet damnatus, si vigeret in eo iudicium rationis, posset sine peccato optare poenā sibi à Deo misericorditer remitti voluntate antecedente, non tamen voluntate consequente. Vel si voluntate conditionata, non tamen voluntate absoluta; ex quo constat sibi de iustitia, & immutabilitate diuinæ voluntatis circa eius perpetuam punitionem. Et ad intentum sufficit, quod non licet damnato omnino reniti diuinæ iustitiæ punitiuæ, & omnino respuere illam poenam, tam in se, quam in sua causa. Imò tenetur aliquo modo voluntarie sustinere illam: quod quia non facit, peccat. De quo in simili S. Th. 1. 2. q. 30. a. 1.

17 Contra tertium assertum Durandi, tria asserit Capreolus fol. 205. col. 1. Dicit primo, quod nullus casus de præsentī occurrit, nec apparet dari possibilis; in quo vitans culpā necessario incurrat poenā Inferni: quin potius ex vitatione culpæ vitatur poena Inferni, & ex commissione culpæ mortalis, incurritur reatus illius poenæ. Secundo dicit, quod secundū prædicta, possibilis est dari casus, & forte contingit sæpè de facto, quod aliquis omnino respuendo, & nullo modo voluntarie sustinendo vel acceptado poenā Inferni, peccat mortaliter. Et si voluntarie illā sustineret, vitaret nouū peccatū mortale. Et tali potius, & melius esset acceptare voluntarie, aut sustinere poenam Inferni, quam mortaliter peccare. Et hoc siue loquamur de illo, qui actu patitur illam poenam; siue de illo, cur ante experimentum poenæ constat, ex diuina iustitia sibi deberi talem poenam, siue sit in corpore, siue extra corpus. Tertio dicit, quod non quicumque omittit peccare timore poenæ Inferni, nec quicumque timet illam poenam, peccat. Imò ille timor est in se bonus, nec est malus, nisi ex adiuncto per accidens: iuxta doctrinam S. Thom. in 3. dist. 34. q. 2. ar. 2. q. 1. & 2. & 2. 2. q. 19. a. 6.

18 Ex quibus concludit, quod illa suppositio non est incompōsibilis: quia non implicat contradictionem ponere, quod casus possit cōtingere, in quo nisi aliquo modo voluntarie acceptetur poena Inferni, incurritur nouum peccatum mortale. Cōceditur tamen quod illa positio quæ poneret quod casus posset contingere in quo ille, qui nollet peccare mortaliter, ex hoc incurreret poenam Inferni infligendam à Deo. Vt autem docet S. Thomas q. 1. de Malo art. 5. ad 3. & 4. quia magis mala, & magis fugienda est separatio à Deo

à Deo per culpam, quam per penā; Ideo non est inconueniens si secunda potest esse licet aliquo modo voluntaria ad fugiendum poenam, vbi necessarium esset vere, vel apparenter (secundum hominis æstimationem) incurere vnā, vel aliā.

Hæc omnia recte Capreolus, quod in alijs casibus minus frequentibus ad mittit Suarez disp. 3. sec. 9. n. 6. dicens, quod non est aperta repugnantia, vt Deus constituat hominē in ea necessitate, in qua, aut velit æternā damnationem, aut incurrat culpam: quia Deus habet supremum dominium in hominem ergo pro sua voluntate potest hominem ad æterna tormenta destinare sine alia causa nisi vt se dominum ostendat. De istius casus possibilitate, iam late diximus q. 86.

Ex quo constat detestabilius esse peccatum æterna poenæ. Et quāuis de lege ordinaria nunquam possit currere occasio necessario eligendi inter culpam, & æternam poenam. Nihilominus non est imprudens, nec inutilis illa comparatio, quæ fit per simplicem, seu conditionatū affectum, qui sunt frequentes apud Sanctos, vt ex S. Anselmo retulit S. Thomas. Multique exponunt ita illa verba Moysis Exod. 32. *Dele me de libro tuo: & illa Pauli ad Rom. 9. Optobam ego anathema esse à Christo profatris meis.* De quo alias.

19 Pro praxi magis frequenti notat Soto §. *At quia*, quod in huiusmodi comparationibus hoc est considerandum, quod eiusmodi poenæ perpetuæ, puta dāni, & sensus in Inferno, de lege ordinaria sūt inseparabiles cōuertibiles effectus culpæ: nā omnis qui in mortali culpa decesserit, propter eā illas patietur. Et ideo nō est prudētis animi tales cōparationes facere: quoniam pati poenam Inferni nunquam potest esse, aut necessaria, aut utilis causa euitandi culpam: sicut pati mortem temporalem, aut alia damna: Imò est effectus ipsius culpæ: & ideo neque per se illa poena ad euitandam culpam est eligibilis; si cur nec poena Purgatorij.

20 Addit Alexander Aletis 4. p. q. 85. membro. 1. art. 6. quod si proponatur hæc conditionalis: *Aut mihi peccandum est, aut Deus ipse verum aliquod malum patietur*, sub hac hypotesi impossibili acceptari posse malum culpæ interiori affectu conditionato, scilicet, si illud necessarium esse ad conseruandum re ipsa bonū Dei in se, vel vitandum oppositum malū: quia quacunque ratione consideretur malum ipsius Dei respectu mei, scilicet, vt in se,

rendum, velut permittendum, & a fortiori, vt amandum, magis est à me vitandum, quam quodcunque aliud malū: eo quod diuinū bonū in re ipsa existens, & prout in se est, super omnia est a nobis diligendum. *Quæ ratio* (inquit Suarez disp. 3. sec. 10. n. 9) *optima est*: ex illa vero sequitur in illa comparatione non præferri peccatū proprium malo alieno, vt alienum est; sed vt ad nos spectat illud impedire, vel oppositū bonum procurare: & quatenus omisio talis officij, vel obligationis respectu mei maius peccatū censetur. Verū tamē hæc conditionales ex rebus adeo impossibilibus, & quæ simul implicare videntur affectum ad aliquā culpā, vitandæ sūt: nā & sūt parū vtilis; & possunt facile imprudenter fieri. Hæc Suarez.

21 Cuius sententiā referens Lugo disp. 5. sec. 2. n. 27. proponit vt diuersam rationem eius, a ratione ab ipso Suarez relata ex Aletis. Cum tamē Suarez sententiā, & rationē Aletis referat, & approbet, & aliam non proponat, vt formalia eius verba relata declarant. Arguit ergo Lugo: quia culpa essentialiter est quid illicitum: ergo, si adhuc in illa occurrentia illa esset culpa, non liceret eā eligere; etiam ad vitandum malū intrinsicū Dei: alioquin, si liceret eā eligere, ergo iā tū erat licita: ergo non erat culpa. Et quasi illa excusatio valet: quia malum intrinsicum est grauius malum Dei quam culpa; viderur etiam cōsequenter posse eligi culpā propriam leuē ad vitandum culpam grauem alienā: nā licet hæc non sit malū intrinsicum Dei, est tamē grauius malum Dei, quam culpa leuis.

22 Ipse ergo Lugo n. 28. respondet in eo casu illud non fore peccatū: quia eo ipso quod esset necessarium ad bonum infinitum Dei intrinsicum, redderetur licitum propter summā præpōderantiā illius boni. Si autē aliquis errore putet necessariū esse peccatum manens peccatum ad vitandum malū intrinsicum Dei, deberet potius hoc permittere, quam admittere peccatum, quia eo ipso quod supponatur manere adhuc in ratione peccati, supponitur manere cū oppositione ad aliquod bonum superius quam esset bonum intrinsicum Dei. Et adhuc si fingeret peccatum placere Deo, vere in se esset essentialiter malum, & contra Deum, & in eligibile.

Propter hæc recte Auersa q. 2. sec. 10. §. *Tertio*, dicit, quod huiusmodi comparatio est in hac re *inutilis, & diffona*: ex

eaque potius inferendum esset, peccatum; & similia contradictoria. Quod confirmatur: nam in veritate, qui malum intrinsecum potest pati, Deus non est: nā de vero Deo dicitur Psal. 90. *Non accedat ad te malum.* Cum autem dicitur *insipiens in corde suo: Non est Deus*; pariter poterat dicere: *Nihil quod faciam, peccatum est*: Sicut ergo ista infinitas inuclueret contradictiones; ita pariter relata comparatio, ut otiosorum occupatio disputanda non est. Sicut enim implicat contradictionem Deum non esse, aut sibi intrinsecum malum aduenire: ita (ut inquit Soto art. 4. conc. 5.) implicat contradictionem licere peccare: & ideo *numquam datur casus* in quo licitum sit vnum minimum peccatum committere ad cuiusmodi maximum.

§. III. De maiori peccato debet esse maior dolor appetitiue.

23 **A**ltera principalis assertio D. Thomae proponitur ab ipso dist. 17. q. 2. art. 3. q. 3. ubi docet, quod quantum ad dolorem voluntatis, qui est ipsa contritio, exigitur quod de maiori peccato quis doleat magis, videlicet appetitiue. Probat ex illo Deuter. 25. *Secundum mensuram peccati, erit, & plagarum modus.* Contritioni autem de peccatis plange conueniuntur: quia contritio habet propositum satisfaciendi annexum. Deinde, de hoc debet homo conteri, quod debuit vitare. Sed homo magis debet vitare vnum peccatum, quam aliud, quod grauius est, si necessitas alterum faciendi incumberet: ergo & similiter de grauiori, magis quam de alio debet dolere. Quia ratio doloris est maior in vno, quam in alio, scilicet offensa Dei: *ex magis enim inordinato actu Deus magis offenditur.* Quando autem S. Hieronymus epist. ad Rusticum, prope medium, & epist. ad Demetriadem Paulam collauda de hoc, quod *minima peccata plangebant, sicut magna*: dicit S. Thomas ad 1. quod Paula, non laudatur de hoc, quod de omnibus peccatis doleret aequaliter: sed quia de paruis peccatis tantum dolere, ac si essent magna, per comparationem ad alios, qui de peccatis dolent, sed ipsa multo amplius de maioribus doluisset.

24 Notat hic M. Ioannes Nicolai auctoritate, quam S. Thomas exponit, desumpti ex S. Hieronymo epist. 27. in Epitaphio Paulae ad Eustochium eius filii, dicente: *Ista leuia peccata plangebant, ut illam grauisimorum criminum ream crederes.* Vnde notat imperite in multis editionibus legi: *Paulum.* Quamvis quoad intentum vtriusque sit par ratio.

Intentum conclusionis D. Thomae, docuit S. Cyprianus ad finem libelli de lapsis, dicens: *Quam magna deliquimus, tam granditer desquamus.* Altero vulnere diligens, & longa medicina non desit. *Poenitentia crimine minor non sit.* Et Clerus Romanus epist. 31. ad S. Cyprianum. S. Ambrosius ad virg. lapsum, cap. 8. *Poenitendo necessaria est, sicut vulneratis sunt necessaria medicina. Sed quanta putas, & qualis necessaria poenitentia? Quae aut aequat crimina, aut certe excedat.* Et lib. 1. de poenitent. cap. 2. *Quae vulnam exaggerauit, exaggeret etiam poenitentiam.* Maiora enim crimina maioribus abluantur lacrimis. Idem docent S. Gregor. Nazianzen. orat. 39. S. Basil. hom. in illud: *Attende tibi ipsi S. Augustin. serm. 58. de tempore: & Author serm. ad fratres in eremo, serm. 111. Graua peccata grauisimis lamentis indigent.* Has, & plurimas alias Patrum auctoritates, refert Ioannes Morinus de administratione Sacramenti Poenitentiae toto cap. 14. lib. 1.

25 Monet autem bene Soto in fine conclusionis quintae, ad habendam contritionem plurium peccatorum, non esse necessarium facere explicate hanc expressam, & reflexam comparisonem inter peccata quae commisit: nam etsi aestimet peccatum maius in sua specie, esse minus graue, quam aliud inferioris ordinis, si de vtroque conteratur in quantum sunt offensa Dei, erit vere contritus, & iustificabitur. Potest enim (ut hic ait S. Thomas) dupliciter fieri: vno modo sigillatim, & formaliter, ut seorsum fiat detestatio maior homicidii, atque seorsum altera minor furti: vel generaliter, & virtualiter, veluti si vnico actu peccata, quae sunt in memoria, homo detestetur: taliter tamen quod ille actus vehementius suratur in peccatum mortale grauius.

Et neuter modus est necessarius: sed satis est ut hominem seorsum peccatorum sic poeniteat, ut illa proponat pro nullo vitando detrimento, vel consequendo commodo iterum

committeret. Quod autem in contritione motu subitaneo, quamvis non actualiter distinctio intentionis respondens diuersis peccatis inueniri possit, reperitur maior dolor appetitiue de maiori peccato, explicat dupliciter D. Thomas ad 2. & adiecit aptum exemplum, dicens. *Qui enim aliquod totum appetit, vel diligit, etiam diligit partes eius; quamvis non actu: & hoc modo secundum quod habent ordinem ad totum, quaedam plus, quaedam minus.* *Sicut qui aliquam communitatem diligit, virtute singulos diligit, plus, & minus, secundum ordinem in bono communi.* Et similiter, qui dolet de hoc, quod Deum offendat de diuersis, implicite dolet diuersimode secundum quod plus, vel minus per ea Deum offendit. Et ad 3. ait, quod quamvis quodlibet peccatum mortale a Deo auertat, & gratiam tollat: tamen quoddam plus elongat, quam aliud, in quantum habet maiorem dissonantiam ex sua inordinatione ad ordinem diuinae bonitatis, quam aliud.

26 Prædicta assertio, ut notat Soto, est contra quosdam, qui plus peccata abhorrent, quae honori, & humanae existimationi magis aduersantur, quam alia, quae plus Deo displicent. Ut quia furtum, ignobile vitium magis est, & vile, acerbius eos poenitet fuisse in furto deprehensos, quam in adulterio, vel homicidio. Imò inuenias, qui dicant, male se in haeresim, vel in blasphemiam incidisse, quam in nefandum flagitium, quod vulgo in maiori infamia denotantur. Quae quidem reuera charitatis peruersio est: nam etsi cunctis peccatis mortalibus commune sit esse offensam Dei, & ab ipso hominem separare: tamen, ratione conuersionis illa, quae peioris sunt obiecti, absurdiora sunt, Deoque magis inuila, ac vrgentius prohibita, & ad maiora destinata supplicia. Ex quibus dupliciter corroboratur conclusio. Primo sicut ad ordinem charitatis spectat Deum praecunctis rebus creatis diligere; sic ea acerbius detestari, quae illi sunt magis execrabilia, & ab eo nos longius alienant. Secundo, qui citius euitaret peccatum magis infame, quam illud quod Deo magis displicet, famam suam, & honorem amori Dei praefert: id quod genere suo peccatum est. Illud tamen propositum non est nisi vnum simplex peccatum. Ut casus, quo quis haberet animum, ut si alterum deberet eligere, potius eligeret adulterium, quam furtum; vel haeresim, & blasphemiam, quam nefandum crimen, non esset nisi vnum simplex pec-

catum adulterij, quod grauius est, quam furtum: vel vnum haeresis, quod grauius est quam alia turpitudine.

In fine autem secundae partis conclusionis ait Soto. Attamen facta contritionali comparatione sic appetitiue plus detestari furtum, ut si alterum esset committendum, potius homo committeret homicidium; non est peccatum, saltem mortale; dummodo firmum sit propositum neutrum committendi: *sed est venialis peruersio ordinis caritatis.* Hæc Soto.

De quo Suarez disp. 3. sec. 10. nu. 7. ait: *Quæ sententia posset probabiliter admitti; quædo peccata mortalia non essent admodum inæqualia.* Regulariter tamen loquendo, grauis quidem videtur illa inordinatio, & contraria ordini charitatis, ac iustitiæ ad Deum. Maxime tamen, & sine vlla controuersia illud esset peccatum mortale, si inter mortale, & veniale comparatio fieret. Ut si quis deprehensus in furto leui, haberet huiusmodi actum: malitiam deprehendi in adulterio, quam in leui furto, sine dubio peccaret mortaliter: quia praferret minorem iustitiam suam maiori iniuriæ diuinæ in peccato adulterij a se committendi.

27 Sententiam Soti sequitur Henriquez lib. 1. de poenitent. cap. 17. num. 8. & Trullench lib. 4. praxis cap. 5. dub. 4. num. 6. ait. Et quidem non improbiliter: nam si omnia vere detestatur, & super omnia appetitiue, non videtur res a Deo grauis talis modus detestandi.

Distinctionem Suarez sequitur Nuño, q. 3. art. 3. cōc. 4. & 5. Coninch disp. 2. dub. 7. n. 82. Bona cina to. 1. disp. 5. q. 7. sec. 1. pūcto 7. n. 6. & alij.

Lugo tamen, magis consequenter, idem iudicat in vtroque casu. Vnde disp. 5. sec. 4. n. 41. contra priorem sententiam arguit: quia licet omnia mortalia habeant auersionem a Deo; sed tamen vnum peccatum est grauior Dei offensa quam aliud: & quidem ille excessus, saltem si notabilis sit, auget notabiliter offensam; nec potest eligi sine grauisima deordinatione. Sicut si quis diceret: Si mihi peccandum esset; mallet committere mille peccata, quam vnum. Quis dubiter hunc actum habere malitiam grauem? Idem autem est dicere; mallet committere peccatum grauius, quam minus graue: saltem quando excessus est notabilis.

Num. 42. probat, quod excessus vnus mortalis supra aliud, temper videtur habere malitiam grauem imbitam: ille enim

excessus quicumque sit punitur per se, & condigne poena aeterna: non potest autem poena aeterna correspondere per se culpae leui: quia licet seorsim sumptus non sufficeret ad offensam grauem, coniunctio ipsa ad materiam grauem facit, vt ipsam augmentum habeat imbibitam grauitatem. Concludit tamen. Sed quicquid de hoc sit, ad minus non videtur negandum, quin excessus saltem notabilis sufficiat ad malitiam grauem illius conditionalis.

28 Aduerte tamen saepe in his comparationibus, nec proponi, nec animum moueri ab excessu vnius culpae supra aliam, vt propter hoc, vel explicite, vel implicite, in eam animus inclinaret: sed solum explicatur fragilitas subiecti, & propensio, vel vehementior delectatio, vel minora retrahentia; quae tam abstractae possent proponi, quae praescinderent obiectum ab omni malitia; vel solum significant aliqualem ordinis peruersionem: quia ipse firmus est in non consentiendo culpae mortali; & solum significat amplius se esse propensum, tentatum, vel fragilem ad vnum genus peccati, quam aliud. Et forte hoc voluit Soto, & alij, qui inclinant in eius sententiam.

29 Optime etiam docent Paludanus in 4. dist. 17. q. 1. art. 5. n. 32. & 33. & Soto, q. 2. art. 4. §. Per hoc. Optimeque probat, §. Ad primum, quod appetitiue magis est dolendum de minimo peccato proprio, quam de grauissimo alieno: nam appetitiue plus me dolere de alieno, quam de meo est quod citius vellem fieri meum, quam alienum. Et nemini licet ad euitandum grauissimum peccatum mortale in alio, vel minus veniale committere: quia implicat contradictionem licere peccare.

Ex quo sequitur appetitiue magis esse dolendum de proprio peccato, quam de passione Christi: quia neque ad illam euitandum licitum esset peccare. At vero quantum ad intensiorem gradualement actus, & acerbiter sensualem doloris, nihil verat quominus Magdalena potuisset amarior flere Christi mortem, quam propria peccata. Comparando vero aliena peccata ad passionem Christi, maior habendus est dolor de offensa Dei, quam de eius morte: quia offensa peior est. Imò illa Deo placere non potuit; cui tamen passio placuit, quatenus redemptio fuit nostra. Et ita B. Virgo (sicut & Christus ipse, maiori affecta est dolore de peccato crucifigentium, quam de morte Christi. Tametsi sensualem dolorem habere potuit acriorem de mor-

te, cuius gladius eius animam transverberauit. Haec Soto. Theologice communiter, quod alio discursu probat Suarez disp. 3. sec. 10. n. 10. Alioque diuerso Lugo disp. 5. sec. 4. n. 53. vsque 56.

§. IV. Dolor essentialis contritioni nequit esse nimis bene tamen dolor sensibilis.

30 **V**ltima assertio, quae sumitur ex saepe citato articulo 3. D. Thomae, habetur apud ipsum quaestiuicula secunda, vbi asserit, quod dolor essentialis contritioni, non potest esse nimis, sicut nec amor charitatis, quo intenso talis displicentia intenditur, potest esse nimis. Sed quantum ad dolorem sensibilem, potest esse nimis: sicut etiam exterior corporis afflictio potest esse nimis, vt distinct. 15. quest. 3. art. 2. quest. 2. ad 3. ex verbis S. Hieronymi. paruit. In his enim omnibus debet accipi pro mensura, conseruatio subiecti, & bonae habitudinis, sufficientis ad ea, quae agenda incumbunt: & propterea dicitur ad Rom. 12. *Rationabile obsequium vestrum.*

Et rationem assignauerat. Quia omnis virtus moralis corrumpitur per superabundantiam, & defectum: quae sunt extrema vitiosa, inter quae ponit medium: contritio autem est actus virtutis moralis, scilicet, poenitentiae, cum sit pars iustitiae: ergo in parte perfectiori potest esse superfluous, vel nimis dolor, & poenitentia de peccatis.

31 Hinc aliquas Patrum auctoritates, quae videntur sonare sententiam partis excessiuum dolorem requiri ad contritionem, exponit S. Thomas ad 1. dicens, quod S. Anselmus in Meditat. versus finem, desiderabat ex pinguedine deuotionis medullas corporales exicari: non quantum ad humorem naturalem, sed quantum ad desideria, & concupiscentias corporales. S. August. (vel qui est auctor libri de contritione cordis, cap. 10. inter opera S. Augustini tom. 9. cum dicit. *Si enim non sum dignus oculos ad Caelum leuare orando contra te Domine Deus, certe sum dignus plorando eos cacare.*) Exponit S. Thomas, quod quamvis dignum se cognosceret amissione exteriorum oculorum propter peccatum, quia quilibet peccator, non solum aeterna, sed temporali morte dignus est. Pro

32 Pro intelligenda hac D. Thomae doctrina, annotanda est ea, quam tradiderat eodem articulo quaestiuicula prima dicens. Alius dolere in parte sensitiua, qui causatur ex primo dolore (voluntatis) vel ex necessitate naturae: secundum quod vires inferiores sequuntur motum superiorum. Vel ex electione, secundum quod homo penitens in se ipso habet dolorem, excitatur vt de peccatis doleat. Et neutro modo oportet, quod dolor contritionis, qui est in appetitu sensitiuo, sit maximus dolorum: quia vires inferiores vehementius mouentur ab obiectis proprijs, quam ex redundantia superiorum virium. Et ideo quanto operatio superiorum virium est propinquior obiectis inferiorum, tanto magis sequuntur eorum motum. Et ideo maior dolor est in sensitiua parte ex laesione sensibili, quam sit ille, qui in ipsa redundat ex ratione. Et similiter maior, qui redundat ex ratione de corporalibus deliberrante, quam qui redundat ex ratione considerante (spiritualia).

33 Addit D. Thomas ad 2. quod corporales immutationes immediate consequuntur ad passiones sensitiuae partis, & eis mediantribus ad effectiones appetitus superioris. Et inde est quod ex dolore sensibili; vel etiam sensibili nocuo (sic errorē Tyrographi emendat Nicolai, non vt prius inepte, *sensibili vicino*; vel, vt in editione, etiam Romana, *sensibili vitio*) citius superfluunt lacrymae corporales, quam de dolore spirituali contritionis.

34 Notat autem Soto art. 4. post tertiam conclusionem, quod per haec consolari debent vulgares, qui non affliguntur, & gemunt, nec raras effundunt lacrymas propter amissa peccata, quam propter amissas res temporales: est enim natura in causa; & ideo non vergit in culpam. Tametsi saluberrimum sit poenitentibus consilium lamentabilem dolorem excitare, qui causa esse solet maioris detestationis, etiam appetitiuae. Et sic intelligitur illud S. August. *Non sunt in te christiane charitatis viscera, si plangis corpus, a quo recessit anima, & non plangis animam, a quo recessit Deus.* Atque huius exempla in Ninivitis habemus, & in Dauide, & Petro amarissime lacrymantibus. Vnde David Psal. 37. ver. 9. *Afflictus, & humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei.* Et S. August. lib. 50. hom. in ult. cap. 1. *Sicut comes poenitentiae dolor est, ita lacryma sunt testis doloris.* Ouidius lib. 4. tristium elegia 3. *Expletur lacrymis, egeriturque dolor.*

DVBIVM SEPTIMUM,

De intensiōe, & duratiōe contritiōis.

§. I. Vtrum Contritio debeat esse maximus dolor intensus?

DVÆ adhuc restant examinandae difficultes contritionis, videlicet de intensiōe, & duratiōe. Primo ergo est difficultas, vtrum contritio debeat esse maximus dolor, & super omnia, etiam intensius?

Pro parte affirmante citantur Durandus in 3. dist. 20. q. 1. & in 4. dist. 17. q. 4. n. 4. & Richardus art. 1. q. 5. Sic refert Suarez: sed vtrumque legens, nihil tale ibi reperio. Scotus tamen, loquendo de dilectione Dei super omnia, in 3. dist. 27. q. vnicuique. *De primo*, ait. Quod illud super omnia potest intelligi extensius, & intensius. Et infra. *Dico igitur quod illud super omnia, debet intelligi vtroque modo: sicut enim teneor deligere Deum super omnia alia extensius, ita etiam maiori affectu quam aliquid aliud.*

2 Adrianus in 4. q. 2. de Poenit. & Quolibet. 5. §. Tertium, docet, quod non quilibet remissus gradus displicentiae sufficit expurgare culpam hominis. Et concludit, quod idem videtur velle Scotus, qui ceteris tamen mitius est loquutus in 4. dist. 14. q. 4.

Petrus Soto lec. 15. de poenitentia §. Ceterum, ait, quod secunda illa sententia tenet, sufficere poenitentiam minus intensam; & ex minori conatu, quam sit dolor aliarum rerum: & simul illa distinctio, quam de charitate, & poenitentia docet, quod scilicet, magis amemus, vel odio habeamus vnam rem altera appetitiuae, vel praeteritiuae (vt dicunt) sed non intensius (vt aperte dicamus) neque consonat. Scriptura, & Patribus: neque rationi ipsi conuenit; nec utilis animabus: imò magis periculosa. Quae omnia sunt nunc breuiter probanda. Afferit illud Math. 10. & Lucæ 14. *Qui amat patrem, & matrem plus quam me, non est me dignus: & similia.* Itē illud Michæ 4.

Dole, & satage filia Sion quasi parturiens. Haud dubie sub typo illo poenitentē alloquēs. Esaias c. 59. de afflictione ex peccatis proueniēte maxime loquēs: *Rugienus* (inquit) *quasi consummes nos, & quasi columbae meditantēs, gememus.* Ezeq. cap. 13. de poenitente ait: *Considerans* (inquit) *& auertēs se ab omnibus iniquitatibus suis, vitā & viuet.* Et Hier. cap. 31. *Pone tibi amaritudines* (inquit) *& dirige cor tuum in viam rectam.* Quibus omnibus verbis quid aliud significatur, quam conatus quidam, & attentio animae poenitentis, & grauitas ipsa doloris?

3 Iam si eos, qui nobis in exemplum poenitentiae in Scriptura propositi sunt, consideramus; quid aliud inuenimus, quam intensissimos, & acerbissimos dolores? In Dauid innumera sunt verba: *Rugiebam emitta cordis mei. Lauabo per singulas noctes lectum meum.* Ninuīta clamant ad Dominum *infortitudine.* Ezequias recogitat omnes annos in amaritudine animae suae. Denique, & verba, & opera de hac re innumera sunt in Scriptura. Quomodo ergo his conuenit docere, nullo conatu, nullis viribus opus esse? Quod igitur dicunt non reperiri in Scriptura praecipuum de intentione aliqua, vel conatu, certe non putamus dici posse sine errore. Quid significat Ioelis. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro?*

4 Ratione arguit: quia vnus amor, vel dolor ideo maior est altero quia ipsum superare & vincere potest. Quod non alia ratione fit, quam quia & subiectio fortius inhaeret, & in se ipso perfectior est. Loquamur de charitate Dei vt de igne, (vt Scriptura loquitur) alij amores sunt velut aqua, quae contraria est igni. Opus est vt ergo illa fortior sit ceteris: quod non nisi intentione fit. Probat ut ita ex D. Thoma. 1. p. q. 20. art. 3. & 2. 2. q. 26. art. 6. & 7. ait, *quod intensio dilectionis est attendenda per comparationem ad amantem.* Et secundum hoc propinquiores intensiori affectu diligimus. Ergo non agnoscit aliam rationem plus diligendi, quam secundum intentionem. Quas rationes ponderans, concludit ibi Petrus Soto. *Distinctio illa appropiationis ab intentione, noua est, nihil aliud habens, quam nomina: nisi quod interim illa persuasione in generatur hominibus securitas quadam, & tepiditas: quod valde timendum est.* Sed & principale intentum probat ibi, & tota lec. 16. & 17.

5 Meo videri hanc eandem sententiam docet nouissime Ioanes Morinus de ad

ministracione Sacramenti poenitentiae lib. 1. cap. 12. vbi praemittit. Duo solent a Doctoribus Scholasticis summa contentione hac in causa disputari: Prius, doloris qualitatem, & speciem expectat: posterius, gradum. Neutrum verbis nostris distinguemus, eo quod Patrum testimonia videantur nobis utrunque satis, superque explicare, & distinguere. Refert Herman. lib. 3. sim. 7. S. Iustinum Martyrem in fine Dialogi cum Triphone. Tert. lib. de poen. cap. 8. & 9. S. Cyr. libro de lapsis, & Clericus Roman. epist. 31. ad eundem S. Chrysost. hom. 4. in 2. ad Corinth. & hom. 9. in epist. ad Heb. & hom. 41. alias 42. in Math. S. Basil. in Psal. 33. v. 19. & epist. ad Amphil. c. 5. Idem Morinus toto cap. 13 alia multiplicat Patrum testimonia. S. Amb. lib. 2. de poenitentia cap. 6. *Sed adiant* (inquit) *qui agunt poenitentiam, quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu qua mentis intentione, qua cordi conuersione:* & cap. 10. in Psal. 118. ad illa verba: *misere mei secundum verbum tuum.* Et in Psal. 37. S. Pacianus in fine epist. 1. ad Sympronianum. S. Agust. ser. 7. de tempore & ser. 34. de diuersis cap. 12. & lib. 50. hom. in vltima in fine. Alias auctoritates refert quas si expendas, solum inueniens commendari contritionem: & de eius quantitate, nihil. S. Ansel. videtur fauere libro similitudinum cap. 144. dicens. *Sicca poenitentia est, cum aliquem sui peccati poenitet, sed humore pietatis, sui que ipsius compunctione caret. Humida vero est, cum habet utrunque, suamque luget peccatum magna cordis contritione.*

6 Longe diuersa via eandem sententiam defendit. Nuno in Addit. ad 3. p. q. 3. art. 1. conc. 3. dicens, quod vt dolor sit vera contritio, debet esse maior, etiam intensius, quam quicumque dolor naturalis. Quia iste dolor fit medio auxilio supernaturali, velocius mouetur, quam id quod mouetur auxilio naturali tantum. Et quia difficilius separatur homo ab isto dolore, quam a quocumque dolore naturali; si ad ipsam naturam contritionis attendamus: sit enim homo debet esse dispositus, vt sic vera contritio. Et folio sequenti §. *Sed certe*, explicat sententiam asserens se non dicere, quod ad veram contritionem requiratur aliquis gradus intentionis determinatus: certum enim est minimam contritionem sufficere ad quae cunque peccata delenda. Sed solum intendere, quod quaecumque contritio est do-

dolor intensior quam quicumque dolor naturalis. Sicut quicumque actus fidei est intensior quam quaecumque cognitio naturalis: si quidem secundum se est firmior: eo quod est superioris ordinis. Similiter quia dolor de peccatis est superioris ordinis respectu cuiuscumque doloris naturalis: idcirco semper est maior, & intensior.

7 Nihilominus recte Dominicus Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. conc. 2. ait. Minime opus est vt eadem detestatio, & no litio peccati sit maxima intensius. Conclusio est, quam D. Thomas affirmat: est contra Adrianum supra citatum, qui asserit necessarium esse summum conatum. Et probatur. Intensio actus voluntatis sit ex vehementia obiecti mouentis: obiectum autem sensibile vehementius suapte natura mouet voluntatem, quam spirituale: quoniam voluntas sequitur cognitionem intellectus: intellectus autem in hac vita sumit cognitionem a sensu: sensibilia autem sunt propinquiora obiecta quam spiritalia, quae abstrahunt a sensu: sed quo obiecta sunt propinquiora, eo vehementius mouent. Ergo amor sensualium potest esse intensior, quam spiritalium: atque adeo displicentia amissionis spiritalium. Et cum dolor peccatorum sit de rebus spiritalibus, scilicet, quia per ipsa amittimus Deum, & eius gloriam, sit vt alius dolor possit esse maior neque hoc sit culpabile, quia sequitur naturam rerum. *Quare non est culpa, si dum homines filios, aut honores, aut alias res caritas amittant, & inueniunt illud esse displiceat, quam peccatum.* Ex quo sequitur illud Matthaei 10. *Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus: non intelligi, intensius: sed appetitius, vt dudum expositum est haec ibi.*

8 Et post §. concl. §. *Restat ergo*, sic ait. Asserit Adrianus, non sufficere dolorem peccatorum, quatenus sunt offensa Dei, nisi summo conatu fiat. Verumtamen assertio, eius, non modo falsa est, verum: vt bona venia dixerim, *Temeraria, & Sacris litteris parum consona.* Nam Ezeq. 18. & 33. non habetur nisi quod in quacumque hora, & momento conuersus fuerit impius, omnia eius peccata delentur. Et Zachariae: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Conuersio autem quantum ad suam substantiam solum dicit detestationem peccati propter Deum: exigere ergo eximium conatum,

temeritas est: Eademque scrupulorum genitrix, quos haec opinio pusillorum animis contigit, qui nihil de conatu summo sentiunt. Impletur enim praecipuum de actu spei, & charitatis licet non toto conatu fiat; cur ergo non & contritionis mandatum.

9 Hallucinatus ergo (pergit Soto contraria argumenta soluens) fuit Adrianus falso intellectu Scripturae: citat enim pro se illud Deut. 4. *Cum quaesieris Dominum Deum tuum, inuenies eum si tamen toto corde quaesieris, & tota tribulatione animae tuae.* Et in Plat. 118. *Beati qui toto corde exquirunt eum.* Totum autem cor, & tota tribulatio insinuare videtur summum conatum. Ad hoc autem nos supra respondimus exponentes illud Ioelis 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro:* intelligitur enim ad normam illius: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo:* vide licet quod nihil in corde relinquatur dilectioni, & gratiae Dei contrarium, quasi idem cor Deus simul, & Daemon possidere possint: contra illud Euangelij: *Nemo potest duobus dominis seruire.* De conatu si quidem illo nec in Scriptura fit mentio: nec vsus Ecclesiae in contritionibus exigendis rationem habet tanquam de necessaria. Haec Dominicus Soto. Per quae facillime omnes auctoritates exponuntur.

Praeter quam quod idem Soto eodem art. 4. §. *Contra hoc*, in tertia solutione ait, quod remissio peccati attendi potest: & quantum ad culpam, & quantum ad poenam. Et quidem quantum ad primum, quaecumque detestatio sufficit, quantumcumque remissa, dummodo sit de offensa Dei propter ipsum. Sed quantum ad secundum, grauiora peccata grauioribus lamentis sunt abluenda, vt scilicet, plenaria fiat satisfactio. Et in hoc sensu exponit relata verba S. Amb. ad virginem laetam cap. 8. & S. Cypriani libello de lapsis. Et Hugonis lib. 2. de Sacram. part. 14. cap. 2. *Si incorruptione minor est afflictio, quam in culpa fuit delectatio, non est digna poenitentiae tuae fructus.*

Similia argumenta urget Cano contra Adrianum in Rel. de poen. parte 3. & §. *Igitur*, docet amorem Dei super omnia dupliciter posse dici maximum: Vno modo intensius, graduatim quadam intentione, quo pacto iuniores de intentione loquuntur. In quem modum non oportet amorem Dei esse maximum. Alter intelligitur esse maximus appetitius: Conce-

denuda sunt enim nobis in scholastica con-
tatione huiusmodi vocabula. Quod alias sa-
pe deprecati sumus: ac iure obtinere de-
bemus; quoniam theologicas res ornate
dicere velle, puerile est. Certe à Theolo-
go, si afferat eloquentiam, non est asper-
nanda; si non habeat, non admodum fla-
gitanda: tantum complectatur verbis,
quod vult, & dicat plane, quod intelli-
gas.

Vt ergo eo redeamus vnde digressi
sumus, & propositam distinctionem aper-
tiori exemplo demonstremus. Femina
interim vehementius, & intensius catel-
lum amat, quam aurum. Et tamen si al-
terutrum oppoteret amittere; aurum
catello præponeret: ita quoniam plurius
facit aurum, quam catellum, plus diligit
aurum, non intensius quidem, sed appre-
tatiue. Quomodo contritio dolor est
maximus; quia si daretur optio, maiorem
amississe pecunias, maiorem mortuum
fuisse, quam peccasse. Per quæ omnia ar-
gumenta diluit: nam in toto corde Deo
minum exquirat, qui non partem Deo
dat, & partem negat. Sicut ille hospiti
totam domum exhibere dicitur, qui ne-
minem admittit intra domum sine hos-
pitis voluntate. Non est ergo ibi sermo
de totalitate gradualis intentionis; sed de
totalitate integritatis, & perfectionis.
Alia tria argumenta sigillatim soluta
vide ibi.

Doctor etiam Complutensis Ioan-
nes de Medina, Codice de poenitentia
tract. i. tota q. 5. latissime priores senten-
tias impugnat, & hanc ex professo do-
cet, inter alia dicens. *Dura tamen visa est
horum sententia.* Vnde contra eam, &
pro opposita parte arguitur, quod non
sit necessaria tanta intentio, vt apud Deum
valida sit; sed sufficit remissa, modo effi-
cax sit. Primo, quia dilectio Dei, & conuer-
sio ad Deum, etiam si tam intensa gradua-
liter non sit, valet ad gratiam. Igitur etiã
poenitentia vera, cum huiusmodi Dei de-
lectionem includat, vt ex dictis patet. An-
tecedens patet ex innumeris promissio-
nibus in Scriptura Sacra contentis. Rom.
10. *Diues in omnes, qui inuocant illum. Om-
nis enim quicumque inuocauerit nomen Do-
mini saluus erit.* Ecclesiastici 2. *Quis vn-
quam inuocauit eum, & despectit illum? Mi-
sericors enim est, & pius.* Et Christus Ioan.
14. *Qui diligit me, diligatur à Patre meo; &
ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.*
Et S. August. sup. cap. 5. ad Roman. *Si
Deus confugientes ad se non admitteret, ef-*

*set in eo iniquitas, quia promissa non comple-
ret.* Deinde, vt dicitur Iacobi 2. *Miseri-
cordia superexaltat iudicium.* Sed loca
Scripturæ, in quibus Deus ex iustitia pœ-
nam peccantibus, & se à Deo auertenti-
bus comminatur, non sunt ad certum
conatum, seu intentionem ipsius actus
auerfui limitanda: cum quantumlibet
remisse se quis à Deo contra præceptum
eius auertat, mortaliter peccet, & Dei in-
dignationem incurrat. Ergo loca, quæ
salutem promittunt his qui se ad Deum
conuertunt, non sunt coartanda ad cer-
tum conatum, & intentionem actus con-
uersiui.

Præterea idem constat ex S. Christi
relato cap. *Talis*, de poenit. dist. 3. Tertio
facit ratio ad idem. Quia tunc dilectio
Dei super omnia obedientialis staret cū
peccato mortali, non solum quoad rea-
rum, sed etiam quoad actum, ita vt quis
simul mortaliter peccet, & Deum super
omnia diligit: vt in casu quo citra totum
conatum poeniteat propter Deum, tem-
pore quo sibi necessarium est se in statu
gratiæ reponere, totum conatum appo-
nendo, iam peccat in casu actualiter om-
missiue, simul & Deum diligit.

10 Denique, nihil est affirmandum
esse necessarium ad salutem, aut sub pœ-
na peccati mortalis obligare; nisi id au-
thoritate, & ratione ostendatur sufficien-
ter ad omnia enim respondetur, quod pro-
cedunt de totalitate integritatis cordis, non
de totalitate gradualis intentionis. Et ita di-
citur diuidi cor, cum ad diuersa afficitur,
quorum alterum in alterum nõ refertur:
cui diuisioni opponitur totalitas, seu in-
tegritas cordis; ad quam constat intentionem
graduale in pertinentem esse.

Postea late probat, quod nulla in-
tensio certa, etiam circa summum gra-
dum, est in poenitentia necessaria, vt ad
gratiam valeat, cum qualibet poeniten-
tia efficax, quantumuis remissa gradua-
liter sufficiat. Denique §. *Præsupposito*,
probat, quod neque debeat esse summa
respectiue. Quia intensio certa poeniten-
tiæ non cadit sub præcepto. Præterea, eo-
dem actu potest nobis displicere pecca-
tum, & alterius rei amissio, seu patris, aut
amici mors: quemadmodum, eodem ac-
tu possumus Deum, patrem, & amicum
amare: & tunc æque intense displicebit
peccatum, & mors patris, aut amici: id-
que sine peccato. Præterea, displicentia
de aliquo mensuratur, seu proportio na-
turæ amoris de opposito: & ita non magis
te.

tenemur odire peccatum, quam teneamur
diligere Deum: Deum autem non
tenemur absolute, aut respectiue diligere in-
tensus gradualiter, quam patrem, ami-
cum, aut rem aliam creatam. Quamuis
teneamur summe, & super omnia diligi-
bilia diligere appetitiue, seu prelatiue, &
peccatum summe, & super omnia odibilia odi-
re.

11 Similiter Suarez disp. 4. sec. 4. cõ-
tra opinionem requirentem ad veram
contritionem requiri summam intentionem
actus, ait quod eius fundamentum infir-
mum est: & sententia improbabili; imponit
enim homini grauisimum onus, & difficilli-
mam facit contritionem, sine Scripturæ, aut
Conciliorum fundamento: imò contra il-
la. Deinde, vel loquitur de conatu sum-
mo, qui solis viribus naturæ à voluntate
exhiberi potest. Et hic est impertinens:
nam contritio non fit per hunc conatũ;
sed per illum, quem adhibere potest vo-
luntas cooperando diuinæ gratiæ. Quod
si de hoc sit sermo, in illo nullus est ter-
minus: sed quocumque dato potest vo-
luntas maiorem exhibere cum gratia Dei.

Contra sententiam vero asserentem
contritionem debere esse maximam cõ-
paratiue ad alios dolores, ait n. 4. Hac ve-
ro opinio non est probabilior, quam præce-
dens: Nam & debili niritur fundamento,
præter Scripturam, & Patres: & non so-
lum difficillimam constituit viam salutis; sed
etiam obscuram, & perplexam: nam vix po-
test intelligi quomodo fiat illa compa-
ratio: an fieri debeat cum qualibet detra-
ctione, seu dolore possibili homini? Et
hoc dici non potest: alias coincideret hæc
opinio cum præcedente, vt per se con-
stat.

Vel comparatio est facienda cum
dolo, quem homo aliquando habuit?
Et hoc est contra vsum, & praxim om-
nium poenitentium. Et alias sæpe esset
necessaria intensior contritio in eo qui
minus peccauit, quia is potuit habere
alios affectus, ad creaturas non malos, sed
intensiores, quam fuerit peccatũ grauius
alterius. Vel denique hæc comparatio est
facienda cum alio actu quem de præsen-
ti habet quando conteritur? Et quidem
hæc collatio impertinens est: tunc enim
vix potest homo de alia recogitare, ne-
dum alium intentum dolorem habere in
voluntate ipsa. Et dato quod alius actus
tunc habeatur, non tenemur facere actũ
poenitentiae illo intensiorem: quia Deum
ipsum non tenemur diligere magis inten-

sive quam alias res; sed appetitiue.

Denique ait Suarez n. 7. in fine. Vnde
de quod Petrus Soto ait, in qualitatibus
non esse magis, & minus nisi secundum
intentionem; non ita est: nam inter eas,
quæ specie differunt, præter comparatio-
nem in maiori, & minori perfectione es-
sentiali; potest inueniri magis, & minus
in vi agendi, & resistendi, & suo modo in
vi coniungendi potentiam obiecto. Quo-
modo actus scientiæ licet sit remissus ex
conatu potentiæ, firmiter coniungit intel-
lectum obiecto, quam actus opinionis,
quantũuis maximo conatu potentiæ fa-
ctus.

12 Hæc sententia est iam comuni-
ter recepta. Vnde Aueria q. 2. sec. 10. in
fine, vocat communem, & certam, &
ait, quod eam tenent quatuor decim Au-
ctores, quos nominatim, & in proprijs lo-
cis refert. Sed male inter eos citat Nauo,
qui, vt vidimus, oppositam tenet. Sed mo-
do singulari, & falso: quia etiam attritio
fieri solet ex auxilio supernaturali, vt do-
cet Concilium Tridentin. ses. 14. capit. 4.
& tamen non excedit in intentione om-
nes alios dolores naturales. Deinde
S. Thomas, & omnes Patres distinguunt
charitatem incipientem, proficientem,
& perfectam: & Theologi distinguunt
charitatem vt vnum, & charitatem vt
duo, & sic deinceps. Et S. Thomas iuxta
minus, vel magis intensam dispositionem
docet charitatem augeri.

Præterea, Deus in vnoquoque ope-
ratur iuxta modum suum: & sicut auxi-
lio naturali quidam operantur intense,
quidam remisse: & sic à Deo mouen-
tur. Ita pariter quidam in via Dei agunt
remisse, quidam feruenter, quidam ar-
denter. Quod autem omne supernatu-
rale excedat genere omne naturale, est
verum, sed impertinens ad propositum:
quia non est comparatio in operatione
specifica, vel generica: sed in com-
paratione graduali, quæ se tenet ex
parte subiecti.

Sicut autem fides, quæ simplici-
ter est certior ex causa reuelante; po-
test secundum quid, quoad nos, ex
parte subiecti esse minus certa quam
sapientia, scientia, & intellectus: quia
sicut dicitur esse certius, quod plenius consti-
quitur intellectus hominis, vt docet D.
Thomas 2. 2. quæst. 4. articulo 5. Ita actus
poenitentiae, & charitatis supernaturalis,
qui ex principio, & motiuo exce-
dunt omnes naturales, possunt esse minus
in-

intensius: quia ut ait D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 1. vires inferiores vehementius mouentur ab obiectis proprijs. Notitia que intellectualis oritur à sensibus; & ideo corporalia propinquius, & vehementius mouent, & intensius solent appeti, quam spiritualia.

13. Ito ergo dicendi modo reiecto, de principalibus sententijs inquit Lorca 2. 2. sec. 3. disp. 26. n. 9. Inter has sententias, quantum ego existimo, non est magnum dissidium, & potius in forma loquendi, quam in re ipsa videtur esse discrimen. Et n. 14. ait. Manifestum est inter propositas sententias grauissimorum Authorum non posse esse discrimen, nisi in vocibus, quatenus Auctores prioris sententiæ perfectionem propriam, & essentialem actus dilectionis Dei, qua excedit alias dilectiones, vocauerunt intensiōem. Quæ loquutio minus propria fuit: nam intensio proprie dicitur perfectio gradualis eiusdem formæ. Excusari tamen debet, quia intensio etiam significat efficacitatem, & perfectionem motus: & in opia vocum efficit, ut in hoc sensu nomine intensiōis uterentur: vix enim possumus explicare conditiones essentialis huius affectus, nisi utendo vocibus, quæ accidentalem perfectionem frequentius significant; idem enim esset, si diceremus esse maiorem firmitatem, vehementiam, adhesionem, & similia. Auctores vero secundæ sententiæ inherentes proprietatis vocis, *Intensio*, recte docuerunt non esse necessarium ut dilectio Dei alias excedat in intensiōe. Hæc Lorca.

Quam conciliationem libenter admitterent, si earum Auctores opinionum eam non excluderent expresse: vidimus enim a Petro Soto agnitas illas voces *appreciativæ*, & *prælativæ*, & reiectas, ne illarum velamine in causa suæ salutis ingeneraretur hominibus securitas, & tepiditas. Adrianus etiam primum præmittit probandum. *Reprehensibile est valde peccatoribus veniam, & securitatem facile polliceri.* Probat ex S. Isidoro lib. 2. de summo bono cap. 13. & ex cap. *Si quis Diaconus*. Posteaque ponit conclusionem responsivam. *Morale peccatum non remittitur adulto sine magno dolore appetitus intellectui, puta voluntatis, excepta saltem gratia baptismatis.* Probat ex cap. *Sunt plures*, de poenit. dist. 3. & S. Am. lib. 2. de poenit. *Facilius inuenitur, qui innocentiam seruauerit, quam qui congrue egerit poenitentiam.* Et S. August. vel qui est auctor ser. 11. ad

fratres in eremo. *Gravia peccata grauissimis lamentis indigent.* Et ad eisdem ser. 7. & S. Bern. de modo bene vivendi, ad forem, cap. 1. Verba auctoritatum ibi affert.

Sed respondet Lorca n. 4. falso hanc sententiam Adriano tribui, nam potius dicit oppositum: in solutione enim terrij argumenti illius Quodlibeti fateri, nullum gradum intensiōis in contritione, vel dilectione requiri, sed remissam charitatem sufficere, dūmodo vera charitas sit. Hoc tamen parum urget: quia nos formalia verba Adriani retulimus, & summam probatorum: & licet verū sit, quod ad tertium ait, *respondeo quod uti que minima contritio sufficit: sed non minimus motus displicentiæ; qui potest esse tam exiguus, quod de congruo non mereatur charitate formari, & ita desit à ratione contritionis.* Hæc tamen facile ipse componeret, dicendo minimam quidem contritionem sufficere: sed vera contritio etiā minima, exigit magnum dolorem. Et hoc est intentum prioris sententiæ.

14. Sunt qui eam tribuant D. Thomæ: sed ad id nec apparentiam habent: imò in locis, qui in contrarium citantur, eōmunem sententiam docet, licet non eisdem vocibus. In primis: ut ponderat Dominicus Soto, tota doctrina lib. 4. senti. dist. 17. q. 2. art. 3. per totas tres quæstionculas facit ad intentum: si quidem admit tit dolorem sensibilem de alijs rebus terrenis posse vehementer esse dolore contritionis. Articulo autem quinto q. 2. ait: *Quod intensio contritionis potest attendi dupliciter: uno modo ex parte charitatis, qua displicentiā causat, & sic contingit tantum intendi charitatem in actu, quod contritio ibi sequens merebitur, non solum culpæ a motionem, sed etiam absolutionem ab omni poena.* Alio modo, ex parte doloris sensibilis, quem voluntas in contritione excitat: & illa poena etiam quædam est, tantum potest intendi, quod sufficiat ad deletionem poenæ, & culpæ. Vbi D. Thomas ad remissionem quoad culpam, & reatum poenæ æternæ, solum requirit actum contritionis, & charitatis, non curando de intensiōe: vnde ibi ad 4. ait quod dolor contritionis habet infinitam virtutem, ex charitate, qua informatur: At vero ut fiat plenaria absolutio à reatu poenæ, intensiōem charitatis, & contritionis, & poenæ requirit: sicut & 3. p. q. 86. art. 4. & 5. Et de contritione qualibet ait ibi q. 79. art. 1. ad 2. quod *Se habet ut dispositio*

ultimo ad gratiam consequendam.

Aduertit autem in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. q. 3. quod contritio, ut sæpè dictum est, habet duplicem dolorem. Vnum rationis, qui est displicentiā peccati commissi. Et hic potest esse adeo paruus, quod non sufficiat ad rationem contritionis: ut si minus displiceret ei peccatum, quam debeat displicere separatio à sine: sicut etiam amor potest esse ita remissus: quod non sufficit ad rationem charitatis. Hæc doctrina habetur in Concilio Trid. ses. 14. cap. 4. & 5. Et est S. Augustini ser. 50. de tempore cap. 12. dicentis. *Sine causa putat quis per sterilem poenitentiam se mereri veniam peccatorum.*

Nec enim omnis, qui displicentiā peccati habet, est contritus, sed aliquando solum attritus. Nec hæc semper affectum peccandi excludit. Aliquando poenitens putat se poenitere ex auxilio, & motiuo supernaturali; & saltem solum naturalem displicentiā habet. Vniuersaliterque non quilibet actus poenitentiae est contritio: sed solum ille, qui in sua specie est perfectissimus. Nec gratia, de lege ordinaria, adultis confertur cum solis dispositionibus remotis; sed solum posita vltima dispositione. Quod totum cum nullus negat Theologus, ex eo quod id D. Thomas affirmet, nullo titulo ei tribuitur sententia, quam ipsi dicunt contra communem: & ipso eodem loco eam significat D. Thomas, concludens. *Sic ergo dicendum, quod quantumcumque paruus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.* Rationem que assignat ad 1. quia *medicina spirituales habent efficaciam infinitam ex virtute infinita, que in eis operatur.* Apponitque exemplum in Baptismo delente infinita peccata, & parua, & magna, adhuc si vno essent, vel in numeris hominibus. Et similiter (inquit) *Est de contritione, dummodo ad rationem contritionis pertingat.* Quid simile loquendo de gratia, docet D. Thomas 3. p. quæst. 70. art. 4. illis verbis. *Minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & vitare omne peccatum mortale quod committitur in transgressione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quam cupiditas millia auri, & argenti.* Stat ergo, quod sit minima in intensiōe, & summæ virtutis, & efficaciam, ex Deo, quem super omnia appetitiue amat.

15. Denique in 3. dist. 29. q. 1. art. 2. ad 3. ait D. Thomas, quod *intensio actus, præcipue in actibus animæ, qua non necessario se*

cundum totum suum posse agit, sicut naturalia non mensurantur ad quantitatem obiecti tantum, sed ad efficaciam agentis, & conatum in agendo: vnde non melius videt, qui maiorem rem intuetur, sed qui citius videt. Ideo etiam non oportet, quod aequaliter afficiatur ad illud, cui æquale bonum desidero. Quantum attentè hanc solutionem lego, non video aliquid in quo oppositæ sententiæ fauet: imò optime radicem explicat vnde intensio actus sumatur: nam præcipue attenditur in agentibus liberis ex efficaciam, & conatu in agendo: quæ autem contingenter, & libere accidant: & speciali lege non sunt præcepta, sine fundamento dicuntur esse necessaria ad positionem contritionis, vel actus, charitatis. Non ergo ad contritionem requiritur summa intensio, nec absolute, nec comparative ad alios dolores. Licet debeat esse ex toto, & integro corde; & sic dispositio vltimo ad gratiam, & viam habet ad vincendum omne peccatum. Fortèque aliqui sic voces accipiunt, aliquantulum fauente Cicerone 2. Tusc. *Ut onera contentis corporibus facilius ferantur, remissis opprimunt: similiter animus intensiōe sua (sive intensiōe) depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat esse tollere.* Vnde si significat intensio efficaciam, & perfectionem: cum dolor debeat esse super omne odibile, sicut & amor super omnia, & ex toto corde, & in solo Deo ponens vltimum finem (ut docet S. Thomas, & hoc solum volumus Patres in contrarium relati) nulla restat opinionum differentia in hoc puncto. Sed cum vsus iam vocibus dederit proprietatem iuxta aliam acceptionem inter Theologos, ideo à cōmuni, nec in re, nec in modo loquendi est recedendum in hoc puncto.

§. II. An requiratur determinata duratio contritionis ut contrito detur gratia.

16. Circa secundum, an sit necessaria aliqua determinata duratio contritionis ut contrito detur gratia? Etiam est difficultas, non solum de re ipsa, sed etiam de mente Auctorum. Communiter pro parte affirmante refertur Scotus, non solum à recentioribus (ut conqueritur nouus Scotista) sed pro ea cum citat Grabiel in 4. dist. 14. quæst. 1. artic. 2. in fine, referens formalia verba Scoti, quæ sunt ista. In 4. dist. 14. q. 2. 5.

De secundo ver. Ad huius lit. N. ait. Iste autem motus dicitur attritio. & est dispositio, sive meritum de congruo ad deletionem peccati mortalis: quae sequitur in ultimo instanti alicuius temporis, in quo tempore ista attritio duravit. Nec est certum si Deus talem attritionem velit esse dispositionem ad iustificationem, nisi sit perfectae moraliter circumstantionata. Et infra. Vel nulla potest esse sufficienter dispositio ad istam iustificationem, quam ista attritio perfecte circumstantionata ingenere moris, ut tunc in ultimo instanti, vel aliquo usque ad quod Deus determinavit attritionem debere durare ad hoc ut sit meritum de congruo ad iustificationem, infunditur gratia: & tunc simpliciter deletur peccatum. Denique infra ait. Potest ergo dici, quod Deus disponit per attritionem in aliquo tempore tanquam per aliquod meritum de congruo in aliquo instanti dare gratiam, & pro illa attritione, ut pro merito iustificat, sicut est meritum iustificationis. Haec Scotus.

Contra quem, praeter morem, Gabriel Biel ait. Sed quia ista continuatio actus, & determinatio temporis, ac termini eius a Deo (ut ait) praefixi, nullam habet auctoritatem Scripturae; nec ratio probat: ideo ea facilitate contemnitur, qua probatur. Praeterea, videtur ille motus non concordare Scripturae, & communibus dictis Doctorum: & caetera, quae late prosequitur.

17. Caeterum quia ipse Scotus in 4. dist. 21. q. unica §. Ad argumenta, ver. Ad secundum, & ver. Ad aliud, dicit, quod nunc ad legem simpliciter ordinatam pro statu isto natura lapsa requiritur, quod poenitentia possit esse fructuosa: & qua ratione in quocumque instanti sanitatis, pari ratione, & in extremis: imò magis est necessarium pro multis imperfectis, quod tunc possit valere.

Propterea Vega lib. 13 in Tridentinum capit. 24. explicat Scotum, dicens intelligendum quando superit tempus ad poenitendum, tunc enim certam durationem ad contritionem requiri non est censura dignum.

Et Iosephi Angles quaest. de Contritione articulo 3. disc. 4. conc. 1. dicit non esse erroneum affirmare, requiri certam temporis moram per quam dolor continetur. Et conc. 2. asserit quod ad totalem remissionem peccatorum quoad culpam, & omnem poenam per contritionem, certa temporis mora desideratur:

nam quo peccata sunt graviora, eo maior exigitur: sicut correspondet grauior poena iuxta illud Apoc. 18. Quantum glorificauit, &c.

Caeterum omnes auctoritates, & rationes, quae probant culpam posse, & de facto saepe remitti in instanti, a fortiori probant de remissione reatus poenae: cum longe maius beneficium sit impium iustificare, quam iusto poenam condonare. Item Apostolo Paulo, & Mariae Magdalena & similibus, in instanti fuit culpa, & poena remissa. Unde Caietanus Lucae 7. ver. 47. notat quod non dixit Christus, quia dilexit multoties, sed multum: quoniam semel diligere multum, dicit innumerabilia peccata. Intensioque contritionis aequiualeat durationi, sicut & actuum multiplicationi. Praeterea, ut ait S. Leo Papa, misericordiae Dei non possumus tempora diffinire. Similiaque afferemus ex Coelestino primo, & Iulio primo, &c.

Ideo nouissime Delgadillo capit. 3. de poeniten. dub. 5. ait, quod Scotus aperte defendit, quod ut contritio sit vltima dispositio ad gratiam, non requiritur aliqua temporis duratio. Verba relata ex dist. 14. dicit num. 10. loqui de attritione elicitae antequam habeat vltimam dispositionem ad gratiam (vel per alium motum perfectae contritionis; vel per realem susceptionem sacramenti) Itaque affirmat, quod & si attritio possit elici in instanti; tamen non est vltima dispositio ad infusionem gratiae, quoad usque ei adiungatur perfecta contritio, vel realis susceptio sacramenti.

Sed contra est, quod doctrina est verissima; sed nec leuiter a Scoto insinuata, imò ei contraria. Primo, quia nulla ibi mentio contritionis, aut receptionis Sacramenti: imò habet pro inconuenienti, quod sola contritione, vel Sacramento delectatur culpa. Secundo, quia ratio eius de acceptione personarum: & ad eam vitandam, ponendo iustificationem praecedere meritum de congruo: nihil valeret, iuxta hanc expositionem: quia potius nos cum Apostolo, & Concilio, nullis eorum praecedentibus meritis, & gratis iustificari dicimus, &c. Tertio, non verificat illa verba: & pro illa attritione, ut pro merito iustificat.

18. Quarto, iustificatio quae fit contritione, vel reali susceptione Sacramen-

menti; est de fide: & nihil expectat: ut quid ergo Scotus expectat instans quod Deus determinet? Praeter quam quod qui velet hanc opinionem Scoti tribuere, posset respondere ad id quod adducitur ex dist. 21. iuxta mentem Scoti, per se loquendo, necessariam esse aliquam moram temporis, in qua poenitentia daret, ut in fine eius perficiatur contritio, & obtineatur gratia; in fine tamen vitae propter urgentis necessitatis articulum minorem a Deo acceptari: vel quia dispensat: vel quia articulus necessitatis excusat ut duratio sufficiat in voto. Vel, ut insinuat Almainus: quia duratio temporis potest intensioe compensari.

Desidero ergo aliam legitimam intelligentiam, & interim dubius pertranseo de mente Scoti. Nam, ut dixerat Cano Rel. de poenit. parte 3. §. Quibus, folio 15. Si quis eum voluerit hoc errore liberare, cum hoc ego non magnopere pugnabo. Videatur Cano §. Ex eodem.

Praeterea Suarez disp. 4. sec. 5. n. 3. ait, quod opinionem Scoti probabilem reputat Almain ibi: & ex parte sequitur Caietanus tom. 1. opusc. tract. 4. q. 1. Et ipse Suarez disp. 5. sec. 1. n. 6. dicit quod opinio Scoti non displicet Paludano in 4. dist. 17. q. 1. art. 5. conc. 3. Verum est quod non displicet, nec placet: quia de hoc puncto ibi non tractat. Sed articulo tertio, disputans de continuitate contritionis, ponit tres conclusiones: & omnes supponunt tenuisse opinionem contrariae ei, quam absque vilo fundamento ei Suarez attribuit. Sed & longe diuersam esse Caietani sententiam, infra de illa agendo ostendemus. Nullus ergo agnoscitur indubitatus Auctor sententiae affirmantis.

19. Igitur certum est contritionem posse fieri in instanti, & nullum aliud instans, vel tempus expectatur ut sit vltima dispositio ad gratiam, quod imperetur a charitate, & eliciatur a poenitentia. Ita sumitur ex D. Thoma 3. part. quaest. 89. articulo 1. ad 2. & 1. 2. q. 112. articulo 2. ad 2. ubi asserit illud Ecclesiastici 11. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem. Et quaest. 113. articulo 7. asserit illud S. Ambr. lib. 1. in Lucam: Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Probat Soto in 4. dist. 17. quaest. 2. articulo 4. in fine, decem argumentis: quorum summa est Illud Ezeq. 18. & 33. Impietas impij non nocebit ei.

in quacumque die conuersus fuerit. Vbi dicit, secundum intelligentiam Sanctorum, pro quocumque momento accipitur. Constatque ex contextu a contrario: sicut in quocumque instanti peccato confenserit, Iustitia eius non recedat ab eo amplius. Ita in quocumque momento fuerit conuersus, impietas non nocebit ei.

Deinde S. Christ. relatus de Poenit. cap. Talis, ait. Talis est erga homines pietas Dei; nunquam spernit poenitentiam, si sit sincera, & simpliciter offeratur: etiam si non potuerit quis exple-re in praesenti satisfaciendi ordinem, quantum tamen; & quamlibet breui tempore gestam suscipit etiam ipsam: nec patitur quamuis exigua conuersionis perire mercedem.

20. Optime etiam S. Leo Papa primus epistol. 91. ad Theodorum, relatus capit. Multiplex. de poenitent. dist. 1. Si periculum (inquit) urgeat, cuique poenitenti est absolutio danda: quia misericordiae Dei non possumus tempora diffinire, nec mensuras ponere, apud quem nullas patitur veniae moras conuersio: dicente Spiritu Dei per Prophetam: cum conuersus ingemueris, saluus eris: Efaiae 30. iuxta septuaginta, ut etiam legit S. Cyprianus libello de lapsis circa finem, & epistol. 8. & frequenter alij Patres.

Praeterea in Scriptura Sacra praecipitur quidem conuersio ad Deum, & contritio: qui non significat nisi simplicem motum spiritualem voluntatis: quae potest in instanti operari: duratio autem quid accidentale est: nec variat speciem actus: unde si instanti primo non disponebat vltimo ad gratiam; nec certo transacto tempore disponet.

Item, Deus pronior est ad veniam, quam ad vindictam: sed per quamcumque auersionem instantaneam subito decidit homo a gratia: ergo subitanea conuersione eadem potest recuperare.

21. Rursus, ut specialiter impugnetur modus dicendi, quem verba Scoti indicant, sic probat. Nullus detestationis actus tempore antecedens gratiam, est essentialiter ad iustificationem requisitus: eo quod simul esse potest cum peccato: ergo ille actus, qui per certum illud tempus continuatur, quem illi attritionem appellant, non est proxima dispositio ad gratiam: sed

ille solus, qui per auxilium speciale elicitur, cum quo simul tempore gratia infunditur.

Docemur (alij omis) probat: nam sequeretur, si id verum esset, per aliquantum temporis homini non esse possibile in gratiam Dei se recipere, vt pote vsque ad illud instans, quo completa esset iactura, & continuatio actus: hoc autem clementiæ, & omnipotentiae Dei aduersatur, qui subito potest honestare pauperem. Tres euasiones ibi præcludit. Contra quas etiam videatur Nuisio Add. q. 4. ar. 1. dub. 2.

Ponderat hanc vltimam rationem Suarez disp. 4. sec. 5. à n. 6. vsque ad 9. & n. 4. refert Cælestinum Papam epist. ad Episc. Galliae cap. 2. dicentem. *Vera conuersio mente potius, quam tempore merienda est, dicente Prophetæ: conuersus fueris, saluus eris.* Et Iulius 1. in decreto 2. quod habetur in 1. tomo conc. post primam eius epist. *Quia Dominus (inquit) nō solum temporis, sed etiam mentis inspector est, sicut latro vnius momenti poenitentia meruit esse in Paradiso.* Quod Decretum cum multis alias habetur 26. q. 6. & de poenit. dist. 3. cap. *Talis.*

DVBIVM OCTAVVM.

De contritione imperfecta, seu attritione

§. I. Ordo tractatus & attritionis nominis explicatio.

I Vlti, profertim recentiores, prius agunt de ratione communi contritionis, & attritionis, vt postea sigillatim de contritione, & attritione transeant. Sed isti non advertunt vocem non significare aliquid commune vniuersum, perfecte vnum, & abstractum ab inferioribus, sed solum aliquid analogum, cuius ratio principaliter, & primo solum est in contritione, in attritione autem secundum, quid, & per posterius. Docet autem S. Thomas 1. p. q. 13. art. 6. *Quod in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogice dicuntur, necesse est, quod omnia dicuntur per respectum ad vnam.* Et ideo illud vnum oportet quod ponatur in diffinitione omnium. Et quia ratio, quam significat nomen, est dif-

initio, vt dicitur in 4. Metaph. textu 28. *Necesse est, quod illud nomen per prius dicatur de eo, quod ponitur in diffinitione aliorum, & per posterius de alijs, secundum ordinem quo appropinquant ad illud primum, vel magis, vel minus.* Exemplificat ibi de sano, quod dicitur de animali, & de vrina, & medicina, illa vt causat, ista in quantum est signum sanitatis animalis. De quo in lib. 2. Logicæ q. 3. §. 3. iuxta hoc ergo, recte S. Thomas, & antiqui Theologi, Soto dist. 17. q. 2. & communiter Thomista, immediate agunt de contritione, & inde facile exponunt qualiter aliqua eius ratio imperfecta participetur in attritione. Rationemque reddit Caietanus to. 1. opus tract. 4. q. 1. §. *Quoad secundum* quia imperfectum dicit negationem perfecti, & negatio per affirmationem oppositam cognoscitur. Ideo inchoandum est à contritione, quæ est displicentia perfecta. Vnde S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. q. 2. ad 3. ait, *quod attritio non dicit accessum ad perfectam contritionem.* Vnde in corporalibus dicuntur attrita, quæ aliquo modo sunt conminuta; sed non perfecte: sed contritio dicitur, quando omnes partes trita sunt simul per diuisionem ad minima. Et ideo significat attritio in spiritualibus quandam displicentiam de peccatis commissis; sed non perfectam: contritio autem perfectam,

2. Vocis nouitatem mirari, imò eius usum Scholasticis Theologis videretur ex probare, Ioannes Morinus Blesensis, de administratione sacramenti poenitentiae lib. 8. capit. 2. numero 14. dicens.

Hoc nomine, *attritio*, vt iam in Scholis vulgato, vtuntur Alexander Alensis, Guillelmus Parisiensis, & Beatus Albertus magnus, & Posteriorum nemo illud præterijt. Nonnulli tamen eodem tempore, aut illud non agnouerunt, aut neglexerunt. Sed auctorum, qui hos antecesserunt, nullus mihi cognitus, attritionem commemorauit; licet easdem cum his questionibus agitaret. Itaque nomen illud in Scholis vulgari cepit post annum 1220. centum, & paucissimis annis post natam Scholasticam.

Sic autem attritionem inter, & contritionem distinguebant, vt attritionem dicerent ex fide informi nasci, contritionem ex fide formata. Attritionis principium esse timorem seruilem, contritionis timorem iustitiale. Attritionis causas esse: *Auxilia gratia, seu gratias gratis datas,*

contritionis vero gratiam gratum facientem Hinc omnem dolorem de peccato, Deique amorem in non habente gratiam, attritioni attribuerunt; in habente gratiam contritioni. Atque consueuerunt antiquorum Scholasticorum per multi, qui post tempus ad notatum scripserunt, vt disertissime, tanquam ab omnibus concessum, assumerent, omnia opera ab auxilijs Spiritus Sancti hominem mouentis, & impellentis ante gratiæ gratum facientis influxum procedentia, naturalibus, mortuis, & in gratuitis, vt ipsi loquuntur, esse à numeranda; sola vero opera habitum gratiæ consequentia, supernaturalibus, viuus, & gratuitis, præmijque æterni meritorijs. Vide Beatorum Albertum in 4. dist. 16. ar. 8. Alexandrum 4. p. Summæ q. 17. memb. 5. art. 4. S. Bon. in 4. dist. 17. ar. 2. q. 3. S. Thom. in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. q. 3. & dist. 14. q. 2. ar. 3. q. 1. & Summæ 3. p. q. 86. art. 6. Cui adde Ludouicum Molinam de Concordia gratiæ cum libero arbitrio q. 14. disp. 14. membro 3. nihil illi viuum, meritorium, & supernaturale iudicabant, nisi quod esset habituali gratia illitum, & imbutum. Non sane, quod opera ante habitum gratiæ Spiritu Sancto mouente edita cum pure naturalibus plane confunderent; sed quod ea cum gratia habituali affectis comparata in operum naturalium ordinem cogi deberent. Albertus enim isto argumento pressus naturalia non fieri gratuita, eo confugit vt dicat attritionem esse donum Spiritus Sancti; & ideo naturalibus non esse tribuendam. Sed paulo post subiicit ista se probabiliter disputare; posseque, qui aliter senserit, argumenta sua facile soluere. *Alij, non omnino improbabiler; contrarium colligere videbantur. Nam humanis meritis, & propria facultati, tribuenda videntur, quæ quis agit ex habitu; non autem simpliciter gratuita, & Deo, nisi quatenus omnium effectum causa est.* Hæc & alia Morinus illo capite secundo. Caputque tertium inchoat his verbis. *Cum primum attritionis nomen in lucem erupit, erupit quoque hæc quaestio, An attritio fieri possit contritio? In Scholis agitata est annis prope centum, nulla prorsus ad iustificationem in sacramento poenitentiae facta relatione. Quod fusc probat: & numero 5. ait. Ex hoc postremo responso quaestionum notarum iliades ebullierunt.* Hæc & alia Morinus,

3. Cuius longissima narrationis particulas aliquas patienter hic in serui vt agnoscat lector ignorantiam, & contemptum Scholasticæ Theologiæ in numeras adducere hallucinationes, & errorum esse perpetuam scaturiginem. Prudenter, & sapienter, vt affolet, Dominicus Soto in Præfatione ad lib. de natura, & gratia Sanctos Patres Tridentinæ Synodi sic alloquitur colun. 4. At qui si superis placet, ac si essent ipsi, qui iura deberent ponere orbi; ita sunt inter Catholicos multi, qui eos (Lutheranos) audientes, quaestionarios posthabent, Philosophiam abijciunt; & solis volunt linguarum ferculis conuiuium instrui vt pote quarum cognitione, & subsidio arbitrantur absque Theologo, per se posse, cum Sanctorum Patrum; tum etiam Sacræ paginæ adire volumina. Cui profecto malo (id quod coram vestra Sanctitate in publica Synodo declamaui) nisi obuiam publicitus occurratis & Vniuersitates melius sibi, & bono publico consultum properent, totum breui Christianum orbem errores ebullire dolebimus? Quid ni? Vt quisque impensissime studet trilinguis euadere, tanquam fabuloso illo fonte prolatis labra, ita maxima auctoritate inter sacrorum mystas Trimegistus prodit. Hæc Soto. Quæ vtinam non ita intentò quadrarent, nec rã actu tangerent, & signarent Morinũ.

4. Cuius defectus in sana Theologia indicabo potius, quam impugnabo (id suo loco referuas) Primo confundit auxilia gratiæ: de quibus S. Thomas 1. 2. q. 109. & Alvarez, & Suarez & innumerij alij tonis integris, cum gratijs gratis datis, de quibus Apostolus 1. ad Cor. 12. & S. Thomas ibi lec. 4. & 2. 2. à q. 176. vsque 178. Licet Alensis, & S. Bonaventura dicant attritionem dari ex gratia gratis data, alio sensu, nempe ex auxilio præcedente gratiam gratum facientem. Secundo, refert Scholasticos ex vna parte dixisse attritionem fieri auxilijs gratiæ, & ex alia parte fieri viribus naturæ, & esse naturalibus annumerandam: quæ cum simul esse verã non possint, non potest vere citare antiquos, qui ita scripserint. Tertio, solum ponit vt opinionem; quod homo sine habitu gratiæ possit facere opera viuã, & gratuita, præmijque æterni meritoria; & subdit, quod Alij non omnino improbabiler contrarium colligere videbantur. Quod non scribetet, si attri-

tendisset verba Concilij Trident. *sec. 6. cap. 7. & cap. 16. vbi dicitur. Cum enim ille ipse Christus Iesus in ipso iustificatos iugiter virtutem infuset, qua virtus bonorum operum semper antecedit, & comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possunt.* Quam doctrinam omnes catholici credunt. Unde nominet, qui sunt illi Scholastici, qui non iustificatos mereri vitam æternam doceant. Quarto, quæ consequentia est ut quis operetur ex habitibus, & quæ operatur tribuantur humanis meritis, & facultati, & non Deo? Contrario enim modo arguit Tridentinum illis verbis. *Absit tamen ut christianus homo in se ipso, vel confidat, vel gloriatur; & non Domino: cuius tanta est erga homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, ut etiam dixerat Cælest. 1. epist. capit. 1. Deficit quinto, quia primo retulerat omnes antiquos possuisse attritionem fieri auxilijs gratiæ (quod nec vere refert) & modo ut singulare effugium Beati Alberti id suggelat. Quod intolerabile est: cum Concilio Tridentino opponatur doctri. *sec. 14. capit. 4. aliquando attritionem imperfectam esse donum Dei, & Spiritus Sancti impulsam.**

5 Sexto maxime deficit, dum Scholasticis exprobat inventum vocis, cuius usum commendat Sacra Tridentina Synodus *sec. 14. cap. 4. dicens. Illam vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur.* Ipseque Morinus lib. 1. capit. 18. numero 20. ait. *Licet enim Antiqui nomen attritionis non agnouerint, nedum hoc axioma, attritionem in sacramento fieri contritionem.* Rem tamen ipsam hoc axioma significatam non modo docuerunt, verum etiam ut principium, & omnis disciplinæ poenitentialis fundamentum, maximopere commendarunt. Hæc ille. Si hoc ita est, cur Catholicus, & eruditus vir Theologus, improperat vocis inventum, & usum? An quia nouat? Quid dicit de his vocibus, *Incarnatio, consubstantialis, Deipara, transsubstantio?* Certe hæreticis similia obijcientibus, respondet ad Gal. *ead. illa verba: Notum vobis facio Evangelium: S. Hieronymus: Vellem enim ut ista Cicerone quærent, cur in sua Philosophia portentosis verbis usus factus: inde eum se excusat quod alias non posset Philosophiam Platonis explicare. Vide in simili quæ dixi 3. parte quæst.*

75. dubio 6. numero 8.

6 Imò hic non fuit nouæ vocis inuentio: sed cum in ipsa Scriptura Sacra, ut vidimus dub. 1. habeatur hæc vox, *contritio*, & vsus eius ad conuersionem poenitentis explicandam: ex ipsa proprietate metaphoræ, & translationis; & quia videbant aliquid imperfectum, & perfectum posse confundi distinctionis defectu; ideo coacti sunt istis vocibus exprimeret: sicut ergo non nisi hæretici possunt calumniare distinctionem peccati venialis à mortali; & distinctionem S. Augustin. in Psalm. 5. & Theologorum omnium cum D. Thoma 2. 2. q. 110. articulo 2. quod mendacium aliud est *offensivum*, aliud *iocosum*, aliud *perniciiosum*: & quod duo illorum non sunt magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa: ut ibi exponitur articulo 4. Non obstante, quod Psalm. 5. dicatur. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Et sap. 1. *Os quod mentitur, occidit animam.* Quæ intelliguntur à D. Thoma ad 1. de mendacio pernicioso. Ita pariter in hoc puncto non reprehendendi, sed iudicandi, & sequendi sunt Theologi, non solum a sapientibus; sed ab omnibus, qui fideles, & catholici nominari, & esse volunt. Sed de his hæc plusquam satis in re peruia omnibus.

7 Ut autem describamus iam attritionem ipsam, sciendum quod inter Theologos antiquos, & eos qui prope tempora Concilij scripserunt, & postea scribunt, est variata proprietates, & vsus vocis: cum enim tunc omnem poenitentiam imperfectam vocarent attritionem, & eius finem, formam, & perfectionem præcipuam viderent esse gratiam, vocabant attritionem: & omnem subsequentem, vel comitantem gratiæ infusionem, vocant contritionem. Quod plane supponit ratio D. Thomæ in 4. dist. 17. quæst. 2. articulo 1. quæst. 2. Expressitque quæst. 28. de Verit. articulo 8. dicens. *Omnis dolor de peccato in habente gratiam, est contritio: & similiter omnis actus fidei gratiæ coniunctus est fidei formata actus: Ergo actus fidei informis, & attritio, de quibus isti loquantur, tempore præcedens gratiæ infusionem.* Eodem modo loquitur Paludanus in 4. distinct. 17. quæst. 1. articulo 1. numero 11. & 12. Item Scotus in 4. dist. 14. q. 2. §. *De secundo principali, vel De tertio dico, vbi ait. Primo modo sufficit actus*

actus informis: quia dispositio præcisa ad peccati deletionem est semper sine gratia, & charitate, à cuius solius in herentia, & inclinatione ad actum, dicitur actus formatus. Secundo modo dico, quod requiritur actus formatus: nam in illo instanti in quo deletur peccatum, charitas inest: & per consequens, si actus requiritur ut concomitans, requiritur ut formatus. Et infra ver. Respondet, ait, quod actus, qui est contritio, in eodem instanti temporis præcedit natura deletionem, licet, ut contritio, hoc est, ut formatus, sequatur deletionem ordine natura. Idem docet Richardus in 4. dist. 17. ar. 1. q. 2. Durandus dist. 17. q. 2. n. 7. & alij. Unde patet tunc hanc fuisse communem doctrinam.

8 Cæterum Cano Relec. de poenitent. 3. fol. 14. §. *Sed enim*, dicit esse loquutionem in propriam: nec abusus vocabuli (inquit) tradendus est in hanc nostram disputationem, vbi de contritione, & attritione proprie loquimur. Et Auersa q. 2. sec. 14. §. *Cæterum*, ait. Sed tamen *communior iam loquendi vsus* contritionem appellat, ut antecedenter se habet ordine naturæ ad remissionem peccati: dicitur enim *contritio*, in quantum est vltima dispositio ad gratiam. Et potius dici debet, ideo homini infunditur gratia, quia contritus est: quam ideo contritus est, quia recipit gratiam. Et hoc modo contritio magis dicitur a conterendo corde: quia perfecte auerit peccatoris animum ab affectu peccati.

9 Melius tamen Soto distinctione adhibita, hanc differentiam componit: nam in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. §. *Duplex igitur*, ait, est contritio: altera ex obiecto, quæ scilicet, est dolor offensæ Dei: atque altera extrinsecæ, quia est qualiscumque dolor peccati, sed informatus gratia. Et pariter attritio altera est *intrinsecæ*, ex obiecto, quia scilicet est dolor peccati, non quatenus est offensæ Dei: atque altera *extrinsecæ*, quia licet sit dolor de offensa, caret tamen gratia. Et in fine articuli notat, quod hæc contritionis, & attritionis distinctio in intrinsecæ, & extrinsecæ, non est expressa doctrina S. Thomæ. Sed tamen aduertit quod in 4. sent. expresse non negat eam. Meoque videri aptissima est, ut vterque loquendi modus antiquorum, & recentiorum concordetur. Nec modus loquendi nunc communior destitutus est auctoritate S. Thomæ, qui 3. p. q. 89. art. 1. ad 2. ait. *Sed actus*

primus poenitentis, se habet ut vltima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet, contritio: alij vero sequentes actus poenitentia procedunt iam ex gratia, & virtutibus.

10 Per aliud extremum Suarez disp. 5. sec. 2. n. 4. docet attritionem omnem debere esse supernaturalem: quia est dispositio ad gratiam, & ideo supernaturalis: nam dispositio debet esse proportionata formæ: & ideo supernaturalis iuxta Conc. Araus. 2. & Mileu. & Trid. *sec. 14. cap. 4. & S. Aug. de vera, & falsa poenitentia cap. 2. ait, poenitentiam, quæ non est ex fide esse inuilem.* Et S. Thomas 3. p. q. 85. art. 5. ad 3. docet omnem veram poenitentiam esse donum Dei, & Spiritus Sancti. Et Alensis, & S. Bonaventura supra relati, dicunt esse ex gratia gratis data, qua voce auxilium significant. Ergo certum est attritionem de qua hic agimus, quam christianam appellamus, esse actum supernaturalem: nam poenitentia mere naturalis, potius Philosophica dici potest, quàm christiana. Unde inferit, quod attritio debet esse efficax, & includere propositum non peccandi de cætero, ita ut simpliciter auertat voluntatem ab affectu peccandi, & tollere obiectum. Unde n. 6. concludit attritionem in communi sic esse describendam, nempe esse *efficacem detestationem peccati ex aliquo motivo supernaturali, quod non sit Deus ipse, quatenus est summum bonum, a quo peccati auerit.* Sequitur Lugo disp. 5. sec. 9. initio.

11 Sed reuera cum prius deberent definire rationem communem omni attritioni, solam describunt perfectissimam particularem, & quæ cum sacramento poenitentia disponit ad gratiam: cum tamè Caiet. & Cano, & frequenter Thomistæ: & Nauar. in summa cap. 1. n. 33. & 34. vocent attritionis, adhuc supposita fide christiana, latius se extendere agnoscant. Et Entiquez lib. 1. de poenit. cap. 2. n. 3. ait. *Sed attritio, quæ magis ornata sit optimis conditionibus prædictis, non est dolor reuera efficax de omnibus, & singulis peccatis mortaliibus, nec dolet super poenas Inferni: alias si auerteret voluntatem ab omni affectu peccatorum virtuali, includeret dilectionem Dei efficacem, quæ est indiuiduus comes gratiæ.* Et in margine lit. K. ait. *Quandam enim attritio non deletur peccatum, manet voluntas affixa in peccato: & homo diligit se ipsum tanquam finem vltimum: non autem Deum.* Hæc ibi. Non ergo semper attritio est efficax, & excludit affectum peccati.

12 Nec ad hoc probandum auctoribus indigemus, cum manifeste id supponat Concilii Tridentini. *sec. 14. cap. 4.* illis verbis. *Illam vero contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehenna, & poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cuius spe venia, declaratur, non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; verum etiam donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsus, non quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo poenitens aditus viam sibi ad iustitiam parat.* Vbi, si de essentia attritionis omnis christianae attritiones essent omnes conditiones, quas Suarez ponit in sua descriptione, falso diceret Concilium quod communiter concipitur ex illis motibus: nam deberet dicere quod semper ex illis motibus concipitur, & non communiter, & frequenter, & ut in pluribus. Nec esset necesse dicere, si effectum peccandi excludat: quia omnis attritio talem affectum excluderet: unde non solum superflue, sed falso diceretur quod esset dabilis in quo non excluderet. Sensus ergo planus Concilii manifeste supponit dari quasdam attritiones imperfectas, quae ad huc enim Sacramento non disponunt ad iustificationem: sed dari alias perfectas, à Concilio descriptas, quae cum Sacramento ad iustificationem disponunt. Cum ergo prius inquirenda sit ratio communis, de qua modo agimus, quam attritionis perfectissima species, quae est pars sufficiens cum alijs ad effectum Sacramenti poenitentiae, de qua postea; ideo attritionem ut sic asserimus non bene à Suarez diffinitam. Unde Aversa q. 2. *sec. 14. ver.* *Attritio deinde, ait, quod omnis actus naturalis, aut inefficax poenitentiae, deficit a perfectione vere contritionis, & ex hac parte sub attritionis nomine censeri debet.* Et quavis Suarez disp. 5. *sec. 1.* vel sit talem actum nec attritionis nomen mereri. Sed alij sunt, qui non recusant eam vocare attritionem. Quare praestabit, dum opuserit, cum explicatione loqui. Denique, ipse Suarez n. 4. & 5. hanc differentiam fatetur esse meram quaestionem de usu vocis: cur ergo vult ipse novam impositionem vocis facere, & novum usum introducere, contra tot graues auctores; cum nec vnum citare possit Caietano antiquiorem, qui sic illam vocem limitauerit, quod neget alios actus poenitentiae, nec attritionis vocem mereri?

13 Explicatius ergo in genere attritionem descripsit S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. ad 3. illis verbis. *Et ideo significat attritio in spiritualibus quandam displicentiam de peccatis commissis, sed non perfectam.* Idem docent S. Bonau. & Richardus ibi art. 1. q. 1. & 2. Durandus q. 2. num. 5. & 6. & antiqui communiter: ex quorum mente Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 4. q. 1. ait. *Attritio sonat imperfectam displicentiam peccati.* Cum ergo vocem in tanta generalitate à Theologis grauissimis usurpatam videant, non mirum quod capacem tot diuisionum inueniant. Caietanus ibi, §. *Ex quibus, ait.* Attritionem esse duplicem. Prima attritio est displicentia peccati cum voluntate non peccandi, in statu tamen peccati: & haec est attritio meretricum, usurariorum, & aliorum huiusmodi: & haec vocatur *attritio impoenitentium.* Secunda attritio est displicentia peccati, cum non voluntate peccandi, & cum voluntate peccandi inconfulo: & haec est attritio poenitentium, qui sic in confuso, tam totum tempus futurum, quam comparatione peccati ad alia odibilia, quam etiam comparationem Dei ad alia amabilia in voluntate sua habent: & haec vocatur attritio imperfectorum. Sequitur Nauarr. in Manuali cap. 1. n. 33.

Sed quia ipse Caietanus prima attritionem vocat *attritionem impoenitentium;* satis significat, quod qui illam habent non sunt vere poenitentes, nec etiam imperfectae; cum ergo attritio significat imperfectam poenitentiam, seu imperfectam displicentiam peccati, non est cur multum curemus de ista diuisione.

14 Melius ergo ex Concilio Tridentino sumitur diuisio, quod attritio alia est tam imperfecta, quae nec cum Sacramento sufficit ad obtinendam gratiam: alia, quae est ita perfecta, ut habeat omnes conditiones requisitas ut cum Sacramento disponat vltimo ad gratiam. Cuius diuisionis explicatio dependet ex duabus difficultatibus infra tractandis. Prima, an sola attritio cognita sufficiat cum Sacramento ad obtinendam gratiam, & remissionem peccati? Et dato quod ita sit, an sit dabilis alia imperfectior attritio, quae sufficit ut Sacramento sit validum, sed in forme? De vtraque difficultate dicemus q. 2.

Nunc dicemus de requisitis ad attritionem, quae cum Sacramento sufficit ad effectum Sacramenti: quia haec est perfectissima.

diffima, & de ista potissimum intendimus. Unde Soto dist. 17. q. 2. art. 5. ait, *nomine attritionis solam illam detestationem intelligimus, quae per se non sufficit ad delendam peccatum; sufficit tamen cum Sacramento.* Nominine vero simpliciter contritionis, illa, quae per se sufficit sine Sacramento, quae quidem est simpliciter conuersio in Deum. Unde illa descriptio Suarez, intellecta de sola attritione, quae sufficit cum Sacramento, non solum ad valorem, sed ad fructum sacramenti, admittenda est. Sed quia imperfectum per perfectum cognoscitur; ideo opus est alias imperfectas attritiones agnoscere, ut in perfectissima attritionis cognitionem veniamus.

15 Id optime explicuit Cano Relect. de poenit. parte 3. §. *Exoritur,* dicens, supponendum in primis est, displicentiam ideo perfectam dici: quia nihil deest eorum, quae ad finem displicentiae consequendum sunt necessaria. Est autem finis displicentiae, seu doloris de peccato, multiplex. Primus, vindicare iniuriam factam Deo. Alter, eiusdem Dei amorem conciliare. Tertius, peccatum, ut malum, & inimicum animae destruere, atque abolere. Erit igitur ea perfecta poenitentia, & displicentia de peccato, quae habeat hos tres fines, & effectus. Qui quidem omnes mutuo haerent; nec quisquam illorum sine reliquis inuenitur: qui enim dolor iniuriam Dei emendat, idem, & conciliat nobis Deum; & peccatum commissum delet. Quibus iactis fundamentis, patet manifeste, displicentiam imperfectam eam esse, quae nec sufficiens est ad emendandam Dei iniuriam; nec ad gratiam ipsius resarciendam, nec ad peccatum destruendum.

16 Unde colligitur, hanc imperfectam displicentiam multipliciter homini contingere; multis enim modis contingit à perfecto declinari. Primum itaque genus imperfectae displicentiae est, cum quis dolet de peccato propter humanam, naturaliaque motiua, ut quia turpe est; & contra rationem: vel quia induxit infamiam: vel etiam quia contrarium Deo est, quatenus finis est, & principium naturae. Hoc autem displicentiae genus, quod videlicet, sola ratione naturali nititur, an Theologi appellauerint attritionem, me profecto latet. Sed cum sit quidam imperfectus dolor, qui interim frangere, & arterere animum potest, licet non perfecte, nos attritionem eam nuncupemus. Vide Aug. de vera, & falsa poen. cap. 2. & 9.

17 Secundum genus imperfectae displicentiae est, quae oritur à timore poenarum. Poenas vero intelligo spirituales, vel aeternas, quae lumine fidei cognoscuntur. Et hanc Doctores Scholastici omnes attritionem vocant. Atque de ea August. de vera, & falsa poenit. cap. 17. loquitur, transiens illa verba Ezeq. 18. & 33. *Quicumque bona peccator ingemuerit, & conuersus fuerit, vita viuet. Conuersus, ait; non tantum verum vita viuet: vertitur à peccato, qui iam vult dimittere peccatum; conuertitur qui iam totus, & omnino vertitur. Qui iam non solum poenas timet; sed ad bonum Deum contendere festinat.* Dixerat autem poenitentiam, quae impetrat vitam, non à solo timore, sed à charitate proficisci. Hanc etiam attritionem velut insufficientem (nempe, sine Sacramento poenitentiae, iuxta Trid. *sec. 14. cap. 4.*) reijcit S. Ambros. lib. 2. de poenit. cap. 9.

18 Tertium quidem displicentiae genus inuenitur, cum quis dolet quidem de peccato, quia ratione offensa Dei est: sed ex velleitate, non ex volitione absoluta, & efficaci, habet enim desiderium imperfectum placendi Deo, dimittendi peccatum, & cetera. Sicut & dilectio Dei imperfecta potest appellari volitio, quae Deo vellem bonum, & gloriam, ipsique placere in omnibus; desiderio tamen imperfecto. Sic & nolle Dei offensam, est imperfecta displicentia: nam perfecta, efficax, & absoluta est, quae ex dilectione Dei efficaci, & absoluta nascitur. Hunc vero imperfectum dolorem Caietanus q. 1. de Contritione (ac iure ille quidem) attritionem vocat. Haec Cano: conformiter etiam ad Caietanum tract. 5. q. 5. & Nauarrum cap. 1. n. 33. Natio in Addit. q. 1. art. 2. dub. 1. Petrus Ledesma to. 1. de poenit. cap. 7. conc. 2. dicens communem. Sequitur Enriquez lib. 1. de poenit. cap. 26. n. 1. Bonacina to. 1. disp. 5. q. 5. *sec. 1.* p. n. 3. n. 1. vbi male aliquos auctores citat, quia eorum aliqui nihil dicunt: alij potius in oppositum posset referri.

§. III. De attritione in secundo genere accepta agitur in praesenti.

19 De solo secundo genere attritionis nunc agimus: quia libro de vera, & falsa poenit. cap. 2. dicitur *Poenitentiam, quae non est ex fide, esse inutilem,* nempe ad obtinendam remissionem peccati.

peccatorum: quia & est *sine spe venia*. Quae etiam voluntatem peccandi non excludit, vocatur à D. August. de catec. rudibus cap. 17. *penitentia ficta*. Potest etiam esse dolor imperfectus de peccato quatenus offensa Dei, qui sit simul cum peccato mortali: unde per illum actum nec constituit per se sibi Deum ultimum finem, nec per se auertitur à creatura: unde efficacia odij peccati, & exclusio affectus peccati est necessaria ad omnem veram, & supernaturalem attritionem, quae cum Sacramento sufficiat ad obtinendam gratiam, & peccati remissionem, & hanc efficaciam requiri, Victoria solebat expendere, ut notat Enriquez lib. 1. cap. 25. num. 3. in Glossa littera I. Et Soto illo art. 5. conc. 2. ait, quod contritio, & attritio convenire debent, non solum in hoc quod utraque sit deesteterio peccati super omne detestabile, verum, & in absoluto proposito nunquam peccandi pro aliqua re mundi. Probat, quoniam alias ille actus: neque cum Sacramento sufficeret: quare non est nomine attritionis dignus (siquidem Concilium sel. 14. cap. 4. hunc effectum solum illi concedit: *Si affectum peccandi excludat, cum spe venia*.) Igitur illam velleitatem impenitentium, non est cur attritionem appellemus: nam etsi de praeterito peccato sufficiat nolitio illa conditionalis; nollem peccasse: tamen absoluta requiritur voluntas extendi à peccatis: atque adeo nunquam in futurum peccandi.

20 Quod verò hæc attritio elici non possit sine auxilio speciali supernaturali, plane docet Concilium illo cap. 4. & docuerat Cano folio 14. col. 1. §. *Postremum discrimen*, dicens. Attritio secundi generis tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis: auxilio speciali opus habet: timor siquidem servilis (ut modo pro comperto supponimus) donum Dei est. Et quem admodum ad credendas poenas supernaturales, necessariū est auxiliū Dei quo moueatur intellectus, sic ad timendū huiusmodi poenas, necessariū est ut excite tur affectus: & consequenter ad dolendum de peccato. Credimus enim nullam penitentiam efficaciter attingere effectum supernaturalem cum solo auxilio Dei generali. Ad alias vero attritiones, ex parte voluntatis, nullum auxilium speciale requiritur. Nam illa primi generis, cum naturale obiectum habeat, solis naturae viribus nititur. Illa autem posteri generis, supposita fide beatitudinis supernatu-

ralis, haberi potest sine auxilio speciali: sicut desiderium inefficax, & imperfectū beatitudinis. Hæc Cano. Cuius verba reruli, quia qui cum non legernnt, pro contraria sententia suo arbitratu solent referre.

21 Ex dictis colligit Cano quatuor discrimina inter attritionem, & contritionem. Primum *ab effectu*, quia contritio peccati remissionem facit: attritio non facit. Alterum *à principio*, quod contritio ab amore infuse charitatis procedit: attritio vero non; sed vel à timore poenarum, vel ab amore proprio, & naturali, vel à dilectione imperfecta conditionata, & inefficaci, qui non sunt actus charitatis cum possint esse in peccatore. Inde rursam discrimen tertium sequitur, quod contritio *elicitur ab habitu penitentiae infuso*, attritio vero ab habitu eodem non elicitur. Postremum discrimen est, quod ad contritionem requiritur *auxilium Dei speciale*; cum sit actus supernaturalis: attritio vero *solis naturae viribus haberi potest, nisi attritio secundi generis*.

22 Alio modo hæc discrimina assignat Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. constitues quinque differentias. Prima ubique sumitur ex parte *ex parte obiecti*, quod contritio est dolor de offensa Dei, seu (quod idem est) propter Deum: attritio vero dolor peccati ob timorem Inferni, aut aliorum nocentorum temporalium. Secunda sumitur *ex parte causae*, quod attritio, oritur ex timore servili poenarum: contritio vero ex timore filiali: juxta dicta q. 85. Tertia, quod attritio potest *ex viribus naturalibus* elici: quia non est ultima dispositio ad gratiam; sed potest simul esse cum peccato: contritio vero nasci nequit nisi ex auxilio speciali Dei supernaturali præueniente liberum arbitrium, & simul infundente habitum penitentiae, ex quo actus contritionis elicitur. Quarta, *ex parte effectus*, quod attritio non sufficit hominem in gratia constituere: contritio vero sua intrinseca virtute diuinitus recepta id facit. Postrema differentia quod attritio potest esse actus informis: contritio vero nequaquam; quia simul à Deo mouete liberum arbitrium infunditur, & gratia, & charitas, ut exposuerat dist. 14. q. 2. art. 5.

23 Illam tertiam differentiam etiam docuit Soto lib. 2. de natura, & gratia cap. 14. & 15. Sed impugnat Suarez to. 3. disp. 18. sec. 3. & to. 4. disp. 5. sec. 5. n. 4. ubi pro ea refert Cano: contra eius expres-

sa verba relata: nam Soto expressè dixerat nomine *attritionis intelligere eam, quae de se non sufficit ad delendum peccatū, sufficit tamen cum Sacramento*: & de ista dicit ex viribus naturalibus. Hæc autem est illa attritio secundi generis, apud Cano, quae secundum eum, exigit supernaturale auxilium ex parte intellectus, & ex parte voluntatis. Ergo in hoc puncto Soto, & Cano non concordant: unde male pro vna sententia referuntur.

Conatur Nuño in Addit. q. 1. art. 2. dist. 2. §. *Circa ea*, ambos exponere ita ut contritio naturalis sit dispositio sufficiens ad gratiam simul cum Sacramento, non secundum se; sed in quantum coniungitur alijs actibus supernaturalibus; non tantū ex parte intellectus; sed etiam ex parte voluntatis, ratione quorum est supernaturalis dispositio.

Cæterum hoc est difficile, tã secundum se, quam de mente auctorum, qui exponendi assumuntur. Sed examinabitur q. 2. Ex dictis veniunt determinanda: aliquae difficultes in hoc puncto frequentes. Prima, §. 3. Vtrum attritio differat essentialiter à contritione?

24 Pro sententia affirmante solum accidentaliter differre, refert Suarez disp. 5. sec. 1. Scotum & Paludanum; Caietanū, & Soto: licet diuersis titulis. Scotum, & Paludanum: quia asseruit solum distinguui poenes intensionem, & durationem. Caietanum, quia ponit differre sola acceptatione diuina: vel per respectum ad diuersa auxilia. Paludanum etiam, & Soto, quia solum differunt ex informatione gratiae.

Sed de mente Scoti iam late dixi, & Paludanum illo titulo ab illa sententia alienum esse iam ostendimus. Ex alio fundamento eam tenet in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. conc. 3. n. 10. dicens. Si intelligatur de vno actu secundum speciem, non est dubium, quin attritio fieri possit contritio; vel quia ex vno fiat aliud, sicut ex mane sit merities, id est, vnus actus post alium; & vnus est dispositio ad alium. Sicut enim in actibus naturalibus natura procedit de imperfecto ad perfectū: unde, vtdicitur 1. Physic. primo intelligimus cōfufe, postea determinate, sic quod actus imperfectus, & cedit perfectus succedit: ita & hic potest homo dolore imperfecto sine gratia; & est attritio; postea perfecte, & cum gratia, & est contritio. Ex his verbis Paludani patet, fauere illi sententiae, eo titulo, quo antiquorum multi, cum D. Thoma, & Sco-

to, & lijs, à formatione extrinseca gratiae vel eius carentia, sumebant appellationem attritionis, vel contritionis.

25 De mente vero Caietani in hoc puncto nulla est dubitatio: siquidem to. 1. Opusc. trac. 4. q. 1. §. *Quoad tertium*, in fine ait. *Unde nec est verum contritionem, & attritionem differre secundum magis, & minus in eadem specie: licet sit verum secundum magis, & minus in diuersis speciebus: sicut aliquid habet magis de luce, quam viride*.

Minus vero dubitari potest de mente Soti: nam ipse illa perspicua distinctio ne aperuit viam ut intelligeremus antiquos, & concordaremus cum modernis: distinxit enim duplicem attritionem vnã extrinsecam; & hanc non mirum differre penes extrinsecam formationem, vel informitatem: & aliam intrinsecam, cuius primariam differentiam à contritione dixit desumi ex parte obiecti, & motiui formalis. Quam constat esse essentialem differentiam.

Igitur cum communi Doctorum, Petrus Ledesda cap. 7. de poen. conc. 1. in fine, & Nuño in Addit. ad 3. p. q. 1. a. 2. dub. 1. docet esse per se notū, quod attritiones naturales, non solū specie, sed genere differunt ab attritionibus, & ab supernaturalibus omni contritione vera, & supernaturali: sicut differunt actus ex tua specie naturales ab actibus, qui ex specie sua sunt supernaturales. Sicut in simili dicitur de actu charitatis naturali, & supernaturali: & diximus de actu contritionis naturali, & supernaturali.

26 Loquendo etiam de attritione supernaturali, probat Nuño specie differre à contritione, in primis: quia D. Thomas illa dist. 17. ubi supra in secundo argumento subsumit. *Sed attritio non est actus virtutis, ut ab omnibus dicitur*. Et insoluit, id concedit, quia significat duplicentiam imperfectam. Deinde, quia habent diuersa obiecta, & motiua. Rursus, contritio essentialiter respicit peccatū vt delendum: siquidem ipsum tollit ex natura rei. Attritio vero solum ex diuina ordinatione, quia Deus instituit in Baptismo, & Poenitentia, attritos iustificari. Et ideo ex parte effectuum, & ex parte principiorum differunt. Contritio ex natura rei est ultima dispositio ad gratiam: attritio vero ex natura sua solum est dispositio remota. Ergo specie differunt. Per quae diluit quatuor argumenta in illo videntia.

Imò hæc argumenta, & rationes videntur probare solum analogice conuenire

nere in esse moris: quia sola contritio est actus in specie poenitentiae, ab habitu elicitus, & a charitate imperatus: illa oritur à timore filiali; ista à timore seruilis: unde sicut illi dicuntur differre sicut lux aurorae, à luce Solis in meridie, ita attritio est initium poenitentiae, & contritio est poenitentia perfecta: imò perfectissimus actus poenitentiae virtutis.

Alteram antiquam difficultatem est §. 4. utrum attritio possit fieri contritio?

27 Notat Caietanus to. i. Opusc. trac. 4. q. 1. §. Quoad tertium, quod aliud est querere, an de attrito fiat contritus? Et an attritio fiat contritio? Prima enim quaestio clara est; quoniam constat multos peccatores paulatim ad poenitentiam conuertere, & ex imperfecta displicentia, ac ex imperfecto proposito, imperfectoque Dei amore, ad perfectionem contritionis deduci; ita ut vere contritionem charitate informatam assequantur. Secunda autem quaestio (de qua est sermo) non est usquequaque clara quoniam permanentia actuum interiorum in identitate numerali satis occulta videtur. Notat enim Paludanus in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. n. 10. & 11. quod est dubium de eodem actu numero, an à principio sit attritio, & postea fiat contritio?

Admonet etiam Vazquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 8. n. 1. quod quamuis videatur diuersitas opinionum in hac re, meo tamen iudicio, si recte consideremus, nulla est in re differentia, quoad ad propositam attinet quaestionem; quamuis in loquendi modo non omnes conueniant.

28 Certissime, si Auctores legisset, non ita de eorum concordia pronunciasset, statim ut mota est quaestio, diuersae exortae sunt opinionis, quae temporis decursu non sunt extinctae, sed auctae. In primis S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 3. ait respondeo dicendum, quod super hoc est duplex opinio (iam ergo eant tunc duae opiniones oppositae: quarum vnam refert, & impugnat, & aliam refert & sequitur S. Thomas) Quia am dicunt quod attritio sit contritio: Sicut fides informis fit formata. Sed hoc, ut videtur, esse non potest: quia quamuis habitus fidei informis fiat formatus: tamen nunquam actus fidei informis fit actus fidei formatus: quia actus ille informis transit, & non manet veniente charitate. Attritio autem, & contritio non dicunt habitum, sed actum tantum. Habitus autem virtutum infusarum, qui voluntatem respiciunt, non possunt esse

informes, cum charitatem consequantur, ut in 3. lib. dist. 22. q. 2. art. ult. q. 3. dictum est. Unde antequam gratia infundatur, non est habitus, à quo actus contritionis postea elicitur. Et sic nullo modo attritio potest fieri contritio. Et hoc alia opinio dicit. Ista opinio contradictricè opponitur. Quod hanc S. Thomas sequatur, constat non solum, quia ultimam constituit: sed etiam, quia solum iuxta eam duo argumenta soluit: ad primum dicit, quod non est simile de fide, & contritione, ut dictum est. Ad paritatem materiae, quae formatur adueniente forma, dupliciter respondet ad 2. & quod dolor ille, qui erat informis non manet charitate adueniente: & ideo formari non potest. Et quod actus habet originem ab actu, à quo formatur. Et impossibile est quod aliquid idem numero oriatur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res semel tantum in esse procedit. Hæc S. Thomas. Fuit eadem opinio Alexandri Alensis 4. p. q. 17. membro. 5. art. 4. & aliorum, quos refert, & sequitur Canon in Rel. de poen. p. 3. §. Quo significatur.

29 Quod autem opinio illa affirmatiua adhuc postea habeat sectatores, constat legenti Scotum in 4. dist. 14. q. 2. §. De secundo. ver. Ad huius lit. o. vbi concludit. Et sic attritio sit contritio sine omni mutatione reali ipsius actus. Et iuxta eius mentem, Ioseph Angles q. de contrit. ar. 4. cōc. 3. ait. Attritio eadem numero potest fieri contritio. Ratio est, quia secundum istorum Doctorum (aggregat D. Thomam Scoto: contra S. Thomam expressa verba iam relata) opinio, attritio, & contritio non differunt, nisi poenitentiam intensam, & remissam: & quemadmodum eadem albedo numero potest fieri intensior: ita idem actus numero remissus, scilicet, attritio, potest fieri intensus, id est, contritio. Sed adverte, quod nulla opinio dicit, quod entitatiue actus vnus numero, specie, vel genere actus, semel in indiuiduo extra causas existens, in sua entitate physica, vel ex obiecto, vel alio quod sit de essentia huius indiuidui, transeat in aliud indiuiduum, vel speciem: quia hoc omnes Theologi vident esse impossibile (ad minus sine miraculo) Sed solum cōtendunt, quod mutatio extrinseca, vel imperij actus charitatis, vel status dispositionis remotæ in proximam, ex diuina acceptatione, vel concomitantia gratiæ in subiecto, sufficiat ut idem actus primo denominetur imperfectus, & attritio, & postea perfectus

rus, & contritio: Vel remissus dicatur attritio, & intensus contritio, ut Scoto tribuit Angles.

30 Similiter Caietanus to. i. Opusc. tract. 4. q. 1. §. Quoad tertium, expresse ait, quod attritio imperfectorum, & imperfectorum non fit contritio, eo quod actus vnus speciei non transit in actum alterius speciei: attritio quoque imperfectorum non fit contritio eadem ratione, qua cognitio confusa non fit cognitio distincta. Subiungit tamen, quod acquisita contritio, quae contritio informis dicitur, potest fieri contritio formata: quoniam potest continuari eodem numero actus acquisita contritionis usque ad charitatis infusionem inclusivè: & sic charitate informari. Et quia huiusmodi contritio antequam informetur charitate, vocatur etiam quandoque attritio: ideo hoc tertio modo sumpta, attritio potest fieri contritio. Et ideo D. Thomas 3. p. q. 89 art. 1. ad 2. dixit, quod contritio est ultima dispositio ad gratiam. Et Caietanus ad 1. & 2. utitur exemplo opinionis reiectæ à D. Thoma, dicens. Non enim informitas huiusmodi contritionis, seu attritionis est magis de ratione ipsius, quam informitas fidei sit de ratione fidei. Et propterea, sicut actus fidei informis potest in sui prosecutione formari charitate, ita actus acquisitæ contritionis potest superueniente charitate imperfectionem suam informitatis deserere, & formatus continuari. Et ad 1. dicit quod stat actum simpliciter esse inchoatum sine merito, & charitate; & eundem continuari cum merito, & inchoari à charitate secundum esse meritorium. Ut explicet autem Caietanus per quid, seu quomodo huiusmodi attritio, seu contritio acquisita, sit vltima dispositio ad gratiam; cum constet quod quandoque non est vltima dispositio; quia potest esse informis? Post varios dicendi modos reiectos, concludit, quod gratuita Dei motio est, quae huiusmodi acquisitam contritionem efficit vltimam dispositionem ad gratiam, seu charitatem: ita quod ex hoc ipso, quod Deus, non per aliquod superadditum donum habituale, sed per gratuitam dilectionem, qua dignatur uti nostra acquisita contritione, ut dispositione vltima ad suum proprium opus, quod est charitas, quae infunditur, transfertur nostra contritio in formam vltimam dispositionem pro gratia habituali: iuxta illud Hieremias ad Deum: Postquam conuertissimè, poenitentiam egi. Hæc Caietanus.

31 In priori parte eius sententia, quantum ad rem ipsam, nempe, posse eundem actum intiratiue durare ante iustificationem, & post infusam gratiam, & posse eundem dici informem, & formatum pro diuersis instantibus, seu temporibus, multi Theologi concordant: siquidem antea docuerant expresse Ricardus in 4. dist. 17. art. 1. q. 2. Paludanus q. 1. art. 1. n. 12. Maior ibi q. 1. Postea sequuti sunt Soto. dist. 17. q. 2. art. 5. Viguerius in Inst. cap. 10. §. 4. ver. 10. Vazquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 8. n. 4. Contendens n. 5. hoc negare D. Thomam, & Alexandrum Alensem: quia existimant actum attritionis, propter poenas Inferni, aut turpitudinem peccati, durare non posse vique ad iustificationem, ut formetur, & maneat idem secundum substantiam, sed adueniente gratia iustificante mutari secundum entitatem.

Melius tamen Soto in fine art. 32. quinti, ait. Quo circa fortasse S. Thomas non negasset hoc esse possibile: sed hoc tantum vult, quod non est necessarium, aut quod procedant, aut quod permaneat: quia non sunt proxima dispositio ad gratiam; neque vnus actus poenitentiae. Praesertim, quia non loquitur de attritione, quando per Sacramentum fit contritio: vbi nequaquam negaret attritionem informari Sacramentali gratia. Sed loquitur dum conuersio per solam fit contritionem sine Sacramento: tunc enim nisi attritio, quae est propter poenas Inferni (de qua loquitur S. Thomas) mutetur in veram contritionem peccati qua tenet offensam Dei, nunquam fit vera conuersio. Et ideo ait, quod prior naturaliter altera transit, cui altera ex habitu infuso elicitur succedit. Hæc Soto. Cuius egregiam expositionem gratis rejicit Vazquez; cum nullo argumento impugnet; nec ocurant efficax quo expugnari possit.

33 Quantum vere ad modum loquendi, quod illa possibilis permanentia actus ante iustificationem, & cum gratia, non sufficiat ut proprie, & in rigore loquendo, attritio fiat contritio, cum communi Theolorum, probant Suarez disp. 3. sec. 3. & Nuño in Addit. ad 3. p. q. 1. art. 3. dub. 1. distinguentes sigillatim quatuor modos, quibus imaginari potest attritionem, fieri contritionem, & singulas reijcetes. Sed quia facile ex dictis de eis iudicari potest; ideo apud eos videri possunt. Concluditque Suarez n. 15. varijs modis dici hominem

nem proprie ex attrito fieri contritū. Primo *propriissime*, quia mutat dolorē ex imperfecto in perfectū. Secūdo *minus proprie*, quia dolori imperfecto addit amorem. Tertio *latissime*, quia sine mutatione actus, illi infunditur gratia, & charitas, vt in Sacramentis fit: tunc enim solum dicitur homo fieri ex attrito contritus, *quasi æquialenter*, seu quoad vltimum effectū contritionis, qui est gratia, & remissio peccati.

34 Aduerte autem quod Alexander Aletis, quem refert, & sequitur Ionanes Medina Cod. de poen. trac. 1. q. 5. §. *Sed ad huc*, docet posse actum attritionis referri; & ordinari ad finem contritionis. Sed negat ex hoc fieri contritionē, etiam si per hoc possit esse, seu fieri sufficiens dispositio ad gratiam. Suarez vero n. 12. ait quod prior actus solus nunquam fit, nec dicitur contritio, quia prior actus nunquam fit sufficiens dispositio, sed ex illo cum amore confurgit: vnde dispositio ex vtroque constans dicitur contritio. Quod & probat Nuño ad 2. quia ad rationem contritionis requiritur, quod sit actus natura sua ordinabilis in Deum summe dilectum. Illa vero attritio solum est ordinabilis in Deum communi ratione sicut alij actus naturales, & supernaturales. Ita que contritio ex specifica ratione est ordinabilis in Deum summe dilectum: quia ex natura rei habet sibi coniunctam dilectionem Dei super omnia.

Adhuc tamen Auerſa q. 2. de poenit. sec. 15. §. *Quarto*, ait, Verum quantum ad rem præsentem attinet, si actus poenitentiae alioquin imperfectæ, potest per ordinationem alterius actus sufficere ad iustificationem, poterit appellari *obtrito* quia *si extrinsece*, pro vt subest alteri actui ordinanti. Tamen an vere ad iustificationē sufficiat? Videbimus q. sequenti. In hoc puncto sola est in modo loquendi differentia. Et huic vltimo loquendi modo, fauet D. Thomas. 1. 2. q. 17. art. 4. ad 1. dicens, quod *quando vna potentia est mouens alteram, tunc actus eorum sunt quodam modo vnus*.

35 De vltima parte sententiæ Caietani, recte iudicat Soto dist. 17. q. 2. art. 5. & ideo eius verba libèter transcribo. §. *Quæstione præsentis, ait. Est opinio vsque ad Caietanum nunquam audita: & certe nescio cui sit vnquam credenda*. Et post duas colūnas, contra cum stauit conclusionem, & probat his formalibus verbis. Neutiquam esse potest vltima dispositio ad gratiam,

quin simul eodem tempore gratia infundatur. Et primum, quod talis vltima dispositio tempore præcedat gratiam, expressè est contra S. Thomam. 1. 2. q. 113. art. 8. vbi ait motus illos liberi arbitrij in Deum, & in peccata, & gratiæ infusionē, esse simul tempore: quin vero gratiæ infusionem natura præcedere motus illos, quatenus sunt iustificationis causa. Et in sol. ad 2. id declarat per simile in naturalibus. Vltima enim dispositio ad formam ignis simul cum eadem forma produciuntur. Sed fortiori ratione id in præsentiarum accidit: vltima enim dispositio ad gratiam est instrumentum Dei ad illam producendam. Posito autem instrumento Dei, statim ponitur gratia: vt patet in Sacramentis. Pari namque facultate diceret Caietanus, quod quando quis suscipit Sacramentum, non illico suscipit gratiam; sed quando Deus voluerit.

Secundo, & testimonia Sacra Caietano aperte contradicunt: vt illud Ezech. 33. *Impietas impij non nocebit ei, in quocunque die, hoc est, in quocunque momento, conuersus fuerit*. Et Zach. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*: quasi sine mora. Est enim tanquam Sol, continēter ad ostium pulsans, vt est in Apocal. cap. 3. ver. 20. vt cum cor primum aperiatur, illud sua gratia suffundat.

Tertio arguitur. Si homo sic est dispositus vt nihil amplius ex parte illius requiratur, vt concedit Caietanus, quia nec requiritur intensio; nec continuatio Scotica; quid in causa esse potest, vt Deus non illico infundat gratiam? Adde, quod tūc sequeretur hominem sufficientissime ad gratiam dispositū, posse sine eadem mortem obire: atque adeo damnari.

36 Quarto denique, vt neruum fallaciæ pungamus. Aut illa detestatio offensæ fit per auxilium speciale; aut solis viribus naturalibus? Si primum; illa esse non potest sine gratia, & charitate: nam tunc est tractus: iuxta verbum Domini Ioan. 6. ver. 4. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eū*. Et verificatur iam est illud, Hieremiæ 3. v. 19. quod Caietanus obiicit: *Post quam conuertisti me, egi poenitentiam*. Si vero sit per vires naturæ, non est vltima dispositio: imò neque est ad gratiam requisita: quare adhuc aliquid homini faciendum restat. Nemo enim, vt. 1. 2. q. 109. a. 6. auctor est; S. Thomas sine auxilio speciali totum facere potest, quod in se est.

37 Sed argumentum, quo Caietanus con-

vincitur, expediāmus. Arguit enim quod si posita vltima dispositione, certum est simul conferri gratiam, certus posset esse homo se esse ingratus: contra illud Eccl. 9. *Nemo seit amore, an odio dignus sit*. Quoniam certus quisque secum esse poterit detestari se peccata tanquam offensā Dei.

Hoc autem argumentum profectò non est tanto auctore dignum. Etenim in primis, si aliquid valeret, neque ipse posset illatum consequens euitare: nam & sic concederemus non simul cum dispositione ad esse gratiam, nequit Caietanus negare, quin posita vltima dispositione, vel tunc, vel tunc, vel post parum temporis conferatur: alioquin non esset certa consequentia illa Zachariæ. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*. Et in *quocunque die, &c.* Qua propter, si certus est homo vltimam se habere dispositionem, post parum tempus certus erit se habere gratiam.

Igitur ad argumentum respondendo, negamus (quod Apologia nostra ad versus Chatarinum lotius discussimus) posse quempiam certum esse talē habere dispositionem: nam primo nemo est certus se habere detestationem peccatorum tanquam offensæ Dei propter ipsum: imò sæpè latet fallacia, vt scilicet, homo putat se dolere propter Deum, non doleat nisi propter poenas Inferni: quæ quidem attritio sine Sacramento non sufficit ad gratiam. Quod si tunc Sacramentum suscipiat, non est certus an legitimam habuerit intensio nem illud conferendi. Præterea quod ex attrito fiat quis per Sacramentum contritus, non est certitudo fidei; sed Doctorum opinio.

38 Sed ijs prætermisſis, euidentis responsio est, quod nemo certus esse potest an illa detestatio offensæ Dei, licet intellectus circumstantiam ponat, *propter Deum*, fiat Deo per auxilium speciale supernaturaliter trahente. Quod requiritur ad gratiam assequendam. Quod minor Caietanus, doctrinæ S. Thomæ peritissimum, nō animaduertisse. Hæc omnia Soto. Aliam obiecerat Ambrosius Catharinus lib. 5. contra Caiet. anno. 1. Sed omitto, quia nec Caietanus intellexit; nec vere retulit: & immodeste primum dictum vocat *Palagianum*; & aliud periculosum, & contra *bontatem Dei*; & ei vtrūque imponit: & quod asserat nos certo scire diligere Deū super omnia: cum loquendo de dilectione charitatis super omnia, potius vt hoc in

conueniens euitet, in illam conuincatur sententiam Caietanus.

39 Quædam alia argumenta obiicit Suarez disp. 3. sec. 6. n. 7. interrogando, an actus poenitentiae sit supernaturalis quia procedit ab auxilio: vel ē conuersio ideo sit necessarium auxilium quia supernaturalis est? Item interrogando, an necessitas auxilij supernaturalis sit quit connaturalis istis actibus; & ad illos eliciendos sint necessarij? Vel solum id fiat propter aliquam legem Dei? Quæ argumenta ibi prosequitur. Arguitque ab inconuenienti, quia fieri posset vt duobus hominibus elicientibus actum poenitentiae æque perfectum in se, vni remittatur peccatum, & non alteri; solum quia vnus facit actum per auxilium; & alius suis viribus. Quod consequens Caietanus concedit. Et videtur valde falsum: Tū quia est magna improporſio; & quasi iniustitia quædam; quæ tum hic interuenire potest. Maxime quia Scriptura æque promittit remissionē omnibus vere poenitentibus: in eo autem casu tam vere poenitet vnus, sicut alium.

40 Sed vrgentius obiici potest contra Scotum & Caietanum: nam ab initio in surgentis Palagianæ hæresis, sic in Concilio Palestino decretum fuit articulo 12. *Vt fateatur secundum gratiam, & misericordiam Dei veniam poenitentibus dari, non secundum merita eorum, quando quidem ipsa etiam poenitentiam esse donū Dei dicit Ap. stolus, vbi ait: Ne forte det illis Deus poenitentiam*. Non ergo attritio naturalis, facta cum communi influentia, & ex viribus naturæ, est meritum de congruo; & multo minus sufficiens dispositio ad gratiam nec vritur Deus acquisita attritione naturali eleuando eam vt sit dispositio ad gratiam; sed potius ipse actus poenitentiae, qui est contritio, & est effectus gratiæ, & auxilij Dei, & simul est dispositio ad gratiam. Vnde D. Thomas. 1. 2. q. 112. art. 2. ait, *quæcunque preparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum*. Et art. 4. dicit, *preparatio ad gratiam non est hominis, nisi in quantum liberum arbitrium preparatur a Deo*. Auxilium ergo supernaturale Dei præparantis, præcedit elicientiam actus poenitentiae, qui est præparatio, seu dispositio ad gratiam. Et art. 2. ad 3. dixerat D. Thomas, *quod ad hoc quod Deus gratiam infundat animæ, nulla preparatio erigitur, quam ipse non faciat*. Videatur etiam S. Thomas, 1. 2. q. 113. art. 8. ad 2. Restat denique tertia difficultas.

§. V. Quotuplex sit salutaris attritio?

41 Proponitur precipue ad exponenda verba Concilij Tridentini *sec. 14. cap. 4.* ubi loquendo de attritione salutari, quæ cum Sacramento poenitentiae disponit ad gratiam, & est donum Dei, & fit impulsu Spiritus Sancti mouentis, hoc est, iuxta Theologorum phrasim, auxilio supernaturali, de ista inquit. *Illæ vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam, vel extirpationis peccati consideratione, vel ex gehenna, & poenarum metu communiter concipitur.* Ex quibus verbis Suarez disp. 5. sec. 2. nu. 1. Nuño in Addit. q. 1. art. 2. diff. 3. Lugo disp. 5. sec. 9. num. 132. Auerfa quæst. 2. sec. 14. & alij frequenter, colligunt diuisionem salutari attritionis in eam, quæ est ex metu gehennæ, vel quæ est ob foeditatem peccati, non solum congruam esse, sed etiam adæquatam. Quia infra dolorem peccati propter Deum, vel dolet quis eo quod peccatum in se malum est: vel eo quod est sibi causa mali, scilicet poenæ. Siue vel dolet quis ob deformitatem culpæ, vel ob acerbitatem poenæ.

42 Sed obijci potest primo. Quia Concilium non asserit, quod contritio imperfecta semper concipitur vno ex supradictis motiuis; sed potius indicat oppositum, quia *ly communiter*, significat idem ac frequentius, ut in plurimum: cum quo stat, quod in alijs casibus non ita communiter contingentibus, nec ita frequentibus, ex alijs motiuis attritio concipitur. Ergo ex auctoritate Concilij non habetur diuisionem esse adæquatam.

43 Respondetur fatendo libenter Concilium non diffinisse, nec directe, nec indirecte, diuisionem esse adæquatam; quia id non erat necessarium ad aliquam nouam hæresim extirpandam: nec res erat tanti momenti, quæ diffinitionem Ecclesiæ deprecabatur. Fatemur etiã solum assignasse motiua attritionis, quæ frequentius occurrunt, ut Concilij verba aperte indicant; iuxta propriam acceptionem illius ad verbum *communiter*, & ex litteræ contextu. Stantibus autem duabus veritatibus prædictis, bene comparitur quod ad hæc duo motiua frequentiora omnia alia facile reduci possint: & hoc tantum indicant, & intendunt, qui dicunt diuisionem esse adæquatam.

44 Secundo obijciens: nam q. 86. dictum est, aliquos conuerti ad Deum, non

tam motu poenarum, aut consideratione turpitudinis peccati, quantum consideratione bonitatis, & sanctitatis illius, & beneficiorum, quæ contulit, & conferre non desinit. Sed non semper in initio iste amor est super omnia, & charitatis perfecta: ergo erit imperfecta charitatis. Ergo actus poenitentiae ab isto amore imperatus, non pertinet ad perfectionem contritionis. Cum ergo omnis imperfecta poenitentia, facta ex motiuo supernaturali, sit bona, & salutaria, & non sit contritio, erit attritio. Et tamen ex nullo exprædictis motiuis fit: ergo diuisio non est adæquata.

45 Respondetur omnia concedendo, excepta minore vltimi syllogismi, quæ negatur, & consequens vltimo illatum. Quod enim hoc modo aliquando homines conuertantur, docuimus cum D. Thom. in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 2. Contatque quotidiana experientia. Videturque tradere Trident. dum loquens de poenitentia, quæ facere oportet ante Baptismum, qui facit ex attrito æquiualeter contritum, remittendo culpam, & poenam, ait, quod *peccatores Deum tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt*: si loqueretur de charitate perfecta, & amore Dei super omnia, qui infallibiliter affert gratiã, & remissionem peccatorum, nec exigeret ante Baptismum, nec diceret esse initialem amorem. Non ergo loquitur de contritis, sed de attritis: vel loquitur vocibus, quæ utrosque comprehendat. Iste amor Dei imperfectus, est medius inter attritionem, ex metu seruuili, & contritionem, quæ est metu filiali, & ideo quandoque ad vnum extremum, quandoque ad alium reducit. Vnde D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 2. optime ad intentum ait. *Si aliquis conuertatur ad Deum, & ei inhaereat propter timorem poenæ, erit timor seruilis. Si autem propter timorem culpæ, erit timor filialis: nam filiorum est timere offensam patris. Si autem propter utrumque, est timor initialis, qui est medius inter utrumque timorem.*

46 Obijcitur tertio, qui detestatur peccatum amore obtinendæ beatitudinis, non dum peruenit ad contritionem, quæ procedit ex amore Dei super omnia dilecti amore amicitiae, & non amore concupiscentiae: & tamen sub nullo ex duobus relatis motiuis detestatur: non ergo est diuisio sufficiens.

Videtur Durandus in 4. dist. 17. q. 2. n. 5. & 6. docere dolorem de peccatis propter obtinendam beatitudinem, asserere esse actum contritionis. Cæterum ex contextu constat loqui de beatitudine obiecti

ua,

ua, & de amore Dei auctoris gratia; nam penitere ex amore inferiori ad amorem amicitiae non sufficit ad contritionem. Ille igitur actus erit attritio & reducitur ad illam, quæ est ex metu gehennæ: quia ut notat Suarez ad 2. amor, & timor, cum proportionem sumpti connexi sunt: & ideo per inde est fugere peccatum ex amore consequendi vitam æternam, & ex timore amittendi illam: & communiter amor beatitudinis non generat detestationem peccati nisi interueniente metu amittendæ beatitudinis, quæ est præcipua poena peccati. Vnde notat Auerfa q. 2. sec. 14. sine, quod Concilium Trident. *sec. 14. canone 5. simul nominauit, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum.*

47 Arguitur quarto. Potest quis detestari peccatum timore poenarum temporalium: quæ detestatio non comprehenditur sub motiuo poenarum æternarum, de quibus loquitur Concilium: ergo ex alijs motiuis potest esse contritio imperfecta, seu attritio salutaria.

Non eodem modo huic difficultati Auctores respondent: nam Cano Relect. de poenitentia parte 5. §. Altera quoque, (inquit) attritio est, ex qua cum Sacramento poenitens non iustificatur. v. g. quæ ex timore infamiae proficitur, vel cuiuscunque mali temporalis: ut qui detestatur peccatum, & proponit confiteri ne eiciatur ab Ecclesia, vel ne multetur pecunia, &c. Sequitur Vazquez 3. p. q. 92. art. 1. dub. 3. n. 3. dicens veram attritionem debere esse vel ob turpitudinem peccati, vel ex gehennæ, & poenarum metu: vel ex damno spiritali amissionis beatitudinis, & gratiæ: denique, ex aliquo æterno motiuo. Et ita cum in Concilio dicitur, *ex gehenna, & poenarum metu*, intelligitur nomine poenarum, aut poenæ ipsius gehennæ, ut idem sit dicere ex metu gehennæ, & poenarum: aut nomine *gehennæ* intelligatur ipsa sensus poenæ; nomine vero, *poenarum*, aliæ poenæ damnii, aut amissionis gloriæ, & gratiæ. Idem tenet Nuño in Addit. q. 1. art. 2. diff. 3. ad 3. quia si detestatio naturalis (iuxta Suarez) quantuncunque cleuetur per alios actus supernaturales non potest habere veram rationem attritionis: ergo multo minus potest illam habere dolor, & detestatio peccati ex metu poenarum naturalium, & diff. 2. in fine idem dicit Nuño.

48 Oppositum merito docent Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. §. Scio quosdam, di-

ens, quod cum dolor nascitur ex timore detrimentorum temporalium, ut timore honoris, aut infamiae, aut mortis, aut iacturæ, bonorum, *probabilius fortasse* (vide cum quâ moderatione id dicat) dicitur, quod cum ille timor sit bonus: quia illa sunt vere mala, & a Deo, licet per causas naturales infligantur, illa est vera attritio: & sufficit cum Sacramento, eo modo quo de alijs attritionibus infra dicitur. Similiter Vega lib. 13. in Trid. cap. 14. concedit detestationem ob metum aliarum poenarum esse attritionem: & contineri sub primo membro. nam Concilium vtrumque coniunxit, scilicet, ex metu, *Gehennæ, & poenarum*.

Quæ sententia (inquit Suarez disp. 5. sec. 2. ad 3. in fine) vera erit, si intelligamus illum timorem non esse mere humanum, & naturalem: sed diuinum, & supernaturalem. Ita que, quantum poenæ temporales sint, si tamen considerantur ut infliguntur a Deo, & ut nobis indicant iram eius, & quodammodo inchoant diuinum supplicium, nisi emendemur; sub ea ratione mouere possunt ad supernaturalem attritionem. Quæ optime reducitur ad illam, quæ est ex metu gehennæ: sicut sperare a Deo bona temporalia sub aliqua habitudine ad vitam æternam, seu ad specialem, vel supernaturalem Dei prouidentiam, ad virtutem spei pertinet. Sequuntur Conch. disp. 4. n. 39. Ochagavia trac. 1. q. 18. Gaspar Hurtado disp. 6. diff. 5. Leander to. 1. trac. 5. disp. 7. q. 14. Diana p. 9. trac. 9. resol. 51. Candidus to. 2. disp. 24. art. 11. conc. 6. & Auerfa q. 2. sec. 14. & alij.

49 Lateque bene explicat, & probat Lugo disp. 5. sec. 9. à n. 137. vsque 140. quia in Tridentino poenarum nomine comprehenditur in primis poena Purgatorij, cuius terrore potest, non solum de venialibus dolere homo; sed etiam de mortalibus, quæ post iustificationem, Purgatorij poena puniuntur. Vnde gratis Vazquez requirit motiuum æternum ad veram attritionem. Siquidem etiam concipi potest ex metu peccati, vel alterius damni temporalis, quo Deus solet punire peccata etiam in hac vita. Vnde Concilium Tridentinum adducit in exemplum poenitentiam Niniuitarum, quæ concepta fuit ob metum excidij suæ Ciuitatis, quod Deus comminatus fuerat. Sicut enim Deus comminatur poenas æternas, pariter poenas temporales ad terribiles homines. Ipse autem poenæ temporales, præcipue propter ab hominibus infligenda, non sunt motiua vera attritionis.

quia Soto, Valentia, & Enriquez, & alij relati, merito requirunt, quod sit dolor de peccato cum aliquo respectu ad Deum: quia timere malum pro ut ab homine, nullo modo conuertit ad Deum, quia nec ex illius amore imperfecto, nec ex timore Dei procedit: & cōpatitur cum cōplacencia peccati. Requiritur autē ad omnē iustificationem, etiam in Sacramento, cōuersio hominis ad Deum, saltem imperfecta: hoc enim ad minus videntur exigere loca Scripturæ, & Patrum, vbi peccator inuitur ad satisfaciendum Deo, & ad petendam veniam sui peccati, & ut conuertatur sicut auersus fuerat: iuxta illud Esaiæ 31. 7. 7. *Conuertimini sicut in profundum recesseratis, filij Israel.*

50 Vitio obijitur. Quia dolere de peccato ob specificam eius malitiam, sine alio respectu ad Deum, videtur vera attritio; sicut qui dolet de furto prout opponitur iustitiæ, dolet ob turpitudinem peccati, & tamen non continetur sub numero à Concilio, quia ibi sermo est de turpitudine prout est contra Deum: ergo diuisio non est adæquata.

51 Respondet Valentia q. 8. punct. 4. Pesantius in Addit. 3. p. q. 5. disp. 3. Coninch disp. 14. de fide n. 120 quos refert, & sequitur Lugo illa sec. 9. n. 143. & Leander tract. 5. disp. 7. q. 15. ista non esse verā, & sufficientem attritionem, nisi consideret peccatum in ordine ad Deum. Quia sicut non sufficit ad verā attritionem cōsiderare peccatū ut causatiū poenæ apud iudicem humanum, quia illud motiuum non facit hominem conuertit ad Deum, sed ad iudicem, quem timet: ita non sufficit considerare peccatum in ordine ad cōuiuium humanum, & prout opponitur regulæ rationis: quia illud motiuum non conuertit hominem ad Deum: quare per hunc dolorem nullo modo tollitur auersio posita per peccatum. Concilium autē loquitur formaliter de peccato: quia malitia peccati, ut peccatum est, nō sumitur nisi in ordine ad Deum: iuxta definitionē peccati traditam à S. Augustino, & approbatam a Theologis, in qua ponitur quod sit, *contra legem Dei.*

52 Per propositū melius Suarez sec. 2. n. 15. cōcedit illam detestationem per se, ac præcise sumptam esse cōtritionem: & cōprehenditur sub ea, quæ est ob feditatē peccati: nā æqualitas illa, & iniuria, quæ dā eius deformitas est, ob quam peccatū est detestabile: quāvis nō sit suprema ratio detestandi illud. Eodem modo respondet

Nuño in Addit. q. 1. a. 2. diff. 3. ad 1. quia vere oritur ex cōsideratione turpitudinis peccati, & ex imperfecto amore virtutis: quia tamen amor non est perfectus; ideo non est contritio. Idem probat Auersa, q. 2. sec. 14. §. *Dicit tamen debet.* Quia talis actus est vere bonus, & honestus in genere moris, de genere virtutis moralis: & non solum virtutis acquisitæ; sed etiam virtutis moralis infusæ; atque adeo supernaturalis, iuxta dicta q. 85.

Sicut amare honestatem intrinsecam virtutis in proprio genere, ut velle iuste agere, temperate viuere, benefacere indigenti: & sic de singulis virtutibus (supponimus namque dari virtutes morales per se infusas quoad habitus, & actus earum esse quoad speciem supernaturales, & meritorios in homine iusto vitæ æternæ, & augmenti gratiæ, & virtutum) quia earū honestas, sicut & opposita turpitudinis, non solū naturali lumine constat, sed etiam reuelatione diuina fidei. Sic ergo talis dolor & attritio de peccatis ob eorum intrinsecam turpitudinem, & ex amore oppositæ honestatis, erit vere salutaris, ex auxilio supernaturali, & cum Sacramento sufficiens ad iustificationem.


53 Ad rationem prioris dicēdi modi respondet bene Auersa, quod differt hic actus à dolore de peccatis ob infamiam incursum, vel penam ab humano iudice infligendam: quia talis dolor respicit solū naturale, & humanum commodum, & non per se moralem honestatem, quæ potest terminare etiam infusas virtutes, & supernaturales actus. Dolor vero de peccatis ob eorum turpitudinem, siue ob amorem honestatis moralis, si etiam solū sistat intra ordinem virtutis acquisitæ, & naturalis, pariter non sufficit ad iustificationem. Sed quia etiam intra genus honestatis moralis, potest esse de genere virtutis infusæ, & ordinis supernaturalis; ut sic conuertit etiam implicite ad Deum, auctorem, & finem supernaturalem; sicut alij actus virtutum moralium infusarū: & ira potest esse, ac vere est apud Deum salutaris. Hæc ibi. Videatur S. Thomas 1. 2. q. 63. art. 4. & q. 71. art. 6. Imò videatur idem Auersa infra q. 11. sec. 5. initio, vbi probat, quod tandem Lugo ipse disp.

14. sec. 6. à num. 74. vsque 89.

defendit sententiam
Suarez.

QVÆSTIO II.

DE NECESSITATE CONTRITIONIS.



Vamvis quæstio de necessitate videatur pertinere ad an est, & debere præcedere quæstionem de quidditate cōtritionis: tamen, quia nunc aliquam necessitatem supponimus, & solum modum necessitatis inquirimus, non facile explicabilem non præmissa notitia quidditatis cōtritionis, ideo nec antepotuit de hac quæstione disputari, nec nunc potest omitti, quia necessaria ad Scripturæ intelligentiam, ad mores componendos, & ad difficultates scholasticas enodandas.

DVBIVM PRIMVM.

Vtrum extet peculiare præceptum contritionis?

§. I. Status quæstionis.

1 **S**upponimus ex doctrina S. Augustini lib. 8. de Genesi ad litteram, c. 13.

aliquid esse necessarium ut medium ex se necessarium ad consequutionē finis: aliud vero esse necessarium necessitate obediētiae præcepti. Vnde frequenter Theologi dicunt aliquid esse necessarium, vel necessitate mediij, vel necessitate præcepti, vel necessitate mediij, & præcepti simul. De quo iā egimus cap. 7. de Theologia Moral. q. 2. §. 1.

2 Supponimus secundo, id quod notat Cano Relec. de poenit. parte 3. §. *Huius quæstioni*, quod cum duplex poena sit: altera interior, hoc est dolor animi: altera est exterior, hoc est afflictio corporis: duplicem ex consequenti poenitentiam esse: alteram interiorem: de qua 2. ad Timor. 2. *Ne quando det illis Deus poenitentiam.* Et Auctorum. 2. *Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Alteram vero exteriorem: de qua 2. Cor. 17. *Quæ secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.* De necessitate exterioris poenitentiae partim dictum est 3. p. q. 84. art. 5. & 7. vbi D. Thomas agit de necessitate Sacramenti poenitentiae, & de eius institutione: & quæ delunt, dicentur tractando de necessitate confessionis, & satisfactionis per opera poenalia: de quibus Tridentinum Concilium ses. 6. cap. 14. docens *Christiani hominis poenitentiam obtinere, non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & hu-*

milium, verum etiam eorumdem Sacramentalem confessionē saltē in voto, & suo tempore faciendam; & Sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem per ieiunia, elemosinas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia. Affert testimonia supra relata Apoc. 2. & 2. Cor. 17. & illud Mattan 3. & 4. Lucæ 3. *Poenitentiam agite, facite fructus dignos poenitentiae.* De necessitate interioris poenitentiae, tripliciter possumus loqui; vel in ordine ad hunc finem, qui est obtineri remissionem peccatorum: & sic iam de illa egimus cum D. Thoma 3. p. q. 86. art. 2. Vel in quantum est pars à Christo instituta, & necessaria ad Sacramentum poenitentiae: & sic de illa erit disputatio tota quæstione sequenti. Vel in quantum est actus virtutis poenitentiae, cuius necessitas fuit omni tempore post commissum peccatum mortale, etiam antequam Sacramenta instituerentur. Vnde in Conc. Trident. ses. 14. c. 4. dicitur *Fuit autē quouis tempore ad impetrandā veniā peccatorū hic cōtritionis motus necessarius.*

3 Primo ergo de contritione in tertiam considerationem, inquiritur, vtrū de ea sit peculiare præceptū? Negatiuam sententiā his verbis refert Cano in Relec. de poen. p. 4. initio. In hac cōtrouersia, præceptum meū olim, frater Franciscus Victoria, vir nostra aetate, litteris, ingenio, religionisque clarissimus, partem tenuit negatiuam. Addidit vero in huius rei confirmationem, præter ea, quæ fecimus, alia quædam argumenta: quæ quoniam homo ingeniosus, & doctus esse videbat infirma; asseruit tandem in hanc opinionem se venire, ea potissimum causa, atque ratione, quod nulla in contrariū esset, cui non posset facile satis fieri. Præterea in Summa, quæ Victoria nomine circumfertur (quia ex auditis ab ipso eam conuincit Thomas Chaves) de contritione n. 122. (alias 112.) folio 101. ita dicitur. Magister meus Victoria tenet, quod nullum est præceptum de poenitentia, aut contritione, quod obliget sub nouo peccato. Quamuis peccatum mortale sine poenitentia non possit deleri: ac proinde sit necessarium dolere, seu poenitere: sed qui non poenituerit, damnabitur quidem propter peccata, quæ commisit; sed non quia non poenituit. Sed mihi magis placet opinio contraria; ideo hanc nō prosequor. Hæc Chaves, Victoria discipulus.

4 Sed & adhuc supponendum cum Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 6. initio, neminem negare quin confessionis præceptum extendat se quodam modo ad contritionem: nam cum ius ecclesiasticum confessionis, determinatio sit diuini iuris, confiteri tenemur quem ad modum ius præcipit diuinum, scilicet vere nos accusando; non tamen esset vera accusatio, nisi peccatorum nos poeniteret: & saltem in exultatione nostra (hanc limitationem examinandam reseruamus q. se.) quatenus peccata sunt Dei offensa. Quapropter confessionis præceptum est contritionis. Rursus, nemo dubitat quin contritio sit ad salutem necessaria, hoc est ad gratiam obtinendam. Sed controuersia est, vtrum perse sit præceptum contritionis, lecluse etiam præcepto confessionis. Et fortasse lis non est tanta, quantum non nulli contestatur, vt resoluta quæstione constabit. Hæc Soto.

§. II. Peccans mortaliter ex præcepto tenetur agere poenitentiam.

5 **D**ico primo, qui mortaliter peccauit, diuino præcepto tenetur agere perfectam poenitentiam, eliciendo actum contritionis. Sumitur ex D. Thoma 3. p. q. 84. art. 7. ad 1. & 2. Et q. 85. art. 1. vbi ait. *Sed præceptum diuina legis est de poenitentia: secundum illud Matthæi 4. Poenitentiam agite.* Et 2. 2. q. 14. art. 2. docet, quod impoenitentia, secundum quod importat propositum non poenitendi, est speciale peccatum: & vñ ex sex specialibus peccatorum in Spiritum Sanctum. Quod verificari nequit, si de poenitentia non sit speciale præceptum: nam si comedere, præceptum non esset, propositum non comedendi specialis culpa non esset, si ieiunandi præceptum peculiare non esset, nec esset peculiaris culpa propositum non ieiunandi: vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Et 2. 2. q. 62. art. 8. ad explicandam obligationem restituendi alienum, ait D. Thomas. *Manifestum est autem, quod nec per modicum tempus licet in peccato morari: sed quilibet tenetur peccatum statim deserere: secundum illud Eccles. 2. 1. Quasi a facie colubri fuge peccatum.* Et q. 79. art. 3. ad 2. ait esse peccatum omissionis non poenitere de peccato præterito. Et 2. 2. q. 88. art. 3. ad 2. idem dicit his verbis. *Si vero incidit in impossibilitatem implendi votum ex propria culpa, tenetur insuper de propria culpa*

præterita poenitentiam agere. Sicut mulier, quæ vouit virginitatem, si postea corrupta, non solum debet seruare, quod potest, scilicet, perpetuam continentiam; sed etiam de eo quod amisit (alias, admisit) peccando, poenitere.

Præterea in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 2. ad 4. ait, quod contritio secundum quod in se consideratur, fuit semper eodem modo in qua libet lege: sicut enim futurum peccatum semper oportet vitare, ita semper de commissis dolere. & q. 3. art. 1. q. 4. Est que communis Theologorum. Vnde Cano §. Primum ita que, ait. Imo illud est princeps argumentum, quo hæc opinio refellitur, quod nouicia sit, & in re, quæ ad mores pertineat, sine idonea ratione communi Theologorum sensui refragetur.

6 Vnde videbis, quod, vt solet Bonacina, negantibus Doctoribus tribuit sententias affirmantes, & affirmantibus, sententias negantes: alioquin non scriberet, quod hæc conclusio est contra Nauarrum cap. 1. n. 27. & contra Canum. Ita habet Bonacina to. 1. disp. 5. q. 5. sec. 1. puncto. 2. n. 4. Et tamen Nauarrus, ipso eodem loco, oppositum docet. Nec aliquid cordati viri est tribuere Cano sententiam, quam de cem argumentis impugnat: & sic reijcit, quod parum abest, vt censuret. Falso etiã dicit Bonacina, quod Ioseph Angles pro hac referat Cano: siquidem q. de Contritione art. 5. Angles ait. *Hæc sensit M. Victoria, vt in rel. de poen. p. 4. M. Cano scribit.* Scribere, quod Victoria tenuit, non est illam opinionem tenere: alioquin ipse Bonacina, & fere omnes, qui post Victoriam scripserunt, & eum referunt, possent pro illa opinione referri: cum tamen referant vt impugnent. Excessit autem Angles censurando, sine probatione subitngens. *Hæc autem opinio nunc est erronea.* Quia licet sit erroneum, imo hæreticum, negare necessitatem actus poenitentia, ita vt negetur necessitas medijs, & necessitas præcepti; non tamen negare præceptum, supponendo maiorem necessitatem, quæ est necessitas medijs: quia si censuræ ad mittuntur, maiorem Theologi adhibent censuram sententia, quam solus nouissime defendit Delgado cap. 6. dub. 1. quod poenitentia non est medium necessarium ad remissionem peccati mortalis. Et infra cap. 10. dub. 2. negat lapsis in mortale, Sacramentum poenitentia esse medium ad salutem: contentus explicare Tridentinum de necessitate præcepti, exclusa necessitate medijs: & sic euadit censuras Vazquez, & Suarez.

A for-

A fortiori ergo eas euadit Victoria expressè docens necessitatem medijs, & generalis præcepti. Pro communi, & nostra sententia. Plurimos refert, & sequitur Suarez disp. 15. sec. 1. n. 2. Sed postquam vnus solus inuenitur dissentire, nulla est necessitas vltios citare, sed asseri potest quod omnes alij eam tenent.

7 Ratio est similis, qua D. Tho. 2. 2. q. 3. art. 2. probat præceptum credendi & confitendi fidei: *Nam ea, quæ sunt necessaria ad salutem: cadunt sub præceptis diuina legis.* Eodemque argumento 3. p. q. 68. art. 1. probat præceptum Baptismi. Procedereque in præsentia, idem D. Thomas docet 3. p. q. 85. art. 1. rationem assignans: *Quia præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit ciues facere virtuosos, vt dicitur 2. Eth. cap. 1.* Et reuera id ostendit (nisi me animus fallit, inquit Cano) ratio manifesta: non enim aliter melius possumus iudicare an præceptum sit legis de quarumcumque virtutum actibus, nisi ex eo quod ad finem legis sunt necessarij. Porro si finis primus legis, idemque præcipuus sine actu cuiuscumque virtutis constare non potest, conuincimur sane de huiusmodi actu præceptum legislatoris esse, nisi vt insipientem, atque improuidum in legibus necessarijs volumus defuisse. Atque hæc certa regula, & forma est de præceptis legis, siue naturæ, siue scriptæ, siue gratiæ, siue humanæ, siue diuinæ, philosophi. Et, vt ait Soto, ut a peritior vis huius rationis in lege naturæ, & scripta; vbi non erat Sacramentum poenitentia institutum, & erat infusa fides; contritio erat per se necessaria ad salutem absque alio Sacramento; atque adeo in præcepto. Quod non est cur reuelato Euangelio cessauerit.

8 Sed instabis: gratia Dei est ad salutem homini necessaria: & sine illa data per Christum, omnes peribunt: iuxta illud Apostoli ad Rom. 3. ver. 23. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratijs per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.* Et tamen de gratia habenda nullum est peculiare præceptum: nec illud agnoscunt, aut assignant Theologi. Ergo sufficit diuina poenitentia esse necessariam vt medium ad iustificationem, non vero necessitate specialis præcepti. Cum enim poenitentia supponat peccatum antecedens, nisi quis poenitentiam egerit, de fide est quod peribit: iuxta quod denunciat Christus Dominus Lucæ 13. ver. 3. *Nisi poenitueritis*

habueritis, omnes similiter peribitis. Non ex impoenitentia culpa; sed ex antecedenti peccato, quod sine poenitentia deleri non poterat.

9 Oprimè respondet Cano ad 2. aduertendo, medium ad salutem necessarium esse in duplici differentia. Alterum quod non est actus virtutis, sed vel potentia, vel habitus, quos Deus in nobis sine nobis operatur, vel etiam gratia, & auxilium Dei; quod non nostrum, sed diuinum opus est. Et de huiusmodi medijs, legis præcepta non sunt.

Alterum medium actus virtutis est, atque in nostra possitum potestate: vt credere in Christum, confiteri fidem, suscipere Baptismum, diligere Deum: & de huiusmodi præcepta legislatoria sunt: quæ quoniam non de fine, sed de medijs feruntur ad finem legis necessarijs (quævis etiam leges præcipiant quædam alia non necessaria, sed solum vtilia ad finem, quæ seculo præcepto media necessaria non essent: & ideo non dicuntur necessaria necessitate medijs, & præcepti simul; sed necessitate solius præcepti tantum, vt diximus illo cap. 7.) recte colligimus in omni lege, siue naturali, siue scripta, tum humana, tum diuina, ea media virtutis, quæ nullo modo sunt ad finem legis necessaria in consilio esse (si alias lege scripta, vel legitima consuetudine non constat de eis faciendis non extare speciale præceptum) quæ vero omnino necessaria, esse in præcepto. Hæc Cano ad 2. Ad dit Soto §. *Quod si quis, gratiam non esse opus nostrum, sed Dei: neque vero tam rationem medijs ad salutem, quam finis habere; quia est salus ipsa, & vita animæ: præcepta autem non dantur de fine; sed de medijs, quibus finem consequimur.* Rursus idem Soto §. *Contra hoc, aduertit, quod sicut de præcepto dilectionis Dei super omnia, tempore quo eius necessitas occurrit, respondet S. Thomas 1. 2. q. 100. art. 10. & 2. 2. q. 44. art. 1. & ipse Soto lib. 1. de nat. & gratia dicit, quod tenemur per diuinum auxilium ad gratiam, & charitatem suscipiendam nos disponere: nam quod per amicos possumus, & maxime per Dei auxilium, simpliciter posse dicimur.* Videantur quæ diximus cap. 11. Theol. Mor. q. 1. n. 14. & cap. 12. q. 2. à n. 19. vsque 21.

10 Quatuor alias probationes proponit Soto: & vsque ad decem profequitur Cano: sed in re clara tot media, non iudico necessarium multiplicare. Præcipue

pue quia quaesita sequentia nouas eliciet probationes. Non sunt omittenda verba Terrulliani lib. de patientia cap. 4. communiter allata, sed semper memoria digna. *Cum iudex Deus iustitia charissima sibi exigenda, tuendaque praesideat, & in eam omnem summam disciplinam sanciat, dubitandum est, sicut in vniuersis actibus nostris, ita in praesentia quoque causa iustitiam Deo praestandam esse?* Et paulo infra. *Audaciam (inquit) existimo de bono diuini praeccepti disputare. Neque enim quia bonum est, ideo ansultare debemus; sed quia Deus praecipit. Ad exhibitionem obsequij prior est maiestas diuinae potestatis, prior est auctoritas imperantis, quam utilitas seruientis. Bonum est poenitere? Annon? Deus praecipit. Quod igitur tantopere Deus commendat, quod etiam humano more subdeiteratione testatur; summa utique grauitate, & aggredi, & custodire debemus.* Haec Tertulianus.

§. III. Vtrum praecceptum de poenitentia sit naturale, an vero positium.

ii **S**ed adhuc secundo inquirens, vtrum hoc praecceptum sit naturale, vel solum positium?

Duplici sensu potest haec moueri difficultas. Alter, an solo lumine naturae, seclusa fide, & notitia omni reuelata; iudicaretur bonum, & necessarium contriti, & poenitere de culpis commissis? Quo sensu pertractata est q. 84. dub. 10. §. 2. & q. 85. dub. 5. §. 1. Alter, an notitia fidei supposita, quae docet hominum peccata hominibus à Deo dimitti, ipsi tamen cooperantibus, & disponentibus se per proprios actus erga Deum, & peccata, propter quae contritio, & charitas sunt media necessaria ad salutem, & quia Dei auxilio sunt in nostra potestate; ideo ostensum est esse praeccepta diuina lege, inquiritur an sit conaturalis ordini gratiae? An vero sit omnino liberum sicut fuit institutio Sacramentorum, & similia?

12 In quo sensu Ioannes Medina Codice de poenit. tract. 1. q. 2. §. Supposito, expresse tenet primo ut probabile, & poitea, ut verum, quod non sit necessarium de iure naturae, stricte sumpto, de commissis poenitere. Probat tribus argumentis. Primo, quia ius naturae neminem obligat ad impossibile, nec ad illud volendum. Cui igitur poenitere de commissis sit, vel sal-

tim praesupponat velle hominem non peccasse: quod constat sibi, postquam peccauit, impossibile esse; sequitur, &c.

Secundo, quia voluntas aliter potest reordinari, quam dolendo de commissis; si à vitijs omnino absteat, & virtutum opera exerceat. Peccati etiam detestatio non est a sua natura Deo satisfactoria pro offensa; alioquin posset purus homo ex iustitiae rigore Deo pro peccatis satisfacere: quod est absurdum; quia sine gratiosa Dei acceptatione nullum opus nostrum est satisfactorium, aut meritum.

Tertio. Quia ius naturae non obligat nos detestari offensam proximo illatam hac ratione quia illum offendimus; sed satis erit si illi opere satisfaciamus iuxta qualitatem, aut quantitatem damni, aut iniuriae offenso illatae: nec ad aliud obligat nos ius naturae. Ergo nec ius naturae obligat nos ad dolendum de offensa Deo illata. Cum ergo pro ea non possimus satisfacere, nisi satisfactionem, qua est contentus, Deus assignet; sequitur quod si omne ius positium diuinum secludatur, peccator non tenetur ad contritionem: quamvis teneretur ad corrigendam vitam, & habendam animi preparationem, qua paratus sit Deo reddere, quod ipse loco satisfactionis exegerit.

13 Ex quo §. Corrolarie infert, Deum posse cum peccatore dispensare ne teneatur de peccatis dolere: nec per hoc dispensat in iure naturae, nec illud reuocat nec in toto, nec in parte; sed solum dispensat in iure positio à se voluntarie tradito, offensam remittendo, & sponte condonando.

Existimat Suarez disp. 15. sec. 3. à n. 3. se mediam viam tenere & fortasse sententias conciliare: sed in re hanc extremam sequitur: quae enim praemittit tribus primis conclusionibus, vtriusque sententiae auctores admittunt: & de sola vltima est dissensio; & tamen Suarez ait n. 7. absolute ait. *Non esse simpliciter necessarium, absque speciali ordinatione diuina voluntatis, Deo satisfieri per contritionem*: Quia nullum est principium simpliciter necessarium ex vi aequitatis iustitiae, etiam infusa; & super naturalis, ex quo necessaria consequuntur inferri iustitiam ipsam per se obligare ad satisfaciendum per hunc actum.

Num. autem 15. ait quod licet res ipsa, quam docet Medina de dispensatio

ne, vera sit, modus tamē loquendi est improprius. Potest enim Deus cedere iuri suo, & remittere offensam sine vlla hominis satisfactione; & tunc quidem cessabit obligatio in homine, non tamen propter dispensationem; sed propter materiae mutationem; quia offensa remittente, & condonante, non est materia satisfactionis; quia offensa est ablata.

14 Dico tamen secundo, praecceptum contritionis, supposita fide, non tantum est iuris diuini positium, sed etiam iuris naturalis, seu connaturalis gratiae, sicut de praecceptis fidei, & charitatis, diximus, 1. tom. Theol. Moralis. Quod haec sit communis, non negat Suarez, sed supponit n. 2. pro ea referens D. Thomam, & Thomistas S. Bonau. in 4. dist. 17. parte 2. art. 3. q. 2. ibi Richardum, Maiorem, & Marsilium. Item Alexandrum Alensem, Andream Vegam, & Iacobum Latomum. Modo etiam est communis. Imò Nuisio in Addit. q. 2. art. 3. dub. 3. duos sensus illius sententiae distinguit: & in vno dicit ad minus errorem proximam; & in alio sensu esse improbabilem. Sed nobis dicere sufficit conclusionem esse Theologorum communem. Sed male Aueria q. 1. sec. 4. conc. 2. pro ea refert Suarez.

Quod sit ad mentem D. Thomae, constat ex 3. p. q. 84. ar. 7. ad 1. dicente, *Quod de iure naturali est, quod aliquis poenitet de malis, quae fecit, quantum ad hoc quod doleat ea fecisse, & doloris remedium, quaeratur per aliquem modum: & concludit, sed sicut alia quae sunt de iure naturali determinationem acceperunt ex institutione legis diuinae (vt in 1. 2. q. 94. art. 4. & q. 99. ar. 3. ad 2. dictum est) ita etiam, & poenitentia.* Quod explicat ibi ad 2. dicens, *quod ea, quae sunt iuris naturalis, diuersimode determinationem accipiunt in veteri, & in noua lege, secundum quod congruit imperfectioni veteris legis, & perfectioni nouae legis.* Et propterea q. 86. art. 6. ad vltimum in fine ait. *Sciendum tamen, quod etiam in veteri lege, & in lege natura, erat aliquando sacramentum poenitentiae, vt supra dictum est.* Et in 4. dist. q. 1. art. 2. q. 3. ad 2. ait D. Thom. *Quod ante legem scriptam erat aliqua sacramenta necessitatis: sicut illud fidei sacramentum, quod ordinabatur ad deletionem originalis peccati: & similiter poenitentia, quae ordinabatur ad deletionem actualis.* Addit in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 2. ad 2. *quod in lege natura sufficiebat interior recognitio peccati apud Deum: sed in lege Moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatum profiteri;*

De sacramentis legis naturae, late dixi 3. p. q. 61. dub. 3.

In quo etiam sensu dixit Tridentinum Concilium sel. 14. cap. 4. *Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.* Nec enim Concilium Tridentinum hanc necessitatem aliunde probare, & docere potuit, nisi quia semper fuit medium necessarium, & cum sit opus liberum, etiam de illo fuit naturale praecceptum: in lege enim naturae non nisi diuinando potest affirmari fuisse aliqua praeccepta mere positium; non solum quia determinatio actuum externorum per sacramenta, & sacrificia fidei, & deuotioni maiorum relinquebatur, vt diximus illa q. 61. Sed etiam quia Theologi determinationem actuum internorum nullo diuino iure, aut praeccepto pro tunc agnoscunt facta: nec agnoscere possunt sine reuelatione diuina, quae non extat.

Sed quae ex se erant necessaria, dicunt iure naturae praeccepta; reliqua vero agnoscunt libera, & solum sub consilio vt vtilia proposita. Vnde S. Thomas 1. 2. q. 100. art. 2. ait. *Quod lex diuina conuenienter proponit praeccepta de actibus omnium virtutum: ita tamen quod quaedam sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, obseruari non potest, cadunt sub obligatione praeccepti: quaedam vero, quae pertinent ad bene esse virtutis perfectae, cadunt sub consilio.*

Præterea, radix, & omnes tituli orti ex charitate Dei, & reparationis diuini honoris, & charitatis erga se, ex quibus postea dicemus orti obligationem dolendi, & poenitendi, & contritionem habendi de peccato, sunt de lege naturae: ergo praecceptum non solum est legis diuinae, sed legis naturae, & connaturalis gratiae.

15 Communem hanc doctrinam probat Lugo disp. 5. sec. 12. à n. 250. docens absolute esse praecceptum naturale si sermo sit de poenitentia prout praescindit ab explicita, & implicita, atque adeo obligare nullo alio decreto Dei superaddito de acceptanda satisfactione. Primo: quia sic obligat praecceptum diligendi Deum. Secundo, quia sic obligatur homo ad seruanda praeccepta, etiam post peccatum: poenitentia autem, saltem implicita, semper includitur in actu dilectionis Dei super omnia. Mandata autem diu seruari non possunt sine aliqua retractatione, saltem implicita, peccati praeteriti.

In his rationibus praecise, vt iacent, nos

nos vim facere non possumus: quia non tantum mediate, & in alio, vel ratione præcepti charitatis, aut seruandi mandata; sed immediate, & per se, & ratione sui agnoscimus penitentiam esse simpliciter necessariam, & præceptam, supposito mortali peccato; sicut medicina supposito morbo, & conuersio destituta, supposita auersione voluntarie retractatiua.

16. Præterea contra Suarez bene docet Lugo n. 253. non solum hoc præceptum proprie non esse dispensabile a Deo, vt de omnibus præceptis iuris naturæ, docet D. Th. 1. 2. q. 100. & communiter Theologi, vt vidimus cap. 3. Theologiæ Moral. q. 2. §. 4. sed nec posse auferri obligationem per materiæ mutationem: quia sicut non potest Deus ipsa cedere iuri ad amorem, vel ad cultum, vt cesset in nobis obligatio amandi, & colendi Deum, manente adhuc infinita bonitate, & excellentia Dei, quæ exigit amorem, & cultum: sic pariter condonatio offensæ, & cessio iuris, non tollit quod ex parte peccatoris sit obligatio retractandi, detestandi, & conuicti ad exhibendam, quam posset satisfactionem. Sicut licet Rex condonaret subdito contumeliam, vel iniuriam grauem sibi illatam, adhuc iure naturæ obligaretur ostendere sibi displicere, quod fecerat.

17. Ad primum Medinæ dicitur, quod si conuinceret, ostenderet contritionem esse actum imprudentem, & virtutis incapacem. Quod tamen hæreticum esse, constat ex Tridentino Concilio, & Patribus, & Sacra Scriptura locis relatis. Respondet S. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 1. ad 3. dicens; quod quamuis voluntas completa (alij vocant executiuam, & efficacem) alius sapientis non possit esse de impossibili; tamen voluntas conditionata, quæ velle dicitur, & est inefficax, & solum affectiua esse potest de impossibilibus: quæ etiam sapiens velle quod impossibile est, si possibile foret. Et ista voluntas sufficit ad dolorem causandum. Et precipue quando impossibilitas obtinendi quod volumus, ex nobis prouenit. De hoc tamen iam egimus 3. p. q. 85. dub. 1. §. 4.

Secundum argumentum, quoad partem sui partem, quoad id, quod verba sonant, non videtur concordare cum doctrina Tridentini illo cap. 4. siquidem probandum assumit sufficere, quod Concilium ibi, & can. 5. diffinit non sufficere, dum ait. *Declarat igitur Sancta Synodus, hanc contritionem, non solum cessationem a*

peccato, & vitæ nouæ propositum, & in bonam rationem sed veteris etiam odium continere. Quoad secundam partem respondimus q. 85. art. 3. & iterum dicemus agendum de satisfactione, quod poenitentia non est iustitia strictè sumpta; nec homo purus potest reddere æquale simpliciter æqualitate quantitatis physicæ, aut arithmeticæ; bene tamen æqualitate proportionis, vt docet S. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. & in hoc sensu, quo poenitentia est possibilis, est contritio necessaria, & præcepta.

Tertium potius retorquetur: nam vt diximus ex D. Thoma in 4. dist. 14. q. 2. art. 5. ad 2. *Sicut inter homines non restituitur amicitia post offensam, nisi per aliquem de offensa dolorem: ita nec ob aritas per peccatū, nisi per poenitentiam.* Quod procedere à fortiori de perfectissimo poenitentia actu, nempe contritione, iam explanamus.

§. IV. Ex quo motiuo præcepti contritionis oriatur obligatio.

Inquiritur ergo tertio, ex quo motiuo obligatio poenitentia, seu præcepti contritionis oriatur?

18. Multa motiua videntur assignare Theologi. Præcipue illi, qui magis ex professo de hoc puncto scripserunt, tria proponunt vt principalia: obligationem iustitiæ erga Deum, vt exhibeatur satisfactio, recompensetur offensa: obligationem charitatis, vt curemus redintegrare perditam amicitiam, & honori Dei attendere, vt conferuetur illæsum, & reparatur violatum: amorem charitatis, seu misericordiam erga se, qua obligatur quisque mala animæ repellere, & eius infirmitates curare. Quod totum sumitur ex D. Thoma 3. p. q. 85. art. 3. & q. 84. art. 5. ad 2. vbi ait. *Requiritur enim charitas: quod homo doleat de offensa in amicum commissa: & quod amico homo studat satisfacere. Requiritur etiam ipsa fides, vt per virtutem passionis Christi, quæ in sacramentis Ecclesie operatur, querat iustificari à peccatis. Requiritur etiam, & ipsa misericordia ordinata vt homo subueniat poenitendo suæ miserie, quam per peccatum incurrit: secundum illud Prou. 14. Miseros facit peccatum. Vide Eccl. 30. dicitur. Misereere animam tuam placens Deo.* Hæc S. Thomas.

Indicatque Scotus in 4. dist. 14. q. 2. §. Primus articulus, conc. 3. docens, quod

poenitentia continetur sub iustitia. Et in 4. dist. 46. q. 1. §. *Hic primo. ver. Ad propositum.* Et dist. 17. q. 1. §. *In ista questione. ver. Aliter ergo. vbi ait. Quicumque primam gratiam amisit, tenetur de necessitate præcepti: & hoc illius. Diliges Dominum Deum tuum: agere, quantum in se est, ad eius recuperationem. Et etiam virtute illius præcepti. Diligete ipsum.*

19. Expressit magis totum hoc Cano relect. de poenit. parte quarta columna quarta, dicens. De compensanda iniuria facta proximo, speciale præceptum est: ergo & de compensanda iniuria facta Deo. Huc accedit, quod si cuius amicitiam violauimus, tenemur speciali præcepto dare operam vt sarciamus: quemadmodum Matthæi 5. scriptum est. Ergo Dei amicitiam per peccatum mortale violatam, speciali præcepto sarcire tenemur.

Illud præterea (quod mihi maximo argumento poterat esse ad huius rei confirmationem) quod ægroto corpori quisque tenetur medicinam necessariam adhibere: idque ex speciali præcepto, quo habet diligere corpus. Ex quo efficitur, cum non minus debeat amare animam, quod medicinam necessariam ægro animo adhibere tenetur. Videlicet, quem ad modum instigante naturæ lege (vt Tertullianus ait in lib. de poenit. & illum æmulatus S. Hieronymus in Eccl. cap. 7.) hirundo pullos suos de succo oculat Chelidonis: & Dictamnium cerui appetunt vulnerati: & cætera animantia bruta medicinas, sibi diuinitus attributas, instigantur vt querant. Ita proculdubio incitat diuina lex homines rationales vt poenitentiam, remedium vnicum, & necessarium ad salutem animæ, prosequantur.

20. Præterea, præcepto charitatis obligamur media necessaria ad salutem fratris apponere (inde enim est fraternæ correctionis obligatio) Ergo & media necessaria ad salutem nostram.

Et confirmatur. Tenemur proximum à morte, tum corporis, tum animæ, liberare (mortem enim languentibus probatur instigare, qui hanc, cum potest, non excludit. cap. primo 83. dist. 1.) igitur, & nosmetipsos à corporali & spiritali morte tenemur eripere. Hæc Cano. Qui & post pauca, aliam adiecit probationem. Nam de poenitentia exteriori præceptum est: actus quippe omnis virtutis est salutem necessarius, in præcepto est citra controuersiam. De necessitate autem poenitentia exterioris capimus dicere q. 85. & dicemus

agendo de confessione. Ergo & de interiori poenitentia præceptum est. Consequenter patet: *Quia si satisfactionem exterioriorem Deus exigit, interiori, ac multo etiam magis requiret, quæ videbitur præcipua esse in compensatione delicti.* Hæc, & alias rationes proponit Cano. Similia Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 6. Vega lib. 13. in Trid. cap. 19. & 20. Ioan. Medina Codice de poenit. tract. 1. q. 2. ratione quarta, & quinta.

21. Quos sequentes Suarez disp. 15. sec. 1. à n. 8. vique 16. Nauo in Addit. ad 3. p. q. 2. art. 3. dub. 2. §. *Pro cuius.* Auersa q. 1. sec. 5. Trullench lib. 4. praxis cap. 5. dub. 2. n. 5. Delgadillo de poenit. cap. 2. dub. 7. vbi de titulo iustitiæ: & ca. 6. dub. 4. vbi de titulo charitatis erga Deum, & misericordiam erga se ipsum, & alij, expressè distinguunt hæc tria motiua: & dicunt præceptum contritionis obligare primo, & per se ratione virtutis iustitiæ ad Deum, quia vt sic poenitentia est specialis virtus, pars potentialis iustitiæ, iuxta S. Thomam 3. p. q. 85. art. 3. Vnde in sensu formali, & proprio Petrus Soto lec. 13. de poenitentia post primam conclusionem, ait, *asserimus esse hoc speciale præceptum: est enim specialis virtus. At si cui id non placet, est specialis actus, quem charitas valde requirit, qui Deo valde placet. Cur ergo non erit speciale præceptum?* Secundo dicunt obligare ex charitate diuina actum contritionis; quia est medium ad amicitiam Dei semel amissam recuperandam. Tertia radix est ex charitate, & misericordia erga se ipsum. Si enim ex illa obligatur homo vt sibi prouideat in corporalibus; cur non magis in spiritalibus? Item, si ex charitate obligatur homo ad subueniendum proximo in spiritalibus; cur non magis sibi ipsi. Quo argumento vsus est S. Augustinus in Ench. cap. 76. dicens. *Qui vult elemosynam orumate dare, a se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare.* Ponderat ad hoc intentum illud, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum:* subiungens, primam elemosynam hominis erga se ipsum, esse debere remissionem peccatorum sibi procurare. Quod & docet lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 27. Si ergo tenetur homo ex charitate propria sibi prouidere in spiritalibus; profecto maxime urgebitur hac obligatione vbi periculum æternæ damnationis imminet. At hoc non solum imminet, sed etiam certissima est damnatio, si de peccatis commissis poenitentiam non agat. Ergo etiam ex vi huius

huius præcepti charitatis ad poenitentiam agendam obligatur.

22 Hæc communis sententia vera est omnino, dummodo intelligatur ut eam exponit Cano quarta parte relect. colū. 5. subiungens. Nec id (quod ad mores attinet) magnopere contendere debemus; an violetur præceptum charitatis; an poenitentia? Illud modo concedamus specialem, nouamque culpam esse non poenitere. Tamen, quemadmodum cum quis non comedit cibum necessarium ad salutem, *immediate* quidem contra virtutem temperantiae peccat; *ex consequenti* etiam contra charitatem, qui non poenitet, cum videt ad salutem esse necessarium, directe quidem præceptum poenitentiae; *consequenter* autem violat charitatem. Eodem modo declarat, & probat Petrus Soto illa lect. 13. verbis relatis; nec alij dissentiant. Et præcepta aliquando obligare *per se*, & ratione sui; & aliquando *per accidens*, & propter alia, in his ipsis præceptis contritionis, & confessionis sacramentalis, docet S. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 4. Explicuimusque cap. 7. Theologiae Mor. q. 5. n. 13. quod solum currit speciale præceptum fidei, & est speciale peccatum, si omittatur, quando obligat per se, & ratione sui; quando vero solum obligat per accidens, & indirecte, non est speciale peccatum contra fidem. Similia de præcepto spei, dixi ibi cap. 11. q. 1. §. 2. De præcepto charitatis cap. 12. q. 2. §. 2. Generaliterque qualiter peccata distinguantur specie ex parte præceptorum? Habeatur ibi cap. 2. q. 3. §. 2. Ergo solum est speciale peccatum impoenitentiae, quando poenitentiae, & contritionis præceptum iniurat, & obligat; & peccator omittit, vel non vult poenitere; licet solum committari transgressiones præceptorum charitatis Dei, & amoris sui: & aliquando etiam sit sacrilegium, ut cum in peccato mortali impoenitens celebrat, vel sacramenta ministrat, vel recipit: eo modo quo ad id teneri diximus 3. p. q. 54. du. 4. & q. 80. dub. 4. & 5.

S. V. Quid sentiat Vazquez, & alij.

23 **C**ontra hanc doctrinam tenent Vazquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 3. à n. 7. Ludovicus Torres disp. 9. dub. 4. Galpar Hurt. disp. 3. dist. 2. Lugo

disputa. 7. sec. 10. à numero 182. licet diuersa via procedat ac Vazquez. Ille enim contra primum motiuum arguit numero 7. Tum quia sunt diuersae opiniones an poenitentia sit specialis virtus & iam absque opinione est, quod de illa extet speciale præceptum. Tum quia quamuis concedamus esse virtutem specialem; non tamen est necessaria ad salutem sub illo respectu; qui speciem tribuit peculiarem: sed dolor ex charitate, de peccatis satis esset in omni opinione: & hic est necessarius. Huius autem præcepti oportet quod explicemus, & rationem illius motiuam: siquidem ad speciale peccatum debet esse præceptum particulare præcipiens ex peculiari motiuo ipsum actum poenitentiae, ut sit peculiaris ratio obligationis, ut ponderat n. 6. Torres solum addit argumentum, quod sibi obiecerat Suarez: quia ex opposito sequeretur in quolibet peccato mortali, præter malitiam ex obiecto, esse malitiam specialis iniustitiae: quod ante hoc tempus fuerat inauditum.

Respondet Suarez sec. 2. n. 16. malitiam iniuriae diuinae proprie, at formaliter includi in quolibet peccato mortali: & hæc dicitur circumstantia non tanquam addita, sed tanquam constituens peccatum mortale: nam obiectum creatum per se non sufficit ad peccatum mortale perficiendum. Et hæc eadem est malitia auersionis, à qua peccatum mortale habet specialem grauitatem suam.

Quæ doctrina (inquit Torres) mihi non probatur: & quidem si sine illa non est peccatum mortiferum, non erit duplex malitia grauis. Et in peccato veniali non est necessaria auersio illa grauis. Et auersio grauis in peccato mortifero generale prædicatum est cuiuslibet peccati mortalis.

Alia via Lugo illo 182. ait. Ego quidem quod attinet ad primum caput ex titulo iustitiae, existimo non posse ex illo prouenire obligationem poenitentiae, & satisfaciendi: quod late probaui disp. 7. de Incarn. sec. 3. & seq. Tum quia non semper interuenit in omni peccato iniuria proprie, & strictè accepta. Tum etiã quia impossibilis est homini satisfactio pro illa offensa; cum neque ipsa contritio sufficiens sit, aut æqualis; nec ab homine puro offerri possit. Et propter alias rationes ibi adductas.

24 Omnia hæc parum vrgent consideratione quod ex Scriptura Patribus, & Con-

& Concilijs habemus certam necessitatem agendi poenitentiam. Quod sit necessitas medijs tantum, vel necessitas præcepti tantum; vel medijs, & præcepti simul; reseruat disputationi Theologorum: similiter determinare an sit præceptum generale; an speciale? Et ex quo motiuo; & cuius virtutis? Ut notauit Petrus Soto, habetur præceptum speciale esse, siue teneatur debere esse actum specialis virtutis, siue quendam actum charitatis. Præterquam quod Concilium Trid. ses. 6. can. 3. poenitere ponit actum distinctum ab actibus trium theologiarum virtutum. Nobis sufficit, quod eodem fundamento, quo ex D. Thoma, & communi Theologorum, probatum est q. 85. poenitentiam esse virtutem specialem, & partem potentialem iustitiae: inde consequenter inferamus, quod ex hoc motiuo primo & per se nascitur obligatio poenitendi. Licet quando peccata memoriae non occurrunt, poenitentia eminenti suppleatur, & satisfiat præcepto: sed id est per accidens.

Aliter respondet Auersa q. 1. sec. 5. §. Attamen, quod aliud sane est dicere, homo ex tali motiuo obligatur dolere, ac dicere obligatur dolere ex tali motiuo. Obligatur ergo homo ex motiuo iustitiae dolere de peccato; non tamen obligatur dolere ex motiuo iustitiae: sed satis est si doleat ex motiuo charitatis: & sic dolendo satisfacet obligationi iustitiae, si cur & dilectionis erga se ipsum.

25 Melius tamè respondet Nuño in Ad dit. 3. p. q. 2. art. 3. dub. 2. §. Sed contra, præceptum contritionis obligare, per se loquendo, ad exercendum actum in exercitio sub motiuo poenitentiae: quia præceptum obligat ad veram contritionem supernaturalem: non potest autem esse vera contritio & non esse ex motiuo ipsius virtutis poenitentiae. Quia si est vera contritio versatur circa proprium obiectum poenitentiae: atque adeo ad ipsum ordinatur tanquam ad proximum obiectum, & sine scilicet ad satisfaciendum Deo pro iniuria illata, prout possibile est. Licet simul oriatur talis actus ex motiuo charitatis imperantis, quæ aliquando supplet vicem contritionis. Ad secundum respondetur quoddam, qui vnum tantum, vel alterum auctorem legunt, quod in ipsis non reperiunt, putant inauditum. Cum tamen soleat esse adeo commune, quod sit apud omnes vulgatum. In peccato mortali esse malitiam iniustitiae, & offensa Dei, est expres-

sa doctrina S. Th. super Psal. 31 in principio: & ad Ro. 4. lec. 1. ait. *Sunt enim in peccato tria. Quorum vnum est offensa Dei: & quantum ad hoc dicit: Beati quorum remissa sunt iniquitates: secundum quod homo dicitur remittere offensam sibi factam. Esaiæ 40. ver. 2. Dimissa est iniquitas illius.* Similia docet S. Th. q. 28. de ver. art. 2. & alibi sapè, & 3. p. q. 1. ar. 2. ostendunt Thomistæ esse communem Theologorum, & aliquid dicimus tractando de satisfactione. Probationes in contrarium nec apparentiam habent contra suam, quia ipse ratione offensa non dicit dare duas malitias: & Thomistæ distinguunt in ordinatione actus, quæ sumitur ex priuatione rectitudinis, vel ex tentione ad obiectum dissonum, à ratione offensa, quæ grauitatem sumit à maiestate illius contra quæ est iniuria. Ipseq; Suarez. 1. 2. de peccatis disp. 2. sec. 5. dub. 2. docet, quod peccata venialia, licet non sint offensa Dei simpliciter (vnde S. Th. q. 7. de Mal. ar. 2. ad 1. ait, *Quod peccatum veniale, cum non importet auersionem, proprie loquendo, non habet rationem offensa*: adiciendo enim, & limitando, *proprie loquendo*, indicat manifestè se loqui de offensa Dei proprie, & simpliciter tali) sunt tamè offensa secundum quid, & autem ipso quod auersio simpliciter, & offensa reperiatur in quolibet mortali, quodlibet est iniustitia, proptereaq; sicut iustitia hominis ad Deum obligabat ut non fieret, eadem obligat ut cõteramur, & satisficiamus. Vnde Ecclesia in oratione ait. *Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris.*

26 Id quod tãgitur in tertio argumento, disputatur tractando de satisfactione Christi, & nos dicimus agendo de satisfactione nostra. Nunc retorquet doctrinam Auers. q. 1. sec. 5. nam cum Lugo ipse in hac materia, agnoscat specialem virtutem poenitentiae, habet pro obiecto formali æqualitatem moralem cum Deo, & ablationem diuinæ offensa (quauis velit non expectare ad iustitiam strictè sumptam, ut explicat disp. 2. sec. 4.) potest etiã, ac debet fieri ex hac speciali poenitentiae virtute oriri hæc obligatio nã poenitendi. Et quidè sec. 11. §. 2. & sec. 12. n. 251. talè obligationem agnoscit, ex titulo, inquit, reuerentiæ erga Deum offensum, distinctam ab obligatione titulo charitatis. Nos cõsequenter ad doctrinam D. Th. docetis poenitentiam esse partem potentialem iustitiae, qualis potest esse hominis erga Deum, ex specifico motiuo poenitentiae, & cõtritionis assignamus motiuum speciale, immediatum, & directum specialis præcepti.

27 Contra vltimam partem, seu contra

tertium motuum obligationis præcepti
idem Auctores arguunt. Vazq. illo dub.
2. 8. arguit, Primo, quia hæc ratio non
potest constitucere peculiarem rationem
præcepti, cuius transgressio sit speciale
peccatum, quoniam idem est nocumen-
tum, quod animæ nostræ inferitur, quocū-
que mortali peccato, & omissione pœni-
tentie. Nec videtur esse diuersa ratio ma-
litiæ in mortali quocumque, inferre sibi
damnum speciale, & in eo permanere, nec
sibi remedium applicare. Sicut percutere
aliquem, & cum posses ei, quem percussis-
ti, succurrere, negare illi opem, est conti-
nuatio eiusdem damni, & eiusdem pror-
sus rationis. Sed damnum sibi inferre spi-
rituale per mortale quodcumque, non est
specialis ratio peccati, ut constat, quia
communis ratio, & effectus est in omni-
genere mortalis peccati. Nec impoeni-
tentia inferit damnum, sed damnum illa-
tum a peccatis, non impedit, cum possit.
Omne autem peccatum de se damnum
æternum inferre, nisi impediatur.

Secundo, quoniam iam omne pec-
catum esset induplici specie, vna ex con-
trarietate ad propriam virtutem; altera
propter damnum spirituale contra cha-
ritatis præceptum erga seipsum. Quod
est absurdum. Illa ergo, quæ prouenit ex
damno spirituali, & nocumento, non
constituit speciem, nisi quando directe vo-
lita est, ut probauimus, & explicuimus, 1.
2. disp. 10. 2. latissime. Ergo perseverantia
in statu peccati, nec vllum remedium
afferre, non est peccatum ex illa ratione
nocumenti illati animæ.

Arguit etiam Ludouicus Torres
disp. 9. dub. 4. quia non quodlibet pecca-
tum contra proximum, est immediate con-
tra charitatem illius, ita ut habeat mali-
tiam odij, ut constat in peccato iniustit-
iæ. Licet generali ratione dicatur contra
amorem proximi. Ergo idem erit de atro-
re erga se ipsum.

Denique si inferre sibi damnum spi-
rituale esset obiectum iusticiæ ad con-
stituendam specialem malitiam, semper
illam constitueret, quia esset contra præ-
ceptum negatiuum. Quod tamen Suarez
sec. 2. in fine, & alij multis illius opinionis
defensores negant.

Cum Auctoribus huius sententiæ
refert Aueris Lugo, propter id, quod scri-
bit disp. 7. sec. 10. num. 189. sed omnino
contra eius mentem, quia illo numero, &
duobus antecedentibus, proponit ratio-
nes dubitandi pro vtraque parte, propria

autem conclusionem proposuerat num.
185. & qualiter sit intelligenda declarat
num. 190. & 191. Et quia eius opinio est
valde probabilis, & est primus modus,
quo defendi potest nostra sententia, idem
eam summam refero, & approbo. Di-
xit ergo illo numero 185. Denique ex ter-
tio capite charitatis erga se ipsum, non
videtur dubium, quod impoenitentia
contrahat malitiam grauem, quando sci-
licet homo in fine vitæ constitutus vi-
det certissime sibi imminere æternæ sa-
lutis dispendium, nisi poeniteat. Cre-
dendo Deum statuisse poenitentibus ve-
niam concedere, iam ipsam naturam de-
stat, ut non negligatur medium necessa-
rium, & vnicum ad salutem æternam. Pœ-
nitentia, propositis pro vtraque parte argu-
mentis, concludit, nisi poenitentia non
affirmari, vel negari malitiam grauem in
quolibet peccato mortali esse, per se lo-
quendo, contra obligationem procuran-
diæ propriæ salutis.

Quod tamen ad præsens institui-
tum attinet, abstrahere possumus ab ea
difficultate, nam vel omne peccatum
mortale, & habet malitiam grauem con-
tra obligationem procurandæ salutis
æternæ, vel eam non habet. Si sequaris
priorem partem cum Vazquez, tunc fa-
tendum erit cum ipso, peccatum impœ-
nitentiæ finalis non differre specie ex hoc
capite ab omnibus alijs peccatis. Nec
hoc est necessarium ad nostrum inten-
tum. solum enim diximus, quod ex hoc
etiam titulo habeat malitiam grauem
contra obligationem procurandæ salu-
tem æternam, siue hæc malitia grauis sit
propria peccati impoenitentia, siue sit
communis alijs peccatis mortalibus, hoc
enim parum refert. Sicut etiam circum-
stantia inobedientiæ contra Deum, ad-
dit grauissimam malitiam, licet sit com-
munis omnibus fere peccatis mortali-
bus.

Si vero (prosequitur n. 191) amplecti-
mur posteriorem partem, & velis cum Ve-
gala lib. 13. in T. 1. cap. 20. peccatum impœ-
nitentiæ finalis differre etiam specie ab
alijs peccatis per illam oppositionem pec-
catorum, quæ habet eum propria salutem, tunc
facilius sustinetur conclusio nostra. Ego
tamen adhuc in ea sententiâ non negat
alia peccata mortalia habere etiam ma-
litiã grauem propter oppositionem,
quam habent cum propria salutem, pro-
ut salus animæ latius sumitur, præ-
cudendo a salute æternâ, seu beatitudi-

nis æternæ consequitione; & a salute ani-
mæ temporali, seu vita spirituali. Cui
semper opponitur grauius quodlibet
peccatum mortale: omne enim pecca-
tum mortale occidit animam, & destruit
vitam ipsius, nempe gratiam habitualem:
quæ occisio proculdubio est grauissimū
malum animæ; & multo grauius quam
occisio corporalis. Habet ergo impœni-
tentia finalis malitiam communem allis
peccatis, quatenus grauius opponitur sa-
luti spirituali, & bono ipsius animæ. Ha-
bet tamen aliam malitiam peculiarem
quatenus opponitur grauius adeptioni
beatitudinis æternæ; cui non opponun-
tur grauius alia peccata. Atque adeo
hæc erit specialis malitia peccati impœ-
nitentiæ finalis.

Hæc omnia probabiliter dicit Lu-
go, & distinguere salutem animæ, in tem-
poralem, & æternam, frequentissimum
est inter Theologos, Tum quia D. Tho-
mas agens de his, qui scribuntur in libro
vitæ 1. p. q. 24. art. 2. ad 3. distinguit vitam
gratiæ, & vitam gloriæ. Tū quia inquiren-
do vtrum actus fidei sit necessarius ad sa-
lutem, illam distinctionem vitæ, & salu-
tis, quæ habetur per gratiam; & vitæ,
& salutis, quæ habetur per gloriam, tra-
didimus cap. 7. Theolog. Moral. quæst. 2.
n. 6. Imò iuxta hanc distinctionem, octo
graues Theologi relati ibi quæst. 4. num.
12. iam olim docuerunt, quod sine fide
Christi explicita aliqui possunt habere
primam salutem: hoc est, iustificari, non
tamen poterunt habere secundam salu-
tem, hoc est, saluari. Licet nos per totam
illam quæstionem applicationem distin-
ctionis ad exponendam necessitatē actus
fidei, non admiserimus cum communio-
ri Theologorum.

Cæterum, quia D. Thomas, &
Scotus, loquendo de damnis impœniten-
tiæ: Cano, & Soto probantes peculiare
præceptum poenitentia, Suarez & alij ex-
presse distinguunt illa tria peculiaria mo-
tium specialis præcepti, omnino opponun-
tur cum intento argumentorum Vaz-
quez: Ideo secundo & melius in eum re-
torquentur, supponendo, quod licet in-
mortalibus non possit obiectum, vel mo-
tium dare speciem actui, nisi sit volunta-
rium, & ab operante intentum; non ta-
men requiritur, quod intendatur in actu
signato, sed sufficit, quod intendatur in
exercitio, nec requiritur, quod intendatur
primario, sed sufficit intendere secunda-
rio, & ex consequenti. Quod patet ex D.

Thoma 1. 2. q. 20. art. 5. & q. 77. art. 8. vbi
ait. *Quandoque nocumentum est præuisum,
sed non intentum: sicut cum aliquis transiens
per agrum, ut compendiosius vadat ad formi-
candum, infert nocumentum his, quæ sunt se-
minatæ in agro scienter, licet non animo no-
cendi. Et sic etiam quantitas nocuenti ag-
gruat peccatum, sed indirecte, in quantum
scilicet ex voluntate multum inclinata ad pec-
candum procedit, quod aliquis non prætermi-
tat facere damnata sibi, vel alij: quod simpli-
citer non vellet.* Quæ doctrina est commu-
nis. Notatque Caietanus satis esse, quod
nocumentum sit præuisum in communi.
Et Soto, Nauarrus, & Curiel, & alij aduer-
tunt, non exigi, quod nocumentum sit vo-
litum expresse, & formaliter: sed iustitit,
quod sit volitum virtualiter, & indirecte,
ut reddat actus malos, ut diximus cap. 15.
Theol. Moral. q. 6. n. 31.

Aliud manifestum exemplum afferri
potest ex D. Th. q. 2. de Malo art. 6. ad 6. &
in 4. sent. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 3. dicente.
*Aliquando variatur species peccati, sine hoc
quod intentio feratur ad circumstantiam: si-
cut fur ita libenter acciperet vas aurum, nō
sacratum, sicut sacratum: et tamen in aliam
speciem peccati mutatur, scilicet, de furto
simplici in sacrilegium.* Ex qua doctrina D.
Th. nos ca. 15. Theol. Mor. q. 10. diximus
non esse speciale peccatum scandali sine
intentione scandalicandi, non tamen re-
quiri, quod hæc intentio sit motium pri-
marium, & directū; sed sufficere quod sit
secundarium, præuisum, & ut in pluribus
eueniens, vtmoraliter dicatur intentū, ut
docet D. Tho. q. 1. de Malo art. 3. ad 15.

Hinc ergo dicimus, omnia pecca-
ta indirecte aduersari charitati: & ideo
quolibet mortali ab anima charitas ex-
cluditur, ut hac ratione probat D. Tho.
2. 2. q. 24. ar. 12. Pariterque omnia ista ha-
bent malitiam grauem propter nocumen-
tum, quod peccanti inferunt. Sed quia
hæc duo mala, nec primario, nec secun-
dario a peccante intenduntur, solum sunt
conditiones generales omnium peccato-
rum mortalium: sicut omnis peccans est
Deo inobediens generaliter iuxta S. Th.
2. 2. q. 104. art. 2. & est ingratus materiali-
ter acceptis beneficijs a summo benefactor-
e. Et tamen docet D. Thom. 2. 2. q. 107.
ar. 2. ad 1. *Quod in quolibet peccato est mate-
rialis ingratitude ad Deum, in quantum scilicet
facit homo aliquid quod potest ad ingra-
titudinem pertinere. Formaliter autem ingra-
tudo, quando actualiter beneficium contem-
nitur. Et hoc est speciale peccatum.*

Ille qui transgreditur poenitendi præceptum, primario non vult recompenfare iniuriam Deo factam; nec illi satisfacere, prout potest, & tenetur; & ideo primario, & proxime peccat contra iustitiam contra Deum. Sicut autem, quamuis in Scriptura sint diuersa præcepta dilectionis Dei super omnia, ad quorum obseruantiam tenentur etiam iusti, & distincta præcepta, quibus peccatoribus dicitur, quod *nisi poenitentiam agant, peribunt* Lucæ 13. Et de præcepti transgressione reprehenduntur Hierem. 8. *Nullus est, qui agat poenitentiam de peccato suo, dicens, quid feci?* Et quamuis impenitentes non moueantur primario ex odio Dei, nec ex motiuo contra charitatem. Tamen propter voluntatem secundariam, & propter concomitantiam regularem istorum actuum, & propter connexionem actus imperantis, & imperari, ideo nec ipse Vazquez audet negare impenitentiam esse contra charitatem Dei. Vnde illo dub. 3. n. 14. concludit, quod erit speciale peccatum impenitentia, oppositum tanquam ommissio propriae & speciali charitati, qua Deum diligere tenemur, & in eius amicitiam redire. Impenitentia enim non proxime, sed vltimate, non primario, sed secundario charitati opponitur, vt cum Cano, & Petro Soto, & alijs notauit. Si ergo hoc sufficit vt peculiariter sit contra charitatem Dei etiam sufficit vt peculiariter secundario sit contra charitatem propriam. Quia ex illa tenetur a se mortem spirituales animæ auertere.

33 Nullo q.2.art.3.dub.2.in fine, reducit ad præceptum spei, quod obligat præcipue in articulo mortis. Auerfa etiam q.1.sec.5. §. *Adhuc tamen, dicit hoc debitum expectare proprie ad virtutem spei;* quia hæc est virtus, qua homo diligit se ipsum quantum ad bona spiritualia. Potestque ampliatio nominum hæc ipsa virtus appellari misericordia, & charitas erga se ipsum.

Verum tamen quia cap. 12. Theol. Moral. q.4.n.15. ostendimus cum D. Thoma, & plurimis Theologis, præceptum supernaturale dilectionis proximi esse speciale distinctum à præcepto dilectionis Dei. Et S. Thomas 2.2.q.30.art.3. ad 4. expresse docet misericordiam esse specialem virtutem moralem, distinctam à charitate, & reliquis Theologicis. de quo late ibi cap.13.q.1.& 2. Ideo magis in proprietate verba D. Thomæ, & commu-

nis sententiæ accipiendo, dicimus vltimum iustitiæ, & charitatis hominis ad Deum, teneri hominem instante præcepto, poenitentia, conteri ex charitate erga se ipsum: quia optime docet S. Thom. 2.2.q.25.art.4. *Quod ipse homo, qui charitatem habet, inter cetera, que ex charitate diligit, quasi ad Deum pertinentia, etiam se ipsum ex charitate diligit.* Quod intento applicat art. 5. dicens, *quod infectionem culpa, & corruptionem poenæ in corpore nostro diligere non debemus, sed potius ad eius remotionem anhelare desiderio charitatis.* Rationemque assignat art. 6. ad 1. *quia eiusdem rationis est odire malum alicuius, & diligere bonum eius.* Sicut autem inter eleemosynas spirituales, numerat D. Thomas 2.2.q.32.art.2. *corrigere peccantem, & remittere offendenti;* si misericordiam proprium est reuelare miseriam, & defectum; recte arguit D. August. *Quod qui vult ordinate dare, à se ipso debet incipere:* Quia vt docet D. Thomas 2.2.q.44.art.8. ad 2. *Cum mandatur quod aliquis diligit proximum sicut se ipsum, præfertur dilectio sui ipsius dilectio ni proximi.*

34 Ex quibus omnibus habetur obligationem præcepti contritionis oriri ex iustitia, & charitate erga Deum; & ex vera charitate theologica erga se ipsum; & ex misericordia virtute morali, cuius proprium est releuare miseriam, siue spiritualem, siue corporalem; siue alienam, siue propriam. Peccatum autem impenitentia, etiam finalis, potest esse sine peccato desperationis; quia essentialiter distinguuntur, & connexionem essentialem non habent: sicut peccatum desperationis posse esse sine peccato infidelitatis, probat D. Thomas 2.2.q.30.art.2.

35 Perquæ argumenta manent soluta; imò in arguentes retorta. Addit Auerfa q.1.sec.5. quod quamuis quædam generalis oppositio contra dilectionem sui, & contra bonum animæ includatur in omni peccato: vnde dictum est Psal. 10. *Qui diligit iniquitatem odit animam suam.* Tamen specialis oppositio inuenitur in peccato impenitentia: quia alia peccata tollunt bonum gratiæ, quod tamè facile recuperari potest: tollunt dignitatem, & inducunt indignitatem gloriæ; cum facile possit recuperari dignitas, & deleri indignitas. At peccatum impenitentia tollit bonum gloriæ; tollit finaliter ipsam gloriam, inducit realem priuationem gloriæ; taliter quod tale bonum recuperari, & tale damnum rescari non possit. In hac solutione sola

vim

vim non facio. Tum quia satis impugnat in priori dicendi modo: Tum quia de sola finali procedit impenitentia: Cui tamen præceptum non obliget solum in mortis articulo: & quæstio locum habeat quoties instat contritionis præceptum.

§. VI. Quomodo impenitentia sit mera circumstantia peccati?

36 Sed contra principales assertiones nonnulla argumenta soluenda restant. Primum sumitur ex D. Thoma qui 2.2.q.14.art.1. refert quod S. August. ser. 11. de verbis Domini, *blasphemiam, vel peccatum in Spiritum Sanctum dicit esse finale impenitentiam, quando scilicet aliquis perseuerat in peccato mortali usque ad mortem. Quod quidem non solum verbo oris fit, sed etiam verbo cordis, & operis, non vno, sed multis.* Et secundum hanc expositionem, quam secundo loco retulerat, dicit ad 3. *quod non est speciale genus peccati: nam finalis impenitentia potest esse circumstantia cuiuslibet generis peccati.* Et art. 2. docet, *quod impenitentia, eo modo quo dicit permanentiam in peccato usque ad mortem (sicut supra art. 1. impenitentia accipiebatur) non est species peccati in Spiritum Sanctum, sed quædam peccati circumstantia. Sed accipitur hic impenitentia secundum quod importat propositum non poenitendi.* Sed si esset de poenitentia speciale præceptum, ommissio illius specialis culpa sine dubio esset. Ergo ex mente D. Thom. de poenitentia, & contritione non est speciale præceptum.

37 Clarum est hanc auctoritatem non proponi ad conuincendum hanc esse mentem D. Thomæ, qui tam apertè oppositum docuit: & isto art. 2. communem doctrinam confirmat: siquidem manifestum est quod propositum non poenitendi speciale peccatum non esset, si de poenitentia non esset speciale præceptum. Vnde in eadem clausula duabus sententijs contradictorie oppositis simul faueret D. Tho. si priora verba intentum argumenti conuincerent. Optime ergo respondet Can. 4. p. rel. dicens. *Ad argumentum vero primum, (inquit) quod ex D. Th. auctoritate sumitur, facile responderetur, impenitentiam ibi accipi pro quocumque peccato, de quo poenitentia non fit. In qua significatione, generale peccatum est. cum fornicatio durans usque ad mortem, homicidium quoque reatus, & quodlibet aliud simile malum,*

de quo homo poenitentiam non agit, impenitentia fit; etiam si nulla culpa specialis interuenerit. Verbi gratia, si fornicator, aut auarus subito interiret correptus aliquo fulmine; quo tempore, & euentu, à præcepto poenitentia excusari potuit; nec enim habuit spacium cogitandi vt de peccatis poeniteret. Tunc iuxta sententiam S. Augustini, & D. Thomæ eiusmodi homo habuit finalem impenitentiam, peccatum scilicet, quod non remittitur, nec in hoc sæculo, neque in futuro: generale quidem, non speciale peccatum; Hæc Cano.

38 Eodem modo respondent Nullo dub. 2. ad 1. Coninch disp. 3. dub. 1. n. 3. Auerfa q. 1. sec. 4. ad 1. Imò iudico coincidere cum solutione, quam adhibet Soto dist. 17. q. 2. art. 6. & sequuntur Vega lib. 13. in Trid. cap. 20. Bellarminus lib. 2. de poenit. cap. 8. verba quidem Soto sunt, quod poenitere potest esse, & circumstantia, cuiuscumque peccati, & singulare peccatum. Circumstantia quidem vbi non occurrit articulus præcepti poenitentia, vt paulo post videbimus. Exempli gratia, ei, qui homicidium facit, manere in illo peccato, est tantum circumstantia homicidii, in quo persistit. Si tamen adueniat articulus mortis, in quo tenetur, esset singulare peccatum non poenitere: dummodo mortis, presentis conscientis, possit peccatorum recordari. Sed si subita corripiatur morte, non habens tempus poenitendi, solo peccato homicidii damnatur. Exemplo est infarto, qui enim rem sustulit alienam, quandiu non occurrit noua necessitas restituendi, solum permanet in peccato furti: sed quando illa occurrit, pura, si creditor egens petat, tunc est singulare peccatum. Quapropter D. Thomas in 2. dist. 43. q. 1. articulo 3. ad 3. ita ait, *Dicendum, quod sicut perseuerantia dicitur dupliciter: vno modo vt est virtus specialis, pro vt dicit propositum perseuerandi in bono incepto usque ad finem. Et alia modo est circumstantia aliarum virtutum, pro vt dicit actualem durationem in actibus virtutum usque ad mortem. Ita etiam, & impenitentia, secundum quod dicit propositum non poenitendi, est species peccati in Spiritum Sanctum. Secundum autem quod dicit permanentiam in peccato usque ad mortem, negando peccati poenitentiam: sic est accidens, vel circumstantia aliorum peccatorum.* Et eandem distinctionem insinuat D. Thomas loco citato 2.2.art.1.ad 3.

41 Contra hanc solutionem Soto, arguit Suarez disp. 15. sec. 2. num. 9. iudicans esse distinctam à prima solutione, quam ex Cano retulimus, & ait, quod *in hoc manifesto errat* (putans impenitentiam non per modum priuationis, sed per motum negationis tantum, non dici eo, quod voluntaria non sit; sed quia solum est pro eo tempore, pro quo non dum præceptum poenitentiae obligat) quia D. Thomas loquitur de impenitentia finali: de qua etiam agit S. Augustinus: manifestum est autem talem impenitentiam includere tempus aliquod, pro quo obligat præceptum poenitentiae: nam includit tempus mortis, pro quo maxime præceptum obligat. Hæc Suarez. Qui tamen solutionem Cano iudicat *valde probabilem, & satis consentaneam verbis, & intentioni D. Thomæ.*

42 Cæterum cum utraque sit una solutio, non potest vnius nomine dici, quod *manifeste errat*: & alterius nomine dici, quod *est valde probabilis*: ambo enim conueniunt, quod D. Thomas loquitur de impenitentia, negatiue: ambo exponunt D. Thomam, & D. Augustinum loqui de impenitentia finali: de Cano Suarez admittit. De Soto id constat, non solum quia tota quinta conclusio illius articuli est de præcepto poenitentiae in mortis articulo; sed etiam quia in ipsa solutione Soto expresse, ait: *Si tamen adueniat articulus mortis, in quo tenetur, esset singulare peccatum non poenitere.* Discrimen autem est, quod Cano exempli gratia impenitentiae negatiue sumptæ vnum solum casum apposit, nempe cū peccator subito interiret correptus aliquo fulmine ex cusa-retur à præcepto poenitentiae, quia non habuit spacium cogitandi. Et hunc casum etiam proponit Soto illis verbis. *Sed si subita corripiatur morte, non habens tempus poenitendi solo peccato homicidii damnatur.* Et sic in hoc etiam conueniunt. Sed discrimantur, quia Soto vt in genere explicaret quando est impenitentia negatiue, duos casus, seu titulos apposit, vel quia non instat præceptum, vel quia instante præcepto, aliquo accidente excusatur. Quæ doctrina in genere verissima est: sed applicando finali impenitentiae, nunquam negat, sed potius illo met articulo sæpissime reperit, quod tunc obligat præceptum poenitendi.

43 Ingenuè igitur fatetur Vazquez 3. part. q. 86. art. 2. dub. 2. quod parum differunt Soto, & Cano. Sed contra Soto ar-

guit à num. 1. 2. vsque ad 15. Primo, quia si præcise non poenitere negatiue, est circumstantia peccati præteriti; ergo aggrauat, & auget aliquantulum illius malitiam. Quod falsum est: nam solum non poenitere, & esse in statu peccati, non est grauius peccare. Secundo, circumstantia debet esse simul cum actu peccati, vt eius augeat, vel minuat malitiam: peccatum iam transijt diu: ergo non poenitere nunc non est eius circumstantia. Tertio, circumstantia aggrauans, qualis deberet hæc esse, debet esse contra præceptum aliquod. Sed quando non instat præceptum poenitendi non est contra præceptum aliquod. Ergo Quarto D. Thomas loquitur de impenitentia finali: in quo instantia præcepti poenitentiae includitur. Ergo expositio contradicit D. Thomæ.

Contra Cano arguit Vazquez num. 16. dicens. Sed neque hæc solutio mihi probatur. Primo, quoniam ille non tantum dixit in eo casu, quando quis subito moritur; sed absolute quoties non agit poenitentiam. Secundo, quia quando impenitentia esset ex inconsideratione, vt morte subita, esset quidem involuntaria: Vnde non posset circumstantia culpam aggrauans: quia etiam ignorantia, aut nõ consideratio circumstantiae, excusat ab illa. Hoc eodem argumento vitur Lugo disp. 7. sec. 10. num. 172. contra Coninch, quem solum pro ea solutione refert.

44 Facillime tamen responderetur, hæc argumenta mera laborare æquiuocatione, putando voces synonymas, *circumstantiam peccati, ac circumstantiam aggrauantem, vel alleuiantem peccatum*: cum tamen euidentissimum sit non omnem circumstantiam peccati aggrauare, vel alleuiare peccatum; vel quia sæpè est in voluntaria, vel quia est circumstantia physica non importans specialem consonantiam, vel dissonantiam ad rationem. Vnde D. Thomas 1. 2. q. 18. art. 10. ad 3. ait: *quod non omnis circumstantia constituit actum mortalem in aliqua specie boni, vel mali: cum non qualibet circumstantia importet aliquam consonantiam, vel dissonantiam ad rationem. Vnde non oportet, licet fiat multa circumstantia vnius actus, quod vnus actus sit in pluribus speciebus.* Parique ratione non oportet, quod ex circumstantia omni physica peccatum semper aggraueretur, vel alleuietur. Cum ergo, iuxta hanc expositionem, D. Augustin. & D. Thomas loquantur de impenitentia omnino materiali; quæ nullum voluntarium in-

includit, & quæ dicitur negatiue, & non priuatiue: sicut non dat speciem morale, nec aggrauat moraliter. Et ideo curant auctores huius solutionis assignare casum, in quo quis, in futuro non puniatur, quia non poenituit: sed præcise quia aliud peccatum mortale fecit. Vnde argumta omnia supponunt falsum: & ideo nihil continent alia responsione dignum.

Sed adhuc instabis: nam videtur omnino falsum, quod impenitentia materialis tantum, & omnino involuntaria, potuerit à D. Augustino appellari peccatum contra Spiritum Sanctum; cum talis impenitentia nullam malitiam habeat.

Respondet Suarez sec. 2. num. 10. S. Augustinum non vocare peccatum contra Spiritum Sanctum ipsam negationem poenitentiae; sed peccatum illud, cui talis negatio adiungitur: quia licet ex hac negatione non augeatur eius malitia proprie, & intensiue, augetur quasi extensiue quoad durationem, ratione cuius irremissibile sit, si vsque ad mortem perueniat.

45 Facilius tamen, & omnino ad mentem D. Augustini responderetur, quod ipsi non tractabant de maiori, vel minore grauitate peccatorum: sed solum curabant dissoluere quaestionem (de qua S. Augustinus illo ferm. 11. cap. 5. ait. *Fortè in omnibus Sanctis Scripturis nulla maior quaestio, nulla difficilior inuenitur*) quo modo Christus Ioan. 2. dederit Ecclesiae vniuersalissimam potestatem dimittendi omnia peccata, etiam si sint sine numero commissa, & vt apud Matthæum cap. 18. ver. 18. omnibus Apostolis dixit: *Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in caelo.* Et tamen Matthæus cap. 12. Lucas cap. 12. & Marcus cap. 3. verbis diuersis, sed sensu eodem, dicunt aliquam blasphemiam in Spiritum Sanctum esse peccatum, quod *non remittetur, neque in hoc saeculo, neque in futuro*, vt est apud Matthæum: & apud Marcum: *non habebit remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti.*

46 Cui quaestioni, inter diuersas patrum solutiones, quarum tres retuli, q. 86. dub. 2. §. 2. responderet S. August. ferm. illo 11. cap. 12. & 13. quod *ipsa impenitentia est spiritus blasphemia, quæ non remittetur, neque in hoc saeculo, neque in futuro.* Et infra rationem assignans, concludit. *Hæc omnino impenitentia non habet remissionem, neque in hoc saeculo, neque in futuro:*

quia poenitentia impetrat remissionem in hoc saeculo, quæ valeat in futuro. Sed ipsa impenitentia, vel cor impenitens, quændiu quisque in hac carne vixit, non potest iudicari, vt proficitur toto cap. 13. & ideo de sola finali impenitentia verificatur, quod omnino remissionem tollit peccatorum: Quomodo (inquit) autem hoc dimittetur, quod etiam remissionem impedit aliorum?

47 Ad soluendam ergo quaestionem de negatione remissionis peccati de facto reuelata à Christo Domino, formaliter recurrit S. Augustinus ad negationem poenitentiae, seu impenitentiam, quæ si sit finalis, constat ex sacra Scriptura, quod impedit remissionem peccatorum: quia in isto saeculo non remittuntur peccata impenitentibus, & in futuro non est poenitendi tempus. Quod autem hæc impenitentia non sit peccatum, quando non est voluntaria, aut non instat præceptum; & sic speciale peccatum quando vult, aut formaliter, aut interpretatiue non poenitere; Theologi recte docent suo loco; sed S. Augustinus abstrahit ab his difficultatibus; quia sine illis se expedit à mota quaestione. Clarissime sic exposuit S. Augustinus D. Thomas: cum enim 3. p. q. 86. art. 1. assumpisset probandum vniuersalissime per poenitentiam omnia peccata remitti: afferens illud Ezeq. 18. *Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, nõ recordabor amplius.* Opponit in tertio argumento verba Christi Domini quæ habentur Matthæi 12. & respondet ad 3. *Quod illud verbum, vel blasphemia contra Spiritum Sanctum est formalis impenitentia. Quæ poenitus irremissibilis est: quia post finem huius vite non est remissio peccatorum.*

48 Clarum fiet, quam adæquata sit hæc solutio, & ad mentem D. Thomæ, etiam ex aliarum impugnatione Vazq. dub. 2. à num. 17. vsque ad 20. dicit *ex verbis D. Thomæ mihi videor colligere eius mentem, quæ meo iudicio, acutissima, & verissima est.* Omnis species, quas eos articulo designat D. Thomas peccati in Spiritum Sanctum, desumuntur ex contemptu expresso eius; quod peccatum potest impeditur. Propositum autem omittendi poenitentiam alia de causa, licet sit ommissionis peccatum; & eiusdem speciei cum ipsa ommissione; & speciale peccatum, sicut ipsa ommissio. Non tamen est speciale peccatum in Spiritum Sanctum; sed continet circumstantiam illam communem omnis peccati in Spiritum Sanctum, quod

quod sit contra Deum, & gratiam illius.

49 Multis tamen reijcit Suarez sec. 2. num. 8. interrogans an hoc intelligatur de omni directo proposito non penitendi; vel de aliquo speciali? Hoc secundum est contra D. Thomam. Tum quia simpliciter dicit impenitentiam, prout importat propositum non penitendi, numerari inter species peccati in Spiritum Sanctum. Tum quia D. Thomas tantum duplicem impenitentiam distinguit: & distinctio esset sufficiens, si propositum non penitendi quodam esset cum contemptu, aliud sine illo. Et in alijs speciebus peccati in Spiritum Sanctum non habet locum illa distinctio. Denique difficillimum erit exponere quale debeat esse illud propositum, vel ex quo motiuo, vel quidnam sit ille contemptus, qui ultra directam voluntatem non penitendi necessarius dicitur? Si vero intelligatur de omni directo proposito; explicare oportet quomodo sit specialis malitia, contra quam virtutem, & contra quod speciale præceptum. Et cur contrahatur per voluntarium directum, & non per indirectum: neutrum autem (ut opinor, inquit Suarez) potest sufficienti ratione explicari.

Præter quam quod probant Bañez 2. 2. q. 14. art. 1. not. 2. & Nuño hic q. 2. art. 3. dub. 2. circa finem, sufficere ad omnes, & singulas species peccati in Spiritum Sanctum, voluntarium indirectum, seu interpretatiuum. Quod approbat Suarez n. 9. nam hæc duæ voluntates moraliter æquivalent in ordine ad moralem malitiam: nec hic potest assignari specialis ratio.

Denique arguit Lugo num. 176. propositum non penitendi ortum non ex contemptu, sed ex infirmitate, aut timore, non est circumstantia peccati, sed species prima talis peccati: nec enim habet aliam speciem præter illam: ergo est peccatum in Spiritum Sanctum; vel diuisio D. Thomæ erit insufficientis.

50 Tandem, post alias solutiones, videtur acquiescere Suarez n. 11. quod D. Thomas solū numeret inter species peccati in Spiritum Sanctum illam impenitentiam, quæ est per directum propositum non penitendi. Impenitentiam vero culpabilem per voluntarium indirectum, quæ in alio sensu vocatur à D. August. peccatum in Spiritum Sanctum, non vocatur à D. Thomæ speciale peccatum, sed circum-

stantiam aliorum. Quando autem peccatum habet plures circumstantias, adentes malitias specie diversas, non vocantur à D. Thomæ plura peccata: sed unum quod ex obiecto est unius speciei: habet tamen plures circumstantias.

Deficit in multis. Primo, quia supponit, quod iam est impugnatum, quod velesecundario circumstantiam, non sufficiat ad dandam speciem. Secundo, supponit D. Thomam agere de circumstantiam augente malitiam: quod non probat, & est improbatum. Tertio, nec curat discrimina D. Thomæ verificare: siquidem omnis circumstantia respiciens specialem ordinem rationis pro, vel contra, dat speciem actui morali, ut docet D. Thomas. 1. 2. q. 18. art. 5. ad 4. & art. 10. & 11. & q. 73. art. 7. in cor. & ad 1. Siue sit species secundaria, siue disparata, ut exponit q. 2. de Malo art. 6. & 7. cor. & ad 2. & 8. Si ergo circumstantia impenitentia dat speciem; redeunt argumenta cur species peccati in Spiritum Sanctum non sunt plures? Cur posuit D. Thomas discrimen? Quod verum non est.

51 Impugnat etiam Lugo n. 174. dicens, quod hæc interpretatio aliena videatur à mente S. Thomæ, qui vult assignare aliquid per quod impenitentia speciale peccatum differat specie, & non solum numero à permanentia generali in peccato præterito. Ut constat ex titulo, & discursu articuli, & ex sol. arg. & ex 2. Sent.

In hac sola impugnatione vim totam non facio: quia Suarez non asserit semper solo numero differre: sed nu. 12. ait quod non repugnat malitiam eiusdem speciei in vno peccato directa voluntate commisso esse primariam, in alio esse accidentariam. Quod in genere verum est: de quo D. Thomas. 1. 2. q. 18. art. 10.

52 Tandem Lugo sec. 10. à n. 177. vsque 179. respondet nomine permanentia in peccato non intelligere ibi D. Thomæ permanentiam meram in peccato habituali, sed in peccato actuali: ut scilicet continetur retentio rei alicuius, vel odium, aut aliud peccatum. Nec etiam intelligit per huiusmodi permanentiam propositum indirectum non penitendi ante mortem: sed meram voluntatem retinendi alienum, aut odium, & hanc permanentiam dicit esse solum circumstantiam peccati, quia nimirum est duratio peccati: duratio autem non dat speciem, sed aggrauat intra eandem, ut constat. Distinguit itaque S. Thomas inter voluntatem

tatem continuandi factum, aut odium, quæ voluntas solum habet malitiam iniustitiam, vel odium: & inter voluntatem non penitendi de furto, aut odio; quæ voluntas habet malitiam impenitentia specie diuersam. Potest enim aliquis velle continuare furtum, absque peccato impenitentia; cum non velit eo ipso mori absque penitentia: imò regulariter omnes, qui peccant, volunt, & sperant penitentiam ante mortem: atque adeo licet velint permanentiam in peccato; & quidem culpabilem: non tamen contrahunt malitiam impenitentia; quia nullo modo volunt mori absque penitentia. Hanc esse mentem D. Thomæ; colligit ex 2. Sentent. illa sol. ad 3. quia asserit exemplum de perseverantia in bono opere, quæ non est permanentia habitualis, sed actualis continuatio, per quam solum meritum augetur, & non per meram habitualem, ut prosequitur Lugo n. 178. & 179.

53 Displicet hæc solutio Auerſæ, q. 1. sc. 4. ad 1. dicentis. At in hoc sensu non oportebat designare permanentiam vsque ad mortem: sed quacumque permanentiam, etiam ad breue tempus. Nec certe solam permanentiam, & continuationem in peccato actuali, sed etiam in peccato habituali, & quidem finalem; voluit D. Thomas condistinguere à proposito non penitendi. Hæc ibi.

Præterea reijcitur expositio, & exemplum D. Thomæ in 2. Sent. contra eam ponderatur: nam ibi D. Thomas non agit specialiter de perseverantia, & duratione bonorum, quæ circumstantia est augens eorum meritum: quia hoc nec est ad intentum, quia impenitentia negative, non auget gravitatem peccati. Nec accipere perseverantiam pro duratione actuum, est ad sensum distinctionis illius D. Thomæ, quæ apud eum est frequentissima, ut præcipue patet 1. 2. q. 109. art. 10. ubi inter alias acceptiones perseverantia, duas constituit, dicens. *Alio modo potest dici perseverantia habitus quidam secundum quem homo habet propositum perseverandi in bono vsque in finem. Quem habitum, non solum dicit esse virtutem, sed in fusam cum alijs. Alio modo dicitur perseverantia continuatio quedam boni vsque ad finem vite.* Et hoc est magnum illud perseverantia bonum, quod non eadit sub merito; & ideo humiliter est petendum: *Multis enim datur gratia, quibus non datur perseverare in gratia.* Constat autem,

quod continuatio boni vsque in finem; & perseverare in gratia, non est continuare unum, vel plures actus vsque ad mortem; sed ex parte Dei importat continuationem conservationem gratia; & ex parte hominis non consentire peccato mortali, quod est obstaculum, expellitque gratiam ab anima. De perseverantia in ista acceptione, inquit D. Thomas, q. 24. de Verit. art. 13. ad 3. *Alio modo accipitur perseverantia prout est circumstantia quedam virtutis designans permanentiam virtutis vsque in finem vite.* Quod; & docet 2. 2. q. 137. art. 1. ad 2. Si ergo iuxta S. Thomam, istis duabus acceptionibus perseverantia; correspondent duæ acceptiones impenitentia;: sicut propositum perseverandi in bono virtutis; est habitus virtutis; ita propositum non penitendi, est perfecta species peccati, non cuiuscumque, sed peccati in Spiritum Sanctum. Et sicut perseverantia sumpta pro continuatione, potius dicit non discontinuationem status; & abstrahit, quod simul continetur actus, vel non; nec dicit aliquid augens meritum; sed meram physicam continuationem vsque in finem: ita impenitentia ut circumstantia non dicit durationem actus, sed meram negationem penitentia; non pro isto tempore, vel illo, sed pro tempore mortis; ideoque illa q. 137. ad 2. ait S. Thomas, quod S. Augustinus accipit perseverantiam pro actu perseverantia consummato; & loquendo de impenitentia, vidimus iam quod loquitur de consummata finali. & hæc non auget malitiam peccati; sed quia tempore opportuno non apponit eius remedium, est occasio, quod non remittatur neque in hoc seculo, neque in futuro. Patet ergo ex impugnatione aliarum, Thomistarum solutionem solam attigisse mentem S. Thomæ.

§. VII. Alia argumenta solvuntur.

54 Secundo arguitur. Omnia præcepta naturalia, & moralia, ad decem Decalogi præcepta reducuntur, ut probat D. Thomas 1. 2. quaest. 100. art. 3. Sed præceptum contritionis; & penitentia; in nullo Decalogi præcepto continetur. Ergo non datur naturale præceptum contritionis.

Respondet Vega lib. 13. in Trident. cap. 20. reduci ad quintum præceptum non

non occidendi: quia si homo tenetur alios non occidere, multo magis nec se ipsum: et si tenetur non se occidere corporaliter, multo magis spiritualiter.

Bene tamen impugnat Suarez disp. 15. sec. 3. num. 14. Tum quia est reductio nimis remota, & metaphorica: & eodem modo dici posset illo præcepto obligari hominem ad non peccandum mortaliter, nec se spiritualiter occidat. Tum etiã quia hoc modo non explicatur hoc præceptum ut continens iustitiam ad Deum; sed charitatem ad se ipsum. Vnde simili modo facilius reduci posset ad idem, vel ad septimum præceptum Decalogi, quare nus continent iustitiam ad alterum, ad quam spectat satisfacere unicuique pro offensa illata.

55 Respondet ergo Suarez non oportet ut omnia specialia præcepta legis naturæ in Decalogo contineantur. Quod recte noravit Cano dic. rel. de poenitent. part. 3. Sufficit enim ut ex principijs naturaliter notis colligatur, vel certe ut ad ipsamet principia pertineat. Sicut enim præceptum dilectionis Dei, vel proximi, ut est speciale, non continetur formaliter in mandatis Decalogi; sed est potius principium, & radix illorum. Alia vero sunt præcepta magis particularia, quæ ex præceptis Decalogi per consequentias deducuntur. Præceptum ergo poenitendi, seu satisfaciendi Deo pro peccato, radicaliter quidem continetur in præcepto dilectionis Dei, formaliter vero est quedam lex naturalis iustitiæ, quæ reduci potest ad præceptum colendi, & honorandi Deum. Hæc Suarez. Quam solutionem, quoad primam partem, sequuntur Vazquez 3. part. q. 86. art. 2. dub. 3. num. 4. Lugo disp. 7. num. 192. Auersa q. 1. sec. 4. ad 3.

56 Sed integra solutio est ad mentem D. Thomæ, qui 2. 2. q. 148. art. 2. ad 1. ait. *Quod non omnia peccata mortalia directe contrariantur præceptis Decalogi, sed solum illa, quæ iniustitiam continent: quia præcepta Decalogi specialiter pertinent ad iustitiam, & partes eius, ut dixerat 2. 2. q. 122. art. 1.* Et ipse D. Thomas 1. 2. q. 100. art. 4. ad 1. ait, quod præceptum fidei præsupponitur ad præcepta Decalogi; sicut præceptum dilectionis. Quam, ut certam, & communem Theologorum doctrinam, late defendimus tom. 1. Theolog. Mor. cap. 12. q. 1. dub. 1. Præcepta autem moralia, naturalia, dicuntur à D. Thoma contineri in Decalogo, non expresse, & formaliter,

sed solum virtualiter, & reductivè, ut illo art. 3. notat Conradus: constatque ex verbis D. Thomæ, & ex ratione suæ conclusionis: quia *præcepta, quæ sunt prima, & communia, continentur in præceptis Decalogi, sicut principia in conclusionibus: illa vero, quæ per sapientes cognoscuntur, continentur in eis è converso, sicut conclusiones in principijs.* Sicut ergo vanus esset labor querere conclusiones verbaliter, & formaliter in principijs: quia ibi solum sunt virtualiter, & opus est discursu, & inventione, vel alterius doctrina ut deducantur: ita debet dici de continentia naturalium præceptorum in Decalogo: assignando, quæ radices obligationis, indicatum est præceptum Decalogi ad quod reducatur præceptum contritionis.

57 Sicut autem docet D. Thomas 2. 2. q. 3. art. 1. ad 2. quod *nihil prohibet actum, qui est proprie unius virtutis elicitus, attribui alteri virtuti sicut ordinanti, & imperanti ad suum finem. Et hoc modo datur elemosinam, ponitur inter opera satisfactoria, in quantum miseratio in defectum patientis, ordinatur ad satisfaciendum pro culpa. Secundum autem quod ordinatur ad placandum Deum, habet rationem sacrificij: & sic imperatur à patria (cum poenitentia sit specialis virtus à religione distincta, ut diximus q. 85. ex D. Thoma ibi art. 2. & non dicit à patria elici actum, quo Deo satisficit; & placatur: quia poenitentia interna, & satisfactionibus externis Deus placatur, & ei aliqualis satisfactio exhibetur.) Sic docet Suarez disput. 15. sec. 1. num. 12. quod sicut una virtus potest imperare actum alterius: ita non est inconueniens ut obliget ad actum alterius, ut imperabilem ab ipsa: nam (sub ea ratione actus imperatus ad eam virtutem spectat ut actus externus (vel quasi esset actus eius externus) præcepta autem virtutum obligant etiam ad actus externos. Quod verificatur, non solum in exemplo virtutis religionis, iam adducto; sed quoties necessitas exercendi actum unius virtutis oritur ex alia virtute, quæ requirit actum alterius, ut medium sibi necessarium. Sic ergo obligatio conterendi directe est à parte potentiali iustitiæ, quæ est poenitentia; sed instante præcepto dilectionis Dei, vel religionis, qui agnoscit se mortali peccato impeditum, & inquinatum, tenetur imperare, vel ordinare ad suum finem actum poenitentiae; quia nisi per eam remoueat impedimentum non potest dilectionis Dei super omnia præceptum im-*

implere. Et contra, cum contritio non sit perfecta, & ultimo disponens ad gratiam nisi poenitens toto corde ad Deum conuertatur, non potest impleri præceptum poenitentiae, quin præcedat, vel commiteretur actus charitatis.

57 Vnde Vega lib. 13. in Trident. cap. 24. & cum eo ipse Suarez num. 14. & Nuño hic q. 2. art. 3. dub. 2. §. *Propter primam*, probant falsam esse, & repugnantiam inuoluerent sententiam Adriani Quodlib. 6. q. 3. ad ultimam quandam confirmationem, docentis posse hominem dolere de peccato imperfecte, ut non consequatur gratiam: & nihilominus per illam dolorem implere hoc præceptum poenitentiae. Hanc doctrinam repugnantiam inuolueret, sub quocunque titulo hæc obligatio poenitentiae consideretur, manifestum est: quia ille nec satisfacere obligationi iustitiæ, qualis est hominis ad Deum: nec reconciliaretur Deo; nec in eius rediret amicitiam: nec ab anima sua tolleretur morrem, & maculam: nec obtineret finem ratione eius contritio dicitur necessaria necessitate mediæ, & præcepti ad iustificationem, & remissionem peccatorum obtinendam. Ergo reuera, sicut non impleuerat ille præceptum dilectionis Dei super omnia, ita nec præceptum contritionis. Præcipue cum de illo intelligat ipse Adrianus illa verba Deut. 4. ver. 29: *Cumque quaeseris tibi Dominum Deum tuum, inueneris eum: si tamen toto corde quaeseris, & tota tribulatione animæ tuæ.* Et omnes adducant illud Ioelis 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Quibus omnibus attentis, multa præoccupantur, quæ obmittuntur, argumenta.

58 Sed illud non possumus omittere, quod à multis reputatur molestem argumentum. Periculosum, captiosumque illius rei præceptum est, quæ nobis adeo est occulta, ut constare nobis nequeat, an tale præceptum impleuerimus. Talis vero est conuersio, & contritio nostra; cum enim debeat esse supernaturalis, & ex auxilio gratiæ, & coniuncta cum actu fidei, & charitatis, & fiducia, & affectum peccandi excludere, & talis ut ultimo disponat, ut infallibiliter poenitentia, & contritio, iustificationis gratia conferatur; solus ille, cui reuelatum fuerit se esse in gratia, & sibi esse remissa peccata, potest esse certus se impleuisse præceptum speciale contritionis. Ergo tale speciale præceptum non est à Deo hominibus impositum.

59 Confirmatur. Non tenemur per-

reuerare in gratia, quam in Baptismo recipimus. aliquo singulari præcepto; sed alijs particularibus: *Non occides: Non fur-tum facies, &c.* Alioquin, qui hominem occideret, duplici peccato complicaretur, scilicet, homicidij, & lapsus a gratia: quod est falsum. Sed non est maior obligatio recuperandæ salutis, quam eam obtinendi. Ergo non est de hoc singulare contritionis præceptum.

60 Respondetur cum Soto dist. 17. q. 2. art. 6. §. *Postremum autem*, quod respondendum est, sicut de præcepto charitatis, videlicet, quod quamvis tale sit præceptum; nihilominus inammissibili ignorantia quisque potest exculari putans se illud impleuisse. Igitur cum quis humano more, ad arbitrium prudentiam, putat se esse contritum, licet vere non sit nisi attritus, à transgressione præcepti contritionis exculatur; quamvis gratiam non recipiat. Neque vero confiteri tenetur quovisq; Ecclesiasticum tempus aduenerit.

61 Ad confirmationem ibi, §. *Sed aliud*, respondetur negando consequentiam: nam licet custodia gratiæ receptæ sit mandatorum observatio; nihilominus, qui illam perdidit, tenetur illam recuperare: quod non potest nisi per poenitentiam perficere: & ideo nihil mirum, si eius sit singulare præceptum. Eodem modo respondet Nuño ad 2. esse quidem præceptum de conseruanda gratia; non tamen distinctum à præcepto charitatis, & alijs præceptis: præceptum vero recuperandi, deperditam gratiam, per detestatio-nem peccati, & conuersionem ad Deum, est speciale rationibus specialibus assignatis: & sic negando consequentiam, est assignata disparitas. Et ad 3. ait, quod sic ut datur præceptum charitatis, implendum per actum, qui à nobis non cognoscitur, euidenter; imò neque certo; sed solum probabiliter, & per coniecturas; non mirum quod idem dicamus de præcepto contritionis. De quo puncto latius ipse Soto lib. 1. de natura, & gratia, cap. 22. col. 14. Sed quia nos late de illo cap. 12. Theol. Moral. q. 2. & sapissimè tractando de præceptis virtutum theologiarum, non expedit nunc immorari. Imò eodem modo iam diu responderant Richardus in 4. dist. 14. art. 9. q. 1. ad 3. dist. 1. *Quod quis homo non potest certus esse de remissione peccati certitudine scientiæ; ideo sufficit certitudo probabilis coniecturæ ad hoc, quod non se exponat discrimini, si ita non ualeat ad se poenitendi, sicut antiquum*

haberet probabilem coniecturam de remissione peccati suum. Tunc autem est probabilis coniectura, quando homo fecit quod in se est dolendo, confitendo, satisfaciendo, & proponendo, & proponendo, & proponendo, & proponendo. Et Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 17. q. vnica, §. Ad evidentiam, rationem assignat: quasi exigeretur certitudo vera contritionis, semper esset homo perplexus; aut nunquam cessaret obligatio contritionis: quod est falsum.

DUBIVM SECVNDVM.

Vtrum præceptum contritionis obliget statim post commissum peccatum?

§. I. Auctorum placita referuntur.

A Deo multæ sunt Doctorum sententiæ, & tam variæ, & tam dissidentes, vt eas numerare, ne dum expendere, vt molestissimum, & nõ necessarium, omiserit Cano (alioqui diligentissime hoc dubium pertranctans quarta parte relect. de pœnit. q. 2.) Sed quia eas referre, quæ certos habent auctores claritatem, & lucem, dat nostris assertis; ideo non potuimus ab isto nos labore eximare.

2 Absolute hominem teneri præcepto contritionis quam primum in peccatum mortale cadit, affirmant Guillelmus Parisiensis tractatu de pœnit. cap. 19. Et Innocentius Quartus in cap. *Omnis vtriusque sexus, de pœnit. &* Archidiaconus in cap. *ille Rex, de Pœnit. dist. 3.* Thomas Argentinus in 4. dist. 17. art. 4. ad 4. Maior q. 2. ante medium, & in fine. Gabriel q. 3. Marsilius q. 12. art. 1. part. 5. Videnturque fauere Alensis 4. p. q. 77. membro. 4. art. 1. Alias q. 17. memb. 2. art. 2. §. 2. Et S. Bonaventura in 4. dist. 17. in 2. p. art. 4. q. 3. Licet isti duo Auctores non omnino hoc expresserint; & ideo pro opposita opinione citentur. Sed S. Bonaventura exprimit Religiosos statim teneri: quia ex suo statu tenentur tendere ad perfectionem.

3 Vniuersaliter autem Richardus in 4. dist. 14. art. 9. q. 1. ait, quod *quandò homo de peccato suo ex deliberatione recogitat, tunc illud detestari tenetur; non enim fideliter seruat reparatum fœdas diuinæ amicitia,*

cui actum non displicet, quando de hoc deliberrat, quod inter ipsum, & Deum causa inter fuit inimitia. Continue tamen tenetur habitualiter pœnitere: quia non potest dimittere habitum pœnitentiæ, nisi ruendo in peccatum mortale. De habitu autem pœnitentiæ, aut de interiori actu in casibus supradictis intelligi debet illud verbum Hugonis 2. lib. de sacram. par. 1. cap. 2. cum dicit, Necessè habes semper pœnitere, satisfacere potes; nimis facere non potes; melius est vt plus facias, quàm minus. Hæc ibi. Si hoc asserunt post reconciliationem cum Deo, a fortiori dicet idẽ de peccatore, qui non est iustificatus; nec in diuinam reddit amicitia; nec villo modo satisfacit.

Pro ista sententia citat Suarez disp. 15. sec. 5. n. 1. Paludanum, S. Antoninum, Syluestrum & alios. Itẽ Caietanum Cæterum Vazquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 5. n. 9. Paludanum pro opposita refert sententiam. Et post Ambrosium Catherinum, qui lib. 5. contra Caietanum contradictionis arguit; Vazquez ait, quod obscurissime plura machinatus est, absque villo fundamento, & contradictionem implicantiæ: quæ & alia in vrbana verba vsque ad satietatem sæpissime repetit: & nullum nouum adducens argumentum, quod Caietano non obiecit Cano.

4 Reueratamen, nec Paludanus, nec Caietanus, nec pro affirmatiua absolute, nec pro negatiua vniuersaliter referri possunt: cum in veritate sententias, media via incedentes, teneant, ab extremis diuersas. Verba Paludani subiungo. In 4. dist. 17. q. 1. art. 3. n. 20. ait, *Imo etiam dicunt aliqui, quod quoties recolit de mortali, tenetur dolere, & conteri.* Hæc est prima opinio; pro qua ibi in margine nouæ editionis citantur Alensis, Richardus, & Gabriel. Et quod eam Paludanus non sequatur, manifestat, cum subiungit, *Quod est durum: & videtur falsum: quia præceptum affirmatiuum non obligat ad semper.* Vnde licet semper, siue recolat, siue non, teneatur non complacere sibi in peccato: non tamen tenetur odire actu peccatum: sicut non tenetur diligere Deum actu quoties de Deo recolit: alioquin nullus posset cogitare de Deo speculatiue, quin peccaret mortaliter: quia non potest diligere Deum, nisi cogitet de Deo practice. Vnde potest dici quod est verum de debito congruitatis; non necessitatis.

Proponit postea alium dicendi modum, subiungens. Vel si intelligatur de debito necessitatis; ponderandum est quod dicit

dicit Apostolus ad Rom. 13. ver. 8. *Nemi nisi quidquam debeatis, nisi vt invicem diligatis:* quod ab illo debito nunquam possit aliquis liberari. Ergo præceptum de charitate, quantum ad actum interiorẽ, videtur magis ligare quam affirmatiuum; vt sit quasi medium inter affirmatiuum, quæ solum ligant tempore necessitatis, & negatiua, quæ ligant ad semper. Istud vero quodocumque eius materia occurrit practice, & non speculatiue: si enim practice occurrit Deus vt diligendus, vel non diligendus; tenetur homo iudicare Deum diligendum: & sic sequitur dilectio. Si similiter occurrit peccatum commissum practice, scilicet, vt materia delectationis, vel detestationis; tenetur homo iudicare detestandum, & detestari. Vel potest dici tertio, quod quodocumque recolit homo se offendisse Deum amicum valde dilectum, dolere: & sic charitas ad hoc inclinatur. Et sic facere contra inclinationem charitatis est mortale peccatum. Ideo, &c. Hæc Paludanus.

5 Cuius doctrinam refert S. Antoninus 3. part. tit. 14. cap. 18. §. 2. & intelligit, & approbat de peccatis commissis, de quis iam quis habuit, vel credit se habuisse contritionem, de his (inquit) videtur sufficere quod dictum est. Sed quantum ad peccata mortalia, de quibus nondum quis habuit contritionem, videtur quod semper teneatur quando peccatum menti occurrit ad actu odiendum, & detestandum peccatum: alias peccat mortaliter peccato omissionis quousque ceteratur. Dicit enim Thomas, Petrus, Bonaventura, & Durandus, quod post mortale peccatum, etsi non teneretur quis ad statim confitendum; tenetur tamen ex necessitate ad statim cõterendum: nec enim per momentum licet stare in peccato: vnde Eccles. 21. dicitur: *Quasi à facie colubri fuge peccatum.* Imminet enim tali maximè periculum; cum enim nulla necessitas excuset à contritione; si moriatur ante contritionem, etiam si non potuit conteri, quia subito moritur; nihilominus damnatur: quod non sic est de confessione. Hæc S. Antoninus. Et Abulensis, 1. Paral. cap. 16. q. 35. Ambrosius Catherinus lib. 5. in Caietanum annotatione 3. cum tanta assecuratione, vt concludat. *Hæc dixi, quia periculosum censo aliter docere: id enim est decipere, & occasionem fallacem prebere ad permamentem in peccato.*

6 Secundum dicendi modum Paludani, sequitur Syluester verbo, *Contritio;*

q. 2. n. 4. & verbo, *Dominus*, q. 6. conc. 4. n. 8. circa finem. Viguerius in Infit. cap. 16. §. 4. ver. 11. Moderamine adhibito, fauet Petrus Soto lec. 13. de pœnit. conc. 2. dicens. Post commissum peccatum, certum est ad eius remissionem consequendam, statim necessariam esse pœnitentiã. Et cum tam graue malum peccatum sit, & multo grauius periculum; in eo manenti, imminet, iræ, scilicet, Dei, & damnationis æternæ. Statim ad hæc euadendã necessaria est pœnitentia. Clamat sapiens Eccles. 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Et ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum misericordia.* Et in Apocalypsi cap. 2. Dominus: *Memor esto itaque vnde exiideris, & age pœnitentiã: sin autem venio tibi, & c.* Nec tamen dilatio pœnitentiæ noui semper peccatum est: sed certe reddit idẽ peccatum grauius. Hæc Petrus Soto. Lxxcepto ergo, S. Antonino, Guillelmo, & Richardo, & alijs auctoribus primo relatis, Paludanus, & Syluester, & Petrus Soto, nõ admittunt semper esse nouum peccatum non statim pœnitere post commissum peccatum: sed primi requirunt vt præceptum obliget, quod practice occurrat sub ratione detestabilis, vel delectabilis. Et Petrus Soto negat expresse semper nouum esse peccatum: & solum docet, quod reddit grauius peccatum antecedens.

7 Veniamus ad sententiam Caietani, quæ meo videri, clarissime ab ipso exponitur, & solum festinanter, vel oscitanter legentibus, obscurissima, & implicans contradictionem, apparet. Iam diu Nauarrus in Manuali cap. 1. n. 29. in duobus punctis eum sequens, & laudans, subiungit. *Quid quid Catharicus vbi supra dicit de Caietano, qui secum pugnat in eo, quod facile potuit eum excusare, si voluisset.* Ad tres conclusiones tota eius opinio reduci potest. Prima, non tenetur peccator ad contritionem quoties practice recordatur peccatorum suorum. Hæc conclusionem expresse docet to. 1. Opusc. trac. 4. q. 3. & trac. 17. q. vni. §. *Quibus premissis.* Et §. *Ex his autẽ.* Vnde patet male Caietanum citari pro sententia Paludani. Ratio Caietani est, quia in illa occurrentia, & memoria peccati, possum nullum actum voluntatis exerceo: & tunc essem neuter: vel habere actum velleitatis contritionis: quia nullo in veritate contritionem non habeam. Et quodcumq; horum sufficit ad virandum nouum

peccatū. Et etiā quia memoria affert cōmoditatem operandi; non tamen inducit necessitatem præcepti.

Secunda eius conclusio, permanere in statu peccati illicitum est, & prohibitum: non tamen est nouum peccatum, nisi status talis de nouo acceptetur, vt si de nouo consentiatur in perseverantiam talis status. Probat à simili ex præcepto non retinendi alienum, quod obligat semper: & tamen ipse Caietanus 2. 2. quæst. 66. art. 3. circa ad 2. late docet, quod retinens rem alienam invito domino, in quantum detentor, non continue peccat; sed quoties renouat consentium detinendi. Ibi autem in §. *Ad hoc dicitur*, videtur limitare doctrinam ad solum peccatum commissionis, de quo solo est sermo, inquit ipse. Cum tamen alij de continuo omissionis peccato loquantur.

8 Tertia eius assertio, præceptum contritionis, vt mixtum ex affirmatiuo, & negatiuo, obligat ad statim habendam contritionem: non tamen est nouum peccatum ex præteritione temporis, nisi non solum omittatur, sed etiam committatur contra aliquid determinans præceptum affirmatiuum ad statim. Probat, quia contra præcepta negatiua solū peccatur peccato commissionis. Est autē inter quædam præcepta negatiua differentia: nā negatiua præcepta de actibus peccatorū obligāt ad semper, nō solū quoad esse illicitum, sed etiam quoad actum peccati: quia prohibent actum peccati, puta, mendacium, adulterium, blasphemiam, & similia. quæ non solum sunt illicita; sed quando ad sunt, peccati actus committitur: nullus enim transgreditur præcepta hæc: *Non mentieris: Non adulterabis: Non blasphemabis*: nisi qui mentitur, adulteratur, aut blasphematur, actu exteriori, vel saltem interiori. Negatiua autem præcepta de habituali statu peccati, obligant secundum se ad semper, solum quoad esse illicitum, & non quoad actum peccati: quia non prohibent actum peccati, sed perseverantiam in statu peccati. Præceptum autem, verbi gratia, de non retinendo alienum invito domino, dupliciter intelligi potest: primo de detentione habituali: quæ non est actus; sed effectus peccati: & sic non est præceptum prohibens actum aliquem. Similiter præcepto de non permanendo in peccato habituali, prohibet perseverantiam in statu peccati mortalis simpliciter, Quo fit, vt quia

statibus, sicut habitibus, non mereamur, nec demeremur; sed actibus: nullum nouum peccatum contra hoc negatiuum præceptum incuratur. Nisi status talis de nouo acceptetur; puta, si de nouo consentiatur in perseverantiam talis status. Secundo intelligi potest præceptum de detentione actuali: quæ nihil aliud est quam consensus efficax in detentionem habitualem, seu quæ est effectus peccati. Et sic præceptum est prohibens actum peccati: & constat quod obligat semper, & ad semper; sicut reliqua negatiua. Et sic proprie habet vim, & nomen præcepti: quoniam præcepta proprie de actibus sunt. Præcepta igitur negatiua primo modo, sequuntur regulam præceptorum affirmatiuorum obligando tantum ad tempus necessitatis: alioquin sequitur quod infinites peccat mortaliter, qui furatus est, & non restituit statim, iuxta infinitas moras temporis intermedij inter furtum, & restitutionem, si tandem sit. Ergo magis rationi consentaneum est, vt contra huiusmodi præcepta tunc solum peccetur ex præteritione temporis, quando non solum omittitur, sed committitur actus peccati determinantis præceptum affirmatiuum ad statim. Hæc in substantia Caietanus Ex quo patet, quod pro praxi non ponit grauius iugum, quam communis negatiua sententia; licet in discursu, & speculatione, nec cum illa, nec cum iam relatis sententijs conueniat. Vnde ipse Caietanus in Summa verbo, *Contritio*, ait. Tempus autem, quo tenetur post commissum peccatum mortale quis conterere, quantum ad surgendum à morte peccati, & vitandum periculum repentinae mortis, & damnationis æternæ, determinatum est ad statim: quia nec per momentum tutum est, ac licitum stare in statu offensæ, & iræ Dei. *Quantum autem ad vitandum nouum peccatum transgressionis præcepti de contritione, tempus est determinatum ad articulum necessitatis: sicut in alijs affirmatiuis præceptis contingit.* Doctrinam autem exempli, quod affert Caietanus, licet rā rigide contemnat Vazquez, sed multos habet sectatores antiquos, & recentiores, vt retulimus cap. 17. Theol. Mor. q. 7. §. 2

9 Denique (vt refert Lugo disput. 7. sec. 11. num. 159.) primam sententiam in vniuersum defendunt recentiores aliqui, eo quod eius fundamentis non plene à Theologis satis fuisse factum existimēt.

Et

Et ipse subiungit. Et quidem si vera esset sententia, quæ dicit omne peccatum mortale continere iniuriam propriam, & strictam Dei, cui ex iustitia debemus per poenitentiam satisfacere; non facile posset reddi ratio differentia, cur ex iustitia contra hominem oriatur obligatio statim satisfaciendi; & ex iustitia contra Deum non oriatur similis obligatio ad satisfaciendum statim, vt probauimus latius disput. 3. de Incarnat. sec. 3. Hæc ibi. Cui respondimus quæst. 85. dub. 4. sine.

§. II. Duabus conclusionibus resoluitur dubium.

10 Nihilominus dico primo; non protinus vt homo peccauit mortaliter; poenitentiam agere tenetur, & quam primū elicere actum contritionis. Testatur Cano in relect. 4. part. quæst. 2. quod tunc erat hæc conclusio communis; nunc autem est communissima; quia præter relatos, nullum dissentientem inuenio. Omnino est ad mentem D. Thomæ in 4. distinct. 17. quæst. 3. ar. 1. quæst. 4. vbi ait, *quod cum propositum consistendi sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur; scilicet, quando peccata memoria occurrunt, cum præcipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo in quo sine peccati remissione peccatum oporteat tunc incurrere: sicut cum teneatur ad celebrandum, si desit copia sacerdotis, saltem conterere tenetur, & habere propositum consistendi.* Vbi acute obseruat Caietanus illa quæst. unica ad 1. quod D. Thomas, vnum, quando, *determinat per alterum, quando. Nam ait quando peccata memoria occurrunt, cum in periculo mortis existit, aut aliquo articulo.*

Vbi apparet quod tempus memorie determinatur per tempus periculi mortis; vel per tempus alicuius articuli. Dixit ly præcipue: quia periculosus omittitur contritio in periculo mortis: quia non restat locus poenitentia: & quia iste articulus est principalis ratio obligationis. Quod clarius colligitur ex solut. ad 2. & 3. Præter quam quod cum peccata memorie occurrunt, tenetur non sibi ipsi placere in peccato commisso, quod occurrit. Quare nisi

actum suspendat (quod tamen rarum, & difficile est) semper peccabit. Vnde quod D. Thomas 2. 2. quæst. 62. artic. 8. docet, quod *quilibet tenetur peccatum statim deserere*: vel loquitur de peccato actuali: quia præmiserat, *non per modicum tempus licet in peccato morari.* Vel si de habituali, intelligit Cano ad 1. *non positum, dolendo, sed negatiue*, non complacendo, iuxta ea quæ docet S. Thomas 3. p. q. 84. art. 8.

11 Expresse etiam Durandus in 4. dist. 17. quæst. 10. num. 5. ait. Alio modo potest intelligi aliquem teneri ad contritionem ex præcepto, ita quod nisi conteratur, peccat mortaliter tanquam transgressor præcepti. Et hoc modo peccator non tenetur regulariter conterere statim postquam peccauit: quia perseverare in eodem peccato secundum reatum, non inducit nouum peccatum. Sed peccator, si non conteratur statim postquam peccauit, solum perseverat secundum reatum in peccato per eum commissum: nec est aliquod præceptum, quod obliget eum ad statim conterendum: ergo non peccat nouo peccato. Cum hæc scribat Durandus, admiratione est dignum, quod possit ei contrarium attribui.

12 Præcipuas probationes, breuiter, dilucide, & neruose, proponit Cano conc. 1. & ideo placet transcribere. Hæc quidem assertio (inquit) non alia ratione potiore ostendi potest, quam quod fidelium omnium consensus facile admittit non esse peccatum mortale nouum, si quis non statim, atque in peccatum incidit, poenitentiam agat. Nec, aut poenitentes in confessione huius criminis se accusant: aut sacerdotes id curant, quando poenitentes examinant. Cum tamen nullus peccator fere sit, qui huius præcepti reus non haberetur. Imò, qui diem vnum in peccato mortali duraret, non modo multa, sed innumera peccata mortalia, hoc præceptum transgrediendo, committeret.

2. Præterea, cum præceptum de poenitentia affirmatiuum sit, in quo virtutis actus positus præcipitur, non videtur obligare, nisi pro tempore necessitatis: quemadmodum, & reliqua præcepta affirmatiua. 3. Item, cum cætera media, ad salutem necessaria, scilicet, fides, Baptismus, Confessionem, illico præstare minime teneamur; non est cur vnicam poenitentiam mox debeamus exhibere,

4. Præterea, cum vera poenitentia (vt ante iam diximus) à dilectione Dei proficiatur; si homo, simul atque peccauit, veram poenitentiam habere tenetur; quæ videlicet, necessaria est vt Deo reconcilietur; fieret consequens, vt homo post peccatum, statim ad diligendum Deum obligetur.

5. Denique, cum nulla ratio idonea sit, nullave authoritas, qua præceptum adeo durum asseratur; certe, qua facilitate induceretur ab aliquo; eadem quoque ab alijs rejiceretur. Hæc Cano.

Solum duas priores rationes proponit. Sot. dist. 17. q. 2. ar. 6. cõc. 2. Vazquez 3. q. 9. 86. art. 2. dub. 5. nu. 10. Eisdem que proponunt Suarez disp. 15. sec. 5. Nuño q. 2. art. 3. dub. 3. Qui duo prosequuntur aliam rationem, sigillatim probando, præceptum poenitentia non obligare statim ex lege iustitiæ; neque ex charitate Dei; neque ex charitate propria. Sed quia hoc idem præstabilimus argumenta soluendo, antea secundam assertionem subiiciamus, probationes accipiendo ex eodem M. Cano.

13. Dico secundo, non tenetur homo poenitentiam agere quoties peccata memoria occurrerint; siue speculative, siue practice occurrant. Et enim nullum aliud nos præceptum obligat eo quod in mentem veniat. Nec peccat mortaliter, qui non diligit Deum, quantum eumque diuina bonitas proponatur, omni dilectione dignissima; nisi necessitatis articulus intercedat. Idem de præcepto fidei, & spei videre licet. Quare nec si peccata se se offerant peccatori, digna quæ homo detestetur, protinus obligatur in actum contritionis exire: poterit enim libere nullum habere actum, si nullus instat necessitatis articulus.

Et confirmatur: quia obligatio reliquorum præceptorum ex necessitate rei sumitur; non ex memoria, aut intelligentia nostra: quippe, non quia nos intelligimus, aut memoria teneamus, obligant: sed quia obligat, debemus nos dare operam, vt memoria teneamus.

14. Illud etiam quam inconsiderate dicitur, memoriam practicam obligare; speculatiuam non obligare: quasi memoria conscientia sit, cuius iudicio teneatur obnoxius. Premam enim angustius, & vrgebo, quodnam sit illud iudicium practicum, vel quæ memoria, quæ post simplicem peccati commemorationem, nouam præcepti obligationem inducit? Cui

que nihil constanter, recte vedici posset; nimirum non est cur in opinione contraria refellenda moremur: nulla enim ratione nititur; sed solo assensuum arbitratu. Hæc Cano. Authoresque communiter, vt refert Suarez disp. 15. sec. 4. n. 5. probans quia nullum est principium, ex quo talis obligatio, vel præceptum sufficienter colligatur: vnde cum grauissimum onus imponat hominibus, non est sine fundamento asserendum. Quamuis enim semper teneamur nunquam complacendi in peccatis: & nunquam displicere, quod de illis sumus contriti: non tamen tenemur habere positiuam poenitentiam continuam, vt probat D. Thomas 3. p. q. 84. art. 8. & 9.

§. III. Argumentis in contrarium Satisfit.

15. **S**ED tota huius rei difficultas est in dissoluendis argumentis contrarijs. Auctoritatibus adductis in contrarium, respondetur sicut responderet Cano ad 4. ad illud quod adducitur ex Ecclesiastico, quod consilium saluberrimum est non præceptum. Concilij autem ratio redditur: ne forte subito præoccupati hora mortis, quæramus spatium poenitendi, & inuenire non possimus.

Arguitur ergo primo argumento quod testigit Caietanus. Negatiuo præcepto adtingimur ne simus Dei inimici: nam esse Deo inimicum vsque adeo intrinsece malum est, vt nullo euctu id vel sine graui culpa valeamus. Ergo, quandiu homo est in peccato mortali, cum sit Dei inimicus, tandiu præcepto negatiuo aduersatur, quamlibet parum in statu mortalis perseueret. Qua propter D. Thomas 2. 2. q. 62. art. 8. comparat obligationem statim restituendi cum obligatione peccatum statim deserendi: iuxta illud. Ecclesiasti 21. *Quasi a facie colubris fugi peccatum.* Sicut ergo non restituere contrariatur præcepto negatiuo: quia per hoc quod aliquis detinet rem alienam, inuito domino, impedit eum ab vsu rei suæ: & sic committitur peccatum iniustæ detentionis; quæ pro omni instanti iustitiæ opponitur: & sic continuo peccat. Ergo pro omni instanti tenemur Deo reconciliari per contritionem.

16. Respondet bene Cano ad 6. quod licet præceptum negatiuum generale sit ne simus inimici Dei per actum, quod

quo inimicitia contrahatur, ne simus inimici Dei secundum reatum nullo negatiuo præcepto sumus adstricti. Sicut enim de amicitia habituali Dei nullum præceptum affirmatiuum: sic de inimicitia, quæ secundum reatum est, quasi habitualis, nullum est negatiuum: omnes siquidem leges actus, vel præcipiant, vel prohibent, non habitus. Et cum obijciatur: velle esse Dei inimicum secundum reatum etiam est intrinsece malum: Fateor id quidem quia vt volitio mala sit, satis est obiectum esse malum, siue secundum actum, siue secundum reatum: nam qui positiuè vult habere vitium; vel etiam esse reatu malus; consentit in rem, quæ rectæ rationi aduersatur: imò adeo implicite consentit in culpam, sine qua nec habitum vitij habere; nec reatu malus esse potest.

Non tamen proinde sequitur quod sit præceptum de non perseuerando in peccato: sed solum ne velimus malum, quod cum recta ratione pugnat. Atque (vt vno verbo dicamus) velle Dei inimicitiam, directe charitati aduersatur: at non velle amicitiam, eo scilicet tempore, quo non tenor velle, charitati non repugnat. Quare negatur consequentia.

17. Ad exemplum restitutionis rei alienæ, dicimus, quod si est inuito domino, continus peccat, vt diximus cap. 17. Theol. Mor. q. 7. §. 2. Nec distinctio Caietani de detentione habituali, vel actuali, sufficit ad euadendum nouum peccatum: quia moraliter quoad damnum, quod infert proximo, & iniustitiam, quam ei facit, impediendo ab vsu rei suæ, per accidens sic habet quod eam detineat positiuè complacencia, vel omissione non reddendi quando ea indiget. Vnde semper peccat, siue commissione, siue omissione, contra præceptum de non omittendo reddere vnicuique quod suum est, quando potest, & tenetur; & contra præceptum de non letando cum male fecerit. Vnde est negatiuum præceptum directe prohibens actus formales, vel æquivalentes. Quo circa, loquendo simul de præcepto contritionis, & confessionis, ait D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. ad 3. *quod retentio rei alienæ inuito domino, contrariatur præcepto negatiuo, quod obligat semper, & ad semper: & ideo tenetur statim ad reddendum. Secus autem est de implectione præcepti affirmatiui, quod obligat semper, sed non ad semper. Vnde non tenetur aliquis ad statim implendum.*

Vnde Cano ad 1. bene ait illam similitudinem inter præceptum restituendi, & præceptum deserendi peccatum, non per omnia quadrare. Quia in re Caietanus videtur fuisse deceptus.

18. Primum enim, rei alienæ restitutio reuera fundatur in præcepto negatiuo, quo vetamur rem alienam inuito domino retinere: neque enim rei alienæ minus detractor est, qui eam apud se inuentam, inuito domino, detractat, ac detinet; quam si furto suscepisset. Quo fit; vt ad obligationem restituendi, iniusta acceptio impertinens sit; siue enim acceperim iniuste per furtum; siue iuste per commodatum, simul atque inuito domino rem alienam vsurpo. furti reus habeor: atque ex consequenti violator præcepti negatiui. Rursum, etiam quosciensque ad eam commoditas rem alienam domino suo restituend, toties denovo peccato non restituendo; etiam si nullum adum positiuum habeam quo rem alienam iniuste velim apud me retinere. Satis enim est ad peccatum nouum vsurpatio ipsa libera exterior rei alienæ, eo tempore, quo oportebat eam domino reddere. At præceptum poenitentia, per quam homo peccatum fugit, & deserit (sicut & charitas, quæ radix, & fundamentum poenitentia est) reuera (quidquid Caietanus intelligat) præceptum est affirmatiuum. Nec includit negatiuum: nisi quemadmodum omnia affirmatiua dicuntur includere de actu contrario. Vt præceptum charitatis secum habet annexum præceptum odij negatiuum: præceptum temperantia negationem intemperantia: spes quoque desperationem; fides i. fidei tatem negat, & prohibet. Sic præceptum poenitentia ex consequenti verat ne quis impoenitens sit impoenitentia positiuè contraria.

19. Quo fit vt non poenitere contra præceptum affirmatiuum sit, non negatiuum, & c.

Sed est tamen similitudo vtriusque præcepti proportionalis duplex. Præceptum quod quemadmodum non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum; ita quoque non dimittitur, nisi agatur poenitentia. Posterius etiam hæc duo præcepta in hoc assimilantur, quod sicut non restituere rem alienam iniuste detentam, habet malum statum peccatoris annexum; ita & non poenitere de peccato commisso. Quo fit, vt siue hic, siue illic, hoc est, vel qui non restituit, vel qui non

pœnitet, in actum positivum exeat; alter, quo vult non restituere; alter, quo vult non pœnitere, semper peccat nullo peccato.

20 Sed instabis: nam si aliud tempus pœnitentiam differre liceret; ergo & velle differre licitum est, Quod enim facere, idem quoque; & velle licitum est. At qui existens in peccato mortali, in aliud tempus interiori pœnitentiâ referre vult, eo ipso interpretatur, & implicite vult esse in peccato mortali, in quo, quandiu non pœnitent, perdurare necessum est. Non licet igitur cōversionem, contritionemque differre.

21 Respondet Palacios in 4. distinct. 17. q. 2. quod velle non conteri, pro tempore, pro quo non dum obligat contritionis præceptum, est intrinsicè malū, & peccatum mortale.

Sed contra, quia ubi non est lex, nec prævaricatio: & ubi non est transgressio præcepti, non est peccatum mortale. Præceptum contritionis non violatur: quia supponimus pro tunc non obligare. Nullum autem aliud est quod violatur. Non ergo est peccatum mortale.

22 Soto vero q. 2. art. 6. ante 3. conc. ait, quod ex genere suo non est culpa mortalis, quia non est contra speciale præceptum: est nihilominus venialis, quia volitio boni obiecti. Idem docet Cano ad 1. §. Quod si, probans, quia illud obiectum volitionis, qua volo non pœnitere, etiam dum non teneor, nulla ratione honestari potest, cum actus oppositus, hoc est, pœnitentia, & cōtritio omni tempore vsque adeo bona, & honesta sit, vt contrarius actus, quo pœnitere nullo, nullo vnquam tempore honesti ratione habeat. Non assero tamen esse peccatum mortale velle non pœnitere tempore, quo non teneor: peccatum (inquam) mortale ex genere suo: Est tamen veniale, quia non habet obiectum honestum. Actus vero indifferens sebola nostra pœnitentis rejicit. Idem docet Cano sol. ad 5. ubi ad illam replicam: quod licet facere, licet velle: Respondet: benedicis: si quod dicis attendis. At pœnitentiam differre, non est facere; sed non facere: non autem statim licet velle non facere, quæ non facere licitum est, id est, quæ si non feceris, non peccas. Verbi gratia, non leuare festucam, illicitum non est: at velle non leuare, si nullum finem honestum apponas, otiosum: ac proinde illicitum est. Item, non facere bonum, interdum licet, videlicet, cum non teneor: at velle non facere (quod

retro etiam diximus) nulla ratione honestari potest. Hæc ibi.

23 Cæterum melius Ioannes Medina, Codice de pœnitent. tract. 1. quæst. 6. ad 6. latissime, & Suarez disput. 15. sec. 5. num. 19. & 20. dicunt illum actum ex obiecto esse indifferentem, vt pote nullo præcepto prohibitum: & interdum posse habere honestum finem, & in indiuiduo esse actum bonum: quod licet sit rarum; non tamen impossibile. Quia potest quis hic, & nunc esse obligatus ad alias actiones honestas: & vt eas attentius, ac diligentius exequi possit, velle nunc cogitare de pœnitentia agenda. Item posset aliquis se sentire nunc valde indispositum ad pœnitentiam, vel contritionem elicendam. Ergo licet directe nollet tunc conari ad talem actum; sed librum aliquem legere, vel virum pium alloqui, vt paulatim excitetur, nihil peccabit. Quia volitio boni obiecti, imò, & melioris, per se, & ab intrinseco (seclusa necessitate ex præcepto, & circumstantijs, quæ omnia supponimus cessasse) non est peccatum veniale; alias nolle dare elemosynam, aut nolle religiosum esse, vel perpetuam virginitatē seruare, semper esset veniale peccatum: quod falsum est. Nec qui vult, quando non instat præceptum contritionis, non conteri de peccato nondum remisso, vult virtualiter permanere in statu peccati, & inimicitia Dei: quia id non sequitur per se ex illa volitione: quia ille non vult inimicitiam Dei, quia non tenetur pro tunc medium applicare ad amicitiam; sed permittit statum non amicitia. Quamvis autem velle directe statum peccati, vt causatur ex peccato, intrinsicè malum sit, velle autem permittere aliquam permanentiam in illo statu, non est intrinsicè malum.

24 Secundo arguitur, argumento non semel tacto. Proximi offensum iniuriam teneor, ubi primum commode possum, compensare: Ergo & Dei. Antecedens notissimum est ex dictis: non enim celerius, qui damnatum in pecunia dedit, tenetur satisfacere; quam qui dedit in fama, vel honore. Sed qui in pecunia dedit, restituere, pœnitentiaque damnū est vestigio debet: ergo qui aliter que quomodo proximum lædit.

25 Præter illa quæ respondimus q. 85. dub. 4. in fine, Paludanus in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. num. 24. & Ioannes de Medina, cum obieisset, quod illud, quod sine termini præfixione debetur, statim solvere oportet, vt Iura proclamant, respondet ad 5. quod pro-

procedit illud dictum iuris, de debitis reatibus, ex delicto contractis: non de gratuitis. Cuius discrimen est: quia si aliquid fratri debemus, quod scilicet, vi vel iniuria, aut dolo aliquo eidem surripuimus, aut eum iniuste damnificauimus, illo invito fecimus: & ideo quandiu rem sibi debitam, eo invito, detinemus, peccamus actu, non reddendo, cum possumus, quia semper sumus in mora. In gratuitis autē debitis, qualia sunt, quæ ex mutuo, deposito, aut accommodato nascuntur, non ira domino invito, rem eius detinemus. Ideo talia debita non tenemur statim reddere, quousque creditor ipse petat; aut terminus præfixus adueniat. Modo autē, quamvis ex offensa contra Deum commissâ manum Deo debitores, & de offensa tenemur eidem per pœnitentiam satisfacere: Non tamen ad id tenemur antequam ipse exigat: quia pœnitentiam pro offensa, non ex natura illi debemus; vt supra dixi: sed quia ipse eam exigit. Ideo non est necessarium eam reddere, nisi si quando ipse exigit. Ipse autem Dominus non eam ad statim exigit: cum tempus ad pœnitentiam pro sua benignitate largiri dignetur. Hæc Medina.

26 Non tamen satisfacit propter multa. Primo, quia ex Sacra Scriptura constat. Deum ab omnibus peccatoribus exigere pœnitentiam: & sub interminatione mortis subiungit Lucæ 13. *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.* Et cum non sit in Scriptura reuelatum Deum pœnitentiam non exigere, statim, seu cito, aut quam primum; imò contrarium conentur alij probare ex obiectis Scripturæ testimonijs. Et quia Marci primo dicitur: *Pœnitentiam, & credite Evangelio: vt vtrumque, vt tam cito obligans, præceptum proponat, pœnitere, & Evangelio credere.* Et illud Apocal. 2. *Agro pœnitentiam: sin autem veniam tibi cito; & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.* Gratis videtur dictum quod Dominus contritionem non exigit pro statim.

Secundo, iam diximus præceptum contritionis obligare iure naturæ, & supernaturale diuino: Vnde solutio procedit ex falsis.

Tertio, iam diximus, quod ad obligationem restituendi iniusta acceptio impertinens est. Quod vterius patet: quia omnes Theologum D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 6. & 7. docent, quod duæ sunt radices restitutionis strictæ sumptæ, nempe ip-

sam rem acceptam, & ipsam acceptio-nem, iustam, vel iniustam. Notauitque 2. to. Theol. Mor. cap. 17. q. 2. §. 6. cum Caietano in summa verbo *Restitutio* cap. 2. quod acceptio iusta comprehendit, acceptio-nem mutui, depositi, conductio-nis, & similibus contractuum. Iniusta, vt rapinâ, vsurâ, detractio, & extenditur ad conurentem, & detrahentem, conu-riantem: quamuis nihil accipiant; sed tol-lant.

27 Quarto est vnica impugnatio, quam solutionem reiicit Suarez (sec. 5. n. 7. nam obligatio satisfaciendi Deo, absolute, & simpliciter nascitur ex delicto: ergo erit ad satisfaciendum statim. Quamuis enim Deus non declarauerit se velle, aut præcipere, vt contritio statim habeatur: tamen etiam non declarauit se velle in hoc negotio cedere in re aliqua iuri suo, & quasi expectare aliquo tempore debitam satisfactionem. Sicut inter homines in satisfactione pro iniuria, eo ipso quod nullum speciale tempus designetur naturalis lex obligaret ad exhibendam statim talem satisfactionem.

28 Duabus ergo vijs, (alijs minus securis semitis relictis) satisficit argumento. Primo cum Cano ad 3. negando consequentiam: nec enim (inquit) antecedens (quod non nulli faciunt) negare possumus. Scio quidem latitudinem quandam esse in ea temporis celeritate, quam homini ad compensandam iniuriam proximo illatam præstitimus. Sed qui proximum læsit in honore, vel fama, si h abens opportunissimam opportunitatem iniuriam compensandi, negligit; & ad finem vitæ reseruat; non existimo tam temerarium, & inconsultum Theologum esse futurum, vt illum per quinque etiam annos cessantem, & torpentem excuset: certe Christus non excusaret (Matthæi 5. ver. 24. *Vade prius reconciliari fratri tuo*) An Theologi debeant, ipsi viderint. Consequentiam igitur ego nego: quia compensationem iniuriæ factæ proximo, non solum propter nostras vtilitates; verum (ac multo etiam magis) propter vtilitatem eius, cui iniuria facta est, legislator exigit. At compensatio iniuriæ, quæ Deo per peccatum fit; non propter Dei commoditates; sed propter nostras exigitur: quippe cum compensationis nostræ Deus non indigeat: nos egeamus. Quo fit vt bona sua Deus in hac parte pro nostris habeat. Vnde ad eandem legem postulat, quæ illi debemus, & quæ debemus nobis

ipsis nec a rectiore vinculo exagitat satisfactionem iniuriæ suæ, quam remedium salutis nostræ. Tunc ergo tenebimus Dei compensare iniuriam, cum bona nostra spiritualia diligere tenemur, inque necessitatis articulo procurare. Hæc Canon.

29 Cuius solutio non procedit ex aliqua decessione iuris diuini, nec ex aliqua lege, & decreto Dei, quia vtrumque qua facilitate diceretur, maiore rejiceretur, sed procedit ex natura Dei, nullius indigentis, & ex eius immanita bonitate. Oprime ad rem S. Ioan. Chrysost. ad illa verba Psal. 113. *Sed nomini tuo da gloriam: ait. Neque enim Deo sua gloria tanta est cura, quanta salus hominum.* Eodem sensu verificatur illud Osee 6. & Matthæi 12. *Misericordiam volo, & non sacrificium.*

Cuius rationem assignat D. Thomas 2. 2. q. 30. art. 4. ad 1. dicens, quod Deum non colimus per exteriora sacrificia, aut munera, propter ipsum, sed propter nos, & propter proximos. *Non enim indiget sacrificijs nostris: sed vult sibi ea offerri propter nostram deuotionem, & proximorum utilitatem. Et ideo misericordia, qua subuenitur defectibus aliorum, est sacrificium ei magis acceptum, ut pote propinquius utilitatem proximorum inducat: secundum illud Hebræorum ultimo: Beneficentia, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus.* Vbi Bañez dub. 3. & nos cap. 13. Theol. Mor. q. 2. n. 30. diximus, opera religionis, alioqui præcepta, omitti licite aliquando propter opera misericordiarum, quia si proximus est in graui miseria, ei subuenire, est Deo gratius, quam sacrificium Deo offerre: vel Missæ audiendæ in die festo assistere. Similiter Deus suo præcepto ad sacrificium contriti cordis nos obligat, quando nos contritione indigemus, ne pereamus.

30 Secundo respondent Suarez disp. 15. sec. 5. a. n. 10. & Nuño in Add. ad 3. p. q. 2. ar. 3. dub. 3. folio 312. Auerfa q. 1. sec. 6. ad 8. reddendo disparitatem: quia homines per iniustitiam ita læduntur, ut detrimentum, aut damnum patiantur in bonis proprijs sibi vtilibus, quibus carere coguntur, quando res ablata eis non restituitur. Et ideo est obligatio statim restituendi, vt Ex D. Thoma 2. 2. q. 62. ar. 8. iam dictum est. At vero Deus, licet nostris peccatis offendatur, tanto grauius, quanto eius maiestas est infinita veneratione digna: non tamen obligatio satisfaciendi ita confestim, & pro statim vt-

get: quia non priuatur aliqua re sibi vtili: nec vllum detrimentum sibi accrescit nec peccator impedit eum ab vtu rei suæ. Quamvis re vera iniuriam ei faciat in bonis extrinsecis, ex parte sua priuando honore debito vltimo fini, & supremo domino, creatori, gubernatori; & benefactori: sed qui bonorum nostrorum non indiget. Vnde cum D. Thomas 1. 2. q. 21 art. 4. cum obiecisset illud Iob 35. *Si peccaueris, quid ei nocet? Porro, si iuste egeris, quid donabis ei?* Ad primum ait, *quod per peccatum hominis Deo, secundum se, nihil potest accrescere, vel deperire. Sed tamen homo, quantum in se est, aliquid subtrahit Deo, vel ei exhibet, et seruatur, vel non seruatur ordinem quem Deus instituit.* Vbi vtrumque simul verificat, & quod actus nostri laudabiles, cum alijs requisitis, sunt meritorij apud Deum; & actus peccaminosi sunt ex se offensiui Dei; & tamen, quia intrinsicè non accrescit aliquid, nec deperit: ideo nec meritorij sunt in profectum Dei; nec offensiui obligant tã cito ac apud homines. Vnde & illo cap. 35. dicitur. *Si multiplicata fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra illum? Homini, qui est similis tibi, nocet impietas tua.*

31 Aliquis potest dari casus, in quo quis teneatur statim restituere honorem, & famam extrinsecam, quam sua culpa Deo abstulit: sicut docet S. Thomas 1. 2. q. 73. art. 3. ad 2. illis verbis. *Et tamen potest dici, quod & si Deo nullus possit nocere quantum ad eius substantiam: potest tamen nocementum attendere in his, quæ Deo sunt sicut extirpando fidem, violando sacra: quæ sunt peccata grauissima.* Vnde statim teneatur errores renouare, ne infamia, vel falsa existimatio de Deo crescat. Et contra, sæpè ex dilatione restitutionis honoris, vel pecuniæ inter homines, parum, vel nihil eius iniuria crescit: nec ex dilatione restituendi est rationabiliter inuitus: nec differens peccat ex alterius præsumpta voluntate. Quæ verissima sunt: nec opponuntur doctrinæ datae; quia, vt notant Suarez n. 12. & Nuño vbi supra, in his consideranda sunt, quæ sunt per se, & intrinsecæ; & discernenda ab his, quæ per accidens, & extrinsecus contringere possunt. Hominibus, per se loquendo, dilatio satisfactionis, vel restitutionis, est nocua: quia priuat bonis suis, sibi debitis & ideo, per se loquendo, rationabiliter inuoluntaria: licet per accidens rationabiliter aliquando sint circumstantiæ vt prudenter præsumatur voluntaria, vel in-

involuntaria. Deo autem, per se loquendo non crescit iniuria ex sola dilatione satisfactionis: quia ex nostra inordinatio ne, & auersione, nihil à Deo tollitur. Et ideo non habemus solidum fundamentum vt interpretemur, quod suo præcepto pro statim nos obliget: sed quando nostræ salutis spirituali necessarium est. Replacamus aliquas præoccupauimus q. 85 dub. 4.

§. IV. Alijs Argumentis occurratur.

13 Tertio arguitur à paritate de sumpta a minori ad maius: siquidem præcepto charitatis tenemur fraternæ correctione proximum à statu peccati, si possum, statim eripere, vt liberem ipsum à miseria peccati, in qua est ergo potiori ratione me ipsum. Quæ enim charitas vrgere potest vt statim subueniam proximo; at verò michi non subueniam? Remediū enim quod proximo teneor ministrare, potiori ratione mihi teneor assumere, cum est eadem tam grauis necessitas.

Duplici viâ solet responderi. Primo Cano ad 4. concedit antecedens, quod vbi correctio fieri potest nulla mea iactura, & multa fratris commoditate, quod non est licitum pro meo arbitratu correctionem fraternam in aliud tempus remittere, vbi expectetur, vel æqua commoditas, vel etiam maior. Negat tamen consequentiam, duas assignans disparitates: & quia bonorum spiritualium proximi mei custos sum, non dominus: id circo illum mos eripere teneor, & viuificare, si possum: me ipsum, non mox teneor, etiam si possum. Commoditas præterea ad corripiendum fratrem, non semper, & vbiq; parata est: id circo, quando se offert, lex præcipit vt eripiatur. Commoditas autem, eripiendi nos, omni tempore, & loco est impromptu. Quare noluit nos suauissimus legislator semper obligare quoties opportunitas adesset: ne nos innumeris peccatis inuolueret. Sequitur Nuño q. 3. art. 3. dub. 3. §. *Sed contra hoc.*

Facilius responderi solet Suarez disp. 15. sec. 5. a. n. 33. vsque 36. negando antecedens; quia opportunitas temporis non statim infert obligationem corripiendi; nisi illa opportunitas in aliquam transeat necessitatem: ex generali principio quod præceptum affirmatiuum non obligat ni-

si in articulo necessitatis. Vt enim ait Caietanus in Summa verbo *Correctio*. Est enim præceptum huius correctionis de præceptis charitatis, & eleemosynæ spiritualis: & ideo non quilibet venit corrigendus; *Sed indiget correctione; eleemosyna non nisi indigenti danda est.* Et S. Thomas 2. 2. q. 33. art. 2. ait. *Correctio autem fraternæ ordinatur ad fratris emendationem: & ideo hoc modo cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad istum finem, non autem ita quod quolibet loco vel tempore frater delinquens corrigatur.*

Correctio, quæ ordinatur ad impediendum continuationem, vel iterationem actualis peccati, indigentiam proximi habet præsentaneam: & ideo quodlibet opportunum tempus ad corripiendum, est etiam tempus necessitatis: quia supponitur proximus in nouo morali periculo grauissimi damni spiritualis. Quo ad hoc autem etiam æquiparatur obligatio hominis ad se ipsum: quia etiam teneatur statim, ac semper intetrumperere, & vitare actuale peccatum, & tollere morale periculum eius. Quando vero correctio proximi ordinatur solum ad remedium peccati commissi, tunc tantum obligat præceptum correctionis, seu admonitionis, quando imminet periculum mortis, vel noui peccati impenitentia. Et sic seruatur proportio inter correctionem proximi, & nostram conuersionem. Vnde in rigore falsum est teneri nos statim ad corripiendum proximum, vt penitentiam agat peccati commissi. Idem admittit Nuño vbi supra in secunda solut. Et late Vazquez q. 86. art. 2. dub. 5. Licet non multum consequenter n. 13. laudet Canonum in concessione antecedentis: & postea ipse à n. 19. vsque 22. omnino illud neget. Similiter eadem inconsequentia laborat Lugo disp. 7. sec. 11. siquidem n. 205. cum Cano, & Vazquez docet, quod correctio proximi data opportunitate, non potest amplius differri. Et tamen postea n. 215. omnino sequitur solutionem Suarez. & aliorum illam obligationem negantium: nam sicut ipse proximus non tenetur tunc ad penitentiam, sic nec ego ad eam procurandam: frustra enim ego tenerer admonendum eum, qui licite potest non acceptare monitionem meam. Bene tamen addit Auerfa q. 1. sec. 6. ad 6. quod si quis videret proximum in periculo moriendi in peccato quamvis absque noua culpa impenitentia, utpote imminente ei repentina nece, utique re-

neretur illum admonere pro salute animæ.

33. Quarto arguitur alijs paritatibus, similibus præceptis, quæ obligant statim & quam primum proponuntur: sicut quam primum homo peruenit ad usum rationis, tenetur ad Deum conuerti: quia ut ait D. Thomas 1. 2. q. 89. art. 6. ad 3. *Hoc est tempus pro quo obligatur ex Dei præcepto affirmatiuo, quo Dominus dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: Zacharia 1. De quo late egi to. 1. cap. 12 q. 3. §. 2.* Similiter homo obligatur credere, quam primum proponitur ei fides, ut sufficienter credibilis, ut cum communi Theologorum, diximus ibi cap. 7. q. 5. n. 14. Quod præcipue verificatur de hæreticis, qui fidem amiserunt. Ergo, qui amisit charitatem, tenebitur quam primum possit, eam recuperare per veram contritionem. Consequentia probatur, quia sicut est præceptum negatiuum nõ perdeni fidem, sic est etiam præceptum negatiuum non perdeni charitatem. Ergo sicut ex illo oritur obligatio recuperandi statim fidem amissam; sic ex hoc oritur obligatio recuperandi statim charitatem.

34. Respondet Lugo sec. 11. ad 8. a. n. 230. vsque 233. & tomo de Fide disp. 13. sec. 1. n. 23. quod maior est obligatio reuertendi statim ad fidem, quando contra alteram ex illis peccatur. In primis ex maiori necessitate fidei, quam dilectionis, aut poenitentia, ad mores componendos, & actiones humanas componendas. Secundo, quia fides est cultus quidam intellectualis, quo diuinam veritatem, & auctoritatem colimus. Sicut ergo non leuis esset irreuerentia, si Regi, vel Pontifici aliquid tibi asseueranti non crederes, sed suspensio interim iudicio, deliberationem, & assensum in aliud tempus differres: sic grauissima est irreuerentia, si Deo aliquid nobis asseueranti, postquam sufficienter nobis proposita est Dei loquutio, adhuc assensum suspendimus, & in aliud tempus reijcimus.

35. Istæ tamen differentia non videntur aptæ, Primo: quia charitas propinquius respicit vltimum finem, quam fides, & spes, ut explicat D. Thomas 1. ad Tim. lec. 2. Et quia per finem dirigimur in omnibus humanis actionibus, ideo quancumque charitas exit in actum, tunc fit ordinatio totius hominis, & omnium, quæ eum ordinant in finem vltimum, ut docet D. Thomas in 2. Sent.

dist. 40. q. vnica art. 5. ad 6. Vnde non minus est necessaria charitas, quam fides ad actiones humanas componendas. Vnde Boetius lib. 3. Topicorum cap. 1. adductus à D. Thoma 1. 2. q. 18. ar. 4. ait, quod *Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. & cuius finis malus est, ipsa quoque malum est.*

Præterea, ut docet D. August. in Enchi. cap. 3. *Deus colitur fide, spe, & charitate.* Cui hoc potissimum competit: quia, ut ait D. Thomas 2. 2. q. 81. art. 5. ad 1. virtus, quæ operatur circa finem, per imperium mouet virtutem, quæ operatur ea, quæ ordinantur in finem illum: & ideo potissime charitas suo imperio causat actum religionis. Nec minor apparet irreuerentia, quando memoria occurrit diuina bonitas, & quod ab ea sumus auersi per peccatum, ad eam non reuertitur per contritionem, & in aliud tempus differre ad eius redire amicitiam, & nolle pro tunc cum eo reconciliari, quam eius testimonio assensum non præbere. Imò maior est irreuerentia, quando per fidem de istis sumus certificati certitudine diuina, cui non potest subesse falsum: quam infidelis, qui non crepit illam esse Dei loquutionem, licet credere teneatur quando est sufficienter proposita.

36. Melius ergo respondetur, quod obligatio conuersionis ad vltimum finem humanæ vitæ in instanti prudenti, & morali primo vsu rationis, est quia tunc primo ei proponitur lex naturalis, & debet assumere rectum finem humanæ vitæ; ut ex illo fine recte dirigatur in actionibus sequentibus. Vnde tunc vrget necessitas obligationis illius positiui præcepti, ut loco citato diximus. Ex hac celebri doctrina D. Thomæ ait Suarez disp. 13. de Fide sec. 5. n. 6. quod si loquamur de homine in pueritia baptizato, ille cū peruenit ad ætatem adultam, tenetur etiam statim, moraliter semper loquendo, actum fidei exercere, ut se, & omnia sua possit in Deum ordinare.

Hoc non aliunde probatur nisi quia non potest commodius tempus assignari. Et quia illud est valde opportunum, & moraliter necessarium ad bonam institutionem vitæ christianæ. Si vero loquamur de homine adulto, qui antea nõ credebat, quam ei proponitur fides ut sufficienter credibilis, tenetur statim, & sine mora, vel dilatione, actum fidei exercere. Tum quia hoc debetur auctoritati Dei reuelantis, & moralis dilatio in illa oc-

casione, est quædam virtualis dubitatio & ad quandam duritiem cordis pertinere incipit. Tum etiam quia actus fidei tunc est necessarius, ut homo possit baptizari (vel si est hæreticus, Ecclesiæ reconciliari) & fieri membrum Ecclesiæ, & capax sacramentorum. Ad hoc autem tenetur homo statim ac moraliter potest: ut constat ex ipsa Christi institutione: & recte etiam vitæ directione in ordine ad suum finem. Eandem solutionem sequitur Coninch de Fide disp. 14. dub. 10. n. 207. Proponit 206. & 210. alias solutiones, quas examine non vacat.

Ex his tamen, quæ 3. p. q. 68. dub. 3. conc. 1. diximus de præcepto Baptismi, potest retorqueri paritas in contrarium: quia ut notatur ibi n. 11. & 12. D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. eodem modo discurre de Confessione, & Baptismo: quia vtrumque est necessitatis: & tamen neutrius præceptum obligat statim: Ergo idem debet dici de contritione.

37. Quinto obiicitur illud S. Greg. hom. 11. super Ezeq. *Peccatum, quod morè per poenitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Sed qui amat, seu se exponit periculo, peribit in illo, ut dicitur Ecclesiastici 3. ver. 27.* Ergo ex obligatione cauendi peccata mortalia, quæ grauissima est, nascitur obligatio statim poenitendi. Qui enim obligatur ad aliquid cauendū, æque obligatur ad fugiendum id cū quo illud aliud est necessario connexum.

Confirmatur nam qui est in peccato mortali, exponitur periculo damnationis æternæ, si ei superueniat subitanea & improuisa mors, ut sæpissime contingere videmus. Vnde peccat contra illud Christi Domini Luca 12. ver. 40. *Et vos estote perati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* De quo periculo recte S. Leo Papa epist. 69. ad Theodorum, nos admonet dicens. *Oportet unumquemque christianam conscientiam suam habere iudicium, ne conuerti ad Dominum de die in diem differat: nec satisfactionis suæ tempus in finem vitæ suæ constituat, quem periculose ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum se referret incertum.*

38. Respondet Cano ad 4. in fine, quod si quis periculum proximum, & certum in se videret incidendi in nouum peccatum mortale, nisi antiquum aboleret; teneretur tunc temporis poenitentiam agere. Quæmodum enim, qui ex assidua consuetudine iurandi, intelligit se in eo periculo constitutum ut facile exeat

in periurium, obligatur consuetudinem illam retractare, per quam in periculo deiciendi constituitur. Sic qui ex assuetudine peccandi cognoscit, se ad aliud, atque ad aliud peccatum trahi: nec tentationibus quotidianis, suæ ingenti periculo posse resistere, videtur proculdubio teneri ad illum statum deserendum. Hæc Cano. Et Valentia q. 8. punct. 4. conc. 6. Ioan. Medina q. 6. ad 1. & Auera q. 1. lec. 7. ver. Quarto. Non tamen quodlibet peccatum mortale commissum, affert infalibiliter hoc periculum proximum, & certum, cito in aliud mortale cadendi: quia ut ait D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 8. *Antequam hominis ratio, in qua est peccatum mortale, reparatur per gratiam iustificantiem, potest singula peccata mortalia vitare, & secundum aliquid tempus: quia non est necessesse, quod continuo peccet in actu. Sed quod diu maneat absque peccato mortali, esse nõ potest.* Vnde nec præceptum poenitendi obligat statim, sed nec diu differri potest. Sed quia incertum est quanto tempore quis in mortali existens possit esse sine periculo proximo, & certo in aliud mortale cadendi; ideo postea videbimus pro quo tempore inter necessitas contritionis? Sed loquendo de vno solo, vel altero mortali, verum est, quod ait Suarez sec. 5. n. 23. quod moraliter loquendo, non est tale hoc periculum, ut censetur proximum, ac morale, ita ut propter illud specialiter obligemur ad gratiam habituales procurandam.

39. Ad confirmationem respondetur, illud periculum non esse proximum, & certum, dum homo non est in mari, nec in prælio, nec laborat periculosa ægritudine: propter periculum remotum, & incertitudinem euentus, Deus optime confulit, & invitat, & patienter spectat ad poenitentiam, sed cõsilia, & vocationes diuinæ, quæ sunt absque præcepto, sine mortali peccato differri possunt vsque ad tempus necessitatis, sicut diximus de illis qui antiquitus differabant baptizari, & dicemus de illis, qui nolunt confiteri nisi tempore præcepto. Vnde Soto illo art. 6. §. *Et eode pacto, ait. Quod autem poenitentiam non differamus in quocumque tempore, consilium sonat, tempore autem imminenti periculi mortis, præceptum.*

40. Admonet etiam D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. ad 2. *Quod non est de necessitate salutis corporalis, quod statim medicum quæras, nisi quando necessitas curationis incumbit. Et similiter est de morbo spirituali.* DV.

DVBIUM TERTIVM.

Quando obliget contritionis præceptum.

§. I. Certæ præmittuntur & circa difficultatem varia referuntur sententia, & conclusio statuitur.

Non semel notavi id quod docuit D. Thomas loquendo de præcepto confessionis in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. quod aliquod præceptum obligat dupliciter. vno modo per se, & ratione sui, quia instat tempus motus specialis, & casus necessitatis implendi tale præceptum. Alio modo per accidens, & ratione alterius præcepti: quia illud per se obligat, & non potest homo implere, nisi sit contritus: unde mediate ad contritionem tenetur.

2 Certum est, id quod ibi docet D. Thomas, & communiter Theologi, quod in articulo, vel periculo mortis per se obligat præceptum contritionis. Tum quia, si Deo antea non est satisfactum pro iniuria in eum commissa, tunc instat tempus satisfaciendi: quia post mortem tempus fructuose satisfaciendi non restat. Similiter, si antea amicitiam non reconciliavit, saltem tunc eam reconciliationem cum Deo procurare tenetur. Deum obligatio charitatis propria salutis procurandæ præcipue tunc obligat, quia si impignrens moriatur, in æternum damnabitur.

3 Est vero difficultas, utrum ante mortis articulum per se obliget præceptum contritionis?

Omnino negat Vazq. 3. p. q. 86. ar. 2. dub. 6. n. 11. quia solum agnoscit hoc præceptum obligare ex virtute charitatis, qua cum Deo inimus amicitiam. Cum autem hoc sit præceptum affirmativum solum obligat in articulo necessitatis, & antea sufficit nihil facere dilectioni contrarium.

Partim cum ista sententia contemnit Suarez disp. 25. sec. 6. docens à n. 164. usque 19. hoc præceptum neque ex iu-

stitia ad Deum, neque ex charitate propria obligare ante articulum mortis. Refert D. Thomam, Durandum, & Caietanum, Adrianum, Medina, Soto, & Navarro. Qui quidem omnes dicunt in articulo mortis præceptum contritionis instare: sed nullus dicit, quod tunc tantum, ut male refert Suarez. Imò consulto D. Thomas apposuit ly præcipue, ut doceret hunc esse articulum principalis necessitatis, sed posse esse aliam necessitatem moralem, in qua ad probe vivendum instet contritionis necessitas.

Ratione sic arguit: nam si hoc præceptum non obligat statim, nulla videtur esse ratio designandi illud in toto de cursu vitæ usque ad articulum mortis: quia nulla est maior ratio designandi vnum tempus, quam aliud. Imò neque est ratio designandi aliquod, quia in nullo est vera necessitas. præceptum autem affirmativum tantum obligat pro articulo necessitatis. Neque ex sola dilatione penitentia est contemptus divini honoris: potest enim ex multis alijs causis, & ex sola fragilitate provenire: & quia apprehenditur contritio ut non necessaria nunc, & onerosa. Pericula autem nec proponuntur ut valde imminetia: nam potest semper sperare locum penitentia ex misericordia Dei.

4 Secundo docet Suarez n. 18. & 19. quod cum dilectionis Dei præceptum obliget ante mortis articulum, idem dicendum est de contritione, saltem ex necessitate ipsius dilectionis Dei: qui enim est in peccato mortali, & eorum habet memoriam, non potest Deum diligere, nisi conteratur. Ex quo infert, quod si aliquis in eo casu contritionem omittat, & dilectionem, non committit duo peccata; sed vnum contra charitatem; quia vnum tantum violat præceptum. Et licet duos actus omittat; tamen necessitas vnius solum est propter alium: vbi autem vnum est propter aliud, ibi moraliter est vnum tantum. Idem docet Bonacina to. 1. disp. 5. q. 5. sec. 1. puncto 2. n. 5. pro more confundes Auctores, eos, qui contrariam sententiam docet, pro ista referendo. Quam & sequuntur Villalobos parte 1. tr. 6. diff. 2. 1. n. 3. & alij.

Asserendum tamen contritionis præceptum per se obligare sæpè ante mortis articulum. Ita Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 6. conc. 4. & 6. docens, quod tenetur homo conteri, præter periculum mortis, illo etiam saltem tempore, quo metus esset ne peccata

sata oblivioni traderentur. Quod quidem per Ecclesiam ad singulos annos definitum est. Et §. Postremum, ait, quod quibus confitetur semel in anno, duplici peccato peccat, altero confessionis contritionis, & altero confessionis. Hoc tamen videtur probabiliter solum, & problematice proponere; siquidem post pauca subiungit dubitando. Imò vero forsava, quia in præcepto confessionis determinatur tempus contritionis, & vnicum censetur præceptum confessionis, & contritionis semel in anno: nisi quod si non potest perfecte impleri quoad confessionem, debet saltem impleri quoad contritionem. Hæc Soto, & Ioannes à Cruce q. 2. de Contr. dub. 5. cõca 2. Non arbitror loqui de præcepto Ecclesiastico: quia, ut recte ait Caietanus in summa verbo Contritio, in fine, & Suarez sec. 6. n. 13. si attritus suscipit sacramentum penitentia, & Eucharistia, satisfacit præcepto Ecclesiæ. Unde, qui propter impotentiam excusatur à confessione debito tempore, non tenetur, ex vi præcepti Ecclesiastici, ad habendam veram contritionem; imò nec ad attritionem: quia hæc non cadit sub præcepto nisi ut pars sacramenti. Si ergo loquatur de præcepto divino naturali contritionis obligante semel in anno, ad eum modum quo probabile diximus cap. 12. Theol. Mor. q. 3. n. 10. quod præceptum amoris Dei super omnia obligat ut exercitium actus charitatis ultra annum non differatur, erit probabilis; sed incerta determinatio obligationis contritionis: quatinus ex his certo constat Soto in principali conclusione convenire. Sicut & Cano parte 4. propos. 4. in fine.

5 Quam, & late docent Nuño in Ad. q. 2. art. 3. dub. 3. & Candidus to. 2. disp. 24. art. 16. conc. 5. Henriquez lib. 4. cap. 6. n. 6. Coninch disp. 3. dub. 3. n. 32. Lugo disp. 7. sec. 11. §. 2. a n. 234. male referens, Suarez n. 3. cum ibi proponat solum rationes dubitandi; & postea a n. 16. declararet propriam sententiam supra relatam. Hanc sequitur Aversa q. 1. sec. 7. Fillius to. 1. tract. 6. cap. 8. n. 208. & ut probabilis, Trullench lib. 4. cap. 5. dub. 2. n. 7. & alij.

Difficile tamen est determinare intra quantum tempus post commissum peccatum obliget contritionis præceptum. Trullench extendit ad septennium, vel quinquennium, sicut de Charitate dixerat lib. 1. in Decal. cap. 5. dub. 3. n. 5. Lugo autem n. 243. ait. Sicut autem charitatis præceptum violaret, qui Dei amorem ad

tres, aut quatuor annos differret, ut tandem fatetur Coninch disp. 24. de char. dub. 3. n. 53. Sic de obligatione penitentia fatendum esset, peccare proculdubio contra hoc præceptum speciale, qui ad id tempus penitentiam, & veniam petitionem differret. Aversa in fine sec. 7. fateri, quod ob maiorem necessitatem, quam peccatum assert, posset etiam hoc tempus magis coartari. Et pro diverso statu personarum, ac circumstantiarum, posset hoc tempus plus, aut minus contrahi.

Ut vidimus, Soto annualem ad minus obligationem agnoscit; sicut & Cano. Quos ex Scotistis novissime sequitur Delgadillo de penit. cap. 6. dub. 8. n. 15. Imò Nuño, & Candidus asserunt, quod, qui manet in peccato mortali per octo, & forte etiam per sex menses, tenetur se accusare de violatione huius præcepti.

6 In generali obligatio hæc colligitur ex illo ad Rom. 2. Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam, & impignrens cor, thesaurizas tibi iram. Vbi S. Thomas lec. 1. explicat, cor impignrens, quod ad penitentiam non flectitur eorum Deo patientia, & longanimitate. Hier. 8. Nullus est, qui agat penitentiam super peccato suo. Thesaurizas tibi iram, id est, multiplicas tibi reatum penæ Israhel. Thesaurizas tibi iram in novissimis diebus. Constat autem non multiplicari reatum penæ, non multiplicata culpa. Multiplicatur ergo culpa diu dilata penitentia, & contritio. Quare D. Hieronymus illud Psalmi 37. Patruerunt, & corrupta sunt cicatrice mea à facie inspicientie meae: dicit verificari quia volebam agere penitentiam.

7 Solet secundo probari ex Patribus sæpè, & acriter increpantibus eos, qui penitentiam reseruant usque ad finem vitæ: ut S. Cyprius lib. 4. epist. 2. alias 52. n. 6. cit. et a finem. S. Augustinus ser. 57. de tempore ait. Penitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma est: quæ autem à moriente petitur, tunc meo ne & ipsa moriatur. Quæ doctrina frequens est in Sancto Augustino, & alijs Patribus. Unde S. Bonav. to. 1. Opusculi Collat. de contemptu sæculi, in fine ait. Hoc teneo, hoc verum puto, quod ei non bonus finis est, cui semper fuerit mala vita. Quod sapiissime pie, & eleganter ponderat Ludovicus Granatensis, multis adductis Patrum, & Theologorum auctoritatibus, & rationibus. Et S. Greg. hom. 11. in illud Ezech. cap. 23. Si aversus iustitiam fuerit iniquitas eius, Peccator Deus dimittit eum.

peccat, et redeant: non redeuntibus vero etiam offendiculum ponit, ut grauius impingant. Grauiissima autem poena desertionis à Deo indicat grauitatem culpæ in nimia dilatione poenitentia. Et quamuis Scripturæ testimonia inefficacia reputet Lugo n. 273. quia possunt explicari de perseverare in affectu, & peccato actuali. Sed cum nullus Patrum ad istos solum sensum Scripturæ coarctet; negari non potest, quod cum magna probabilitate istæ auctoritates adducuntur, non ut conuincatur conclusionem esse de fide (id enim esset vanum cum catholici multi contrarium opinentur) sed ut appareat conformem esse doctrinæ Scripturæ, & Patrum, à quibus plusquam indicatur.

8 Rationes etiam plurimæ, quæ obijciebantur ad probandum præceptum contritionis obligare statim post commissum peccatum; licet id non conuincant; ostendunt obligationem grauem esse non diu differendi poenitentiam.

Auctores etiam grauiissimi, cum Soto, irrident eos, qui obligationem charitatis referunt in tempus mortis, ut vidimus illo cap. 12. Non minus autem est necessaria peccatori contritio, quam omnibus sit necessaria charitas: quia si amore ultimi finis est dirigenda vita ad consequentiam ultimi finis; qui ab hoc sine per peccatum mortale est auersus, per contritionem ad eum debet reuerti, ut ad eum consequendum possit tendere.

9 In assignanda peculiari ratione, & propria radice huius obligationis, non eadem via procedunt nostræ sententiæ Auctores. Lugo à numero 237. vsque 243. docet, quod duplex est obligatio ad contritionem, vna peculiaris ex debito reuerentiæ erga Deum, qui videtur contritum a peccatore differere per longum tempus veniæ petitionem.

Et hæc obligatio habet maiorem latitudinem; nec ita stricte obligat; quia nec est in via communicatio cum Deo ad mutuam colloquia: nec inuitat ad poenitentiam sub præcepto determinando tempus. Alia vero obligatio fere confunditur cum obligatione seruandi alia præcepta: quia est necessarium retractare peccatum commissum: quia absque eiusmodi retractione non potest homo diu seruare præcepta occurrentia, & mores iuxta honestatis regulas componere.

Et terminus huius obligationis

breuior est propter maximam hominis propensionem ad operandum iuxta finem, ad quem magis afficitur, & quem magis amat.

10 At vero Nuño, & Candidus, Auersa, & alij, ex omni illo triplici motiuo, scilicet assignato, deducunt hanc obligationem. Cum enim ex iustitia hominis erga Deum, teneatur peccator per contritionem Deo satisfacere contritione compensando iniuriam factam, videtur virtualis contemptus non curare exhibere satisfactionem, nisi pro tempore, quo infirmitate, & instantia mortis impeditur; & porius est tempus se præparandi ut rationem reddat ante tribunal Christi, cui cito adstabit, quam satisfaciendi pro culpis, quem commississe agnoscit.

Exponit tunc se periculo æternæ damnationis. Et in vita, qui diu permanet in mortali, est in proximo, & præsentaneo periculo in multa mortalia incidendi: quod continuus lapsus huiusmodi hominum in mille mortalia, aperte comprobatur.

Ergo qui diu differt agere poenitentiam, odio habet animam suam. Præceptum charitatis impleri nequit à memorie peccati commissi sine contritione ultimo disponente ad gratiam. Et vniuersaliter loquendo, quamuis omnia præcepta affirmatiua solam obligent tempore necessitatis; tamen iuxta communem Theologorum intelligentiam, hæc necessitas non est sola extrema; sed necessitas grauis ad vitam humanæ rectitudinem exacta, sufficit.

Vnde Petrus Soto lec. 13. de poenitentia. *Additur ultimo, circa finem ait. Nam illa tam recepta regula; præcepta affirmatiua non obligare, nisi in necessitate: Ut alias diximus, non de extrema necessitate accipienda est solum, sed cum occurrit casus, ubi recta ratio iudicat, vel iudicare debet, contra illam virtutem esse, si non fit eius actus.* Similiter Nuño Suarez & alij communiter.

Denique, quamuis difficillimum sit in præceptis virtutum Theologalium determinare quando in vita obligent, certum est sæpè obligare: pariter ergo fatendo non posse haberi certitudinem de mense, die, & hora obligationis; tamen absque dubio est asserendum sæpè in vita obligare; & sæpissime eius transgressione nouam incurrere culpam inueteratos peccatores.

11 Per hoc tamen non approbo, quod docet Nuño §. Pro cuius; quod quando hoc præceptum obligat ratione præcepti charitatis, non obligat per accidens, sed per se loquendo: quia hæc præcepta sunt coniuncta ex natura rei: nec potest adimpleri præceptum charitatis à peccatore non contrito.

Hoc tamen iam reiecit dub. 13. cum Cano, Petro Soto, Suarez & alijs. Quia poenitentia est virtus specialis à charitate essentialiter differens: & concomitantia, & connexio non facit identitatem. Diuersa vero præcepta ex diuersitate motiui distinguunt species peccatorum, ut diximus cap. 2. Theol. Mor. q. 3. §. 2. Argumenta prioris sententiæ ex probationibus nostræ soluta manent.

§. II. Quando contritionis præceptum obliget ratione alterius?

12 **S**ecundus casus obligationis; contritionis, cuius meminit D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. est *Sicut cum teneatur ad celebrandum, si desit copia Sacerdotis, saltem conteri tenetur, & habere propositum confitendi.* De obligatione præmittendi confessionem sacramentalem, ante sacram communionem, late egi 3. p. q. 80. dub. 6. & 7. ubi est proprius locus de illo puncto differendi: quia tamen, quando non habet confessarij copiam, est medium vnicum, ne indigne communicet, habere contritionem perfectam, vel existimare se illam habere cum fundamento prudenti: quia hæc est vltima dispositio ad gratiam, in qua debet existimare se esse, ne manducans indigne iudicium sibi manducet: si quidem panis ille mors est malis, vita bonis: ideo etiam, quoad hoc, pertinet hæc difficultas ad istum tractatum.

Hoc explicat Cano 4. parte relect. q. 2. post 4. conc. dicens. At vero articulus alius, qui addi solet, cum videlicet quis administrare voluerit aliquod sacramentum, vel quicumque actum exercere, qui requirat hominem existentem in gratia; accidentariam obligationem habet: nec à præcepto poenitentia oritur; sed à præcepto alio de digna sacramentorum, vel susceptione, vel administratione. Vnde de peccato quidem peccato sacrilegij, si ab impoente sacramentum, aut mini-

stretur, aut suscipiatur: non autem peccato omissionis aduersus poenitentia præceptum. Vnum, excipio Eucharistia sacramentum, quod qui in mortali sumit; duplex peccatum peccat: alterum sacrilegij in Eucharistia alterum omissionis in præceptum peculiare diuinum de præmittenda poenitentia Eucharistia sacramentorum: de quo in fine huius relectionis differemus. Vbi parte 5. folio 51. late probat de præmittenda confessione ante Eucharistiam, esse diuinum præceptum, quod per manus à Christo ad Apostolos, ab Apostolis ad nos venit.

13 Hanc doctrinam iam communiter Theologi recipiunt, quoad peculiare diuinum præceptum præmittendæ confessionis ante Eucharistiam, ut retulimus, & sequuti sumus illo dub. 6. §. 3. Et tamè merito quoad nouum peccatum contra præceptum poenitentia, exceptionem non admittunt. Vnde Soto dist. 17. q. 2. art. 6. §. Postremum, ait (cum retulisset esse nouum peccatum quoties quis Eucharistiam sine contritione suscipit) tamen si hoc postremum non ira facile concederem: quia quando præceptum per se contritionis non obligat nisi ratione Eucharistia sumenda, non est nisi vnum sacrilegium indignæ sumptionis Eucharistia. Quod sequuntur iam communiter omnes. Nec Thomista poterit negare, si legerit D. Thomam illa quæstiuncula quarta dicentem. *Sed ad confessionem actualiter faciendam, obligatur aliquis dupliciter. Vno modo per accidens, scilicet, quando ad aliquid tenetur quod non potest sine peccato facere nisi confessus: sicut si debeatur Eucharistiam percipere, ad quam nullus post peccatum mortale, nisi confessus accedere debet, copia Sacerdotis oblata, & necessitate non urgente.* Eadem autem ratio currit quoad hoc de præcepto confessionis, & contritionis, ut ipse D. Thomas initio indicat. Vtrumque ergo præceptum transgredi, vnum tantum est peccatum, quia vnum solum obligat per accidens: & ideo non est nisi vnum sacrilegium contra reuerentiam debitam sacramentali.

14 Tertius casus, maiori dubitationi obnoxius, est vtrum omnibus diebus festis teneamur habere contritionem?

Dubitat Scotus in 3. dist. 27. q. 1. §. *Quantum ad secundum*: nam loquendo de tempore, quo obligat diuinum præceptum amoris; ait. *Quando a utrum sit hoc? Fortè determinauit hoc illud præceptum diuinum Exodi 20. Sanctifica*

Sabbatum. Exodi 16. Et maneat unusquisque apud se, id est, recolligendo se, & ascendendo ad Deum suum.

Afferitur, nominatim loquendo de contritione; id docent Angelus verbo *Contritio*, & verbo *Festum* Marfilus in 4. q. 12. art. 1. parte 5. Ex Thomistis Taberna verbo *Charitas*, q. 20. Viguerius in *Inst. cap. 16. §. 4. ver. 11.* Fauet Petrus Soto *lec. 13. de poenit. §. Additur ultimo.* Sed tamen postea asserit, quod hoc admodum ad rem non pertinet disputare, sed solum scire, quod huius omissionem, non minus quam si nouum esset peccatum, est prioris aggrauatio; & loquitur *cum occurrat sanctificandus dies festus.*

15 Refertur etiam S. Antoninus 2. p. tit. 9. cap. 7. §. 4. pro quanto loquendo de his, quae fieri debent diebus festis, ait: *Et inter cetera, vacare debent homines occupationi, & contritioni peccatorum suorum, recogitantes, quae egerunt alijs diebus, in quibus fuerunt occupati; dicitur enim Leuitici 16. Sabbatum requietionis est, afflictis animas vestras, scilicet, per contritionem secundum Origenem.*

16 Sed quia ut ipse Sanctus vidit: *Si hoc verum esset hic sermo, & multi, praeferunt suum credere, & commune credere, damnarentur.* Ideo priora verba dicit considerando: & quantum ad praecipuum nouum obligans sub mortali, in fine §. sententiam negatiuam tenet: asseritque verba D. Thomae, qui 1. 2. q. 100. art. 9. ad 2. ait, *Quod intentio legislatoris est de duobus: de uno quidem ad quod intendit per praecipua legis inducere, & hoc est virtus. Aliud est de quo intendit praecipuum ferre: & hoc est, quod ducit, vel disponit ad virtutem, scilicet actus virtutis: non enim idem finis praecipui; & idem quo praecipuum datur: sicut neque in alijs rebus idem est finis, & quod est ad finem.* Et sic S. Archiepiscopus intellexit, & sequitur Syluester verbo *Dominica*, q. 6. conc. 1. dicens. Die festo vacandum est Deo specialiter, in Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Et hoc est finis huius praecipui: quo tamen non obitante, non peccat mortaliter, secundum Arch. qui toto festo solatiatur modo audiat Missam, & abstineat ab operibus seruilibus, sive manualibus: quia secundum S. Thomam 1. 2. q. 100. art. 9. ad 2. finis praecipui non cadit sub praecipuo. Haec Syluester: & alij Summistae ibi. Imo Theologi omnes, ut dicit Petrus Ledelma de poenit. cap. 9. con. 4.

Caletanus etiam verbo *Festorum violatio*, ait. Ex hoc autem quod solus exterior cultus cadit sub praecipuo, non continetur sub hoc praecipuo contritio peccatorum; nec vitatio aliorum peccatorum. Nominatim, ex professo priorem sententiam impugnat Cano in *Rel. de poen. parte 4. q. 2. propof. 3.* quia praecipuum de colendo Deo, quo festis diebus astringimur, opera religionis praecipuit. At poenitentia religionis opus non est; sed vindicationis. Item, ius humanum nullum est, aut euangelicum, quo hoc praecipuum asseratur. Proferant: & tacebimus. Lex autem antiqua cessauit. Lege vero naturae nihil eiusmodi praecipui, notius est, quam ut probandum sit. Haec ibi.

Et ad 5. ait. Sed quoniam ignoro unde ad hanc opinionem Doctores illi venerint, libere possum, quod non satis explorare praecipuum sit, & cognitum, sine vlla dubitatione negare. Nam sicut esse plures mundos, naturalis ratio negat, quoniam plures esse, ratio nulla naturalis probat. Sic peccati mortalis obligationem rationabilissime vbique negabimus, quoties idoneis argumentis non asseritur.

17 Quatuor rationibus idem probat Soto *dist. 17. q. 2. art. 6. conc. 3.* quarum tertia est: quia hoc esset nimium haec animos irritare: cum enim tam numerosus sit festorum aceruus, nimium populus praemeretur, si toties tam difficili subderetur mandato, ut legitime conteri teneretur: atque adeo omnes peccatorum fimbrias, & occasiones praescindere.

Doctum, Ecclesia diuinum explicando mandatum, satis duxit semel in anno homines ad poenitentiam compellere. Non ergo diuinum ius tam crebram exigit contritionem. *Ecclesia vero, quia de internis actibus non iudicat, contritionem per se non praecipit.* Haec Soto. Ex cuius verbis constat contritionis obligationem annualem neutiquam agnoscere ex Ecclesiae praecipuo, sed solum ut prudentem determinationem iuris diuini: unde legitime supra eius exposuimus mentem.

18 Argumentum contrarium diluit Cano concludens. Iam illud, quod ex Leuitico asseritur, nullius est momenti. Primum, quoniam lex vetus abolita est: nec nos obligat, nisi ea parte, qua legis naturae praecipua continebat. Deinde, quoniam lex de certo quodam die loquebatur, quod Festum Propitiationis erat: vbi

vbi sacerdos semel in anno peculiariter pro peccatis populi orationem fundebat ad Deum; atque hostias offerebat: ut quod nunc Ecclesia facit, semel in anno obligans ad poenitentiae sacramentum; tunc in veteri illo populo praesignaretur. Non erat autem lex, quae singulis festis, & Sabbathis hanc animi afflictionem praescriberet. Haec ibi.

Quae esse ex D. Thoma de sumptis constat: quia 1. 2. q. 102. art. 4. ad 10. in fine ait. *Per festum autem Expiationis significabatur emundatio a peccatis populi Christiani.* Praeterea 2. 2. q. 122. art. 4. ad 1. docet praecipuum de sanctificatione Sabbathi: *Fuisse ceremoniale, secundum moralem significationem, prout significat cessationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo. Et secundum hoc quodammodo est praecipuum generale.* Ideoque probat ibi Caletanus, quod praecipuum de sanctificatione Sabbathi ad litteram non est de interiori; sed de exteriori Dei cultu datum. Unde ex duobus capitibus (inquit Caletanus) excluditur phantasia dicentium, quod homo tenetur in die festo contritionem habere de peccatis, quae habet. Primo, ex hoc quod contritio est actus interior: praecipuum autem Decalogi est de cultu exteriori. Secundo, quia contritio est actus poenitentiae virtutis, praecipuum autem de sanctificatione festorum, est de actu religionis. Quod confirmatur ex illis verbis D. Thomae in corpore illius 4. art. dicentis. *Et quia ad interiorem cultum, qui consistit in oratione, & deuotione, magis inducitur homo ex interiori Spiritu Sancti instinctu, praecipuum legis dandum fuit de exteriori cultu secundum aliquod sensibile signum.* Si enim actus interior religionis, puta, deuotio, & oratio, non continetur sub hoc praecipuo, ut docet D. Thomas: multo minus continetur sub eodem praecipuo interiores actus aliarum virtutum, de quorum numero est contritio. *A veritate ergo longe errant dicentes sub praecipuo teneri hominem in die festo ad dolendum de peccatis, quae habet: aut ad orandum; aut ad quietem mentis in Deo.* Haec Caletanus. Sed de his satis multa, nam nostris temporibus dissentientem, vel dubitatem reperies neminem Theologorum. Unde recte inquit Suar. *disp. 1. §. 6. n. 11.* quod prior sententia falsa est, & sine fundamento.

19 Praeterea Petrus a Soto *lec. 13. de poenitentia §. Igitur*, sic ait. Additur, & quartus casus, in quo sub noui peccati

periculo poenitendum sit, cum scilicet Ecclesia, & populus christianus graui aliquo laborat periculo, sub aliquo videlicet ira Dei flagello. Tunc (inquit Adrianus, qui specialiter huius meminit in 4. q. 3. de confessione) cum teneantur omnes Dei iram placare, tenentur peccata sua, quibus illa prouocatur, auferre. Id quod certum est omnibus, maxime vero maioribus, & sanctioris status hominibus fore necessarium. Unde frequentissime per Prophetas Dominus increpat hunc defectum verae poenitentiae inter eius flagella. *Non est* (inquit Esaias cap. 64.) *qui inuocat nomen tuum: qui consurgat, & teneat te.* Et per Ezequielem cap. 13. *Non ascendistis* (clamat Deus) *de aduerso: nec opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini.* Multa sunt huiusmodi in Prophetis. Et censendus est etiam hic casus necessitatis, non propriae, sed communis totius Ecclesiae. Haec ibi. Imo id extendit ad necessitatem priuatam proximi, dum subiungit. *Nec est hic dubitandum idem etiam necessarium fore in necessitate proximi alienius, cum illa se nobis offert, vel ad nos pertinet: teneatur enim agere ad liberandum a graui periculo proximum, maxime spirituali, vbi orationibus opus est, & diuina gratia. Quae omnia per illum, qui in peccato est, fieri satis non possunt. Quare debemus ad Deum conari, ut in eius gratiam redeamus.* Haec Petrus a Soto: Priorumque partem, de instante populi necessitate grati, cui absque orationis feruore prouideri non posset, sequitur Nauarra in *Man. cap. 1. n. 27.* in fine. Nuis. in *Add. ad 3. p. q. 2. ar. 3. dub. 3.* in fine. Zer. de poenit. cap. 7. q. 24. Val. to. 4. *disp. 7. q. 3. punct. 4.* asserit. 6. qui loquitur de proprio poenitentiae praecipuo. Caterum Filiius. to. 1. tr. 6. cap. 2. n. 213. v. *Secundum.* Trullen. lib. 4. ca. 5. dub. 2. n. 1. in fine dicunt, quod si quis putaret se alia ratione non posse subuenire, nisi media contritione, teneretur tunc ex charitate, non autem ex praecipuo contritionis.

20 De doctrina ista sic iudicat Vazq. 3. p. q. 36. ar. 2. dub. 6. n. 6. dicens. Non video hanc sententiam ab aliquo impugnari. Sed mihi nimium rigida videtur: quia licet hoc daremus ex praecipuo orationis nos teneri Dominum orare pro populo. Tamen non video qua ratione teneamur orare ex charitate; & ita prius iustificari. Id tamen saluberrimum consilium esse nemo dubitat. Et licet tunc obligaret, non esset

ratione sui, sed ratione orationis.

At vero Suarez disp. 13. sec. 6. n. 9. asserit quod illa prior est sententia *satis pia, & probabilis*. Addit tamen quod *raro* obligabitur homo ad apprehendendum hoc medium tanquam necessarium, cum oratio videatur sufficere: quæ non tam nititur in iustitia orantis, quam in misericordia Dei, qui peccatores etiam exaudit. Præsertim, quia particularis persona semper potest presumere esse in communitate plures iustos, propter quos exaudiat Deus simul orantes peccatores. Posita vero aliqua huiusmodi obligatione, etiam tunc illa non oritur ex hoc præcepto penitentiae, sed ex charitate, qua tenemur patriam diligere, & bonum eius procurare. Hæc Suarez, & Bonacina q. 5. de penit. sec. 1. punct. 2. n. 6. Auerfa q. 1. sec. 7. ver. *Quinto*. Et ante hos omnes Corduba lib. 2. q. 2. Et professo Ludouicus Lopez 1. p. Instruct. cap. 16. per totum.

21. Perspicaciter tamen consideranti apparet in verbis relatis M. Petri à Sotore casus proponi. Primus quædo ex flagellis Dei non solum cognoscimus Deum specialiter vocare ad penitentiam, sed etiam iram Dei de peccatorum impenitentia specialiter prouocari. Et tunc currit moralis necessitas Dei per penitentiam placari. Et ideo si omittatur, est peccatum speciale impenitentiae, ut ratio Adriani probat. Vnde Deus conqueritur per Prophetam Esaiam 9. ver. 13. *Et populus non est reversus ad percussorem se*. Vbi recte Franciscus Forrerius ait. *Hic versus causam continet, quare Dominus ab ira non cessauerit, quia scilicet populus impenitens est, neque flagellis emendatur. Vultum non vertit ad percussorem, signum est indignati animi, & qui indignationem, quæ commoueri debuisset aduersus scelus admissum, contempnit contra flagellantem*. Hæc Forrerius, qui & videtur cap. 64. In alijs vero casibus de obligatione orandi pro Ecclesia, aut Reipublica calamitatibus magnis, vel obligatione liberandi proximum à periculis spiritualibus, vel temporalibus, satis probabilis videretur sententia Suarez: quia diximus cap. 20. Theol. Moralis q. 4. §. 5. orationes peccatorum posse esse infallibiliter impetratorias. Et in casu, quo præceptum obligaret, esset directe obligatio charitatis, & religionis, & solum indirecte, & per accidens obligatio penitentiae. Vnde transgressio vnium solum esset peccatum.

22. Quintus casus est, si occurrat vehementer tentatio, & occasio peccandi hic,

& nunc, ad quam vincendam ceseatur moraliter diuina gratia, & amicitia. Tribuit Suarez num. 7. Soto, & alijs. Et obseruat huc casum, per se loquendo, non esse mortalem: quia ad vincendam quamcumque tentationem auxilium gratiae excitantis, & adiuuantis sufficit. Et supposita tali occasione peccandi, tunc habere contritionem, est vincere illam, quia includit propositum non peccandi etiam in ea occasione: unde contritio non est medium, sed potius effectus talis auxilij. Et cum minori auxilio possit illa specialis tentatio superari, solum per negationem consensu, seu volitionem talis actus, seu obiecti.

23. In primis illam doctrinam in Soto ego non inuenio. Docuit tamen Cano ad 4. in fine. Late Nuño in Addit. q. 2. art. 3. dub. 3. fol. 313. Ioann. Medina q. 6. ad 2. Valentia assert. 6. Fillutius ro. 1. trac. 6. c. 2. n. 213. Bonacina to. 1. disp. 5. q. 5. sec. 1. punct. 2. n. 5. Trullench lib. 4. cap. 5. dub. 2. n. 11. Auerfa q. 1. sec. 7. ver. *Quarto*, & alijs. Probant autem Nuño, & Auerfa, non esse difficile moraliter occurrere casus huius obligationis: Tum propter rationem, & exemplum M. Cano, quia qui habet consuetudinem iurandi indifferenter prout occurrit: quia est in proximo periculo peccandi, tenetur consuetudinem interrumpere: quia est in proximo periculo peccandi, tenetur consuetudinem interrumpere: quia est in proximo periculo peccandi, tenetur consuetudinem interrumpere. Ergo qui ex consuetudine labendi in vnum, vel plura peccata specie distincta, certissime prauidet, vel prauide re tenetur se in alia lapsurum, contritione, vel confessione tenetur consuetudinem rumpere ne tam frequenter labatur. Tum quia licet, physice loquedo, possit homo alijs auxilijs, & medijs se iuuare ad continentium se à huius peccato: tamen maxime idoneum, & frequentissime occurrès, & de quo fideles instruuntur, contritio præteritorum, aut alia non committant. Quare dum homo intellexerit periculum proximum, quod facile potest agnoscere experientia, ita ut prudenter credat, vel credere debeat, se facile de nouo lapsurum, nisi hoc remedio sibi consulat, tunc obligabitur ad penitentiam. Fatentur tamen Nuño, & Auerfa, hanc obligationem non oriri proprie ex vi ipsius penitentiae, sed potius ex vi alterius virtutis, contra quam imminet peccandi periculum. Et quoad hoc vltimum conuenimus

cum Suarez, qui id late probat, num. 8.

DVBIVM QVARTVM.

Vtrum contritionis præceptum aliquando obliget iustificatum aliunde?

§. I. Prima difficultas circa dubium proponitur, & resolvitur.

1. Prior difficultas est de illo, qui cum attritione cognita, & agnoscens se non fuisse contritum, suscipit Sacramentum Baptismi, aut penitentiae, an ratione obligationis præcepti contritionis, teneatur formalem contritionem habere?

Affirmant Andreas Vega q. 13. de iustific. conc. 3. & lib. 13. in Trid. cap. 20. dicens: *Opportet quippe rescindere, & inuoluntaria facere, quæ dumsumus in peccato, male placuerunt. Et argumentum huius rei est, quod iustificati per Sacramentum Baptismi, vel Penitentiae cum solo dolore suorum peccatorum obiectum Inferni, tenentur potius de illis dolere, quia offensa fuerunt Deo: si hoc eis constaret, quod nunquam ea ratione de illis doluerunt*. Idem docent Ioann. Medina Cod. de penit. trac. 1. q. 2. ratione 4. Valentia q. 6. punct. 3. & punct. 4. assert. 6. Iambertus disp. 14. de penit. art. 11. nu. 5. Ioann. Morinus lib. 8. de administratione penit. cap. 4. male referens Victoriam in Summa n. 119. cum ibi id non habeatur. Asserit tamen Morinus, quod istius doctrinae fundamentum sexcentis, imò innumeris locis, iacere videret S. Augustinus. Sed operatorem ut proferret, non inuenit, nec sexcenta, sed vnum expressum testimonium: & statim subscriberemus: sed dum querit, & non inuenit, à communi schola non recedimus. Conqueritur tamen Morinus n. 8. quod hæc quæstio plane noua est, & omnibus Scholasticis iante hoc sæculum incognita, ut recte annotauit Alexander Pefantius. Melchior Canus primus hanc quæstionem exciuit, & cum propria formula proposuit. Nunc autem, & ab aliquot annis Scholas omnes peruasit.

2. Recte tamen Tertullian. de Anima cap. 28. *Neque veritas desiderat vestustatem, neque mendacium decuit nouillitatem*. Quod scholasticorum studio, & diligentia

noua in dies excitentur quæstiones, prouenit ex proprietate intellectus humani procedentis à cognitione confusa, & imperfecta, ad determinatam, & perfectam, prouenit ex varijs euentibus naturæ mutabilis; & mota quæstio, ut ait S. Augustinus, est dicendi occasio. Item, quia, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 1. art. 7. ad 3. oportuit, quod ab imperfectis ad perfectum procederet cognitio fidei in hominibus. Vnde laudandi, qui nouas inueniunt quæstiones, si utiles ad pietatem, si resolutæ attingendo veritatem. Et de ista est tota quæstio, de primo inuentore inanis diuagatio, lites generans, & non ædificationem. Quod iam diu reiecerat S. Gregorius Nazianzenus oratione in præsentia 130. Episcoporum, dicens: *Quousque audietur meus? Antiquus, & nouus? Ad rem ergo.*

3. Melchior Cano Relec. de penit. part. 4. q. 2. prop. 4. ait. Sed notandum est, quod cum Baptismus, & Sacramentum absolutionis attrito conferant gratiam; institutaq; fuerint directe hæc duo Sacramenta in remissionem omnium peccatorum: qui suscipit alterum ex his, siue contritus, siue attritus, verè implet præceptum de penitentia. Quoniam Deus nihil amplius exigit in compensationis iniuriam, & delicti commisi, quam vel contritionem sine Sacramento; vel attritionem cum Sacramento per se instituto in remissionem peccatorum. Hæc Cano. Idem, vel supponit, vel docet Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 2. ad 3. in fine, & ar. 3. in tertia ratione 6. conc. Lateque docet Petrus Ledesma de penit. cap. 9. conc. 4. in fine. Didaeus Nuño in Addit. 3. p. q. 2. art. 3. dub. 4. §. *Ex dictis*. Corduba lib. 1. q. 2. dub. 1. Vazquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 2. num. 11.

Item Suarez disp. 13. sec. 4. n. 13. dicens: *Ita sentire omnes qui putant Sacramentum Penitentiae iustificare est sola attritione cognita: quam opinionem nunc supponimus: & ex illa assertionem inferri, probatur: Primo, quia iam contritio non est medium necessarium: nam si esset præcessum, deberet per se loquendo in prima iustificatione adhiberi. Secundo, quia Sacramentum non remittit peccatum attrito in voto futuræ contritionis: potius Tridentinum docet aliquando remitti peccatum contritione in voto futuræ confessionis; non verò e contrario. Tertio ex institutione confessionis facta est velut commutatio quedam necessitatis contritionis cum omnibus ad illam requisitis: nam meritis Christi attritio con-*

coniuncta sacramento estimatur, & acceptatur per modum contritionis. Neque privilegium hoc debuit fieri cum tanto grauamine, vt relicta absolute obligatione contritionis: adiungeretur onus confessionis. Quarto, vere attritis supernaturaliter, confertur gratia, qua absolute remittitur Dei offensa, sed remissa simpliciter iniuria, & offensa, cessat obligatio iustitiæ satisfaciendi pro culpa; quamvis sapè maneat obligatio satisfaciendi pro poena, iuxta dicta q. 86. Ergo cessat specialis obligatio contritionis. Et ad hominem contra Valentiam, arguit Auerſa q. 1. sec. 9. quia ipse assignauit casus per se obligantes ad poenitentiam, non solum in articulo mortis, sed etiam quando necesse est ad vitandum aliquod peccatum: vel ad rogandum Deum in cõmuni calamitate populi. Constat autem ad hos casus omnino sufficere si peccator per confessionem redire studeat in Dei gratiam. Et ea accepta per sacramentum, verificatur de isto illud Eccles. 30. *Miserere anima tua placens Deo.* Item verificatur Dei amicitiam restauratam, & offensam remissam. Ex nullo ergo capite tenetur ad contritionem.

4 Probant autem Suarez n. 16. Nuño in fine dub. 4. Lugo disp. 7. sec. 12. n. 255 a quod homini iustificato attritione, & sacramento poenitentiae, etiam currit obligatio amoris Dei super omnia, (eo modo, quo explicuimus cap. 12. The. Mor.) quia hic actus amandi Deum non praecipitur primo, & per se propter satisfactionem pro peccato, aut propter iustificationem obrinendam. Sed homini etiam iustificato per se necessarius est propter debitam vnionem cum suo ultimo fine: Et ad vitam, omnemque aliam actionem moralem conuenienter instituendam, & ordinandam: ac propterea hæc obligatio non cessat in lege noua, iustificatione obrenta per poenitentiam. Sicut obligatio actuum virtutum theologialium nõ cessant iustificatione obrenta per Baptismũ receptam a puero, vel adulto.

§. II. Secunda difficultas proponitur.

5 **P**osterior difficultas procedit ex doctrina tradita q. 86. quod, qui immemor peccatorum suorum mortalium, diligit Deum super omnia, vere iustificatur, an cum postea peccatorum mortalium a se commissorum recordatur, teneatur præcepto speciali contritionis illorum peccatorum?

Negat Vazquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 2. n. 10. quia non habemus præceptum positium poenitentiae virtutis; sicut confessionis, quod obligat etiam post remissum peccatum: sed præceptum contritionis naturale est: & ad hunc rãtũ finem, & propter hanc rationem, & vt Deo reconciliemur, & vt bono nostrae animae prospiciamus. Si ergo iam iustificati sumus, & reconciliati Deo, non est cur amplius præceptum hoc esse dicamus. Sequitur Bonacina to. 1. disp. 5. q. 5. sec. 1. punct. 2. n. 2. ver. *Verum.* Lugo disp. 7. sec. 12. n. 256. Probans: quia siue obligatio ad poenitentiam oriatur ex eius necessitate ad seruanda alia præcepta; siue vt vitetur contemptus implicitus Dei, qui esset, si non retractaretur prior offensa; ex neutro capite restat necessitas; cum iam æquiualeat, & sufficienter retractata sit prior offensa per actum dilectionis Dei, quo homo nõ minus roboratur ad seruanda præcepta; nec minus retractat quod contra Deum fecerat: siquidem coniungit se affectiue super omnia cum Deo: & per consequens præfert Dei placitum omnibus: quæ est eminentissima retractatio.

6 Affirmatiua sententia, nempe, istũ obligari speciali præcepto mortui poenitentiae ad eliciendum formalem actũ contritionis, est cõmunis, & vera. In primis Cano relec. de poe. part. 4. q. 1. §. *Sed quis opus.* Ne ad inconueniẽs prioris sententiæ deduceretur, noluit admittere memoriam peccatorum elicientem actum dilectionis sine poenitentia iustificari: tam absurdum reputauit memorem peccatorum non obligari speciali præcepto poenitentiae. Sed quia nunc procedimus ex suppositione communis sententiæ, quod datur casus quod poenitentia eminenti iustificetur: & postea stante explicita memoria peccati inquirimus an sit obligatio formalis actus poenitentiae, & contritionis, melius citamus Veg. lib. 13. in Trid. cap. 20. Ioan. Med. illa q. 2. ratione 4. dicẽtẽ: Sit casus, quo peccator per dilectionem Dei, vel alium bonum motum acquirat gratiam, non prauia contritione peccatorũ, eo quod memoriae eius non occurrerint; occurrunt tamẽ postea: *ex sententia omnium* est illi necessarium de peccatis dolere; sicut & ea tẽpore debito confiteri. Idẽ docet Cordub. lib. 1. q. 15. ratione prima. Nec oppositũ docet q. 2. dub. 1. quia ibi solũ loquitur in casu primæ difficultatis, pro quo solo eũ Vazq. citat: quod nõ discernẽdo, male bon. Cordub. pro se refert.

7 Hanc

Dub. 4. Præceptum aliquando obliget iustificato aliunde. 597

7 Hanc sententiam docent Henríquez lib. 4. cap. 6. num. 5. & cap. 28. num. 4. Suarez disp. 15. sec. 4. num. 14. & sec. 1. num. 6. & disput. 4. sec. 6. num. 16. & disp. 9. sec. 1. num. 13. Ludouicus Lopez 1. par. Infr. c. 12. q. 5. Nuño in Addit. 3. p. q. 2. a. 3. dub. 4. in fine. Coninch disp. 3. dub. 4. Tãnerus disp. 6. de poenit. q. 6. dub. 3. Becanus cap. 35. de poenit. q. 7. num. 3. Layman lib. 5. trac. 6. cap. 2. Item Alexander Pelantius in Addit. q. 5. disp. 4. Nicolaus Ifambertus disp. 13. de poenit. art. 6. & 7. & disp. 14. art. 11. num. 6. Trullench lib. 4. cap. 5. dub. 2. num. 3. Auerſa q. 3. sec. 8. conc. 3. Nam ad remissionem peccati necesse est vt voluntas auertatur a peccato. Et, per se loquendo, poenitentia formalis, est medium necessarium, præceptum iure diuino naturali. Ergo si aliquo casu illa desit, cessante obliuione peccatorum, quæ poenitentiam formalem excusabat, currit obligatio formalis poenitentiae.

Secundo, diuersarum virtutum diuersa motiua formalia; in casu necessitatis, saltem moralis, inducit diuersorum præceptorum diuersam obligationem, vt sapè dictum est: sed motiuum formale charitatis est diuersum à motiuo formalis poenitentiae, & contritionis: ergo per hoc quod adimpletum sit, & satisfactum motiuo charitatis, non desinit obligare præceptum poenitentiae, & contritionis.

Tertio, ostendimus cap. 11. Theol. Mor. q. 1. §. 3. quod præceptum spei impleri non solet solo actu charitatis: quia virtutes imperatae charitate; & in eadem dicata, ab ea differunt, & earum actus specialibus præceptis præcipiuntur: & sicut ultra principia oportet deducere conclusiones, ultra charitatem oportet esse exercitia aliarum virtutum: & ita ultra præceptum charitatis impletum, currit obligatio præcepti poenitentiae, & ablato motiuo excusationis, eius omisso erit peccatum mortale.

Denique fallum est, quod vnicum motiuum præcepti poenitentiae sit obtinere iustificationem; sed etiam est Deo satisfacere; & voluntatem derectari illud, quod contra Dei voluntatem, sibi mala placuerat: ergo licet aliunde probabiliter cognoscat sibi restitula peccata, teneatur eorum, quæ commississe cognoscit habere contritionem.

Vnde Suarez illa disp. 15. sec. 4. n. 14. docet, quod est magna differentia inter remissionem peccati comparatam per

solum amorem sine vlla poenitentia formali; & comparatam per sacramentum cum attritione: nam illa prior non est dispositio per se sufficiens; nec formaliter continet satisfactionem Deo requisitam: & ideo per illam non fit remissio, nisi sub onere, & voto poenitentiae. Hæc vero est dispositio, & quasi satisfactio per se sufficiens ex institutione Christi, à quâ facta est veluti commutatio quædam necessitatis contritionis in necessitatem confessionis cum omnibus ad illam requisitis.

8 Ad argumentum Vazquez negamus antecedens, quod ipse non probat, & nos improbauimus.

Lugo insufficientem diuisionem fecit, omitens motiuum proprium, & peculiare, propter quod poenitentia differt ab alijs virtutibus; & ratione cuius de poenitentia, & contritione datur speciale præceptum. Vnde adhuc si demus vtrunque partem assumpti esse sufficienter probatam: negamus consequentiam: quia conclusio non inferitur, nec illo fundamento nostris rationibus responderetur.

§. III. Vltima difficultas exponitur, & resoluitur.

9 **R**estat tertia difficultas, vtrum ad minus in mortis articulo, qui mortalia confitetur cum sola attritione cognita, & sic ei absolutio sacramentalis impenditur, teneatur ad formalem contritionem, ne exponatur periculo aeternae damnationis?

De hoc puncto egimus to. 1. Theol. Mor. cap. 1. q. 3. §. 4. Sed quia alios Auctores legimus, qui ibi assertis non acquiescunt; ad doctrinam præsentis complementum, oportet iterum difficultatem per tractare. Ultra verba ibi relata Thomae Sanchez lib. 2. in Decalogum cap. 1. num. 6. Ipse lib. 1. in Decalogum, cap. 9. num. 34. ait: *Quod si poenitens in mortis esset articulo, atque habere posset contritionem, tunc esset mortale, & reciperet, & ei sacramentum poenitentiae cum sola attritione cognita ministrare, propter graue damnationis aeternae periculum, cui ille exponeretur, si forte hac sententia non esse vera. Cum in enim gratia Dei adiutus possit securam contritionis remedium assequi.* Sequitur Coninchi de Charitate disp. 24. n. 41. 51. & 52. Nec om.

omnino ab ea recedit de poenit. disp. 3. dub. 1. licet initio numeri 5. tres aliorum rationes rejiciat; sed tandem huic subscribit sententiam: unde non bene pro opposita cum referant Lugo, & alij. Paulus Comitulus lib. 1. quest. Mor. q. 32. licet non affirmet peccare villo euentu conferentem absolutionem cum sola attritio. ne cognita. Sequitur expressius Philippus Gamachæus to. 3. c. 8. de Poenit. probans nam iure diuino naturali tenetur homo diligentissime tunc sibi consulere; nihilque prætermittere ad salutis certitudinem, & securitatem expectas: quia etiã si agnoscamus Sacramentum Poenitentiae reuera facere ex attritis contritis; non tamen id omnino indubitatum, neque expressè ab Ecclesia diffinitum tanquam de fide; & ab alijs aliter explicatur. Præterea nemo de sua supernaturali attritione potest esse securus, quod habeat omnia, vt ei cum Sacramento iustificationis gratia conferatur. Ergo debet tunc conari ad veram contritionem, vt hoc modo attritio saltem euadat certior, & procurando perfectam poenitentiam, obtineatur saltem imperfectam.

10 Hæc adducens Ioannes Morinus de administrat. poenit. lib. 8. cap. 4. nu. 14. ait sane si quis depositus tantisper partiu studio rem vt est tranquillo animo consideret, id quod verissimum est, & maxime necessariũ animaduertet Gamachæũ consulere. Imò cõsulere id quod filijs parentes consulunt, magistri discipulis, amici amicis, vnicuique natura. Scitum est istud Græcorum prouerbum: *Summam cape, & medium consequeris. Qui vult aliquid mediocria, ad summa contendere debet.* Ergo debet conari ad contritionem, vt attritio saltem euadat certior.

Eo sane respexisse videtur Rituale Romanum, Pauli Quinti iussu editum, cum Confessorem iubet audita confessione, & perpensis peccatis, *Opportunas correptiones, ac monitiones, prout opus esse viderit, paternam charitatem adhibere; & ad dolorem, & contritionem efficacibus verbis adducere conari; atque ad vitam emendam, ac melius instituendam inducere, remediaque peccatorum tradere.* Ita plane vult Rituale cõfitentem supra debilem attritionis dispositionem à Sacerdote quantum efficaciter potest, euelli, & tolli, vt postea secure peccatorum absolutionem impertiat.

Denique, quia ex cap. *Ad audientiam,* & cap. *Significasti, de homicidio,* & cap. *Inuenis, de spons.* & ex S. August. lib. 1. con-

tra Donat. cap. 3. & lib. 50. hom. in 41. & de poen. dist. cap. 4. sumitur illa regula. *Te ne certum, & dimitte incertum.* Sicut etiã humanis exemplis ita debere fieri comprobatur. Finge tibi cum aliquo litē esse; vel te beneficium aliquod impetrare velite; tibi que in vtraque causa duas agendi rationes suggeri, vnam certissimam, alteram dubiam; iurisque prudentis tibi affirmare, hanc rationem si in eas procul omnino dubio causa vinces; illam vero si amplectaris, sub iudice lis est, quod euenturum sit, incertum. An de priore eligenda; licet posteriore sit multo difficilior, delirabis? Præsertim si de re agatur, quæ sit tibi maximi momenti. Eadem ratio de beneficio à Principe impetrando, si Aulicus aliquis eodem modo tecum agat. Itaque omnibus vltro, citroque versatis tutius videtur Sacerdotem Rituale Romanum sequi, & poenitentem ad contritionem efficacibus verbis conari adducere. Alij Auctores adducuntur: sed non loquuntur, vt nos, de præcepto cõtritionis, sed de præcepto charitatis, an obliget in mortis articulo? De quo Suarez disp. 1. sec. 4. à n. 17. vsque ad 20. Nuño in Addit. 3. p. q. 2. a. 3. diffic. 4. fol. 317. Nos illam obligationem iudicamus probabiliter adstrui ex præcepto charitatis: sed non certo, vt patuit illo cap. 1. q. 5. n. 15. & 16. Est ergo aunc difficultas de solo præcepto cõtritionis, de qua relata loquitur sententia.

11 Nihilominus certissimum iudico; etiam in articulo mortis, nec confessariũ ministrantem teneri exigere contritionem perfectam; nec poenitentem eam elicere, vt cum fructu absoluarur, & cum humana possibili securitate, ex hac vita decedat. Primo, quia hæc est Theologorum communis, vt multis relatis vbi supra ostendimus. Secundo, quia illo sententia, quod attritio cum Sacramento Poenitentia sufficit ad obtinendam remissionem peccatorum, non est nouella adinuentio modernorum; sed est receptissima sententia Theologorum antiquorum, quatuor locis tradita à D. Thoma; vt agentes de Baptismo diximus 3. p. q. 68. dub. 5. §. 4. n. 49, & 50. & dicemus modo q. 3. immediata agendo de contritione, & confessione; & post Concilium Tridentinum (quãuis aliqui obmurmurent) nemo est, qui ab ea recedere audeat. Huiusmodi doctrinas moraliter certas, in vita, & in morte, etiã circa Sacramenta, licite amplectimur: nec enim Deus hominem perit in operando sequi maiorem notitiam, quam humana; nec

nec nos debemus circa ea, quæ non sunt per se nota, nec nobis immediate diuinitus reuelata prudenter exposcere euidentiã naturalem, aut certitudinem fidei diuinã: alioquin præcepta diuina, & humana hominibus essent intolerabilia, & supra humanas vires; nõquã enim ita impleta essent, vt non deberet maior diligentia adhiberi, vt certius implerentur; & satisfaceret obligationi præcepti. Ergo valide, & licite, & secure, in mortis articulo (quantum est ex vi præcepti contritionis, de quo solo puncto nunc agimus) cõtritione cognita recepto poenitentia Sacramento, ex hac vita decedit.

12 Tertiam rationem indicat infimili D. Thomas in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. q. 2. ad 4. vbi docet *non iterandam absolutionem præcipue in eo, qui non habet aliquam causam dubitationis de presenti absolutione: ita enim poterit dubitare post secundam absolutionem, sicut post primam.*

Cuius rationis efficacia potest exponi duabus rationibus, quibus intentum probat Lugo disp. 7. sec. 13. n. 266. (& alij communiter, vt refert Auerfa q. 1. sec. 9. §. In hac re, & retulerat Coninch) quia si incertitudo remedij adhibiti pareret eam obligationem; daretur etiam obligatio repetendi sæpius actum cõtritionis in eo articulo. Probatur sequela; quia certius est attritionem cum Sacramento poenitentia sufficere ad iustificationem; quam sit primum actum cõtritionis, quem infirmus conatus est elicere, fuisse verum actum contritionis. Et licet vnã sit incertitudo iuris, alia facti; parum hoc refert; cum vtranque æqualem obligationem inducat in negotio salutis æternæ. Sicut nõ minus obligatur ad repetendum Baptismum sub conditione, qui dubitat de valore prioris Baptismi, propter opiniones diuersas circa sufficientiam talis materia; an aqua ex rosis, ver. g. sufficiat? (De quo egimus 3. p. q. 66. dub. 3. §. 2. & dub. 8. per septem §§.) quã qui dubitat an de facto fuerit aqua, vel vinũ, quod insulsum fuit? Debet ergo agrotus repetere iterum; & iterum cõtritionis actum: quis enim certo scit fuisse veram contritionem, quem habuit? Item, Quia si eã incertitudo sufficeret ad obligandum, sufficeret magis in certitudo vitæ, vt obligaretur peccator ad contritionem habendam; quã primam statim post peccatum: magis enim certum est attritionem cum Sacramento sufficere, quã hunc hominem non moriturum hoc mense, vel hac hebdomada;

vel etiã hac nocte. Imò teneretur statim confiteri: nõ minus certus manet de gratia recuperata extra Sacramentum, quã cum Sacramento: cum difficilior multo sit contritionem perfectam concipere, quã dolorem minus perfectum, qui cõ Sacramento sufficiat. Quæ tamẽ omnia nemo non videt esse contra communem fidelium sensum. Hæc ibi.

13 Similisque ratio formari potest ex in numeris opinionibus relatis his questionibus de contritione: quarum multæ plurimos, & graues habent Auctores; rationibusque non infirmis vtuntur; & tamen, si propter inuidentiam quodam nõs verã sententiam, ad alterius præxim sub peccato mortali agroti obligarentur ad repetendam contritionem cum omnibus illis conditionibus sub opinione cadentibus; cogeret infirmus desperare; & ad eas neque à cõfessario, nec ab alijs ad hoc obligatur; quia falsæ reputantur. Ergo sufficit quod in praxi moraliter ista certa iudicentur; vt infirmus ad amplius nõ obligetur.

14 Argumenta contraria tãto minoris momenti reputabuntur, quanto eorũ agnoscat Auctor. Qui agnosceret trãscribendo, quæ ex Hæretico Martino Kenitio in 2. p. Examinis fol. 963. refert Bellarminus lib. 2. de Poenit. cap. 10. *Impossibilis igitur est (inquit) sufficientia, & perfectio contritionis, & eius persuasio, vel factio Phariseos, vel desperabundos. Conscientia enim, qua nunquam potest certa esse de sufficientia, & perfectione contritionis; semper dubia, & incerta manebit de remissione peccatorum, & reconciliatione eũ Deo.* Hæc ille Hæreticus. Cui respondent Catholici 1. p. q. 23. a. 1. ad 4. cum D. Thoma ibi rationem assignante; cur non expediat quod sua prædestinatio reueletur omnibus? S. etiam Ambr. to. 2. lib. 3. de fide, c. 7. mirificam assignat causam; cõ Christus determinate non reuelauit animum, mentem, & horam iudicij? Itẽ 1. 2. q. 112. art. 5. probat D. Thomas neminem posse scite se habere gratiam? Seclula Dei reuelatione speciali, vt declarauit Trid. & explicuit D. Thomas ad 4.

15 Cõcedimus ergo in hac vita nõs non esse, nec de lege ordinaria (nisi per miraculũ) posse esse certos, nec naturaliter; nec supernaturaliter reuelata certitudine, nec de contritione; nec de attritione cum Sacramento vt conferre gratiam; quia nec sumus certi de intentione ministræ: & ideo quãdiu viatores sumus spes non

non haberet certitudinem ex parte nostra; licet eam habeat in communi ex reuelatis, quæ proponit fides, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 18. art. 4. Nec in via, nec quando sumus sani, nec quando sumus in vltima aegritudine, possumus scire, vtrum habeamus magnum illud perseverantia donum, quod possumus impetrare; & nequaquam de condigno mereri (ut ab opinionibus meriti de congruo abstinemus.) Ex quibus omnibus non solum cessant argumenta; sed manent contra eos retorta. Periculum melius vitatur perfectissima opera innita, & morte exercendo, possumus ad meliora exortari; sed de illis sæper exercendis, nec Apostolus *præceptum Domini habuit*; & ideo solum *consilium dedit*. Similiter Rituale, & Patres, & Theologi.

Reliqua, quæ in vltima probatione inducuntur, extra rem adducuntur: quia de illis his temporibus, non modo quaestiones, & dubia; sed & tractatus, & libri, & tomi plurimi prodierunt. Tomo 1. edito anno 1654. ante quatuordecim annos, cap. 1. q. 4. & 6. & 8. non paucam scripseram; postea, & Hispania, & Italia de probabilitate opinionum tot sunt disputata,



QVÆ;

ut si omnibus esset respondendum, noui tomi essent edendi. Forte alibi opportunius aliqua tangemus: non est cur hoc loco nouissime ea apponat Morinus.

18 Huic quaestioni finem damus, notando cum Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 6. circa finem, quod hic inter Additiones S. Thomæ ex quarto libro inepte adhibentur articuli, vtrum poenitentia per totam vitam durare debeat; & an debeat esse continua; quando quidem in 3. p. q. 84. art. 8. & 9. expresse illos tractauerit: quos perinde ibi exposuimus: vbi conclusimus poenitentiam peccatorum non nisi semel esse necessariam, vide ibi dub. 11. & 12. Quo circa, licet post remissa peccata, quando que sit salubris peccatorum detestatio, quandoque vero nocua, vel quia occasionem lasciuæ delectationis offert; vel aliorum adfert officiorum impedimentum; nunquam tamen est amplius necessaria.

Demum in fine articuli ait. Importuna quoque, & hoc loco ille articulus adijcitur ex lib. 4. S. Thomæ, de effectibus contritionis: quando quidem totam illam materiam locupletissime edisserit 3. p. q. 86. & 87. quas satis interpretati sumus,

QVÆSTIO III. DE CONTRITIONE, VT PARTE SACRAMENTI PÆNITENTIÆ.



Sapienter meminimus Decreti Eugenij Quarti in Concilio Florantino post vltimam Sessionem habetur tomi. 4. Conc. in fine, folio mihi 512. In quo dicitur. *Quartum Sacramentum est poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Cum de contritionis essentia, & necessitate disputatum sit; nunc agendum illa formaliter vt parte Sacramenti Poenitentia, vt postea de Confessione, & Satisfactione dicamus.*

DVBIVM PRIMVM.
Vtrum contritio sit pars essentialis Sacramenti Poenitentia?

§. I. *Qui arbitrantur quod sine contritione, & attritione, & cum complacentia peccati possit dari Sacramentum Poenitentia, referuntur.*

2 **E**ssē partem primam, & præcipuam, ostēdimus 3. p. q. 90. nūc inquirimus vtrum sit pars ita essentialis, vt sine contritione dari non possit poenitentia Sacramentum vllō modo?

Sunt qui arbitrentur sine contritione, & attritione; imò cum positua complacentia in peccato, posse dari Sacramentum validum; dummodo, integre omnia

peccata Sacerdoti cōfiteatur. Ita Bernardus Gannaco in impugnationibus Godofredi Quodlib. 5. q. 14. Cuius verba, & argumenta refert Capreolus in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. folio 213. & post eum Sorò, Nuffio, & alij: vnde mirandum est, quod Vazquez, Suarez, Leander, & alij possint Thomistis attribuire sententiam, quam omnes vt falsissimam, & improbabile referunt, vt postea videbimus.

3 Hanc sententiam, iam diu à Scholasticis Theologorum exultantem, imò à pia estimatione fidelium relegatam, reuocare ausi sunt, & practicandam proponere, tres recentiores, vel quatuor, videlicet Franciscus à S. Iuliano, Ordinis Discalceatorum SS. Trinitatis, quem ex eadem familia referunt, & sequuntur Christorus à S. Ioseph to. 1. receptarum opinionum, de secunda parte Sacram. poen. dub. 1. n. 8. fol. 360. pro se referens D. Thom. Victoriam, Ludouic. de S. Iuan, Alexandrum Pefantium, quos pro eadem sententia reculerat Leander. Sed quam fideliter; verbis Auctoris relatis comprobabimus. Sequitur tamen Ludouicus à Conceptione in Examine veritatis trac. 5. q. 2. n. 19. & n. 35. in fine. Parum tamen sibi cōstans, cum contrarium expresse teneat, nu. 14. Nec ad hanc paradoxam positionem introducendam, afferunt rationem aliquam; sed solum citationes Auctorum, quos non legerunt; nam si legissent, sibi non fauere vidissent.

4 Nouissime Delgado sacri Ordinis Minorum de poenit. cap. 10. dub. 8. n. 44. sic ait. Quarto statuo non esse improbabilem sententiam, quæ affirmat dari Sacramentum Poenitentia informe, cū quis scienter accederet sine dolore, cū modo integre confiteatur. Patet, quia sic defendit Richardus apud Vazq. q. 92. art. 2. nu. 6. Nec non & Caietanus, & Canus apud Suarez disp. 20. sec. 5. n. 4. quatenus dicunt, quod si poenitens confitetur de praua dispositione, quam habet, eo quod

Ecc vult

vult recipere Sacramentum cum defectu doloris; Sacerdos debet non absolueret: si tamen absoluat inique ex ignorantia, aut ex alio fine, dabitur sacramentum in forme, sed validum, pro quo modo philosophandi Vazquez ibi n.9. prater Caietanum, & Canum, citat Ledesmam, & Couarrubias. Et possent citari etiam Paludanus, D. Antoninus, & Sylvestr, iuxta dicta n.34. Igitur saltem propter principia extrinseca hæc sententia non est improbabilis.

5 Hinc infero non esse improbabile, id quod n.34. dicebatur, nempe forte posse de sacramento informi philosophari, sicut de baptismo (Confirmatione, Ordine, & Matrimonio.) Atque adeo, quod sicut datur verus Baptismus (quamvis sacrilegus) quando quis expresse vult recipere Sacramentum Baptismi (Confirmationis, Ordinis, & Matrimonij) ita recipit verum Sacramentum Poenitentiae (quãvis sacrilegum) qui sciens se accedere in dispositum, vult tamen recipere sacramentum penitentiae. Quæ paritas me omnino conuincit. Et post varias vias tentatas exponendi Tridentinum, tandem n. 47. inquit. Si autem nimia vis fiat in verbis Concilij dicentis, omnes tres actus penitentis (scilicet, contritionem, confessionem, satisfactionem) esse quasi materiã huius sacramenti, & partes illius. Respondetur, loqui de illis in ordine ad consistentiam sacramenti, & in ordine ad effectum sacramenti, copulative. Itaque quia vnus ex actibus penitentis (scilicet confessio) est omnino necessarius ad consistentiam sacramenti, omnes dicuntur necessarij quasi materia, & partes sacramenti. Sicut Marcus cap. 15. nu. 32. absolute dixit. *Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei: quamuis alias solus vnus ex latronibus id fecerit, vt testatur Lucas cap. 23. n. 39. dicens: vnus autem de latronibus blasphemabat eum.* Quare solum potest verificari, quod conuiciabantur in sensu diuino, id est, iste, aut ille; siue quia vnus illorum conuiciabatur, vterque dicitur conuiciari. Similiter ergo in presenti, quia vnus actus penitentis (scilicet, confessio) est ita necessarius ad consistentiam sacramenti, vt sine illo non possit sacramentum consistere; omnes eius actus dicuntur necessarij. Hæc Delgadillo. Qui & capit. 16. nu. 31. dicit esse indubitatam sententiam D. Thomæ in 4. dist. 17. q. 3. ar. 4. q. 1. cor. vt testatur Christophorus à S. Joseph. Idem repetit Delgadillo in

quæst. morali de frequentia confessionis n. 37.

6 Mirandum quod in re tanta nullum Auctorem viderit: quia omnes citat apud alios. Mouetur, & conuincitur paritate, quæ potius probat oppositum, cum in isto sacramento actus humani sint partes, & materia: secus vero in Baptismo, & Confirmatione. Tandem exponit Concilium, eo modo quo nullus excogitauit: quia recurrit ad tropos Reticæ: quibus non vtuntur Concilia: quia potius doctrinam Catholicam explicat clare, vt fideles possint intelligere, & practicare. Et eadem licentia, cum Concilia ad Sacramentum Poenitentiae requirunt tres actus penitentis, & absolutionem Sacerdotis, posset exponi diuine, & dicere, quod sine absolutione esset Sacramentum: & sicut saluat in sola absolutione, posset saluari in sola contritione: quia si solum est necessaria ista, vel illa pars, sicut sufficit confessio sine contritione, ita & contritio sine confessione.

7 Peior adhuc est secunda sententia, quæ non solum ad valorem, sed etiam ad percipiendum fructum, & effectum sacramenti, non requirit contritionem, aut attritionem, sed solum non ponere obicem, & habere efficacem voluntatem recipiendi sacramentum. Ita Scotus indicat, sed non clare exprimit: nam in 4. dist. 14. q. 4. §. *Quantum ad tertium articulum*, ita ait. *Sed tamen non habens talem actum, qui sufficiat ad meritum de congruo; sed tamen habens voluntatem suscipiendi sacramentum Ecclesie, & sine obice peccati mortalis actualiter sibi factum, vel in voluntate inhaerentis, recipit non ex merito, sed ex pacto diuino effectum istius sacramenti.* Hanc sententiam, ita vt verba dure sonent, defendit Almain in 4. dist. 14. q. 4. & Angelus, v. Confessio 1. n. 27. & Rosella, v. Confessio 1. §. 4. & alij

8 Alij tamen arbitrantur, de mente Scoti, ad valorem, & fructum sacramenti opus esse aliquam attritionem. Ita Nicolaus de Orbellis lib. 4. sent. q. 2. §. 4. Guillem. Vorriilo in 4. dist. 14. art. 1. & dist. 18. ad finem, ar. 2. Tartareus in reportatis ad q. 4 eiusdem dist. §. *Secundo arguitur*, Nicolaus de Nisse trac. 6. part. 3. Planeque hoc videtur ad mentem Scoti, qui post verba relata subiungit: *Vt sic parum attritus, etiam attritione, quæ non habet rationem merito ad remissionem peccati, volens tamen recipere Sacramentum Poenitentiae sicut dispensatur in Ecclesia, & sine obice, ad effectum, voluntate peccati mortalis, in actu ultimo in statu illius* pro-

prolationis verborum, in quo scilicet, est vis sacramenti istius, recipiat effectum sacramenti, scilicet gratiam poenitentialem. Tandemque concludit per Sacramentum Poenitentiae recuperari gratiam amissam: sed tamen per attritionem tanquam per præuiam dispositionem, & per contritionem tanquam per formam completiuam. Et in 4. dist. 19. q. 1. §. *Ad questionem motam*, ver. *Cocedo ista*, docet quod Sacramentum Poenitentiae potest digne recipi ab attrito: & hoc ita attritione, quod non sufficeret per modum meriti ad iustificationem suscipiendam in termino attritionis. Nullatenus ergo admittit Scotus Sacramentum Poenitentiae fructuosum posse recipi sine vlla prorsus attritione.

§. II. Oppositum statuitur pro conclusione.

2 **D**ico primo, contritio, vel perfecta, vel imperfecta, est pars essentialis sine qua non valet consistere essentia Sacramenti Poenitentiae. Ita expresse D. Thom. in 4. dist. 23. q. 1. art. 4. q. 2. in corp. dicens, quod *contritio est de essentia Sacramenti Poenitentiae.* Idem sumitur ex his quæ docet in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. ad 1. & 3. p. q. 84. a. 1. ad 1. & Opusc. 6. ad illa verba: *Sanctorum communionem.* D. Thomam vnanimiter sequuntur omnes Thomistæ; nullo quem viderim, dempto, & vidi non paucos, quorum verba oportet referre, quia relati Auctores non verentur oppositum eis imponere. Paludanus in 4. dist. 16. q. 4. ar. 2. ait: *Contritio est pars Sacramenti essentialis.* Quod probat, & explicat à n. 12. vlque ad 20. Expresse dist. 17. q. 8. conc. 1. n. 16. dicens: *Si intendebat implere præceptum, & sacramentum verè suscipere, quod Ecclesia dat; tamen nullam habebat poenitentiam de peccato: & tunc recepisset quidem verum baptismum, ordinem, & alia sacramenta: sed non poenitentiam: quia pars essentialis huius sacramenti, quod consistit in actu suscipientis, est actus interior: unde sine eo non est: sicut non esset sine exteriori. Sicut non esset matrimonium, si quis intenderet verum sacramentum suscipere: non tamen consentiret nisi in carnalem copulam, & ad tempus.* Non solum sententiam docet: sed à priori probat: & argumentum a paritate baptismi euidenter diluit. Hæc eadẽ verba Paludani refert, & sequitur Capreol. in 4. dist. 17. q. 2. ad 4. Durandi contra 2. fol. 212. col. 2. & expresse fol. 213. col. 1. & in fine totius quæst. Et fol. 216. col. 1. refert,

& impugnat primam sententiam, dicens esse falsam: quia licet ad veritatem sacramenti non requiratur inconsistente contritio: requiritur tamen aliqualis displicentia de peccatis, quæ confitetur, vel in generali, vel in speciali, vel in generali. Sequitur Archiep. Hispalensis ibi q. 2. art. 3. notab. 1.

9 Idem omnino docuit S. Anronin. 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 5. illis verbis: *Distinguendum est: aut nullam habet de peccato suo poenitentiam, aut aliquam? Si nullam, tunc poenitentia sacramentum non suscipit: quia pars essentialis sacramenti huius, quod consistit in actu suscipientis, est actus interior: unde sine eo non est.* Sylvest. v. Confessio 1. q. 22. n. 26. c. c. 2. ait: *Sacramentum omnino esse nullum, si intendit quidem suscipere sacramentum, sed non dololet de peccato; aut illud canere non vult, & hoc actu considerat.*

10 Expresse Caietanus in Summa, v. Confessio, conditione 12. & de Confessione iteranda ait: *Si totaliter defuerit contritio, esset sine dubio iteranda Confessio: quia nec confessio esset, sed confessionis simulatio, ubi totaliter contritio deficeret.* Idem habet to. 1. Opus. trac. 4. q. 1. & 5. q. 5. ad 2. sequitur Armilla, v. Confessio, n. 8. dicens: *Præmus casus reconfitendi ex parte confitentis est quando non habuit contritionem, nec attritionem de peccatis, vt quia non displicuit peccatum præteritum; vel non proposuit de futuro abstinere: quia hæc non est confessio, sed magis confessionis simulatio: & est perfecta contra formam sacramenti.* Hæc ibi. Quas latius proposuerat Caietanus.

11 Victoria in Summa de confessione n. 157. fol. 129. ait: *Si vero sit informis defectu contritionis: siquidem nullum dolorem habet, nec aduertit; dico quod talis confessio est nulla, pro inde iteranda.* Nec oppositum docet n. 163. fol. 134. quia ibi loquitur de præcepto Ecclesie: nunc loquimur de institutione exigunt Sacramenta. Hodie tamen, iuxta Decretum Alexandri VII. ad minus est scandalosum, quod qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfaciatur præcepto Ecclesie: de quo infra. Ipseque Victoria, in opere ab ipso immediate composito, relect. 1. de potestate Ecclesie, quæst. 2. num. 9. ait: *Si is, qui accedit ad Sacramentum Poenitentiae, scit, & aduertit se nullum habere dolorem peccatorum præteritorum, quamuis habeat propositum in futurum, non consequitur remissionem peccatorum: imò peccat mortaliter.*

Melchior Canus relect. de poenit. part. 5. in edit. Compluteni folio 40. sic
Ecce 2 ait:

ait: Colligitur tertio quod si peccator nullum dolorem habeat, nec contritionem, nec attritionem, talis confessio est repetenda: non enim est confessio, quæ est materia Sacramenti Pœnitentiæ, cum à nulla pœnitentiâ proficiatur. Imò vero, cum nec confessio quidem sit, sed pura confessionis simulatio, vt Capreolus distinet. 17. quæst. 2. & Durandus eadem distinet. quæst. 13. & Caietan. quæst. 5. Addit. & in Summa sua, & fere Auctores Scholastici tradiderunt. Hæc nulla indigent ponderatione; sed admiratione, quod Paludano, S. Antonino, & Sylvestro, & Victoris, Caietano, & Canotribuatur sententia tam clare, & expresse, & efficaciter ab eis impugnata.

12 Petrus Soto de Confessione, sec. 8. prop. 1. & 2. late ostendit, quod etiam solus defectus perfectæ contritionis, qui vel à pœnitente ipso, vel Sacerdote deprehenditur, nullam reddit confessionem, & merito, ac necessario repetendam.

Dominicus Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. conc. 4. sic ait: Vbi nulla prorsus est detestatio peccati, quæ aliquo modo saltem sit attritio, nulla est confessio, siue fictionem illam homo confiteatur, siue ignoret, putans satis se esse dispositum: talis enim est impœnitentium confessio. Conclusio est Capreoli, Durandi, & Caietani. Et ratio est, quia vbi nulla est contritionis scintilla, confessio ipsa non habet accusationis imaginem: sed est simplex quædam peccatorum narratio, & simulata accusatio. Sequuntur Martinus Ledesma 2. p. Quarti q. 8. art. 2. dub. 4. conc. 7. & dub. 1. & 2. Petrus Ledesma 1. part. Summæ trac. 4. de pœn. cap. 7. conc. 6. & cap. 16. conc. 2. dicens, quod in hoc conueniant, vel conuenire debent omnes Theologi. Bartholomæus Medina libr. 14. Summæ cap. 12. §. 2. Ioan. à Cruce de pœnit. q. 3. dub. 9. conc. 2.

13 Didacus Nuño in Addit. ad 3. p. q. 9. art. 1. dub. 1. folio 452. column. 2. ait: Si quis confiteretur sine omni dolore, vel sine omni diligentia, & inquisitione peccatorum, etiam si per inuisibilem ignorantiam homo excusetur ab omni peccato, Sacramentum esset nullum: sicut nullum est quando Sacerdos non habet iurisdictionem, vel intentionem absoluedi. Hæc est communis sententia, & communis sensus omnium fidelium. Et determinatas expresse in Concilio Trident. ses. 14. cap. 3. & 4. & 5. & can. 4. & 7. Vnde sequitur esse erroneam, & stultam sententiam cuiusdam Bernardi de Gerano (Garnaco est apud Capreolum, & Sotum, &

omnes alios) quem refert M. Soto ex Capreolo, qui dixit nullum esse necessarium dolorem de peccatis ad confessionem. Hæc Nuño, qui incensurando excessit.

Nostram doctrinam haberi in Tridentino, etiam dicit Vincentius Candidus disq. 24. art. 10. conc. 2. & 3. & Araujo 3. p. q. 84. art. 1. dub. vlt. per totum: & specialiter ad 5.

14 Extra Scholam D. Thomæ, Ioseph Angles in Floribus, q. de Confess. art. 7. diff. 4. conc. 1. ait: quando nullam pœnitens peccatorum dolorem, vel si habet, caret tamen proposito deserendi statim peccata, Confessio est omnino reiteranda. Communis est opinio, & oppositum erroneum. Hæc ille, qui eandem adhibet censuram, ac Nuño. Item Vazquez 3. part. quæst. 92. art. 2. dubio unico, num. 26. dicit, falsissimum asserere esse validum Sacramentum, si deficiat omnino dolor, quando est ignoratus defectus. Quando multo acriori censura inuret, quando esset cognitus.

Suarez disp. 20. de pœn. sec. 1. n. 2. relata sententia (quam attribuit Sylvestro) asserentem nullam formalem pœnitentiam requiri ad effectum Sacramenti, ait: Hæc vero sententia est improbabilis: & hoc tempore temeraria: nam præterquam quod repugnat omnibus alijs Theologis, & Doctoribus, vt referam, aperte videtur damnata in Concilio Trident. Hæc Suarez. Quem in omnibus sequitur Gránado contr. 7. trac. 3. disp. 3. sec. 1. n. 3. Quamvis Suar. loquatur de Sacramento cum fructu: siquidem de solum valido, agit sec. 3. Gránado vero extendit etiam ad Sacramentum informe. Sed quavis in sensu, quo loquitur Suarez, eius censura probem: non video quomodo censura foret solum vt temerarium id quod aperte damnatum est in Concilio: ista enim hæretica sunt, vel erronea: sufficit dicam implicite damnari. Nec possum laudare fidelitatem in Auctoribus referendis: nã Sylvestro, eodem loco ab ipso relato: nã per verbo, Confessio 1. q. 2. initio q. n. 24. expresse requirit attritionem, vt virtute eluium peccator iustificetur: quia iuxta S. Thomam Quodlib. 4. art. 10. fit de attrito contritus. In fine aut. quæstionis, post relata verba Scoti, tand. n. 25. cõcludit: Qui aut. nullam omnino habet displicentiam, etiam virtualit. vel voluntatem cauendi; sed actu vult nõ cauere: si confiteretur, & petit absolui, mortaliiter peccat, propter irreuerentiam Sacramenti, & annulationem, quantum in se est: de quo §. sequenti (nempe q. 22.) secus si quis

quis intendit suscipere Sacramentum hoc vt doleat, secundum mentem Scoti, vel saltem, ferat si est attritus. Hæc ibi. Ergo clarius, quam Scotus, attritionem requirit. Et immediate, q. 22. conc. 2. dicit Sacramentum omnino esse nullum, si non dolet de peccato. Ergo non solum ad Sacramentum cum effectu, & fructu, sed etiam ad Sacramentum validum, & informe, requirit Sylvester dolorem, seu attritionem. In nullo ergo Sylvester in hoc puncto recedit à communi doctrina, quam ipse cum Paludano, & S. Antonino docuerat.

15 Præterea Lugo disp. 14. de pœnit. sec. 1. n. 4. priorem sententiam dicit esse contra præxim totius Ecclesiæ: quia omnes fatentur Confessionem factam absque vilo prorsus dolore, præsertim cognito tunc ipso defectu doloris à pœnitente, vel etiam eo aduertente, confessionem illam esse sacrilegam: omnes (inquit) fatentur, repetendam omnino esse illam confessionem. Similiter vt certissimam, & communitatem omnium, hanc partem docet Leander trac. 5. disp. 5. q. 66. & disp. 7. q. 2. & 23. Bonacina disp. 5. q. 3. punct. 2. n. 4. Auersa q. 11. sec. 1. docet interiorem pœnitentiã requiri ad substantiam Sacramenti, colligi ex Concilio Tridentino ses. 14. cap. 4. Estque communis Doctorum, & fidelium sensus. Et Thomas Hurtado variarum resol. to. 2. trac. vlt. ref. 10. nõ admittit priorem sententiam esse probabilem post Concilium Tridentinum. Vnde non mirum, quod non audeam ab omni censura immunem iudicare, cum absque vrgenti fundamento, in re graui, ad mores attinente, & ab antiquis determinata, opponatur communi Theolog. hoc indubitatum affirmantium.

16 Rationes plures in relatis Auctoribus inueniuntur. Prima, & à priori, est institutio Christi, quæ in Concilio, & à Theologis est explicata: quia ex illa sola à priori innotescunt partes essentielles physicæ Sacramentorum. Sicut ergo deficiente ablutione aquæ, nõ est baptismus, quia ex Christi institutione aqua est materia remota, & ablutio materia proxima: & deficiente olei vñctione, nõ est extrema vñctionis Sacramentum: & sic de alijs. Ita, cū ex Christi institutione, explicata in Concilio Flor. & Trid. confessio dolorosa, seu accusatio detestatiua peccati sit pars essentialis physica Sacramenti Pœnitentiæ, deficiente omni dolore, deficit, seu est omnino nullum Sacramentum.

17 Dices, Concilia solum docere has

tres esse partes: & possunt intelligi de partibus integrantibus, sicut nos diximus de satisfactione, de qua æqualiter cum contritione, & confessione Concilia loquuntur. Non ergo ex Concilijs habetur esse partes essentielles: Respondetur ex ipso modo loquendi Conciliorum differentiã haberi: nam loquendo de contritione, & confessione, nullam limitationem apponunt: loquenda vero de satisfactione, inquit Florentinum. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium Sacerdotis.

Quod & late explicat Conc. Trid. ses. 14. cap. 8. Licet ergo propositum satisfaciendi sit de essentia Sacramenti: tam actualis satisfactio solū est necessaria, eo modo quo Sacerdos iudicauerit imponenda: & cū non sit regulariter tunc, sed postea explenda, constat non esse ita necessariam, sicut ea, quibus perficitur Sacramentum. Deinde, sicut Sacramentum non est sine forma, ita nec potest esse sine materia: deficiente attritione, narratio peccatorum, non est confessio pœnitentis vt pœnitens est: & est formæ contraria: Vterius, quod sola hac via auctoritatis possunt à priori probari requisita ad Sacramentum, aperte Trid. iudicat cap. 3. illis verbis: Qui quis tenus impœnitentem ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione, & qui-runtur, hac ratione pœnitentiæ partes detentur. Et in fine cap. 4. docet Concilium. Quæ ob rem falso quidam calumniantur Catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, absque bono motu suscipientium gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. Quæ pro sequenti cõclusionem sunt notanda verba. Secundo, vbi nulla est pœnitentia, non est Sacramentum Pœnitentiæ, vt ipsæ voces indicant. Vbi nullus est dolor, nulla detestatio, vel nulla displicentia peccati, nulla est peccati pœnitentia: Ergo nullum est Sacramentum Pœnitentiæ omni dolore deficiente.

18 Tertio, vbi confessio pœnitentis, vt pœnitens est, deficit, omnino non est materia Sacramenti Pœnitentiæ: quia nec potest Sacerdos absolueri nisi confitentem sua peccata formaliter, vel æquialenter. Sed qui nullum habet dolorem, non confitetur sua peccata, licet ea historice narret: quia si se accusaret non intendaciter, os concordari cordi, & vere de illis dolet. Ergo deficiente omni dolore non datur validum Sacramentum Pœnitentiæ.

19 Quarto, est ratio D. Tho. 3. p. q. 84. art. 1. ad 1. & allibi sæpè: hæc est differentiã

inter pœnitentiã, & matrimonium ex vna parte, & reliqua Sacramenta ex alia, quod illa habent pro materia aliquam rem corporalem exterius adhibitam ex diuina institutione ad conferendam gratiam: sed in istis duobus Sacramentis ipsi actus humanifunt loco materiæ. Sed si vnus contrahentium interius nollet contrahere, quamvis exterius exprimeret consensum, non esset validum matrimonium. Similiter si Sacerdos serio nollet absoluere, quamvis proferet formam, nõ esset Sacramentum. Pariterque si pœnitens nollet recipere, Sacramentum esset nullum. Ergo si non vult dolere, nec pœnitere, non recipit validum Sacramentum Pœnitentiæ.

Quæ omnia confirmantur paritate iam insinuata: nam Concilium Tridentinum ses. 14. cap. 3. & 4. æqualitèr docet ex diuina institutione esse partes huius Sacramenti Contritionem, ac Confessionem. Sed sine vlla Confessione non est validum Sacramentum; sicut nec valet sine absolutione. Ergo sine villo dolore non valet Sacramentum Pœnitentiæ.

20 Respondet auctoritati Concilij, (nam rationum, nec meminit quidem) Delgado cap. 10. dub. 8. num. 46. quod cum inter Catholicos extent opiniones circa necessitatem doloris, & satisfactionis ad consistentiam Sacramenti Pœnitentiæ; nulla autem sit circa necessitatem confessionis; sed omnes vno ore proclament, saltem confessionem ex parte pœnitentis, & absolutionem ex parte Sacerdotis esse adeo necessarias ad consistentiam Sacramenti Pœnitentiæ, vt qualibet illarum deficiente, Sacramentum consistere non possit: fit plane vt relinquatur nobis locus ad diuersimode loquendum de dolore, & satisfactione ex vna parte, atque de Confessione ex alia, quantum ad necessitatem illarum pro consistentia Sacramenti Pœnitentiæ. Postea num. 47. respondet Concilium loqui de illis partibus in ordine ad consistentiam Sacramenti diuisiue; & in ordine ad effectum Sacramenti copulatiue, vt iam supra retulimus.

21 Cæterum nimia est licentiã, plus à vero deuians, quam principale assertum, multis de causis. Primo, quia circa verba formæ etiam sunt opiniones: & sunt qui dicant scripto, & nutibus posse proferri. Scotistæque ne-

gant fuisse à Christo determinata: & vtrum sufficiat deprecatio, vel requiratur indicatiua absolutio, antiqui, & recentiores disputant. Cui obijcitur auctoritas diuina Cencilij Vniuersalis in Spiritu Sancto legitime congregati, non illi debent opponi opiniones hominum: sed sincere examinare verba Cencilij: & quæ illi non concordauerint, deinceps non erunt opiniones, sed errores, vel hæreses.

Secundo circa confessionem etiam sunt sexcentæ opiniones, vt videbimus: & tamen non illico pronunciamus sine illa consistere Sacramentum.

Tertio ex quo verbo, vel ratione Cencilij colligit quod de Sacramento valido loquatur diuisiue, & de fructuoso copulatiue? Vnde qua facilitate dicitur, negatur. Imò ad negandum est fundamentum quod loquatur de Sacramento habente effectum, vt constat ex illis verbis, cap. 3. *Ad plenam, & perfectam peccatorum remissionem*: nam de Sacramento informi disputatio est Theologorum, non extat autem definitio Conciliorum.

22 Quarto illam opinionem Theologorum extare, ipse non potest iudicare: quia in nullo id legit, nec eum citat. Sicut autem alij non bene referunt: ita ipse leuiter credidit volens paradoxam opinionem tenere, solum duorum recentissimorum fretus auctoritate.

Sed adhuc si isti pauci id teneant, poterit eorum auctoritas omnium aliorum auctoritati præponderare? Præcipue non respondendo Concilij Tridentini auctoritati? Optime in simili Diu. Thomas Opusculo 22. de forma absolutionis, contra quandam negantem, quod Sacerdos debeat vt hac forma: *Ego te absoluo*: & inducentem pro se sic sensisse quosdam antiquos, & famulos magistros.

Respondet S. Thomas cap. 2. ad 4. quod de illis, quod ita senserunt non constat. Sed etsi ita senserunt, nunquid eorum opinio præiudicare poterit verbis Domini, dicentis Petro: *Quodcumque solueris*: Nunquid etiam si nunc viverent, præiudicare possent communi sententiæ Magistrorum Parisius regentium, qui contrarium sentiunt? Quod argumentum à fortiori nunc vrget: quia ostendimus antiquos, & modernos omnes classicos Doctores oppositum reijcere, & plures etiam censurare. Tandè ad rem sunt verba D. Thomæ

illo Opusc. 22. cap. 4. in fine dicentis. *Sex to obijciunt ad hoc auctoritatem M. Guillelmi Auerni. Qui an hoc dixerit nescio. Sed scio eum non fuisse tanta auctoritatis, vt eius dicto standum sit in tanta re.* Et quod amplius est Sanctissimus Alexander Septimus in Decreto anni 1665. damnat vt scandalosam illam 27. propositionem: *Si liber sit alicuius iniuriosus, & moderni, debet opinio censi probabilis.* De quo alibi.

23 Peiusimum vero, & intolerabile est quod tandem Delgado respondet: quia si per tropos, & figuras Rethoricæ Conciliorum decreta sic relaxamus, & peruertimus, nihil firmum in dogmatibus definiendis, & in moribus informandis, ex Concilijs poterit deduci. In hacque ipsa causa, eadem admissa expositione, poterit defendi, quod Sacramentum pœnitentiæ cum fructu de quo loquitur Concilium iam diximus, & ipse etiam probat n. 31. ex Canone 4. illis verbis: *Si quis negauerit ad integram peccatorum remissionem, requiri tres actus in pœnitente*, potest consistere diuisiue cum contritione, vel confessione: & ita cum vno actu pœnitentis verificabuntur verba Cencilij; sicut ipse existimat exponendum. Qui tamen esset intolerabilis error: & tamen constat Concilium explicite loqui de Sacramento habente effectum remissionis peccatorum. Secundo etiam sequitur etiam posse matrimonium esse validum solo vno contritente, alio consorte dissentiente. Tertio, cum omnia Sacramenta dicuntur à Concilio Florentino, & Tridentino, tribus perfici, rebus, & verbis, & ministro; posset quis exponere, quod quia ex tribus vnum est necessarium diuisiue, tria dicuntur necessaria. Quod tamen ad minus, esset erroneum.

24 Omnes ergo catholici debent respondere, in Sacris Scripturis, sicut in sermonibus, & loquutionibus humanis, licite, & conuenienter vsurpari modos loquendi rethoricos; qui nullatenus sunt in vsu, nec admitti possunt in Canonibus Conciliorum, nec in Scholis Theologorum, nec in Cathedris fidelium: quia hæc tria sunt ad veritates declarandas, & practicandas: quod sine inuolueris debet esse, ne error subrepat, & vitia sub specie virtutis, & eius nomine occultentur. Quod notamus supponendo cum D. Augustino lib. 3. de consensu Euangelicæ cap. 16. & S. Ambrosio in cap. 23. Lucæ, & cum alijs, Euangelistam Marcum plu-

ralem numerum pro singulari posuisse: iuxta phrasim Apostoli ad Hebræos 11. Cæterum Theophilactus, adductus in Catena aurea D. Thomæ, Marci 15. lit. E, ait. *Vel duo à principio conuiciabantur ei: deinde vnus cognoscens ipsum innocentem, increpat alterum blasphemantem.* Et S. Ambrosius Lucæ 23. dicit. *Fortasse, & iste prius conuiciatus est: sed repente conuersus est.* Idem dicit Victor Antiochenus, cuius verba sunt in Glossa ordinaria Marci 15. Verba que Theophylacti sunt in eadem Glossa Lucæ 23. Estque expositio S. Hieronymi, S. Chrysostomi, S. Cyrilli Hier. Catet. 13. & S. Hilarij can. 33. in Math. Et eam vltimo loco ponit S. Thomas 3. p. q. 46. art. 11. ad 3. propter auctoritatem S. Hieronymi. sed non præfert alteri: quia dixerat esse S. Augustini.

25 Rectè tamen Caiet. Luc. 23. v. 29. priorem expositionem alijs præfert his argumentis: ait namque: Vt nihil deesset etiam à latronibus crucifixis blasphematur. Vbi aduertit à Mathæo, & Marco in numero plurali dici crucifixos latrones conuiciatos esse Iesu: Lucas autem vnum eorum dicit blasphemasse. Vnde certum non est, an prius vterque blasphemauerit Iesum, & postea alter pœnitens increpauerit alterum impœnitentem: An (quod potius crediderim) tam Mathæus, quam Marcus numero plurali vnus fuerit pro singulari. Hoc enim magis consonat narratæ à Luca increpationi, quæ exercuit in alterum, dicendo: *Næque tu timeas Deum*: hæc namque verba sonant non pœnitentem conuictij proprii: sed increpantem alterum, quod nec ipse timeat Deum; sed simul cum alijs insultet Iesu. Quod & amplius manifestatur, (subiungendo quod nos iuste patimur, digna factis recipiendo: & non accusat se, quod conuictum aliquod dixerit in Iesum. Hæc Caietanus.

Et Cornelius Ianfenius Episcopus Gandauensis in concordia cap. 163. ait, quod hæc sententia est probabilior, vt per synecdochem, aut, vt Augustinus habet, per anallagem; vt Hieronymus verò, per syllepsin, numerus multitudinis pro singulari sit positus, & pro vno latrone, pluraliter latrones blasphemasse dicantur. Sicut & Lucas pluraliter dicit milites obrulisse acetum, cum ex alijs constat vnū ex eis id fecisse. Alia Scripturæ exempla ex S. Augustino, & S. Ambrosio, refert, & sequitur Ioannes Maldonatus Matthæi 27. ver. 44. sed de his alibi opportunus;

& tunc plusquam erat necessarium: quia nulla expositio dicit aliquid quod illi recentiori vel remotissime faueat.

26 Ex dictis tamen sequitur, quod qui existimat se habere contritionem, vel attritionem, sed reuera ea non habet, nullum recipit poenitentiae sacramentum; siquidem consistentia sacramentorum non est ex sola nostra apprehensione sed in reali existentia, & unione materiae, & formae illorum, prout a Christo Domino sunt instituta. Sicut si quis existimaret se ablucere infantulum aqua naturali, & cum intentione baptizandi verba proferreret: sed reuera esset alius liquor, sed non aqua; quamuis deceptio posset excusare a peccato; si esset error inuincibilis; non tamen esset validum sacramentum; quia deficit aqua naturalis, quam solum pro materia Christus instituit: ut diximus 3. p. q. 66. Similiter cum deceptio, vel errore, aut negligentia, aut minus circumscripta attentione sacerdotis, vel ministro roni, sola aqua apponitur in Calice consecrando; non perficitur validum sacramentum, aut sacrificium cum vino solum existimato: & ideo in Rubricis Missalis praecipitur verum vinum apponi, & consecrari: de quo egi 2. p. q. 74. & 83. vbi S. Thomas art. 6. ad 4. & in 4. dist. 11. in littera exposit, refert modum repetendi, quem docuit Innocentius Tertius, qui modo in Rituali Pauli Quinti practicanus proponitur. Universaliterque in omni toto naturali, & artificiali deficiente materia, non est totum, quod est compositum ex materia, & forma. Deficiente ergo dolore, parte essentiali, materiali poenitentiae in veritate non est sacramentum.

37 Nec inuenio Theologum dissentientem: quamuis enim Leander tract. 5. dist. 5. q. 67. pro sententia negante esse repetendam necessario confessionem factam cum attritione solum existimata, referat Victoriam, Nauarrum, Henriquez, Granados, & Bonacinam. Sed tamen nullus eorum id docet, sed solum asserunt, quod quando reuera adest attritio naturalis, vel supernaturalis, quae in re non est sufficiens ad fructum sacramenti: & poenitens putat sufficientem; reuera non iustificatur; sed solum recipit sacramentum informe: quia in rei veritate partes sacramenti appositae, non omitendo illam imperfectam attritionem, ex qua mouetur ad confessionem: & tamen sacerdos ab

solutione non iustificatur: quia insufficienter se disposuit, & ideo non recipit effectum sacramenti: & amplius exigitur ad recipiendum effectum, quam solum ad recipiendum sacramentum. Hanc autem esse mentem horum Auctorum, sola eorum lectione erit manifestum: vnde non opus est sigillatim eorum verba referre.

§. III. Non ponere obicem noui peccati cum voluntate confitendi, non sufficit ad validum sacramentum.

28 **D**ico secundo, non ponere obicem noui peccati, & habere voluntatem confitendi, non sufficit ad validum sacramentum: & multominus ad obtinendum effectum sacramenti. Prior pars est aequae communis, & certa ac praecedens conclusio. Oppositum secundae partis ut temerariam damnat Suarez, ut iam retulimus. Et antea Petrus Soto de de Confes. lec. 3. dixerat. Primo hanc sententiam suspectam reddit patronorum raritas: nam vix est aliquis aliorum Doctorum, qui eam audeat asserere. Deinde, Neque Scriptura, neque Patribus consona; nec animarum saluti, & sobria doctrina conuenit. Ostendit maxime praesentes hereticos verbum illud sine bono motu mentis peccatum remitti adulto. Et infra. Longe itaque esse debet a catholico sensu illa sententia, quae gignit etiam persuasionem nimiam remittentem animos in contritione, dum qualitercumque suscipiatur sacramentum, putatur sufficere: & praebet haereticis magnam ansam calumniandi catholicos. Nec omitendum quod haec sententia non solum nihil plus tribuit Evangelio, & Sacramentis nouae legis; sed potius detrahit multum. Quia constituit Evangelicae legis iustitiam, & sacramentorum virtutem in rebus externis distaxat, sine vero cordis motu. Parum itaque refert constituere iustitiam, & munditiam cordis in lotionem aquae lustrationis Iudaicae; vel aquae Baptismatis: modo solum illius susceptione, sine vera cordis mutatione credatur vera obtineri iustitia. Erit igitur haec iustitia pharisaica. Nam si fingamus esse hominem aliquem longiori vitae tempore sacramentis poenitentiae, & Eucharistiae participantem; numquam vero corde, & affectu animi quicquam mutatum, aut

aut proficientem; illum non solum saluari, iuxta praedictam sententiam: sed neque cum paruo gratiae diuinae augmento credendum est. Quo nihil potest dici pharisaica iustitia similius. Haec & alia ibi.

Possumusque ad hoc intentum ponderari verba Concilij Tridentini ses. 14. cap. 4. in fine, iam supra relata, vbi docet quod *Ecclēsia catholica nunquam docuit, aut sensit sacramenta in poenitentia gratiam conferre absque bono motu suscipientium.* Ergo ultra voluntatem suscipiendi, non sufficit non apponere peccatum: sed debet apponi contritio perfecta, vel imperfecta, supernaturalis: quia praemiserat esse donum Dei, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem in habitantis, sed tantum mouentis, quo poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Quare non video quomodo post Tridentinum oppositum catholice sustineri possit.

29 Priorem partem specialiter probant Suarez disp. 20. sec. 4. n. 28. Bonacina disp. 5. q. 3. puncto 2. n. 6. Candidus disp. 24. art. 10. conc. 3. Quia Concilia, & Theologi non quamlibet peccati displicentiam assignant pro parte huius sacramenti: sed contritionem, vel perfectam, quae charitate formatur, vel imperfectam, quae est attritio. Voluntas autem efficax confitendi solet esse sine vera attritione, & affectum peccati praeteriti non excludit: imò & compatitur cum positua complacentia peccati: cum quae etiam solet componi aliquis illius displicentia. Ergo haec, dum non pertingit ad veram attritionem, non sufficit ad valorem sacramenti.

30 Sed inquires, an sufficiat dolor, qui ab aliquibus dicitur virtualis, quando quis dolet se non habere dolorem?

Respondet Paludanus in 4. dist. 17. q. 1. ar. 5. n. 29. in fine, dicens. Sed hoc a poenitente requiratur, si poenitet. Et si dolor eius insufficientis est: an vellet dolorem sufficientem habere: & si non habet, hoc ipsum sibi displicet. Et hoc sufficit, secundum illud Psalmi 118. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas.* Et secundum illud Marci 9. *Aliqua in credulitate meam.* Idem sequitur Nauarrus in Manuali cap. 1. n. 1. & 6. afferens illud Syluestri verbo *contritio q. 1. Qui manulit morti, quam peccare, contritus est.* Denique n. 18. dicit, quod haec doctrina non parum consolationis secum affert: & est communis apud S. Thomam, & S. Bonauenturam, & omnes Theologos. Quod adhuc

iterum probat cap. 10. n. 4. Et Saâ verbo *Contritio*, n. 5. Et Emanuel Rodriguez to. 1. Summae cap. 50.

31 Ceterum hoc merito impugnat Vazquez 3. p. q. 92. art. 1. dub. 3. n. 6. dicens. Hoc etiam mihi non probatur: quia reuera sicut aliud est velle amare aliquem, aut desiderare amare illum, & illum amare sic etiam, aliud est dolere, quod non doleam de peccatis, & dolere de illis. Vnde si dispositio necessaria est dolor ipse de peccatis, sequitur non satis esse dolere, quod non doleam, si reuera non doleo de peccatis. Est tamen valde notandum, quod saepissime decipiuntur poenitentes, existimantes se non habere dolorem de peccatis: sed ita existimant se illum non habere: quia non experiuntur in sensu dolore: qui tamen necessarius non est: vnde caute sunt examinandi. Hoc vltimum docuerat Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. post tertiam conclus. ut iam supra retulimus, & omnes recentiores sequuntur, ut videri potest Trullench lib. 4. cap. 5. dub. 5. n. 14.

32 Principale assertum probat Candidus disp. 24. art. 12. dub. 4. quia huiusmodi dolor non est attritio peccatorum; sed dolor carentiae attritionis: sed ad sacramentum poenitentiae suscipiendum, requiritur vera attritio: Ergo non sufficit habere dolorem, quod non doleat. Idem tenent alij octo Auctores, quos refert, & sequitur Leander tract. 5. disp. 7. q. 11. Sed quia ibi cum Llanas 2. p. cap. 2. §. 4. folio 248. dicit oppositam sententiam indignam esse tam doctis, & pijs viris. Animaduertere debent, quod praecipui Auctores, qui sunt Paludanus, & Nauarrus in rei veritate non recedunt ab hac communi, & verissima sententia: quia licet in modo loquendi discrepent, nunquam admittunt sine attritione dari validum sacramentum; sed quia attritio est imperfecta, dolent non habere perfectam contritionem.

33 Quod patet ex Nauarro in vltima editione cap. 1. n. 16. vbi sibi obijcit: Poenitere; ac dolere, quod aliquid non habeam, non est illud habere: sicut nec dolere eo quod non communicauerim, est communicare: nec perinde valet, ut ipse probat in cap. *Quid paras*, de consecrat. dist. 2. post Ioannem Turrecremata, contra Glossam ibi. Neque animo discredari eo quod non sim confessus. est confiteri: sicut nec velle arborem concendere, est ipsam conscendere, ut ait Glossa. l. In-

uidentis. Cod. de contrahenda emptione.
Cui obiectioni responderet. Dicimus itaque reuera poenitere quia eo quod non habeat contritionem, non esse illam habere (saltem formaliter) neque penitere me, quod non valeo poenitere, quantum mihi expedit ad contritionem habendam, sufficit ad ipsam habendam: nisi alias iam ipsam habeam. Sufficere tamen ad credendum me habere iustam attritionem, quo possum à confessorio absolui, & à Deo veniam obtinere, media sacramentali absolutione. Quia, & dici posset, esto talis dolor non sit contritio formalis: desiderium tamen habendi eam, adiuncto iusto dolore, quo dolet se non posse peruenire ad contritionis perfectionem (saltem virtualiter) esse ipsam contritionem in voluntate partis intellective sita, fomento Dei auxiliij, bona desideria fouentis, etiam si pars sensitiva recalcitraret. Hæc ibi Nauarrus.

Pariter Paludanus loquitur de illo, qui habet veram attritionem, & dolet, quod non pertingit ad perfectionem contritionis, sicut ille, qui petebat à Domino vt eius adiuuaret incredulitatem, ante cum lacrymis præmiserat: *Credo Domine.* Iam ergo credebat, & vt Dominus eius augeter fidem, petebat.

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrum ad obtinendam remissionem peccatorum in sacramento poenitentiae, requiratur perfecta contritio?

§. I. Primus modus dicendi refertur.

Per aliud extremum, ediametro oppositum relatis sententijs, Magister sententiarum in 4. dist. 18. arbitratus est in sacramento poenitentiae peccata non remitti, nisi præcedente contritione cordis, quo remissa sint quoad culpam.

Affert verba S. Hieronymi in cap. 16. Matthæi, inter alia dicentis. *Cum apud Deum, non sententia Sacerdotum, sed reorū q̄ita quaratur;*

Celebris est ad intentum locus D. Gregorij hom. 26. in Euangelia, dicentis. *Causæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi, atque soluendi potestates exercendæ. Videndum est, quæ culpa præcessit, aut quæ sit poenitentia sequuta post culpam, vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos Pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio præsentis cum æterni arbitrium sequitur iudici.* Quæ verba non solum habent auctoritatem à Magistro Ecclesiæ Doctore, Summo Pontifice, & viro sanctissimo; sed etiam quia quasi in axioma transferunt approbatum à sanctis, & Doctores, qui post eam scripserunt. Nempe à S. Eligio hom. 11. S. Beda in libro inscripto scintillæ, seu loci communes cap. 74. & in Com. in cap. 11. Ioannis. S. Anselmo in Matthæi 16. Paschasio Ratberto lib. 8. in Matth. Haymo Episcopo Halbertantensi hom. in octaua Paschæ. Hugone de S. Victore lib. 2. de Sacramētis cap. 14. & lib. 1. cap. 26. Richardo de S. Victore de potestate ligandi cap. 17. Et à Cencilio Aquiligranensi celebrato anno 816. cap. 37. Quæ refert Ioannes Morinus lib. 1. de administratione poenitentiae cap. 6. Et cap. 17. n. 7. affert verba S. Patiani in fine epistolæ primæ ad Synphronianum dicentis. *Scio frater hæc ipsam poenitentiam veniam, non passim omnibus dari; nec antequam, aut interpretatio diuina voluntatis, aut forsitan visitatio fuerit, relaxari.* Capite autem 18. initio ait, quod eadem fuit omnium prope antiquorum sententia; quam etiam multi posteriores, postquam ab ijs inuarias sententias itum est, ambabus veluti manibus amplexi, & pro viribus tutati sunt. Item libro 8. cap. 2. n. 11. ait. Hæc Magistri sententia principatum in Scholis centum fere annis sola obtinuit.

2. Alicuius etiam clatus in Catena aurea Ioannis 11. ait. *Christus ergo suscitabat, quia interior per se ipsum viuificat, soluant discipuli, quia per ministerium sacerdotum absoluantur viuificati.* Quod clarius late prosequitur Iodocus Clitroueus lib. 7. in Ioannem cap. 23. qui additus est inter alios libros S. Cyrilli in Ioannem.

Inter Scholasticos docuit Antistiodorensis 4. lib. Summa tract. 6. cap. 3. q. 14. & 2. & Alexander Alensis 4. p. q. 21. membro 1. & membro 2. art. 1. & 2. alias q. 80. membro 1. S. Bonaventura in 4. dist. 18. prima parte dist. art. 2. q. 1. & 2. Et illius temporis soli isti tres reperiuntur Auctores; vnde non est verum quod sæculo illo

sola sententia Magistrum principatum obtinuerit.

Postea sequuti sunt OKam in 4. q. 9. art. 4. ad 1. Grabel in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. not. 2. & dist. 18. q. 1. art. 2. Marsilius in 4. q. 12. art. 2. in secunda illius parte dubi incidenti. Maior dist. 14. q. 2. & dist. 18. q. 1. Thomas de Argentina in 4. dist. 18. art. 3. Abulensis in Defensorio 1. p. cap. 6. Ioannes de Medina Cod. de poenit. tract. 2. q. de effectu absolutionis sacramentalis folio 95. & 96. denique Franciscus Syluius in Addit. ad 3. p. q. 1. art. 3. dicens, eam solum attritionem sufficere cum Sacramento, quæ includit etiam dilectionem Dei super omnia; licet debilem, & imperfectam quam asserit cum sacramento sufficere. Imò & sine sacramento, quando eius susceptionem excludit necessitas.

3. Totum fundamentum, præter relatas auctoritates, est quia Concilia Florentinum, & Tridentinum pro prima parte sacramenti poenitentiae assignant contritionem; & diximus Concilia intelligenda de parte essentiali: Ergo, qui caret contritione, non accedit dignus vt absolua-

§. II. Duo alij modi dicendi referuntur.

4. Arbitrantur alij attritionem supernaturali attritione recte accedere ad confessionem, & absolutionem: hanc tamen virtute diuina causare in fine verum actum contritionis, & gratiam remissionem peccatorum. Ita docuit Henricus Quodlibeto 1. q. 32. circa finem. Capreolus in 4. dist. 17. q. vlt. art. 3. in fine Caietanus 3. p. q. 84. art. 1. circa finem, vbi ait. Et rursus concurrat Deus ex parte sacramenti, ordinando sacramentales actus exteriores ad interiorum poenitentiam, dum vtitur sacramento ipso ad excitandum, & perficiendo, facit de attritione contritum, dum mediante sacramento, vtitur etiam interiori actu poenitentis ad remissionem peccatorum. Sequuntur Ferrara lib. 4. contra Gentēs cap. 72. §. *Ad huius euidentiam considerandum.* Petrus Soto lec. 8. de confessione. Ioannes Morinus lib. 1. de administratione poenit. cap. 18. n. 1. de istis sententijs, & Auctoribus ait. Quamquam non nulli prudentius alijs, vt michi quidem videtur, distinxerint in confessione, principium, medium, & finem: docuerintque sufficere charita-

tem in fine sacramentalis actionis poenitenti adesse; adeo vt Sacramentalem virtutem ad charitatis productionem, & Dei misericordiam sicutendam, & confessioni, & absolutioni, & vniuersæ actioni tribuerint.

5. Opinantur alij neminem accedere digne ad confessionem; nisi iudicio suo sit contritus; itaque si inuicitate cum attritione accedat, per accidens iustificatur per sacramentum, quod per se exigit accedentem ad digne recipiendum esse contritum. Ita indicat S. Bonaventura in 4. dist. 17. secunda illius parte art. 2. q. 4. Vnde non est certum primam docuisse sententiam; quamuis eam indicat dist. 18. vt retulimus. Docent tamen expresse Victoria Relect. 1. de potestate Ecclesiæ q. 2. n. 10. dicens, quod omnis ille dolor, & solus sufficit ad remissionem peccatorum cum clauibus, de quo peccator existimat quod sit contritio, id est, sufficiens dolor si non sit aliud impedimentum extrinsecum; vel sit tanta negligentia examinandi, vt redderet in naturam omissionis. Probauerat n. 9. dicto secundo, vbi ait. *Si talis dolet quidem; sed intelligit se non dolere, quia sunt offensa Dei; sed ob quæcumque aliam rationem, puta, aut propter poenas Inferni; profecto etiam talis dolor non sufficit: quia ille non dolet offendisse Deum. Nihil autem refert, quod doceat, si non dolet offendisse Deum: idem est enim ac si nullo modo doleret.* Hæc Victoria. Et in Summa de Contritione n. 119. & 120.

6. Sequitur Soto lib. 2. de natura & gratia cap. 15. probans. Nam poenitentia licet sit sacramentum remissionis peccatorum, sicut Baptismus; ille tamen est sicut generatio, vbi non concurrunt actus recipientis vt pars sacramenti. Hoc autem est quali medicina, concurrentibus actibus poenitentis vt materia. Et ideo vltus non est vtriusque idem: quoniam ad Baptismum nulla est, vel accusatio, vel confessio necessaria, qualis tamen in sacramento poenitentiae depositur. Qui autem sciret non detestari peccata propter Deum eius profecto non esset vera accusatio in confessione: siquidem accusatio non est nisi de offensa Dei, & quatenus est offensa. Quare, qui non ita in pectore gereret, sed solum propter poenas doleret, falso diceret, se accusare peccasse in Deum. Atque adeo, si ita mihi certo costaret, grauissime formidarem, sic affectum abolucere. Tametsi, nisi manifestissima essent in

indicia, semper in re dubia credendū est legitimam esse contritionem: quoniam difficillimum est diiudicare rationem doloris, sit ne propter Deū, an propter alias causas.

7 Confirmatur nunc maxime hæc sententia auctoritate Concilij Tridentini, sane quod cum capite 6. censuisset ad Baptismum satis esse adferri *oditū aliquod*: capite tamen 14 (lesionis sextæ) ait penitentiam post lapsum *multo aliam esse à baptisuali*, & continere cor contritum. Quod ergo S. Thomas, & ferme Doctores consentienter aiunt, per sacramentū pœnitentiæ non nunquam ex attrito fieri contritum, intelligendum existimo, quando aliquis accedit attritus, putans se esse contritum: Tunc enim, licet attritio interna non sufficit: tamē quia ille bona fide accedit, recipiet gratiam per sacramentum.

Idem docet in 4. dist. 20. q. 2. art. 1. §. De tertio vero: Eo quod accusatio, quæ debet esse signum pœnitentiæ, qua ratione homo offendit Deum, non esset signū verum, secundum conscientiam, & existimationem pœnitentis: quia loqueretur contra cor. Quod latius ostenderat dist. 18. q. 5. art. 2. §. Nihilominus, vbi & aliam adiicit rationem. Sacramentum pœnitentiæ est eorum, qui cum per proprium actum, & voluntatem auersi sunt à Deo, eadem voluntate in ipsum conuertuntur at vero, quem peccati, quatenus offensa Dei est, non pœnitet, certe non conuertitur. Nam ad amicitiam refarciendam requiritur pœnitentia offensæ amico illata.

Accedit deum, quod *Doctrina hæc de attritione, quæ in sacramento fit contritio, licet sit vera: non est tamen ita multum vetus. Patres enim antiqui solam contritionem agnoscebant necessariam ad confessionem. Reuera cum, qui mihi diceret non se pœnitere propter Deum, absoluerem non auderem.* Hæc Soto. Qui postea probat ex D. Thoma in 4. dist. 21. q. 2. ar. 2. dicente, quod confessio de se operatur, *presupposita contritione, quæ culpam delet.* Eandem sententiam sequuntur Martinus Ledesma 2. p. quartum q. 20. art. 1. Nauarrus in Manuali cap. 1. n. 30. Corduba lib. 1. q. 2. opin. 1. &

4. Vega lib. 13. in Trid. cap. 34. ad 3. Belletus de potest. Eccle. sive quæst. 2.

15

§. III. Secundum doctrinam D. Thomæ resoluitur dubium, & de alijs modis dicendi referuntur censura.

Nihilominus afferendum peccatorem, qui perfecte attritus integre confitetur, virtute absolutionis percipere gratiam, & peccatorum remissionem. Hæc clare est doctrina D. Thomæ 3. p. q. 80. art. 4. ad 2. dicentis, quod *Baptismus, & pœnitentia sunt quasi medicina purgatiua, quæ dantur ad tollendā febrem peccati.* Et in 4. dist. 24. q. 1. art. 3. q. 1. ad 3. ait. *Quadam sacramenta sunt ordinata ad remedium peccati; & talia peccatoribus sunt exhibenda; sicut Baptismus, & Pœnitentia.* dist. 17. q. 3. art. 5. q. 1. ait. *Et quia in Sacramento pœnitentiæ gratia infunditur, per quam fit remissio peccatorum, sicut in Baptismo: ideo eodem modo confessio, ex vi absolutionis coniuncta remittit culpam, sicut Baptismus.* Concluditque: *& ideo sicut de baptismo dicitur, quod liberat à morte; ita, & de confessione dici potest.* Et dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. dicit. *Vnde eodem modo se habet potestas clauium, quæ est in sacerdote, ad effectum Sacramenti pœnitentiæ, sicut se habet virtus, quæ est in aqua baptisimi, ad effectum baptisimi.* Sed vt adultus iustificetur per baptismum, & ad illū debite accedat, non requiritur contritio, sed sufficit attritio, vt docet D. Thomas 3. p. q. 79. art. 3. ad 2. & q. 69. art. 1. & q. 68 art. 4. & late ostendimus ibi dub. 5. §. 4. Ergo vt debite dispositus accedat peccator ad integram confessionem faciendā, & absolutionē recipiendam remissionē peccatorum, non requiritur contritio. Vnde D. Thomas Opusculo 22. cap. 2. ad 6. etiam ait. *Sicut enim per Baptismum dimittitur omnis culpa, & originalis, & actualis; ita per Sacramentum pœnitentiæ remittitur actualis culpa.* Idem docet Ioannis 11. lec. 6. lit. F, in fine. Latiusque profertur Quodlibeto 4. toto art. 10. Paritas Baptisimi tam sæpè repetiti a D. Thoma ipsiusque verba adeo manifeste inrentum conuincunt, quod quælibet ponderatio videatur superflua.

9 Nec oppositum vel leuiter insinuat in 4. dist. 21. q. 2. art. 2. dicens, quod *confessio*

fit operatur presupposita contritione, quæ culpam delet. Quia distinguendi sunt duo casus: alter quando homo omnino accedit ad Baptismum, & Pœnitentiam perfecte contritus. Et cum sit iam iustificatus per gratiam virtute contritionis, in voto habentis sacramenta: iam verificatur quod contritio culpam delet. Quod autem hoc nō semper contingat, sed aliquando, constat ex D. Thoma ibi subiungente. *Contingit autem quando quod per contritionem precedentem peccatum aliquod deletum est quoad culpam.* Alter casus est, quando accedens ad baptismum, vel pœnitentiam, incipit conteri: quia habet attritionem, quæ est imperfecta contritio, seu inchoatio contritionis: & si tunc baptizetur, vel confiteatur, vel absoluitur, sit ex attrito contritus. Et hoc ipse Soto, non solum fatetur sæpè contingere: sed id probat octo rationibus. Sicut ergo tunc non est in veritate contritio: nec verificatur, quod contritio ibi culpam delet. Recte enim ipse Soto dist. 20. q. 2. art. 1. conc. 2. art. 2. conc. 2. ratione prima ait, quod illa cogitatio mentis, qua quis cogitat se esse contritū, sufficit quidem ad excusandam culpam (in sua sententia, quod ad hoc tenetur) ne quis peccat accedendo: non tamen ad tollenda peccata præterita: nam peccata non tolluntur per actum mentis, sed per legitimam contritionem. Vel per gratiæ collatæ per sacramentum infusionem. Vnde sicut ipse Soto per accidens verificat hoc; ita nos hoc per se contingere defendimus, & verificari quod ipse notauerat dist. 17. q. 2. art. 5. conc. 2. in fine, quod significantius dicitur hominem ex attrito fieri contritum, quam de restationem ex attritione fieri contritionem.

10 Docuit expresse doctrinam huius secundi casus D. Thomas. Quodlib. 4. articulo 10. loquendo de baptismo: & applicat Sacramento Pœnitentiæ dicens. *Et idem est etiam in Sacramento Pœnitentiæ, quod consumatur in dispensatione ministri absoluentis: cum enim aliquis actu absoluitur, consequitur plenarie Sacramenti effectum. Sed si ante quam absoluitur, habeat hoc Sacramentum in voto, quando scilicet, proponit se subijcere clauibus Ecclesiæ; iam virtus clauium operatur in ipso: & consequitur remissionem culpæ. Siquis tamen in ipsa absolutione incipit conteri, & clauis Ecclesiæ habere in voto; in ipsa absolutione Sacerdotis culpa ei dimittitur per gratiam, quæ infunditur in hoc*

*Sacramento; sicut in alijs Sacramentis nouæ legis. Vnde quandoque contingit, quod aliqui non perfecte contriti, virtute clauium gratiam contritionis consequuntur: dummodo non ponant obicem Spiritui Sancto. Et idem est in alijs Sacramentis nouæ legis, in quibus gratia conferuntur. Distinctionemque vtriusque casus supponit D. Thomas ad 2. dicens: *& ideo quandoque sanatio vulneris præcedit sacramentalem absolutionem.* Quandoque dicit, quia per accidens est, quod id contingat: quia, per se loquendo contingit contrarium. Quod & sumitur ex D. Thoma Opusc. 22. illa sol. ad 6. & Ioan. 11. vbi supra. Et 3. p. q. 86. art. 6. ait D. Thomas, quod *remissio culpæ est effectus pœnitentiæ: principalis quidem ex virtute clauium, quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id quod est formale in hoc Sacramento (vt supra q. 84. articulo 3. dictum est) secundario autem ex vi actuum pœnitentis, pertinentium ad virtutem pœnitentiæ.* Tamen prout hi actus aequaliter ordinantur ad clauis Ecclesiæ. Idem docet D. Thomas quæst. 84. articulo 3. ad 3. dicens, quod *solus Deus per auctoritatem, & à peccato absoluit, & peccatum remittit. Sacerdotes tamen utrumque faciunt per ministerium, in quantum se illicet, verba sacerdotis in hoc Sacramento instrumentaliter operantur virtute diuinæ.* Vnde & Dominus expressit utrumque: nam Matthæi 16. dixit Petro: *Quodcumque solueris super terram, & Ioannis 20. dixit Discipulis. Quorum remiseritis peccata remittentur eis.* Et ad 5. ait, quod cum Sacerdos dicit: *Ego te absoluo, ostendit hominem absolutū, nō solū significatiuè sed etiā effectiue.**

11 Tota hæc doctrina iam est Theologorum cōmunis, & certissima: sed quia non est in eodem certitudinis gradu secū dum quod omnibus relatis sententijs opponitur: de singulis dicamus. De sententiā Magistri Richard. de S. Victore libro de potestate ligandi, & soluendi cap. 21. ait. *Extat quorundam sententia trifida, vt ridenda potius, quā refellenda videatur: putant enim Sacerdotes non habere potestatem soluendi, sed offendendi solutos. Sed nūquid Dominus dixit. Quod soluti ostēderitis, erit soluti? Dicunt Sacerdotes non habere potestatem remittēdi peccata: cū Dominus hoc dicat: & dicit habere potestatem offendendi remissa cū Dominus hoc non dicat. Eadē ratione vritur Hugo à S. Victore lib. 2. Sacram. parte 14. cap. 8.*

12 Præterea bene arguit Caietanus; tom. 1. Opusc. tract. 18. q. 5. §. verba Domini

Fit

mini

mini accipienda sunt in sensu proprio, conuincunt Ecclesiæ ministros habere potestatem remittendi peccata auctoritate Christi; par enim ratio est, quod verba hæc Domini ad sacramentum pœnitentiæ expectantia in proprio sensu verificentur: & quod verba eiusdem ad sacramentum Eucharistiæ pertinentia (sci licet, hoc est corpus meum) in proprio sensu verificentur. Nulla enim est ratio quare ista in proprio sensu vera esse fateamur; & illa à proprio sensu aliena faciamus. Præsertim cum maius miraculum sit, quod de pane fiat corpus Christi ministerio Sacerdotis. Quam rationem late prosequitur, & applicat: postea que auctoritate conclusionem certam ostendit, dicens. Et licet olim dubia fuerit hæc quæstio, hodie tamen determinata est in Concilio Florentino, sub Eugenio Quarto, vbi dicitur. *Effectus huius Sacramenti est absolutio à peccatis.* Absolutio, inquit, non declaratio, non pax. Et rursus, effectus huius sacramenti, dixit: non effectus solius Dei.

13 Ad intentum octo rationes proponit Soto in 4. dist. 20. q. 2. articulo 1. conc. 5. solam secundam, & quintam proponemus. Quarum prior est. Si enim nunquam absolutio in re exhibita peccatum tollit, nescio cur dicatur Sacerdos habere clauces in foro pœnitentiæ? Nam metaphora clauium sumpta est ab aperiendo, & claudendo ostio. Si autem Sacerdos numquam vere aperit Cœlum; sed solum modo ostendit apertum, in epta esset clauis metaphora: namque metaphora est, dabo tibi clauces ad ostendendum?

Posterior sic ab eo proponitur ratione quinta. Si Sacerdos non habet potestatem remittendi peccata per primam gratiam; profecto plus oneris, quam emolumenti præceptum confessionis haberet. Obligare enim hominem ad rem tam difficilem, quam est grauissima peccata alteri patefacere; nisi beneficium remissionis illic posset quandoque (imò semper, quantum est ex virtute, & forma sacramenti) assequi, non videtur id suauis iugo Dei consentaneum. Dicere enim, quod hoc conducit, vt Sacerdos ostendat hominem esse absolutum; parui esset momenti. Nam quæro, cui ostendit? Deo quidem non: quia omnia scit. Neque vero Ecclesiæ: quia non est hoc forum exterius. Sed quod nec pœnitenti id ostendat, probatur: quia si numquam homo ex attrito per confessionem pos-

set fieri contritus; nihil prorsus certitudinis pœnitenti per absolutionem accresceret; sed cum eadem ambiguitate, qua dubitabat se esse vere contritum, recederet hæsitans se vere esse absolutum. Ipse Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 2. §. Sed quo in fine ait. Item dicere quod ad dignam susceptionem Sacramenti præ requiritur digna contritio, & gratia, & quod Sacramentum numquam faciat ex attrito contritum, *Est vniuersali omnium Doctorum sententia contrauenire: Quia etiam Catholicæ veritati, quod sacramenta gratiam conferunt iustificatricem.*

14 Sed & Vazquez 2. p. q. 84. art. 2. dub. 2. n. 10. sententiam Magistri censet erroneam; quamvis non ita aperte, sicut illa, quæ manifeste negat omnem Ecclesiæ potestatem. Probat ex relato decreto Concilij Florentini. Quod apertius dicitur in Trid. ses. 14. cap. 3. *Sane vero res & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet reconciliatio est cum Deo.* Et quia non verificaretur pœnitentiæ esse secundam tabulam post naufragium: contra id quod diffinitur in Trid. ses. 6. cap. 14. & ses. 14. can. 2. Et quia in Bulla Pij Quinti, & Gregorij 13. contra Michaelē Baium damnatur eius propositio 58. *Peccator pœnitens non viuificatur ministerio Sacerdotis absoluentis; sed à solo Deo, qui pœnitentiæ suggerens, & inspirans, viuificat eum, & resuscitat; ministerio autem Sacerdotis solus reatus tollitur.*

15 Similiter Suarez disp. 16. sec. 2. n. 5. dicit, quod sententia Magistri fere expresse damnata est in Tridentino ses. 14. cap. 6. & canone 9. cuius verba ad hoc di recte videntur tendere: ait namque Concilium. *Si quis dixerit absolutionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuncian di, & declarandi remissa esse peccata consistit, &c. Anathema sit.* Quare ipse Suarez disp. 20. sec. 1. n. 10. asserit, quod sacramentum hoc habet virtutem ad iustificandum peccatorem per solam veram, supernaturalē, & integrā attritionē dispositū; & in hoc sensu efficaciam habet ad efficiendum hominem ex attrito contritum. Hanc conclusionem existimo hoc tempore adeo certam, vt non possit absque errore negari; loquendo, vt loquimur, absolute de efficacia, abstrahendo a modo quo id fit. In re tã certa, in scripturis, & Concilijs stabilita, testimonia humanæ auctoritatis vana sunt: vnde & Auctorum citationes superflue.

16 Contra secundam sententiam inquit Soto dist. 17. q. 2. art. 5. concl. 2. *Sed hoc est inopinabile: nã Sacramentum non constituit actum voluntatis aliud obiectum.*

Inducit ad hoc intentum, & late ponderat Suarez disp. 20. sec. 1. à n. 13. vsque ad 19. auctoritatem Concilij Tridentini. ses. 14. cap. 4. propter quam dicit contrarium non esse probabile. Sed nullum verbum est in Concilio, quo explicet qualiter homo fiat ex attrito contritus? Nec modus pertinet ad fidem: nec ad factum: de quo solo fideles debent instrui ad consolationem pœnitentiæ, & vt virtutem sacramenti agnoscant.

Modus autem quo id fiat; an infusione solius gratiæ; an simul infusione gratiæ auxiliantem, qua attriti excitentur ad contritionem, eo modo quod de gratijs sacramentalibus diximus q. 62? Ad solos Theologos, attinet, & non nisi per mille ambages trahendo verba Concilij, potest ex illo aliquid deduci. Siquidem attritio de se est dispositio insufficientis, & remota: vnde extra sacramentum non habet adiunctam gratiam, & remissionem peccatorum: quod autem acceptetur vt sufficiens, & vt proxima, est ex misericordia, meritis Christi, cuius virtus operatur medio sacramento.

Hæc autem dispositio cessat adueniente dispositione de se proxima, quæ licet iuxta diuersas opiniones, vel præcedat, vel consequatur formam, quæ est gratia: tamen est simul tempore cum illa vnde si in sacramento attritio disponit ad gratiam, quæ confertur, posset disponere simul ad contritionem, quæ eam comitatur, vel est effectus illius.

Melius rejicitur communiter illa opinio, quia pœnitentes tempore absolutionis ex imperfecte attritis fieri perfecte contritos, rarissimum est: Tum quia occupati memoria, & confessione peccatorum, ad hoc non conantur: Tum quia si sensibus integris consentitur & sensu priuati absoluantur: sunt ex attritis contriti, & obtinent remissionem peccatorum: & tamen sine contritione. Denique, quia hæc mutatio attritionis in contritionem experimento posset cognosci, vel saltem ex coniecturis colligi: rarus autem est, vel forte nullus, qui in se experiatur hanc mutationem specialiter, ac præcise ex vi absolutionis.

17 Denique ad rem faciunt verba Victorij relec. 1. de potestate Ecclesiæ,

quæst. 2. numero 6. dicentis. Secundo errant contrario modo credentes, quod contritio ita sit necessaria ad remissionem peccatorum, vt pœne Deus ipse vix posset sine contritione remittere peccata. Veritas autem sic habet, quod ad remissionem peccatorum Deus in Ecclesia duo remedia efficacia reliquit, aut pœnitentiæ, aut clauces Ecclesiæ. Et ita aperte scriptum est: per clauces Ecclesiæ remittuntur peccata sicut per pœnitentiæ. Et infra. Hoc ergo est summum beneficium, & priuilegium, quo Christus redemptor Ecclesiam suam in nouo testamento singulariter ornauit: hoc est quod tantum celebratur à vetustissimis, & sanctissimis Ecclesiæ Patribus, quod omnino clauces Ecclesiæ sufficiunt ad aperiendum regnum Cœlorum, vbi nulla alia via apertum esset: sed sola sufficiunt ad salutem. Nec mihi de hoc dubitandum omnino videtur: & maxime quia in Concilio Florentino dictum est: *Effectus Sacramenti Pœnitentiæ est absolutio à peccatis.* Hæc vltima verba directe sunt contra primam, priora vero contra secundam sententiam.

18 Contra tertiam sententiam est. Primo, quod præceptum dilectionis Dei super omnia, & præceptum contritionis, ideo censentur impleri quoad excusandum à peccato, quando homo possibilem adhibet conatum, & diligentiam, vt Deum super omnia diligat, & perfecte de peccatis conteratur, prudenter existimando Deum super omnia amare, & veram habere contritionem: quia præcepta diuina sunt de actibus supernaturalibus certo non cognoscibilibus nisi Deo reuelante, & vt præcepti impletio det securitatem humano modo, inuenerunt Theologi illam distinctionem de actu in re existente, & de actu prudenter existimato.

Cuius distinctionis nulla esset necessitas, si diuinum non esset præceptum de actibus excedentibus humanam cognitionem. Sed ipse Victoria, & Soto, ita asseuerant docent sacramentum pœnitentiæ facere ex attrito contritum, & dare primam gratiam; & à peccatis vere absolui peccatorem pœnitentem: Ergo nullam agnoscent præceptum vt accedat in gratia, & accedat contritus: Ergo cessat motuum vt debeat existimare se esse contritum. Quamvis sanum consilium sit ad hoc

conari. & in Rituali Pauli Quinti instruitur confessarius qualiter ad contritionem debet mouere pœnitentem: quia ad attritionem habendam, quæ est imperfecta contritio, oportet ad contritionem conari. Et quo melius accerit dispositus plus gratiæ recipiet, & de reatu pœnæ minuetur.

19 Secundo vrget paritas baptismi, ad quem etiam adultos peccatores attritos digne accedere, ostendimus quæst. 68. dub. 5. & ipsi admittunt vt doctrinam D. Thomæ: sed pariter pœnitentia est medicina contra actualia: ergo cum sola attritione cognita licite ad confessionem acceditur.

Nec disparitas, quam assignat Soto (quod originale aliena voluntate fuit contractum: & ideo minor dispositio propria exigitur ad illud delendum: actualia vero propria auersione, & praua conuersione committuntur: & ideo exigitur perfecta conuersio) satisfaciunt: in primis, quia non consonat D. Thomæ, qui tot locis curat quoad hoc hæc sacramenta parificare.

Secundo, quia probaret extare præceptum, vel inualidum esse sacramentum susceptum non præcedente propria & perfecta conuersione. Tertio aduersus, si careret mortalibus actualibus, non indigeret cum attritione accedere ad baptismum: siquidem attritio, sicut & contritio, nõ est de originali, sed de actuali: & tunc restat disparitas assignanda cur ubi ad obtinendam remissionem omnium, etiam eorum, quæ propria voluntate contraxit, sufficiat attritio cognita; & in simili debeat requiri quod existimetur contritio.

20 Accedit, quod ipsa fides qua credimus Dominum dedisse Sacerdotibus potestatem soluendi, & viam salutis aperiendi; cogit non exigere à fidelibus talem existimationem. Nec ipsi se accusantes, conuicti timore pœnarum Inferni, & dicentes, quod dolent suis peccatis Deum offendisse, mentiuntur, aut aliquid fingunt: quia aliud est pœnitere de offensa Dei; aliud reduplicatiue vt offensa, & sub formalitate lædentiæ amicitiam Dei. Primum dicunt, & verum dicunt, & aliquomodo est propter Deum imperfecte amatum illa attritio propter pœnas Inferni à Deo infligendas. Secundum vero solum dicere possunt vere contriti.

Aliam rationem late profequitur Suarez disp. 20. sec. 1. à n. 20. vsque ad 24.

quia nullum extat de hac re præceptum negatiuum non accedendi ad hoc sacramentum sine conscientia mortalis sine contritione: neque enim consequitur ad institutionem: neque est specialiter additum à Christo Domino. Pœneque humanum esse nequit de actu mere interno. Nulla ergo necessaria est excusatio de non habita contritione.

21 Restat ergo à sufficienti enumeratione vera sola quarta sententia, quam tradiderunt Scotus, & alij relati dub. 1. & est modo communis. Probantque Cano relec. de pœnit. folio 121. §. Et si quæras: & in edit. Complut. folio 41. col. 4. Ludou. Lopez, 1. p. Instruct. cap. 9. Martinus Ledetma 2. p. Quarti q. 20. art. 1. conc. 3. & alij viginti quatuor Auctores, quos refert Auertia q. 11. sec. 4. & passim alij: Tum duabus rationibus D. Thomæ: altera a paritate sacramenti pœnitentiæ: Altera, quia cum hæc duo sacramenta sint medicinae directe paratæ contra morbos animæ; absurdum est vt nullus, qui se ægrum esse cognoscit, possit iuste hæc sumere sacramenta. Quemadmodum res esset pœnitentia absurda, quod medicinae corporales à natura potissimum institutas ad sanandos corporis morbos, non possent sumere nisi sanus: aut qui se iam esse sanum existimaret.

22 Aduertendum autem hanc assertionem duplici via posse verificari. Primo generali, quia D. Thomas, & communior Theologorum, & vera sententia docet omnia sacramenta nouæ legis posse conferre primam gratiam. De quo late egi 3. p. q. 82. dub. 6. §. 4. Cum ergo pœnitentia sit verum nouæ legis sacramentum, non est hoc ei denegandum, quod cæteris sacramentis conceditur.

Cæterum quia doctrina nunc statibilienda certior est, quam ibi tradita; quamvis hæc doctrina sit vera, non possumus in ea sola vim facere, ne dicatur quod à minus notis ad notiora procedimus.

Item, quia ille effectus non datur semper, sed aliquando: & cadit sub opinione an conueniat solum per accidens; vel aliquo modo per se.

Secundo ergo loquendo de propria, & specifica ratione pœnitentiæ, sicut asserimus Baptismum per se loquendo dare vitam mortuis propter peccatum Adæ, ita pœnitentiæ absolutio dat vitam mortuis propter delicta propria,

Vnde Trid. ses. 14. cap. 2. ait. *Est autem hoc sacramentum pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt non dum regeneratis ipse baptismus.* Et S. Thomas in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. ait. *Baptismus autem, & pœnitentiæ sacramentum conueniunt quodammodo in effectu: quia vtrumque contra culpam ordinatur directe: quod non est de alijs sacramentis.*

23 Quæ doctrina à priori & si non habeat causam, nisi voluntatem Dei, & Christi instituentis: hæc colligimus ex supra dictis: & potissime de qua videmur certificari in Concilio Tridentino ses. 14. capite 4. verbis ab omnibus iam ponderatis: sed non ideo omittendis. Loquendo de attritione supernaturali (de qua sub his verbis in nullo alio Concilio, aut Patre est explicitus sermo) in fine capituli ait. *Et quamvis sine sacramento pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat: tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit.*

24 Dices, etiam elemosynæ, & ieiunia, & orationes disponunt ad impetrandam Dei gratiam: & tamen istis solis operibus, adhuc cum sacramento, non fieret homo ex attrito contritus.

Respondetur contritionem supernaturalem, quæ secundum fidem est actus bonus, & laudabilis, etiam extra sacramentum habere hanc generalem rationem remote disponendi ad iustificationem: Concilium vero illi concedit habere cum sacramento, quod non habet sine illo: ergo in Sacramento disponit proxime, & sufficienter.

Secundo, obseruando eundem loquutionis modum, de contritione dixerat, *contritionem fuisse omni tempore necessariam ad impetrandam veniam peccatorum:* Cum tamen D. Thomas, & omnes doceant contritionem esse, & fuisse dispositionem ultimam. De quo Suarez disp. 20. sec. 1. n. 10.

25 Secundo dices, sensum illorum verborum non esse quod attritio cum sacramento disponit ad gratiam: sed quod attritio disponit ad suscipiendum sacramentum, quo digne suscepto conferatur gratia. Nec ad intentum Concilij aliud requirebatur: quia hoc sufficebat ad verificandum attritionem non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, vt contendeant Lutherani, contra quos ibi. Ad quos refellendos sufficebat explicare, quod attritio est bona, & lau-

dabilis; quia constat illa hominem paulatim disponi vt postea cum fructu confiteatur, & iustificetur.

Impugnat hanc euasione Lugodisp. 5. sec. 9. n. 135. Quia si attritio sola cum sacramento non sufficeret, non verificaretur quod disponit cum sacramento ad Dei gratiam impetrandam: quia nõ quam ad id disponderet: sed disponderet ad dispositionem. Deinde non bene Concilium inferret ex doctrina data falsum esse quod detur gratia in sacramento absque bono motu.

Quæ illatio nullius momenti esset, si præter attritionem detur alius motus contritionis perfectæ necessario ad iustificationem in Sacramento pœnitentiæ: esset enim impertinens bonitas attritionis ad id comprobandum, si attritio nõ concurreret cum sacramento ad gratiæ iustificationis.

Denique vt notat Ludouicus Lopez illo cap. 9. Concilium absolute de attritione cum sacramento declarat quod sit dispositio ad gratiam nihil limitando vnde ergo limitationes aliarum sententiarum? Nã si illæ essent admonitu necessariae: videtur quod Concilium id declarasset: ne in retanti momento ad salutem, parum securos nos relinqueret.

§. III. Argumentis in principio relatis satisfi.

26 **R**estat respondere argumentis à principio relatis. Ad auctoritatem S. Hieronymi respondet Caietanus tomo 1. Opusc. tract. 17. q. 5. inde haberi sacramenta habere infallibiliter suum effectum, *seruatis, seruandis*, scilicet concurrente ex parte ministri auctoritate (non enim quilibet homo, sed sacerdos, ordinariam, vel delegatam habens auctoritatem) est minister sacramentalis absolutionis, & ex parte pœnitentis debita dispositione, vt scilicet sit absolutione dignus, alioquin extremus redderet error à S. Hieronymo damnatus, vt pro nostro arbitrio damnare innoxios, & absolueret noxios possemus. Sicut etiam in Sacramento altaris; non quancumque materia, sed panis triticeus tantum consecrari per illa verba, non Diaconi, sed sacerdotis ministerio prolata concessum

credimus. In cuius signum Dominus, cū daret potestatem remittendi, retinendique peccata, præmisit: *Accipite Spiritum Sanctum* subiungendo: *Quorum remiseritis peccata*: Tanquam diceret: Spiritu Sancto dirigente: *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis*: & non spiritu vestro instigante. Mouet, & dirigit proculdubio Spiritus Sanctus ad absoluendum, vel ligandum, cum seruatis vtique seruandis minister Christi absoluit, vel ligat.

Vel vt ait Soto dist. 20. q. 2. art. 1. ad 1. S. Hieronymus nihil aliud docet, quam quod presbyteris non licet, vt libet absolute, sed cū iudicio clauis scientiæ. Quare, si suo cæco arbitratu, vel innocentes condemnet, vel absolute indignos absoluant; illam sententiam Deus non approbat. Et hæc est responsio D. Thomæ in 4. dist. 18. q. 1. art. 1. q. 3. in corpore, & ad 1. dicentis: *Secunda enim clavis, quæ dicitur potestas ligandi, & soluendi, est quæ immediate seram aperit peccati: sed clavis, quæ dicitur scientia, ostendit cui aperienda sit clavis illa.* Et articulo 3. q. 4. ad sensum prioris solutionis ait. *In cuius signum Matheo 16 ante potestatem clauium Petro traditam, fit mētio de reuelatione ei facta diuinitatis. Et Ioannis 20. præmittitur potestati remissionis Apostolis data, Spiritus Sancti donum quo filij Dei aguntur. Vnde si quis præter àstum motum diuinum, vt sua potestate præsumpserit, non consequetur effectum, vt S. Dionysius dicit in fine eccles. hier.*

27 Secunda autoritas, quæ est S. Gregorij (quæ tanto apparatu à Morino ponderatur) iam diu erat exposita à D. Thomæ; & ideo oportebat de replica cogitare, vel ab ea auctoritate inculcanda desistere. Opusculo 22. de forma absolutionis cap. 2. sic ait D. Thomas. Septimo obijcit, quod in suscitatione Lazari, secundum Augustinum, & Gregorium, significata est suscitationis peccatorum præoperatio: quia Lazarus prius est à Domino viuificatus, quam traderetur discipulis absoluendus. Ex quo arguit, quod nihil valet absolutio Sacerdotis antequam homo sit à Deo viuificatus per gratiam, & suscitatus à morte culpæ: Ergo Sacerdos non potest super culpam. Itæ sunt auctoritates, & ratio, quæ modo exaggerantur, compendiosius à D. Thomæ obiectæ. Cui respondet, subiungens. Quæ quidem ratio multiplices defectus habet.

28 Primò quidem quia arguitur ex metaphoricis loquutionibus: ex quibus non est arguendum, vt Dion. & August.

dicunt (De quo 1. p. q. 1. art. 10. ad 1.) Secundo, quia ratio sua non est ad propositum. Constat enim, quod Dominus Lazarum suscitauit: & Discipulis soluendum mandauit: ergo discipuli absoluunt. Per hoc ergo non ostenditur, quod Sacerdos non absoluat: aut non debeat dicere: Ego te absoluo: sed quod eum non debet absolute in quo signa contritionis non videt. Hæc S. Thomas. Loquitur de contritione abstrahente à perfecta, & imperfecta, vt sua ratio manifestat. Consonat Sancto Augustino tra. 49. in Ioan. & lib. 30. hom. in 27. & enarrat. 2. in Psal. 101. & de Verbis Domini ser. 8. S. Christi. lib. 3. de Sacerdotio. S. Bernardus sermone de Sanctis Apostolis Petro, & Paulo. Per quæ promptum est omnes auctoritates exponere.

29 Id quod in priori sententia dicebat Sylvius, reijcit bene Lugo disp. 5. sec. 9. n. 133. dicens. Hæc sententia est *Contra omnes Theologos: & contra Trid. vbi supra*: nam ibi aperte dicitur attritionem, non sufficere sine Sacramento. Nunc ergo inquiri ab illo Auctore, de qua dispositione loquatur, cum petit amorem Dei super omnia? Si enim loquitur de dilectione imperfecta, quæ non sufficit sine Sacramento; male concedit posse in casu necessitatis iustificare sine Sacramento. Si vero loquitur de dilectione perfecta; falso dicit hanc semper requiri cum Sacramento. Hæc enim etiam extra sacramentum sufficit: & Concilium aperte docet aliquam dispositionem, quæ nunquam sine Sacramento sufficit, sufficere cum Sacramento. Eodem argumento vritur Auerfa q. 11. sec. 4. ver. 4. Alio sensu reijcit Ioannes Nicolai Add. 3. p. q. 5. art. 3. lit. M, dubito an impugnatio accipiat doctrinam in sensu à Syluio intento.

30 Principale fundamentum bene dissoluit Cano in relect. parte 5. folio 27. col. 4. ad 3. inquit, primo dicitur, quod nomine contritionis in præsentem complectimur attritionem; significamus enim dolorem de peccato cum proposito cauendi infuturum. Nec id nos somniamus; sed ipsum Concilium Florentinum (& postea clarius Tridentinum) ita nomen contritionis explicuit. Deinde respondetur, quod contritio ponitur pars sacramenti; quia est certa, & indubitata materia. Quod autem attritio sufficiat, quæuis *verum sit*, non est tamen adeo certum; & indubitatum (scribebat anno 1548. & ideo ante Tridentinum) Et ideo Concilium

Flouentinum, communisque sententia, tenens certum, relinquens incertum; ponit contritionem partem esse huius sacramenti. Hodie prior solutio est approbata à Tridentino: & debet esse omnium communis; quamvis in modo explicandi possit esse differentia.

31 Secunda sententia, paululum temperata, & recte exposita, potest non discrepare à sententia D. Thomæ, & communis: & ideo exponenda ex dictis 3. p. q. 62. dub. 5. notando, quod iuxta Soto, & plurimos recentiores relatos ibi §. 1. gratia sacramentalis supponit pro gratia gratum faciente, connotando, vel virtute sacramenti dando, ius morale ad diuinum auxilium, virtute cuius consequatur certus, & proprius sacramenti effectus: sed iuxta D. Thomam, & alios multos, quos retuli, & sequutus sum ibi §. 2. & 3. gratia sacramentalis addit nouam modalem extensionem ad peculiarem consequendum sacramenti effectum. In vera que tamen sententia, ultra hoc quod est animam iustificare, & liberare à peccato, quod gratia, etiam collata sine Sacramento, facit; gratiæ sacramentales habent suos peculiare effectus.

Concedimus ergo esse proprium effectum Sacramenti pœnitentiæ, qui confertur suo tempore, non ponenti obicem, facere hominem attritum esse contritum. Et hoc aperte docet S. Thomas 3. p. q. 79. art. 3. & latius Quodlibeto 4. art. 10. per hoc tamen non debet negari quod sola gratia per accidens existimādo accedere contritum faciat esse in gratia; etiam si actum contritionis non causet.

Et similiter per se, & frequenter, scienter accedentem attritum; etiam si pro tunc nullum actum habeat, nec illo mense conteratur, fuisse per sacramentum iustificatum, & esse in gratia. Sed solum asseritur illam gratiam consequam per sacramentum pœnitentiæ, dare ius morale, vel modalem extensionem inclināntem ad contritionem, & satisfactionem, & alios actus pœnitentiæ, quo fit pene absolutus ab omni reatu, & reliquia peccati, cum hæc fecerit: licet frequenter hoc non eueniat in iplo Sacramento.

Et hoc solum docent plures Thomistæ, qui pro illa sententia referuntur. Et quod est certius, hoc solum eorum auctoritates, & rationes probant: nam in alio sensu, quod in Sacramento, & sem-

per infallibilitet cum iustificatione ad sit vera contritio, nec auctoritate, nec ratione probatur: nec vlla experientia cōiectari potest: & ideo nullatenus potest affirmari.

32 Si solum per accidens, vel ex sola ratione generica sacramenti nouæ legis, pœnitentiæ sacramentum daret primā gratiam; omnino esset vera illa tertia sententia Victoris, & Soto, & aliorum. Sed quia D. Thomas dist. 18. & sæpissime alibi docet *directe* Sacramentum pœnitentiæ esse institutum in remedium culpæ mortalis, sicut baptismus in remedium culpæ originalis; ideo falsum omnino reputo, quod sit præceptum non accedendi ad confessionem nisi pœnitens existimet se esse contritum: quamvis saluberrimum sit consilium ad eam conari; & vix sæculares possumus ad veram attritionem supernaturalem in re habendam nostris exhortationibus promouere, etiam contritionis motiua efficacissima proponendo.

Quod vtinam tam frequenti experientia non esset notum. Argumenta sunt iam soluta. Auctoritasque Concilij parum vrget: quia cor potest esse contritum perfecte. Et quod ipsi responderint in multis casibus, nos respondeamus esse regulariter, & vt in pluribus. Nec satis considerate, imò nec coherentiter, & consequenter, videtur à Soto scriptum, quod doctrina hæc fuerit à Patribus antiquis ignorata: quia sola voces sunt nouæ; & maior certitudo debetur Concilij Florentino & Tridentino, & maior lux, & explicatio.

Sed rem ipsam traditam à vetustissimis, & sanctissimis Ecclesie Patribus, Victoria, qui est Auctor eius sententiæ expressit: & ipse Soto eos adducit. dist. 20. q. 2. art. 1. conc. 2. ratione 3. Et hinc vltimo Soti dicto standum. Et verba dist. 18. non verificantur de doctrina ipsa; sed de modo quo id in Schola explicatur. In quo tenu vim non habent, quæ opponit Morinus lib. 1. cap. 18. n. 19. nam ver-

ba vt sonant accipiendo, omnia non non admittimus.



DVBIUM TERTIVM.

Vtrum possit dari Sacramentum Pœnitentiæ validum, sed informe?

§. I. Sententia negans cum suis fundamentis proponitur.

Quamvis dubium, loquendo de confessione, recte à Diu. Thoma tractetur; vniuersalius, & magis anticipate de illo cogimur disputare; quia sine eius determinatione non possumus distinguere, & exponere seorsim requisita ad dolorem validi, & exacta ad fructum Sacramenti.

Est quorundam opinio, quod omnis confessio quocumque modo informis, ob aliquod impedimentum, quod adsit, vel de nouo apponatur gratiæ recipiendæ per Sacramentum, est prorsus inualida, & iteranda. Citantur pro hac parte Gabriel & Ioannes de Medina: qui non satis declarant. Expresse tenent Adrianus in 4. q. 5. de confession. dub. 5. Maior in 4. dist. 17. q. 3. & 9. Ruardus art. 3. contra Lutherum folio 176. Vega lib. 13. in Trident. cap. 26. & 34. Vazquez 3. par. q. 92 art. 2. dub. vnico. Coninch. disp. 4. dub. 5. nu. 40. & dub. 11. num. 71. Ludouicus Turrianus disp. 28. dub. 1. Castrus Palaus tract. 23. punct. 7. num. 5. & 6. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 9. Fagundez de secundo præcepto Ecclesiæ lib. 2. cap. 7. Bauny. tom. 1. tract. 4. de confession. q. 8. confundens Auctores sententiarum: vt vix vnum loco citatum inuenias. Item Sylvius q. 9. Ad. dit. art. 2. dub. vnico. Ochagavia trac. 2. de confes. q. 30. Villalobos trac. 9. diff. 42. Martinus à S. Ioseph lib. 1. trac. 4. de poen. n. 12. Ioseph Ianuarius 1. p. var. ref. 27. & 31.

2 Probat ex differentia huius Sacramenti à reliquis: nam in illis materia illius necessaria ad validitatem Sacramenti non est ipsa dispositio ad gratiam; Vnde deficiente dispositione, non conferetur gratia: & tamen quia adunantur materia, & forma, erit validum Sacramentum. At vero in Sacramento Pœnitentiæ,

quia actus ipsius pœnitentis sunt materia; non videtur esse posse Sacramentum informe sine effectu: quia sufficienter accedit dispositus ad effectum illius, qui sufficientem præbet materiam, vt accedente forma fiat Sacramentum: vt autem sit verum, & validum, debent ad esse omnia, quæ ex parte materiæ essentialiter requiruntur. Sed ijs sufficienter disponitur homo ad effectum illius. Quia in hoc Sacramento ex institutione, & fine illius, idem est pars, & dispositio: vnde idem erit dolor disponens, & constituens; Ergo quoties verum sit Sacramentum, effectum habet.

3 Confirmatur primo, quia S. Thomas in 4. dist. 23. q. 1. ar. 4. in corpore, expresse docet contritionem esse de essentia Sacramenti Pœnitentiæ. Vnde videtur (inquit Vazquez n. 13.) retractasse sententiam, quam prius docuerat.

4 Confirmatur secundo, quia in Concilio Florentino sess. vlt. in decreto Eugenij Quarti, & in Trident. sess. 14. capit. 4. assignatur pars Sacramenti contritio: & in Sacramento Baptismi assignatur non vt pars, sed vt dispositio, pœnitentia aliqua, vt patet sess. 6. cap. 6. & 14. Et tamen dum de pœnitentia agit, nullam aliam assignat dispositionem Concilium, quam contritionem, quam appellat partem illius sess. 14. cap. 4. Si ergo nunquam inuenimus hæc duo distincta, scilicet, dispositionem, & partem huius Sacramenti, ideo erit, quia existimant contritionem, seu attritionem partem Sacramenti, cum sit humana actio, sufficienter disponere.

5 Secundo probatur ex parte formæ: quia absolutio in hoc Sacramento expresse significat effectum ipsum, scilicet, remissionem peccatorum: qui effectus formaliter perficitur per infusionem gratiæ: si ergo non conferat effectum, formæ absolutionis redditur falsa: atque adeo irrita, & inualida. Dum enim Sacerdos dicit: *Absoluo te à peccatis tuis*: est idem ac si dicat: remitto tibi peccata. Vnde si de facto non remittantur, sententia est irrita, & inanis. Et hæc etiam ex parte formæ, est differentia à formis aliorum Sacramentorum, quæ non significant expresse eundem effectum gratiæ: quare per carentiam effectus gratiæ,

non falsificatur forma: & ita potest adhuc esse rata, & valida.

§. II. Sententia affirmans posse dari Sacramentum Pœnitentiæ validum, & si informe statuitur pro conclusione.

Verissima tamen est, & Theologorum communis, opposita sententia, docens dari posse Sacramentum pœnitentiæ validum, & informe. Ita D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 1. Quem omnes Thomistæ sequuntur: & ideo non opus est singulos referre. Eos opportunius referemus in fine secundi puncti huius dubij. Item ex alijs Richardus in 4. dist. 17. artic. 2. q. 8. ad 5. Durandus q. 13. Nauarrus in Man. cap. 9. n. 13. Couar. in cap. *Alma mater*, 1. p. rel. §. 4. n. 13. Emanuel Rodriguez in summa cap. 57. n. 7. & capite 58. num. 6. Alfonso Vega in summa cap. 63. casu 49. & latius casu 68. Bonacina q. 3. de poen. punct. 2. n. 9. & q. 5. puncto 3. in fine. Henriquez de poenit. lib. 5. cap. 11. §. 1. & in Glossa. Toletus lib. 3. summa cap. 10. Valentia in præsent. q. 11. punct. 2. Suarez disp. 20. sec. 5. Fillutius tract. 7. cap. 5. & 6. Lugo disp. 14. sec. 6. Diana parte 2. tract. 17. resol. 30. & parte 3. tract. 4. resol. 65. Auerfa. q. 14. sec. 5. referens viginti sex auctores. Estque adeo recepta, quod merito Reginaldus lib. 6. sec. 6. n. 168. (cuius verba refert, & sequitur Thomas Hurtado tom. 2. tract. vlt. resol. 10. §. 7. in fine) ait, quod hæc opinio benignior est; & animarum fauet tranquillitati; nosque eam posse tuto sequi, tamquam auctoritate, & ratione *ad moralem certitudinem sufficientem*, munita, Trullench etiam lib. 4. cap. 6. dub. 6. n. 3. dicit esse *verissimam*. Quam, & sequitur Delgadillo cap. 10. dub. 5. & plurimi alij.

7 Probat D. Thomas in argumento, *sed contra*. Quilibet tenetur ad confessionem mortalium: sed si aliquis semel confessus est, etiam in mortali existens, non tenetur ulterius ad confitendum eadem peccata: quia cum nullus sciat se charitatem habere, nullus sciet se confessum fuisse: ergo non est de necessitate confessionis quod sit charitate formata. Et vt ait Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 5. quæst. 5. Clare constat nescire nos an aliqua

nostra confessio fuerit formata: quia nescimus nos esse in gratia: & cum hoc dubio non curare nos amplius de memoria peccatorum, vt denuo confitemur; quum tamen oporteret nos esse sollicitos ad pluries confitendum, vt quandoque fieret confessio formata: & sic nunquam finis imponendus esset confessioni vt tutior pars eligeretur. Quod constat vniuersalis Ecclesiæ aures offendere. Eadem ratione vitur in summa verbo *Confessio*.

Præterea Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 2. §. *At vero*, bene ponderat eandem rationem, dicens. Si enim verum esset, quod illius, qui sine gratia accedit ad Sacramentum, neque illam per ipsum suscipit, confessio non est valida: cum nullus sit certus in gratia recipisse Sacramentum; numquam esset certus confessionem fecisse legitimam, & præceptum impleuisse: atque adeo Sacramentum, quod nobis ad placandas conscientias institutum est, illas potius turbulencia, & tremore inquietaret. Accedit, quod vitæ norma ex prudentium more, & vsu sumenda est. Viri tamen prudentes, licet certi esse nequeant sint ne in gratia Dei, non subinde anxiantur dubij, an præceptum sumendi Sacramentum impleuerint. Adde tandem, quod omnia alia præcepta, vt charos honorare parentes; ieiunare, &c. possunt quantum ad substantiam operis extra gratiam impleri. Cur ergo non impleantur, & præcepta suscipiendi Sacramenta, quamvis obex ad sit gratiæ?

8 Respondet Vazquez n. 30. (& solutionem approbant Suarez; & Lugo quamuis nobiscum in conclusione conueniant, disp. 20. sec. 4. n. 2. & sec. 5. n. 3.) quod non debemus esse adeo solliciti, vt isti Auctores suspicantur, de repetendis confessionibus: neque enim opus est *certum esse satis est probabiliter* ita existimare nos habuisse omnia, quæ necessaria erant ad veram absolutionem, & confessionem. Si vero non fuit vera confessio, modo probabiliter existimemus fuisse veram, satis erit postea confiteri reliqua peccata: & si non desint necessaria ad confessionem consequemur remissionem omnium, etiam præcedentium: quia illa non tenemur confiteri, quando existimamus probabiliter esse iam legitime explicata in confessione. Quod vero dicam, teneri aliquæ ad repetendam confessionem, cuius defectum postea deprehendit culpabilem; non video quid

quid sollicitudinis nimie inferat fidelibus.

9 Sed contra est: nam si quis diceret præceptum recitandi horas canonicas, vel audiendi sacrum, non impleri nisi ab illis, qui reuera sunt in gratia Dei: merito argueretur contra illum difficultum esse tale præceptum, & ad turbandas, & inquietandas conscientias; quia communitè nec probabilitatem habent homines; sed ad summum tenuem coniecturam quod sunt in gratia. Et cum præceptum euidenter, & certo obliget tam tenui estimatione de requisitis ad eius validam impletionem, non est illi satisfactum. Sed iuxta sententiam, quam impugnamus, ad conuertentiam dicuntur confessio valida, & implens præceptum, & confessio dans gratiam, & charitatem. Ergo nullam maiorem certitudinem habemus de acquisitione gratiæ, & charitatis, quàm de valida impletione præcepti. Constat autem nos certiores esse quod horas recitauimus, sacrum audiimus, & die præcepto ieiunamus, quam simus certi esse in gratia. Ergo certiores sumus nos impleuisse diuinam, & Ecclesiasticam præceptum confessionis, quam simus certi nobis esse remissa peccata.

10 Præterea, vt probat D. Thomas 1. 2. q. 100. art. 9. & communiter Theologi, *modus virtutis non cadit sub præcepto, neque legis diuinae, neque legis humane: neque enim ab homine, neque a Deo punitur tanquam præcepti transgressor, qui debitum parentibus honorem impendit, quamuis non habeat habitum pietatis.* Quod verificatur etiam in præceptis sacramentorum, quæ enim sciret in sacramento, quod recipere tenetur, apposita fuisse omnia essentialia: quamuis sciret per illud non fuisse iustificatum, imò in illius receptione peccasse, non teneretur iterum recipere. Et qui præcepto iustitiæ teneretur ad restitutionem, quamuis restitueret existens in mortalibus; imò in ipso actu restitutionis mortaliter peccando, non teneretur iterum restituere. Ergo aliud est implere confessionis præceptum; & aliud gratiam consequi. Primum est facile, & ita cognoscibile, sicut cognoscitur præceptum; & ita nullam anxietatem relinquit. Secundum à Deo principaliter fit: & à nobis non nisi cōiectando percipitur. Quod non sufficit dare securitatem impletionis præcepti.

In corpore articuli probat D. Thomas: quia ita contingit in alijs sacramen-

ris. Sicut baptismus sicte receptus est verè sacramentum, si recipiatur cum intentione suscipiendi, quod Christus instituit; quamquam obicem forte gratiæ in suscipiente reperiat: Ergo idem contingit in sacramento pœnitentiæ. Respondet Adrianus negando consequentiam: quia per baptismum imprimitur character, non autem per pœnitentiam, atque ille non est iterabilis vt pœnitentiæ sacramentum.

Sed replicat Soto ratione secunda: quia discrimen hoc nihil ad rem. Ratio enim cur hoc conuenit Baptismo, non est nisi quia sacramentum, & eius effectus sunt duæ res distinctæ. Et ideo nil verat quominus possit homo suscipere substantiam sacramenti cum obice gratiæ: & tamen non recipere gratiam, quæ est eius effectus. Quare licet baptismus nullum imprimat characterem, id ipsum nihilominus accideret. Veluti si sacramentum extremæ vñtionis non imprimens characterem, cum obice gratiæ susciperetur, nihilominus esset verè sacramentum.

11 Quod magis explicuerat Caietanus illa q. 5. §. *Communis*: nam extremam vñctio est sacramentum iterabile: & tamē si incontritus suscipit quis extremam vñctionem, & post horam conteratur, non reiterabitur extremam vñctionem: nec carebit infirmus moriens illius fructu, quoniam si careret illius fructu, petenti infirmo iterari extremam vñctionem, ob suam incontritionem, Ecclesia non negaret: quam tamen negat dum super eundem morbum, & ordinat non repetendam. Nec oportet aliam huius rationem querere, quam ipsam sacramenti vim, ritum que Ecclesiæ.

Secundo respondet Vazquez, & Suarez, quod assignari potest clara differentia, quam indicauit D. Thom. dicta dist. 23. quia in nullo sacramento contritio ipsa, quæ est dispositio ad gratiam, & remouet obicem, est essentialis pars sacramenti. Sicut contingit in sacramento pœnitentiæ.

12 Minus satisfacit hæc euasio, quæ præcedens. In primis hoc iam præuenerat Caietanus vbi supra, docens doctrinam procedere, non solum si teneretur contritionem (perfectam, vel imperfectam) esse partem sacramenti pœnitentiæ: sed etiam tenendo contritionem esse partem sacramenti pœnitentiæ: quia non est pars, nisi relata ad confessionem exter-

ternam, quæ fit sacerdoti. In quo externo actu potest esse informitas; sicut in alijs sacramentis. Et ad secundum explicat attritionem quoad vnum munus esse partem sacramenti absolute; & quoad aliud munus, & perfectionem esse partem sacramenti formati.

13 Secundo ad hominem contra Suarez, & alios, qui cum sequuntur, est argumentum manifestum: nam ipsa attritio perfecte extensa, est pars sacramenti formati: & si illa deficiat omnimoda extensio est pars sacramenti informis. Contra quæ dicendi modum repullulant omnia ipsorum argumenta. Quod eadem est dispositio pro gratia, & pars essentialis sacramenti.

Et quod si contritio ponitur à D. Thoma, & ab ipsis pars essentialis sacramenti numquam dabitur sacramentum informe. Imò, & non possunt, si consequenter loquantur, vrgere auctoritatem Concilij, quod ipsam dispositionem assignat pro parte sacramenti. Quod ergo ipsi recte responderint pro defendenda confessione informi defectu extensionis doloris; nos respondebimus pro omni alio casu, in quo iuxta D. Thomam, & rectam Theologiam, constaberit posse dari confessionem informem. Et præcipue, quia facilius est in pluribus actibus saluare, quod vnus sit dispositio, & alius pars: vel quod ratione adiutorij actu hoc verificetur, quam in diuersis formalitatibus vnus actus id verificare.

14 Tertio, in sacramento matrimonij ipsi humani actus sunt partes sacramenti: & tamen defectu dispositionis ad gratiam, potest esse informe: ergo pariter potest in hoc Sacramento contingere, licet actus humani sint eius partes essentialis.

Vltimum conclusionis fundamentum, quo contrarijs responderetur, sic solet formari, vt format Auerfa. Non apparet sufficiens repugnantia, nec ex parte formæ, neque ex parte materiæ, quominus ita in hoc, sicut in alijs sacramentis contingere possit vt sit validum, sed informe. Non repugnat ex parte formæ, quæ quidem potest adhuc sufficienter verificari, & verum reddere sensum. Et quidem res non est singularis in hoc sacramento; sed communis ex parte, etiam in sacramento ordinis: nam in conferendo ordine sacerdotali quoad potestatem remittendi peccata, & in conferendo ordine Episcopali dicitur: *Accipe Spiritum Sanctum:*

quod idem est ac si dicatur: *Dot tibi Spiritum Sanctum*: Vt vtrique intelligatur pœnes gratiam internam. Itaque hæc ordinatio nis forma expresse etiam significat ipsam effectum gratiæ. Et tamen adhuc potest omnino esse valida, & carere tunc effectu gratiæ. Neque deest sufficiens materia quando deest sufficiens dispositio. Quia licet materia huius sacramenti consistat in actibus pœnitentiis, inter quos præcipue est retractatio, & dolor de peccatis: tamen cum huiusmodi dolor habeat notabilem latitudinem, ac diuersitatem, optime potest esse vt aliquis dolor sit sufficiens in ratione materiæ ad validitatem sacramenti: sed non per hoc sit sufficiens in ratione dispositionis ad effectum gratiæ.

15 Nec auctoritas Tridentini vrget: quia in illo explicantur omnia essentialia sacramentorum: & dispositiones requisitæ vt fideles accedentes ad sacramenta, reportent fructum, quem ex meritis Christi ibi possunt percipere. Hoc enim non ignorare saluti fidelium expedit. Subtiles autem distinctiones sacramenti informis, & formati, & aliæ difficultates inde surgentes proprie sunt Theologorum; & ideo in Concilij intacta relinquuntur. Sic responderat auctoritati Concilij Florentini Soto in 4. dist. 18. q. 3. att. 2. §. *Quod si*, dicens, quod in Concilio solum determinatur in genere, quod contritio est pars Sacramenti: reliqua Theologorum Scholis relicta sunt explicanda.

§. III. Quid de Sacramento Pœnitentiæ informi ratione fictionis dicendum sit, de terminatur.

Sed hinc surgit difficultas: nam in baptismo, & reliquis sacramentis solet informitas accidere propter fictionem: fictio autem est nouum sacrilegij peccatum. Ergo si pari ratione hic est dicendum, pœnitentiæ, erit informe sacramentum propter fictionem peccati nosam: & validum: quia habet omnia essentialiter requisita.

Quod si hoc concedatur, surgit ex oppositio maior difficultas: quia de nouo peccare, non est præteritorum agere pœnitentiæ: sed nouam accretionem peccatorum.

Nec nomen poenitentiae meretur, Deum offendere: quia potius est impoenitentia. Haec autem est materia destruentia: non materia ex qua componatur sacramentum. Implicat ergo in terminis Sacramentum Poenitentiae validum, & peccaminosum.

16 Propter has, & alias difficultates, Petrus Soto de Confessione lec. 8. propos. 1. & 2. docet quod cum confessio est cum fictione posititia, hoc est, cum nouo peccato, est inualida, & iteranda: & solū erit informis cum bona fide putatur habere omnia requisita ad effectum; & reuera non habet.

Haec doctrina, inquit, nec nimium onerosa est; nec à contrario nimium lata, Et consonat doctrinae Patrum de conformitate sententiae Sacerdotis cū diuina sententia. Seruat itaque medium. Quid manifestius, quam eum, qui confitetur, & in ipsa confessione nouum peccatum, vel proponit committere; vel in eo sibi placet, siue illud aperte confiteatur, siue non, non posse absolui, & nullam esse absolutionem, si impendatur illi? Committit enim, & ipse, & absoluens grauissimū sacrilegium. Et propos. 2. ait, quod defectus perfectae contritionis duntaxat, & si non deprehendatur à poenitente, vel Sacerdote, tantus tamen, & talis vt merito deprehendi debuerit, reddit nullam confessionem, & necessario repetendam. Similiter enim committitur graue sacrilegium, & est contra ipsam rationem iudicij, nec diuina sententia consonat. Idem docent Suarez disp. 20. sec. 4. & disp. 23. sec. 4. n. 4. Granados controu. 7. tract. 3. disp. 3. sec. 3. n. 20. & 24. & sec. 1. n. 6. Lugo dif. 14. sec. 6. n. 80. Auersa q. 14. sec. 6. §. Si autem: vbi refert Nauarrum, Sylvestrum, & Caietanum: in quibus id non inuenio; & in duobus vltimis oppositum. Obiter fauent Caietus, & Leander: sed ita cursim, vt citare non oporteat. Fateor hanc tenere omnes, qui dicunt non dari sacramentum poenitentiae informis; & vnum ex motiuis quo ibi vtuntur, est ne ad hoc inconueniens deducantur: vt patet ex Adriano q. 4. de confessione, Coninch, & alijs:

17 Ex his vero, qui sententiam D. Thomae tenent, modo non occurrunt alij, qui huic modo dicendi faueant. Quae late probat Suarez illa sec. 4. à n. 16. vsque 22. Nam quia Concilia dicunt vinū esse materiam Eucharistiae, nemo dicere potest acetum inuincibiliter putatum vinum, aliquando sufficere. Cum ergo con-

tritionem supernaturalem dicant partem essentialem, si illa deest, nihil fit: quia *Deus non supplet essentialium defectum ob priuatum errorem*. Et licet hoc iudicij humanum videatur; tamen reuera est diuinum: nam in eo homo se gerit vt instrumentum, & minister Dei. Veritas autem, & substantia diuini iudicij non est posita in humana estimatione: sed in confirmate ad rem ipsam: & ideo, licet illa videatur vera accusatio; tamen in re ipsa & apud Deum non est. Denique, Deus non exigit ab homine existimatam poenitentiam, sed veram. Quae latissime prosequitur; & ea alij summam proponunt ab eo accipientes.

Ex illis vero, qui tenent sacramentum poenitentiae non posse esse informis, potest argui cum Coninch disp. 4. dub. 4. n. 34. & dub. 5. n. 40. & expressius dub. 11. n. 73. Nam hoc iudicium est primo, & per se institutum ad reconciliandum peccatorem cū Deo: sed nulla accusatio tēdit ad reconciliationem, nisi per eam significetur reus sui peccati ita poenitere prout requiritur vt accedente absolutione possit à peccatis absolutus manere: quod non est de nouo peccando, ne falsū sit signum. Ergo omnis confessio sacrilega est falsa, & inualida.

Secundo arguit n. 40. Quia Christus non dedit Apostolis potestatem quosvis aboluendi à peccatis; sed eos solos, qui legitime sunt dispositi: ergo ipsi non habent potestatem alios aboluendi: & consequenter invalide id faciunt: atq; ita absolutio erit nulla, & sacramentū inualidū.

Denique arguit n. 73. quia ex opposito sequeretur posse quem valide suscipere hoc Sacramentum cum actuali affectu peccati mortalis. Quod tamen fere omnes negant. Haec ille.

18 Veram tamen omnino iudico sententiam oppositam, afferentem sacramentum poenitentiae posse esse informis, quāuis ficte recipiatur, fictione, quae sit actualis peccatum mortale. Primo, quia est expressa S. Thomae: siquidem in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 1. dicentis. *Et quamuis tunc non percipiat absolutionis fructum; tamen recedente fictione, percipere incipiet: sicut etiam est in alijs sacramentis. Vnde non tenetur iterare confessionem, qui fictus accedit: sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri.* Quae auctoritas expressa est: quia non est obligatio sacramentalis confessionis, nisi propter peccatum mortale. Sed non tantum tenetur homo pecca-

ta praeterita clauibus Ecclesiae subicere, sed vt tollatur fictio, & percipiat absolutionis fructum, ait D. Thomas, quod *tenetur post modum fictionem suam confiteri.* Ergo cum fictione sacrilega peccati moralis, quae est materia necessaria confessionis, admittit D. Thomas sacramentū validum & informe.

Secundo, quia ita communiter intelligunt Thomistae antiqui: & moderni & vt veram sequuntur. Ita Paludanus in 4. dist. 17. q. 8. n. 10. & 20. & 24. Capreolus q. 2. art. 3. ad 4. Durandi fol. 213. & ad argumenta Godofredi folio 215. & in fine quaestionis. Caietanus in Summa verbo confessio conditione 10. & verbo confessio iteranda, & to. 1. Opusc. tract. 5. q. 5. Syluester. verbo confessio 1. q. 2. n. 26. Victoria in Summa de confessione n. 160. ait. *Si vero omiserit aliquod peccatum, putans se fecisse sufficientem indaginem, etiam si illa ignorantia sit culpabilis mortaliter, confessio est valida, & non iteranda.* Cano Relec. de poenitentia parte 5. folio 41. editionis Cöplutensis, vbi ait: Quod si ita est, vt certe videtur esse, confessionem informem esse materiam veram sacramentalis absolutionis; impertinens fuerit per illam dari gratiam, *vel non dari potest obiectum* (nō ponitur ob ex gratia, nisi per peccatum mortale) Nam si extremam vntio veram materiam, & formam habet, verumque ministerium; si suscipiens impedimentum apponit effectui sacramenti; nō inde sacramentum irritum est. Idemque in matrimonio videre licet, & in reliquis sacramentis. Haec ibi.

Qualiter hoc componi possit cum veritate formae absolutionis explicat solutio ad primam confirmationem; primi argumenti docens, quod remissio peccatorum dupliciter intelligitur. Altera, quae habet annexam iustificationem, atque effectum remissionis peccatorum: & sic qui peccata remitti, semper gratiam confert, per quam remissio peccatorum efficitur. Altera peccatorum remissio iudicialis est; quae nihil aliud continetur, quam sententia, cuius virtute quis soluitur à peccatis in tali iudicio peccatorum remissiuo. In quem sensum sacerdos semper peccata remittit.

Et in solutione ad posteriorem confirmationem docet, quod sensus formae sacramentalis est: ego iudicialem absolutionem impendo, quae vi sua potens sit te absolue, si tu velis fructu eius obtinere. Quae admodum, si absolutionis sen-

tentiam proferret iudex, qua liberareris à carcere, in quo postea tu voluntate tua manere vis, & si ego extrinsecus claue ianuam seram aperirem, & tu volens intus obicem opponeres: ego vere ianuam aperui. Haec Cano.

19 Sequitur Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 2. §. At vero. Et ad 1. & art. 3. conc. 3. §. Sed est hic. Et ad 1. casu primo ait. Praeterquam quod, *Potest esse culpabilis ignorantia: & tunc ipsa confessio erit peccatum: & nihilominus, si tamen poenitentiam, quam sacerdos putat sufficientem fuisse diligentiam; potest absolutio subsequi in fructu: tuos tamen.* Idem dicit casu 2. Et ad 2. §. Ex his, respondens Adriano, ait. Et negare, quod qui malo sine soluit debitum creditori, non satisfaciat praeccepto iustitiae, est rem in opinabilem dicere. Idem ergo contingere potest in confessione, dum quis, vel non fecit diligentiam sufficientem, vel non habet sufficientem propositum; putat nihilominus digne accedere; *tanta enim esse potest ignorantia, aut peccet accedendo; & nihilominus satisfaciat praeccepto.* Idem tenent Martinus Ledesma 2. p. Quarri q. 8. art. 1. dub. 2. propos. 5. folio 53. Petrus Ledesma. 1. p. Summa tract. 5. de poen. cap. 16. conc. 1. difficult. 3. Didacus Nuño in Addit. 3. p. q. 9. art. 1. dub. 1. casu primo, & secundo, & ad 3. Ioan. a Cruce q. 3. de confessione dub. 9. cōc. 2. dicens *edmundus*

20 Tertio, quia extra Scholā D. Thoma multi eam sequuntur. Durandus in 4. dist. 17. q. 13. à n. 7. vsque 11. Joseph. Angles in Floribus de confessione ar. 7. dist. 4. coc. 3. Emanuel Rodriguez in sum. cap. 57. n. 74. & cap. 58. n. 7. & ex eadem Scoti scholā, nouissime Delgadillo de poenit. cap. 10. dub. 5. n. 34. Item Enriquez lib. 5. qui est secundus de poenit. cap. 11. n. 1. in textu ita ait. Nec impeditur veritas si insufficientis sit dolor ex mortali negligentia; aut ignorantia quadam culpabili. Nam conueniunt omnia ad veritatem sacramenti requisita. Et in fine numeri ait. Christus enim hoc praeccepto noluit vt poenitens teneatur repetere confessionem, quāuis dolor ex intentione fuit vniversalis; & animus confitendi extenditur ad omnia mortalia, nam confessor est similis iudicio humano, quod valet, dum humano modo seruantur substantialia. Eodem Glossa lit. D. ait. In iudicio exteriori sententia, qua iudex procedit secundum allegata, & probata, nec continet in sententia intolerabilem errorem,

valet in utroque foro: *quamuis re ipsa sit in ipsa*. Nauarrus cap. 9. n. 1. §. 2. n. 10. cap. 27. n. 3. (Melius posset probare ex Innocentio Tertio cap. *Pastoralis, de officio, & potestate iudicis delegati, in §. Quia vero: & ex alijs quæ adduximus ca. 23. Theol. Mor. q. 2. §. 2.*) sic valet sententia absolutionis, vt ait Soto, &c. Cardinalis Tolerus, ex eadem Societate Iesu lib. 3. summæ cap. 10. n. 5. sic ait. Cum tamen aliquis existimat se sufficienter dispositum (quamvis non vere sit immo quamvis sit taliter dispositus, quod non consequatur gratiam ex absolutione: *immo peccabit accedendo*) si tamen ipse putat illam attritionem sufficientem esse, confessio non est iteranda vt tenet Soto. Hæc ibi.

Item Alfonso Vega to. 1. Summæ cap. 63. casu 68. His temporibus. Sequuntur Diana 3. p. tract. 4. resol. 65. Trullench lib. 4. cap. 6. dub. 6. n. 4. & 5. Thomas Hurtado to. 2. tract. vlt. resol. 10. §. 6. & ad 4. Ex quibus patet, & probatione oculari est ostensum, hanc sententiam esse communem: vnde est perspicuum, quod nullam adhibuit diligentiam in auctoribus euoluendis, qui scripsit, quod hanc fere omnes negant.

21 Quarto probatur rationibus iam propositis. Primo à priori. Sacramentum informe susceptum fictione sacrilega (casu quo admittatur) habebit omnia essentialia sacramenti pœnitentiæ, quamvis non habeat omnia pertinentia ad effectum sacramenti: sed hæc duo separabilia sunt, non solum cogitatione, sed re ipsa: Ergo, (in dicta suppositione) erit sacramentum validum, & sine effectu, & sine bonitate: & ita mortale erit peccatum necessario confitendum. Minor est per se nota in physicis: nam essentia compositi ex materia, & forma, distinguitur, & separabilis est à proprietatibus, & ab effectibus. Et metaphisicè, distinguimus essentiam à proprietatibus, & istas ab effectibus. De modo quo id fiat suo loco disputatur. Maior supposita institutione (ex qua non colligitur hic intencione aliqua non colligitur, nisi miraculose faciendum) etiam est manifesta: quia essentia causæ (etiam instrumentalis) distincta est ab effectu adhucque illo posito, vel non posito, causa manet in suo esse. Hæc est vis rationis D. Thomæ 3. p. q. 69. art. 9. ibi. *Dicitur autem aliquis factus per hoc quod voluntas eius contradicit, vel Baptismo, vel eius effectus.*

22 Secundo vrget paritas baptis-

mi, & reliquorum sacramentorum sepe iam expensa.

Tertio vrget discrimen, quod primæ sententiæ Auctores constituunt inter hoc, & reliqua sacramenta, quod (rectè expensum) nostram doctrinam corroborat. Quia nullus Catholicus est, qui dicat, per quemlibet, qui exterius absoluendus accedit, recipi validum sacramentum: si enim Theologi damnant vt erroneam, vel temerariam, & improbabilem sententiam afferentem absque vilo prorsus dolore effici validum sacramentum; melius absolute pronuntiabunt esse *erroneum* dicere cum complacentia peccati præteriti, & sine vilo prorsus proposito abstinendi (quæ omnia habet, qui manifeste sciens in peccato accedere, vult nunc sacrilegium committere contra dignitatem, & religionem medicinæ spiritualis a Christo institutæ) vult confiteri, & serio perit à sacerdote sacramentaliter absolui. Vnde Soto dist. 18. q. 3. post 6. conclusionem ait, quod quodcumque sacerdos intellexerit, pœnitentem non esse legitime dispositum, vt gratiam sacramenti suscipiat, nullatenus potest eum absolueri: *Esset enim sacrilegus error, eum absolueri, qui noscitur à Deo non absolutus.* Vnde (vt ait ad 2. in fine) si manifeste sciret in peccato accedere, non solum peccat mortaliter, & confessio est nulla, & iteranda; sed nec diuinam, nec Ecclesia scilicet cum præceptum confessionis implet; de quo, postea. Imò de fide accedente ad baptismum notat Soto ratione 2. quod si eum, qui baptismum petit, constaret esse in peccato, cuius obicè opponeret gratiæ, nullatenus esset baptizandus: licet si reuera baptizetur cum legitima intentione, vel quia petens obicè suum celat, vel quia sacerdos errando baptizat, sit nihilominus validus. Pari ergo iure confessio informis non est valida, nisi vel ex ignorantia sacerdotis, aut pœnitentis, absolutio accedat. Sed est discrimen quod, quia in baptismo nulla requiritur confessio: licet qui baptizatur maligne occultaret suam fictionem, nihilominus sacramentum teneat, hic vero minime, quia confessio trunca tunc esset, & dimidiata. Hæc Soto ibi.

Caietanus etiam tom. 1. Opus tract. 18. q. 5. oppositum vocat *errorem à S. Hieronymo dicitur*. Quia tamè cum hac doctrina fiat veritas primæ conclusionis. Vnde ipse Caieta. in summa verbo *confessio* ait. *Ni si confessio possit esse informis, oporteret*

pro-

probare hanc exceptionem sacramenti pœnitentiæ, quod solum inter sacramenta non potest esse informe: nam reliqua omnia sacramenta possunt esse informia & vera simul, vt patet discurrendo per singula. Item omnia informia sacramenta possunt aliquando recipi cum sacrilegio actuali: Vt patet discurrendo per singula. Ideo in praxi assignandi sunt aliqui casus in quibus id verificet ur:

23 Respondet Petrus Soto lec. illa lec. 8. propositione tertia, & alij pro eius sententia relati, quod *defectus contritionis perfecta, qui deprehensus non est à pœnitente, vel sacerdote bona fide, & debita diligentia (qua videlicet probabiliter iudicata est sufficienter) agentibus, & si non nunquam fructum absolutionis, non tamen nullam reddit confessionem, aut repetendam: sed est validum sacramentum, quod postea recedente fictione operabitur. Et in hoc solo casu habet locum opinio de sacramento valido, & informi, & absque peccato mortali.* Si quidem probabile iudicium, cum bona fide, & diligentia debita, faciunt ignorantiam facti, vel iuris, vel vtriusque, esse inuincibilem: ex suppositione autem opinionis probabilis, & ignorantie inuincibilis excusari potest homo ab omni peccato: vt constat ex communi Theologorum, vt vidimus cap. 1. & 2. Theologiæ Moralis. Excusatur ergo à peccato omni: & in re non habet materiam essentiali. Recipit ergo sacramentum validum, & informe, & non sacrilegum. Manet ergo in peccatis præcedentibus nunc sibi ignotis, a quibus de lege ordinaria non liberabitur nisi contritione, & per alias confessiones validas, in quibus oblita mortalia per accidens remittuntur.

24 Sed contra arguo. Primò ad hominem contra Suarez disp. 2. o. sec. 4. n. 16. & 26. ex quo Lug. n. 80, & 89. & Auer. & passim alij, qui casum admittunt confessionis informis defectu extensionis doloris (eo modo quo infra) ad diluenda argumenta aduertunt, quod si ex ignorantia culpabili fiat, nullum recipitur sacramentum: secus si ex inculpabili. Sicut obliuio inculpabilis alicuius mortalis non tollit formalem integritatem confessionis, secus si inculpabilis. Quæ doctrina euident est; sed nullam video disparitatem inter casum suum, quæ concedunt & inter eos, quos alij nostre sententiæ auctores, & assignant, & ipsi negant. Vel vt de disparitate instruamur, ipsi eam scribant vt legam.

Secundo, arguo simpliciter, quia quod

ignorantia sit vincibilis, vel inuincibilis, statimur ex conditione scientiæ operantis, & ex obiecto, & circumstantijs: (& variatio in hoc est optima ad liberandum à necessitate mediij, vel præcepti: neutriquæ vero tollit media necessaria, nec variat institutionem, nec in re tollit præcepta in re ipsa) Ergo in re idem sacramentum vel idem effectus recipitur in utroque casu ignorantie vincibilis, & inuincibilis; opinionis probabilis solum apparenter, & vere probabilis; diligentie summæ, & negligentie culpabilis mortaliter. Ergo propter rationis paritatem idem dicendum in utroque casu quantum ad hoc: quia sacrilegium ipsum latet defectu notitiæ certæ. Quæ certitudo non est, stante ignorantia ex parte pœnitentis, & confessarij de dispositione pœnitentis: quæ durat, durante in utroque, sola opinione facti, seu existentie illius iure qualis à Deo exigitur. Vnde S. Bonauen. in 4. dist. 17. in 2. p. dist. art. 2. q. 3. n. 91. ait. *Concedo igitur, quod non est necessarium, neq. obligatur quis confiteri ex charitate: sed tenetur confiteri, vel ex charitate vel ex dispositione ad charitatem disponente sufficienter, vel secundum probabilitatem, vel secundum veritatem: si secus fiat, tenetur iterum confiteri, quia sacramentum spiritum facit.* Quævis ergo sit iudicium diuini, probabilis existimatio, quod sit in re sufficientes dispositio (abstrahendo à probabili vincibiliter, vel inuincibiliter cognito) quæ secundum veritatem sufficientes non est, sufficit ad vitandum quod sacramentum sit irritum.

25 Quibus attentis conuellantur radicibus contraria fundamenta non solum enim admittimus, sed docemus aliquas confessiones informes esse sacrilegas iudicialis sententiæ diuinæ, & humana est reiecta formaliter, secundum illud quod pœnitentiæ, & confessarij constat: materialiter est sine fructu aliquando sine culpa, cum ignorantia est inuincibilis, aliquando cum culpa pœnitentis, cum ignorantia fuit vincibilis; vel diligentiam minorè, quàm debuit, adhibuit. Eodem modo dicitur consonare diuinæ sententiæ quoad substantiam sacramenti, non quoad fructum. Vnde Dominicus Soto ad 1. & 2. respondet quod concludit argumentum quod sacerdos non debet pœnitentem absolueri, quæ scit non esse idoneam, vt gratiam recipiat. At vero confessio informis fit ex motione Dei, non quidem momentis ad gratiam, sed confessionem iubentis. Sicut qui honorat parentes in peccato mortali, illud ex motione Dei, hoc est, iussu eius facit. Et ideo si putat se esse

Ggg dis-

dispositum, & absoluitur, præceptum implet quoad substantiam. Sicut qui fictus baptizatur. Licet neutrum impleatur ad intentionem, & finem præcipientis. Sed tamen quia finis non cadit sub præcepto, impletur quantum ad substantiam.


26 Si argumenta Suarez proponerentur ab Adriano, aut Vazquez, & alijs omnino negantibus Sacramentum pœnitentiæ informe, consequenter procederent: quia, si quid probant, hoc conuincunt. Coeterum non video qua doctrinæ consequentia obijciatur à Suarez, Lugo, Auerfa, & alijs in aliquo casu admittentibus sacramentum pœnitentiæ informe, & quod dispositio, quæ existimatur sufficiens ad sacramentum, & effectum eius, in veritate solum sufficiat ad sacramentum, & non ad effectum eius. Nam ipsis potest obijci, quod nunc opponunt, quod in Eucharistia nõ sufficit pro materia acetum inuincibiliter putatum vinum: & quod Deus ab homine non exigit existimatam pœnitentiam, sed veram, &c. Alius etiã defectus est in his argumentis: quia intentum eorum erat probare, quod confessio informis non potest esse sacrilega: & cū tor argumenta multiplicet, nullum hoc infert: sed solum quod sacramentum non potest esse validum, & informe. Quod hoc non probent, iam est ostensum. Cum igitur nullam probationem afferant ad præsens intentum, quod confessio informis non potest esse sacrilega; non est aliquid quod solutionem exigat.

27 Ad primum argumentum Coninch facile respondetur, quod quia vt docet D. Thomas. 1. 2. q. 100. art. 9. ad 1. finis præcepti non cadit sub præcepto: ita nec effectus sacramenti, nec finis eius est de essentia sacramenti. Qui existimās

suam confessionem sufficere ad validum, & fructuosum sacramentum, absolutionem petit vt reconcilietur cum Deo. De facto tamen non reconciliatur, quia in re non habet ea, quæ se putat habere: & quæ Deus instituit requiri pro fructuoso sacramento; licet habeat ea, quæ requiruntur ad validum sacramentum.

Præterea dicitur illa tria, & omnia alia argumenta primæ sententiæ instari: quia vt ait. Cano ad posteriorem confirmationem: idem argumentum fieri posset de sacramento Baptismi: dum suscipitur à fido.

28 Tertio dicitur, quod argumentum Coninch soluit Lugo disp. 14. sec. 9. n. 78 quia licet ad hoc sacramentum requiratur voluntas absoluta reconciliationis cum Deo; hæc tamen voluntas non semper includit virtualiter retractationem omnium peccatorum. Sicut non omnis actus spei est detestatio virtualis omnium peccatorum: neque est virtualiter attritio sufficiens ad iustificationem cum sacramento: quamvis sperans habeat desiderium efficax beatitudinis, quam existentes in peccato obtinere non possunt. Sic ergo potest esse desiderium reconciliationis cum Deo, quod tamen non contineat: virtualiter retractationem omnium peccatorum. Nam si aliquis ex ignorantia putaret peccata remitti à Deo absque eorum retractatione, per solam elemosynam; posset velle dare elemosynam ad impetrandam veniam peccatorum, & posset velle efficaciter reconciliari cum Deo per illud medium: quæ tamen voluntas nullo modo includeret dolorem virtualem peccatorum. Alioquin omnes, qui de facto confitentur ad impetrandam veniam.



Hic morte præuentus Auctor vite simul, & pœnitentiæ finem imposuit; & si usque ad extremum vite pœnitentiæ verbis docuit & factis, quid sumus dicturi; nisi quod vt pœnitentiæ colligeret, fructus euolauit ad supera

IN

In animo erat auctori totam materiam Sacramentorum commentarijs illustrare, & præceptum laborem ad finem usque perducere; sed additus Sancti Thomæ discipulus, morte præuentus dum materiam Pœnitentiæ percurreret, nec tractatum de prima parte Pœnitentiæ, ne mpe de contritione in specie, omnino consummare potuit. Verum quia antea quædam de secunda parte, videlicet confessione Sacramentali scripserat; opportunum visum est hic addere, & reponere hæc fragmenta ne pereant.

TRACTATUS DE CONFESIONE SACRAMENTALI IN QUATVOR QUÆSTIONES DIVISVS.



Ost tractatum de contritione, conuenienter agitur de confessione; quæ est secunda pars Sacramenti Pœnitentiæ. De qua tractat S. Thomas in additionibus a q. 6. vsque ad 11. ex quo loco desumptimus quæ hic tractanda sunt; & quia non est animus omnes & singulos exponere, etiam non erit in omnibus idem ordo seruandus, sed qui ad faciliorem intellectum videbitur expedire.

In tres ergo quæstiones tractatum istum partiemur. Prima erit de quidditate, & præcepto confessionis.

Secunda de eius integritate.

Tertia de illius qualitate, & modo faciendi confessionem.

QUÆSTIO PRIMA. DE QVIDDITATE SACRAMENTALIS CONFSSIONIS, ET EIVS PRÆCEPTO.

DVBIVM PRIMVM.

Quid sit confessio Sacramentalis?



Confessio si rigorem vocis attendamus, est cū alio locutio; confiteri enim est simul cum alio fari, seu loqui. Et solet à Patribus duplex confessio distingui alia confessio laudis, alia confessio peccatorum, vt patet ex D. Hilario ad illa verba Psal. 6. *Confiteantur tibi populi Deus.* Et ex

D. Aug. super Psal. 94. *præueniamus faciem eius in confessione.* Et sic etiam illa verba Matthæi 11. *confiteor tibi Pater,* communiter intelliguntur de confessione laudis. Vnde Chrysostomus dicit ibidē quod *Confiteor idem valet quod gratias ago,* vt patet hom. 39. in Matthæum; & de hac modo nõ loquimur; sed de peccatorum confessione: Et hæc est duplex, alia interna quæ fit soli Deo & vix distinguitur à contritione, & de hac intelligitur illud Psal. 31. *Confitebor*

bon aduersum me iniustitiam meam Domino; & tu remisisti impietatem peccati mei. Et etiam non intendimus de ipsa tractare in presenti, quia de actibus internis Pœnitentiæ iam dictum est: sed est sermo de confessione peccatorum externa, non qualibet, sed ordinata ad absolutionem sacramentalem.

2 Solent autem variæ confessionis assignari diffinitiones. Tres inter alias refert S. Th. q. 7. addit. art. 1. prima quæ est D. Aug. talis est. *Confessio est per quam vulnus mentis sub spe veniæ aperitur.* In qua diffinitione notat S. Th. explicari genus siue substantiam actus, quia dicitur quod est apertio, materia confessionis quæ sunt peccata quæ mentem vulnerant; & causa confessionis quæ est spes veniæ. Aliæ autem diffinitiones etiam ministrum vel aliqua alia declarant, quia ut ait S. Th. ad 4. *Non oportet in qualibet diffinitione omnia tangere quæ ad rem diffinitam concurrunt.*

3 Vnde secunda diffinitio est quod *Confessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio.* Vel denique ut alij definiunt: *Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio erubescens, & per clauas Ecclesie satisfactoria, obligans ad peragendam Pœnitentiam iniunctam.* Et in re istæ diffinitiones non differunt ab illa quæ tradit solet ex M. Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 2. & ab alia modernorum quæ talis est. *Confessio est legitima, & sacramentalis accusatio de proprijs peccatis, facta sacerdoti ad obtinendam remissionem peccatorum per absolutionem.* Hæc non omnino seruat præcepta diffiniendi, quia nimis longa est, sed tantum est quedam doctrinalis expositio ad intelligendam quidditatem confessionis de qua loquimur.

Dicitur legitima, quæ particula etiam in secunda diffinitione S. Th. habetur, & ponitur ad explicandum ad confessionem requiri quasdam conditiones infra recensendas ob quarum defectum solet esse nulla. Additur sacramentalis, quod etiam expressit S. Th. in 3. diffinitione, ad explicandum quod non omnis confessio facta sacerdoti est de qua nunc loquimur, sed solum illa quæ ordinatur ad absolutionem, & est pars Sacramenti. Dicitur accusatio ut etiam S. Th. quia debet peccata pœnitens manifestare ut reus non ut gloriatur aut iactet se de illis, sed ut ea reprobandis, & iudicanda manifestatis. De proprijs peccatis quia iam quæstione præcedenti propria non vero aliena peccata esse contritionis, & pœnitentiæ ac

per consequens confessionis materiam particula facta sacerdoti declarat proprium ministerium huius Sacramenti, quia debet esse Sacerdos, & non laicus. In alijs autem particulis explicatur finis, & completum per quæ consummatur & perficitur Sacramentum.

4 Ex quo patet verum esse quod docet S. Th. in art. 2. quod confessio est actus virtutis. Et quod magis explicat in art. 3. licet confessio beneficiorum Dei pertineat ad virtutem patriæ seu religionis, tamen confessio peccatorum pertinet ad virtutem pœnitentiæ quæ est pars potentialis iustitiæ iuxta dicta 3. p. q. 85. art. 3. & explicat hoc S. Th. ex paragrapho 4. Ethicorum dicente quod confessio quæ fit in iudicijs non pertinet ad veritatis virtutem, sed magis ad iustitiam, ita hic confessio non pertinet elicitiue ad virtutem veritatis seu veracitatis, ut quidam dicunt, sed ad Pœnitentiæ virtutem quia ad hoc totaliter ordinatur.

DVBIVM SECVNDVM.

De præcepto confessionis: An detur, quando, & quos obliget?

1 Dico primo confessio sacramentalis est de necessitate salutis eius qui in peccatum mortale post Baptismum cecidit, hoc est præceptum iure diuino immediate à Christo Domino impositum. Est certa secundum fidem, & patet ex dictis q. 84. de ipso sacramento pœnitentiæ & Math. 16. & 18. & Ioan. 20. *Dixit Christus Dominus quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt quæ verba; ut ait Concil. in dicta quæstione ut Ecclesia semper intellexit de potestate absoluendi à peccatis & ligandi.* Vnde sumitur argumentum contra Hæreticos. Apostoli & eorum successores constituti sunt animarum iudices, ita quod ex diuina dispositione peccata remitti non possint nisi per eorum legitimam absolutionem vel in re exhibitam, vel in voto desideratam, quando articulus necessitatis non contemptum sacrum excludit: sed absoluere & iudicare non possunt, nisi ipsi delinquentes peccata sua constentur: ergo confessio sacramentalis est de necessitate salutis, hæc est ratio S. Th. hic q. 6. ar. 1. quæ licet varijs vijs conetur hæretici euadere, sed non prævalent,

2 Rur-

2 Rursum idem constat ex illo Iacob. 1. *Cōfiteamini alterutrum peccata vestra:* quod sic exponit cum Beda alij DD. & sic obseruatum à Christianis, qui erant Apostolorum tempore, constat ex illo Actorum 19. *Multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos: multi autem ex eis qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Et hic planum est non fieri mentionem nisi de confessione quæ facta fuit D. Paul. & alijs Ecclesie ministris. Idem constat multis Conciliorum diffinitionibus, præcipue ita definit Conc. Laod. can. 2. & Carthag. 3. can. 31. & in cō. Flor. in instructione Armenorum, & in multis alijs. Sed præcipue in Trid. sess. 6. cap. 14. & sess. 4. cap. 5. & can. 6. quod autem hoc præceptum sit immediate à Christo Domino impositum, constat ex eadem sess. cap. 1. & ex dictis q. 84. ar. 7. & ibidem ar. 5. de ipso sacramento solet disputari qualiter non solum sit necessarium necessitate præcepti diuini, sed necessitate medijs.

3 Dico 2. Etiam fideles tenentur ad confessionem præcepto Ecclesiastico, quod proprie loquendo & simpliciter, non est determinatio iuris diuini, sed nouum præceptum humanum, per quod determinatur tempus obligationis, distinctum ab illo pro quo obligat ius diuinum: quantum ad aliquid verò potest dici determinatio iuris diuini.

Prima pars patet ex Trid. sess. 14. cap. 5. & can. 8. ubi habetur in Ecclesia extra re præceptum annuæ confessionis, & in cap. *omnis utriusque sexus* de pœnitentijs, & remiss. lib. 6. decretalium ex Cōc. Lateran. Innocentio Tertio, sic dicitur: *Omniis utriusque sexus fidelium, postquam ad annuam confessionem peruenierit, omnia sua solus peccata semel saltem in anno, fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi Pœnitentiam proprijs viribus studeat ad implere; suscipiens reuerenter adminus in Paschate Eucharistia Sacramentum: nisi forte de proprijs sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum; alioquin viuens ab ingressu Ecclesie arceatur, & moriens Christiana careat sepultura.* Hæc ibi.

4 Secunda pars indiget explicatione, quia videtur a multis negari, qui forte in re non dissident, sed in vocum proprietate. Certum est in hoc præcepto & includi præceptum de confessione iure diuino præcepta; & insuper addi quod sit semel in anno & si propter hoc, hoc præceptum vocatur determinatio iuris diuini, quia addit ali-

quid, & determinat, & præcipit quod à Deo alias non erat præceptum, verum dicitur, quia ita est, sed hoc est uti vocabulis in latiori significatione. Quia esse aliquod præceptum determinationem iuris diuini proprie loquendo, significat quod id omne quod præcipitur iure humano, sit præceptum iure diuino; licet non esset certum, & determinatum, & notum ante mandatum Ecclesie. In hoc ergo sensu probatur secunda pars conclusionis: quia iure diuino præceptum confessionis non obligat, nisi quando alias obligaret contritio, quia instituta est ad suppleendum illius defectum sed ex tractatu præcedenti constat, contritionem iure diuino non obligare semel in anno: ergo neque hoc præceptum annuæ confessionis est nisi pure Ecclesiasticum quoad tempus, licet ipsum confiteri sit de iure diuino. S. Thom. hic q. 6. art. 5. in corpore videtur tradere, unde circa finem articuli ait: *Vnde ante Ecclesie statuta etiam manus debebatur.* Videatur etiam art. 6.

5 Ex quo sequitur 1. quod licet, ut infra dicemus cum D. Th. Ecclesia non possit tollere hoc præceptum, neque dispensare in illo ut obligat ex iure diuino; tamen potest dispensare, imò & tollere omnino præceptum annuæ confessionis: quia sicut habet potestatem leges condere, ita & illas potest abrogare. Quod sumitur ex S. Thoma q. 6. art. 6.

Secundo sequitur quando obliget hoc præceptum iure diuino; cum enim dictum sit, datam esse confessionem ad suppleendam contritionem, iuxta illius obligationem hoc est mentendum. Vnde iure diuino tenentur homines confiteri in articulo probabili mortis. Et quando est administrandum sacramentum; & non potest elici contritio, & infra per ad Eucharistia receptionem, est specialis obligatio ad confitendum, etiam si habeatur contritio: quod, an sit præceptum Ecclesiasticum, an diuinum, proprio loco disputatur. Similiter currit confessionis præceptum, quando illa ommissa, peccata priora in multa alia homines pertrahunt, iuxta supra dicta.

6 Dico 3. obligare hoc præceptum iure diuino, & posito præcipit quod imminet periculum oblivionis: cui bene occurrit per annualem.

Prima pars non facit sensum, quod isto titulo, & non alio, obligat hoc præceptum: sed sensus est: quod solum posito quod quis timeat oblivionem, tenetur ad confessionem. Et ponitur consequenter ad dicta tract. præcedentiar. 4. con. 4. & indicatur à S. Th. ibidem

re.

relato, & infra q. 9. art. 2. ad 2. ait S. Thomas. *Sacerdos confessionem audiens, viceus Dei gerit, & ideo debet ei fieri hoc modo confessio, sicut fit Deo in contritione.* Vnde sumitur ratio, ad contritionem per se loquendo requiritur recogitatio, & multo melius iure diuino confessio debet esse integra, & si culpabiliter memoria excidant peccata, est mortale peccatum ea non confiteri: ergo tenetur præuenire confessionem, ne si differatur, non fiat ut debet. Vnde concludit S. Th. *Vnde sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus peccatis conterreretur; ita non esset confessio, nisi quis de omnibus quæ memoriæ occurrerint, confiteatur.* Et ita in memoria omnia habere tenetur ut potuerit. Vnde hoc ita docet M. Sot. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 4. Ex quibus, & ex solut. argument. probatur secunda pars.

7 Sed contra hoc instant aliqui, quibus videtur hoc falsum; quia non videtur quis teneri ex præcepto studere memoriæ peccatorum, nisi quando debet confiteri; & tamen solum tenetur ad confessionem peccatorum: quorum post sufficientem diligentiam recordatur.

Et præterea, non sufficienter huic periculo subueniret Ecclesia determinando tempus vnius anni, cum iatra illud soleant homines obliuionem aliquorum peccatorum pati, & hoc esset nouum peccatum, ab omissione ipsius confessionis annuæ distinctum, & necessario in confessione explicandum, quæ inconuenientia non sunt admitrenda, ergo.

Sed Respondetur, antecedens esse falsum, ut patet ex dictis art. 4. quia etiã ad contritionem, memoria peccatorum requiritur; & dictum est ex D. Th. quod non solum de peccato, sed de obliuione eius debet homo dolere, quia ex negligentia contingit.

Ad secundam probationem, quod per se loquendo assumendo tempus ad conscientie examen, bene potest totum quod in vno anno commissum est, memoriæ occurrere, & si aliquando omittatur; hac posita diligentiam, non erit mortale peccatum id omittere. Per accidens autem aliqui tenebuntur antea confiteri ne peccata omnia deleantur, & obliuiscatur eorum; & huius contrarium non intendit Ecclesia, quia attendit ad ea quæ sunt per se; & non dicit quod ante annum non confiteantur, sed quod saltem semel in anno, & c. quod autem obliuisci peccata per negligentiam & dilationem sit nouum peccatum præter ipsam fractionem præcep-

ti Ecclesiæ, non videtur absurdum concedere.

8 Dico 4. hoc præceptum neque infideles, neque catechumenos obligat, bene tamen pueros vius rationis compotes; & omnes baptizatos, qui peccauerunt mortaliter post Baptismum, vel in ipso. Prima pars sumitur ex Trid. sess. 14. cap. 5. vbi dicitur, hoc Sacramentum esse necessarium lapsis post Baptismum. Vnde prima, & vltima pars videtur plane deduci & ex verbis cit. ex capite *omnis vniuersque.* Vnde etiam probatur secunda ex illis verbis, *postquam ad annos discretionis peruenerint;* & ita non annos pubertatis, sed solum vsum rationis exigit. Et præterea probatur, quia pueros istos obligant alia præcepta Ecclesiæ, nempe, audiendi missam, abstinendi à carnibus, & c. Et denique, quia habentes vsum rationis possunt peccare mortaliter, & tunc tenentur ceteri de peccatis per se in articulo mortis, & per accidens in alijs casibus: ergo debent habere propositum confitendi, & ita Ecclesiæ præceptum illos obligat. Licet aduertant doctores, pueros qui ante duodecimum annum non confitentur, non esse puniendos ea poena, qua puniuntur ceteri; iuxta id quod habetur cap. 1. & 2. de delictis puerorum: in pueris relinqui solet inuitum, quod in alijs profectionis ætatis humanæ leges dicunt seuerius puniendum.

Aduertendum autem quod S. Thomas in art. 5. refert sententiam asserentium, quod sæculares non nisi semel in Quadragesima tenentur confiteri: Religiosi vero statim, quia semper eis poenitentia tempus: quod excludit S. Thomas dicens: *Sed hoc nihil est, quia Religiosi non tenentur ad alia, quam alij homines, nisi ad quæ ex voto se obligauerunt.* Quod pro similibus materijs notandum est.

9 Solet autem dubitari, an hoc præceptum Ecclesiæ obliget eos qui nunquam mortaliter peccauerunt per totum illud annum? Et est certum secundum fidem, quod venialia sunt materia sufficiens Sacramenti Poenitentia; ut diffinitur in Trid. sess. 14. cap. 5. Et etiam omnino est certum, quod iure diuino non est præceptum de illorum confessione, ut patet ibidem cap. 4. loquendo autem de præcepto Ecclesiæ, multorum sententia est vel quod non obligatur ad illorum confessionem, sed solum est consilium ea confiteri vnde super illa verba supra relata Iacobi 1. ait *author commentariorum,* quæ nomine S.

S. Thomæ referuntur, *Confessio quoad mortalia est in præcepto, quoad venialia in consilio.* Et loquitur expresse de Ecclesiæ præcepto. Vel ut alij volunt, est obligatio tantum sub veniali. Sed tamen probabilius est, etiã sub mortali obligari: Quod asserit, & probat S. Thomas art. 3. his verbis: *Ex præcepto iuris positui tenentur ex institutione Ecclesiæ: edita in Concilio Generali sub Innocentio Tertio; tum ut quilibet peccatorum se recognosceret, quia omnes peccauerunt, & egent gratia Dei: Tum ut cum maiori reuerentia ad Eucharistiam accedatur: Tum ut Ecclesiarum Rectoribus suis subditi innotescant, ne lupus intra gregem lateat.* Vbi supponit S. Thomas, Ecclesiã hoc potuisse præcipere, & de facto præcepisse, non probat ex natura peccati venialis, sed propter dictos fines, & vtilitatis. Et si sola reuerentia debita Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, allegaretur, sufficeret ad hoc præceptum.

10 Dico 5. quando aliquis cognoscit, hoc Ecclesiæ præceptum obligare tantum semel in anno; & non determinate in Paschate, aut Quadragesima; probabilius tamen est, obligare quando obligat communionis præceptum, nimirum in Paschate, vel Quadragesima.

Tertiã partem docuit Cano relect. de poenitent. p. 5. & Soto in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. & est satis communis, & totum fundamentum est: quia lex tantum obligat, quantum sonat: sed in ipsa lege confessio nis, præcipitur solum quod semel in anno, & non determinatur tempus Paschatis, sicut ad communionem; ergo per se loquendo, satisfacit qui confitetur in Natiuitate, neque tenebitur in Quadragesima confiteri; nisi iterum cadat in mortale, quia tunc per accidens, quia debet communicare, confiteri tenebitur.

Et confirmatur ex vsu qui refertur esse in aliquibus locis, ut pueri qui non debent communicare, confiteantur ante Quadragesimam.

11 Secundam partem docuit Petrus de Soto lect. 5. de confess. & alij moderni Doctores. Et videtur desumi ex D. Thomæ: qui docuit obligare hoc præceptum eos qui non peccauerunt mortaliter, ut maiori reuerentia ad Eucharistiam accedatur. Vnde probatur, licet finis legis non cadat sub lege, tamen ex illo cognoscitur, & sumitur eius intelligentia, & ita hoc præceptum non est solum ut ad impleatur diuinum confessionis, sed ut disponantur fideles ad Pascha celebrandum,

& cum maiori reuerentia ad Eucharistiã accedant: ergo de facto in Quadragesima vel Paschate tenentur confiteri, non solum per accidens quando post Confessionem peccauerunt, sed etiam si mortaliter non peccauerint. Vnde semel confessus in anno, & postea non confessus in Paschate, neque comunicans, in hac sententiã duo committit peccata, sicut in alia; si per totum integrum annum non confiteatur, neque comunicet, quia violat duo præcepta de rebus diuersis. Et non est computandus annus à die prima Ianuarij, ut quidam videntur computare, sed à Quadragesima in Quadragesimam, seu ab vno Paschale ad sequens Pascha; ut docet Syluest. verb. confess. num. 2. & communiter est in praxi, quia licet annus profanus à die prima Ianuarij incipiat, annus ab Ecclesiã præfixus ad obseruantiam huius præcepti, Ecclesiasticus, & non naturalis debet esse.

12 Dico 6. quando aliquis cognoscit, & præuidet quod non poterit confiteri in fine anni, tenetur anticipare confessionem, & similiter qui præuidet fore, ut non sit habiturus copiam confessarij in articulo mortis, tenetur confiteri antequam adueniat mortis articulus, siue hæc impossibilitas proueniat propria culpa, siue non. Quoad secundam partem facilis est conclusio, quia in articulo mortis dictum est obligare iure diuino, vnde necessarium est præuenire, ne reddatur impossibile id; quod est simpliciter necessarium.

Quoad primam verò partem videtur difficultas, præcipue tenendo id quod diximus esse probabilius, nempe, hoc præceptum tempus determinatum habere, vnde non videtur necessarium id præuenire, ut non est necessarium. Diem festum præuenire, audiendo missam in die qua non obligat præceptum: & etiam si quis videat se non posse die sequenti in qua est præceptum, ieiunare, non tenetur ieiunium præuenire. Et præterea, sicuti totus annus est determinatum tempus confessionis; ita similiter totus dies est determinatum tempus recitationis horarum: sed qui cognoscit quod hora serotina non poterit recitare vespertas propter futuram febrem, non tenetur mane illas recitare: ergo idem videtur hic dicendum.

13 Nihilominus doctrina assertionis est communis inter Doctores, & probari solet à simili primò, de eo qui tempore Paschatis præuidet, se vltimis diebus Paschatis impediendum à sumptione Eucharistiæ

ristia: quem constat teneri primis diebus communicare, cum adhuc extet præceptum communionis: quod potest adimpleri præueniendo. Secundo, de eo qui præuidet in Die festo, se non reperturum missam: si eam differat usque ad meridiem, quem constat teneri mane præuenire. Tertio, de eo qui debet aliquid creditori soluere, hic enim si aduertat se non posse elapso præfixo tempore soluere, tenetur præuenire solutionem.

Sed non videtur per hoc sufficienter probari assertio; quia licet in omnibus istis casibus verum dicatur, est quia tunc currit præceptum, & habet latitudinem tempus adimplentionis, unde intra illud tenetur præuenire: non tamen datur casus quando tempore quo nullum est præceptum, teneamur id quod in alio est præceptum, facere, sicut in exemplis in oppositum adductis patet. Et durum videtur admittere quod aliqui simpliciter concedunt, illum qui vel infirmitate, vel legitima occupatione, non potest vesperi recitare vespas, teneatur eas mane dicere, quia melius facit simpliciter referuando pro illa hora.

Vnde aliter probatur: quia in hoc præcepto & est considerare id quod est ex iure Ecclesiastico solum, & hoc non tenemur præuenire, quia præceptum est in tempore determinato pro sua obligatione, & ita neque ante, neque post adimpletur conuenienter. Vnde patet veritas casuum qui sunt positi pro ratione dubitandi; quia illi sunt pro illo tempore, & ante neque post est præceptum de illis. Et similiter patet, quod casus secundo loco positi, parum probant; quia solum ostendunt quod si intra ipsos dies cognoscatur, quod in ultimis adimpleri non possit præceptum, tenetur adimplere in primis diebus hebdomadæ sanctæ, vel Paschatis, quod certissimum est; sed de hoc non est difficultas; sed an teneamur omnino anticipare dies, & præceptum currat quando alias non poterat obseruari, & ad ostendendum non solum posse tunc impleri, sed præceptum currere attendendum est ad tertiam conclusionem, vbi patuit, qualiter hoc præceptum obliget iure diuino; quia licet simpliciter sit positum, quoad aliquid est naturale, in quantum per illud occurritur periculo obliuionis, & si aliquis hoc periculum non habeat, est per accidens. Ergo etiam tenemur præuenire, quando præuidetur suo tempore impleri non posse.

14. Ex quibus inferitur, quod qui non est confessus anno præterito, tenetur hoc anno quam primum confiteri ex præcepto annuæ confessionis; vt docet M. Soto vbi supra, & Nauarrus cap. 21. num. 45. & victoria in summa num. 137. & 147. quia annus non præfigitur ad finiendam, sed ad sollicitandam adimplentionem præcepti confessionis; quia non imponitur solum ad honorem Paschalis, sed ne diutius differatur. Aduertit autem victoria, quod si quis omisit in confessione aliqua peccata mortalia ex obliuione, vel aliqua rationabili causa, non teneri illa confiteri, usque ad aliam confessionem alterius anni, quia iam simpliciter hoc præceptum impleuit. Sed M. Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 3. ad 3. distinguit dicens hoc dupliciter fieri posse. Primo, quia peccata cognoscuntur, & omittuntur ex iusta causa; secundo, quia fuerunt oblita. Primo modo, ait, quod tenetur quam primum illa confiteri; secundo modo, si obliuio fuit culpabilis, tenetur statim confiteri; si verò fuit inculpabilis, non est talis obligatio. Quod quidem satis probabiliter dicitur: sed probabilior videtur prior sententia, & vt Nuno dub. 6. aduertit, est magis in usu; quia altera videtur rigorosa: cum enim iam simpliciter adimpleuerit præceptum, non est cur ad aliam hoc tempore obligetur.

Ex eisdem principijs inferunt aliqui, cum qui non est confessus in periculo mortis cum haberet conscientiam peccati mortalis, teneri postea quam primum confiteri.

Sed hoc alijs non placet; tum quia præceptum confessionis in articulo mortis obligat vt occurratur periculo damnationis, sublato autem periculo mortis, non adest periculum damnationis: Tum quia, sicut qui pauperi in extrema necessitate existenti non præbuit elemosinam, non tenetur transacta necessitate tradere; ita qui præceptum confessionis in extrema vitæ necessitate non adimpleuit, non videtur obligandus ad illud adimplendum transacta necessitate. Tum quia nullus sibi solet peccati scrupulum iniicere, si elapso mortis periculo quam primum non faciat confessionem, quam in articulo prætermiserat. Quæ omnia optimè videntur dicta, & confirmantur ex omnibus alijs præceptis affirmatiuis obligantibus in casu necessitatis, quo transacto, nullus iudicat præceptum pro tunc obligare.

15. Deducunt alij ex dictis, cum qui distulit confessionem anni præteriti usque ad præsentem annum, non satisfacere per se loquendo, nisi duabus confessionibus: quia licet vnico actu satisfieri possit pluribus obligationibus, est, quando illi actus non sunt per se faciendi: sed si aliquis pluribus annis non est confessus, in praxi est vniam tantum facere confessionem, vnde non videtur hoc multum scrupulose exigendum, vt alij aduertunt.

Notat autem victoria vbi supra n. 137. quod qui post Confessionem, & communionem commisit aliquod peccatum mortale non dum elapso anno, in quo prius confessus est, non tenetur tunc illud peccatum confiteri; quia iam satisfecit, & integre confessus est peccata, quorum erat conscius. Quod omnino videtur tenendum, licet aliqui dubitent. Admitto autem illorum limitationem qui dicunt, cum qui confessus est hoc anno peccata solum venialia, cum non haberet conscientiam peccati mortalis, si post confessionem peccatum aliquod mortale committat nondum elapso anno, teneri eodem anno iterum confiteri: quia nunquam hoc anno confessus est peccata mortalia: præceptum autem confessionis in cap. *omnis*, obligat ad mortalia confitenda semel in anno, si poenitentis intra annum conscius sit alicuius peccati mortalis. Hoc probabiliter satis dicitur. Sed videtur quod adhuc sine hac limitatione, nostra doctrina est vera; quia si primo Die Paschæ confitetur peccata, & non habet mortale, iam impleuit præceptum; vnde quamvis die sequenti peccet mortaliter, licet laudabile sit illa hebdomada, aut Die confiteri; non tamen violat præceptum, neque poterit excommunicari, si id non faciat.

Hic poterat desiderari vt explicaremus, per quam confessionem adimpleatur hoc præceptum? Sed hoc pendet ex dicendis de qualitate confessionis; vnde ibi hoc exponetur.

ponetur.

(.)



DVBIVM TERTIVM. An dispensatione, vel alio titulo, possint aliqui excusari ab obligatione confessionis?

Dico primo, Summus Pater, neque Ecclesia, non potest dispensare in hoc quod aliquis nunquam confiteatur: bene tamen quod non confiteatur semel in anno.

Primam partem docuit S. Thomas art. 6. docens, quod non potest cadere dispensatio super confessionem, secundum quod obligat ex vi sacramenti, hoc est, iure Diuino consecrato ad ipsam institutionem; & quia hoc pacto obligat in articulo mortis, non potest in hoc cadere dispensatio, huius rationem assignat S. Thomas his verbis: *Quia Ecclesia fundatur in fide, & in Sacramentis; ideo ad ministros novos articulos fidei edere, aut editos remouere, non pertinet; sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli debetur Christo, qui est Ecclesia fundamentum. Et ideo sicut Papa non potest dispensare vt aliquis sine Baptismo saluetur; ita nec quod saluetur sine confessione, secundum quod obligat vi Sacramenti.* Hæc S. Thomas, cuius probatio videtur euidentis. Quomodo autem cum hoc quod dicitur Pontificem non posse dispensare in his quæ obligant iure Diuino, iter quod possit dispensare in iuramento, & voto, non est huius loci exponere, sed 2. 2. q. 88. art. 10. & q. 93. art. 9.

Secunda pars probatur ex dictis, quia simpliciter hoc est præceptum Ecclesiæ; ergo potest Pontifex Summus, & dispensare iusta exigente causa, & etiam illud abrogare sine illa. Et hæc pars traditur à S. Thoma dum ait; quod potest dispensare vt possit ad diutius confessionem differre, quam ab Ecclesia institutum sit.

Sed tamen hoc aliquibus non videtur verum in hoc sensu, quod possit dispensari cum aliquo vt non confiteatur per duos annos; quia hoc est contra ius diuinum, in quo non potest Papa dispensare. Et præterea nulla apparet causa dispensandi. Et denique quia alias secum posset Pontifex dispensare, quia potest ipse vti dispensatione; quod tamen videretur absurdum, quod Pontifex per duos annos non confiteretur.

2 Ad primum dicitur, quod iam supra dictum est, quod simpliciter hoc praeceptum est Ecclesiasticum; & licet quantum ad aliquid sit determinatio iuris diuini, hoc est solum quoad vitandum periculum obliuionis; vnde rationabili existente causa, potest esse dispensatio, etiam per tres, vel quatuor annos: quia non est de iure diuino, neque post sex annos, si dictum periculum euitetur.

Causa autem dispensandi, diuersae assignari possunt; sed praecipuae oriuntur ex distantia ministrorum; & quia aliquis minister potest esse occupatus in infidelium. Conuersione, vbi alium qui eius confessionis audiat, habere non potest. Et hoc certius est si ipse iudicet probabiliter se contritionem habere, Papae dispensatione potest per plures annos non confiteri.

Ad vltimum dicitur, falsum esse quod quidam arbitrantur hoc praeceptum non obligare summum Pontificem: oppositum enim constat ex D. Thoma hic art. 3. ad 2. & 1. 2. q. 96. art. 5. quia licet Princeps teneatur suis legibus quoad vim directiuam, non tamen quoad vim coactiuam. Et causa dispensationis pro se ipso, moraliter non videtur possibiles, cum facillime copiam confessoris habeat.

3 Dico secundo, non tantum physica impotentia, sed moralis; & difficultas extraordinaria potest excusare ab obligatione huius praecepti. In communi probatur, quia nemo tenetur ad moraliter impossibile; neque Christus, aut Ecclesia obligat cum graui incommodo.

In particulari verificatur hoc, cum quis copiam confessoris habere non potest, nisi longum iter suscipiat, si hoc nequeat peragere absque graui incommodo iudicio prudentum, excusatur ab obligatione confessionis. Idem est de illo qui sibi, aut alteri probabiliter timet reuelationem peccati, aliud ve graue detrimentum; excusatur enim a confessione peccatorum, ex quorum reuelatione timet periculum, licet teneatur alia mortalia confiteri; quae si non habuerit, probabilius est teneri ad confessionem venialium, iuxta dicta de obligatione eius qui non habet mortale in toto anno. Et hic hoc videtur certius, quia sic per accidens mortalia dimittentur; & praecipue est verum quando videt se non posse conteri.

Tertio idem dicendum est de illo, qui non potest secreto confiteri: vel quia confessarius est surdus, & alij circumstantiudicantes; vel poenitens in nauis cum alijs

existens, peccata sua nequeat explicare, nisi ab alijs exaudiatur; praeceptum enim confessionis non obliget cum tanto incommodo. Vtrum autem non solum sit verum quando quis percepturus est sacramentum Eucharistiae; sed etiam in articulo mortis? Ex sequentibus patebit.

4 Dico tertio. Qui non potest nisi per interpretem confiteri, excusatur a praecepto Ecclesiastico confessionis, & etiam a praecepto diuino, adhuc in mortis articulo, si aliunde habeat remedium; secus vero si aliud remedium non suppetat.

Prima pars insinuat in cap. omnes vtriusque, vbi confessio praecipitur facta da soli Sacerdoti; vnde non debet obligari vt alteri fiat. Tum quia ex illo capite, & ex Trid. sess. 14. cap. 5. constat, quod fideles non obligantur ad confessionem publicam, sed secretam soli sacerdoti, qui ad sigillum tenetur. Vnde non tenetur interpretem ad illam adhibere. Et denique ratione iam dicta; quia praecepta Ecclesiae non obligant cum incommodo prodigendi propriam famam.

Eisdem verbis probatur secunda probatur secunda pars, quia si habeat actum contritionis, & legerat ac si copiam confessoris non haberet; aut aliunde speret habere indirectam remissionem peccatorum, ad eorum manifestationem non tenetur. Quia iam prouidetur suo periculo. Si vero neque contritionem, neque aliud remedium suppetere videat; non solum laudabile, sed omnino necessarium est in mortis articulo per interpretem confiteri. Quia tenetur quantum potest, adhibere remedium ad propriam salutem; & cauere debet, ne se periculo damnationis exponat; & non adhiberet remedia ad salutem propriam, si non confiteretur peccata, saltem ea quae cum minori infamia potest explicare.

5 Dico quarto Probabilius est, cum qui non potest aliter quam per scripturam confiteri, teneri ad hoc.

Ita sumitur ex Caietano verbo confessio, con. 11. & Syluestro verbo confessio, 1. q. 15. & est satis communis; licet aliqui non absque probabilitate videantur dicere idem, atque in conclusione praecedenti, vt patet in M. Soto; & Victoria vbi supra; & Nauarro cap. 24. num. 36. & alijs.

Sed probatur, quia hic neque est impotentia; neque incommodum aut graue damnum; neque timeri potest reuelatio, quia potest scribere peccata coram sa-

deleri charta: & vt ait Caietanus, potest poenitens in vna charta species peccatorum, & in alia varios numeros; & postea in confessione, aliquo signo ostendere peccata, & numerum.

Illud vero inconueniens quod obijci solet, quod potest sacerdos accipere

chartam, & publicare, nullum est: quia sigillo confessionis tenetur ad hoc non faciendum, atque adeo quando non timetur quod manifestauit confessionem voce factam, neque etiam timendum est quod scripturam manifestabit.

QVÆSTIO SECUNDA DE INTEGRITATE SACRAMENTALIS CONFSSIONIS.

DVBIVM PRIMVM.

Quae peccata debeant confiteri, vt confessio sit integra, & rite facta?

§. I. Supponitur quod certum, & proponitur difficultas.



In hoc dubio supponendum est in primis tanquam omnino certum, quod necessitate confessionis est iure diuino, quod homo omnia peccata confiteatur, quae in memoria habet, eidem sacerdoti, in eadem confessione. Haec suppositio sic abstracte sumpta, est certa secundum fidem; & habetur non solum ex iure Ecclesiae in capite Omnis vtriusque sexus, vbi praecipitur, vt homo fideliter, & integre confiteatur; sed etiam ex iure diuino; vt constat ex Concilio Florentino in decreto super unionem; tractatu de sacramentis, vbi ponitur materiam huius sacramenti esse confessionem; & quod ad illam pertinet, quod homo confiteatur omnia peccata, quorum habet memoriam. Et expressius in Tridentino sess. 14. cap. 5. sub istis verbis: *Et in*

stitutione Sacramenti Poenitentiae, vniuersa Ecclesia semper intellexit institutum aeternum esse a Deo. integram peccatorum confessionem, & omnibus post Baptismum lapsis iure diuino necessariam existere. Et idem habetur cap. 7.

Et ratio S. Thom. art. 2. est: quia hoc sacramentum est per modum medicinae, quae debet esse de omni morbo.

Et idem constat; quia Confessio est loco contritionis, & hac dictum est debere esse de omnibus.

Et denique, quia ordinata ad peccatorum mortalium remissionem, sententia communis est vnum non posse sine alio remitti.

Ex quo fit euidens, quod debeat fieri eidem sacerdoti: quia primus non remittit peccatum vnum; neque alius aliud. Vnde in cap. Consideret de poenitentia d. 1. 5. post medium vbi sic dicitur: *Cautus sit poenitens, ne verecundia ductus, diuidat apud se confessionem, vt diuersa vobis diuersis sacerdotibus manifestare, quod esse laudare, & ad hoc poenitentiam tendere.* Quod delumptum est ex diuo Augustino in lib. de vera & falsa poenitentia cap. 14.

2 Ad huius doctrinae expositionem solet communiter norari, duplicem esse confessionis integritatem. Alteram mathematicam, alteram vero moralem. Prior est, quando homo omnia peccata confiteatur, nulla via aliquod mortale peccatum relinquendo, neque scienter, neque ignoranter, neque cum causa rationabili neque sine illa. Integritas vero moralis, illa

est, quæ habetur modo humano, quando videlicet facta sufficienti diligentia, confitetur homo omnia peccata mortalia quæ occurrunt memoria; attendendo tamen quod potest relinquere, & defacto relinquere aliquid, vel aliquam, vel ex inuincibili ignorantia, vel ex causa rationabili, ad vitandam mortem, vel infamiam suam, vel alterius. Notum ergo est, priorem integritatem non requiri, quia illa tunc est impossibilis. Exigitur autem moralis integritas, quia confessio est actus humanus, qui debet debitis attentis circumstantiis exerceri.

Hoc supposito, difficultas est, quæ peccata debeant confiteri, ut confessio integra sit; & quæ possint confessioni subijci, vel confiteri, ut confessio rite, ac vtiliter fiat? Difficultas primi, ad duo deuoluitur, scilicet, ad peccata mortalia certa, quæ videlicet quis scit se commisisse, & ad mortalia dubia, de quibus dubitat an commiserit, vel an sint mortalia, & iam confessa. Quæ omnia confiteri debere, ad confessionis integritatem, constat ex dictis supra circa questionem 34. art. 2. dub. 3. & 4. ubi diximus, huiusmodi peccata esse materiam necessariam Sacramenti Poenitentiae. Sed quia de his satis ibi dictum est, non est de illis in præsentiarum iterum disputandum. Solum hic est aduertendum, quod confessionis integritas exigit, quod in his peccatis exprimitur species, & numerus peccatorum, etiã si peccata sint occulta; & etiam omnes circumstantiæ substantiales, illæ nimirum, quæ speciem peccati mutant. Ita decernitur in Tridentin. sess. 14. cap. 5. & can. 7. sed de circumstantiis, specialis erit questio dubio sequenti.

4. Circa secundum, difficultas stat in tribus. Primo, de peccatis venialibus, si de illis possit fieri valida, & fructuosa confessio.

Secundo, de resistentiis, siue repugnantibus ad diuinas inspirationes, an possint rite & vtiliter subijci confessioni sacramentali.

Tertio, de peccatis iam confessis, si possint, & liceat ea iterum confiteri?

De primo dictum est a nobis supra q. 34. art. 2. dub. 3. §. 3. de alijs duobus modo est disputandum.

(2)

§. II. De resistentia diuinis inspirationibus.

Circa primum, Tanerius 1. 2. disp. 4. q. 10. dub. 4. num. 10. affirmat, quod repugnare diuinis inspirationibus, nullum est peccatum; & idem hoc non esse materiam confessionis, dicit Ioannes Sanchez in solut. disp. 7. n. 4. de quo & disp. 1. a num. 4. & disp. 6. a n. 4. ubi reprehendit viros spirituales, qui de multis imperfectionibus se accusant. Quod late refert Diana 3. p. tra. 4. resol. 32. dicens, quod illa doctrina sedabis multos scrupulos, præsertim personis spiritualibus; & non audeat illa recedere, & alijs iudicandam relinquat. Eam etiam refert, & non impugnat part. 9. tract. 9. resol. 19.

6. Sed Sacrum Concilium Tridentinum in hac materia multum defert priorum hominum usum. Et tamen piissimus pariter & doctissimus Ludouicus Granatensis in memoriali vita christiana tra. 2. parte 2. cap. 3. ait: *Acusese tambien de hauer sido muy floxo y negligente, en responder a las inspiraciones de nuestro Señor, y a sus llamamientos, ressiendo en esto muchas vezes al espíritu Santo, por no hazerse suya, y ponerse a un poco de trabajo. Esto es una culpa muy espiritual, y muy secreta, y muy digna de hazerse siempre conciencia de ella.* Idem docent Toletus lib. 3. cap. 2. n. 5. Lugo disp. 1. q. 1. §. 2. in fine n. 103. & c. de tra. 5. disp. 1. q. 9. Pellizarius tom. 1. tra. 5. cap. 3. num. 42.

Et constat, Tum quia plura ex his quæ videntur mere imperfectiones, non sunt sine aliqua culpa veniali; præsertim in sententia D. Thomæ 1. 2. q. 18. art. 9. communissima, & vera, asserente, non dari actum moralem indifferente in individuo. Inde enim constat, omnes actus qui ex fine honesto non sunt esse peccata venialia.

Tum etiam, quia sicut infirmus omnia medico narrat, ut si quid inueniat euratione dignum, remedium adhibeat; sic poenitens confessario, qui simul medicus est, potest absque vitio omnia narrare, etiam imperfectiones: quia ad confessorum magis spectat discernere quæ sit, & quæ non sit absolutiois materia; & ut confessarius melius de conscientia, & statu Poenitentis possit iudicare ad remedium adhibendum; & ut cum derigar ad

ad conferendam gratiam, & ad augendam. Vnde prudenter Aueria q. 10. sec. 2. in initio ait: quod si prior sententia intelligatur, quasi inconueniens sit de his se accusare, non recte dicitur, & est contra usum piorum. Si intelligatur non debere de his fieri materiam absolutionis, maxime adæquatam, dum non attingit deformitatem culpæ, & consistunt in quadam carentia maioris perfectionis, sic recte dictum est, & in confessoribus aduertendum.

§. III. De peccatis iam confessis.

7. DE peccatis iam confessis, præsertim solis, non esse licitum confessionem facere, dixit Guillelmus de Rubion dist. 15. q. 2. & Richardus de Mediauilla in 4. dist. 18. art. 2. q. 4. idem problematicè sustinet, & Probat primo. Quia clauis respectu eiusdem numero peccati, non habent efficaciam, nisi semel. Baptismus enim, qui est sacramentum ad delendum originale, non iteratur, quia originale non nisi semel contrahitur; sed idem actuale peccatum numero, reiterari non potest; ergo respectu eiusdem numero, Sacramentum Poenitentiae non habet efficaciam, nisi semel; sicut nec verba consecrationis respectu eiusdem hostiæ, habent efficaciam plusquam semel; & per consequens licitum non est illa iterum confiteri.

Præterea, nam cap. de extero desententia excommunicationis, de absoluto in casu necessitatis, cui sub iuramento iniungitur, ut opportunitate habitata, Summum Pontificem statim adeat, mandatum eius suscepturus, dicit Glossa: non dicit absolendus, quia obligatio semel extincta, iterum non reuiuiscit, cap. quare de consecratione dist. 4. & de Poenitentia dist. 4. versus finem. Ergo videtur, quod si aliquis est absolutus de aliquo peccato, quod absolutio respectu eiusdem peccati secundo suscepta, ex vi clauium nullam efficaciam habet: alias diceretur, quod Summus Pontifex illum iterum absoluet.

Deinde si aliquis esset qui nunquam peccasset, & absolueretur, nullam reciperet efficaciam virtute clauium; sed culpa totaliter remissa, & quantum ad maculam, & quantum ad poenam totam, non plus grauat hominem, quam si nunquam

fuisse facta; ergo respectu talis culpæ, clauis nullam poenitentiam habent efficaciam. Sed contingere potest, quod propter magnam dispositionem Poenitentis, remittatur culpa quantum ad totam poenam, per susceptionem sacramenti semel; ergo saltem non semper habent clauis efficaciam respectu eiusdem peccati numero plusquam semel.

Vltimo alijs reiectis arguit ab inconuenienti. Quia cum per absolutionem ex vi clauium, remittatur pars poenæ peccato debita, totum posset homo confiteri eadem die, & absolui, quod eodem die remitteretur sibi tota poena, omnibus peccatis suis debita: nulla enim ratio est quare magis valeret absolutio secundo iterato, expectando nouum deuotionis motum, quam iterata manente prioris deuotionis motu, si est ita fortis, sicut est motus sequens; & ita sequeretur quod grauissimum peccatum cum modica Poenitentia posset dimitti.

Eandem sententiam tenet Ioseph Samarius 1. p. resol. 22. dicens: quod peccata semel confessa, & absoluta, possunt iterum confiteri, nulla ratione conuincenti demonstrari possunt.

8. Alia sententia ait, super eadē peccata validum confici Sacramentum; sed sine fructu, quia inuenit factū quidquid facere potest.

Hoc probabilius iudicat Scotus in 4. dist. 19. q. unica ad 1. lit. G. dicens: Videtur probabilius quod secunda absolutio, virtute clauium nullam partem poenæ remittat. Nam hic fugere ad partes eiusdem quætitatis, vel eiusdem proportionis, nihil est: quia non est ratio, quare secunda absolutio non potest auferre partem eiusdem quætitatis, si aliquam posset. Nec mirum si nullam potest: quia illud iudicium semel latum sine errore, Deus ratificat in coelis, quod est irreuoocabile, ergo rationale est quod sic ratificetur, quod sit iterabile. Non dico quod illicitum, vel impossibile sit reiterari: Sed tamen cum fructu isto quem nunc habet, non est iterabile. Hoc videmus in sententijs in foro litigioso definitiuis, quibus absoluuntur accusati, quando inueniuntur innocentes; nec postea replicatur inquisitio, ut sit processus in eadem causa: nec si replicetur, per illam secundam sententiam iste absoluetur, sed per primam: qui enim solutus est, amplius non absoluitur, quia nullus absoluitur, nisi ligatus. Hæc Scotus, quem sequitur Gabr. q. 1. art. 2. dub. 2. Hhh 2 9 Af.

9. Asserendum tamen est, peccata se mel confessi, etiam sine alijs non confessis, posse valide, & licite, & cum fructu iterum confiteri; licet directe, & per se loquendo, nemo ad hoc teneatur.

Caictanus tom. 1. opusc. 5. q. 4. dicit oppositum si solum, & improbable. Suarez disp. 18. sec. 1. solum proponit conclusionem ut communem & certam, & Araujo ar. 2. dub. 2. num. 5. Granados tamen controu. 7. tract. 1. disp. 4. num. 7. ait: & videtur omnino vera assertio, ita ut ab aliquibus contraria censeatur plusquam temeraria. Et merito, propter auctoritatem benedicti undecimi in Extrauag. 1. de privilegijs, dicentis: *licet de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata, tamen quia propter erubescuntiam, quae magna est Poenitentia pars, ut eorundem peccatorum iteretur confessio, reputatur salubre.*

10. Optime idem docuit S. Thomas in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. quaestione. 2. ad 4. dicens: quidam dicunt, quod in prima absolutione tantum dimittitur vi clauis, quantum dimitti potest, sed tamen valet iterata confessio; Tum propter instructionem; Tum propter maiorem certitudinem; Tum propter intercessionem confessionis; Tum propter verecundiae meritum.

Sed hoc non videtur verum; quia & si haec esset ratio iterandi confessionem, non tamen esset ratio iterandi absolutionem: praecipue in eo qui non habet aliquam causam dubitationis de praesentia absolutione: ita enim poterit dubitare post secundam absolutionem, sicut post primam: sicut videmus quod Sacramentum Extremunctionis, non iteratur super eundem morbum, eo quod totum, quod per sacramentum fieri potuit, semel factum est. Et praeterea, in secunda confessione non requireret clauis ille cui fit confessio, si nihil ibi vis clauis operatur. Et ideo dicunt (& dicendum) quod etiam in secunda absolutione, vi clauis de poena remittitur; quia in secunda absolutione, gratia confertur augmentum, & quanto magis gratia recipitur, minus de impunitate peccati praecedentis manet: & ideo minor poena purgans datur. Vnde etiam in prima absolutione, alicui plus, & minus de poena dimittitur vi clauis, secundum quod plus se ad gratiam disponit: & potest esse tanta dispositio, quod etiam ex vi contritionis tota poena tollatur, ut dixerat dist. 17. q. 3. art. 3. quaestione. 2. in corp. Vnde etiam

non est inconueniens, si per frequentem confessionem, etiam tota poena tollatur, ut peccatum omnino remaneat impunitum, pro quo poena Christi satisfecit.

11. Deinde in cap. *Mensuram*, §. non sunt de Poenitentia, dist. 1. dicitur, quanto pluribus confitebitur quis in sepe venia turpitudinem eriminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis: ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere, quibus enim remittunt, remittit Deus. Quod intelligitur de gratia collata ex opere operato, & ex vi clauis, & diuinae promissionis, non limitatae ad vnum actum remissionis.

12. Ratio a priori, supposita diuina institutione, est: quia sacramenta infallibiliter conferunt gratiam non ponentibus obicem: ut diffinitur in Tridentino, sess. 7. can. 6. & 7. de sacramentis in genere: sed nullus est obex in isto casu secundae confessionis; cum nouam, ut supponimus, asserat dispositionem. & difficultas si quae est in verificatione formae, similis sit, cum homo contritus ad Confessionem accedit: quia cum sit in gratia, non est ligatus quoad culpam; & de illo posset obijci, quod non soluitur nisi ligatus, &c. Ergo ei qui secundo confitetur eadem peccata, sacramentum confert augmentum gratiae, & relaxationem poenae temporalis ex opere operato.

13. Praeterea si materia remota sit eadem, & proxima sit diuersa, potest forma diuersificari: Nam ex eadem numero aqua, possunt plura baptismata confici. Sic in praesenti, licet peccatum sit idem; tamen confessio, & accusatio est diuersa. Idem tamen peccatum semel confessum, non potest bis absolui, ut cum Ioanne Medina tract. 2. q. de fructu iterandi confessionem notat Suarez num. 7. Et per hoc patet solutio ad primum.

14. Ad secundum ipse Richardus respondet, quod illa auctoritas intelligenda est de absolutione ab Excommunicatione, quae non est per vim clauis, nisi extendendo nomen *clauis*: ad clauem iurisdictionis, quam potest habere etiam non sacerdos. Vnde talis absolutio non est sacramentum, nec pars sacramenti, proprie loquendo. Praeterea quod absolutus ab inferiori, si iterum de eodem peccato confitetur superiori, potest ab eo sacramentaliter absolui.

15. Ad tertium, duobus modis respondet.

det, primo. Quod maior est dubia, & non probatur. Coeretur facile probari potest: quia qui nunquam peccauit, non potest poenitere, nec se veraciter accusare, nam ut arguit D. Thomas in 4. dist. 2. q. 2. art. 3. quicumque dicit se fecisse quod non fecit, mentitur, & ad hoc quod confessio sit idonea, requiritur: quod os cordis concordet, ut solum hoc os accuset, quod conscientia tenet. Vnde ait Soto in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. ad 3. colligo primo, quod qui nullus est conscius actualis culpae, nullatenus confiteri potest. Quare cum Beata virgo certa semper fuerit nullam talem culpam commisisse; ridiculum est quod dicitur, solitam fuisse confiteri Ioanni Euangelistae. Quod eisdem verbis asserit Nuño 3. p. q. 84. art. 2.

16. Nec negat Beatus Albertus Magnus in Mariali a cap. 69. vsque ad 74. quia non loquitur de confessione sacramentali, sed de confessione laudis Dei, & humiliter cognitione propria vilitatis: vnde cap. 73. expresse ait: *Triplex est confessio, accusatio peccatorum; cognitio incongruitatis, vel magnitudinis beneficiorum; confessio de infusione meritorum; & haec fuit proprie confessio Beatissimae Virginis.* Idem docet cap. 74. haec confessio non est Sacramentalis, sed diuinae laudis: sicut nec illa Annae Prophetissae, de qua dicitur Luc. 2. *Quod confitebatur Domino*; nam ut ibi aduertit Caictanus ver. 38. *Est sermo de confessione Messiae, laudando Deum.* Haec autem confessionem, Deiparam egisse, de fide est, ut patet ex Cantico *magnificat* Luc. 1. vbi Caictanus ver. 46. singulariter dicit, *Tempus iam erat ut prodiret in sermonem diuinitas, qua repleta erat Maria.* Et ver. 48. ad illa verba, *quia respexit humilitatem ancilla sua*, dicit; quod in his Beatae Virginis verbis *virtus humilitatis non significatur voce, sed exercetur opere; nam haec est intima humilitatis actus, estimare se infimam, exiguam, paruam, &c.* Quamvis etiam agnosceret, & confiteretur, quod Deus omnipotens fecit illi magna, ingentia, admiratione digna: hoc enim nomine, cuncta comprehendit tanquam inexplicabilia sigillarim. Verissimum ergo est, quod tunc, & per totam vitam suam confitebatur exiguitatem, & paruitatem, & Domini sibi collata magnalia. Vnde Sanctus Ildephonus sermone primo de Assumptione in fine, dicit in illis verbis, Deiparam fuisse Prophetissam, & Euangelistam, & concludit exclamans: *O mira confessio, & mira humilitas, confitetur humilitatem; quam solum in se respexisse dicit, qui cuncta respicit, & continuo predicatur beatitudo ipsius, de qua hodie totus testis est mundus.* Nodum ergo quaerunt in scirpo, qui Beato Alberto tribuunt; quod nec leuiter indicat, quod purissima virgo fuerit confessio sacramentaliter. Et in hoc sensu pie exponendus Caictanus lib. 1. de Maria Deipara cap. 9. §. 6. & Sanctus Bonaventura in meditationibus vitae Christi cap. 3.

17. Secundo respondet Richardus ad illud argumentum cuius occasione digressi sumus. Vel potest dici, quod non est simile de illo qui nunquam peccauit, & de illo qui aliquando peccauit, quamuis peccatum eius totaliter remissum sit quantum ad maculam: & poenam; quia Deus efficaciam concessit clauibus, non pro illis qui mundi viuerent per gratiam priuilegia tam, sicut pro alijs. Non posset autem homo viuere, quin peccaret venialiter, sine speciali priuilegio gratiae.

18. Ad vltimum respondet, quod toties posset recipi Sacramentum Poenitentiae, quod per talem receptionem remitteretur tota poena peccato debita. Nec propter hoc posset dici, peccatum remitti sine poena, quia Christus abundanter sustinuit poenam pro peccatis nostris. Et praeterea, erubescuntia & labor, & sollicitudo hominis in poenitendo, & confitendo; est magna poena.

19. Addit Suarez num. 10. quod nullum inconueniens est, quod per iteratam confessionem eiusdem peccati, tota poena illi debita tandem remittatur, imò fortassis hic est vnus finis talis institutionis: ideo enim concessum est, ut eadem peccata posset saepius esse materia confessionis, ut perfectior eorum remissio comparari posset, & ita induceretur homines ad eorum poenitentiam saepius agenda.

20. Ad argumentum Scoti respondet, quod non refert quod prior absolutio semper maneat rata, quia licet posterior habeat suum effectum, nihil derogat priori; sed vnaquaqueque habere potest suum effectum, iuxta dispositionem suscipientis. Neque oportet seruari in omnibus similitudinem inter hoc iudicium, & iudicium humanum in externo foro, in qua proportione seu similitudine fundatur Scot. quia in humano iudicio, tantum intenditur liberatio ab exteriori poena, & expeditio litis iuxta probationem externam: at vero in hoc iudicio, intenditur interior fructus

animæ, & fanitas eius, quæ potest crescere iuxta dispositionem poenitentis.

Præterquam quod, ut notat Soto in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. in fine, in litigioso foro post unâ absolutionem, nihil amplius pena relinquatur: in Sacramentali vero, non semper absolutio prima, tollit totâ poenam, &c. Secundo, quia etiâ cū quis accedit cōfessus ad primâ confessionem, habet remissionem culpæ, & nihilominus per absolutionem sortitur remissionem poenæ: cur non ergo idē adipiscatur per secundâ, & tertiam?

Addit Ioseph Samaritanus 1. p. Resol. moral. ref. 22. n. 10. quod possit repetere confessionem, etiam si per revelationem diuinâ certosciret, se absolutum esse a culpa. Et ad 2. n. 13. ait, quod peccatum semel ablatum, non potest iterum auferri formaliter, & in actu secundo: at potest iterum auferri virtualiter, & in actu primo, quia cōfertur gratia destructiua illius, & si per accidens non inueniat quid destruat.

§. IV. De frequenti confessione eiusdem peccati.

21 **S**ed instabis: nam si peccata semel confessâ, iterum eū fructu possunt confiteri, erit consulendum, quod in eadem die frequenter quis confessionem repetat eorundem peccatorum, consequens tamen est contra praxim Ecclesiæ, quæ tamen tanto fructu non priuaret fideles, si frequentia nimia confessionis eadē esset adeo salutifera, ergo, &c.

22 Respondet Granados controu. 7. tract. 1. disp. 4. in fine num. 9. concedendo sequelam, quia illud est optimum consilium, ut scilicet quis frequenter confiteatur, & repetat peccata in generali, addendo vnum, vel alterum particulare, si alia non occurrant: sic enim in dies relaxabitur poena temporalis, donec liber omnino sit poenitens ab omni debito peccatorum. Oportebit tamen in hac iteratione prudentem esse, ne singulis momentis, aut horis id velit, neminus fortasse reuerenter accedat, & confessario molestus sit. Hæc ibi, iuxta hoc Caietanus verbo *confessio* concl. 5. ait: *Confiteri autem ex deuotione pluries eadem peccata, cum conscientia quieta, sine molestia confessorum, non conserendo in hoc tempus in alijs magis pijs, aut vtilibus expendendum, & breuiter, seruatis prudentiæ conditionibus, laudabile est.*

23 Ex hac doctrina viduū praxim mul-

tos, appetentes sapissime confiteri: quia sic, (dicunt), melius disponi ad purius comunicandum. Legique in quodam libro de modo se preparandi ad mortem, quod est optimum consilium sapissime in illo articulo confiteri; Tum propter maiorem certitudinem, quia forte prima confessio fuit informis, vel nulla, & alia erit validæ. Tum propterea quod Sacramentum confert nobis gratiâ ex opere operato; & ita melior est hæc dispositio quam alia, quæ solum profant ex opere operantis. Tum quia nouum sacramentum auget gratiâ, & poenâ relaxat. Deniq; quia sic legitur practicasse Sæctum Dominicum, & alios sanctos viros, in illo articulo cōstitutos.

24 Nihilominus Dico Primo. Seruatis seruandis licita est, & consulenda frequens eorundem peccatorum confessio, etiam necessitate non urgente.

Videtur hoc conueniens cōmuni doctrinæ. Nam vna ex conditionibus confessionis est, quod sit frequens, quod exponit S. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 4. ut eadē peccata pluries confiteatur. Et ut dicit S. August. *quanto pluribus confitebitur turpitudinem criminis, tæto facilius inueniet gratiam remissionis*, cap. quem poenitet de poenitentia dist. 1. Et quamvis in prima confessione, si fuerit contritus, habuerit plenâ remissionem peccatorum mortalium, valebit nihilominus secunda, & tertia, & deinceps confessio de eisdem, & si non ad remissionem culpæ ex quo iâ deleta est, tamen ad remissionem poenæ; Tum ratione actus de se boni: Tum ratione erubescentiæ: Tum ratione & virtute clauium valebit & ad augmentum gratiæ, & aliquando ad remissionem poenæ, cum scilicet in præcedenti non fuerit contritus. Hæc S. Antoninus. Et Nauarrus cap. 21. n. 42. Saarez disp. 18. sect. 4. num. 9. Henriquez lib. 2. de poenitentia cap. 3. num. 4. Bencina, Reginaldus, Sanchez, & alij communiter, ut refert, & sequitur Leander tract. 5. disp. 4. q. 20. docens esse conueniens, absque vlla necessitate frequentar eadem peccata confiteri. Imò S. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. quæst. 4. in fine corp. & ad 3. dicit: quod *requiritur ad bene esse confessionis quod sit frequens*. Et S. Raymundus lib. 3. summæ in titulo de poenitentibus & remissionibus fol. 457. ait: *item confessio debet esse frequens*. Quod dupliciter est intelligendū vno modo, ut si frequenter ceciderit per peccatum etiâ mortale, frequenter resurgat per poenitentiam. Alio modo, ut etiam eadē peccata fre-

frequenter confiteatur, &c. refert S. Augustinum de vera & falsa poenitentia cap. 10. relatum cap. quem poenitet. Idem Isaia 23. *sume sitharam* (id est confessionem, exponit ibi Triburgo) *circui ciuitatem* (confitendo diuersis confessoribus in Ecclesia constitutis), *meretricis obliuioni tradita, bone cane, frequenta canticum*, id est confessionem, ut memoria tui sit.

25 Dico 2. quia timeri merito potest de debita dispositione, & reuerentia, & alijs circumstantijs & conditionibus necessarijs ad fructum confessionis; frequentia confessionum eorundem peccatorum, non est consulenda, nisi moderate, & iuxta regulas prudentiæ, pensatis omnibus circumstantijs.

Probatum primo, ex Ecclesiæ consuetudine, & piorum hominum usu, qui ante Eucharistiam, nec in articulo mortis, non solent de eisdem peccatis nisi semel confiteri: nisi alicuius peccati obliuiscerentur, vel nouum peccatum veniale occurrat clarum, aut dubium, cuius conscientia purgantur, ut contigit Beatisimo viro Sancto Dominico, qui post generalem confessionem venialium (nam lethalis criminis totam vitam expertens omnino duxit) nouo superueniente scrupulo, solum secundo est confessus, ut eius vita Historiographi vnanimes testantur. Non sic autem consuetum esset in Ecclesia, si talis confessionum frequentia, tam salubris animabus esset absque vlla moderatione.

Secundo nunquam sumus certi (salua speciali reuelatione) nos fructum confessionis esse cōsecutos, quia ignoramus an sumus digni odio, vel amore. Vnde optime docet D. Thomas in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. quæst. 2. ad 3. quod propter incertitudinem effectus, nunquam est iteranda confessio ab illo, qui non habet aliquam causam dubitationis de prima absolutione, quia *ita poterit dubitare post secundam absolutionem, sicut post primam*, & ita erit processus interminabilis, & non est credibile sic Christum instituisse iudicium sacramentalis confessionis.

26 Terrio, adhuc tenendo super eadem peccata posse cadere secundam absolutionem, bene monet Richard. in 4. dist. 18. ar. 2. q. 4. ad 3. secundæ opinionis, quod Sacramentum Poenitentiae respectu eiusdem peccati in numero, pluries receptum, non habet efficaciam ex vi clauium, nisi obseruata reuerentia debita sacramenti. Ad quod requiritur, quod respectu

eiusdem peccati non iteretur, nisi adueniente nouo motu deuotionis, vel noua erubescencia in poenitente. De quo infra non est autem facile concipere nouum dolorem, & nouam erubescenciam, sæpè repetendo eorundem peccatorum confessionem.

27 Ratio à priori sumitur ex diuina institutione, quam explicat D. Th. q. 65. ar. 1. & 3. quia hoc sacramentum non ordinatur ad perfectionem vitæ christianæ perfecte, sed quasi per accidens, scilicet in remediū su perueniētis defectus, ideoque soli peccatores indigent Poenitentia. Hac institutione supposita, currit ratio qua D. August. lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 30. & D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 5. probant, quod iurare non est frequentandum, nam id quod non queritur nisi ad subueniendū infirmitati, vel defectui, non numeratur inter ea quæ sunt per se appetanda, sicut patet de medicina, quæ queritur ad subueniendū infirmitati: & ut addit ad 3. sicut medicina est utilis ad sanandū, & tamen quāto est virtuosior, tanto maius nocumētū inducit, si non debite sumatur, ita & iuramentū, & pari ratione Poenitentia Sacramentū, quia si non debite sumatur, exponitur periculo faciendi sacrilegium. Frequentādū ergo est, quoties indicatur necessariū, vel expediens propter nouum dolorem, vel nouæ erubescenciam, vel quia sperat à doctiori confessario melius dirigij, ideoque maximè expedit cū confessarijs peritis, & expertis facere generales confessiones, dicitur Prouer. 28. v. 13. *qui abscondit scelera sua non dirigitur: qui autē confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.*

28 Pro coronide difficultatis placuit transcribere verba M. Sot. in 4. dist. 18. q. 4. ar. 2. in fine, quia omnia non minus eleganter quā prudenter, & sapienter resoluit dicens: hic autē circa istas confessionum repetitiones, peccatorum scilicet alias sacramentaliter remissorū, adnotādū est, quod non sunt huiusmodi confessiones pro libito repetendæ; esset enim abusus sacramenti, iterū atq; iterū eadē peccata absq; causa confiteri: & tantus posset esse abusus, ut sacramentū nullū esse, & nullā conferret gratia, imò esset Religionis ludibrium: sed tunc tantū eiusmodi repetitiones sunt licitæ, quādo causa grauis interuenit, videlicet, si forte se offerat grauis cōfessalis, & doctus, cui homo vult detegere vitam suam, vel in mortis articulo, vel in aliquo magno Festo, & iubilæo; idque non quot annis, sed rarissime. Hæc ibi

In ultimis verbis loquitur de generali confessione peccatorum totius vitæ, quando non adest dubium de validitate præcedentium confessionum.

Idem tenet Vazquez q. 91. art. 3. dub. 7. num. 8. & Suarez disput. 1. 8. sec. 5. num. 9. & alij si attente legantur.

DVBIVM SECVNDVM.

De circumstantijs necessario in confessione sacramentali explicandis ad integritatem confessionis.

Celebris valde facta est hæc quaestio, præcipue inter modernos Doctores; eo quod ex eius resolutione pendet notitia plurium casuum, sæpissime in praxi occurrentium. In cuius solutione, duo extrema videntur omnino vitanda, vt veritatis portus teneatur: alterum eorum qui ita benigne volunt omnia interpretari, vt vix relinquunt aliquid, (nisi ea quæ expresse determinantur in Concilijs), quod sit de necessitate aperiendum in confessione: alterum eorum, qui per alterum extremum ita rigide omnia determinant, vt multos scrupulos confessariorum & poenitentium animabus iniiciant. In utroque video periculum, quod cum Dei gratia vitare conabor. Procedam autem cum magna cautela, memor auræ doctrinæ S. Thomæ in quodlib. 9. art. 15. vbi sic incipit. *Respondeo dicendum, quod omnis quaestio, in qua de mortali peccato quaeritur, nisi expresse veritas habeatur, periculose determinatur.* Et huius rationem assignans subdit: *Quia error, quo non creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat à toto, licet forte à tanto.* Id est, peccatum est mortale sic operari, licet leuius sit quàm si error non esset. *Error vero, quo creditur esse peccatum mortale, quod non est mortale, ex conscientia ligat ad peccatum mortale.* Et concludit, quod *præcipue periculosum est, vbi veritas ambigua est.* Quod in hac parte contingere, planum est, ex dissidio & varietate Doctorum. Vt autem ambiguitas tollatur, in primo §. certa præmittimus apud omnes. In secundo, verior opinio circa dubium eligetur. In tertio, ra-

tionibus, & argumentis in contrarium satisfiet. Et denique ad casus particulares descendemus, quod præstare curabimus in quarto. Et in ultimo dubij §. de circumstantijs minuendis dicemus.

§. I. Aliqua omnino certa prælibantur,

Supponimus, vt certum secundum fidem, quod est de necessitate confessionis, quod confessio sit integra omnium peccatorum. De quo agit S. Thomas in 4. sentent. & habetur in addit. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. Et est veritas diffinita in Concilio Florentino in decreto super vniõnem in Tractat. de Sacramentis. Et in Tridentin. sess. 15. & can. 7. his verbis: *Si quis dixerit in Sacramento Poenitentia, ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habetur, etiam occulta, anathema sit.* Ex quo sequitur, quod omnes species peccatorum sunt necessario confitendæ; nam non explicatis peccatorum speciebus, non possunt omnia, & singula confiteri. Imò est communis consensus Theologorum, præcipue post Tridentinum, quod numerus peccatorum in confessione est explicandus; quod docuerat S. Thomas opus. 12. q. 6. Et Tridentinum hoc videtur intendere illis verbis: *Omnia, & singula peccata mortalia, &c.*

Quia verò, vt docet S. Thomas 1. 2. q. 7. in actibus humanis, & consideramus ipsam eorum speciem, & circumstantias eius; & primum vocamus ipsam substantiam moralem; & secundum accidens illius: ideo oportet explicare, an sufficiat in confessione explicare speciem, an requiratur etiam circumstantiarum explicatio? Distinguunt autem Theologi (præter circumstantias quæ dicuntur impertinentes, & quæ parum, aut nihil conducunt ad augendam, vel minuendam malitiam in genere moris) duo genera circumstantiarum: quædam sunt, quæ non mutant speciem actus moralis, sed intra eandem speciem notabiliter vel aggrauant, vel minuunt malitiam: quædam vero, quæ addunt nouam speciem malitiæ moralis. De qua distinctione videndus est S. Thomas 1. 2. q. 18. art. 10. & 11. vbi docet, quod circumstantia manens in ratione circumstantiæ, neque constitui-

tuit, neque variat speciem; sed tamen id quod est circumstantia, accipitur cū speciali ordine ad rationem, & sic dat nouam speciem moralem: vt furtum secundum se, non habet malitiam (sacrilegij), si tamen sit in Ecclesia de rebus sacris, iam est sacrilegium, & contra Religionis virtutem. Solet autem in illa q. 18. disputari, an respectu actus interioris detur circumstantia, an omnis transeat in rationem objecti? Et quidam affirmant: alij negant. Quod tamen ad nostrum intentum parum refert; quia in ordine ad clauas Ecclesiæ, nulla est in hoc diuersitas inter affirmantes, vel negantes ibidem.

Denique circa hoc aduertendum, vt cum omnibus in vsu nominum conueniamus, quod circumstantiæ mutant speciem, dicuntur aggrauare in infinitum; quia vt quidam dicunt, vna species excedit aliam infinite negatiuè, eo quod non potest peruenire ad malitiam alterius: vel vt melius dicamus, quia quando mutat speciem, addit deformitatem, per se solam facientem nouum peccatū mortale, quod est infinita malitiæ, vel simpliciter, vel secundum quid. Aliæ autem circumstantiæ, (quæ vt pote imperfectiores, retinent nomen aggrauantium, quod erat commune), dicuntur aggrauare individualiter, quia non addita noua specie, in eodem est excessus secundum perfectum, & imperfectum in eadem specie, & genere.

3 Non est autem facile assignare principium, aut regulam ad discernendum in particulari, quando circumstantiæ mutant speciem, vel tantum aggrauent intra eandem speciem: id enim, quod quidam dicunt, quod quando talis circumstantia, aut obiectum est specialiter prohibitum, mutat speciem; non sufficit, quia idem obiectum potest præcipi duplici præcepto, quia Ecclesia solet vitare id, quod secundum se est malum, & contra legem diuinam. Vnde recurrendum est ad regulam, seu doctrinam S. Thomæ in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 3. & 1. 2. q. 18. art. 10 in fine corp. quod quandoque aliqua circumstantia respicit specialem ordinem rationis, vel pro, vel contra, oportet quod circumstantia det speciem actui morali, vel bono, vel malo: quia ex isto capite, omnis moralitas, bonitas, vel malitiâ actuum definitur. Ille autem ordo rationis, vel est ex lege æterna, & rationis lumine; vel adjuncta lege positua diuina, vel humana.

4 Igitur circumstantias mutantem speciem esse necessario confitendas, fatentur omnes Theologi. Et sumitur ex cap. *Omnis vtriusque*, & ex Conc. Florentino, & expresse definitum est in Tridentino sess. citata can. 7. illis verbis: *circumstantias quæ peccatis speciem mutant.* Et sequitur euidenter ex ipsa institutione sacramenti per modum medicinæ, propter quod est necessaria confessionis integritas; nam tacita noua species, aliquod vulnus taceretur, & vt dicitur ibidem cap. 1. *Qui scienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt.* Circumstantia autem mutans speciem, peccatum nouum & distinctum est, animam faucians, & ita vt curetur, aperiendum. Aduertit autem M. Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. hoc esse intelligendum de differentia peccatorum specifica in esse moris, non vero de differentia in esse naturæ.

Per quod intelligitur doctrina Caietani, qui videtur dicere, quod tunc solū distinctio specifica est explicanda, quando clara est, & nota omnibus, & tanta vt multum variet morale iudicium; & huius exemplum patet ex exēplo quod ibi adducit de speciebus diuinationis per ignem, vel per aquam; in illis enim casibus est physica diuersitas, non moralis, & physicas species cognoscere, ad confessionem non pertinet, sed peccata vt peccata sunt, & vt ad mores pertinent.

Solet autem dubitari an sufficiat confiteri circumstantiam secundum se, an vero requiratur confiteri per modum circumstantiæ afficientis alium actum? Et licet videantur esse diuersæ Doctorum sententiæ, tamen in re non videtur multum dissidium: quia si absque mendatio ex primi potest malitia vtriusque speciei quomodocumque exprimantur, sufficit ad Sacramentum: si vero non potest vna non explicari nisi expressa ordinatione ad aliam, explicanda necessario est circumstantia per modum circumstantiæ. Vt quando quis furatur Ecclesiæ ornamentum, moraliter non potest non exprimi circumstantia per modum circumstantiæ: quando vero furatur propter moecham, potest exprimi quod furatus est, & quod habuit intentionem moechandi. Vnde etiam veritatem habet doctrina quando vnum ordinatur ad alterum, vt in exemplo posito.

(.)

**§. II. Qualiter circumstantie
aggravantes notabiliter in-
tra eandem speciem, sint
de necessitate con-
fessionis.**

5 Propter circumstantias istas quæ notabiliter aggravant speciem, tamen non mutant, neque novam addunt, principaliter est mota quæstio. Ad cuius solutionem distinguendum est, (ut à duabus sententijs extremis quæ in hac parte sunt, declinemus), cum Sylvestro in summa v. confessio 1. q. 9. quod aut potest inquiri de eo quod per se directe exigit institutione sacramenti, & Ecclesie præcepta: aut de eo quod indirecte, ex suppositione, & in particularibus casibus, exigunt status, & conditiones personarum. Ut aliqua sint necessario confitenda primo modo, necessarium est, quod vel ex vi institutionis Sacramenti, quod est institutum per se in remedium mortalium, alias non dimissorum per baptismum; vel ex aliquo præcepto divino, aut humano sint de necessitate confitenda. At vero ad hoc quod currat præceptum secundo modo, non exigitur quod de hoc sit expressum præceptum, sed sufficit, & requiritur quod arguitive non possint moraliter alia adimpleri præcepta, sine adimplerione alicuius conditionis secundum se non præceptæ. Aponit Sylvester aptum exemplum: nam certum est, quod nullum extat præceptum peccata semel confessa iterum confiteri, (quod intelligitur quando confessio fuit valida) & tamen si quis habeat consuetudinem recidendi in eadem peccata, tenetur peccata iam confessa dicere, non quidem directe, sed indirecte, quia neque potest imponi debitus satisfactionis modus, neque potest apprehendi spes emendæ, &c.

Tota doctrina huius distinctionis, & exempli, reperitur in D. Thoma in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. circa finem corp. ubi cum docuisset quod recidivans non tenetur peccata confiteri, de quibus prius confessus fuerat, objicit, seu movet dubium circa hoc, quia ex hac opinione videtur sequi Quod non possit plenarie recidivantis morbo remedium haberi. Quod aperte videtur sequi, & est magnum inconueniens, quia multa expediunt huic, quæ non ex-

pedirent innocenti, & S. Thomas ad solvendam hanc difficultatem distinguit; Quod in Confessione est aliquid exponendum dupliciter: uno modo directe, & sic exponitur, cuius abolitio per confessionem quæritur. Alio modo indirecte, sicut illud sine quo fieri non potest debitus satisfaciendi modus. Et istum secundum probat, quia tenetur poenitens satisfacere, & ita aperire unde confessor cognoscat quæ satisfactio sit condigna, sicut aliquando necessarium est explicare se esse infirmum, ut ei ieiunium non imponat. Et per hunc modum docet teneri explicare peccata iam dimissa, quantum sufficit ad hoc ut sciatur quæ satisfactio est ei imponenda.

Explicandum ergo restat, an sit præceptum directe, & per se præcipiens confessionem dictarum circumstantiarum; vel saltem hoc colligatur ex institutione ipsius sacramenti, & præceptis annexis? Et si tale præceptum non extat, an saltem indirecte tales circumstantiæ sint confitendæ sub reatu peccati mortalis? Et in particulari opus erit explicare unde dignoscatur hæc obligatio. Et tota resolutio sumetur ex Sylvestro, licet id quod ipse paucis expressit, latius prosecuturimus.

6 Dico primo, expressa sententia S. Thomæ est, quod per se loquendo, circumstantiæ notabiliter aggravantes, dum non mutant, aut addant aliam speciem, non sunt de necessitate confessionis.

Probatur primo ex ipso testimonio ipsius in 4. sentent. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 5. sed quia quidam (inter quos Ioan. à Cruce de Pœn. q. 3. dub. 5. con. 2. infine), respondent, quod loquitur de aggravatibus parum non de agravatibus notabiliter, ut appareat quod expositio est contra textum, oportet ipsius verba referre, quæ talia sunt: *Quasdam circumstantias confiteri est necessitatis: sed in hoc est differentia opinionis, quidam enim dicunt, quod omnes circumstantiæ quæ aliquam notabilem quantitatem peccato addunt confiteri necessitatis est, si memoria occurrant.* Ecce quod ista opinio loquitur de notabiliter aggravantibus, de illis scilicet, quæ notabilem quantitatem peccato addunt; neque de alijs quæ parum aggravant, potuit apud Theologos esse opinio, quia istæ sunt innumera, quæ explicari vix possunt, & quia minus sunt quam peccata venialia, quæ non sunt de necessitate confessionis. Alij vero dicunt, prosequitur Sanctus Thomas, quod non sunt de necessitate confitenda illæ circumstantiæ, de quibus

quibus loquebatur prima sententia, quod patet ex subsequenti aduersativa, nisi circumstantiæ quæ ad aliud genus peccati trahuntur, & hoc probabilius est, sed addendum est, quæ ad aliam speciem mortalis trahunt. Hæc ibi, quod & repetit ad 1. & 3.

7 Probatur secundo ex alio scripto ad Annibaldum in eadem dist. q. unica art. 3. ubi ait: *Circumstantiæ quæ novam rationem peccati mortalis addit, de necessitate est confitenda; alia autem non.* & ad 2. 3. & ad 5. *Si talis circumstantiæ non trahit in aliud genus mortalis, non est confitenda.* Hæc testimonia S. Thomæ adeo expressa sunt, ut fateantur aliqui, quod in scriptis super sententias id docuit, sed tamen dicunt, quod forte in summa si hanc quæstionem pertractaret, mutaret sententiam.

Sed contra hoc primo, quod hoc est diuinare, & relinquere certum pro incerto; quia scimus Sanctum Thomam id docuisse, scire autem nullo modo possumus quod id retractaret.

Præterea contra hoc est tertium testimonium ex opusc. 12. quod secundum omnes est S. Th. ad Lectorem Bisuntinum in q. seu art. 6. sic ait: *Circumstantiæ vero aggravantes quæ in aliud genus peccati non trahunt, non tenentur homo confiteri, sicut hæc quæ venialia licet sit laudabile quod homo ea confiteatur, & infra, sit igitur huiusmodi circumstantiæ aggravantes, quæ non trahunt in aliud genus peccati, non credo quod aliquis teneatur confiteri.* Ergo secundum mentem S. Thomæ ubicunque materiã pertractat, non tenetur per se loquendo aliquis ad dictarum circumstantiarum confessionem.

8 Dico secundo. Nullum omnino est præceptum obligans directe, & per se loquendo ad confessionem alicuius circumstantiæ, quæ novam speciem peccati mortalis non addit, sed tantum aggravat notabiliter intra eandem speciem.

Probatur primo ratione qua ubique usus est Sanctus Thomas; quia peccata venialia non sunt de necessitate confitenda, licet ea confiteri sit laudabile, ut iam est definitum in Tridentino, ubi supra, sed eadem omnino est ratio de istis circumstantijs, ac de peccatis venialibus: ergo non sunt per se, & directe necessario confitendæ, prob. min. in peccato aliquo habente circumstantiam notabiliter aggravantem intra eandem speciem, tantum est unum peccatum mortale, & ex cessus ipse gradualis & quantitativus; præceptum quidem directe cadit super

malitiam mortalem; ad hanc enim mendandam, primo & per se ordinatur: super quantitatem autem non cadit præceptum, quia hoc tantum est aliquid accidentale speciei, & individuo quoad essentialia, quia non superadditur malitia alterius peccati mortalis, quæ sola est infinita, & de qua est præceptum, ergo sicut venialia absque reatu mortalis omituntur, ita istæ circumstantiæ per se loquendo, dum tamen ipsa species in suo individuo quoad essentialia ratione peccati mortalis exprimitur.

9 Secundo probatur, & confirmatur ratione quam indicat S. Thomas ubi supra in solut. ad argumenta. Quia contritio, & satisfactio imponenda, ratione cuius videbantur necessario explicandæ circumstantiæ, ut esset proportio quantitatis culpæ, & poenitiæ imponendæ, & habent quantitatem quasi substantialem, & habent quantitatem quasi modalem, seu gradualem: primum constituit speciem, secundum variat poenem magis & minus, & aggravat, vel mitigat, & eadem ratione in peccato eadem debet distinguui, nempe essentialia, sine quibus non est species, & individuum; & gradum, seu quantitatem augentem speciem constitutam: inter quæ hæc est differentia, quod primum est ipsa malitia, & peccatum essentialiter, secundum est perfectio accidentaliter illius: sed præceptum tantum est essentialiter de peccato mortali, non vero de accidentaliter annexis peccato mortali, licet per accidens, vel indirecte etiam ad hoc possit extendi, ut dicitur ergo. Maior patet in omnibus alijs casibus, in quibus illa duo distinguui & explicari sic debent. Minor vero videtur manifesta, quia licet teneamur explicare directe, & per se non solum speciem, sed individuum; non tamen omnia individua cadunt sub mortali, (alias cuiuscunque modi essent circumstantiæ, essent necessario explicandæ), sed tantum essentialia, sine quibus species non salvatur, alias non verificaretur quod præceptum est de solis mortalibus.

10 Ad hanc rationem dici potest, quod videtur falsum, quod circumstantiæ aggravantes notabiliter, non addant plus malitiæ quam peccatum veniale; aut quod solum malitiam accidentalem speciei, quia interdum plus malitiæ addunt, quam mutant speciem, quod patet: nam secundum D. Thomam 1. 2. q. 7. art. vlt. & q. 2. de malo furari malitiam est circum-

stantia aggrauans intra eandem speciem ponatur ergo quod furari decem ex Ecclesia sit grauitatis vt quatuor, duo quia furtum, & duo quia sacrilegium, si furtum sit vt mille, & non ex Ecclesia, est grauius peccatum incomparabiliter, & tamen iolum per magis vel minus intra eandem speciem: ergo per se loquendo plus addit hęc circumstantia, quam malitiam venialem, & accidentalem.

11 Sed contra hoc est (præterquam quod de exemplo infra redibit sermo) quod S. Thom. q. 2. de malo art. 8. corp. ait: *Si autem sic aggrauet quod non constituat nouam peccati speciem, non potest aggrauare in infinitum, faciendo de veniali mortale: quia semper maior est grauitas quæ est ex peccati specie, quam quæ est ex circumstantia speciem non constituyente.* Ex qua doctrina arguitur. Cum circumstantia non dat speciem, tantum est grauitas vnus speciei: ergo non potest esse maior grauitate actus habentis duas species. Patet consequentia, quia indiuiduum quantumcunque perfectum, si sit vnus speciei, non potest excedere duas species quando sunt sub eodem genere & ordine, vt hic contingit. Vnde ille excessus est materialis & indiuidualis; alter vero formalis & specificus, vnde sunt diuersarum rationum.

Secundo vrgentur argumenta facta, & aperitur æquiuocatio solutionis datæ ex S. Th. doctrina cit. q. de malo art. 7. ad 3. quia verum est, quod cuiuslibet circumstantiæ defectus potest causare peccati speciem, & quod materia magna vnus furti, potest esse materia plurium peccatorum secundum numerum, si peccans vel pluribus diebus seorsum, vel pluribus actibus ea accipiat, & tunc tenebitur hoc confiteri, iuxta dicta supra. Sed tamen non est necessarium quod sic accipiat, sed tantum per modum determinantis speciem, & indiuiduum, & tunc vt dixerat S. Thomas ad 2. *Non continentur se aliquam malitiam; sed est determinatiua alterius circumstantiæ malitiam continentis.* Quantum ergo est ex vi præcepti, non exigitur explicatio circumstantiarum quæ non dant speciem peccato.

12 Tertio principaliter probatur conclusio ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. vbi sic dicitur. *Colligitur præterea eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant.* Quod & definitur sub anathemate c. 7. ergo circumstantiæ aliæ quæ speciem

non mutant, non sunt de necessitate confessionis, patet consequentia, quia si Concilium in particulari agens de circumstantiis, ad mutantem speciem præceptum de terminauit, virtualiter asseruit præceptum de solis istis extare, de alijs vero non, saltem loquendo per se, & directe.

Sed dici potest primo, quod hoc argumentum est ab authoritate negatiua quæ parum probat, quia etiam si in hoc loco non ponatur, potest vel ex Theologica ratione colligi, vel aliunde haberi hoc præceptum, etiam si in hoc passu Concilij non expresse ponatur.

Secundo quod Concilium tantum definit contra hæreticos id quod apud omnes Catholicos est certum, non tam affirmat aliquid, neque negat de illo quod nouit esse controuersum inter Catholicos. Vnde vt neutri opinioni præiudicaret, de circumstantiis aggrauantibus nihil dixit.

13 Sed contra primam solutionem sunt duo, primo, quod in hac parte argumentum ex authoritate negatiua est firmum; quia quod inquirimus, est, an extet præceptum de huiusmodi circumstantiis aperiendis, si in Concilio vbi tam exacte omnia alia quæ ad hoc Sacramentum sunt necessaria exprimentur, tale præceptum non ponitur, videtur planè, voluntarie tale præceptum excogitari.

Secundo, quia in illo cap. 5. dicitur, *constat enim nihil aliud in Ecclesia à penitentibus exigere, quam ut, &c.* Ergo argumentum hoc non tantum est ab authoritate negatiua, sed affirmatiua; quod præceptum est solum de mutantibus speciem, quia dicitur quod solum hoc exigitur à fidei, *quod ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse meminerit:* quod impleri per se, & directe potest non expressa grauitate graduati, & accidentali.

Contra secundam solutionem est, quod non adducimus authoritatem Concilij vt probemus in illo esse nostram conclusionem definitam: hoc enim præsuppositum videretur, cum absque præiudicio fidei, opposita sententia defendi possit, & S. Thomas suam sententiam tantum dicat probabiliorē. Sed ad hoc assertur vt ostendatur tale præceptum non extare. Vnde licet verum sit, quod tantum definit certa, hinc arguendo colligimus quod non est sufficiens fundamentum, & ira sine causa tale præceptum adstruitur.

Et

Et præterea videntur verba Concilij habere vim dictionis exceptiua, & iuxta regulam iuris, exceptio vnus firmat regulam in contrarium; vnde eo ipso quod præceptum quod extat de circumstantiis aperiendis in confessione, dicit esse de mutantibus speciem peccati, videtur firmare sententiam dicentium, quod aliæ non sunt de necessitate confessionis nisi indirecte.

14 Dico tertio, circumstantiæ notabiliter aggrauantes, sunt de necessitate confessionis indirecte. Hanc conclusionem probare possemus pluribus argumentis proponendis sequenti, contra præcedentem conclusionem, quia hanc solum probant, non verò opponuntur præcedenti, vt ibi ostendetur.

Sed præterea probatur, quia secundum S. Thomam in dist. 22. vbi supra, tunc est aliquid necessario exponendum indirecte, quando illo non expresso, sciri non potest debitus satisfaciendi modus: sed sic contingit in presenti, ergo maior supra est probata ratione D. Thomæ, quia penitens debet habere in vero satisfactionem, & sacerdos est iudex absoluens à culpa, & ligans ad penitentiam satisfactoriam pro factis, & medicinalem ne in posterum cadat, & vt dicitur in Trident. cap. 5. cit. *constat Sacerdotes hoc in iudicium in cognita causa exercere non potuisse, neque equitatem in penis seruare potuisse;* Si autem aliquæ circumstantiæ non exprimentur, aliquando ipsa species cognosci & mederi non potest.

Minor verò probatur primo, quia regulariter ipsa essentialis species non potest cognosci à fidelibus, (præcipue non Theologis), & multo minus exprimi, non expressa circumstantia aggrauante. Imò sæpè confessores permittunt ibi aperiiri aliquas circumstantias impertinentes, vt ex illis habeant motiuum interrogandi plures deformitates peccatorum, quas fideles dicere nesciunt, nisi illis ambagibus. Ergo si præceptum est de cognoscenda specie, & imponenda satisfactione, indirecte erit de his, quæ illam indiuiduo comitantur, non de omnibus, sed de his quæ immediate connectuntur eum specie, vt sunt istæ circumstantiæ.

15 Secundo, quia peccata eiusdem speciei essentialis, propter solam differentiam circumstantiæ aggrauantis, potest esse vnum reseruatim, & aliud non: & ponit exemplum Syluester vbi supra, in iniuria, illata in clericum, quia si sit enormis, est

casus Pape reseruatim; si vero sit leuis, solet reseruari Episcopo, vt patet de sent. Excomm. cap. cum illorum. Sed in hoc casu sacerdos scire non potest quid sit acturus, nisi penitens circumstantiam aggrauantem exprimat: ergo sacerdos potest, imò tenetur de hoc interrogare penitentem, & ita ille peccabit circumstantiam occultando.

Tertio ex alio capite hęc indirecta obligatio oriri potest in omnibus iniurijs illatis, quia non potest sacerdos imponere modum satisfactionis vel restitutionis famæ, nisi sciat an sit verum, an falsum crimen, an persona nobilis, publica, an priuata, an pauper, an diues: & idem inquiri potest de ipso iniuriante, vt æquitas in pena & satisfactione seruetur, ergo

Quarto. Hoc colligitur in circumstantia recidivandi ex occasione proxima vel remota, vt imponatur penitentia præcedens occasiones. Et propter hoc solent docti confessarij aliquando inquirere, an habitent in eadem domo, &c. quæ circumstantiæ licet videantur impertinentes absolute, tamen moraliter est impossibile quod confessor satisfactione iniungat his circumstantiis ignoratis. Cui ergo ex tot principijs necessitas harum circumstantiarum explicandarum habeatur, sub mortali fideles tenentur illas confiteri.

16 Dico quarto, quoad praxim & usum fidelium, & confessariorum, pariter refert tenere quod circumstantiæ aggrauantes per se sint, vel non sint de necessitate confessionis; sed potius in vtraque sententia affirmandum est, fideles teneri ad illas explicandas, & oppositum non potest tuta conscientia praticari, nisi cum dicta limitatione tertie conclusionis.

Probatur, & explicatur, quia probabile est quod datur præceptum per se obligans ad confessionem dictarum circumstantiarum, vel licet oppositam sententiam dixerimus esse S. Thomæ, & probabiliorē, non tamen admittimus sustineri posse nisi cum limitatione tertie conclusionis. Ad praxim autem parum refert, quod præceptum sit directe, vel indirecte de hoc, quia si tenemur, si non facimus, peccatum erit mortale vnde cunque veniat obligatio. Vnde eueniendum est ne ex opinionibus probabilibus in scholis, sumatur occasio deceptionis, & sub specie benignitatis, & libertatis, libertatem in occasionem deus, carni, contra præceptum. Apostoli ad Galat. 5. v. 13. vnde multo magis cauendum est ab

Ii alijs

alijs qui sustinere volunt, circumstantias istas non esse vilo modo de necessitate confessionis, & alias nullum non mouet lapidem, vt fere omnes, vel multas ostendant non differere specie. Contra quos dicimus quod illa sententia non est probabilis, nisi in sensu dicto: & adhuc si sic esset probabilis, non tamen esset probabilis coniuncta cum qualibet alia opinione: quia qui illas circumstantias tenent non variare speciem, ex alio capite eas necessario confitendas affirmant. De his tamen in particulari in §. 4. dicitur, vbi exponitur cur non dicamus quod nihil, sed quod parum refert ad praxim.

§. III. Proponuntur, & soluntur argumenta contra doctrinam traditam.

17 **C**ontra primam conclusionem non video quid obijci possit, nam Sanctus Thomas semper eodem modo locutus est.

Contra secundam arguitur primo. Nam in Concilio Vormatiensi can. 25. dicitur: *Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum sacerdotis arbitrio pœnitentia decernuntur; debet ergo sacerdos singulorum causas singillatim considerare, originem, modum que culpam.* & cap. confid. de pœn. dist. 5. quod est Aug. de vera & falsa pœn. cap. 14. idem habetur ex lib. de vis. infirm. cap. 2. sed nihil horum verificari potest, non expressis circumstantijs aggrauantibus: ergo illæ sunt de necessitate confessionis.

Et confirmatur, quia Ecclesia non reseruat nisi ea quæ sunt per se de necessitate confessionis, propter quod non reseruat venialia: sed multoties reseruat circumstantiam aggrauantem, vt admissum est: ergo illæ sunt de necessitate confessionis.

Secundo. Eadem omnino est ratio necessitatis confessionis harum circumstantiarum, ac aliarum quæ mutant speciem: ergo si istæ sunt per se de necessitate confessionis, etiam illæ, antecedens probatur primo. Quia Tridentinum docet peccata occulta esse confitenda, quia plerumque grauius sauciunt animam, & periculosiora sunt. Sed idem dici potest de his circumstantijs, quia grauius est furari mille, quam decem in Ecclesia, ergo. Secundo, quia Concilium agens de peccatorum omnium confessione ait quod debet esse cœ aperta, & veracunda 10.

rum confessione: quod non est si circumstantiæ istæ omittantur. Et tertio, quia non verificantur verba Conc. Florent. in decreto Eug. dicentis: Pœnitentem debere omnia integraliter confiteri, quæ integritas non debet esse solum secundum speciem & numerum, sed etiã ipsa indiuidua peccatorum non debent dimidiari. Et denique hic currit illa ratio Concilij de mutantibus specie, cum enim traditur debere confiteri, redditur pro causa quod sine illis peccata ipsa neque à pœnitentibus integre exponantur, nec iudicibus satis innotescant, & fieri nequeat, vt de gravitate oriminam reseruari possit, & pœnam, quam oportet pro illis pœnitentibus imponere.

Si dicatur, quod satis est seruare omnia ista in ordine ad grauitatē essentialē, & numerum, non verò quoad gradualē, & aggrauantem accidentaliter.

Contra hoc est, quia hoc est petitio principij, quia ex natura sacramenti per modum medicinæ colligitur, quod est seruanda proportio in specie, & numero, et go etiam in grauitate indiuidui: quia sine causa limitatur medicinam non debet sic proportionari.

18 Et confirmatur, quia circumstantiæ aggrauantes communiter non consequuntur omnia peccata: & ita qui confitetur peccatum, illa non expressa, videtur tacite affirmare se vt communiter contingit peccasse: & ita dimidiat confessionem illius peccati, & integre non confitetur.

Et confirmatur secundo, quia quidquid pœnitens tenetur dicere interrogatus à iudice seu confessario legitime, ipse tenetur sua sponte dicere, quia ideo confessarius te interrogat, quia pœnitens habet obligationē confitendi: sed potest in ordine ad satisfaktionem confessor has circumstantias legitime interrogare, ergo, & c.

Tertio illa sunt de integritate confessionis, quæ variant morale iudicium confessoris, & quæ in actu principali non explicantur, sed aggrauantes sunt huiusmodi, ergo, & c. Si quis confiteretur furtum nihil aliud exprimeret, si postea exprimeret esse mille aureorum, multum variaret iudicium prudentium in ordine ad omnia ergo. Et idem patet, quia grauius videtur furari mille, quam decem in Ecclesia: ergo si circumstantia Ecclesiæ est confitenda, etiam quantitas. Et non potest dici quod quantitas non sit circumstantia pure aggrauans, nã oppositum constat ex D. T. 1. 2. q. 1. 8. ar. vi. & clari⁹ q. 2. de mal. ar. cor. dicit, quod aliquando circumstantia aggrauat qui-

quidem peccatum, non tamen constituit peccati speciem, sicut cum aliquis furatur multum.

Alia argumenta tangunt casus particulares, & de illis dicitur §. sequenti.

19 Contra tertiam, & quartam conclusionem est argumentum. Quia vel hæc indirecta obligatio est regulariter, & in omni casu: vel tantum in casibus particularibus enumeratis in probatione tertie conclusionis. Primam esse non potest, quia tantum pro causa huius indirectæ obligationis assignatur, quod ignorantibus non possunt speciem explicare non explicata circumstantia aggrauante, quod constat non currere in omnibus pœnitentibus. Neque reseruatio est nisi in casu particulari; neque semper est iniuria illata, aut occasio proxima: & ita doctrina non est in omni casu, sed in particularibus. Et si hoc admittitur, tunc falsa est quarta conclusio, quod tenere hanc vel illam opinionem parum refert ad praxim, quia cessantibus illis casibus, poterit quis essentialia peccati confiteri, tacendo circumstantias aggrauantes.

20 Ad primum respondetur, quod S. Thomas fere simile argumentum obiecit l. cit. 4. dist. 16. & resp. ad 2. quod non est necessarium neque quod sacerdos, nec pœnitens cognoscant determinatam quantitatem, sed sufficit, inquit S. Thomas, quod cognoscat quantitatem que ex specie peccati consurgit. Et quaestione 4. ad 3. dixerat, quod est quantitas essentialis illa quæ dat speciem, alia verò accidentalis: & cū præceptum tantum sit de quantitate essentiali, quia tantum est de mortalibus, & non de venialibus, sit quod etiam non explicatis circumstantijs aggrauantibus possit præceptum adimpleri, licet laudabile sit etiam istas circumstantias exprimere.

Ad confirmationem respondetur, quod probat indirecte aliquando esse de necessitate confessionis expressio circumstantiarum, quia reseruatio est de illa specie directe, licet exigat quod sit in illo actu perfecto.

Ad 2. Respondetur, quod in ipsa probatione conclusionis est assignata disparitatis ratio, quia illæ aggrauant in infinitum, secus verò istæ. Ad primam probationem, quod falsum est quod grauius sit furari mille, quam decem in Ecclesia, quia hoc secundum, sunt duo peccata mortalia formaliter contra duo præcepta, primam vero solum vnum. Iam aliquando

minus offendit Deum qui furatur mille, quam qui solum decem: quia, vt ait Augustinus, malum non est in rebus, sed in affectu peccantium, & potest intensius, & minori exurgente tetatione peccare qui furatur decem: licet verum sit, quod cæteris paribus ex magnitudine materiæ aggrauetur peccatum, non tamen ita vt speciem excedat. Ad reliquas probationes sufficit solutio primi argumenti, quæ est eadem cum solutione ibi assignata, & est Sancti Thomæ; neque est petitio principij, quia tantum est præceptum de mortalibus, & substantia, & specie, & numero peccatorum; de alijs vero solum vt de venialibus. Neque hæc limitatio est voluntaria, sed sumitur ex natura rei, quia non est idem iudicium de essentiali, & de accidentalibus.

Ad confirmationem respondetur, quod confitetur integre ea ad quæ tenetur, licet aliqua omittat ad quæ non tenetur: sicut qui comisit mortale, & venialia multa, solo mortali expresso integre confitetur.

Ad secundam confirmationem, quod si indirecte teneatur ad confessionem circumstantiarum, peccabit mortaliter vel tacendo, vel si veritatem non dicat: Si tamen sit casus, quod circumstantia nullo modo sit sub præcepto & necessitate confessionis, etiam interrogatus potest veritatem occultare, sicut si interrogaretur de venialibus.

Ad 3. respondetur, quod variat morale iudicium quoad accidentalia non vero quoad substantialia, & falsum est assumptum secundæ probationis, vt dictum est. Et præterea ad istud argumentum specialiter dici potest, quod probat tertiam conclusionem.

21 Ad argumentum contra ultimam conclusionem respondetur, quod hæc indirecta obligatio non est ita vniuersalis, quod in nullo casu liceat tacere circumstantias aggrauantes, imò in pluribus absque culpa omitti possunt, vt infra dicitur: sed tamen non est ita rara vt in paucioribus contingat, imò vt in pluribus, & communiter currit hæc obligatio, & quia hoc magis attendit doctrina moralis, ne decipio in minus cautis, & doctis contingat, apposita est quarta conclusio: in qua non dicimus quod nihil refert ad praxim sententiam tenere, sed quod parum refert, quod diuersum quid sit, & licet dicamus quod oppositum non potest practitari tuto, debet intelligi nisi cū limitatione posita.

§. III. Aliqui casus ex tradita doctrina resoluntur.

22 **S**icut docet S. Thomas in prologo 2. 2. *Sermones morales vniuersales minus sunt utiles, eo quod actiones in particularibus sunt*: ideo ut utilitati studentium prouideatur, doctrina data in vniuersali, applicanda est ad aliquos particulares casus, non quidem ad omnes (hoc enim impossibile foret), sed ad eos, ex quibus quid in alijs dicendum sit, apparebit. Hoc autem fiet soluendo argumenta quae videtur ab inconvienti procedere:

Arguitur ergo primo, quia secundum S. Thomam 1. 2. q. 18. art. 11. *Tolle re alienam in magna vel parua quantitate, non diuersificat speciem peccati: tamen potest aggravare, vel diminueri peccatum*: sed stultum est asserere quod ille qui furatur mille aureos satisfaciat confessioni dicendo, se furatum fuisse: ergo circumstantiae aggravantes sunt de necessitate confessionis per se loquendo.

Si dicatur, quod argumentum probat quod sunt de necessitate confessionis indirecte ratione damni illati, & restitutionis faciendae.

Contra hoc est, quod poenitens potest habere firmum propositum restituendi omnia quae abstulit, & tunc videtur quod possit tacere quantitate rei ablatae, etiam interrogatus a confessario: quod tamen videtur contra integritatem confessionis, neque enim haec est integra, aperta, & veracunda confessio, ut exigunt concilia citata: ergo doctrina data adhuc cum limitatione posita est falsa, vel tam magnum absurdum est deuorandum.

Et confirmatur, quia si quis semel furatus est decem, & postea decem, & sic deinceps, debet omnia confiteri, ut dictum est §. 1. quia numerus peccatorum est de necessitate confessionis: ergo etiam tenetur explicare quantitatem si semel furatus est mille: nam grauius hoc vnum peccatum est, quam illa simul decem.

23 Secundo idem probatur in alijs casibus: si quis decem homines sigillatim occidit, non integre confitetur dicens occidisse, nisi dicat quot homines ergo si vnico consensu mentis, vel vnico sulphureo iactu illos occidit, tenetur numerum exprimere: & tamen constat quod ille vnicus iactus si vnum tantum interficiat, vel decem non mutat speciem.

Tertio, qui firmum propositum occidendi hominem per diem integrum sine interpolatione habuit, vnico fuit maculatus peccato: & tamen tanto grauius peccat, quam si sola vna hora illud habuisset, & tenetur temporis circumstantiam non mutantem speciem confiteri: ut patet, quia si per diem odium illud intercideret, & crebro repeteret, non opus esset vires illas numerare, sed posset dicere, quod per totum diem habuit illud odium, & ita per accidens est interruptio: ergo sicut cum interruptitur est explicandum tempus vel numerus, etiam cum non interruptitur.

Et confirmatur, nam qui in peccato mortali excipit confessiones multorum non videtur esse maior grauitas essentialis, sed tantum aggravans, quia est poenes magnam vel paruum: & tamen non satisfacit si dicat, administraui sacramentum poenitentiae in mortali, sed debet exprimere quoties, quia facit sacrilegia distincta: ergo.

Et confirmatur secundo, nam si sic est poenitens, in confessione satisfacit dicendo, se non restituisse rem alienam, nec erit interrogandus de tempore, & diurnitate detentionis, vel de numero peccatorum, quae aliqui in tali diurnitate committeri putant. Et confirmatur tertio, in casu quo quis vnica iniuriam pluribus dicit, non tenebitur explicare personarum numerum: imo cum contumelia, & iniuriae videantur eiusdem speciei, & differentia solum sit materialis, non erit necessarium aperire in confessione, an aliquem vocauerit furem, haeticum, vel quid simile, sed sufficet dicere, graui iniuria affeci proximum.

24 Quarto, incestus inter affines, & consanguineos non differunt specie, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 154. art. 9. & ibi Caiet. & tamen si quis accessisset ad fororem, vel matrem, non satisfaceret dicendo, se commisisse incestum: nam illo nomine poterat intelligi accessus ad consobrinam uxoris, quod quid minus infinitum est, quam accessus ad matrem, ergo.

Quinto, secundum sententiam Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. stuprum sine vi non differt specie a simplici fornicatione: & tamen stuprator virginis non satisfacit confitendo, simpliciter se fornicatum esse. Imo etiam si vi opprimat virginem, satisfacit dicendo, se vi oppressisse mulierem, quia circumstantia virginis licet aggrauet, speciem non mutat.

Sexto, peccata contra naturam licet differant specie physica, non tamen specie morali, & ita tantum moraliter aggrauabunt intra eandem speciem: & ita non erit necessarium confiteri circumstantias maris, vel foeminae, vnus aut alterius generis bestiae, sed sufficet dicere, peccavi in sodomia toties, in bestialitate quater. Imo sequitur quod quaecunque circumstantiae in hoc interueniant, non sint explicandae, vnde aliquis coiens cum homine, & supercubans sicut super mulierem, satis erit si dicat, se tactu alterius pollutum, aut mollitiem commississe tangendo alterum impudice.

Septimo, omnis blasphemia in Deum prolata videtur eiusdem speciei, licet vna sit grauior alia: & ita si doctrina data est vera, si quis vnico ictu plures blasphemias profert, satisfacit dicendo, se blasphemasse, neque opus erit explicare quid dixerit, an dixerit Deum iniquum, an iniustum, &c.

25 Peccata morose delectationis cum primo & per se non respiciat personam, seu consensum in actu, sed solum delectationem, non videtur specie differere: & ita sufficet ut poenitens dicat, toties morose delectatus sum, sine expressione & circumstantia personae imaginatae, an scilicet fuerit monialis, vel libera, vel coniugata.

Nono, pollutio occulta facta in Ecclesia, & idem est de fornicatione, licet contineat circumstantiam aggrauantem, non tamen mutantem speciem: eo quod ista in tantum contrariantur loco sacro, in quantum ipsam Ecclesiam polluant non pollutur autem Ecclesia, nisi ista fiant publice. Et ita videtur sequi ex positione praedicta, quod absque expressione loci sacri, possint dicta peccata confiteri.

Et a fortiori videtur dicendum, quod tactus impudici facti in Ecclesia modo non adsit periculum pollutionis ratione loci sacri, non habent malitiam in sacrilegij in confessione aperiendam, ratione iam dicta. Confirmatur, nam supposito quod Nouitius, neque Nouitia non habent castitatis votum, videtur sequi, quod mulier habens rem cum Nouitio, vel solutus cum Nouitia Religiosa, non teneatur aperire hanc circumstantiam, siquidem solum est aggrauans, & speciem non mutans.

Decimo, Votum simplex castitatis, & solemne sunt eiusdem speciei, quia ad eandem virtutem pertinent, & solemnitas sola Ecclesiae institutione est superaddita.

Et ita idem secundum speciem esset peccatum, si secularis habens votum simplex castitatis, illud frangeret & si idem faceret sacerdos, Religiosus, aut Episcopus. Et ita ex principijs dictis videtur plane inferri, quod Episcopus si occulte frangeret votum castitatis, satisfaceret non solum tacendo se esse Episcopum, sed etiam si diceret, se habere tantum votum castitatis, quod absurdissimum videtur.

Vndecimo, Odium proximi est vnus speciei, quia est contra vniam charitatis virtutum, & sub vna ratione formali, sicut & amor: vnde sufficet ut poenitens dicat, se toties odisse proximum, & non opus erit explicare, an illud odium versetur circa famam, diuitias, & perlo-nam.

Duodecimo, frangere ieiunium comedendo carnes, eiusdem speciei est cum alio peccato, quod committitur comedendo sapius eodem die ex cibis non prohibitis: & tamen sine dubio illa circumstantia declaranda est: ergo per se loquendo etiam quando hoc non est necessarium ad explicandum principale peccatum, circumstantiae aggrauantes sunt de necessitate confessionis.

26 Circa haec argumenta, & casus in illis contentos in communi aduertendum, quod quidam totum quod in eis intenditur, admittunt, imo tanquam aliquid maxime notandum hos casus deducunt ex illo principio, quod circumstantiae aggrauantes non sunt de necessitate confessionis. Sed quia hoc videtur contra communitatem proximorum fidelium, & contra confessionis integritatem, & apertam omnium confessionem, & diligentiam quam Concilia & Patres dicunt adhibendam in cognoscendis non solum peccatis, sed etiam eorum originem & causam, ut remedium adhibeatur, & medicina, ut relatum est §. 3. ideo dicimus, quod illud principium neque est probabile, nec S. Thomas, aut alij antiqui Doctores id docuerunt, nisi cum limitatione posita: quod patet, quia haec argumenta non admittuntur, sed soluere curarunt Doctores, qui illam propositionem docuerunt, ut patet in Nauarro in Summa cap. 6. & alijs.

Et praeterea addimus duo, primo, quod hinc perspicitur quod illa sententia nisi sic limitetur, sustineri non potest, quod est probare his argumentis nostram quartam conclusionem. Secundo, quod adhuc si illa sententia sine illa limitatione esset probabilis,

non tamē ideo efficitur probabile quod in aliquibus argumentis intenditur; quia licet opiniones in illistacta sint alias probabiles, non tamen mixtæ cum qualibet sententia sustineri possunt. Vnde cauendum est ne in praxi misceantur opiniones: Et ex his quæ sigillatim sumptæ probabiles sunt, aliquid improbabile inferatur, ut quidam advertunt.

27 Ad primum argumentum, seu ad primum casum in particulari dicendum, quod in illo est necessarius circumstantia explicanda indirecte, quia illa non expressa, sciri non potest debitus satisfaciendi modus. Et hæc obligatio non tollitur per hoc quod poenitens in corde habeat illud propositum, & quod facillime id præstabit, quia obligationes morales non attendunt id quod est per accidens, sed per se, & sacerdoti debet exponi unde cognoscat quid, qualiter, & cui, & quomodo est restituendum. Vnde in peccatis iniustitiæ maximè currit indirecta obligatio. Et hoc explicatur in doctrina allata ex Diuo Thoma de obligatione confitendi peccata semel confessa quando incidit in similia, quia etiam si habent firmum propositum iterum non cadendi, debet explicare unde confessor possit medicinam & remedium congruè adhibere.

Ad confirmationem eodem modo responderetur. Solum est addendum, quod falsum est esse idem aut grauius illud vnum peccatum; quam illa decem; quia illa decem sunt totidem repetita mala voluntates, quæ interdum grauius delinquit in furto paruo (dum sit in materia peccati mortalis), quam in magno, quia habet minus à quo attrahatur, & vincatur: Et applicari potest doctrina Trident. vbi supra dicentis, peccata contra nonū, & decimum præceptum Decalogi esse necessario confitenda, quia plerumque grauius sauciant animam, & periculosiora sunt. Et tamen minus reputatur in foro externo, & minus nocet alteri qui desiderat solum in corde auferre mille, quam qui in re auferat decem. Et S. Th. 2. 2. q. 13. art. 2. ad 1. In grauitate culpa magis attenditur intentio voluntatis peruersa, quam effectus operis, ut ex supra dictis patet, nempe 1. 2. q. 73. art. 3. & 8. licet ergo propter satisfactionem & restitutionem, quantitas furti sit explicanda; non tamen quia sint tot peccata quot committi possent si paulatim, & actibus interpollatis mortalibus illa auferrentur,

28 vnde responderetur ad secundum, quod in vtroque casu est explicandus personarum numerus, licet diuersa ratione. Nam in casu antecedentis hoc exigitur, quia est per se præceptum obligans ad omnia & singula peccata confitenda, etiam solo numero distincta. In casu vero consequentis, tantum est indirecta obligatio ratione damni illati, & restitutionis faciendæ. Et addimus quod sæpè circumstantia nihil aggrauans quoad Deum, est sub mortali confitenda ratione damni illati, vel reservationis ut in casu argumenti: si illo iactu Sulphureo occidatur clericus, est reservatus Papa; si vero præter spem iacentis, ipsum non lædat, neque tangat, non est casus reservatus; quoad Deum vero idem deliquit, quia in hoc euentu, voluntas pro facto reputatur. Et in eodem casu, incurritur irregularitas euentu securo, minime vero si non sequatur, licet culpa sit eadem. Videatur Sanctus Thomas 1. 2. q. 20. art. 5. per totum, præcipue ad 4.

29 Ad tertium responderetur, quod per se loquendo quando actus est vnus numero, quod duret multum, vel paruum est tantum circumstantia aggrauans, vel minuens, vnde non est de necessitate confessionis hoc explicare. Cum vero interruptur, & iterum repetitur, sunt plura numero peccata & ita necessario confitenda. Quia tamen difficile est quod actus vnus numero sine interruptione per diem, at duas horas duret, ideo cum numerus necessario sit explicandus, facilius explicatur dicendo, quantum temporis in illo durauit, quam si omnes actus numero distinctos velit exprimere. Si tamen certus sit de numero, & nolit durationem explicare, non peccabit mortaliter, quia est pure aggrauans circumstantia.

Ad primam confirmationem responderetur, quod absque omni dubio confessarius tenetur exprimere numerum confessionum quas excepit in peccato existens, quia quot vicibus in illo peccato ministrat Sacramentum, tot numero distincta peccata commisit de necessitate confitenda, quia tenetur, ut ait Concilium, omnia & singula mortalia confiteri. Si autem memoria non occurrat personarum seu confessionum numerus, poterit hoc exprimere quomodo melius poterit, exprimendo tempus quo in hoc fuit occupatus, ut parum plus vel minus numerus explicetur: non quia temporis circumstantia in hoc casu sit de necessi-

rate confitenda, sed quia sic facilius explicat peccatorum numerum, quem aliter commode explicare non valet.

Ad secundam confirmationem responderetur, quod controuerti solet, an qui per annum integrum non restituit rem alienam, plura committat peccata, an vero vnum continuatum? Et si illud primum teneatur, nullani habet casus difficultatem ex dictis ad primam confirmationem. Et videntur plura esse peccata, præcipue si sapius offeratur occasio restituendi, aut etiam sæpius renouetur propositum non restituendi, & erunt plura numero, non vero specie distincta.

Si vero teneatur quod est vnum continuatum, dicendum est, quod per se & directe non tenetur tempus confiteri, ut diximus ad tertium: tamen indirecte ratione damni illati currit præceptum, eodem modo quo dictum est ad secundum.

Ad confirmationem responderetur, quod clarius patet in illis casibus currere indirectam obligationem explicandi numerum personarum, & verba prolata, quia distinctum remedium, restitutionem, & satisfactionem exigit vna iniuria, ac alia, dicta vni, aut pluribus: quod non poenitentis, sed confessoris arbitrio est determinandum, & ita ab illo cognoscendum.

30 Ad quartum responderetur, quod probabilis est illa sententia Caietani, & fundamentum habet in D. Thoma. Sed tamen Caietanus illas circumstantias existimat necessario confitendas. Vnde non licet simul coniungere sententiam quam Caietanus impugnat in illa materia, cum illa quam in hac sequitur, quia ex admixtione duarum sententiarum alias probabilium, efficitur aliquid improbabile. Vnde nos dicimus duo, primo, quod probabilis est sententia Nauar. cap. 7. n. 4. quod ibi sit distinctio specifica & ita necessario explicanda, S. Thomas opusc. 22. art. 6. in fine ait, Si vero speciem peccati exprimere non possit nisi exprimendo personam cum qua peccauit, puta, si cum sorore concubuit, necesse est ut exprimendo peccati speciem, exprimat personam. Neque S. Thomas hoc negauit, quia tantum intendit, quod omnia illa peccata pertinent ad speciem luxuriæ quæ est incestus, quæ species potest esse subalterna, & habere alias infimas. Sicut & S. Thomas ibidem art. 11. speciem luxuriæ quæ vocatur vitium contra naturam, diuidit in tres species, nempe mollitiæ, bestialita-

tem, & sodomiam. Idemque dicendum esse hic colligitur ex ipso D. Thoma in art. 9. ad 3. Secundo dicimus, quod est illa peccata sint eiusdem speciei; circumstantia aggrauans hic est necessario confitenda, quia distinctum remedium exigit accessus ad matrem, & ad consobrinam vxoris, & poenitens debet confessioni explicare, vnde ipse cognoscat an occasiones sint proxima, vel remota.

31 Ad quintum responderetur sicut ad quartum, & in hac parte expressum est in D. Thoma quod stuprum distinguitur specie a simplici fornicatione, ut patet 2. 2. q. 154. art. 6. licet Caietanus ibi dicat hoc procedere quando virginitas est ex parte foeminae, & præcipue illius quæ est sub cura Patrum, quibus in hoc fit in inria. Vnde mulieres primo peccantes peccato fornicationis, tenentur per se loquendo hanc circumstantiam, ut potest mutantem speciem, confiteri: neque videtur admittenda differentia, quam quidam assignant dicentes, quod hoc est verum quando peccatum est opere exteriori consummatum, non vero quando solum est consensus internus: quia malitia essentialis est in actu interiori, & iam non manet nisi materialiter virgo. Et præterea etiam si stuprum esset eiusdem speciei, teneretur ituprator ad expressiorem huius circumstantiæ indirecte, quia etiam si sit sine raptu & vi, tenetur ad restitutionem, & violatur iustitia; iuxta anteriorem sententiã quæ sumitur ex S. Thoma cit. art. 6. ad 3.

Sed quia durum videretur quod virgines v. g. Religiosæ, & aliæ personæ, nobiles, quoties in cogitatione peccant contra castitatem, teneantur explicare an sint virgines, an non? Et confessorius hoc interrogans, maximam illis ingerit vercundiam, & pudorem; ideo aliqui non improbabiler dicunt, quod si fuerit virgo, bene potest explicare, neque ingerit hoc pudorem, sed maximam gloriam conseruata virginitatis, si vero fuerit violata, est circumstantia diminuens, quam non tenetur explicare, quia diminuens est. Vnde sacerdos si aliud ex circumstantijs alijs non colligit, reputet virginem, neque amplius interroget.

32 Ad sextum quod S. Thomas cit. q. 154. art. 11. expresse distinguit tres species luxuriæ contra naturam, nempe sodomiam, mollitiæ, & bestialitatem, & istæ species formaliter sunt in genere mortis, & necessario, explicanda; alias autem

materialis differentias quas ibi probat Caictanus materialiter & non specificè differre, non videtur necessarium explicare sub peccato mortali; si tamen hoc tacito ipsum peccatum aperte exprimat. Et probabile apparet quod in secundo casu argumenti intenditur esse concedendum, dum tamen ipsa ultima species exprimat, quia quod tactus sint magis impudici, tantum aggrauant individualiter. In his tamen qui hæc nulla existente causa curat occultare, & non aperire in confessione, non videtur perfecte attritus, aut contritus, quia alias non se exponeret periculo non exprimendi adhuc substantialiter ipsum actum, ut faciunt qui solum præcise ea quæ absque reatu peccati mortalis occultare non possunt, expriment.

33 Ad septimum respondetur, quod ut S. Thomas indicat 2. 2. q. 13. art. 2. ad 3. & ad 2. & ibi docet Caictanus, & in summa verbo *blasphemia*, omnes sint eiusdem speciei. Vnde iuxta doctrinam datam non sunt per se de necessitate confessionis diuersitates blasphemiarum: quia tamen aliquando procedunt ex odio Dei, vel sanctorum, & aliquando simul sunt propositiones hereticæ, indirecte cadunt sub præcepto, ut confessor discernere possit inter lepram & lepram, & remedium adhibere.

Ad octauum respondetur, quod secundum Caictanum 2. 2. q. 154. art. 4. ad 2. delectatio morosa pertinet ad eandem speciem cum obiecto ex quo motiuum delectationis sumitur; delectatio namque fornicationis sequitur naturam fornicationis, & delectatio adulterij sequitur naturam adulterij. Vnde non minus quam in actu consummato in merosa delectatione est explicanda diuersitas illa coniugata, virginis, vel monialis. Et est idem ac docet ibi S. Thomas de tactibus, & osculis libidinosi.

Ad nonum respondetur pariter, quod etiam si fornicatio sit occulta, & Ecclesia non violetur, committitur sacrilegium quia sanctitas loci ex natura rei hæc indecentia vetat, ut colligitur ex S. Thoma 2. 2. q. 99. art. 3. corp. dum ait, *Quod sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis qui in loco sacro cultum Deo exhibet, dicitur enim 2. Machab. 5. non propter locum gentem, sed propter gentem Dominus locum elegit.* Vnde furari bona Ecclesie, non solum quæ sunt Ecclesie, sed quæ pertinent ad ornatum Ecclesie, numerat ibi S. Thomas inter sacrilegia,

Ad confirmationem. Quod etiam illa circumstantia videtur per se necessario consistenda, quia habent iam inchoationem vitæ Religiosæ Deo dicata, propter quod gaudent etiam priuilegijs Religiosorum; & qui percutit Nouitium excommunicatur propter venerationem habitus. Et idem dicendum quando committitur peccatum cum muliere desponsata per verba de futuro, quia licet non sit coniugata, tamen habet inchoationem nuptiarum, & sit alteri iniuria, & sponsalia propter illud peccatum dirimi possunt, ex cap. *Quemadmodum* de iure iurando.

34 Ad decimum respondetur, quod secundum S. Thomam 2. 2. q. 88. art. 7. & quodl. 8. art. 10. votum solemne essentialiter differt à simplici, quia illud dicit totalem, & actualem traditionem, simplex vero tantum promissionem. Vnde violans votum simplex, illud debet exprimere, & violans votum solemne, non satisfacit dicendo, peccasse contra votum castitatis. At vero illæ circumstantiæ Sacerdotij, & Episcopatus, non videntur nisi aggrauantes: vnde nisi in peccatis quæ commiserit non adimplendo id ad quod tenetur, quia sacerdos, & quia Episcopus, non tenetur circumstantiam personæ exprimere. Vnde Sacerdos, aut Religiosus iniuria afficiens, aut percutiens alium non clericum, non tenetur exprimere se esse sacerdotem, aut Religiosum.

35 Ad undecimum, quod verum est odium esse vnus speciei, & ex hac parte non opus esset explicare in quo odio habet proximum: sed quia sicut amor est causa omnium quæ amans agit, ita & odium, ideo ex odio nascitur desiderium lædendi vel in fama, honore, vita, diuitijs, & ista peccata sunt distincta, ideo attendendum est quod ista explicari debent distincte, sicut & ipsa opera externa.

Ad duodecimum dicendum, quod manifestum est aliquos teneri ad abstinendum à carnibus, & non ad ieiunandum, vnde patet istas esse duas obligationes distinctas, vnde qui frangit ieiunium carnes comedendo, hoc debet exprimere, quia duo peccata facit.

36 Ex dictis in tota questione, patet quid dicendum sit ad illam questionem, an consuetudo peccandi sit necessario consistenda? iam enim sæpè dictum est ex D. Thoma, quod indirecte hoc est necessarium, & potest sacerdos absolutionem differre, vel alia remedia, ut expedire iudicabit, adhibere.

dicabit, adhibere.

Sed tamen si in eodem die quo confessus, vel Eucharistiam suscepit, delinquat, dum tamen consuetudinem non habeat proxime recidendi, hanc aggrauantem circumstantiam confiteri non tenetur.

Et similiter aliqui opinantur ex eodem principio, quod licet peccare cum filia confessionis, sit grauius peccatum, & habeat similitudinem incestus, & filiationis spiritualis dicatur in cap. *omnes* 30. q. 1. non tamen mutans speciem, & ideo non est de necessitate consistendum.

Et denique cum administratio Sacramentorum in peccato mortali sit mortale, & quando excellentius Sacramentum grauius peccatum, non tamen videtur necessarium in particulari Sacramentum explicare, ratione sæpè dicta.

§. V. De circumstantijs minuentibus.

37 Propter connexionem doctrinæ, & ad complementum quæstionis de circumstantijs aggrauantibus, proponitur iste §. in quo agendum est de circumstantijs minuentibus, an nimirum sint necessario aperiendæ in confessione, & si hoc aliquando non sit necessarium, an saltem id sit licitum, & laudabile; an verò aliquando, vel semper sit illicitum & vituperabile? Et hoc hic indiget speciali discussione, quia in aggrauantibus notum est quod per se loquendo est laudabile eas confiteri, sicut & venialia, quia malitiam addunt; minuentes verò quia tollunt non videtur laudabile eas confiteri, quia videtur excusare se peccator eas exprimendo. Vnde est quæstio, an sit semper peccatum eas tacere, & de alio extremo an sit vituperabile eas exprimere. Et suppositis distinctionibus supra positis, quæ hic proportionaliter sunt applicandæ solum oportet aduertere quod quatuor modis circumstantiæ solent minuire variando speciem. Primo: quia si circumstantia minuens explicetur, declaratur actum nullum fuisse peccatum; & si taceretur, esse intelligeretur mortale peccatum: ut si quis dicat se occidisse hominem in sui iustam defensionem. Secundo, est similis casus, quando circumstantia explicat esse veniale, quod illa tacita videretur & esset mortale. Tertio, si cir-

cumstantia ex duabus malitijs mortalibus tollat vnã, quamvis relinquat aliã: ut qui occidit voluntarie hominem, ignorans inuincibiliter esse clericum: Et denique, si actus absque circumstantia appareat vnus speciei, cum illa verò alterius, licet leuioris: ut si volens, & intendens occidere bouem alicuius, per ignorantiam, & omnino a casu occidat ipsum hominem, explicata circumstantia apparet non esse formaliter homicidium, sed aliam speciem iniustitiæ. Est autem hic recolenda illa distinctio de obligatione directa, & indirecta, de qua §. 2. quibus suppositis.

38 Dico primo. Si absit sinistra intentio, laudabile est explicare in confessione circumstantias totaliter minuentes etiã intra eandem speciem. Ratio est, quia dupliciter, seu vno ex duobus motiuis inter alia potest quis has circumstantias aperire in confessione, vel ut clarè, apertè, & nudè, & in veritate, & sincere confiteatur res vt sunt, neque addendo, neque minuendo, sed vt omnia aperiat quomodo de facto euenerunt; & sic planum est quod melius faciet omnia quæ pertinent ad notabiliter aggrauandum, vel minuendum peccatum, exprimere, vt sic confessarius in veritate certificetur de omnibus, & cognoscat, & iudicet de rebus vt sunt, & imponat conuenientem satisfactionem. Vnde si hoc motiuo ductus hoc facit poenitens, benefacit. Vel explicat circumstantias minuentes, vt se excusset de ipsis peccatis quæ in re commisit, & intendens quod peccata pallientur, & non appareant tantæ grauitatis, quantam habuerunt in re, & hoc non solum non est laudabile, sed illicitum, & vituperabile. Vnde ait D. Augustin. conc. 1. in Psalm. 68. *Tu factus es peccati tui defensor, quomodo erit Deus liberator? Vt ergo sit liberator, esto tu accusator.*

39 Dico secundo. Circumstantiæ notabiliter minuentes intra eandem speciem, non sunt directè de necessitate confessionis: & indirectè vix, aut nunquam, erit peccatum mortale illas non exprimere. Prima pars patet ex dictis de aggrauantibus; & hic magis communiter admittitur, quam ibi.

Secunda pars ex ibi dictis probatur, quia rationes ibi factæ ad indirectam obligationem, rarissime possunt currere in minuentibus, vt facile patet discurrere per singulas: tamen in aliquo casu ad vitandum scandalum, vel quia expriment.

n. endo circumstantiam minuentem pertinet absolutio ad aliū, necessarium erit circumstantiam exprimere, vt de mutantibus speciem dicitur, licet non eodem titulo.

40 Dico tertio. Nullum est præceptum præcipiens confessionem circumstantiarum minuentium, etiam quæ speciem variant: communiter tamen sunt necessario confitendæ, quando ex eorum occultatione prudenter iudicatur quod exillimabit confessarius, se accusare de peccato quod non fecit.

Per hanc conclusionem concordamus duas sententias, quæ alias videntur oppositæ: nam Magister Soto, & post ipsum fere communiter Doctores, videntur dicere, quod est præceptum sub mortali obligans ad confessionem dictarum circumstantiarum: at verò Syluester vbi supra, dicit: *Quod circumstantias alleviantes nullus confiteri tenetur secundum omnes Doctores.* Et ex isto probamus primam partem, & cum alijs ponimus secundam partem, quam non negat, sed expressè fatetur Syluester; nam subdit: *Quod limitat secundam mentem S. Bonaventuræ in 4. distinct. 17. art. 5. q. vlt. nisi vbi tacendo erederetur se apud confessorem accusari de mortali quod est veniale, &c.*

Prima pars simul probatur, & soluitur argumentum quod posset fieri contra illam; nam hic poenitens facit officium rei, & accusatoris, & non excusatoris propriarum culparum, & ita per se, & directè loquendo tantum tenetur explicare peccata quæ fecit siue per commissionem, siue omissionem, non autem tenetur dicere hoc neque illud quod non fecit, quia hoc non est propria culpa à qua expiandus est: Ergo præceptum de circumstantijs mutantibus speciem aperit in confessione, est solùm de illis quæ fecit aut omisit culpabiliter, non verò tenetur dicere deformitates quas non apposit, licet posset apponere.

Secunda pars probatur, quia licet præceptum non sit de se excusando, tamen in quatuor casibus supra enumeratis, & similibus ipsum non excusare, est virtualiter se excusare, & decipere confessorem in his quæ per se ad confessionem pertinent, & dicere peccatum quod non fecit, quod est mentiri in confessione in his quæ ad ipsam pertinent, quod secundum omnes est peccatum mortale. Per quæ, & per supradicta de facili patet solutio ad argumenta quæ proponi possunt, Et hæc de hoc dubio.

DVBIVM TERTIVM.

De causis excusantibus à materiali integritate confessionis.

1 **S**upponimus omnia quæ dicta sunt quæstione prima, dubio 3. hic proportionabiliter esse applicanda. Quod vt fiat, observandum est, confessionem dupliciter appellari integram: primo materialiter, nimirum quado explicantur omnia peccata mortalia alias non confessa. Secundo potest esse integra formaliter, quando explicantur omnia quæ moraliter explicari possunt: quia licet aliqua reticeantur, est cum iusta, & rationabili causa: & est similis hæc distinctio cum alia supra posita de integritate mathematica, & morali. Igitur certum est integritatem formalem esse de iure diuino, neque in hac cadere dispensationem, aut exculationem: & de hac non inquirimus, sed de causis ad integritatem materiale excusandam, quia si quis committat aliquod peccatum ex oblivione, vel aliqua iusta causa, dicitur integre formaliter confiteri, & satisfacere diuino, & Ecclesiastico præcepto, quamvis non confiteatur integre materialiter.

Et ex dictis notum est, ignorantia, & oblivione aliquos ab hac integritate excusari. Et si oblivio, & ignorantia fuerint culpabiles, confessio erit valida, sed informis: quando verò oblivio fuerit naturalis, & ignorantia inuisibilis, sacramenti gratiam recipient: quia sicut ignorantia excusat in alijs materijs, ita & hic; & quia nemo ad impossibile tenetur, planum est non teneri ad confessionem peccati cuius memoriam neque habet, neque habere potest. Et similiter planum est excusari poenitentem, cui Sacerdos subito contulit absolutionem, antequam poenitens integre fateretur sua peccata.

2 **S**ecunda causa, seu alterum caput excusationis ab hac integritate, est impotentia loquendi vel moralis, vel physica. Et de morali impotentia primus casus assignari solet, quando confessarius qui non potest confiteri peccatum in confessione commissum, nisi audita in confessione manifestet, excusatur à tali defectu.

Aut confitendo cum ad sunt duæ circumstantiæ: prima si habet necessitatem confitendi; secunda si copiam non habeat alterius confessarij, cui sit ignotus complex. Et ratio est, quia moraliter est impotens ad confitendum, quia videtur strictius obligare præceptum sigilli confessionis, quam præceptum confitendi integre materialiter, & ita potest hoc reticere, imò, & tenetur iuxta infra dicenda.

Secundus casus assignari solet, quando peccatum exprimi non potest, non explicato complice, dicunt enim quidam teneri ad illum non manifestandum. Sed S. Tho. opusc. 12. q. 6. expresse docet, quod si habeat copiam alterius confessoris, tenetur non confiteri cum illo qui personam cognoscit, si verò illum non habeat, potest, imò tenetur circumstantiam exprimere, etiam si tertia persona complex cognoscatur, quia in hoc non fit alteri iniuria, quia iste ius habet ad explicandū suū peccatum, & quod etiam veniat in cognitionē alterius, hic parū est, quia est sub sigillo confessionis occultum. Limitant autem quidam hoc, dicentes, esse verum quando infamia sequitur mediante culpa tertiæ personæ, non verò quado est sine culpa illius, vt si quis diffamat alterum dicendo verum, si enim tunc peccatum explicet, & persona cognoscitur, de nouo diffamatur absque sua culpa; in alio verò casu per ipsam culpæ commissiōnem videtur cedere iuri suo, quia sibi notum est alterum acturum poenitentiam, & complicem expressurum. Sed absque omni limitatione tenenda est sententia S. Tho. neque enim sufficiens disparitas assignatur, quia est petitio principij, cum intenditur probare, quod possit personam exprimere: supponere ipsum expressurū personam, neque peccando cedit iuri suo, & ob hoc est licitum; sed quia manet sub sigillo, & sequitur magna utilitas poenitentij, & parti fere nullum detrimentū, quod in vtroque casu procedit.

3 **P**ropter impotentiam physicā sunt etiam multi alij qui excusentur; absolendus enim est mutus, qui signis & nutibus confitetur peccata sua, & hoc non solum in articulo mortis, sed tempore præcepti, quia necessitas caret lege, & censetur facere quantum in se est. Idemque est dicendum de extraneo loquente eodidomate, quod à confessario non satis bene percipitur: dum tamen non adsit alius Sacerdos, qui bene percipiat ipsius idioma, quia iste se explicat vt potest, & ad maiorem inte-

gritatē impossibilitatus est, unde alia non est exigenda. Vnde sequitur quid faciendū cum infirmo non potente integre confiteri in articulo mortis: & quidem si dicatur vnum peccatū mortale, vel veniale, certum est quod absolui debet, quia iam integre confitetur vt potest. Si autem nullū explicet peccatum in particulari, sed solū dicat peccavi, vel confessorem petat, vel signa doloris ostendat, absolui potest, & debet; quia secundum S. Thomam in 4. dist. 21. q. 2. art. 1. ad 1. ipsa confessio generalis est vera pars confessionis sacramentalis, unde si aliud non potest, ipsa sola posita ponitur pars Sacramenti, & legitima confessio. Et cum certum sit hoc esse probabile, factè propter autoritatē Doctorum qui hoc tenent, charitatis præceptum obligabit confessarium vt illum absoluat, quia aliās est in magno periculo. Et hoc casu non est proferenda absolutio conditionaliter, sed absolute. Cū autē ita infirmus est sensibus destitutus, vt nullum dari possit contritionis signum, aut indicium quod velit recipere hoc sacramentum, adstantes tamen fatentur ipsum petisse Confessorem, aut habuisse signa doloris, dicendum est in tertia quæstione: interim dicatur quod videtur probabile absolui posse, non quidem absolute: quia non est quomodo certificemur de materia; bene tamen sub conditione, quia est non confessio absentis, sed quasi confessio per interpretem, quia confitetur quomodo potest: & quia propter impotentiam excusatur, si conualuerit tenetur iterum integre confiteri: sicut qui poenitens inchoata confessione propter imminentē mortem absolvitur, si illa non sequitur, tenetur prosequi confessionem si per tempus licet.

Sunt etiam multi Doctores, qui etiam docent confessarium posse infirmum absolueri, si ipso adueniente, nulli adfuit petitæ confessionis certificantes, & ipse infirmus omnino sit sensibus destitutus. Sed an probabiliter alij iudicent, oppositum enim tenet communis sententia, vt patet in Navar. cap. 26. n. 27. & alijs, non solum quia Clemens VIII. declaravit confessionem, & absolutionem inter absentes esse nullam, & non videtur valida confessio in absentia Sacerdotis. Sed etiam quia in Florentino ponitur materia huius Sacramenti *oris confessio*, & iste nullo modo confitetur neque per se, neque per interpretem, neque per signa.

4 **V**ltimum caput vnde nascitur excu-

excusatio, est utilitas magna poenitentis, vel Sacerdotis: & ex isto capite excusatur à materiali integritate, qui cum magna probabilitate timet proprium, vel alienum magnum incommodum, præceptum enim non obligat cum tanto detrimento. Imò non solùm potest, sed reticere tenetur quando timet scandalum sibi, vel alteri; quia cum præceptum nõ obliget, tenetur quis sibi, & alijs consulere. Ex quo patet poenitentem non posse manifestare peccatum, quando ex ipsius manifestatione sibi, vel alteri probabiliter timet morbum corporalem, aut spirituale. Idemque patet quando sibi, vel alteri timet infamiae periculum. Licet qui tenet eum esse Dominum suae famae, dicant, quod licet possit, non tamen tenetur reticere, quia potest cedere iuri suo. Et ex isto principio facile deducitur resolutio plurium casuum in praxi occurrentium tam de infirmis morbo contagioso laborantibus, quam de existentibus in naufragio, quam de quolibet qui præ celeritate mortis nõ potest omnia cõfiteri, & de illo qui nimis valde grauat in omnibus dicendis; qui casus & possunt contingere ex parte Sacerdotis, & aliquando solùm ex parte poenitentis, vel simul ex parte amborum; & in omnibus, & similibus excusatur à materiali integritate.

5. Aduertit autem Magister Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. ad 3. hæc solùm procedere, quando verè, & cū probabili fundamento timetur graue damnum; nam cum solùm est dubiũ, aut leuis suspicio, non potest vllum peccatum in confessione reticere; & similiter quando damnum, & infamia est leuis, nullo modo est licitũ aliquid omittere. Quia dum aliquid in contrarium nõ probabiliter constet, semper


obligat integritatis præceptum; & infamia quæ per se consequitur apud confessorium quod de illo sinistra habebit opinionem, nulla præbet excusationem, quia in poenam peccati hoc est institutum. Et rursus ex supra dictis videtur deduci, quod si casus sit quod teneatur confiteri, siquidem habeat duo mortalia, & pro vno ratiocinando habet excusationem, certum est quod alterum tenetur confiteri, quia nõ potest plura peccata reticere, quam postulet iusta causa. Si autem habeat iustam excusationem ab omni mortali quod habet, & tantum vnum habeat veniale, certum est quod potest illud confiteri, etsi obicem non ponat, per accidens omnia dimittentur, & iustificabitur. Dicunt autem quidam non improbabiler, quod non tenetur tunc venialia confiteri, quia non est præcepta venialium cõfessio, sed mortaliũ. Sed iam supra diximus, in aliquo casu confessionem aliquorum venialium obligare sub mortali, vt in præcepto annuæ cõfessionis, quando nõ est mortale. Et licet ibi id tantum probabiliter dicatur, hic videtur certum, præcipue in mortis articulo, & quando est sumenda Eucharistia, quia est præceptum confessionis; & iam quod excusatur quatum ad aliquid, nullam habet excusationem vt venialia confiteri non teneatur, etsi hoc recipere Sacramentum; Et quando in his casibus videt se conteri nõ posse, omnino videtur certum quod cõfiteri venialia tenetur, vt si fiat contritus, quia hoc est vnicum remedium quod modo habet, quod omittens recipit indignè Eucharistiam, vt pote neque attritus, neque confessus, & in mortis articulo se exponit periculo manifesto æternæ damnationis, de quo insimili supra dictum est.



QVÆ

QVÆSTIO III.

DE QUALITATE, ET MODO SACRAMENTALIS CONFSSIONIS, SIVE DE NECESSITATE EXPLICITÆ CONFSSIONIS.



ERÈ nulla quæstio est in hoc tractatu magis in praxi necessaria, & plus hoc tempore controuersa; & ideo diligentius est examinanda, siggillatim dubia antiqua, & nouissima determinando, vt enim habetur opusculo 65. apud D. Thomam de officio Sacerdotis, titulo de cautela in confessione habenda. Certe cum videamus medicos corporum reuolueret quotidie, & legere libros physicales, & medicinales corporum, in quibus docentur curare corpora moritura; magna stultitia est non legere libros sanctorum, medicinales animarum, in quibus docemur curare animas in æternum vitaturas. Maius est damnum vnus animæ, quam de morte in encrabilium corporum, vt cap. Si habeas 24. q. 3.

DVBIVM PRIMVM.
Vtrum integrum Sacramentum confessionis, & absolutionis possit valide, aut licite fieri inter absentes per epistolam, vel per inter-nuncium?

§. I. Duæ sententia affirmantes referuntur.

Integrum Poenitentiae Sacramentum confici posse inter

absentes, per epistolam vitam, aut mortuam, docuisse videntur Richardus in 4. dist. 17. art. 2. q. 5. dicens, quod peccator non tenetur conuisione necessitatis confiteri per scriptum. Vnde si hoc faceret, non est necessitatis; sed supererogationis. Vbi videtur supponere confessionem, & absolutionem in absentia esse validam, & licitam. Item Saa, verbo, Absolutio, nu. 108 in prima editione, ait. Absolui posse absentes, alij aiunt, alij negant; ego id non facerem. Tenetque Adrianus in 4. tract. de confessione, §. Sed igitur. Probabilemque fuisse ante decretum Clementis Octaui, cõtendebat Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 19. sec. 3. referens pro ea plures Thomistas; ex quo accepit Egidius Coninch disp. 4. dub. 10. referens Paludanum in 4. dist. 17. q. 2. ver. Tertia definitio. S. Antonin. 3. p. tit. 17. cap. 12. & cap. 21. §. 5. Syll. nostrum, verb. Confessor 3. nu. 1. Insinuat Fummus verbo, Confessio, nu. 23. Petrus Soto lec. 11. de confes. §. Tertium istud. Vnde concludit Coninch, quod videtur hæc sententia olim fuisse valde communis inter Thomistas. Pergit Fagundes lib. 2. in 2. Ecclesie præceptum, cap. 104 num. 4. contendens hanc sententiam in Ordine S. Dominice primum ortam esse, & ibidem adoleuisse, ac denique in eiusdem familie sinu extinctam, atque sepultam. Quod refert, & commendat Anonymus (scu, vt à fide dignis accepti, qui & dicebant, quod stylus, & nimia dicendi, & carpendi licentia id euidenter demonstrant, Theophilus Rauandus, sub velamine A. S. C. in Dissertatione de Confessione epistolari (statim vt prodijt, à Sancta Inquisitione prohibita) ibi capit. 2. intendens, quod quantumcumque

KKK ni

nitantur moderni Thomistae antiquos alio flectere, & contrariae sententiae adiungere, frustra laborant: quia Codices omnes non sunt aboliti, & inspectis locis, quae ex eis allegantur, perspicue haberi eos sensisse, quod dixit. Afferunt de Tarantasia in Summa de confessione (postea Innocentium Quintum) quem adducit, & sequitur Raynerius in Pantheologia parte 1. tract. de confessione. cap. 9. S. Anton. 3. part. sig. 14. cap. 19. §. 9. & tit. 17. cap. 12. & 21. Auctorem Margaritae Confessorum, cum agit de modo quod fieri debet confessio. Tabienam, verbo. Confessio, n. 34. M. Penna apud Henriquez libr. 2. capit. 2. §. 7. & alios relatos.

2 Sed in istum Anonymum recte adducuntur aurea verba, Casiodori lib. 1. epist. 27. *Ad iniurias tunc profluit, cum se superatos turpiter erubescunt*: ipse enim cap. 3. & 6. conqueritur nostros Thomistas fuisse non solum promotores, & curatores, sed se vnicam causam procurandi, quod Sanctissimus Clemens Octauus, nostrae Religioni addictissimus, decretum ederet contra confessionem epistolarem: & quod Paulus Quintus 14. Iulij 1605. & Congregatio Inquisitionis 20. Iulij 1605. & 18. Augusti eiusdem Anni ederent Decreta, quibus interpretatio Clementis Octavi à Suarez assignata, dicitur non subsistere; & ideo amouendam esse, & expungendam. Adeo Thomistae moderni solent antiquorum Thomistarum communes doctrinas excrari, ut eurent eas proscribi à Summo Pontifice, & à sancta Inquisitione iubeantur expungi? Non alium requiro indicem, nisi ipsum Anonymum, qui illo ipso cap. 6. fol. eodem 392. contra Auctorem Catechismi Romani, quia confectus à Religioso Ordinis Praedicatorum, dicit non se mel esse hallucinatum, quia Auctor ille, dum nimium indulget priuatis suorum sententijs, non pauca in illud opus intrasse, quae merito non probantur omnibus: Ut quod negat distinctionem consecrationis, ac benedictionis panis, ut Vazquez notat 3. p. disp. 196. cap. 1. & Gaspar Hurtado disp. 3. de Eucharistia diff. 6. *Et quod de concursu Dei, imò praecursu, ac pra operatione tradit, exponens primum symboli articulum n. 20.* Haec illae.

Ecce quod eodem folio Thomistis exprobat, quod nimium indulgemus nostrorum sententijs; & tamen ibi vult, quod legentes credant, quod sententia, nostra

diligentia à Summo Pontifice damnata, est in nostra Religione nata, adulta, & sepulta. Videat an contra scripturam accipiamus, quod ibi contra Coquetium, & Fay, non veretur scribere. *Haec est frontis astitio, non ferenda in scriptore Catholico, ne dum in Religioso.* Reliquis probris, & maledictis, quibus tota illa dissertatio est repleta, respondere non curo: quia ut ait S. Ambrosius lib. 1. Officiorum cap. 5. *Si respondeam maledictis, superiorum me factum arbitrat, quia parem inuenio*: & ante praemiserat: *Peccator est enim, qui nos prouocat qui injuriam facit, & nos similes suis fieri desiderat.*

De distinctione consecrationis à benedictione, iam egimus hac 3. p. q. 78. De concursu praui dixi 2. p. Metaphisicæ, & libro 1. Physicorum: nunc gaudeo in isto legere, quod Recentiores eiusdem Societatis tam ægre ferunt, quod nostra sententia de concursu praui tradatur in Catechismo Pij V. ut communis Thomistarum. Et credemus eis dicentibus hanc doctrinam de concursu Dei esse nouam in schola D. Thomae, & illam de confessione epistolari semper inter nostros fuisse communem? Nemo id credit. Nec ipsi, ut scribunt, sentiunt: quia docuerunt, & Authores legerunt.

3 Refertur pro ista sententia Hincmarus Remensis opuscul. 40. absolvens Hilboldum Suesonensem Episcopum, qui ei per litteras confessus fuerat, & per alias litteras est absolutus. Tenentq; Michael Palatios in 4. dist. 7. disp. vlt. sub finem. Viualdum in Candelabro aureo, de confessione n. 26. Nauarrus in Manuali cap. 21. num. 26. & cap. 26. num. 14. Quamvis postea, cap. Fratres, de poenitentia dist. 5. n. 94. id retractet. Probabilemque esse contendebat Ioannes de Medina Cord. de Confessione tract. 2. q. 15. dicto quarto, & Rutilius Benconius lib. 1. speculi disput. 1. conc. 3. q. 3. Imò nouissime Ioannes Pontius in cursu Theologico, disp. 46. q. 2. conclus. 2. numer. 9. non longe abest.

4 Huic afinis est sententia asserens absentem non posse licite absolui, quia id prohibitum est à Clemente Octauo; sed tamen quia ibi non declarat confessionem, & absolutionem epistolarem esse nullam, si poenitens laboret ignorantia inuincibili Decreti, vel necessitas sit adeo extrema, quod Ecclesiastica lex non obliget, confessio epistolari erit valida, & aliquando licita. Sic explicuit De.

Decretum Clementis VIII. Egidius Coninch in libello de absolutione moribundi contra Coquetium n. 27. & 28. at etiam refert Diana 3. p. trac. resolut. 7. Et Villalobos tom. 1. trac. 9. diff. 37. n. 6. fine, ait: *Las que allí no determina el Papa, q la confesion hecha en ausencia, no es valida, suyo solo dice, que no se siga tal opinion: y no obstante esso podria ser delante de Dios verdadera, aunque yo no erco que lo es.* Haec ibi. Philippus etiam Gamachus Doctor Sorbonicus 3. p. de Poenitentia cap. 20. §. 4. cuius verba afferunt Diana 5. p. trac. 1. 4. miscellaneo 2. resolut. 60. aperte docet validam confessionem epistolarem; quia Pontifex non decernit nullam esse; sed tantum non licere docet: multa autem prohibentur, quae si fiant, rata sunt. Fautentq; Ludovicus Connæus, & Conradus, ut refert, & tacite approbat Caramuel in intertia editione Theologiae fundamentalis, fundamento 5. §. 13. nu. 300. testantes sic practicum à quibusdam Sanctimonialibus, qui grassante haeresum persecutione per plures annos non potuerunt habere confessarium praesentem, & ita confitebantur scripto, & vicissim absolutionem scripto accipiebant.

5 Reuera haec videtur sententia M. Petri à Soto lect. vndecima de confessione §. Tertium est, fol. 298. dicentis: *Ad necessitatem huius Sacramenti sufficit per interpretem, vel nuncium, aut scripto confiteri: & eodem modo nuncio, vel scripto absolui, &c.* & rationem assignat sumptam ex natura huius Sacramenti, quod non est aliud, quàm iudicium à Deo institutum: in iudicijs vero, & causis disceptatio, & sententia, non solis scripto fieri potest, sed multo convenientius sit. Non igitur haec confessio propterea minus erit Sacramentalis. Duo tamen circa haec sunt notanda. Primum, quod cum coram, & voce fieri potest, non sufficit facere per nuncium, vel scriptum. Ita B. Thomas, &c. Afferunt etiam, cap. Quem poenitet: & secundo aduertit, quod sicut non est licita, & sufficiens haec confessio per nuncium, vel scriptum, cum fieri voce potest: ita non est necessaria, etiam cum aliter fieri non potest, &c.

6 Confirmatur ex S. Hieronymo epist. 42. dicente. *Turpilius Cornicus, praefans de vicissitudine litterarum sola (inquit) res est, quia homines absentes, praesentes facit: nec falsam dedit, quoniam in re non vera* (hoc est, Comedia) sententiam. *Quid enim est, ut ita dicam, & am praesens inter absentes, quam epistolam, & alloqui, & audire, quos diligas?* Ex quo sic arguitur, Confessio ad hoc neces-

saria est, ut per eam conscientia poenitentis confessario manifestetur, seu pandatur, aut fiat praesens. Sed homo potest per alium, vel per scriptum suam conscientiam Sacerdoti manifestare. Ergo nihil deficiet in casu necessitatis ut accedente absolutione Sacerdotis sit validum Sacramentum.

§. II. Certa praemittuntur.

7 Nihilominus. Dico primo, non est de essentia Sacramenti Poenitentiae, quod poenitens verbis sua peccata manifestet. Probat hoc D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. ar. 4. q. 3. ad 2. dicens. *quod in eo, qui est surdus, non habet, sicut mutus, vel qui est aliter lingua, sufficit, quod per scriptum, aut nuntium, aut interpretem confiteatur: quia non exigatur ab homine plus quàm possit.* Item quod lib. 1. art. 10. dicens. De necessitate Sacramenti est, quod sua peccata manifestet: & contra hoc nullus dispensare possit; sicut nec contra Baptismi: sed quod fiat manifestatio verbo, non est de necessitate Sacramenti, alioquin nulla necessitate posset aliquis effectum huius Sacramenti percipere, nisi ore confitendo, quod patet esse falsum: nam mutus, vel quibuscumque, qui verbo confiteri non possunt, sufficit scripto, vel nuntibus confiteri. Nulla autem necessitate potest aliquis baptizari nisi aqua; propter hoc quod aqua est de necessitate Sacramenti. Haec est in re moralis euidens demonstratio ex praxi Ecclesiae, & communi Theologorum, nullo quem viderim, dissentientem. Vnde Paludanus, & alij, qui in contrarium citant Paludanum, ipsum non legerunt: quia nec leuiter oppositum insinuat. Multominus id docent D. Thomas, Petrus Soto, Alensis, & Richardus, ut male eis tribuunt Auctores, quos refert, & sequitur Leander tract. 5. dist. 6. q. 11. dominans D. Thomam mutasse sententiam. Sed textum non vidit: quia citat q. 2. ad 2. Vbi nil ad rem, q. 3. idē dicit ac in quodlibeto. Nec obstat Florentinum requirēs oris confessionem pro parte materiali. Quia vel loquitur de eo, quod regulariter contingit. Vel de ore latius ut extenditur ad omnem manifestationem externam mentis. Ideoque Concilium Tridentinum, loquendo de absolutione, non solum ad eam requirunt verba: sed exigunt verba determinata ex Christi institutione; ad insinuandum semper

quirit pro forma verba formalia, & nunquam sufficere virtualia.

8 Dico secundo, per se loquendo, tenetur poenitens, cum potest, peccata voce propria manifestare. Est communis. Probatque D. Thomas illo art. 10. dicēs. Sed ex institutione Ecclesie tenetur homo, qui potest, ut verbo confiteatur, non solum propter hoc, ut ore confitens, confitendo magis erubescat, ut qui ore peccat, ore purgetur. Sed etiam quia semper in omnibus Sacramētis accipitur id, cuius est cōmuniō vsus: sicut in Sacramentali ablutione Baptismi accipitur aqua, qua homines communius vtuntur ad abluendum, & in Eucharistia panis, qui est cōmuniō cibus. Vnde & in manifestatione peccatorum conuenit uti verbis, quibus homines communius, & expressius suos conceptus significare consueuerunt.

9 Duo circa hoc notat Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. ad 2. Primum, quod ratio hæc non vtiq̄ue demonstratoria est, sed ut cumque sua forma secundum præsentem materiam. Cū enim confessio, retuli absolutio, actus sit personalis; sit ut quemadmodum absolutio fieri nō potest, nisi præsentem poenitente, ut forma ipsa significat, *Absolutio te*; ad modum, quo in conseruatione demonstratur materia præsens, *Hoc est, &c.* Ita & confessio esse debeat actus, quo præsentem Sacerdoti peccatorum nostrorum accusationem proponimus. præsentibus vero voce propria loquimur, sicuti absentibus scripto, vel per nuncium.

10 Secundo aduertit, §. *Arguit*, quod cum hoc præceptum de confessione vocaliter faciēda, non habeatur scriptum, sed solum ex consuetudine, & conuenientia, cum docet D. Thom. mortaliter peccare, & gratiam non recipere, qui cum potest, non cōfiteatur voce, cum grano salis hoc est intelligendum. In primis si faceret in contemptum. Vel si peccata essent multa, quæ non possent nutibus explicari. Tamen si essent explicatu facilia, dicit solum fore peccatum inter venialia non paruum, eo quod legitimus vsus est confiteri verbo, & erubescencia tūc esset minor. Ideoque in §. *Si vero*, concludit, quod qui in memoria subsidium, proprio ore legit peccata sua coram Sacerdote, citra dubium legitime confiteatur. Non tamen debet merum legentis officium prestare; minueret enim verecundiam, confessionem germanam. Sed debet post

quam inspexit papyrus, ore confiteri.

11 Addit Cano Relectione de poenitentia part. 5. ad 5. fol. mihi 45. §. *At existit*, quod si quando contingat (quod rarum erit) ut puella verecundia plena voces edere non queat, cum hac Sacerdotis prudentia dispensabit. Item etiam si egrotus per gutturis angorem cōfiteri quidē voce possit, sed vix tamen, & egre possit: non erit eius modi compellendus ad loquendum: scribere facile peccata valet, & vocalem confessionem exhibeat. Quam doctrinam sequuntur Suarez, & Vazq. Bonacina, & alij communiter, ut refert, & sequitur Castrus Palanus tract. 23. pūc. 8. n. 8 & Leander disp. 6. q. 16.

12 Dico tertio, confessio, & absolutio per inter nuncium, vel per epistolam, illicita erat etiam ante tempora Clem. VIII. Itaque sumitur ex D. Aug. vel auctore lib. de vera, & falsa poenitentia cap. 10. relato in cap. *Quem poenitet*, de poenitentia dist. 1. & ex D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 3. vbi id probat in arg. *Sed contra*. Nam qui per se ipsum peccauit, per se ipsum cōfiteri debet. Et in corpore & ad 1. quia poenitentia, secundum quod est pars Sacramenti, habet determinatum actum. S. Ansel. explicans illud: *Ite, ostendite vos Sacerdotibus*. Item S. Anton. de Padua in ser. Dominica 14. post Trinitatem, & Carchismus Pij V. loquendo de requisitis ad confes. Quæ sit sententia cōmuniō omnium Theologorū. Imò apud seculares hoc fuit notissimū, & ut tale proponitur à Rege Alphōso Sapiente partita prima, titul. 4. lege trigesima. Rationes melius proponuntur in probatione sequentis cōclusionis, de qua est præcipua difficultas

§. III. Confessio, & absolutio inter absentes non est Sacramentalis.

13 Dico quarto, iure diuino confessio, & absolutio in absentia non est sacramentalis, sed omnino invalida, & nulla. Hanc semper fuisse cōmuniō sententiam Theologorū, & Canonistarum, fuisse demonstrant M. Fraciscus Dauila in opusculo integro viginti tribus capitibus. Distinctio de hoc solo pūcto. Similiter M. Fr. Hyacinthus Choquetius simili opere de eodē argumento. Illustrissimus Didacus Alvarez 1. 2. disp. 80. in appendice à numer. 15. vtiq̄ue 56. Di.

Didacus Nuño tom. 2. in Addit. ad 3. p. q. 9. art. 3. diff. 2. Petrus Fay ibi disp. 3. Vincentius Candidus tom. 2. disq. 24. art. 25. dubitationibus sex. Petrus Ledesma de Poenitentia cap. 21. conc. 22. dub. 2. Paulus Comitulus lib. 1. resp. q. 16. & multi alij, quos refert Diana utroque loco supra relato. Quibusdam non facile videtur hanc veritatem constabillire. Sotus in 4. dist. 17. circa finem, §. *Adalind* (inquirit) videtur quandoque confessio faciēda per scripturam, ut legitur de Thoma Episcopo Cantuariensi, qui militi ad Curiam pro absolutione. Sed hoc videtur esse contra rationem confessionis: quia omnis scriptura ex sui natura nata est esse publica.

14 Rationem tamen hanc merito impugnat Soto in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 6. ad 2. §. *Et quidem*: quia quod confessio sit secreta, non est de eius essentia; quia potest habere omnia à Christo instituta: hoc enim solum, quod publice fiat, non est sufficiens causa ut sit inualida. Nam & si quis confiteretur alta voce, ut circumstantes audirent, non proinde annullaretur confessio. Nec S. Thomas Cantuariensis misit Romam pro absolutione Sacramentali; sed vel pro absolutione à censura, quæ absenti cōferri potest: vel pro facultate ut absolueretur à casu reseruatō: sicut mittitur Romam summam poenitentiarium, ut deleget suas vices alij Sacerdoti, vel Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctori iuxta praxim expediendi has facultates absoluedi à reseruatō, vtitatam in Romana Curia.

15 Melius id probat Soto ibi dicens. Ratio huius veritatis est, quam supra tetigimus, videlicet, quod confessio est actus personalis, quo homo præsentem Sacerdoti loquitur. Quapropter, licet ab excommunicatione, & alijs censuris, possit homo per litteras absolutionem à Romano Pontifice petere, & obtinere; tamen absolutionem Sacramentalem peccatorum, non nisi præsentem confessionem. Accedit, & alia ratio, quod confessio debet esse talis, per quam Sacerdos certus fiat, talia peccata poenitentem fecisse; quia etiam per quam possit eum conuincere. Confessio autem per epistolam non est eius modi: nam Sacerdos non est certus an litteræ illæ sint veræ; an verò fictæ. Imò posset postea poenitens negare suas esse. Adde, quod quando eum per rescriptum absolueret, fortasse iā tūc poenitens mutatus

esset animo, ut indignus esset absolutione: & fortasse esset vita defunctus.

16 Prior ratio est Caterani in summa verbo *Confessio* conditione vndecima dicens *vndecima* conditio confessionis est, quod sit secreta, exclusione internuncij, epistola, & testis. Ex eo enim, quod confessio sit sacerdoti in persona Dei, excluduntur testes (tanquam accessarij). Ex eo vero, quod sacramentalis, tam actio, quàm passio (videlicet confessio, & absolutio) personalis est, excluduntur tam epistolæ, quam internuncij. Monstrat autem hoc veritas formæ sacramentalis, *absolutio te* nam ly, &c. demonstrat præsentem personam: sicut in consecratione Eucharistie ly, *hoc*, demonstrat contentum sub præsentem hostiam. Et propterea non potest quis Sacramentum Poenitentiae per procuratorem suscipere; nec per scripturam sicut non potest baptizari quis per procuratorem, nec per scripturam. Hæc Cætanus.

17 Hæc eadem argumenta proponit Cano Relectione de poenitentia parte 5. ad 5. folio 44. column. 4. primum est Caterani in summa; & quanquam secundum non approbet, & alia duo sic vrgent Cano dicens. Item Sacerdos absens ignorat an poenitens post litteras mutauerit voluntatem recipiendi absolutionem: ignorat etiam an poenitens tempore, quo absolutio impenditur, sit dispositus rursus, quoque an commiserit aliquod peccatum mortale post litteras missas: quæ circa semper se exponit manifesto periculo sacrilegij.

18 Est denique aliud grauissimum argumentum, quod non insolitum modo, verum etiam inauditum est in Ecclesia, iudicium sacramentale inter absentes exerceri; aut absolutionem peccatorum à confessario absente per litteras, vel internuncium dari. Pro hac ratione roboranda, videatur doctrina S. August. epist. 86. & S. Thomas 2. 2. q. 10. art. 12. Cum autem totum hoc pendeat ex institutione Christi; de eius voluntate optime certificamur perpetuo Ecclesie vsu; in qua cum consuetum sit absentes absolueri à censuris; sed nunquam fuit vtitatum absentes absolueri sacramentaliter. In hoc quæ proprio & riguroso sensu accipitur informis absolutionis ly, &c. pro persona præsentem.

19 Arguit etiam Alvarez n. 24. & Cædidus art. 25. dub. 2. n. 4. quia Concilium Tridentinum sess. 14. de Sacramento Poenitentiae

nitentia cap. 2. loquendo de institutione diuina, ex qua ortum habuit obligatio confitendi peccata mortalia post Baptismum commissam, ait, quod Christus huiusmodi peccatores: *Ante hoc tribunal tanquam nos sibi voluit*. Atenta autem propria significatione illius verbi *sibi*, satis indicat, quod confessio, & absolutio facta in absentia est nulla: quia significat presentialem comparere, ut expresse dicit Vlpianus lib. 2. §. *Si quis iudicio D. Si quis cautionibus*, illis verbis. *Si quis iudicio se sibi promiserit, & valetudine, vel tempestate prohibitus, se sibi non possit, &ceptione iuratur, nec immerito; cum enim in tali promissione presentia opus sit, quomodo se sibi potest, qui aduersa valetudine impeditus est?* Sicut ergo ex rigore iuris, *sibi se*, dicit realem presentiam, ita ex Ecclesie usu constat, quod sacramentalis confessio, & absolutio iure diuino invalida est inter absentes.

20 Denique probatur ex Decreto Clemēt. Octauo die 20. Junij Anno 1602. in generali Congregatione Sanctae Romanae, & vniuersalis Inquisitionis, quod referunt omnes relati Authores: & habetur tomo tertio Bulla 87. Clement. Octauo folio 132. cuius verba sunt. *Hanc propositionem, scilicet licere per litteras, seu inter nuntium confessario absenti, peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtineri, admissum uti falsam, temerariam, & scandalosam, damnauit, ac prohibuit, & ibi §. 2. Praeceptumque ne deinceps ista propositio publicis, priuatis relectionibus concionibus, & congressibus doceatur; neque unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur*. Imponiturque contra transgressores excommunicationem latae sententiae Romano Pontifici reseruata, &c. In quo decreto, quamvis superficie tenus solum dicatur *non licere*; & verbatim non exprimat confessiones aliter factas esse nullas: Tamen id clare indicatur propter tria. Primum propter illud verbum: *Sacramentaliter*: est enim idem ac declarare tales confessiones non esse sacramentales: quamvis in aliquo casu sint opera virtutis Poenitentiae: eo autem ipso, quod inter absentes non detur confessio sacramentalis, declaratum manet, quod talis confessio est nulla. Secundo, quia Pontifex non solum imponit praecipuum, sed etiam doctrinam *ut temerariam, & scandalosam damnat*: & decernit non esse speculatiue probabilem, & ideo

decernit nec priuatim, nec in scholis potest doceri. Ad hoc autem ex Cathedra docendum, non habuit aliud fundamentum, quam diuinam institutionem ex traditione, & usu Ecclesiae notam, & alias rationes assignatas, quas in Authoribus, qui ante eum scripserat, legere poterat. Quae vel probant confessionem esse nullam, vel nil probant: cum ante Clementem nullum iuris positui inueniretur praecipuum, ne ita doceretur, aut praedicaretur. Tertio, & urgentias probatur ex illis verbis: *neue unquam, &c. aut ad praxim quouis modo deducatur*. Nam, ut arguit Lug. disp. 17. sec. 4. n. 64. si in aliquo casu esset valida talis confessio, vel absolutio, non potuisset prohibitione Pontificis reddi illicita in vniuersum pro omni casu. Vnde si aliquis, tentatis omnibus vijs, non posset habere confessionem praesentem, non posset prohiberi, quod ei absenti confiretetur iam moriturus, si eiusmodi confessio valida esset. Nam si solum lege Canonica, aut Pontificia, prohibita esset confessio inter absentes, fas fuisset ratione urgentis necessitatis, aliter facere, & quidem valide. Vnde falso assereret Pontifex esse falsum, temerarium, & scandalosum docere, quod nec in extrema necessitate id liceret. Quia, ut etiam notat Auerſa q. 10. sec. 17. Alioquin si absolutio sic data vilo casu valeret, non potuisset a Pontifice prohiberi pro tali casu necessitatis extremae spiritualis, in quo agitur de aeterna salute: siquidem nec etiam cum dispendio corporalis vitae obligantur leges humanae. Concludendum est igitur tales confessiones diuino iure non esse sacramentales: & ideo contra hoc nulla extrema necessitas allegari valet. §. 4. *Argumenta soluantur*.

21 Rationi contrariae respondet Cano in Relectione de Poenitentia parte 5. folio 45. col. 1. in editione Complutensi 1563. in haec verba. Ad postremam de ratione sententiae, fateor, non esse iudicis, reique presentiam: sed est tamen de ratione sententiae sacramentalis: quae gratiam confert. Nisi enim sacramentum praesenti subiecto applicetur, ut per inductionem patet, iustificare nulla ratione potest. Quererem namque libenter ab huiusmodi Authoribus, an Episcopus possit absenti sacramentum Ordinis conferre? Et eum negauerint, propter usum Ecclesiae perpetuo repugnantem, eodem ego argumento probabo, sacramentum absolutionis conferri absenti non posse. Hae

Hae ibi. Praeterquam quod, si argumentum probaret, ostenderet, quod frequenter, & absque vlla necessitate, non solum valida, & licita, sed omnino consulendae essent confessiones, & absolutiones scripto factae, quia ut arguens faceret, in foro externo, non solum sententia, & confessio scripto fieri potest, sed multo conuenientius fit. Hoc autem est absurdum, & fidei catholicae non consonat: ergo nec in omnibus paritas iudicij externi tenet.

22 Consequenter ad hanc doctrinam Durandus, Caietanus, Victoria, Viguerius, Ledesma, Guillelmus, Parisiensis, & Cano: & Imo & Concilium Colonicense, de Sacram. Matrim. pag. 194. prout refert, & sequitur Alvarez illa disp. 30. n. 33. & Dauila Opusc. cit. cap. 18. ad 6. & Candidus disq. 24. art. 25. dub. 5. n. 3. & vera, dicunt Matrimonium celebratum inter absentes, esse quidem validum in ratione contractus, sed non esse sacramentum, donec ratificatur in praesentia contrahentium. Sed quia opposita sententia est communior, & vera.

23 Ideo Nuño illa diffie. 2. ad 7. duas differentias assignat, quoad hoc, inter Matrimonium, & Poenitentiam, ut illud sit Sacramentum inter absentes celebratum; secus vero Poenitentia. Prima, quia licet Matrimonium vere causet gratiam, & in aliquo casu etiam primam gratiam, tamen non ordinatur per se primo ad remittenda peccata; sicut ordinatur sacramentum Poenitentiae: & idcirco non sequitur idem inconueniens ex eo quod contrahatur Matrimonium, quando homo scienter actualiter peccat.

Item est magna differentia, quod Matrimonium importat quendam contractum ciuilem, qui multoties fit inter absentes, & ita aliquando expedit bono ciuili: & cum contractum Deus eleuaerit ut esset sacramentum, etiam valet inter absentes. Quae ratio non procedit in Sacramento Poenitentiae, quod per se primo ordinatur ad spirituale bonum recipientis.

24 Ad Confirmationem respondet rat S. Thomas in 4. sent. vbi supra ad 1. quod sicut in Baptismo non sufficit qualitercumque ablueri; sed per elementum determinatum: ita nec in Poenitentia sufficit qualitercumque peccata manifestare; sed oportet quod per actum determinatum manifestentur.

§. V. Thomista confessionem, & absolutionem inter absentes, semper ut illicitam, & inuvalidam reprobare curarunt.

25 **I**bi solutio ad 3. docet S. Th. quod in absentia proprii sacerdotis, potest etiam laico fieri confessio: & ideo non oportet, quod per scriptum fiat; quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, quam ille, cui fit confessio. Hic non loquitur D. Thomas de confessione sacramentali: quia ut ipse probat dist. 19. q. 1. art. 1. q. 3. *Clauis ordinis soli Sacerdotes habent*: quia ipsi soli ordinantur populo in his, quae directe sunt ad Deum. Sed loquitur de confessione in quantum est actus virtutis: quia ut notat Sorot dist. 18. q. 2. art. 6. ad 2. poenitentis confessio, in quantum est actus virtutis, potest fieri, vel scripto, vel per interpretationem. Potest enim peccator conscientiam suam, tum per litteras, tum etiam per internuntium amico fideli referre, a quo consilium, vel auxilium capiat. Haec autem non est sacramentalis confessio. In hoc sensu Magister in 4. dist. 17. explicat auctoritates Sancti Augustini, & S. Bedae consulentium, quod si deest sacerdos, confiteamur proximo, praecipue si urget periculum: nam & si laicus non habeat potestatem soluendi, fit tamen dignus venia Sacerdotis desiderio, qui crimen confiteatur socio. Huiusmodi mortificationis, & poenitentiae virtutis exercitia, fuerunt apud antiquos Patres frequentissima, ut patet ex S. Athanasio in vita Antonij Magni, & ex Cassiano Collat. 2. cap. 11. & memorabile exemplum est apud S. Climacum gradu 4. De qua confessione loquantur non nulli, qui sine causa addentur pro priori sententia. Singulos exponunt Authores Thomistae relati cōc. 4. in quibus & aliorum argumentorum solutiones legi poterunt.

26 Sed quia recentiores non cessant in nos insultare, dicentes, quod codices non intercederunt: & vel perfunctoria auctorum lectione, liquido patebit eos ea doctrina pro ipsis proposita stare: Ideo demostremus, vel perfunctorie, vel nullo modo auctores legisse: & melius nos nostrae causae accommodare illud S. Hieronij i. de

1. de Trinitate, quod hoc est nō in eo, quod legitur, quid auctor scribit seruatari; sed illū ad legentis mentem obtergere; quamvis renitentem.

27 In primis Petrus de Tarantasia (postea propter doctrinā, & sanctitatis eminentiam ad summum euectum Pontificatum, & Innocentium Quintum appellatum) non citat Raynerius, nec in editione antiqua, nec in nouissima Lugdunensi Anni 1655. *In summa de confessio- ne*: sed refert in 4. Sententiarum dist. 17. Et ibi in omnibus, & per omnia sequitur doctrinam D. Thomae: & ideo Raynerius, & eius Additionator M. Ioannes Nicolai tom. 1. Pantheologiae titulo de confessione cap. 9. folio 516. simul cum D. Thoma refert pro ista conclusione: *Confessio vocalis, cum quis potest, est de necessitate salutis; cum vero quis non potest, licet modis alijs manifestare peccatum suum nempe sacerdoti praesenti, qui absoluat.* Vnde immediate ex Alexandro Alensi 4. Parte summae q. 18. de confes. membro 4. art. 4. de modo confitendi §. 9. subiungunt. *Sed forte quares hic talem casum. Sicut aliqui, qui non habent copiam alicuius, cui confiteantur peccata sua, sicut illi, qui sunt selau (magis latine diceret mancipia) Sarracenorum; utrum subtractum sit eis remedium salutis; & quid debeant facere, ut saluentur.* Respondeo, & dico, quod sufficit, quod talis confiteatur Deo, cum proposito, & desiderio confitendi sacerdoti, offerente se opportunitate: vel sufficit saltem, quod talis conuertatur, cum proposito confitendi, si se unquam offeret facultas. Hæc illi ex Alensi. Idem ex Alensi, & Paludano probat noster Cardinalis Turretremata cap. *Quem poenitet, de Poenitentia* dist. 1. art. 2. n. 3. infine: quia non est confessio maioris necessitatis, quā Baptismus: qui suppletur per votum Baptismi in casu necessitatis. Si in casu extremæ necessitatis non admittunt confessionem epistolarem; sed in sola contritione remedium constituunt: Ergo in nullo casu agnouerunt licitam, aut validam confessionem, & absolutionem sacramentalem inter absentes. Recte M. Ioannes Nicolai ibi in præfatione: *Sic nec alios a me aliter vltos velim, quam ut acutiores illis oculos, vel animas attentiores optem.*

28 Illustrissimus Petrus de Palude Hierosolymitan. Patriarcha, non medio ore Ordinis Predicatorum ornamentū, in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. n. 7. ita ait. *Quod si non possit ire, nec accersire sacerdotem; nō*

tenetur quidem scribere, & mandare peccata; & ille rescribere, & remandare absolutionem. Et valet absolutio, quando uterque sic est infirmus, vel clausus, plusquam si fuerit laico. Loquendo de confessione non sacramentali, verissima est hæc propositio quia cum confessio non sacramentalis ordinetur ad instructionem, & ad hoc ut alter pro eo oret, & ut ipse erubescat, & ad confessionem sacramentalem, cum fuerit opportunitas, disponatur: propter hæc omnia, in illo casu erit melius scribere sacerdoti, quam laico: siquidem cæteris paribus, & per se loquendo, oratio sacerdotis plus impetrat; & eius scientia melius instructur; & si fuerit opportunitas ut praesentialiter accedat, poterit ab ipso absolui, iuxta infra dicenda. Quod autem loquatur Paludanus de confessione non sacramentali, constat ex contextu: siquidem ipso n. 7. constituit definitionem magistralem poenitentiae dicens: *Confessio est legitima coram Sacerdote peccatorum declaratio. Coram dicitur: quia in praesentia, non in absentia, per se ipsum, secundum Augustinum in littera, &c.* Cum definitio explicat essentiam rei, cum dicat clarissimus, & exactissimus Doctor, quod est de definitione confessionis sacramentalis, quod fiat coram, dicit hoc esse de essentia (quamvis non sit de essentia, quod semper fiat verbis; quia præceptum est, & de Ecclesiae consuetudine, quod non confiteatur per nuntium, vel per epistolam, quam diu per se ipsum dicere potest) & ita in nullo casu agnoscit confessionem sacramentalem inter absentes. Idem constat ex ipso eadem dist. 17. q. 6. art. 2. n. 23. & art. 3. n. 34. infine, ubi ait. *Quia Deus non requirit a nobis nisi quod possumus, ideo sufficit, quod peccator manifestet peccata sua sacerdoti per principium signum, quod est sibi possibile, quamuis non sit semper vnus rationis.* Et ideo quando nō potest verbo, sufficit, quod scripto, vel nutu. Quando autem linguā terra non habet, sufficit, quod per interpretem. Sed in absolvente non sufficit. Hæc ibi. Quasi conferantur cum his, quæ dixerat, q. 2. n. 7. manifestum est, quod signa, nutus, & interpretem, dicit sufficere in casu necessitatis; sed coram sacerdote verbaliter, & praesentialiter absolvente: alioquin male diffinisset sacramentalem confessionem; & male nunc assignaret discrimen inter confessionem, & absolutionem: cum tamen in casu confessionis non sacramentalis, dixisset, quod confessio, & praecipuus impetranda absolutio, possit esse scrip-

scripto; quia ore, & scripto potest precari ut Deus ei misereatur.

29 Sanctus Antoninus 3. p. titulo 14. cap. 19. §. 9. citat, & approbat doctrinā, & verba Petri Paludani: & ideo eadem est vtriusque expositio. Imò adhuc clarior in Sancto Antonino, quia addit. *Sed non tenetur ad hoc. Imò aliquando posset esse scandalum: quia posset charta ab alijs reperiri. Vnde non multum consulendum, secundum Ray.* Et tamen si confessio esset valida, & sine illa immineret periculum damnationis aeternae, non bene consuleretur, ut ab ea abstineret. Loquitur ergo de confessione non sacramentali, quæ utilior in alijs casibus fit sacerdoti, quia ut præmiserat S. Antoninus: *Naturaliter erubescit quis, & confunditur defectuosus reperiri coram magnis personis, dignis reuerentia.* Quod citant ex eodem titulo cap. 21. §. 3. commentitium est: quia titulus ille non habet nisi viginti capita.

30 Minus virget, quod assertur ex titulo decimo septimo duplici de causa: Prima, quia ibi non disputat de hoc casu sed de alio, cum quis absoluit ab aliquo casu reuerentia, vel ignorantia, vel verecundia, vel nimia festinatione, vel alia simili causa? Nam si parum distat, dicemus infra, quod est moraliter praesens, & potest absolui. Si multum; iam confessio & absolutio fit in praesentia: & casus reuerentia regulariter propter anexam excommunicationem, quæ a legitimo superiore potest in absentia tolli. Si vero si ne excommunicatione sit reuerentia, iam communis error poenitentem excusat, & absolutus est coram Deo, indirecte, & per accidens. Secundum, quia ibi S. Antoninus nō dicit, quod ipse sentiat, sed refert, quid alij dixerint: ut patet cap. 12. & cap. 21. §. 3. ubi ait. *Collatio facta fuit de hoc supra eo cap. 12. cum multis notabilibus Doctoribus Theologiae in Concilio Basilienfi. Quidam dixerunt, quod debet auctoritatem a superiori impetrare absoluendi eum; & si sine magno scandalo fieri potest, vocare non absolutum, & sibi dicere, ac eum absolvere, post auditū in confessione. Vel si magnum scandalum timeretur, absentem absoluat, si ab ultima confessione speratur esse in gratia.* Adhuc tamen, & alijs placuit, si magnum timeretur, & notabile scandalum, summo Deo Sacerdoti committat; & poenitentiam solam eodignam Sacerdos pro negligentia agens. Praesertim, quando multitudo sic est neglecta: vel multi coram

multum distant a loco ubi residet confessor. Hæc ibi S. Antoninus, & illo cap. 12. *Ab soluat eum absentem, si ab ultima confessione adhuc creditur perseverare in gratia. Aut, ut alijs placet, cum ex hoc timeretur notabile scandalum euenire, remittat summo sacerdoti, scilicet, Christo. Praesertim, quando multitudo est sic neglecta: Vel multum distant a loco ubi est confessor.* Ecce, quod nil ex propria sententia dicit. Et nota, quod tunc adhuc nullus opinabatur, quod a peccatis non absolutis in praesentia, posset absentem absolue- re: quia adhuc opinantes tunc posse absolui absentem, requirebant, quod ab ultima confessione crederetur perseverare in gratia. Et ita querebant praesentiam moralem, & non multam distantiam, ut esset quasi moralis continuatio cum confessione in praesentia facta. Quod diuersum quid est a casu praesentia.

31 Sylvester verbo *Confessio*, 1. q. 1. §. 2. refert ex D. Thoma, quod per scripturam potest quis supplere defectum linguæ, non defectum praesentia sacerdotis: hoc enim (inquit) intendit in 4. dist. 17. & Quol. 1. Et ita habemus nostram sententiam esse D. Thomae, & veram: quia Sylvester semper & ibi sequitur D. Thomam postea refert verba relata Paludani: & ideo sicut ille est exponendus.

Verbo *Confessor*, tertio, refert casum S. Antonini eiusdem verbis. Solum addens, quod sufficit credulitas probabilis de sua perseverantia in gratia, secundum istam opinionem: cum certa haberi nequeat, etiam de eo, qui praesentialiter confiteatur. Vbi clare loquitur ex mente aliorum: & in casu diuerso, ut circa S. Antoninum ponderatum est.

Verbo *Confessor*, 4. q. 6. ita ait. *Sacerdo quaritur, utrum absens quis possit absolui per litteras? Et dicit Glossa Raymundi, quod non: sed praesens poenitens a praesente sacerdote, de Poenitentia dist. 1. cap. Quem poenitet. Ex quo patet, quod nec per nuntium.* His verbis clarissime Sylvester, cum M. Ioanne de feiburgo Glossatore S. Raymundi, communem, & nostram tuetur sententiam. Nec nobis, nec sibi contradicit, cum postea subiungit. *In casu tamen, de quo supra confessor tertio, in principio, dicitur ibi, quia videtur sufficere, si processit confessio in praesentia, & non per litteras, aut nuntium.* Quia, & dubitatur loquens, & in casu diuerso: quia supponit, quod si postea ceciderit in mortali, vel cōstruetur per litteras, aut nuntium, non valet absol-

solui. Ideoque potius simpliciter pro no-
stra sententia Sylvester debet referri.

22 Ioannes Tabiena verbo confes-
sio 2. n. 24. ait. *Quando sacerdos non est prae-
sentialiter, non debet per litteras ad absen-
tem confiteri; quamvis possit sacerdoti prae-
senti. Et n. 37. ait, quod potest dici confessio
nem publicam non esse sacramentalis.* Scrip-
tum autem per se est publicum, & per ac-
cidens occultum: ergo loquendo de con-
fessione sacramentali, communem tuc-
tur sententiam.

Bartholomaeus Fianus Inquisitor, qui
est author summæ Armillæ verbo *Con-
fessio* n. 23. loquitur de confessione per
scriptum, presente sacerdote: & n. 31. di-
cit, quod confessio sacramentalis, & vo-
catis est de iure divino. Unde confessio, &
absolutio epistolariis non erit sacramen-
talis.

Solum auctiorem Margaritæ con-
fessorum, ad manum non habui, ut de eius
mente proprijs oculis possem certifica-
ri: sicut in alijs feci, & semper facere cu-
ro. Sed tamen M. Franciscus Davila to-
zo capite vigesimo secundo, eius verbis
allatis ostendit in nullo à communi re-
cedere.

33 De solo M. Fratre Petro de Soto
admittit Alvarez n. 4. s. illam tenere sen-
tentiam: sed eius sententia refertur commu-
niter à Doctoribus. Franciscus Davila cap.
23. inquit, quod ei talis sententia nequit
adscribi: quia summa, quæ eius nomine
communiter circumfertur non est ab ip-
so immediate composita: sed quidam eius
discipuli ex ijs, qui Magistrum suum in ec-
clesia legentem audierant, multa in unum
redegerunt; & post eius obitum typis manda-
verunt. Quod constat ex Epistola Cardi-
nalis Orthonis illi editioni præmissa. For-
teque illa sententia est in illo opere in-
trusa.

Nostrum tamen de eius mente indi-
cium, iam protulimus, verbis illius lectio-
nis undecimæ relatis. Sed dato, quod
vnus id docuerit. Quid inde? Quia una
hirundo non facit ver.

34 Hic etiam advertendum, quod
Opusculo 65. apud D. Thomam de offi-
cio Sacerdotis, titulo de cautela in confes-
sione habenda, columna tertia dicitur: *Sed si
infirmus petit Pœnitentiam, & antequam
Sacerdos veniat ad eum sit mortuus, vel am-
iserit loquelam, sacerdos habeat eum pro con-
fesso, & post mortem absolvat eum, ut cap.
Multiplex de Pœnit. dist. 1. & cap. Anobis.
de sententia excommunicationis. Cum con-*

ftet mortuum in eapacem esse absolutio-
nis sacramentalis, loquitur de absolutio-
ne à censuris: Vel declaratione, quod illi
valent indulgentiæ, & quod cadaver se-
peliti valet ac si vivens absolutus esset à
censuris, & peccatis, quia contritio cum
confessione in voto illi forsam pro fuit
quoad Deum propter cordis contritio-
nem.

35 Nec Richardus, & Turrestema-
ta cum referens, in cap. *Quem pœnitens, de
Pœnitentia* dist. 1. art. 2. confessionem fa-
ctam absenti Sacerdoti dicunt esse sacra-
mentalem: sed solum asserunt esse actum
virtutis, non de præcepto; sed de consilio
& opus supererogationis. Soto etiam in
Relectione de tegendo secreto mem-
bro tertio q. 4. conc. 3. dub. 4. obiter, &
dubitanter de hoc egit: & se remittit ad
Paludanum: qui loquitur, ut vidimus, de
confessione non sacramentali. Vbi autem
erat proprius locus de hoc dubio dis-
tendi, adeo assenserant, & certo docet
communem sententiam, ut ab ipsis con-
trarijs ut nimium scrupulosus obiurge-
tur: & nunc eius autoritate volunt op-
positam sententiam fuisse probabilera
stabilire. Sed nunquam obtinebunt, nec
sententiam fuisse probabilem; & multo
minus fuisse Thomisticam: quia apud nos
semper male audivit, & audit.

36 De facto autem S. Thomæ Can-
tuariensis, quod sine causa pro confes-
sione epistolari allegatur, constat ex S. An-
tonino 2. p. Histor. tit. 17. cap. 3. & ex Car-
dinali Baronio tomo 12. Anno 1164.
cap. 5. & 6. ubi solam absolutionem à
suspensione, & relaxationem iuramenti,
& commissionem ut à Presbytero absolu-
eretur, docet in absentia factam. Quod
constat ex epist. 1. cap. 26. eiusdem Alex-
dri Tertij ad Sanctum Thomam, cuius
tenorem refert ibi Baronius. Ibi. *Si igitur
aliquid te reeolis commisisse, de quo propria
te debeat conscientia remordere, quicquid
sit sacerdoti, qui discretus, & providus ha-
beatur, tibi consulimus per pœnitentiam con-
fiteri, &c.* Posteaque per modum indul-
gentiæ relaxat poenas, & iuramentum.
Unde potius ex hac epistola constat in
Ecclesia inauditum pœnitentes absen-
tes sacramentaliter absolvi. Unde non
recte scripsit Suarez disp. 19. sec. 3. n. 2.
quod id quod Scotus refert de S. Thoma
Cantuariensi, nescit ex qua historia sum-
ptum sit. Historia enim est authentica, nec
male intellecta.

§. VI. De facto S. Thomæ Can- tuariensis: & casus deci- sione.

37 **H**anc autem præsentiam, &
hoc quod est comparare pœ-
nitentem coram Sacerdote, aliquam ad-
mittere moralem laxitudinem, aliqui no-
tant, ita ut sufficiat, quod Sacerdos coram
videat, vel audiat aliquantulum à longe
pœnitentem. Unde Ochagavia tract. 2.
de Confes. q. 41. n. 6. Diana parte 5. tract.
13. resol. 56. Bengonius de fuga pestis q.
5 folio 105. Moltelius 1. p. summæ tract.
7. cap. 5. n. 59. Quos refert, & sequitur
Leander tract. 5. de Pœnitentia disp. 2. q.
30. Eligius Bassarus verbo *Absolutio* n. 14.
in fine, dicunt, quod si confessarius post
discessum Pœnitentis, cum sine scandalo
eum vocare non potest, dubitet an illum
absoluerit, & pœnitens sit parumper di-
stans, etiam viginti passus: & ex qualita-
te personæ probabiliter constet confessa-
rio, pœnitentem non incidisse in novum
peccatum mortale, potest illum absolue-
re, quia est moraliter presens. At si cer-
tus sit de absentia, ut quia constaret illū
discessisse ex templo, vel illum non videat,
non potest illum absolvi.

38 Addit Leander q. 31. referens alios
quos contulit, quod invalida est absolu-
tio, quando confessarius videt domum
agrori, à quo vocatur ad hoc ut eius ex-
cipiat confessionem: quia licet videat do-
mum continentem eum, ipse est absens,
cum nullo sensu percipitur. Secus esset
dicendum, si Sacerdos audiret moribun-
dum confessionem postulantem: quia
tunc vere esset illi præsens moraliter: &
ideo valide posset illum absolvi. Vi-
deantur, quæ attulimus ex S. Antonino
n. 30. & forte hoc solum docet Rodrigue-
z in summa cap. 55. conc. 15. Nam si
aliud intendat, bene eum impugnat
Lec. cap. 21. conc. 2. dub. 2.



DVBIVM SECVNDVM.

*Vtrum in aliquo casu sine
confessione explicita peccati
in specie possit dari ab-
solutio sacramenta-
lis?*

§. I. Sententia negativa Au- thores, & fundamenta.

1 **N**egant ex Thomistis Soto in
4. dist. 18. q. 3. art. 5. §. *In aliud*
Cano Relec. de Pœnit. parte 5. folio 44.
§. *At in hærendo.* Martinus Ledesma 2.
parte 4. q. 9. art. 5. dub. 2. Lopez 1. p. Instr.
cap. 18. §. *Imò, si iam.* Conradus in Resp.
cap. 10. reg. 6. Alvarez 1. 2. disp. 80. n. 34.
& 45. & 55. Franciscus Davila de Abso-
lutione per litteras cap. 18. ad 6. in fine &
ad 7. Coquetius cap. 5. & 7. Petrus Fay in
Addit. ad 3. p. q. 9. ar. 3. disp. 3. Vincentius
Candidus to. 2. disquis. 24. art. 25. dubita-
tione 2. & 3. & 4. Bartholomaeus Medina
lib. 2. Summæ cap. 8. & cap. 19. regula 6.
Extra scholam D. Thomæ idem docent
Abulensis in cap. 16. Mathæi q. 79. circa
finem. Angles in 4. de confes. 2. dist.
10. Alfonso de Leone, de confesario
recollec. 6. n. 123. Pedraza in summa cap. 7.
Archangelus dist. 17. folio 200. Grassus
p. 1. lib. 1. cap. 36. n. 25.

2 Soto sere omnes probationes eru-
dite, & eleganter proponit. Prima est:
confessio est pars distincta à contritio-
ne, eademque ad absolutionem necessa-
ria: nam Sacerdos clave potestatis ad ab-
soluendum uti non potest, nisi præceden-
te iudicio per clauem scientiæ: qui autem
solum ostendit in genere contritionis sig-
na, nullo explicato particulari peccato,
non confitetur sacramentali confes-
sione, per quam possit sacerdos uti clare
scientiæ: ergo non potest sacramentali-
ter absolvi. Priorem præmissam nemo
negare valet. Minorem autem ipsi opi-
nions contrariæ fautores videntur con-
cedere: ajunt enim quod ille non potest
confiteri: si ergo non potest, non confite-
tur. Quod autem confiteri non possit, ta-
tis est ad liberandum hominem pro tunc
à præcepto confessionis. Quod & nec
quo-

quoque excusare fatemur. Non tamen sufficit ut dicatur confessio. Quia propter absque sacramento absolutionis porrigenda est ei Eucharistia, quæ post est eum facere ex attrito contritum. Attamen sacramentum poenitentiae nullum est.

3 Præterea. Confessio sacramentalis debet esse actus iudicialis, ut sacerdos iudicare possit de conscientia poenitentis: iudicium autem est actus prudentiæ: quod ideo fieri non potest, nisi re in particulari cognita, ut 2. 2. q. 47. art. 3. auctor est D. Thomas. Ergo Generalis illa confessio non sufficit ad absolutionem, quæ est forma sacramenti.

Et declaratur amplius, confirmaturque argumentum. Verbum illud generale; ego sum peccator: commune est, & sanctis hominibus, & peccatoribus; quo enim quis magis iustus est, eo se maiorem peccatorem confitetur: quare ex illo verbo non sumitur iudicium, ut ille habeat aliqua peccata. Alioquin si postquam infirmus legitime confessus est, & postea loquela priuatus, ostenderet signa contritionis, iterum esset absolendus sacramentaliter. Et si deinde iterum, atque iterum eadem ostenderet signa, iterum, atque iterum esset absolendus. Quis enim in illo articulo non illa signa ostendat, quamuis certissimus sit legitime fuisse confessum? In summa, signa illa nihil aliud sunt quam contritionis indicia: cum ergo confessio alia sit pars à contritione distincta, nequaquam illa sufficiunt ut pro confessione habeantur. Insinuatioque illa moribundi non est nisi velut effigies petitionis absolutionis: petitio autem absolutionis nullatenus est confessio: quia non est peccati explicatio. Neque si ingenere dicat se habere peccata.

4 Vtcrius omnes Canones, quos Moderni in contrarium citant, iam sigillatim Soto exposuerat. Canon. *Is qui in infirmitate*, 26. q. 7. Est Concilij Carthag. 4. cap. 77. loquitur plane de ijs, qui erant in poenitentia publica, ut præcedentia capitula eiusdem synodi ostendunt, nempe cap. 75. & 76. Ibi ergo ly *Assipiat poenitentiam*, idem est, quod accipiat reconciliationis absolutionem, ut bene ait Glossa. Quæ quidem forma habetur, cap. *A nobis* 2. de sententia excommunicationis. Quia quamvis poenitens esset virtute Poenitentiae reconciliatus, debebat tamen reconciliari Ecclesiae. Et etiam in firmo morte præuento impendebatur, ut posset populus cum mortuo in exequijs

communicare. De eadem reconciliatione loquitur. *Agrozantes. De consecratione* dist. 4. & Concilium Arausicanum 1. cap. 12. & cap. *Aurelius*, ex Concilio Carth. 2. Et S. Leo epist. 69. alias 91. ad Theod. cap. *His qui in tempore*: quia confessio testium non valet pro confessione sacramentali: ergo non loquuntur Canones de absolutione sacramentali, sed de reconciliatione Ecclesiae respectu eorum, qui erant in publica poenitentia.

5 Vel dicatur cum Cano folio 44. ad 4. quod dupliciter possunt exponi: Primo, quod illi publice poenitentes, olim habebantur excommunicati: unde manu impositionis, seu reconciliationis, quæ iubebatur impendi, non erat sacramentalis; sed quasi quaedam absolutio ab excommunicatione: tali enim signo solebat olim Ecclesia in communionem admittere, quos communionem priuarat. Et ideo eiusmodi manu impositionis, non soluma Presbytero; sed Diacono etiam permittebatur: quemadmodum videre licet apud S. Cyprianum tertio epistolarum libro epist. 17. Secundo dicitur, quod cum omnibus illis locis sermo sit de publice poenitentibus, intelligere debemus, quod illorum peccata, iam per confessionem publicam sacramentalem in die cinerum innotuerant sacerdoti. Sed quoniam absolutio ad diem Coenae Dominicae, iuxta antiquum morem, proferebatur; id etiã à maioribus cautum est, ut si interim periculum mortis urgeret, impenderetur absolutio, siue nutibus eã peterent istius modi poenitentes, siue constaret petiisse.

Hunc ritum olim in Ecclesia viguisse, constat ex Concilio Agathensi can. 9. & habetur in capitularibus lib. 7. cap. 143. & ex Guiljelmo Aruerni Episcopo Parisiensi, qui in statutis Synodalibus n. 9. mandat non omitti: & Marianus Victorius de confessione lib. 1. cap. 16. de eodem ritu agit.

6 Solet etiam in huius sententiae fauorem afferri S. Chrysostomus to. 5. serm. 5. de Poenitentia, ante hom. de ieiunio in fine, dicens. *Non sufficit dicere peccator sum: sed opere poenitentiam est, & speciatim peccatorum, & delictorum remissionem.* Imò Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 15. clare docet ad implendum præceptum diuinum de confessione, non sufficere declarare peccata in generali. Nec obstat, quod sequendo hanc sententiam, aliqui sine absolutione sacramentali moriantur; quia etiam si Sacerdos non adesset, non possent

absolui: & ut dicit S. Leo Papa epist. 91. cap. 3. *Nec necesse est nos, eorum, qui sic obierint, merita, actusque discutere, cum Dominus Deus noster, cuius iudicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale ministerium implere non potuit, suæ iustitiæ reseruauerit: ita potestatem suam timere volens, ut hic tenor omnibus proficit, & quod quibusdam tepidis, aut negligentibus accidit, nemo non imputat.*

Admittit tamen Cano ad 3. quod cum explicatur genus peccati subalternum, ut luxuria, aut incestus, iam cognoscitur, & substantia, & aliqua qualitas delicti iudicandi: & ideo valet confessio. Quod esse inter Theologos receptum, dicit P. Ledesma cap. 21. conc. 2. dub. 3. & alij idem supponunt.

Alvarez vero, & reliqui Thomistæ, qui post decretum Clementis 8. scripserunt, potissime in illo nituntur, & à n. 34. usque ad 40. illud ponderat Alvarez, quia ibi tam confessio, quam absolutio per litteras damnatur, si fiat inter absentes: si quidem de utraque erat controuersia. Imò potissima disceptatio erat de confessione facta per litteras confessario absenti, ex qua multa incommoda, pericula, & scandala suboriri possunt, quibus Papa voluit occurrere. Deinde, quia si neutra pars diuisiue est damnata; ergo sicut licet confiteri absenti, dum tamen in præsentia absoluitur, ita licebit poenitentem in præsentia Sacerdotis confisum, in eius absentia absolueret. Sed qui per se non explicat speciem peccati coram Sacerdote, est idem ac si in absentia confiteretur: ergo nequit licite, aut valide absolui, nisi per se, vel per nutus, vel interpretem in præsentia Sacerdotis aliquod peccatum fuerit confessus; quia super solam præsentem specificam confessionem potest cadere sacramentalis absolutio.

Additque coquetius in decreto Clementis ly, & non sumi copulatiue, sed diuisiue pro ly, vel: quia sæpè alias sic in iure accipitur, ut constat ex l. *Cum quidam C. de verborum significatione*: & ex l. *sapè*. D. eodem, & ex Alberico in Lexicon, & alijs.

(.)



§. II. Sententia affirmans est vera, & practicanda omnino.

8 IN contrarium est in primis quia S. Augustinus tom. 6. libro de adulterinis coniugijs c. p. 28. ait. *Ego non solum alios catechizandos, verum etiam ipsos, qui viuentium coniugijs copulati reuincunt adulterina consortia, cum saluos corpore in his permanentes non admittamus ad Baptismum; tamen si desperati, & intra se poenitentes inuenerint, nec pro se respondere poterint, baptizandos puo, ut etiam hoc peccatum cum sætris lauacro regenerationis abluatur.* Quis enim nouit utrum fortassis adulterine carnis illecebras usque ad Baptismum statuerant detineri? Quod autem idem iudicet S. Doctor de baptizatis, qui in simili casu confiteri non valent, constat: nam in fine captis, & libri concludit. *Quæ autem Baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte poenitentem finienda vitæ periculum præoccupauerit.* Nec ipsos enim ex hac vita sine arboris pacis exire velle debet mater Ecclesia. Idem habet hom. 41. & 50. Propter quod testimonium Cano §. *Quod si quis*, ingenue fatetur quod S. Augustinus in hoc casu absolutionem forte præstaret.

9 Præterea S. Leo Papa Epistola illa 91. ad Theodorum Foroliuensem Episcopum; idem docet: nam cito descriptionis occasio fuerint publice poenitentes, quod indicat in fine capituli primi illis verbis: *Quid de poenitentium statu Ecclesiastica debeat regula, non tacebo*: Tamen, sermone extendisse ad omnes peccatores poenitentiam, differentes usque ad mortis articulum, plane constat ex toto capite 4. & 5. sicque S. Leonem intellexit D. Thomas 3. part. quæst. 84. art. 3. ad 2. & S. Bonaventura, ut etiã refert, & sequitur Cardinalis Turretrenata, capit. *Multiplex*, de Poenitentia distinct. 1. in expositione litteræ numero 3.

Nec negare valet, qui legit ibi capite 4. *His autem, qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia, præsidium poenitentiae, & more reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio*

deneganda. Item capit. 5. *Et cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, quo vix inueniat spatium, vel confessio pœnitentis, vel reconciliatio Sacerdotis.* Clare loquitur de Sacramento, quia confessio, & reconciliatio hoc sacramentum dici solet: & forte reconciliatio est idem ac absolutio, quia Sacerdos ex parte Dei Deo reconciliat. Loquendo ergo de absolute sacramento, videtur casum moribundi, qui confiteri non valet, in terminis proponere; & illi respondere, quod absolueretur sacramentaliter, & communicaretur.

Verba eius illo capitul. 6. (quæ etiam referuntur capitul. *Multiplex. De Pœnitentia* distinct. 1. & capitul. 1. *His, qui in tempore*, 26. quæstion. 6.) sunt. *Verum, ut dixi, etiam talium necessitati ita auxiliandum est, ut nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegatur, si eam etiam amisso eis vocis officio, per iudicium integri sensus querere comprobentur. Quod si aliqua vi agitudinis ita fuerint aggravati, ut quod paulo anteposcebant, sub presentia Sacerdotis significare non valeant: testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debeant, ut simul, & Pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur.* Quem textum sic intellexit Turrecremata illo capit. *Multiplex* in fine num. 3. dicens.

Concludit ex dictis qualiter agendum sit cum prædictis, etiam si vocis officium amiserint, dum tamen per iudicia (*integer sensus*) id est, cum esset in integro sensu, id est, non alienato; sed sano intellectu existente, quæ fuisse comprobentur. (*Quod si ita.*) Quarta pars. (*Testimonia.*) de eorum voluntate, quod volebant, & petebant pœnitentiam, & reconciliationem. *De consecratione* distinct. 4. capit. *Agrotantes.* Et in hoc casu creditur vni soli testi, & sine iuramento; quia inde alteri non fit præiudicium ar. cap. *Cum itaque beneficium. De consecratione* dist. 4. Hæc Cardinalis.

10 Deinde, Canone, *Is qui pœnitentiam*, 26. q. 6. Ex Concilio Carthaginen. si 4. cap. 76. vel ut habent antiqui. *Si quis in infirmitate. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in præsentem versus fuerit, deneg*

testimonium, qui cum audierint, & accipiat pœnitentiam, & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur Eucharistia ori eius. Videlicet, si irreuerentia non timeatur, & sumere valet. Item in Concilio Arausico no 1. canone 12. tomo 1. Conciliorum, ubi dicitur, *Subito obmutescens, prout statutum est, baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præterita testimonium aliorum verbis habet, aut presentis in suo nutu.* Refertur cap. *Qui recedunt* 26. q. 6.

11 Ex Diuo Thom. idem colligitur multis de causis. In primis, quia in 4. dist. 17. q. 3. ar. 4. q. 3. ad 2. ait, *quando non possumus vno modo, debemus secundum, quod possumus confiteri.* Quamvis eum loquitur de confitente per interpretem, vel scriptum, vel nutum, tamen verba sunt generalia, & valent extendi à paritate ad casum nostrum, dist. 2. q. 2. art. 1. ad 1. ait, *quod confessio generalis est sacramentalis, quando aliquis in secreto sacerdoti confitetur quædam que meminit, & alia venialia in generali.* & ad 2. loquendo de confessione sacramentali, solum ait, *quod requiritur aliqualis peccatorum manifestatio, art. 2. in corpore explicat, quod confessio generalis sacramentalis operatur ad demissionem pœnæ ex vi clauis* sed id quod regulariter est materia partialis confessionis sacramentalis, in casu necessitatis est materia totalis. Ergo, qui per se, vel per alium in genere manifestasse peccasse, valet absolui sacramentaliter.

12 Si Opusculum 65. *de officio Sacerdotis* esset D. Thomæ, non inualidum ex illo sumeretur argumentum: sed merito in editione Romana minoribus caracteribus est impressum, ut à legitimi Angelici Doctoris operibus secernatur. Sed quia est Author antiquus, non contemnendam authoritatis, referendus est. Ibi loquendo *de Sacramento unctionis*, in fine dicit. *Si autem infirmus, qui petit unctionem, amiserit notitiam, vel loquelam antequam Sacerdos veniret ad eum, nihilominus ungetur eum Sacerdos: quia in tali casu debet etiam baptizari, & à peccatis absolui, ut capit. Maiores, de Baptismo, & eius effectu.*

13 Expresse Sanctus Antoninus, non solum in summa par. 3. p. secundi tractatus cap. *de infirmis*: sed etiam tertia parte summæ Theol. titulo 10. cap. 2. ubi ait & nota, quod si infirmo petenti sacerdotem, interim, dum veniret, obmutuit, vel effectus phreneticus, vel amnes, sacerdos adueniens, siue ad nutum infirmi, siue ad testimonium illorum, qui audierunt

runt eum Pœnitentiæ petentem, vel Sacerdotem debet ei impendere quicquid potest humanitatis, *absoluendo, reconciliando: & si sine periculo fieri potest, ei Eucharistia præbendo.* Et si superuixerit, admonetur a prædictis testibus sua petitioni satis factum; & subdatur statutis Pœnitentiæ legibus. Probantur hæc omnia cap. *Is qui infirmitate*, 26. q. 6. & cap. *Si quis corpore*, & alijs. Signa autem Pœnitentiæ, quæ sufficiunt in hoc casu, dicit Hostiensis esse, quia forte tendebat manus ad Coelum; percutiebat pectus suam: dicebat: *Deus propitius esto mihi: vel, miserere mei: Beata Maria adiuuati: & huiusmodi.* Et multo fortius, si nutum faciebat cum Presbyter aduenisset: talibus enim, & extremam unctionem, & Eucharistia, si potest retinere, sunt ministranda, &c. Idem docet Sylvester verbo *Confessor*, 3. q. 13. Cano etiã illa 5. p. Relec. de Pœnitentia, probabilem esse supponit: nam §. *At inherendo*, solum ait: *Teneamus interim, quod tutius interim, quod tutius est, &c.* §. *Quod si quis*, docet, *quod si quis eiusmodi agrotis generaliter confitentibus sacramentalem absolutio impendere voluerit, non equidem valde repugno.* Nuño in Addit. ad 3. p. q. 9. art. 2. dub. 1. ad 4. diff. 1. folio 487. & folio 492. §. *Sed quid dicendum*, dicens esse probabiliorum practice. 14. Item Petrus Ledesma tom. 1. de Pœnit. capit. 21. dub. 2. ante ultimam conclusionem. Ioannes à Cruce 2. p. direc. de Pœn. dub. 8. referens M. Penna. Araujo 3. p. q. 84. art. 3. dub. 1. n. 19. M. Ioannes à S. Thoma 1. 2. disp. 12. art. 6. in fine primi tomi. Barnabas Gallego de Vera, de conscientia probabilis dub. 7. Ioannes Idephonsus Baptista 1. 2. to. 3. disp. 208. dub. 12. n. 832. Petrus Cornejo to. 1. tract. 3. disp. 3. dub. 6. circa finem. Doctor Ludouicus Montefino to. 1. in 1. 2. disp. 39. q. 5. §. 3. n. 176. Sylvius, & Grabel à S. Vincentio, & alij recentiores Thomistæ, & probabilem dicit Candidus disp. 24. articul. 25. dub. 6. in fine folio 83. col. 1. Extra Scholam D. Thomæ tenent multi, quos referunt, & sequuntur Vazquez to. 4. in 3. p. q. 91. ar. 2. dub. 1. Suarez disp. 23. sec. 1. Lugo disp. 17. sec. 4. & Diana 3. p. tract. 3. de absol. morib. resol. 4. Bonacina, q. 5. sec. 2. puac. 2. §. 4. Auerfa q. 10. sec. 16. referens viginti quinque Authores. Triginta nouem refert, & sequitur Pasqualigus in obseruationibus ad Laurentum de Franchis. 1. p. num. 1453. & iam est omnium communis.

15 Habeturque in Rituali Pauli V. titulo de Sacramento Pœnitentiæ, ubi dicitur. *Quod si inter confitentem, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, & loquelam agram deficiat, nutibus, & signis conetur Sacerdos quo ad eius fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere; quibus ut nunquam, vel in genere, vel in specie cognitis; vel etiam si confitendi desiderium, siue per se, siue per alios ostenderit, absolutus est.* Vbi loquitur in casu dubij; & non tantum permittit, sed præcipit ut absoluat. Est autem Rituale approbatum per Bullam Pauli V. illi præfixam, qua præstat omnibus, ad quos spectat, ut in posterum tanquam Ecclesie Romanae filij, eiusdem Ecclesie omnium Maris & Magistra auctoritate constituto Rituali in sacris functionibus utantur, & in re tanti momenti, quæ Catholica Ecclesia, & ab ea probatus usus antiquitatis statuit inuolare obseruare. Quæ verba late ponderat Lugo à n. 45. vsque 52. ubi refert, quod cum aliqui apud S. Congregationem Cardinalium S. Inquisitionis Generalis, dixisset Rituale debere corrigi; eo quod aduersaretur Decreto Clementis Octauo die secunda Decembris 1621. coram Pontifice decretum fuit, obseruari Rituale.

Et propter hoc, quicquid sit de maiori, vel minore probabilitate speculatiua opposita, hæc est in praxi sequenda: quia quoties absque graui incommodo possumus subuenire proximo grauitur periclitanti circa æternam salutem, ad id tenemur.

Et ut possimus in tanta necessitate, sufficit quæuis probabilitas speculatiua, ut in praxi nullatenus ab hæc sit discedendum. Videatur Lugo à numero 87 ubi dicit esse obligationem absoluendi: & quod non absque conditione debet absolui, ut notat Vazquez n. 38.

16 Videtur tamen quo ad hanc praxim tempore antiquo aliter obseruatum: nam Magist. Cano, qui Relectionem de Pœnitentia scripsit Anno 1548. alium citat usum Romanæ Ecclesie: inquit enim. *At inherendo Ecclesiastico usui, quo huiusmodi peccatores in genere pœnitentes absolui sacramentaliter non solent, teneamus interim (id quod tutius est) confessionem, in qua nullum peccatum explicatur, non esse sacramentalem, ita folio 44. col. 1. & col. 2. subiungit. Expectabit autem in re nouatur prædictus, & modestus, aut Episcoporum, aut Sum. Pœnitentiæ auctoritatem quæ ego hoc*

Sancti loco desidero. Non desideraret, si iam tunc extaret. Nec allegaret in contra Ecclēsiā usum, si illi ritus, qui nunc sunt in Rituali extarent. Imò nec tempore, quo scripserunt Suarez, & Vazquez, Aluarez, aut Nufio, aut alij videtur agnitus iste ritus; quia nullus eum refert, nec pro, nec contra.

17 Afferit etiam Vazquez in fine illius dubij. 1. n. 39. quod tempore Henrici Quarti in nostra Hispania Bulla Cruciatæ Regnis nostris concessa fuit, non tantum pro ijs, qui confiterentur speciatim peccata, sed etiam pro ijs, qui cum signis tantum contritionis absoluerentur, vt narrat Historia illius Regis, & refert Mariana libro 22. de rebus Hispaniæ capit. 13. supponebat autem Pontifex eiusmodi homines absolui posse. Hæc Vazquez.

18 Optarem tamen vt formalia verba concessionis Papæ, vel formæ absolutionis referrent, vt possemus certificari nam Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. §. *Obijce re quis, uo nominatim exponens absolutionem, quæ tunc fiebat in Hispania: virtute cruciatæ, sic ait.* Et idem est animaduertendum in forma absolutionis, quæ in Diplomate Cruciatæ in fine appenditur, vbi fit plenaria absolutio a censuris, & culpis, & poenis: *Quod intelligitur quotiescumque præcedit legitima confessio. Alio qui infirmus confiteri non potest, & ostendit contritionis signa, intelligitur absolutio fieri à censuris.* Insuper & ab omni poenarum reatu, si culpæ fuerint, vel antea per confessionem, vel tunc per contritionem remissæ. Hæc Soto, qui quamvis fere integro sæculo scripserit post Regnum Henrici Quarti, tamen cum non constet tunc fuisse aliam Bullæ Cruciatæ formam, ac erat antea, idem erit vtriusque absolutionis sensu.

19 Imò clausula illa, de qua Mariana & Vazquez, usque nunc perseverat in Bulla Latina, & Hispana §. 1. Item cōcedit Pontifex, &c. *Plenam omnium suorum peccatorum (si de illis corde contriti, & ore confessi fuerint; aut non valentes confiteri, id corde desiderauerint) indulgentiam, & remissionem, qua proficijscentibus ad recuperationem Terræ sanctæ, quæque in anno Lublai concedi consuevit.* In hac clausula per se notum est, quod est sermo de Indulgentia, Quando vero loquitur de autoritate eligendi confessorum, expresse meminit confessionis: & postea subiungit. *Item si dicto anno durante contingat, vel obrepentiam mortem, vel confessorum ab-*

sensiam, sine confessione decedere, modo contriti decesserint, & prius statuto tempore confessi fuerint, & plenariam, ut supra remissionem consequantur. Loquitur etiam de indulgentia, quæ valitura declaratur illis, qui articulo mortis non potuerunt confiteri. Vnde potius firmatur prior sententia: quia vel nunquam fuit clausula illa loquens de confessione: Vel si aliquando fuit, & est sublata, potius firmat, quod qui abstulit, non iudicauit absolutionem sacramentalem eam, quæ fit sine confessione alicuius peccati. Formula absolucendi non est in Bulla Latina; sed solum in Summario Hispano: sed ibi non habetur, quod sacramentalis absolutio conferatur illis, qui non confitentur specialiter ergo ex concessione cruciatæ nullum pro hac sententia sumitur argumentum.

20 Ratione arguit Suarez n. 6. Quia illa est vera accusatio in hoc foro sacramentali: ergo potest esse sufficiens materia, vt perficiatur iudicium, quando accusatio magis integra fieri non potest. Probatur antecedens. Primo, quia accusatio interior per generalem recognitionem offensæ Dei, si accedat perfecta detestatio, sufficit ad remissionem peccati: ergo pariter similis exterior facta homini, vt locū Dei tenenti. Secundo, per illam confessionem datur confessori specialis notitia. Tum quia prius non sciebat in hoc foro, & postea scit. Tum quia scit poenitentem cum dolore subijcete clauibus sua peccata, vt remittantur. Tū quia illa confessio quoad materiam remotam dicitur generalis, sed quoad proximam est particularis: nam hic, & nunc cum talibus circumstantijs sit: ergo nihil ibi deest ad veram rationem accusationis. Denique integritas confessionis est de iure diuino: & tamen, cum solum vnū peccatum dicere valet, ab illo directe, & ab alijs indirecte absolui debet sacramentaliter: ergo etiam cum solum in genere significat se peccasse erit sacramentaliter absolucendus.

21 Præterea, si quis recordetur se peccasse mortaliter oblitus est autem cuius speciei fuerit peccatum illud, debet saltem confiteri se peccasse mortaliter: quod etiam notauit Nauarrus in summa cap. 10. numero 7. ex Maiori in 4. dist. 17. quæstion 3. Tunc sic materia, quæ est partialis, quando alia partes adhiberi non possunt, erit sufficiens, & totalis. Sed hæc generalis confessio, potest, vt debet etiam ali-

aliquando materia partialis: ergo si plus dici non possit, etiam vt totalis sufficiet. Quod si argumenta prioris sententiæ aliquid probant, æque procedunt de generali subalterno, vel supremo. Quod si de illo non probant, etiam de hoc non procedunt.

22 Tandem, qui non haberet conscientiam peccati mortalis, si in illo articulo diceret se peccasse venialiter, sine dubio absolucendus esset: quia inuenialibus explicare numerum, vel speciem non est de necessitate confessionis: sed qui dicit se peccasse, ad minus dicit se peccasse venialiter. Habere autem conscientiam peccati mortalis in illo articulo non obstat, quando quidem illa explicare non potest: erit ergo materia illa sufficiens.

23 Ex quo respondent ad argumenta, quod hic est vera accusatio, & determinata materia proxima, & particularis: licet sit generalis quoad speciem, quas cum possit debet directe confiteri. Optimeque potest exerceri iudicium prudentiæ, quando hic, & nunc quantum possibile est, particulares circumstantiæ considerantur, etiam si non in omnibus possit ad singularia perueniri, propter impossibilitatem.

§. III.

Vtrum extra necessitatem sufficiat confessio non explicita.

24 **S**ed inquires primo, vtrum sine necessitate possit quis solum in genere confiteri, vel confitendo se commisisse venialia, vel confitendo se peccasse mortaliter, & iam fuisse confessum? Quia clarum est, quod si habet mortale, & illius in specie recordatur, quod tenetur genus, & speciem in individuo confiteri.

25 Negat omnino Cano Relectione de Poenitentia parte 5. folio 44. ad 1. nam licet non teneatur explicare speciem venialium, sicut nec venialia confiteri, si tamen vult absolutionem sacramentalem recipere, confessione speciali opus est, vt iuxta qualitatem, & quantitatem delicti sententia ipsa feratur. Quod & cum alijs negat Bonacina disp. 5. q. 5. sec. 2. puncto 2. §. 3. diff. 2. num. 15. Et Auersa, q. 10. de Poenit. sec. 16. in fine. Probans ex usu

nullus enim sic vnquam confitetur: nullus Sacerdos sic confitentem absolueret. Suaderetur etiam ratione ex institutione huius Sacramenti, cum enim se habeat per modum iudicij, & confessio per modum accusationis, iudicium, & accusatio per se requirit fieri specificè, ac determinate de certa materia, quando fieri potest. Et solum in casu dicto extremae necessitatis admittitur confessio sub illa generalitate: Vel quando vnum dicitur specificè, & alia in generali. Idem tenet Trullench lib. 4. cap. 6. dub. 3. n. 8.

26 Per oppositum Suarez disp. 23. sec. 1. n. 10. dicit fortasse *speculatiue tantum loquendo* confessionem tantum peccati venialis in genere esse per se sufficientem materiam in eo, qui non habet conscientiam peccati mortalis, etiam extra casum necessitatis: quia horum species, vel numerum explicare non est de necessitate confessionis. Tum quia qui confitetur verba otiosa, confetur dare sufficientem materiam: & tamen non plus declarat conscientiam suam, quam qui dicit se peccasse venialiter, nec magis variat iudicium confessoris. *Nihilominus tamen prædictæ loquendum hoc est,* propter incertitudinem materia. Loquendo de mortalibus iam confessis admiserat n. 8. quod confessio peccati mortalis in genere, iam est aliquo modo specifica, & sufficiens. Refer etiam Diana 3. p. tract. 4. resol. 66. quod Homo bonus de extrema parte tract. 5. cap. 13. q. 83. hanc sententiam tanquam probabilem admittere videtur nam contrariam, quam ipse tenet, vocat tantum *veriorē.* Et assertiue id fuerit Delgadillo. de Poenitentia capit. 14. dub. 6. & latius in quæstion. morali circa frequentem confessionem numero 7. & Caspensis tomo 2. tract. 24. disputat. 4. sec. 18. numero 153. vt etiam refert Diana parte 11. tract. 7. resolutione 35.

27. Granados etiam Contron. 7. de Poenitentia tract. 9. disp. 3. n. 7. ait. In confessione vero voluntaria oportet aliqua ratione particulare peccatum declarare.

Qui vero in generali se accusaret, quod aliquod peccatum mortale commisisset, etiam si nihil amplius declararet, nullam irrequentiam committeret: & licite possit absolui, quia ea est aliqua declaratio particularis: & sicut non tenetur in confessione voluntaria declarare aut tale peccatum mortale sit, v. g. desiderium furandi res Ecclesiæ, sed sit esse declarare

voluntatem furandis: ita nec tenebitur de clarare furtum; sed sat erit explicare se peccasse lethaliter. Multo tamen melius est semper declarare aliquod determinatum peccatum: & ita consulendum est. Hæc Granado.

28 Quod scio alijs placuisse, qui adducebant doctrinam D. Thomæ relatam n. 11. docentis aliquam confessionem venialium in genere posse esse sacramentalem: quod si aliquando potest esse materia partialis, non est cur non possit esse materia totalis. Secundo, quia etiam ex suppositione, quod velit iterum de illis confiteri, nullo præcepto diuino, aut humano obligatur ad exprimendam speciem quia accusatio, quæ est materia proxima est pars sacramenti, quamvis materia eius, quæ est remota sit aliquid minus explicitum. Tertio, quia coram Deo hæc generalis recogitatio, adiuncto dolore, sufficit ad ea delenda: ergo & in confessione. Quarto, quia non obstante, quod in confessione mortalium obligatio sit exprimere species, & numerum, est certum, quod in confessione venialium, & mortalium alias confessorum, non est necesse exprimere nec species infimas, nec numerum, solum quia non est materia necessaria, sed sufficiens: sed qui dicit peccavi venialiter, vel dicit peccavi mortaliter, & olim confessus sum, apponit materiam sufficientem: ergo valide, & licite absoluitur sacramentaliter.

Vltimo, quia Vázquez Lugo & alij communiter, dicunt moribundum, qui in genere exprimit se peccasse, absoluum, non sub conditione, sed absolute: ergo illa est materia ex Christi institutione sufficiens ad recipiendam absolutionem sacramentalem. Sed etiam ex suppositione, quod ego agnoscam me non peccasse mortaliter, & agnoscam plures species venialium, vel mortalium alias confessorum, & quod velim confiteri sacramentaliter, non tenentur determinare apponere, nisi quam ego voluero materiam, quam scio sufficienter ex Christi institutione: ergo valide, & licite sic confiteor, & licite sic absoluo.

29 Mihi hæc sententia videtur consequenter loqui. Sed quia principalis sententia, cuius hæc est corollarium, non est certa, sed ad summum magis probabilis, & in necessitate practicamus opinionem etiam parum probabilem, quia certum est nos ad id teneri ad vitanda inconvenientia, vt diximus cap. 1. Theol.

Mor. q. 3. §. 3. Ideo seclusa illa extrema necessitate, non est cur exponamus nos periculo faciendi confessiones nullas, si forte illa non est materia sufficiens confessionis sacramentalis. Vnde licet illam confessionem iudicam esse probabiliter validam, non tamē iudico licitam, quia sine causa apponit materiam incertam: quia iudex non solum debet cognoscere accusationem singularem; sed de quo reus accusatur, vt sententia proferatur non super nudam accusationem, sed super culpam, de qua reus se accusat, & a qua absoluitur. Ille etiam modus se accusandi minuit verecundiam, & alias utilitates, quas consequuntur, qui sigillatim de peccatis secundum species, & numeros se accusant.

§. IV. Vtrum debeat esse in ordine ad claves.

30 **S**ecundo inquires, vtrum contritionis signa debeant necessario adhiberi cum ordine explicito ad absolutionem?

Suarez disp. 23. sec. 1. n. 13. docet atente obseruandum non satis esse adhiberi signa contritionis; sed necessarium esse illa adhibere in ordine ad claves. Vnde quantumuis infirmus se ostendat deuotum, & contritum, si nullam fecit mentionem confessionis, & in eo statu sensum amittat, non potest sacramentaliter absolui: quia illa contritio non est relata ad claves; neque ibi interuenit aliqua confessio, etiam generalis, & in absentia. Idem tenent Bonacina disp. 5. q. 5. sec. 2. punct. 2. §. 4. num. Megala. 1. p. libro 1. cap. 11. n. 8. Thomas à Iesu in Trib. conf. cap. 2. §. 10. in fine.

31 Assirnant vero id satis esse Chapeanilla, Zambranus, Pharaonius, & Layman, quos refert, & sequitur Diana 2. p. tract. 3. resol. 2. Lugo disp. 17. n. 29. Ioannes Sancius, Filliutius, & Reginaldus, & Henriquez, quos refert, & sequitur Leander tract. 5. dispes. q. 42. & Granado disp. 3. num. 8. Etenim eo ipso quod homo in extremis constitutus signa contritionis ostendat, censetur illa exhibere ad finem consequendam salutis optimo modo quo potest, & id præsumit Ecclesia, quando oppositum non consistit. Idem probant, quia S. August. sermone 44. de tempore, dicit, quod qui tundit pectus, id facit vt arguatur, quod

quod latet in pectore, & vt euidenti pulsio occultum castigetur peccatum. Ergo hæc est aliqua manifestatio, & confessio, & in Rituali dicitur esse absoluum, si prius confitendi desiderium ostendit, quod ostendi potest magis, & minus explicito. Et quia in dubio ex quacumque parte oriatur, succurrendum est extreme indigenti.

32 Putat Auersa q. 10. de Pœnitentia, sec. 16. §. Sed hæc has sententias sic esse conciliandas. Si constet signa externa fieri absque ordine ad sacramentalem confessionem, & absolutionem, vere non sufficere. Quod tamen non est proprium de his citatis signis, sed etiam de expressione verbali, non solum sub generali modo confessionis, sed etiam sub specifica narratione. Si sane sacerdos, vel minister, vel alius de populo, si post dictam confessionem generalem in principio Missæ, repentino casu corripiatur, ac sensum, & rationis usu destituatur, non poterit in virtute eius confessionis generalis absolui; quæ sane non referebatur ad absolutionem sacramentalem recipiendam, nec erat confessio sacramentalis. Sic etiam si loquens quis cum amico, de rebus spiritualibus sermonem habens, narret se valde dolere, & etiam accusare de talibus, & talibus peccatis, & similiter repentino casu corripiatur, non poterit in virtute eius narrationis absolui, que pariter non fuit sacramentalis, non ordinabatur ad absolutionem obtinendam. Si autem signa externa credi possint ordinari a moribundo ad sacramentalem confessionem, & absolutionem, quamvis hæc ordinatio non exprimat, non appareat, potest, ac debet dari absolutio: quia iam illa habetur pro confessione sacramentali. Quod si de hoc ipso dubitetur, aut etiam si dubium sit, nunquam signa procedant naturaliter expressura morbi, & angustia mortis, vel rationaliter ex compunctione cordis in remedium animæ, danda erit absolutio sub conditione. Regulariter vero quando signa deotionis, & contritionis exhibentur ab homine in mortis articulo, censeri debent ab illo ordinari ad sacramentalem confessionem, & absolutionem, hancque ab eo desiderari, ac peti: in hanc enim petitionem statim prorumpere solent fideles tali periculo pressi, & rationis cōpotes, quam dum voce non possunt, saltem ijs signis manifestant: ob quæ proinde sunt absoluum. Hæc ibi.

33 Hæc sententia est vera: sed est ipsissima sententia secunda, vt patet in Authoribus, quos referunt, & sequuntur Diana, & Lugo. Et quamvis in illo casu de sacerdote moriente post introitum Missæ, dicant absoluum Philibertus, Molfesius, & Homobonus, quos refert, & sequitur Leander q. 40. & 46. Tamē procedunt ex alia falsa sententia, de qua dub. 3. Ideoque omnes, qui requirunt confessionem aliquam pœnitentis, vt absolui possit sacramentaliter, dicunt quidem debere esse in ordine ad claves; sed cum non requiratur, quod hoc dicat explicito, dicunt sufficere implicito, & hoc in dubio præsumi, nisi contrarium constet. Hocque ipsum iam olim docuerat S. Antoninus, vt vidimus; & vnum testem sufficere, iam notatum est ex Cardinali Turrecremata, docetque Sylvestro, verbo, Confessor 3. q. 13. in fine: cum multi fiat præiudicium. Sufficereque testes mediatos, probat Lugo sec. 5. nu. 81. & Leander q. 44. & alij.

§. V. Vtrum signa debeant esse in presentia Sacerdotis?

34 **T**ertio inquires, vtrum cum infirmus explicito petit confessionem, vel dixit se peccasse, & de hoc alij testantur; sed tamen presente sacerdote nullum signum doloris, aut confessionis, nec voce, nec gestu, aut nutu a pœnitente profertur, an possit, aut debeat absolui? Negat absoluum, non solum Soto, & qui pro eius sententia relati sunt: sed etiam Petrus Ledesma cap. 21. conc. 2. dub. 4. in fine, dicens hoc esse certissimum. Nuño q. 9. art. 2. dub. 1. ad 4. diff. 1. §. Sed quid, folio 492. Curiel in Manuscriptis, de pœnitent. Coquetius cap. 7. num. 20. quia hæc confessio est facta totaliter in absentia.

35 Caterum S. Antoninus vbi supra, & Sylvestro, & Ruardus art. 3. §. Complebitur. Suar. & alij quos refert, & sequitur Auersa sec. 17. & omnes relati, & referendi, quos sequitur Leander, admittunt absoluum sacramentaliter: quia medio interprete, seu teste, cuius testimonium moraliter perseverat, confessus est: & ideo nihil deficit vt possit absolui sacramentaliter. Quamvis id omnino neget Nauarrus in Manuali cap. 26. n. 37. & Miscela-

neo 2. num. 268. dicat *firmis per ita tenentur*.

Probabiliorumque dicit Villalobos tom. 1. tract. 9. diffi. 37. num. 6. & diffi. 32. num. 2. & Luisius Turrianus de poenitent. q. 9. art. 2. disp. 3. 2. dub. 4. Probans ex Decreto Clementis Octavi, & ratio in quid perenda est ex institutione huius Sacramenti, iuxta sensum Ecclesiae, secundum quem non confertur absolutio poenitenti praesenti, nisi vel per se, vel per interpretem, expresse, aut formaliter. (*virtualiter*, videtur legendum, ut ex contextu constar) se accuset, & postulet absolutionem. Haec autem est confessio facta praesenti Sacerdoti. Et ita quando aliquis per litteras manifestavit peccata Sacerdoti, non est absolvendus ex vi confessionis factae in absentia, sed confessio facienda est in praesentia, saltem in aliquo signo externo, quod virtualiter significet quidquid prius manifestauerat, & Fagundez in 2. Eccles. praec. lib. 2. cap. 10. num. 3. Thomas Hurtado in libro inscripto duplex antidotus, in secundo parte 6. sec. 2. folio 409. & sequentibus. Pasqualigus observat. ad Laurentum 1. part. num. 201. Imò Vazquez 3. part. q. 91. art. 2. dub. 1. num. 32. ait. Illud est notandum ex praedictis decretis non sequi confessionem posse fieri absentem: hoc enim asserere iam non licet: *Item non est concedendum confessionem fieri absentem, sed praesenti per interpretem*. Et Diana 3. part. tract. 3. resol. 7. puto esse de necessitate Sacramentalis confessionis, ut efficiatur in praesentia Sacerdotis, ut tenent fere omnes Doctores ex Dominicanorum Familia, & Societate Iesu, & post multos relatos, concludit, quod si testes exponunt Sacerdoti poenitentiam moribundi ipso absente, confessio est facta per nuncium, & in absentia: quae à Pontifice iam damnata, & improbara est. Haec Diana.

Nec praecipuum Ritualis Pauli V. esse contra hanc doctrinam explicat Cædidus illo art. 25. folio 82. Quamvis Auerfa illa sec. 17. folio 395. dicat expositionem friuolam: quia si Sacerdos per se ipsum peccata excepit, ad quid indiget ad statum testimonio de confitendi desiderio, & consequenter de dolore poenitentis? Plane ergo loquitur in casu, quo confessor non percipiat quidquam per se ipsum ab infirmo; sed tantum ab alijs. Unde omnibus attentis, in speculatione probabilis est, quod si in praesentia non confiteatur saltem in genere, & per nuntios, vel

interpretem, absolute in equis sacramentaliter: sed quia ut cumque probabile est quod in absentia petere confessorem, est loquutio moraliter perseuerans medijs rebus, vel vno testificante, idcirco pro tam extrema necessitate licet, & ita videtur in Rituali praecipui, quod absoluat, vel absolute, vel sub conditione: nam quando per se, saltem per nuntios explicat se peccatorem, absolute est absolvendus absq; dubio.

§. VI. De sensu Decreti Clementis Octavi?

36 **S**ed restat maior difficultas, quomodo doctrina data non opponatur decreto relato Clementis Octavi?

Suarez disp. 21. sec. 4. à num. 3. usque ad 10. docet non esse necessarium ut Sacerdos in praesentia poenitentis confessionem audiat, & ita confessio potest fieri in absentia, dum absolutio fiat in praesentia. Unde num. 10. dicit non fuisse mentem sanctissimi de hac opinione tractare; sed solum de illa, quae dicit Sacramentum poenitentiae posse perfici, ac consumari inter absentes. Atque ita illam, & non esse diuinae, sed complexiue sumendam: praecipue illud damnasse propter eos, qui dicebant absolutionem posse dari in absentia. Moueor, tamè ex circumstantijs litterarum: nam si aliud voluisset, potius id explicasset per particulam, *vel*. Item, hoc clare indicat illud singulare signum demonstratiuum, *hanc propositionem*, nam ex eo constat solam hypotheticam propositionem per modum vnius damnari. Tum praeterea, quia illa erat controuersa, de qua tractabatur. Tum denique, quia sola illa opinio est aliena ab usu Ecclesiae: haec autem est illi, & decretis conformis. Haec Suarez.

Quem sequuntur Filliutius tom. 17. tract. 7. cap. 1. num. 20. & probabilem reputat Becanus de Sacramentis cap. 37. q. 8. Villalobos tom. 1. tract. 9. diffi. 37. num. 6. Zambranus cap. 4. dub. 2. sec. 5. num. 31. Kellisonus in Addit. 3. part. q. 9. art. 3. dubio 3. Antonius Fernandez de Moure in examine, part. 3. cap. 7. §. 6. num. 30. Martinus à S. Ioseph lib. 1. de Poenitentia tractatu 16. num. 6. male referens Lugo.

37 Hanc solutionem, quamvis diligenter reiecerint Nuño, Alvarez, Choquetius, & Fay, & communiter Thomista;

fit, ne nobis in nostra causa minus credatur, quid alij de ipsa senserint, fideliter referam. In primis Cardinalis Bellarminus Societatis Iesu ornamentum, & alumnus. De quo Ioannes Chapeauilla de Sacramenti minist. tempore pestis, de poenitentia, quaest. 30. refert se accepisse à Doctoribus Louaniensibus Ioanne Claro, & Fabricio, Cardinalem Bellarminum dixisse, mentem Clementis Octavi fuisse, damnare diuinae vtrumque membrum propositionis in decreto suo expressa. Quod & referunt Sylvius in Addit. 3. part. q. 9. art. 7. conc. 4. ex quo id etiam refert Diana 3. part. trac. 3. resol. 7. Addens, quod postea die 14. Iulij 1605. declarauit iuxta Congregatio Cardinalium hanc fuisse mentem Pontificis.

Luisius Turrianus in disputationibus de poenitentia editis Martii anno 1628. quaest. 9. art. 2. disp. 32. dub. 4. ita ait. Post decretum autem Clementis aliqui existimauerunt, non esse damnatam à Clemente confessionem absentem factam; si absolutio fiat in praesentia poenitentis, & Sacerdotis: quia Clemens Octauus solum veluit damnare absolutionem factam in absentia. *Quae explicatio displicuit Clementi Octauo, cum res esset ad eum delata, & postea iussu Pauli Quinti reprobata est, tamquam non subsisteret; hoc est, quasi parum consentiant amenti Pontificis.* Idem docet Fagundez lib. 2. in 2. Ecclesiae praecipuum cap. 10. num. 5. & Thomas Hurtado in libro inscripto *Duplex antidotum contra duplex venenum* 2. p. 6. sec. 2. folio 409. Videatur tom. 1. Moral. trac. 3. cap. 4. resol. 30.

38 Cardinalis de Lugo de poenitentia disp. 17. sec. 4. num. 65. quamvis supra praefo nomine Suarez, sic reiecit eius expositionem. Haec tamen interpretatio (inquit) reiecta fuit primum ab ipso Clemente: & postea a Paulo Quinto die 14. Iulij anno 1605. declarante in Congregatione S. Officij, *praedictam interpretationem non subsistere*. Et quidem ex ipsius Decreti verbis, & eius intentione apparet, mentem Pontificis non fuisse solum copulatiuam prohibere: alioquin posset solus eodem decreto aliquis adhuc dicere, posse absolutionem absentem conferri, dummodo confessio in praesentia praecessisset. Quod tamen nemo concedet, quia Pontifex vtrumque absum voluit de medio tollere: quod facere non poterat, si solum sensum copulatiuam prohiberet. Imò tunc neutrum absum abstinisset;

singula enim seorsum fieret, modo hoc modo illud. Haec Cardinalis sua eximia sapientia, & dignitate dans robur impugnationi, quam in Alvarez alijs Socij non agnoscunt.

39 Raphael Auerfa text. dignissimus Praepositus Generalis Clericorum Regularium Minorum (alioqui saepe opinionibus Suarez addictissimus) quaest. 10. de Poenitentia sec. 17. §. 4. sic ait nominatim contra Suarez, Filliutium, Villalobos, & Becanum, quos retulerat. Huius tamen expositioni obstat, quod si solum tota propositio complexiue damnata esset, pariter sequeretur, eum qui diceret alteram tantum partem, videlicet, licere absolutionem ab absente obtinere, dummodo confessio antea facta esset in praesentia, non incurrere intransgressionem Decreti, & poenam impositam. Item sequeretur etiam sine necessitate posse practicari alteram partem seorsim, ac diuisim ab alia. Quae tamen sunt prois absurda. Unde idem Clemens, & iterum Paulus quoque Quintus in Congregatione sanctae Inquisitionis habita die 14. Iulij anno 1605. hanc interpretationem reprobauit. Idem docet Zacharias Pasqualigus Veronensis Clericus Regularis Teatinus in observationibus ad Laurentum part. 1. n. 201.

Videat ergo nunc Anonymus in illa dissertatione de confessione epistolari, cap. 9. an Nuño, & Coquetius in hoc puncto fingant Vix vocis Oracula Pontificum, & Decreta sanctae Inquisitionis: & an ipse solis contumelijs agat, & an contra se afferat illud Originis libro 1. contra Celsum contumeliosum Epicuram libro 1. in fine: *Maledicta, & conuictaque iaculari, non est disputatoris, sed plebeorum, & indignum Philosopho virtutum, ac furoris indicium, cum deberet rem propositam examinare candide, & quantum fieri potest, nihil alienum ab ea dicere*. Vere, & candide, ipsissimaque veritatem nostros retulisse, nisi omnem fidem suis, & alijs neget, affirmare tenetur.

40 Respondet Calpenis tract. 242 de poenitentia disp. 4. sec. 22. num. 190. in fine dicens: *Ratio autem cur Clemens VII. explicationem illam Suarez expungit iusserit, est quia mentem eius adhuc videntis interpretabatur*. Hisque applaudit verbosissime Anonymus in fine capituli notati.

41 Sed solus ipse his potest delectari imaginationibus. Vel eniam Suarez inter pre-

pretabatur bene, vel male? Si bene; ergo male Summus Pontifex eius interpretationem non fuisse declarauit, nisi Papæ exproberetur, quod dicitur *bonum malum; & malum bonum*. Si male; ergo recte, & iuste ab eius libris interpretatio illa expuncta est. Nec enim esset peccatum decretum interpretari, cum omnibus alijs Theologis, & Canonistis id fuerit licitum: quia id nulli prohibuitur, nec in illo decreto; neque alibi. Rursus, esto per hoc satisfiat decreto Clementis Octauus, quid responderent ad decretum Pauli Quinti? Nam etsi nimis feruente insurgat in eruditissimum Gratianum, eo quod tom. 4. Præscriptionum controuersi. 5. art. 5. dub. 2. folio 110. nimis dilaret phylacteria Congregationum Cardinalium eo quod doceat eorum decreta esse infallibilia. Sed nec Grauius de singulis Congregationibus loquitur; sed collectivè de toto Collegio Eminentissimorum Cardinalium; & in doctrina fidei solum; nec in fide asserit esse impossibile omnes deficere, quamvis moraliter piura credat asserere hoc nunquam venturum. Nec id est ad intentum: quia decretum hoc fuit assentientia, & mandato Vicarij Christi, cui est facta à Christo promissio ut non possit deficere intradenda doctrina è cathedra, ut iste Neotericus fateretur cap. 6. Ergo quod dixerit de primo decreto Clementis, debet fateri, de secundo, & alijs duobus Pauli Quinti quia omnia fuerunt eiusdem rationis, quia in Congregatione Inquisitionis, eadem assentientia Papæ, & in eadem materia doctrina practicandæ à fidelibus.

42 Aliam solutionem videntur indicare Authores relati §. 5. pro sententia negante, expresse tradidit Vazquez quest. 91. art. 2. dub. 1. num. 32. Tancrus quest. 9. de Penitent. dub. 1. num. 15. Syl. quest. 9. art. 2. quest. 4. Expresseque tucitur Diana 3. part. tract. 3. resolut. 7. Probabiliorēque dicit Villalobos tom. 1. tract. 9. diffi. 37. num. 6. & diffi. 32. num. 2. & alij dicentes, tunc solum Sacerdotem posse absoluerē moribundum, qui voce, vel signo petijt confessionem, quando iam præsens excipit à circumstantibus testificationem de petitione infirmi, & ita veluti perfectitur confessio in eius præsentia, quæ inchoata fuerat in eius absentia: & est ac si confiteretur per interpretem in præsentia, & sic confessarius certis sit in præsentia.

43 Ceteram Bonacina disp. 5. q.

5. sec. 2. puncto 2. §. 4. diffi. 4. num. 10. in vltima editione, & to 3. disp. 2. quest. 3. puncto 33. num. 4. Lugo disp. 17. sec. 5. §. 2. Leander trac. 5. disp. 5. q. 45. & Trullench lib. 4. cap. 6. dub. 7. num. 11. & probabiliter putat Diana, & assertive tuetur Auersa quest. 10. sec. 17. §. Attamen, & alij docent, quod etiam si Confessarius adhuc absens audiat relationem testis, nec amplius aliud testimonium inueniat, quando præsens erit infirmo, posset, ac deberet illum absoluerē: quia cum iam infirmus sit ita sensibus destitutus, ut nihil iam percipere possit, non refert, quod testis in eius præsentia, vel solum Sacerdote in via, aut alibi inuenito, de illius petitione deponat. Nec quidquam ad naturam huius Sacramenti, & institutionem Christi hæc differentia referre videtur. In Rituali etiam Pauli Quinti, & alijs decretis, S. Antonino, Sylvestro, & alijs Authoribus allegatis, absolutus, & indistincte dicitur, ut Sacerdos ex aliorum testimonio absoluat infirmum, non requirendo hoc testimonium reddi, & recipi debere in præsentia infirmi.

Arguit præterea Lugo sec. 4. num. 68. quia ut confessio per interpretem dicatur fieri in præsentia confessarij, non sufficit quod confessarius sit præsens, quando interpret loquitur; sed etiam quando poenitens loquitur interpreti, & manifestat ei sua peccata: quia confessio est manifestatio poenitentis ad confessarium: quæ manifestatio non est sola loquutio interpretis; sed constat ex loquutione poenitentis ad interpretem, & interpretis ad confessarium: ergo non fit in præsentia, nisi partialiter: atque adeo tota confessio non fit in præsentia. Sed quia forte alij hoc inconueniens denorabunt. Solidior est prior impugnatio eiusdem.

44 Aliam solutionem retulerat, & impugnaverat Alvarez num. 54. quam tamen amplectitur Lugo disp. 17. sec. 4. à num. 71. vsque 79. distinguens, quod confessio dupliciter sumi potest; nempe, vel strictè, vel in magis vniuersali significatione. Confessio strictè est accusatio qua in actu secundo aliquis se iudicialiter accusat. Confessio minus strictè, & in vniuersaliori acceptione, extenditur ad ea, quæ præcedunt; ut cum reus dicit, Ego volo confiteri delictum, de quo accusetur. Decretum Clementis loquitur de confessione stricta sacramentali; quia cum sit odiosum, debet in

rigore accipi. At vero decretum Sancti Leonis, & Rituali Pauli Quinti, quod fuit anno 1614. docent in casu necessitatis posse admitti ad effectum absolutionis confessionem illam latam, & quasi extra iudicalem. Quam expositionem dicit datam ab Illustrissim. Armacano in epist. data ad P. Coninch 6. Iunij anno 1624. vbi refert rem hanc communicasse cum Pontifice, & illi placuisse, ut refert Coninch Opusc. de absolut. moribundi in fine. Sed Lugo addit, quod de fide, & autoritate illius epistolæ, modo non disputat. Eandem solutionem sequitur Leander tr. 5. disp. 5. q. 45. referens Bonacina, Filliuriū, Moure, & Lugo. Sed tres primos male refert; cum ad hoc non recurrant; sed solum in genere conclusionem dicant, & istum modum concordie non exprimant. Sequitur Eligius Bassus, verbo, *Absolutio*, num. 13. in fine.

45 Sed responsionem hanc impugnat Theophylus cap. 9. §. *Hæc sunt*: quia Clemens reprobat omnem confessionem peccatorum sacramentalem in absentia. Vel illa lata confessio est sacramentalis, & iudicialis, & pars Sacramenti; vel non? Si sic; ergo est damnata à Clemente Octauo. Vel non est vera confessio sacramentalis? Et sic S. Leo, & Concilia, & Rituale, approbauerunt laterilegium: quale est absoluerē sacramentaliter absque præuia confessione vere sacramentali, &c. Ac proinde hæc interpretatio Clementis Octauus, quæ tãquam noua obtruditur, & discrepare ab ea, quam Suarez dedit, affirmatur, ut sit ad rem; nec aliquid contineat contra rationem huius Sacramenti, est res ipsa eadem cum interpretatione data à Suare: *A quo tamen Cardinalis, adhibitis Umbrosi verborum pampinis, videri voluit disfidere, qualia apud aliquos occurrunt nõ semel. Hæc ille.*

46 Præterea Raphael Auersa quest. 10. sec. 17. folio 597. sic impugnat. *Verum, pro veritate, & praxi huius rei petendum est, num si infirmus non petat solum confessionem, sed etiam explicite, & specificè dicat adstantibus, dicite Parocho meo, vel cuicumque Sacerdoti superuenturo, si forte ego tunc non potero loqui, nec ero mentis compos, quia accuso me de duobus per iuris, de tribus simplicibus fornicationibus, &c. Perendum itaque est num possit absolui. Si sic: iam conceditur etiam explicite, & specificè confessio in absentia Sacerdo-*

tis. Si non: mirum profecto est, hunc ita consistentem, & expri mentem, non posse absolui, & alterum, qui solum dixerit cupio confiteri, vel solum signa compunctionis ediderit, posse absolui. Non credo quamquam ex ijs, qui in conclusione cõueniunt, negaturam illum quoque posse, ac debere absolui. Quin imò plures quidem negabant, posse ob solam implicitam, & genericam confessionem, absolutionem impendi. Quare in eo modo implicite confitendi augetur potius, ac geminatur difficultas. Et certe materia propria, ac necessaria huius Sacramenti est peccatorum confessio. Vnde in tantum confessionis petitio, seu compunctionis significatio, poterat admitti tamquam sufficiens, in quantum virtualiter, & æquiualeter erat quoque accusatio: qui enim petit confiteri, tacite dicit, & accusat se habere peccata: multo melius ergo est, & multo magis, ac etiam certius ad valorem huius sacramenti facit explicite, ac specificè confessio, & accusatio. Si ergo ad præbendam absolutionem sufficit implicita accusatio in confessionis desiderio contenta, confessio notificata per testes; eo magis sufficiet explicite accusatio in peccatorum narratione extensa.

47 Neque vero Armacanus narrat, illam expositionem fuisse Pontifici probatam: sed tantum eum dixisse, non fuisse suæ mentis illum casum comprehendere. Et dum in Rituali, alijsque decretis nominatur desiderium, & petitio confitendi; utique id non dicitur ad restringendam doctrinam pro solo desiderio, & ad excludendam propriam confessionem: sed ad ampliandam etiam pro desiderio: & quia ordinariè in eo casu sic solet contingere, nec infirmus tunc solet, aut potest nunciare sua peccata in specie. Hæc Auersa. Et revera propter has impugnationes non potest nisi hæc solutio placere.

48 Tandem ipse Auersa eadem sec. 17. §. *Quinta tandem*, respondet Clementem in eo decreto damnare prorsus voluisse eam propositionem complexiue sumptam, simpliciter, & pro omni casu, etiam extrema necessitatis. Eodemque modo damnare voluisse diuisim illam partem de absolutione à Sacerdote absente; hæc enim pars erat principalis, erat finis præcipuus eius propositionis, & in qua potissimum attenditur vis, & validitas sacramenti. In eaque concurrunt

alia motiva suadentia, non valere ab-
solutioem in absentia. Rursus damnare
quoque voluisse diuina alteram partem
de confessione in absentia, extra tamen
casum necessitatis. Sicut enim confessio
debet esse integra; tamen intelligitur
quando sic fieri potest: ita & debet fieri
in presentia quocumque sic fieri po-
rest. Et sicut ea integritatis conditio per
se est de iure diuino: admittit tamen ex-
ceptionem quando adimpleri non po-
rest: ita etiam hæc conditio presentia.
Cum hac tamen differentia, quod obser-
uatio integritatis, longe facilius, & ex
pluribus capitibus excusatur; obseruatio
vere presentia, solum ex causa extrema
necessitatis. De reliquo Pontificem ne-
quaquam voluisse damnare confessionem
moribundi in tali casu extrema necessi-
tatis, eo modo quo fieri possit ante ad-
uentum Sacerdotis, in ordine tamen ad
Sacerdotem, qui superueniens, & presens
absoluat. Et hæc eius mens satis colligi-
tur ex alijs antiquioribus decretis Eccle-
siae, quibus utique contradicere non in-
tendebat: ex Rituali Pauli Quinti, qui
similiter decreto Clementis contradice-
re non intendebat: & declaratum fuisse
ab eodem Clemente, testati sunt Archie-
piscopus Armacanus, & Cardinalis Bel-
larminus, ut referunt Coninch, & alij.
Quæ tamen omnia cuiuscumque maiori
declarationi Sedis Apostolicæ ultro sub-
mittimus. Hæc ibi.

49 Hæc explicatio videtur reliquis
probabilior. Sed timeo ne sit voluntaria;
vel ad iam impugnatas responsiones de-
clinet: quia ideo ipse impugnat Bonac-
cinam tom. 3. disp. 2. quæst. 3. puncto 33.
num. 4. docente Pontificem prohibuisse
exercitium huius Sacramenti inter ab-
sentes, solum in casibus ordinarijs, seclu-
sa extrema necessitate, non autem in ca-
su extrema necessitatis: quia nullus ad
impossibile obligatur: & multa in ex-
trema necessitate permittuntur, quæ
alias non permetterentur. Quod impug-
nat Auerfa. Tum, quia Pontifex loqui-
tur vniuersaliter illis verbis: *Præcipit que
ne opposita propositio unquam tanquam ali-
quo casu probabilis defendatur imprimatur,
aut ad praxim quouis modo deducatur.* Tū
quia si vlllo casu absolutio valeret, non
posset à Pontifice prohiberi pro illo ca-
su extrema necessitatis spiritualis, in
quo agitur de æterna salute. Sed rationes
istæ æque militant contra suam explica-
tionem: quia ipse contra Suarez probat,

quod damnatio propositionis non est fa-
cta sumpta complexiue, sed diuisiue. Sed
in nullo casu extrema necessitatis ani-
mæ licet absentem absolueret: ergo in
nullo casu extrema necessitatis animæ
licebit absenti confiteri, nisi in ordine
ad consummandam confessionem in præ-
sentia.

50 Quare non restat nisi dicamus, in
eadem solutione persistendo, quod dispa-
ritas est sumenda ex diuersa Christi in-
stitutione, declarata in relatis decretis
Pontificum, & diuersa praxi Ecclesiae.
Quod à simili explicatur: nam licet cō-
fessio, & absolutio sint partes essentielles
poenitentia, & quamvis soleant homines
accusationes, & absolutiones aliarum
causarum facere verbo, scripto, & nutu;
& ideo admittat Ecclesia, quod qui non
pōtest verbis confiteri, confiteatur scrip-
to, interprete, vel nutibus; non tamen
admittit, quod in casu extrema neces-
sitate, si Sacerdos presens nequit loqui,
absoluat scripto, vel nutu; sed indispen-
sabiliter sunt necessaria verba determi-
nata ex Christi institutione; vt contra
Trullench diximus quæst. 84. cum com-
muni Doctorum contra Ioannem Pon-
tium. Ita circa presentiam dicimus, quod
ex diuina institutione absentia absolu-
tis in nullo casu sufficit, quia iudex ne-
quit iudicare de dispositione distantis;
absolui vero in presentia potest in ex-
trema necessitate, qui in absentia peti-
t; quia se accusat vt potest, & minus deter-
minatus est ex diuina institutione modus
confessionis, quam modus absolutio-
nis.

Præterquam quod dici potest,
quod hinc perspicitur magna probabi-
litas opinionis negantis; quod si signa
doloris non sunt in presentia confessarij,
possit absolui, vt retulimus §. 5. & valde
probabile est; quia ad has angustias redu-
cit opinio affirmans. Sed pro tam extre-
ma necessitate sufficit quamvis probabi-
litas, vt non solum liceat, sed teneamur
animæ fanere, & per nutus, & in absentia
exprimentem signum confessionis, ab-
soluere, vel absolute, vel sub conditione.
Præcipue, quia decretum Clementis vi-
detur doctrinale, & diffinitiuum; reliqua
vero solum pertinent ad praxim, & gu-
bernationem, in qua Summi Pontifices
non semper consulunt, nec operantur
iuxta doctrinas certas, sed operantur, &
docent opiniones probabiles, vt optime
notant Soto in 4. diu. 3. quæst. 1. art. 6.

in

in fine Cano lib. 6 de locis cap. 8. Bellar-
minus to. lib. 4. de Romano Pontifice cap.
12. Suarez q. 66. disp. 2. 1. sec. 3. & alij fre-
quenter vt retulimus cap. 31. Theol. Mo-
ralis q. 14. §. 5. & hac 3. p. q. 66. dub. 5. §. 5.
n. 35.

Cui hæc non placuerint, poterit se-
quendo solutionem datam n. 42. non ab-
soluere, nisi coram infirmo sint, qui testi-
centur de eius petitione. Sed mihi hoc
nimis durum videtur.

DVBIVM TERTIVM.

*Vtrum in extrema necessitate moribundi dari possit absolutio sacramentalis sine confessio-
ne?*

*§. I. Sententia affirmantis Au-
thores, & argumenta.*

1 **A**ffirmant Molfesius to. 1. tra-
7. cap. 5. n. 48. & 49. referens
tres Patres, quos cōsuluit. Homobon^{us} in
Examine parte 1. tra. 7. cap. 18. q. 84. An-
tonius de litteratis in summa parte 1. ca.
35. nu. 7. Imò Gregorius 13. cum esset Ar-
chiepiscopus Bononiensis in Memoriali
confessorum cap. 1. de forma sacramenti
Pœnit. n. 16. folio 21. docuit debere sacer-
dotes hoc in praxim deducere. Refertq;
sacerdotale Romanum pagina 624. ex
doctrina D. Antonini. Quæ omnia ad-
ducit Diana parte 3. tract. 3. resol. 8. adij-
ciens. *Vnde ego, sicut ex principio extrinsecus,
puto hanc sententiam probabilem esse, & ita il-
la tenet aliqui Patres societatis Iesu, & no-
stra Religio.* Idem parte 4. tract. 4. mis-
cellaneo resol. 92. refert Bartholomæum
à S. Fausto tom. 1. lib. 4. q. 204. & Iacobū
Bayum in Inst. Relig. Chris. lib. 2. cap. 91.
& parte 9. tract. 6. Miscellaneo resol. 20.
refert Petrum Marchant. tom. 1. tract. 4.
tit. 4. dub. 7. Pellizarium in Man. Regul.
tom. 1. tract. 5. cap. 3. sec. 1. n. 60. & tom.
2. tract. 8. capit. 3. sec. 2. num. 114. Vi-
ctorianum Premoli in Memoriali Cleri-
corum parte 4. capitul. 1. numer. 14. Tā-
burinum in Methodo conf. lib. 2. capit.
10 §. 1. numer. 11. Raunandum de Mar-
tyrio per pestem parte 2. capitul. 3. num.
7. Leandrum tom. 1. tract. 5. disputat. 5.

quæst. 46. Ioannem Caramuel in Theo-
logia Morali libro 3. disput. 4. num. 1542.
dicentem confessarium teneri hanc sen-
tentiam in praxim deducere. Lezanam,
tom. 3. verbo confessio, num. 11. dicen-
tem esse probabilem. Et Auerfam q. 10.
sec. 18. qui in re ab hac sententia non re-
cedit.

2 His Authorib. relatis à Dian. adde
Turro Blaca li. 14. prac. c. 11. n. 14. fol. 407
male referentem Suarez, & Vazquez. Lu-
douicus à Conceptione in Examine ve-
ritatis parte 1. tract. 5. q. 1. a folio 385. vs-
que 390. idem late defendit. Martinus à
S. Ioseph lib. 1. tract. 16. de Poenitentia
n. 9 post alia dicens. *Ala verdad yo juzgo,
que esta opinion es probable por principios
extrinsecos y en caso semejante, pecará con-
tra caridad el Sacerdote, que no absoluiere al
tal enfermo debajo de la condicion dicha, por
que no baziendo, como no se baze, agrauio al
Sacramento, de cara de poner los medios que
puede, para la salvacion del proximo en lan-
ce tan apretado.* Quod & prosequitur vs-
que ad n. 14. Eligius Bassæus verbo Abso-
lutio n. 13. in 3. editione. Huius sententia
probabilitatem aliqualem late suscipit
defendendam Caramuel in Theologia
fundamentali fundamento 66. §. 6. in ter-
tia editione folio 533. vsque 541. referens
Stephanum Bayni, & Carolum Musart,
societatis Iesu, & alios, qui in voce idem
docuerunt in Vniuersitate Viennensi. Se-
quitur Philipus Seruius in anonco fidei
parte 3. cap. 1. Thomas Tamburinus de
methodo confessionis lib. 2. cap. 10. §. 14.
n. 11.

3 Probant primo, quia Clemens O-
ctauus Pontifex Maximus, ac prudentif-
simus vir, cum quidam ex fabrica templi
D. Petri præces ruisser, & illum cadentē
vidisset, absolutionem ei dedit, dicens: *Sit
es capax, absoluo te à peccatis tuis.* Secundo
quia in necessarijs ad salutem tutior pars
est amplectenda, & certiori periculo oc-
currendum est. Cessat autem irreueren-
tia sacramenti, & periculum sacrilegij,
tum conditione apposita, tum authorita-
te Doctorum hanc opinionem tuen-
tium seu argumenta Hom. boni.

Tertio, quia in tali casu potest esse
(prout in dubio præsumitur) vt quis sit
memor salutis æternæ, & interius ha-
beat aliquam efficacem attritionem,
qua recte dispositus sit recipere sacra-
mentalem absolutionem, & de attritio-
ne fieri contritus. In illa autem angustia
fræquenter Christiani cogitant de pecca-

Mmum

118

ris suis, vt experientia docet, & leges adaptantur ad ea, quæ frequentius, non autem ad ea, quæ raro accidunt.

Est argumentum Molfesij, 4. quarto arguit S. Fausto, quia quis potest absolui sub conditione, quando dubitatur an habeat vsum rationis, vel an ea, quæ confitetur, sint peccata, si alia non habeat: ergo pariter poterit absolui in isto casu.

Quinto, vt moribundo licite detur Eucharistia, & extremaunctio, sufficit quod christiane vixerit, quia illa vita est implicita petitio Sacramentorum: ergo erit implicita petitio Pœnitentiæ in mortis articulo. Quod & videtur docere S. Augustinus relatus dub. 2. n. 8.

5 Sexto, ille est dicendus extrinsecè petere confessionem, qui extrinsecè facit aliquid, quod omnino non faceret, si confiteri nolleret: sed qui vellet mori impœnitens, & ad infernum ire, non ageret vitam Christianam: ergo singulæ vitæ Christianæ actiones sunt totidem linguæ, quibus homo extrinsecè protestatur se velle, antequam moriatur, confiteri. Ita arguit Caramuel.

Quod confirmat primo. Quia est praxis recepta apud milites, vt absoluantur, etiam si nullum signum doloris dederint.

Confirmat secundo. Ille potest absolui, etiam si careat sensu, qui dixerit; *si eo venero, vt caream sensu, volo absolui*. At omnes id extrinsecè dicunt: ergo. Probat minor. Quoniam omnes actiones conuersationis orthodoxæ, quæcumque illæ sint, sunt extrinsecè protestationes, quibus homo asseuerat; se velle sanguine Christi frui, & saluari. Ergo quibus protestatur extrinsecè, se velle medium ponere vnicū quod est confessio. Ergo nemo est, qui nō significet extrinsecè, se velle confiteri, & absolui arte mortem.

6 Confirmat tertio. Sicut de Baptismo, sic de Pœnitentia discurrere possumus, & debemus: sed cathecumenus, qui in morbum lapsus sensibus destituitur, baptizari potest: quia ipsa status cathecumeni professio sit Baptismi ante mortem suscipiendi petitio: Ergo Catholicus, qui in morbum similiter lapsus, sensibus destituitur, absolui poterit: quia ipsa status Catholici professio, sit absolutionis sacramentalis ante mortem suscipiendæ petitio.

Confirmatur vltimo, quia professio est alter Baptismus: & Nouitij sunt Religiosi Ordinis Cathecumeni,

At ipsi, si infirmum morbum incidant, & sensibus sint destituti, admittant professionem simplicem possunt ex natura rei: & ad solemnem, nisi aliter ab institutore solemnitate (Pontifice) disponatur (modo tamen aliter non disponitur) Ergo Catholici (sunt enim vitæ æternæ Nouitij, & Cathecumeni) admitti ad vltimam absolutionem possunt, nisi aliter institutor (Christus) ordinauerit. At ille non ordinauit aliter. Ergo possunt.

7 Septimo arguit Ludouicus a Conceptione, multis argumentis, petitis ex doctrinis paradoxis, & quibus admissis, nihil ad rem habetur & ideo quia quilibet per se videre potest falsitatem assumpti, & fallaciam illationis; eis omissis, vnam vel alteram insinuabo. Si de peccatis per actum contritionis confessis; per reuelationem constaret, posset vtique talis interne; & in rei veritate externe penitens, per reuelationem constaret, posset vtique talis interne; & in rei veritate externe penitens, & respectu confessoris, diuina reuelatione apposita, absolutionis recipere beneficium.

Et similiter aliqui dicunt, quod si Deus mutuos consensus contrahentibus reuelaret, esset Matrimonium absque aliquo alio externo signo. Ergo data contritione in casu necessitatis, vel attritione, poterit absolutio praestari.

Confirmatur. Nam in dubio an sit mortuus infirmus, potest illi extremaunctio sub conditione conferri, vt docet vterque Rodriguez resol. 140. numero 3. ergo idem dici debet in hoc casu, cum susceptio Sacramenti Pœnitentiæ sit maioris necessitatis.

§. II. Est falsissima, & improbabilis.

Nihilominus relata sententia est omnino falsa, & improbabilis speculatiue, & practicè. In primis, quia non solum contra omnes alios Theologos, præter relatos: sed etiam quia alij non solum eam reiiciunt sed in eam acriter insurgunt. Henriquez lib. 6. cap. 10. numero 9. ait. Si infirmus amisso rationis iudicio, nullam præbet, nec paulo ante dederat peccati,

peccati, & pœnitentiæ signum, nullo modo est absoluendus à peccatis: *in quo quidem radiiores Sacerdotes errant*. Laymam in Theol. Mor. lib. 3. tract. 6. cap. 12. n. 4. Patres, & Doctores non aliter permittit Pœnitentiæ Sacramentum moribundo obmutescenti ministrari, nisi antea sacramentalem absolutionem verbis, aut signis petiuerit. Vazquez q. 91. art. 2. dub. 1. n. 1. dicens *nullum esse, qui contrarium dicat*. Coninch disp. 5. n. 28. & disp. 7. dub. 10. n. 96. dicens *Contrarium non esse probabile*. Cardinalis Lugo disp. 17. sec. 3. n. 39. dicens, quod alij omnes pro certo hoc supponunt, &c. *Et quod ex auctoribus sua societas nemo est, qui oppositum docuerit*. Quod difficultatem habet legendo eos, quos refert Diana parte 9. tract. 6. illa resol. 20. & Caramuel in tertia editione Theologiae fundamentalis.

Et Franciscus Felix in Ternatiua Cōplutensi tract. 4. cap. 3. diffic. 10. n. 1. dicit contrarium esse *improbabile*, & quod *in hoc conueniunt Doctores*, dicit Trullench lib. 4. Praxis cap. 6. dub. 7. n. 11. Et quod opposita est *improbabilis* dicit Michael Ferro Manrique 2. p. Quæstionum Moralium q. 112. n. 4. & 10. Episcopus Ioannes Malderus in tract. de Sigillo confes. cap. 13. Busembaum in Medulla Theologiae Mor. lib. 6. tract. 4. cap. 1. dub. 3. art. 2. Ipse que Diana post tanta diligentia conquistos Doctores pro sententia, quam 3. p. probabilem dixerat: tamen 4. p. loco citato dicit hanc omnino sequendam: & parte 9. tract. 6. Miscellaneo resol. 20. in fine concludit. His tamen minime obstantibus, puto sententiã supradictorū Doctōrū non esse omnino tenendam: *sed omnino negatiuæ sententiæ adhaerendum*. Imò adhuc 3. paract. 3. resol. 8. refert, & sequitur, quod noster Petrus Fay de Pœnit. in Addit. ad 3. p. q. 9. art. 2. disput. 2. ait. nevtiquam absolui potest, qui subito in supremum vitæ incidit discrimen; neque coram Sacerdote exprimere peccatum vllum potest, aut signis aliquibus dolorem peccatorum, & volitionem confitendi patefacere: *Licet contrarium in discretis, & ignorantibus satis, ac sine vilo proprio, vel apparente fundamento, à varijs Sacerdotibus prædicetur*. Hæc ille. Quam censuram, licet Caramuel dicat *crudeliter* & suam doctrinam *discretissime*, & *sapientissime* fundamentis probabilibus stabilitam, vt ea tota sua vita non sit eadenti aliqua solutione debellaturus. Tamen mittamus verba: & ad Theologos

gica argumenta deueniamus: & non adhibeamus aliam censuram, quam eam, quam illa extulerint.

9 S. Leo in epistola Decretali, Concilia Cartaginensia, & Arausicanum, relata dubio 2. vt homo possit absolui in periculo mortis, exigunt propriam confessionem, vel signa doloris, vel testimonia aliorum hoc testificantium. Vnde Arausicanum ait. *Subito obmutescens, baptizari, aut pœnitentiã accipere potest, si voluntatis præterita testimonium, aliorum verbis habeat, aut presentis in suo nutu*. Sed hæc omnia deficiunt in casu præsentis: ergo nequit absolui.

Secundo, absolutio ex Concilio Tridentino les. 14. capitul. 9. est actus iudicialis: sed iudicium non exercetur, vbi accusatio nulla est: ergo neque absolutio est valida vbi nulla præcessit confessio.

10 Irritorie vim horum argumentorum, & faceris putat infringere Caramuel. Et contra primum ait. Sed quid hic contra nostram sententiam? Iusticiari hominem perfidem, dicit sacra pagina diuersis locis, inferebat Lutherus: ergo non per charitatem: & quia videbat cautus vir consequentiam istam claudicare, corrupit textum, & addita particula *tantum*, maluit in Theologiam peccare, quam in Logicam. Et quidem si etiam quis particulam *tantum* adiat Canonii Arausicanæ Synodi, illo poterit oppositam confirmare sententiã, at manente textu pro vt nunc, *hæc nunquam ibitur illis*. Ita §. 10. respondet n. 1867.

11 Ad secundum respondet §. 12. n. 1873. concedendo maiorem, & distinguendo minorem est enim falsa, si agatur de accusatione vera, & reali vera, si de virtuali, & præsumptione. Sæpè enim ex iudicijs, & circumstantijs concurrentibus ad iudicium proceditur; & sæpè ipsum met delictum accusat. Quod varijs narratis euentibus, vtis, vel fictis, vult comprobare. Vnde concludit, quod si euidens est ipsum melius dialecticari: quia in alijs tribunalibus accusatio interpretatur locum habere euidens suam sententiã esse probabiliorem.

12 Sed contra retorquere ad hominem argumentum, quo vitatur ipse Caramuel folio 569. & sapissime alibi. Concilium Tridentinum docuit nos bene materiam confessionis: sed quia non dixit Circumstantias aggravantes esse conueniendas, nec expresse peccata dubia esse

materiam necessariam confessionis; infert non esse necessario constituta: ergo quia tot Concilia non dicunt istum posse absolui; absolui non debet.

13 Secundo, quia nostrum argumentum non est negatiuum, relictis instantijs ad hominem, sic vrgentius instatur. Vrgente necessitate omnium suprema, Pontifices, & Concilia, vt tali necessitati possit per sacramenta Ecclesie subueniri, exigunt ex parte poenitentis accusationem, vel verbalem, vel per nutum, vel per testem, notam Ecclesie: sed crudeliter hoc exigent, si haberent a Christo potestatem illi extremæ necessitati subueniendi, adhuc in casu, quo hæc omnia deficerent: siquidem in illo defectu homines, quos possent in Cælum transmittere, ad gehennam miserabiliter transferrent: ergo ex perpetua Ecclesie traditione, & vsu constat istum sacramentaliter non posse absolui. Vnde nec in Rituali, in Catechismo, nec in concionibus de hæc potestate instruantur fideles, aut confessarij; & paucis ab hinc annis nullus eam agnoscebat: cum autem casus sit tam antiquus, & frequens, mirum est, quod rot sæculis in Ecclesia hoc latuerit. Vnde Lugon. 40. ponderans hanc conditionem in nullius Concilij, aut Pontificis decreto prætermissam, infert. *Non ergo expedit in re tanti momenti sub pietatis specie, sapere plusquam omnes nostri Sancti Patres sapuerunt, sed obseruare terminos, quos apposuerunt nobis.*

14 Tertio est regula, & axioma iuris, quod casus exceptus firmat regulam in contrarium. L. Nam quod liquide, §. fin. pri. mo respons. D. de pen. leg. 2. Et declarat quid veniat, contineatur ve sub regula. De quo Menochius lib. 1. de arb. q. 30. n. 4. & conf. 4. n. 23. & conf. 148. a. n. 3. & Farinac. in Praxi crim. 4. p. conf. 65. n. 74. Thomas Sanchez lib. 4. in Decal. capit. 40. n. 19. M. Antoninus Sousa in Bullam Coenæ cap. 20. disp. 96. n. 2. & omnes Canonistæ, & Theologi. Imò & ipsi Gentiles hoc agnouerunt. Vnde Plinius Iunior lib. 3. Vaconio Romano scribit. *Ad nota, que putaueris corrigenda: ita enim magis credam cætera tibi placere; si quadam displicuisse cognouero.* Sed nullus Pontifex, nullum Concilium, nullus Sanctus, aut Theologus ante paucos annos, omisit explicite ex ciperi istum casum: ergo per hoc declarant solum relictam potestatem Ecclesie absoluedi tantum si illæ conditiones ad sint: ynde virtualiter

ly tantum est de textu: quia exceptio non apponitur ad ampliandam regulam; sed eam restringendam, l. 1. D. De Regulis iuris.

15 Solutio secundi, si vt iacet accipiatur, plura probat absurda. Primum, quod regulariter, sicut sine accusatione, iudex officio, vel ex clamorosa insinuatione, vel ex euidencia parati delicti, procedit ad sententiam fori externi; ita hic esset procedendum, etiam sine casu extremæ necessitatis.

Secundo, sicut ibi alius est reus, alius accusator; & nemo tenetur accusare se ipsum; ita & hic. Tertio, si quis esset in notorio Adulterio, vel concubinato, vel in hæresi; non obstante, quod nullus vult se condemnare in perpetuum, non censetur virtualiter petere confessionem. Quarto, sapè qui iacet animam agens est confessario omnino ignotus in modo viuendi, & obseruandi Dei præcepta: & multi Christiani, adhuc sermonibus, & præceptis admoniti, & perterriti, non se disponunt, vt valde, & cum fructu confiteantur: ergo non nisi diuinando id potest præsumi.

16 Tertia ratio, meo videri, demonstratiua est: quia absolutio, nec licite, nec valide profertur, nisi super materiam necessariam, & essentialem ex diuina institutione: quia omnia sacramenta hoc habent ex diuina institutione, vt constat ex dictis q. 60. quæ explicatur in Concilio Florentino. Ideoque esset sacrilegium si quis vellet consecrare sine pane, & vino; vel vellet baptizare, sine ablutione aquæ. Sed materia essentialis Poenitentiae, sunt actus externi poenitentis, vt docet D. Thomas 3. parte quæstion 84. articulo 1. & 2. & quæstion 90. articulo 3. & Opusculo 6. in expositione illorum verborum: *Sanctorum communionem.* Definiuntque Concilia Florentinum, & Tridentinum: & peculiariter de confessione les. 14. can. 9. *Si quis dixerit, non requiri confessionem poenitentis, vt sacerdos eum absolueri possit, anathema sit.* Quæ verba non debent exponi, nec possunt, de confessione late sumpta: alioqui eadem licentia sufficeret attritio late sumpta, & absolutio late sumpta, & in alijs sacramentis sufficeret aqua late sumpta, & similiter oleum, & balsamum late sumpta: quæ omnia salua fide catholica nequeunt sustineri: ergo, qui nec per vocem, nec nutus, nec mediate, nec im-

mediate sensibiliter confessus est, caret vna parte essentiali Sacramenti Poenitentiae; & ita forma est nullius efficacis: quia est sicut si quis proferat verba consecrationis super altare in quo non est panis, vel super Calicem Vacuum. Ergo si nulla sensibilia præcesserunt contritionis signa, non est accusatio personalis poenitentis, a Christo instituta pro parte essentiali sacramenti. Ergo sacrilege, & inualide tunc profertur forma sacramenti.

17 Propter hæc argumenta Raphael Auerfa q. 10. sec. 18. §. *Sedita*, contendit sententias conciliare, dicens, quod non valet absolutio collata ei, qui nullum signum externum confessionis fecerit, quantumuis in sua mente contritus, & attritus existat: Vnde Sacerdos, non debet, nec potest ei confessionem impendere, de quo sibi constat nullum confessionis actum externum effecisse, vt nostra argumenta probant. At ex alia parte, forte valere absolutionem datam ei, qui aliquid signum externum confessionis fecerit, quamuis non ad confessarij notitiam deduxerit: atque adeo, si saltim dubitari possit si sic fecerit, posse ei sub conditione absolutionem impendi. Sic quando dubitatur, num quis ex angustia mortis, vel ex compunctione cordis signa ediderit, conceditur debere sub conditione absolui. Item, si quis solitarius existens, repentina casu oppressus, ex desiderio suæ salutis confessionem inelamer, & alius forte pertransiens eum audiat, idque nunciet sacerdoti, poterit sane absolui: ergo etiam in casu, quo nullus audire, vel nunciare poterit, si dubitari possit illum edidisse aliquod signum (locus dubitandi aderit quocumque non constat oppositum) impertienda ei erit sub conditione absolutio. Quando enim non potest haberi materia certa sacramenti, licitum est tentare conficere cum materia dubia; in sacramentis ad salutem necessarijs, qualia sunt Baptismus, & Poenitentia.

18 Hæc sententia, quoad priorē partem, nobiscum conuenit, & primæ sententiæ contrariatur: quia illa adhuc quando constat non dedisse signum contritionis, vult hominem christianum absoluendum: & quoad hoc eam approbamus; & non est concordia sententiarum, cum vni omnino opponatur. Quoad secundā vero non satisfacit Authoritatibus, quia cæuis est frequentissimus, & cum grauissimo animarum periculo Concilia Pontifices, &

Theologi, limitant de Arbitram de absolutione moribundi, si hæc doctrina esset vera. Deinde pars materialis proxima sacramenti Poenitentiae, est confessio facta sacerdoti: vnde debet à sacerdote aliquo sensu percipi, vel immediate, vel mediate, vel auditu, vel visu. Dato autem, quod sit attritus, & Confessionem petierit, si sensibiliter hoc ad notitiam confessarij non venit, nullo modo poenitens confessario confitetur: & ita forma non cadit super materiam proximam: & ita est nulli⁹ efficacis. Nec in re clara oportet alias rationes multiplicare.

§. III. Soluuntur argumenta.

19 **A**D primum, marito Martini nus à S. Ioseph, & Auerfa reijcit inuilem euasione, quam excogitauit Marique Ferro, dicens potuisse id Fieri à Pontifice, quia est supra omne positium ius. Quia cum partes essentielles sacramentorum sint ex iure diuino, supra quod non est Pontifex; ideo quod in casu extremæ necessitatis posset quilibet simplex sacerdos, id ipsum, & non amplius posset Summus Pontifex, quod quia constat ex dictis q. 60. dub. 13. §. 3. & Theologis est indubitatum, non oportet nec plus formare.

20 Respondet ergo Cardinalis Lugon (per multos annos Romæ habitans, & vir tam eminens in sapientia, ac in dignitate, & ideo fide dignissimus) n. 34. dicens: Hæc tamen narratio nullum habet fundamentum: diligenter enim petij à multis doctis, & prudentibus viris, qui iam à multis annis in hæc Romæ vrbe commorantur, & ipsius Clementis tempore aderant, qui re omnino fabulosam putant.

21 Ad secundū concessa maiori, negatur minor: quia cum casus sit, quod age non valet confiteri, certum est non adesse materiam proximam: quando hæc certitudo ad est, etiā conditionate proferre formam, est sacrilegium: esseque peccatum mortale, loquendo in simili de Baptismo diximus q. 66. dub. 8. §. 3.

22 Ad tertium, quod assumptum est incertum, & vt plurimum fallit: quid dicitur Mat. 7. *Lata, & spatiosa est via, quæ ducit ad iter vitæ. & multi ambulant per eam.* Et S. Anselmus, vt est in vita eius apud Sarium to. 2. pag. 701. mortis pericula sic enarrat. *Anima, cum de corpore exisset, modo inimici eius, maligni spiritus, qui eam in corpore degentem per anfractus vitiorum, sicut canes leporem, persecuti sunt, oris deliter adfuerunt, parati eam, quasi prædam rapere.*

perit, & in mortem aeternam precipitans. Et ut ponderat S. Thomas a Villanova in concione funebri, voluntas carnis hominem dormientem pallio operis ignorantia, & non videat quidquid desit; non mortem instantem, non ignem ardentem, non iudicem adstantem, donec claro repente in aeternam vitam se ipse aperit, & in limbo defixum; & sepultum se videat in Inferno. In hoc tunc Dei iudicio praeventus, ut qui in vita oblitus est Dei, in morte non recordetur sui. Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, ut ad Theol. 5. ver. 3. Sed concessio antecedenti, quod communiter omnes in illa hora habeant attritionem, consequentia nullam habet apperientiam: quia pars essentialis sacramenti Poenitentiae est confessio ipsius poenitentis: unde eo ipso, quod Deus disponit, quod non possit confiteri, nec per nutus, supposita institutione sacramenti, disponit, quod non absolvatur & quod sacerdotale ministerium implere non potuit, Deus sua iustitia reservavit, ut ex S. Leone epist. 91. cap. 3. retulimus dub. 2. n. 6.

23 Ad quartum respondet Lugo n. 41. dicens. Hoc argumentum, ut dixi, probaret dandam esse absolutionem sub conditione, etiam si non fuisset probae vitae: quia potest fieri, quod, tunc memor salutis habeat interius attritionem. Respondetur ergo ex dictis, non posse dari, etiam sub conditione, quia siue habeat attritionem: siue non habeat, deest id, quod requiritur ad constituendum hoc sacramentum in ratione iudicij sensibilis, scilicet, accusatio, imploratio officij, qui non potest ex se ipso inchoare hoc iudicium, sed ad instantiam partis, ut dictum est.

24 Ad quintum dicitur, quod maior est vera, sed causalis falsa: quia ratio cur illis dari potest Baptismus, Eucharistia, & Extrema unctio, est quia horum sacramentorum partes non sunt ipsi actus humani: secus vero in Sacramento Poenitentiae, ut docet D. Thomas 3. p. q. 84. art. 1. ad 1. & q. 90. art. 3. unde sicut deficiente aqua, & pane, & oleo, non posset dari Baptismus, nec consecrari Eucharistia, nec valeretur unctio, ita omnino deficiente confessione, quae est pars essentialis Sacramenti Poenitentiae, nequit ex vi praesentis institutionis, tale sacramentum dari: sicut deficiente corpore, non est homo. Videatur, quae diximus 3. p. q. 68. du. 5. §. 4.

25 Ad sextum nego maiorem. Primo, quia homines solent per totam vi-

tam solent christiane vivere; & tamen non semper confessionem petunt; nec semper possunt absolvi. Secundum, si illa esset sufficiens petitio confessionis, sufficiens ad validam, & licitam absolutionem, non video cur in absentia non posset absolvi: quia non oportet aliter certum reddi sacerdotem absolventem de statu poenitentis, quam quod soleat christiane vivere. Tertio, ut ad aliud intentum arguebat Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. §. Alij vero: si illa esset confessio, vel confessionis petitio, sequeretur, quod postquam infirmus legitime confessus est, & postea loquela privatus, ostenderet signa contritionis iterum esset absolvendus sacramentum aliter. & si deinde iterum, atque iterum eadem ostenderet signa, iterum, atque iterum esset absolvendus. Quis enim in illo articulo non illa signa ostendat, quamvis certissimus sit legitime fuisse confessum? Imo qui magis habent curam suae salutis, in illa hora magis clamant: Salva me ex ore leonis, Psal. 12. Hoc tamen non habet Ecclesiae consuetudo: quae si agnosceret hanc tam amplam absolventi potestatem, absque confessione poenitentis, sibi relictam, non fraudare in tanto periculo tam ingenti subsidio.

26 Ad primam confirmationem respondimus cum Henriquez, quod in illa praxi rudiores Sacerdotes errant. Quod autem huiusmodi abusus, non sint imitandi, sed corrigendi, iam late explicavimus q. 66. dub. 8. §. 6. & 6.

27 Ad secundam concedo antecedens ut concedit Lugo n. 40. dicens Hoc unum ego in praxi concedere si repentina hostium aggressione, milites spatium confiteri non habent, & dicant ex corde, se desiderare confessionem, & ex tunc absolutionem petere sacramentalem, si in mortis articulo sint, posse virtute illius voluntatis iam manifestata confessarium absolvere milites, quos sine sensu morientes inuenit: quia iam pro temporis angustia petierunt confessionem, & ostenderunt desiderium confitendi, meliori modo, quo poterant. Debent tamen moneri omnes ante praesentis initium, ad habendum dolorem de peccatis, quo se ad effectum absolutionis disponerent. Haec ille. Et sic negatur, minor, quia regulariter habent antea spatium confiteri, cum sciant in crastinum futuram aggressione; & si nolunt, dispositi non sunt; & ideo nec absolventi. Item regulariter ipsi antea non dicunt confessarium ut cum absolvat casu, quo inueniat sensibus destitutum. Demum, quod quis po-

potuit clare confiteri, cum potuit quomodo dicemus confessum fuisse, cum poterat providere non posse?

Ad tertiam iam respondimus ad 5. Ad quartam, quod facile valet in arguendum retorqueri: quia hucusque in Ecclesia, & in Scholis, & in praxi fidelium est inauditum, quod homines sensibus destituti emittant vota simplicia, aut solemnia: nec ullus se agnosceret tali obligatione adstrictum, quam ipse propria voluntate sibi non iniicit. Quamvis enim in aliquibus Religionibus, & in nostra usque hodie, sit usus tacitae professionis est quia voluntaria habitus, & status assumptio, & integra unius anni perseverantia, cui scit annexam traditionem perpetuam, si nulla in contrarium sibi fiat protestatio. Haec ipsa est voluntaria professio, & tota illi traditio. Coeterum, quod si in indimidio nouitatus Nouitius sit in mortis articulo sensibus destitutus, sic possit profiteri simpliciter, vel solemniter, in nullius mentem venerat & omnino chimericum est. Sicut dormientes solus Deus potest Matrimonio iungere: nam Ecclesia non agnouit Matrimonium, nisi mutua contrahentium voluntas sensibiliter exprimatur. Ergo nec Sacramentum Poenitentiae sicut non est sine sensibili voluntaria absolutione, sic nec valet sine aliqua sensibili poenitentis confessione.

Ad septimum dicitur primo, quod transeat antecedens. Sed quisei reuelavit, quod omnes morientes sensibus destituti sunt attriti, & ad absolutionem dispositi? Secundo dicitur, quod Ecclesia in Sacramentorum administratione non gubernatur reuelationibus privatis, quae multoties sunt merae imaginationes hominum, quae vanae sunt, vel prestigia demonum; sed gubernatur confessione externa poenitentis, & hac sola, ex Dei institutione, audita, ei dat absolutionis beneficium, quando videt ex circumstantiis obicem gratiae non apponere: unde si confiteri non agnoscit, nec absolventi habet potestatem. Tertio dicitur, quod ut ostendimus q. 60. dub. 7. sacramentis nunc institutis, per se, & intrinsece, ex diuina institutione conuenit, quod consent materia, & forma sensibilis: & cum materia sacramenti, secundum fidem catholicam, non sit sola interior attritio, sed externa confessio poenitentis: cum ergo ista deest, sacramentum nunc institutum dari non valet.

Ad confirmationem patet ex dictis ad 2. n. 21. & disparitas est quod in casu antecedentis non abest materia ex qua neque forma extremae unctio, sed tantum est dubium de materia in qua siue subiecto capaciat vero in casu consequentis difficultas est de integritate materiae ex qua constare debet poenitentiae sacramentum, imo supponitur non adesse confessionem, quae est pars materiae indispensabiliter necessaria.

Et haec de isto dubio & tractatu dicta sufficiant; ad laudem omnipotentis Dei Beatae Mariae semper Virginis. B. Dominici Patris Nostri necnon D. Thomae Doctoris Angelici qui nos omnia docuit, & ex quo quae vera, & si quae vtilia scripsimus mutua: sumus.

Omnia haec ac caetera quae usque scripsimus correctioni, & emendationi Sacrosanctae Romanae Ecclesiae libenter submittimus ut debemus.

I N D E X N O T A B I L I V M.

[P. *Paginam*, designat N. *numerum*, & *columnam*.]

A

Absolutio, Absolvere.

- A**bsolutio est forma essentialis Sacramenti Pœnitentiæ, p. 37. n. 6. Debet esse voce humana prolata, & vocibus à Christo Domino institutis, ibid. Hoc est certū, & Theologorum commune, ibid. Tribus rationibus probatur, p. 38. n. 7. & seqq.
- Absolutio Sacramentalis peccatorum, & absolutio ab excommunicatione in quo differunt, p. 38. n. 9.
- Absolutionis verba essentialia pro forma Sacramenti quæ, & qualia sint, p. 40. n. 17.
- Absolutionem in scripto valere, aliqui asserunt, p. 37. n. 2. 3. & 4.
- Absolvere nutu mutum Sacerdotem posse, Aliqui asserunt, p. 37. n. 4.
- Absolutionem expressam quomodoque esse validam asserit Scotus, p. 37. n. 5.
- Absolutionis verba debent esse expressiva absolutiois à peccatis, vel remissionis eorum, p. 38. n. 11.
- Absolutio nequit esse nisi in verbis, p. 38. n. 10.
- Absolutionis verba sine, *ly, te*, non habent integrum sensum determinatum, p. 41. n. 21.
- Absolutio sub conditione triplex, p. 67. n. 1. & 2.
- Absolutio respectu conditionis præterite est valida, ibid. n. 3. Sub conditione de futuro sacrilega, ibid. Sub conditione de presenti abusus, & superstitio, ibid.
- Absolutio sub hac forma, Ego te absolvo si Deus iam scit te cras restitutum esse illicita, p. 69. n. 10. Sic, esse invalidam asserunt communiter Doctores, ibid. n. 11. Talis absolutio si fiat debet repeti, p. 70. n. 11. Huiusmodi absolutiois esse validam asserunt Aliqui, p. 69. n. 10. Impugnantur, ibid. n. 11.
- Absolutio à peccatis nequit dimidiari, p. 70. nu. 12. posse dimidiari aliquando, asserunt Aliqui, p. 70. n. 1. 2. & 13. Impugnantur, ibid. n. 14. Impium est dimidiam veniam sperare à Deo, ibid. n. 15.
- Absolutio a censuris potest dimidiari, p. 71. n. 16.
- Absolutio à peccatis sicut, & confessio debet esse integra, p. 71. n. 17.
- Absolutionem iocofam qui quereret negligens esset suæ salutis, p. 71. n. 17.
- Absolutionem non esse dandam nisi post satisfactionem completam dixit Ferrus de Osmia, p. 462. nu. 21. Hoc tanquam necessarium asserere, esse errorem asserit Suarez, ibid. Sententiam Petri de Osmia fuisse damnatam à Sixto IV. inquit Lugo.
- Absolutionem non impendere ante impletam satisfactionem esse olim praxim Ecclesiæ asserunt multi, p. 462. num. 22.
- Absolutionis antiqua praxis Ecclesiæ qualis fuisset ostenditur, ibid. n. 22. in fin. & seqq.
- Absolutionis dilatio vsque ad completam satisfactionem multa inconuenientia causaret, p. 463. n. 24. in fin. & n. 25.
- Absolutio sine autoritate, & intentione est invalida, p. 15. n. 31.
- Absolutionis forma, Vide, verbo, *Forma*.
- Absolutionem inter absentes Thomistæ semper vt illicitam, & invalidam reprobare curant, pan. 67. num. 25.
- Ad absolutioem quæ presentia requiratur pœnitentis coram Sacerdote exponitur, p. 671. n. 37.
- Absolutionem non posse dari in aliquo casu sine confessione explicita peccati in specie. Aliqui asserunt, p. 671. n. 1. & seqq.

Posse dari in aliquo casu fatendum est, & practicandum, pag. 673. num. 8. Auctoritatibus Sanctorum determinantium casum in quo possit dari, ostenditur, ibidem, & n. 9.

Abolutio debet impendi infirmo in articulo mortis posito, voceque priuato, num. aut signis abolutionem petenti, ibidem.

Praxis antiqua in predicto casu qualis esset refertur, p. 675. n. 16.

Vt abolutio possit dari, sine confessione, signa contritionis qualia, & quomodo debeant esse, exponitur, p. 678. n. 30.

Reliqua quae ad abolutionem pertinent require, verbo, *Confessio*.

Actus, Actio.

Actus interior poenitentiae non habet rationem virtutis, nisi votum includat Sacramenti, pagin. 2. col. 1. num. 2. in fin.

Actus humani in alijs Sacramentis non sunt de eorum essentia, secus in Sacramento Poenitentiae, pagin. 6. num. 9.

Actus poenitentis à Concilio absolute vocantur partes Sacramenti Poenitentiae, p. 12. n. 19.

Actus omnes poenitentis, & absoluentis esse causatiuos poenitentiae interioris probatur ex D. Thom. pag. 15. numer. 4. Argumentis in contra Respondetur, p. 17. n. 41.

Actus propius, & specialis poenitentiae est detestari peccatum vt est offensa Dei, vt expiabilis, p. 102. & 103. n. 17. & seqq.

Actus poenitentiae est distinctus ab actu odij, p. 104. n. 23.

Actum poenitentiae esse actum religionis docet Caietanus, pagin. 106. num. 3. & seqq.

Actus poenitentiae post est reduci ad iustitiam commutatiuam, pag. 118. num. 24.

Actus secundarius poenitentiae potest esse satisfactio de condigno pro venialibus, & non esse de rigore iustitiae, p. 121. n. 38.

Actus secundarius poenitentiae satisfacit pro reatu temporalis poenitentiae secundum ordinem diuinae iustitiae, pag. 123. num. 45.

Actus primarius poenitentiae satisfacit pro offensa, & reatu poenitentiae correspondenti auersioni, pag. 123. numer. 45.

Actus poenitentiae post esse in habente solum lumen naturale, vel in habente fidem, p. 125. n. 4.

Actus poenitentiae salutaris sunt supernaturales specificè, pag. 129. num. 20.

Actus poenitentiae salutaris solum possunt fieri ex auxilio supernaturali, constat ex Concilij Scriptura, & P. P. p. 129. n. 20. & seqq.

Actus poenitentiae aliquando continet actum charitatis, pag. 159. num. 11. & 12.

Actus laudabiles possunt praecedere tempore actum, & habitum poenitentiae, p. 160. n. 1.

Actus primus poenitentis se habet vt vltima dispositio ad gratiam, & quomodo? p. 162. n. 10. Alij actus poenitentis subsequantur in omni genere ad gratiam, ibidem.

Actus charitatis, & poenitentiae non sunt idem numero actus, pag. 164. num. 15.

Actus imperatus, & imperium quomodo sunt vnum, & multa, pag. 164. num. 16.

Actum Amoris compati cum peccato mortali asserunt Auerſa, pag. 193. num. 19.

Actus charitatis, in illo qui conscius est peccati est simul cum odio peccati, p. 199. n. 29.

Actu charitatis ex auxilio supernaturali procedenti per merita Christi posse hominem iustificari asserit Vazquez, pag. 243. num. 37. & seqq. Vazquez impugnatur, pag. 245. num. 40. & seqq.

Actum perfectum charitatis non sanctificare formaliter sine nouo fauore diuino à charitatis actu separabili, docet Ripalda, p. 246. n. 42. Impugnatur Ripalda, p. 247. n. 47. & seqq.

Actus Contritionis, & dilectionis non est causa formalis iustificationis perfectae, potest tamen esse de potentia Dei absoluta causa iustificationis imperfectae secundum M. Serram, p. 249. n. 48. & 49.

Actu solo attritionis ex parte hominis posse Deum remittere peccatum, asserit Suarez, pagin. 253. num. 55. Contrarium asseritur communiter, p. 253. n. 55. & seqq.

Actus

Actus Sacramentalis exterior significat Dei operationem interiore, p. 281. n. 40.

Actio Sacramentalis in Sacramento Poenitentiae, non significat commutationem; sed abolutionem, p. 282. n. 40. in fin.

Actio qua Deus operatur in contritione non est commutatio, sed abolutio, ibidem.

Actus praeteritus post perseverare in ordine ad vnum effectum, & non in ordine ad alios, pagina 288. numero 54.

Actus primus poenitentiae non tollit omnes reliquias peccatorum, pag. 290. num. 2.

Actus poenitentiae est vltima dispositio ad gratiam, p. 304. n. 5. Est effectus gratiae, ibidem.

Actus nostri causant iustificationem solum dispositiue, p. 306. n. 12.

Actus poenitentiae procedunt simul a gratia, & auxilio, p. 307. n. 12.

Actus Theologici, & poenitentiae indigent vt causentur inspiratione supernaturali secundum Concilium Trid. p. 307. n. 12. in fin.

Actus charitatis, & poenitentiae nequunt esse cum priuatione gratiae, p. 320. num. 11.

Actus predicti habent connexionem necessariam cum gratia, ibidem.

Actus aliquis charitas potest esse sine formali poenitentia, pagina 349. numero 48.

Actus cuiuscumque virtutis sufficere ad tollendum quodcumque veniale omnino disparatur non censetur probabile, p. 351. n. 53.

Actus feruentes charitatis sufficiunt ad tollenda venialia secundum D. Thom. p. 352. n. 57.

Actibus poenitentiae virtutis sufficienter venialia deleri non negat D. Thom. ibidem.

Actibus non remissis, sed feruentioribus charitatem augeri, & intendi docet D. Thom. pagin. 357. numer. 11. Contrarium aliqui asserunt, ibidem, n. 9.

Actus remissi merentur, & quomodo? pagin. 357. num. 12. & 13. Disponunt ad augmentum gratiae, ibidem.

Actus charitatis in existente in purgatorio concurrunt ad remissionem venialium vt dispositiones, & vt forme in composibiles cum veniali, pagina

380. num. 13. & seqq.

Actus predicti non concurrunt vt merito rij, ibidem.

Actus nostri non faciunt compositionem aliquam in virtute, pagin. 453. num. 6.

Actus exteriores requiruntur ad perfectionem secundam virtutem moralium, ibidem.

Actus poenitentis esse materiam remotam Sacramenti Poenitentiae asserit Iosephus Ianuarius, pagin. 457. num. 6. & 7.

Actus poenitentis esse materiam proximam peccata vero esse remotam defenditur, pag. 457. num. 5. & seqq. Fundamenti Ianuarij responderetur, ibidem. n. 8. & seqq.

Actus poenitentis, & Sacerdotis sunt partes intrinsecae Sacramenti Poenitentiae, p. 11. n. 16.

Actus poenitentis quo censu à Concilio vocantur quasi materia, pag. 12. num. 17.

Actus poenitentis à Concilio absolute vocantur partes Sacramenti Poenitentiae, pag. 12. n. 19.

Actio fidelitatis est, & non iustitiae implere quod quis gratioſo disposuit, & liberaliter promissit, pag. 415. in fine dubij.

Actus qui connaturaliter procedunt ab habitu supernaturali possunt fieri ab auxilio intrinsece recepto, pag. 243. num. 34.

Actus poenitentiae salutaris primum principium est Dei operatio conuertens cor. p. 156. n. 3.

Agens dupliciter post esse habile ad agendum, p. 218. n. 41.

Actus laudabilis ratio specialis inuenitur in poenitentia, pagin. 100. numero 3.

Actum proprium poenitentiae quomodo aliqui explicent, pagin. 100. num. 3. & seqq.

Actus poenitentiae in patria est gratiarum actio ad Deum, quomodo sit videatur, p. 149. n. 15. & seqq.

Actum eundem entitatis durare ante iustificationem, & post infusam gratiam, & posse dici informem, & formatum pro diuersis instantibus asserunt multi Theologi, pag. 551. num. 31.

Index Notabilium.

Angelus.

Angeli non possunt esse susceptivi penitentiae, p. 154. n. 31. & seqq.
Angeli peccatum est irremissibile, ibidem.
Angeli mali habent aliquos motus penitentiae, non ut virtutis; p. 154. q. 85. dub. 7. §. 5. n. 31.
Angelis Beatis non competit ratio, quae competit animabus Beatis habendi penitentiam, ibid. n. 33.

Anima.

Anima per infusionem gratiae in actu primo sanctificatur, pag. 302. numer. 39.
In Anima ex peccato veniali remanet priuatio imperfecta coniunctionis ad diuinum lumen, pagina 342. num. 28.
Anima est indifferens ad gratiam, & peccatum, p. 321. n. 17.
Anima peccato subiecta est inepta ad lumen gratiae recipiendum, ibidem.

Apostolus.

Apostoli data est potestas vniuersalis ad delenda omnia peccata, pag. 5. num. 4.
Apostolis non fuit data potestas, ut ipsi sanarent infirmos; sed ut ad eorum orationem sanarentur, pag. 50. num. 12.
Apostolis est collata potestas operandi ministerialiter in Sacramentis, ibidem.
Apostolis non fuisse collatam potestatem sanandi infirmos regulariter inquit Caietanus, pag. 51. num. 10. Absolute hoc inquit D. Thomas, pagina 51. num. 10. & seqq. Varijs modis explicant D. Thomam, ibid. num. 12. & 13.
Apostolis collatam fuisse à Christo potestatem absoluendi, negarunt haeretici, p. 53. n. 1.

Aqua Benedicta.

Aqua benedicta est vnū de Sacramentalibus, pag. 367. n. 2. Remittit venialia in quantum excitat rationem ad aliquid

considerandum, pag. 368. nu. 6. In tantum remittit venialia in quantum contritionem causat secundum D. Thomam, ibid.

Aqua lustralis venialia remittit, ibid.

Attributa.

Attributa diuina sunt causa remissionis peccati, pag. 282. n. 41. Contra perfectionem attributorum Dei esset commutatio poenae aeternae, quae pro peccato deberetur, pro poena temporali, ibidem.

Attritio.

Attritionis Ethimologia, p. 470. n. 1.
Attritionem solam ex parte hominis sufficere ut Deus remittat peccatum asserit Suarez, p. 253. n. 55.
Attritionem solam non sufficere ad remissionem peccati mortalis defendit cum communi consensu Theologorum, p. 253. n. 55. & seqq.
Attritio non est conuersio perfecta ad Deum, pag. 253. num. 57. Non est vltima dispositio ad gratiam, p. 254. num. 57. in fin.
Attritionem sufficere ad remissionem venialium extra Sacramentum docent aliqui, p. 343. col. 2. in fin. Non omnem attritionem sufficere asserit Valentia p. 344. n. 33.
Attritionem non sufficere ad remissionem venialium extra Sacramentum defenditur, p. 346. n. 40. & seqq.
Quod attritio vera excludit voluntatem peccandi secundum Concilium, asserit Suarez, p. 347. n. 43. & 44. Assertum Suarez est falsum, ibid.
Attritio oriri solet ex timore seruili, p. 348. n. 45.
Attritio ex turpitudinis peccati consideratione cum spe veniae est donum Spiritus Sancti mouentis, p. 127. n. 12. columna 2.
Attritio sola sine perfecta dilectione Dei sufficit ut cum fructu recipiatur Baptismus, p. 498. n. 22.
Attritio solet fieri ex auxilio supernaturali, pag. 537. num. 12. De attritionis nomine quid sentiant Auctores, p. 541. n. 2. & seqq.

Ar-

Index Notabilium.

Attritionem Antiqui gratiam vocabant p. 544. n. 7.
De Attritione quid Moderni sentiant, p. 545. n. 8. & seqq.
Attritio in spiritualibus significat displicentiam de peccatis commissis, sed non perfectam, p. 546. n. 13.
Attritio alia poenitentium, & impenitentium alia, ibidem.
Attritio alia tam imperfecta ut adhuc cum Sacramento sufficiat ad obtinendam gratiam, alia tam perfecta ut cum Sacramento sit vltima dispositio ad gratiam, ibidem. n. 14.
Attritio de qua hic agitur est de illa quae cum Sacramento sufficit ad gratiam, ibidem, & n. 15. & seqq. Requisita ad similem attritionem qualia sint exponuntur, ibidem.
Ad attritionem veram, & supernaturalem necessaria est efficacia odij peccati, & exclusio affectus peccati, p. 548. n. 19.
Attritio, & Contritio in quo conueniant, ibidem.
Attritionem veram non posse elici sine auxilio speciali supernaturali probatur ex Concilio, p. 548. n. 20.
Attritionis, & Contritionis, quattuor discrimina assignat Cano, p. 548. n. 21. Aliter eadem assignat Soto, ibidem, num. 22.
Attritio an differat essentialiter à contritione disputatur, p. 549. nu. 24. & seqq. Distingui solum per intensiorem, & durationem asserunt aliqui, ibidem. Differre non solum specie, sed genere, est communis sententia, ibidem, & num. 26. In esse moris solum analogice conueniunt, ibid. n. 26. in fin.
Attritio an possit fieri contritio disputatur, p. 550. n. 27. Quaestio status proponitur, ibidem. Non esse idem inquirere an attritio possit fieri contritio, & an est attritio fiat contritus asserit Caietanus, ibid. Diuerse opiniones referuntur, p. 550. n. 28. 29. & 30.
Attritionem impenitentium, & imperfectorum non fieri contritionem asserit Caietanus, p. 551. n. 30.
Ut Attritio fiat contritio, non sufficere permanentiam eiusdem entitatis actus ante iustificationem, & cum gratia probat Suarez cum communi Theologorum, p. 551. n. 33.
Attritio salutaris quoduplex sit exponitur, p. 556. n. 41.
Attritio alia est ex turpitudinis peccati consideratione, & alia ex gehennae, &

poenarum metu secundum Concilium, p. 556. nu. 41. Hanc diuisionem esse adaequatam asserunt aliqui, ibidem, haec asserio impugnatur, ibid. n. 42. & seqq. Impugnationibus respondetur, ibid.
Attritionem ex metu detrimentorum temporalium esse veram attritionem asserit Soto, p. 557. n. 48. Sotum sequuntur alij, ibidem, & n. 49.
Attritionem ex metu detrimentorum temporalium contineri sub 2. membro diuisionis asserit Soto, ibid. n. 48. Dolerere de peccato ob specificam eius malitiam, esse veram attritionem, & comprehendit sub attritione, quae est ob seditatem peccati merito asserit Suarez, p. 558. n. 52.

Auersio.

Auersio absolute semper dicitur vna diuersis existentibus peccatis, p. 222. n. 44.
Auersio, & conuersio inordinata peruertunt immediate ordinem legis humanae, p. 237. n. 18.
Auersio solum post esse ubi est conuersio p. 256. n. 63.
Quod auersio, & conuersio important vnam tantum malitiam cui respondet vna integra poena ex duabus partibus, composita ait Curiel ex mente D. Thomae, p. 289. n. 57.
Auersio in peccato mortali ex conuersione quodammodo cauatur, p. 385. n. 28. in fin.

Augmentum.

Augmentum gratiae non requiritur ad remissionem venialium, p. 356. n. 6.
Augmentum gratiae per quos actus fiat, an per intensos, an per remillos disputatur, p. 356. n. 8. & seqq.

S. Augustinus.

S. Augustinus Sacramentum Penitentiae appellat manum impositionem, p. 92. n. 4.
S. Augustinus calumnijs Gentilium impugnantibus penitentiam respondet, p. 91. n. 1.

Auxilia.

Auxilia Dei collata ad opera moralia ordinis naturae dicuntur solum gratuita secundum quid. pag. 131. numero 39.

Non a Au-

Index Notabilium.

Auxilia sufficientia dare Deum, quomodo debeat intelligi explicatur a Bañez. Dare, id est, offerre, pag. 186. num. 29. & 30.
Auxilia sufficientia ad penitendum Deus offert omnibus, p. 187. n. 30. Deus non dat omnibus auxilia sufficientia ad penitendum, ibidem.

B

Baptismus.

Baptismus in casu dubij debet iterari sub conditione, p. 35. n. 64.
Baptismi forma nequit esse nisi in verbis, p. 38. n. 10.
Baptizans rogatus si baptizare vellet responderet libenter in nomine Patris, &c. etiam si aquam infunderet non baptizaret, p. 38. n. 11.
Baptismus remittit culpam, & reatum poenae, pag. 283. num. 44. Inter Baptismum, & Poenitentiam assignatur discrimen quantum ad remissionem culpae, & poenae, p. 283. n. 44.
In Baptismo remissio peccatorum fit secundum potestatem ipsius Christi, & quomodo fiat explicatur, pag. 284. num. 44.
Baptismus non tollit indignationes ad peccatum nec debilitates corporis in adulto, p. 291. n. 4.
In Baptismo omnia peccata remitti ex opere operato est de fide, pag. 360. num. 1.
Baptismi minister non est de necessitate iudex, p. 7. n. 13.
Baptismus homini semel tantum conceditur, p. 5. n. 6.
Baptismus per se loquedo dat vitam mortuis peccato Adz, sicut poenitentia dat vitam mortuis peccatis proprijs, p. 616 n. 22.
Baptizatos esse Deo gratos semper fuit desido, p. 497. n. 19.
Remissionem peccatorum aliquis consequi potest cum baptismo in voto, pag. 300. num. 30. Sed quando realiter recipitur Baptismus fit plena remissio quantum ad liberationem a tota poena, ibidem.
Post promulgationem Euangelij sanctificationi in utero, vel propria contritione tenentur baptizari, ibidem, num. 31.

Baronius.

Baronius laudat D. Thomam, pag. 158. n. 8.

Beatitudo, Beatus.

Beatos omnes posse Deum ad aeternas poenas deijcere nullam eis inferens injuriam asserit Lortius, pag. 272. num. 10. in fine. Hanc doctrinam appellat Cornelius Jansenius horribilem, absurdam, iniustam, crudelem, aduersus Deum, pag. 272. num. 11. Eam impugnat D. Augustinum intellectam tam de poena damni, quam de poena sensus asserit idem, ibidem, & n. 12. & seqq.
Beatos, vel amicos per gratiam Deus puniens poenis aeternis faceret contra leges verae amicitiae, pag. 275. num. 1. in fin.
Beatos posse Deum damnare non de potentia ordinaria, sed absoluta docet D. Thomas, pag. 277. n. 24. in quo sensu hoc sit vide, ibid.
Beati qui in via habuerunt habitum poenitentiae retinent eum in patria, p. 149. n. 15. Quos actus in patria eliciant, vide, p. 149. n. 15. & seqq.

Benedictio.

Benedictio Sacramentalis, & non Sacramentalis in quo differant exponitur, p. 51. n. 14.
Benedicere, & absolueri in quo differant declaratur, p. 52. n. 15.
Benedictio Pontificalis, & alia Sacramentalia quomodo venialia remittant exponitur, p. 368. n. 6. & 7.
Benedictionem Episcopalem aliquam gratiam conferre docet D. Augustinus p. 370. n. 11.

C

Caietanus.

Caietanus dixit de D. Thoma, quod omnium sacrorum Doctorum intellectus, sortitus est D. Thomas, quia omnes illos summe fuit veneratus, pag. 466. n. 12.

Calor.

Index Notabilium.

Calor.

Calor expellit frigus non solum formaliter, sed esse etiam, p. 308. n. 15.

Caramuel.

Caramuel quod experientia notum supponunt omnes negat, p. 13. n. 13. Aserit sententias communes esse multis erroribus obnoxias quia quae omnes dicunt pauci, aut nulli examinant, p. 24. n. 18. Impugnatur, ibidem.
Caramuel in suis solutionibus implicat aliquid falsum, p. 28. n. 33.
Caramuel inquit non loqui consequenter aserentes peccatum dubium devere confiteri, locus peccatum sub opinione probabili, p. 31. n. 48. Impugnatur, ibi. n. 49. ex Caramuelis doctrina infertur peccata dubia nunquam esse consistenda, p. 35. n. 64.

Causa.

Causam principalem gratiae implicat esse aliquam creaturam, p. 313. n. 29.
Causas extrinsecas essentialiter requisitas cum partibus intrinsicis componentibus confundit Lugo, p. 15. n. 22.
Causa priuationis gratiae est inaequalitas peccatoris quae Deum offendit, p. 189. n. 5.
Causa formalis praecipua remissionis peccati est Dei gratia, p. 304. n. 5.
Causa est duplex, S. produciens tantum, & produciens & conseruans, p. 391. n. 37.
Causa efficiens quadruplex secundum Abicenam, p. 210. n. 20.
Causa consilians est causa moralis inter efficientes, ibidem.
Causa disponens reducitur ad causam materialem, & efficientem, p. 311. n. 21. Inter efficientes solum causa perficiens est simpliciter efficiens, ibidem.
Causa efficiens matrimonium est consensus, p. 312. n. 24. in eodem genere causa efficiens implicat quod idem sit causa & effectus, ibidem 28.

Charitas.

Charitatis amor nequit esse nimius, p. 532. n. 30.
Charitatis actus, & supernaturalis poenitentiae, qui ex principio & motu procedunt omnes naturales possunt esse

minus intensi, naturalibus, p. 537. n. 12. in fin.

Charitati aduersatur hoc quod est velle inimicitiam Dei, non vero non velle Dei amicitiam eo tempore quo non tenetur velle, p. 583. n. 16. in fin.

Charitatis praecipuum de correctione fraterna quando obliget, & in quo differat a contritionis praecipuo, explicatur, p. 587. n. 13. & seqq.

Charitatis praecipuum statim obligare ad correctionem fraternam, si non ad sit iactura corrigentis asserit Cano, p. 587. n. 13.

Non statim obligare hoc praecipuum charitatis, etiam si sit oportunitas, si illa non transit in necessitate asserit Suarez, ibidem.

Charitas de se non est poenitentia, p. 194. n. 22.

Charitas omnes virtutes committatur, p. 195. n. 24.

Charitatis actus contrahet omnem vim, & bonitatem actus poenitentiae, p. 196. n. 28.

Charitatis actus in illo qui conscius est peccati, est simul cum odio peccati, p. 199. n. 39.

Sine actu charitatis, vel poenitentiae Deus potest remittere peccatum, p. 201. n. 42.

Charitatis actu ex auxilio supernaturali per meritum Christi procedere posse hominem iustificari asserit Vazquez, & alij, p. 243. n. 37. & seqq.

Charitatis actum perfectum non sanctificare formaliter independenter a nouo favore diuinae misericordiae, a charitatis actu separabili docet Ripalda, 246. n. 42.

Charitas est principium Beatitudinis quantum ad fruitionem, & quantum ad visionem, p. 274. n. 16.

Charitas dat verum ius ad vitam aeternam, p. 275. n. 18.

Charitatis actus nequit esse cum priuatione gratiae, p. 320. n. 12. praedicti actus habent connexionem necessariam cum gratia, ibidem.

Charitatis motus in Deum ita vehemens potest esse quod omnia venialia consummat, p. 349. n. 48.

Charitatis actus per unum peccatum mortale statim perditur, & similiter gratia, p. 442. n. 1. & 2.

Christus.

Christi mortis beneficium, per sacramentum

Index Notabilium.

rum poenitentiae applicatur lapsis post baptismum, p. 6. n. 7.
 Christi verum Corpus non est pars Sacramenti tantum in Eucharistia, p. 14. n. 28 & seq.
 Christus non solum dixit vt peteremus peccata dimitti nobis, sed vt eius ministri illa soluerent, p. 48. n. 1.
 Christus determinauit verba absolutionis, p. 53. n. 22.
 Christus in principio suae praedicationis docuit modum agendi poenitentiam, p. 78. n. 2.
 Christus id quod pertinet ad officium ministrorum determinauit, quando dixit Petro tibi dabo clauas Regni Coelorum, ibidem.
 Christus praedicauit eandem poenitentiam ac Ioannes, p. 80. n. 10.
 Christus solus, satisfecit pro nobis ex rigore iustitiae, p. 120. n. 36.
 Christi impeccabilitatem ex triplici caprouenire probat D. Thom., q. 85. dub. 7. §. 5. n. 36.
 Christus sua passione instituit causam ex qua possent quaecumque peccata quandoque remitti, p. 269. n. 28.
 Christus corporeos morbos manuum impositione docuit curare, p. 72. n. 4.

Circumstantia.

Circumstantiarum duplex genus, aliae sunt agrauantes, vel minuentes, aliae mutantes speciem, p. 644. n. 2.
 Circumstantiae mutantes speciem dicuntur agrauare in infinitum, p. 645. n. 2. in fin.
 Circumstantiae quando agrauant, & quando mutant speciem assignare difficillimum est, ibidem num. 3. Doctrina S. Thomae explicatur, ibidem.
 Circumstantiae an debeant confiteri, & quales, vide verbo confessio circumstantiarum.

Cicatrix.

Cicatrices remanent ex peccato in anima per iustificationem sanata, pag. 302.

Commutatio.

Commutatio poenitentiae in Sacramento poenitentiae esset contra perfectionem attributorum Dei, p. 281. n. 41.
 Commutare est quid minus quam dis-

pensare, & relaxare, p. 282. num. 42.

Condonatio.

Condonationem pure extrinsecam sufficere ad remissionem peccati sustineri nequit in via D. Thomae, p. 234. num. 12.
 Condonatio nullam facit retractationem, p. 238. n. 21.
 Condonatio Dei, & hominis in quo differant assignatur, p. 242. n. 33.
 Consolatio quadam hominis Refertur ex D. Gregorio, p. 446. n. 5.
 Consolatio interior est aliquid consequutum ex eo quod est res tantum in Sacramento poenitentiae, p. 14. n. 27.
 Consolatio imprudens est dum quis tractus est de re aliqua, dicere illi maestiam illam nihil prodesse, p. 98. n. 43.

Confessio, Confessor.

Confessionem esse Sacramentum est de fide, p. 5. n. 4.
 Confessor pro peccatis venialibus quamlibet poenam quamvis mitem iniungens satisfacit muneri suo, p. 29. n. 35.
 Confessor pro peccato sub dubio an sit mortale deuet grauem poenam iniungere, p. 29. n. 35.
 Confessionem quilibet cum probabilitate peccati commisi deuet in articulo mortis ob periculum facere, p. 31. n. 47. & hanc confessionem tenetur facere licet hic periculo per receptionem alicuius Sacramenti possit oblati, ibidem.
 Confitens tria vel quatuor peccata si postea recordetur quarti determinate Non tenetur illud confiteri, p. 33. n. 56.
 Confessor si rogatus a poenitente vt eum absoluat, dicat libeter, vel aliud huiusmodi, non absoluit, p. 38. n. 11.
 Confessio & accusatio aliquem effectum realem habent in ipso poenitente, p. 84. n. 15.
 Per confessionem venialia remitti docet Concilium Tridentinum, p. 366. n. 2.
 Confessores minus prouident poenitentibus paratis tantum dando eis leuem poenitentiam, p. 462. n. 12.
 Confessio venialis peccati sine attritione supernaturali, non valet ad eius remissionem, p. 354. n. 60. In fin.
 Confessio generalis, tunc pectoris, oratio dominica operantur remissionem venialium in quantum sunt cum aliquo

Index Notabilium.

quo motu detestationis, p. 367. §. 2.
 Confessio sicut, & absolutio nequit dimidiari, p. 71. Vtraque debet esse integra, ibidem.
 Confessionis aethimologia, p. 629. n. 11.
 Confessio duplex alia laudis, alia peccatorum, ibidem. Confiteor idem valet secundum D. Chriostorum quod gratias ago, ibidem.
 Confessionis variae assignantur definitiones, p. 630. n. 2. & seqq.
 Confessio sacramentalis est de necessitate salutis, p. 630. n. 1. & 2.
 Ad confessionem tenentur fideles praeccepto Ecclesiastico, p. 631. n. 3. Hoc praecceptum ab illo quo obligat ius diuinum est distinctum, ibidem.
 Confessionis praecceptum vt obligans ex iure diuino nequit tollere Ecclesia, nec dispensare de illo bene tamen potest dispensare in praeccepto annuae confessionis, & illud tollere, p. 631. n. 5.
 Confessio data est ad suppleendam contritionem, ibidem.
 Confiteri tenentur homines iure diuino in articulo probabili mortis. Et quando est administrandum Sacramentum & non potest elici contritio. Ante receptionem Eucharistiae similiter tenentur confiteri etiam si habeatur contritio, p. 631. n. 5.
 Hoc praecceptum confessionis annuae obligat iure diuino, & posito praecise quod imminet periculum obligationis, p. 631. n. 6. Hoc explicatur, ibidem.
 Hoc praecceptum neque infideles, neque catholice cumenos obligat, p. 632. n. 8.
 Hoc praeccepto non obligari eos qui nunquam peccauerunt mortaliter asserunt aliqui, p. 632. n. 9. Obligari sub peccato veniali asserunt alij, p. 633. col. 1. sed obligari sub mortali est probabilius, ibidem.
 Hoc praecceptum Ecclesiae obligare semel in anno & non determinate in pascha aut quadragesima probabiliter dicitur, sed probabilius est obligare determinate in Paschate, p. 633. n. 10.
 Confessionem anticipare tenetur qui cognoscit in fine anni confiteri, non posse, p. 633. n. 12. Similiter tenetur anticipare confessionem qui prauidet in articulo mortis non esse habiturum copiam confessarii, ibidem.
 Qui confessus non est anno praeterito tenetur confiteri ex praeccepto annuae confessionis, quam primum isto anno, p. 634. n. 14.

Qui confessus non est in periculo mortis teneri confiteri quam primum postea si conscientiam habebat peccati mortalis asserunt Alij, ibidem in fine numeri. Hoc alijs non placet, ibidem.
 Qui confessus non est anno praeterito non satisfacere praeccepto annuae confessionis nisi duabus confessionibus per se loquendo asserunt aliqui, p. 635. n. 15.
 Summus Pontifex nec Ecclesia potest dispensare in hoc quod aliquis unquam confiteatur, p. 635. n. 1.
 Non tantum physica impotentia, sed moralis, & difficultas extraordinaria potest excusare ab obligatione praeccepti annuae confessionis, p. 636. n. 3.
 Qui confiteri nequit nisi per interpretem si aliunde habeat remedium post excusari a praeccepto Ecclesiastico, & diuino confessionis etiam in articulo mortis, p. 636. n. 4.
 Probabilius est quod qui non potest nisi per scripturam confiteri, tenetur hoc praeccepto, ibidem n. 5.
 Confessionem esse de iure diuino est supponendum, p. 637. n. 1.
 Confessio est materia Sacramenti Poenitentiae, ibidem.
 Confessio est necessaria vt morbus animae apperiatur & manifestetur, ibidem.
 Confessionis integritas duplex, mathematica vna, & moralis alia, ibidem n. 2.
 Confessionis integritas exigit, vt peccatorum exprimentur species, & numerus, & circumstantiae substantiales, p. 638. n. 3.
 Confiteri non deuenire de resistentia diuinis inspirationibus facta asserunt aliqui, p. 638. n. 5.
 Confiteri de resistentia diuinis inspirationibus facta esse dignum estimationis asserit Ludouicus Granateus, p. 638. n. 6. Probat hoc rationibus, ibidem.
 Confiteri peccata iam confessia non esse licitum dixerunt aliqui, p. 639. n. 7. & probant, ibidem.
 Confessionem peccatorum quae iam sunt confessia conficere validum Sacramentum, sed sine fructu dixerunt Alij quod probabilius iudicat Scotus, p. 639. n. 8.
 Confessionem peccatorum quae iam sunt confessia, etiam sine alijs non confictis esse validam, licitam, & cum fructu asserendum est, p. 640. n. 9.

Con-

Confessione peccatorum iam confessorum vi clauium remittitur aliquid de poena, gratia confertur augmentum, & quanto magis gratia recipitur minus de impunitate peccati procedenti manet, p. 640. n. 9. in fin.

Per confessionem frequentem potest auferri tota poena, ibidem. Rationibus, & auctoritatibus hoc suadet, ibidem n. 11. & 12. Argumenta in contra soluantur, ibidem n. 13. & seqq.

Confessio illius qui conscius est nullius esse culpae nequit esse, p. 641. n. 15. Quare dicere Beatam Virginem solitam fuisse confiteri Ioanni ridiculum est, ibid. Beatus Albertus hoc non negat quia non loquutus est de confessione sacramentali, sed de confessione laudis Dei & humili cognitione propriae vilitatis p. 641. n. 16.

Confessio eorundem peccatorum an eodem die iterari possit examinatur, p. 642. n. 21. Affirmat Granados iterandam esse, imò & consulendum ut iteretur, ibidem, n. 22. Multi eum sequuntur, & in praxi hoc exercent, ibidem n. 23.

Confessio eorundem peccatorum eodē die seruatis seruandis licita est, & consulenda etiam sine necessitate urgente, p. 642. n. 24. Hoc est consonum communi doctrinae, ibidem vna ex conditionibus confessionis est quod si frequens, ibidem.

Confessionis frequentis eorundem peccatorum motiua, & effectus recensentur, ibidem.

In confessione tam frequenti timeri potest debita dispositio & reuerentia, & quod requiritur ad fructum confessionis, p. 643. n. 25.

Confessionis eorundem peccatorum frequentia non nisi moderate & iuxta regulas prudentiae consulenda est, ibidem. Rationibus probatur, ibidem, & n. 26. & seqq.

In confessionibus consuetudo Ecclesiae, & piorum hominum vltus non est nec ante Eucharistiam, nec in articulo mortis de eisdem peccatis, iterata confessio, ibidem n. 25.

Confessionis seu poenitentiae Sacramentum (vt ait Ricardus) respectu eiusdem peccati in numero pluries receptum non habet efficaciam ex vi clauium nisi obseruata reuerentia debita Sacramento, p. 643. n. 26.

Confessio iterari non debet respectu eius

dem peccati, & eodem die nisi adueniente nouo motu deuotionis, vel noua erubescencia, ibidem.

Confessionem non debere iterari, nisi vt supradictum est probatur ratione a priori, ibidem n. 27.

Confessio eorundem peccatorum quando, & quomodo iterari debet, & frequentari explicatur à Soto, ibidem numer. 28.

Circumstantiae peccatorum an in confessione explicandae sint disputatur, p. 644. n. 1. & seqq. Aliqua notata digna, ibidem n. 1. Quae debent supponi praesentantur, ibidem n. 2.

Confitendae, sunt necessario circumstantiae mutantes speciem, p. 645. n. 4. Omnes Theologi hoc fatentur, ibidem. Quomodo confitendae sint praedictae circumstantiae explicatur, ibidem n. 4. in fin.

In confessione dupliciter aliquid exponi potest videlicet directe secundum id quod per se exigit Sacramentum, & in directe secundum id quod per accidens petit Sacramentum, p. 646. n. 5.

De confessionis necessitate non sunt circumstantiae notabiliter aggrauantes de non mutant speciem, p. 646. num. 6. probatur hae assertio, ibidem, & pag. 647. n. 7.

Nullum omnino est praecipuum obligans directe, & per se, ad confessionem aliquius circumstantiae non mutantis speciem sed solum aggrauantis notabiliter, p. 647. n. 8. & seqq.

Praecipuum de confessione solum est de peccati mortalibus, non vero de accidentaliter annexis, p. 647. Quam malitiam addant peccato circumstantiae aggrauantes explicatur, p. 648. n. 11.

De necessitate confessionis sunt indirectae circumstantiae notabiliter aggrauantes, p. 649. n. 14. Illud verbum *indirectae* exponitur, ibidem. Confiteri aliquid indirecte, est quando illo non expresso in confessione sciri, non potest debitus satisfaciendi modus, ibidem. Probatur rationibus quod sic necessario sunt confitendae circumstantiae notabiliter aggrauantes, ibidem & n. 15. Ex quibus capitibus oriatur necessitas confitendi circumstantias aggrauantes, exponitur. Ibidem.

Quoad praxim fidelium siue circumstantiae sunt per se & directe, siue indirecte, & per accidens de necessitate Sacramenti, semper affirmandum est illas

teneri confiteri fideles, pag. 649. n. 16. Hoc probatur & explicatur, ibidem. Argumenta quae intendunt probare circumstantias aggrauantes esse per se de necessitate Sacramenti, proponuntur, & soluantur, p. 650. à num. 17. & seqq.

Vt confessio sit integra non est necessarium quod sacerdos, nec poenitens cognoscant determinatam quantitatem, sed sufficit secundum D. Thomam quod cognoscant quantitatem quae ex specie peccati consurgit, p. 651. n. 20.

Cur magis confiteri teneamur circumstantias mutantes speciem quam aggrauantes, redditur ratio & in quo differat exponitur, p. 651. n. 20. c. 2. in fin.

Confessio est integra si est illorum quae confiteri tenentur etiam si omittat ea quae non tenentur, p. 651. n. 20. col. 2.

In confessione poenitens interrogatus si raceat id quod indirecte tenetur declarare, vel si veritate non dicat, peccat mortaliter, si vero raceat id quod nullo modo est de necessitate Sacramenti non peccat, p. 651. n. 20. in fin.

Non confiteri circumstantias aggrauantes solum variat iudicium accidentale. Ibidem.

Confiteri in aliquo casu non tenentur circumstantias aggrauantes, p. 651. n. 21.

Confessio.

Cassus in particulari in quibus tenentur & in quibus non tenentur confiteri circumstantias aggrauantes, proponuntur & declarantur, p. 652. n. 22. & seqq. Per totum §.

In confessione circumstantias aggrauantes confiteri semper laudabile est, quo modorumque sint & consulendum, p. 652. n. 37.

In confessione circumstantias diminuentes confiteri an laudabile, an vituperabile sit, disputatur, p. 657. n. 37. & seqq. Per totum §.

Confiteri circumstantias diminuentes totaliter etiam si sint intra eandem speciem si in illis sinistra absit intentio laudabile est, pag. 657. numer. 38. Circumstantiae notabiliter diminuentes intra eandem speciem non sunt directe de necessitate confessionis, & indirecte vix aut nunquam erit peccatum mortale illas non exprimere, ibidem, n. 39. Nullum est praecipuum praecipiens confessionem circumstantiarum mi-

nuentium, etiam quae speciem variat, p. 658. n. 40.

Confitendae tamen communiter sunt necessario quando ex eorum occultatione prudenter iudicatur quod existimabit confessarius se accipere de peccato quod non fecit. Ibidem.

In confessione poenitens facit officium rei & accusatoris & non excusatoris, p. 658. n. 40.

In confessione poenitens tantum tenetur confiteri peccata quae fecit siue per omissionem siue per omissionem, non autem tenetur dicere hoc vel illud quod non fecit. Ibidem.

In confessione ipsum non excusare in quatuor casibus est virtualiter se excusare & confessorum decipere in his quae pertinent ad confessionem, p. 658. n. 40. in fin.

Confessionis integritas est duplex, materialis vna & alia formalis, p. 658. num. 1.

Confessionis integritatem materialem quae causa excusant, declaratur, p. 658. à n. 1. & seqq. Per totum §.

Confessionis integritas materialis excusatur ignorantia & obliuione, p. 658. n. 1. Impotentia moralis vel physica loquendi excusat in confessione ad integritatem materialem illius, ibidem, n. 2.

Ad confessionis integritatem materialē excusat quando exprimi peccatum nequit sine complicitate declaratione, pag. 659. n. 2. col. 1. Si autem copiam alterius confessoris habeat tenetur poenitens non. Confiteri cum illo qui personam cognoscit, sed cum alio, ibidem. Quando autem ad hoc teneatur, & respectu quorum peccatorum, explicatur. Ibidem.

Morus qui confitetur peccata sua signis, & nutibus absolendus est, in omni tempore cuiuscumque necessitatis. Idemque dicendum est de extraneo loquente eo idiomate, quo à confessorio non satis bene percipitur, dum non adsit alius sacerdos qui bene percipiat, p. 659. n. 3.

In confessione infirmi non potentis, integre confiteri in articulo mortis quid faciendum sit, declaratur, p. 659. num. 3.

Confessarius nequit absoluerē infirmum sentibus destitutum nullo adstante qui certificet de confessionis petitione ab ipso, p. 659. n. 3. in fin.

Ad confessionis integritatem excusat vel litas magna confitentis, vel sacerdotis quando cum magna probabilitate timetur propriam vel alienum magna incommodum, p. 660. n. 4.

Confessionis integritas an possit valide, & licite fieri inter absentes, vel per epistolam vel interpretem disputatur, p. 661. & seqq.

Integrum confessionis Sacramentum cōfici posse inter absentes per epistolam viam, aut mortuam, qui videtur affirmare, & qui de facto affirmant referuntur, p. 661. n. 1. & 3. Afferentes hanc sententiam in prædicatorum ordine fuisse natam, adultam, & sepultam, & ipsius ordinis conuittantes doctrinas, ipsorum dictis conuincuntur, p. 662. n. 2.

Confessionem per literas esse illicitam, sed validam asserunt alij, pag. 662. n. 4. & 5.

De Sacramenti confessionis essentia non est, quod poenitens verbis sua manifestet peccata, p. 663. n. 7. Ita asserit D. Thomas, & demonstratur euidenter ex praxi Ecclesie & communi Theologorum, p. 663. n. 7.

Confiteri tenetur poenitens peccata sua voce propria per se loquendo cum potest, p. 664. n. 8. Ex D. Thom. ex communi Theologorum, & ex institutione Sacramenti probatur. Ibidem.

Confessio veluti absolutio est actus personalis, ibidem n. 9.

Confessio & absolutio per internunciū, vel per epistolam illicita erat etiam ante tempora Clementis VIII. p. 664. n. 12.

Confessio & absolutio in absentia iure diuino non est Sacramentalis sed omnino inualida, & nulla, p. 664. n. 13. Quod hæc assertio fuisse semper communis Theologorum suadet, ibid. Scotus asserit contrarium esse contra rationem confessionis, quia omnis scriptura ex sui natura nata est esse publica, p. 665. n. 13. Hanc rationem impugnat Soto, p. 665. n. 14. Alijs rationibus probatur, p. 665. n. 15. & seqq.

Confessionis Sacramentum cur inter absentes est nullum, secus Sacramentum matrimonij redditur ratio, & discrimen, p. 667. n. 22. & 23.

Quando D. Thomas inquit quod in absentia Sacerdotis potest etiam Laico fieri confessio, non loquitur de confessione sacramentali, pag. 667. n. 25. &

in hoc sensu loquitur S. S. P. P. Ibidem.

Confessionem & absolutionem inter absentes Thomistæ semper vt illicitam, & inualidam reprobare curarunt, p. 667. n. 25. Per totum. §.

D. Thomas Cantuariensis non misit ad curiam pro absolutione sacramentali, sed pro absolutione de censuris, & relaxatione iuramenti & commisionis vt à Præbitero fieret absolutio, p. 670. n. 36.

Sine confessione explicita peccati in specie an possit dari aliquis casus in quo possit dari absolutio sacramentalis disputatur, p. 671. n. 1. & seqq. Sententiæ negatiuæ A. A. referuntur, & eorum fundamenta proponuntur, p. 671. n. 1. 2. & seqq.

Aliquando sine expressa confessione peccati absolutionem posse impendi fatendum est & practicandum, p. 673. n. 8. Auctoritatibus sanctorum probatur & in quibus casibus hoc possit fieri ex ipsis auctoritatibus colligitur. Ibidem & n. 9. & seqq.

Infirmus qui in articulo mortis est possit voceque priuatus nuru petens absolutionem, debet absolui. Ibidem.

Praxis antiqua in prædicto casu qualis erat referitur, p. 675. n. 16.

Vazquez inquit quod tempore Henrici Quarti in Hispania Bulla cruciatæ Regnis nostris concessa fuit non tantum pro ijs qui confiterentur speciatim peccata, sed etiam pro ijs qui cum signis tantum contritionis absoluerentur, pag. 676. n. 17. Sed verbis formalibus confessionis non relatis nequit certitudo de illa haberi. Ibidem n. 18.

In Bulla cruciatæ quæ nunc extat solum concedit indulgentias, p. 676. num. 18. & 19.

Oblitus peccati quoad speciem solum dicendo se peccasse mortaliter absoluedus est, p. 676. n. 21.

Non habens conscientiam peccati mortalis, dicens tantum se peccasse venialiter sine dubio absoluedus est, p. 677. n. 22. in prædictis casibus ponitur vera accusatio, & determinata materia proxima confessionis licet sit generalis quoad species. Ibidem, n. 23.

Confiteri tenetur omnis qui cōscius est peccati mortalis quoad numerum & speciem si possit, p. 677. n. 24.

Confitendo se peccasse venialiter, vel dicendo se peccasse mortaliter sed iam esse confessum non esse bonam confessionem.

Confessionem, nec posse sacramentali absolutionem recipere asserunt Aliqui, p. 677. n. 24.

Confessionem tantum peccati venialis ingenere sufficere in eo qui non habet conscientiam peccati mortalis etiam extra casum necessitatis, speculatiue tantum loquendo, asserit Suarez nihilominus tamen practice negandum esse affirmat, p. 677. n. 25.

In confessione voluntaria oportere aliqua ratione particulari peccatum declarare inquit Granados, ibid. nu. 27.

Qui in generali se accusaret quod aliquod peccatum mortale commisisset etiam si nihil amplius declararet nullam irreuerentiam committeret, & licite posset absolui, ibid. Hæc sententia solum est probabilis, & in necessitate praticari potest, sed non debemus exponi periculo faciendi confessiones nullas, p. 678. n. 29.

Vt confessio sit vera signa contritionis deure esse in ordine ad clauas asserit Suarez, p. 678. n. 30.

Confessionis nullam mentionem facies infirmus licet ostendat se contritum & deuotum, quod absolui non deuret asserit Suarez, ibidem. Sufficere signa contritionis etiam si nulla mentio absolui asserunt multi, ibid. n. 31.

Si constet signa externa fieri in ordine ad confessionem concedenda est absolute absolutio, si vero solum presumatur talia signa esse in ordine ad confessionem tribuenda est absolutio sub conditione, p. 679. n. 32. & 33.

Vt Confessio sit valida, quando signis absolutio petitur an requiratur signa esse coram sacerdote an sufficiat quod aliquis testis sit qui certificet sacerdoti de petitione confessionis disputatur, p. 679. n. 34.

Negat Soto absoluedum esse eum qui coram sacerdote nullum signum in ordine ad confessionem fecit, etiam si testis sit qui dicat illa id habuisse, p. 679. n. 34. Contrarium asserit S. Antoninus & Alij, ibidem, n. 35. Vt probabiliorē defendit Villalobos, & probat, pa. 680. c. 1. sed omnibus attentis probabilius est speculatiue non esse absoluedum si coram sacerdote nullum signum confessionis fecit, p. 680. c. 1. in fine. Sed probabile est posse absolui, & quia sic præcipitur in Rituali in praxi absoluedus est qui nullum signum facit coram sacerdote

tam est testis qui testificetur signa confessionis fecisse, p. 680. c. 2. in principio

Confessionem posse fieri in absentia, dū absolutio fiat in presentia asserit Suarez, p. 680. n. 36. Hanc doctrinam non opponi Decreto Clement. VIII. asserit idem Auctor. Ibid. Suarez. Alij sequuntur, ibid.

De sensu decreti Clementis VIII. prohibentis confessionem, quid Auctores sentiant exponitur, ibidem, & p. 681. n. 37. & 38. & seqq. Per totum. §.

Quid de illo sentiendum est declaratur, p. 684. n. 49. & seqq.

Sine confessione dari posse absolutionem sacramentalem in extrema necessitate moribundi affirmant multi, p. 685. n. 1. In tali casu teneri ad illam impendendam sub præcepto charitatis affirmat Martinus à S. Ioseph, p. 685. n. 2. Probat ex casu qui contigit Clementi VIII. & rationibus, p. 685. nu. 3. & p. 686. n. 4. & seqq.

Sine confessione posse dari absolutionem sacramentalem, adhuc in extrema necessitate moribundi est falsissimum, & improbabile speculatiue, & practice, p. 686. n. 2. Est contra omnes fere Doctores, ibid. Indirecte & ignorate praticari ab aliquibus Sacerdotibus inquit Petrus Fay, p. 687. c. 1. circa finem

Vt homo possit absolui in periculo mortis requiri propriam confessionem, vel signa doloris, vel testimonia aliorum hoc testificantium asserit S. Leo, pag. 687. n. 9. Ex Concilio Tridentino suadet, ibidem.

Caramuel impugnat, ibidem, n. 12. & seqq.

Argumenta soluntur, p. 689. num. 19. & seqq.

Omnem confessionem quocumque modo informem ob aliquod impedimentum gratia recipienda per Sacramentum esse prorsus inualidam asserunt Aliqui, p. 620. n. 1. Et probant, n. 2. & seqq.

Contrarium est verissimum, p. 621. nu. 6. & seqq.

Confirmatio

Confirmatio, & reliqua Sacramenta solum diuinitus virtutis ratione possent, p. 1. n. 2.

In confirmationis, Extremæ unctionis, & ordinis Sacramento datur maior gratia simpliciter quam in poenitentia, p. 7. n. 12.

In confirmationis Sacramento confer-
tur plenitudo Spiritus Sancti, p. 71. nu-
3.
Confirmatos in peccato sicut dignones
esse aliquos homines asserit Richar-
dus Armachanus, p. 184. n. 20. erroneū
esse hoc affirmare asserit Soto, p. 185.
n. 23. & seqq.
Confirmationis Sacramentum nobilius
est Sacramento poenitentiae, p. 7. n. 12.

Contritio.

Contritionem esse partem intrinsecam
Sacramenti poenitentiae est valde pro-
babile, & communior inter Theolo-
gos, p. 14. n. 26.
Contritionem interiorē per Sacramē-
tum poenitentiae importari essentiali-
ter est probabilius, ibidem, nu. 27. Per
id quod est Sacramentum tantum im-
portatur in obliquo, ibidem. Per id au-
tem quod est res, & Sacramentum si-
mul importatur essentialiter in recto,
adequate, ibidem.
Contritionem esse partem intrinsecam
Sacramenti Poenitentiae male probat
Lugo, p. 15. n. 22.
Contritio nulla sine voto confitendi pec-
cata sufficit in lege Euangelica ad iu-
stificationem, p. 28. n. 33. Oppositum
est contra Concilium Tridentin. ibi-
dem.
Contritio, quomodo in omni tempore
fuisse necessaria ad impetrandam ve-
niam, declaratur, p. 28. n. 34.
Contritionem esse dolorem & de pecca-
to commissio detestationem docet Cō-
cilium Tridentinum, p. 97. n. 41. Ratio
ne probatur, ibidem.
In contritione duplex dolor assignatur
Secundum D. Thomam, 142. n. 15.
Contritionis actus non est causa forma-
lis iustificationis perfectae, potest ta-
men esse de potentia Dei absoluta iu-
stificationis imperfectae, asserit Magi-
ster Serra, pagina 249. numero 58. &
seq.
Contritio non habet vim limitatam rel-
pectu peccatorum, pagina 282. num.
42.
Contritio vt informis non est supernatu-
ralis, p. 305. n. 7.
Contritionem effectiuē moraliter esse
causam remissionis peccati docent
Aliqui, p. 309. num. 17.
Contritio ad remissionem culpae, & pec-
nae temporalis se habet per modum

causae efficientis, quantum vero ad ma-
gulam, & poenam aeternam dispositio ē
secundum D. Thomam, p. 312. numer.
24.
Contritio est causa physica efficiens ef-
ficientia secundum quid, & mediata,
omnis expulsionis peccati quoad ma-
culam & reatum poenae, p. 313. n. 30. &
seqq.
Contritio aut poenitentia non est dispo-
sitiō physica actiua, & immediata ad
formam, sed passiva & mediata, p. 313.
n. 30.
Contritio effectiuē moraliter imperfec-
te expellit offensam & reatum poenae
aeternae, p. 314. n. 32.
Contritio effectiuē moraliter perfectae
expellit reatum poenae temporalis, ibi-
dem.
Contritione posita infalibiter ponitur
gratia secundum Sacram Scripturam,
& P. P. p. 319. n. 9. Sic omnes fideles
sentiunt, ibidem.
Contritio non est vltima dispositio ad
gratiam prout est ab homine, sed solū
prout a Deo, p. 328. n. 36.
Contritio quomodo sit vltima disposi-
tio ad gratiam eam praecedens, & sub-
sequens in diuerso genere causae, variis
assignatur explicationes, p. 328. n. 38.
& seqq.
Contritionis cōnexio cum gratia, nō est
ex lege naturae sed ex necessitate, &
suppositione diuini ordinis, p. 329. n.
36.
Contritionem esse causam solum mora-
lem venialis peccati asserunt multi, p.
338. n. 19.
Contritionem esse causam, non solū mo-
ralem, sed etiam physicam, formalem
remissionis peccati, defenditur, p. 339
n. 20. & seqq. Argumenta contraria
soluuntur & retorquentur contra ar-
guentes, p. 340. n. 23. & seqq.
Contritio dicitur poenitentia non solū
imperata a charitate, sed etiam a gra-
tia, p. 352. n. 37.
Contritio resurgens est vltima disposi-
tio ad gratiam quae tunc confertur, &
ad illam, per quam opera mortificata
uiuificentur, p. 418. n. 12.
Contritio, confessio, & satisfactio sunt
partes essentialis Sacramenti poenite-
ntiae, p. 455. n. 1. Hoc negat Luther, imō
asserit non esse partes, ibid. n. 2. fuit a
Leone X. Condemnatus, ibid. Quod
sint partes essentialiter, probatur pluri-
bus auctoritatibus S. S. p. 456. nu. 2. &
seqq.

Contritionis spiritualis, & sacramenta-
lis assignatur differentia, p. 461. n. 17.
in medio.
Contritionem, confessionem, & satisfac-
tionem esse partes integrales Sacra-
menti Poenitentiae asserit D. Thom. p.
464. n. 1. & seqq.
Contritio, confessio, & satisfactio quo-
modo omnes sint partes essentialis ex
parte materiae explicatur, p. 465. num.
5.
Contritio in voto est pars essentialis poe-
nitentiae, ibidem.
In contritionis motu subitaneo repe-
riri potest maior dolor a praeciatiue de
maiori peccato, pagina 531. num. 25.
Contritio an debeat esse maximus dolor
intensiue, disputatur, pag. 533. nu. 1. &
seqq. per totum, §.
Contritio vt det gratiam, non est necessa-
rium vt sit maximus dolor intensiue,
p. 535. n. 7. & seqq.
Contritus non est omnis, qui dispien-
tiam habet peccati, sed aliquando so-
lum est attritus, pagina 539. col. 1. num.
14.
Contritionis determinata duratio an re-
quiratur vt contrito detur gratia, dispu-
tatur, pagina 539. a numero 16. per to-
tum, §. Quid sentiant A. A. ibidem n. 1.
& seqq.
Contritio potest fieri in instanti, p. 540.
n. 19.
Contritio instantanea potest esse vltima
dispositio ad gratiam, ibidem, & seqq.
De contritionis nomine, & significatio-
ne quid Antiqui, & quid moderni sen-
tiant, ibidem & pagina 541. numer. 1.
& seqq.
Contritio non significat aliquid, com-
mune attritioni, & contritioni, p. 541.
n. 1.
Contritio est quid analogum respectu cō-
tritionis, & attritionis, ibidem.
Contritionem informem posse fieri for-
matam asserit Caietanus, p. 551. n. 30.
Contritionis an extet peculiare praecip-
tum, disputatur, p. 559. n. 1. & seqq.
Contritio tripliciter potest esse necessa-
ria, p. 559. n. 2. potest esse necessaria in
ordine ad remissionem peccatorum,
vel quantum est pars a Christo institu-
ta ad Sacramentum Poenitentiae. Vel
in quantum est actus virtutis, pa. 559.
n. 2.
Contritionis in quantum est virtus exte-
re peculiare praecipuum negat aliqui,
pag. 559. nu. 3. Contrarium cum Soto

supponendum est pagin. 560. numero
4.
Contritionem tenetur facere ex praecip-
to peccans mortaliter, p. 560. nu. 5. &
seqq. Obiectio contra hanc veritatem
soluitur, p. 561. n. 8. & 9.
Cur de contritione, & poenitentia specia-
le praecipuum sit, & non de gratia ha-
benda, redditur ratio, p. 561. n. 9. An
praecipuum hoc sit de iure naturae dis-
putatur, p. 562. n. 12.
Contritionis praecipuum supposita fide
non tantum est iuris diuini, sed etiam
iuris naturalis, seu connaturalis gratiae
sicut praecipua fidei, & charitatis, p. 563.
n. 14. Pluribus locis D. Thomae proba-
tur. Ibidem, & n. 15.
Ex quo motiuo praecipui contritionis
oriatur obligatio, disputatur, p. 564. n.
18. Multa motiua assignant Theolo-
gi, ibidem. Tria principalia referuntur
scilicet obligatio iustitiae, charita-
tis, & misericordiae, p. 564. n. 18. Colli-
gitur hoc ex D. Thoma. Ibidem, quod
oriatur contritionis praecipui obliga-
tio ex his motiuis, ostenditur in singu-
lari de quolibet, ibidem, & p. 565. n. 19.
& seqq. Argumenta contra hanc do-
ctrinam proponuntur, p. 566. n. 23. &
soluuntur. Ibidem, a n. 24. & seqq.
Qui conterendi transgreditur praecipuum,
primario non vult recompensare iniu-
riam Deo factam, nec illi satisfacere
prout potest & tenetur, p. 570. col. 1. in
princip.
Contritionis praecipuum ad quod praecip-
tum Decalogi reducatur, exponitur,
p. 575. a n. 54. per totum, §. Reduci ad
quintum praecipuum asserit Vega, ibi-
dem. Non esse necessarium quod redu-
catur ad aliquod Decalogi praecipuum
inquit Suarez, p. 576. n. 55. Mens D.
Thomae circa hoc proponitur, ibid.
Conterendi obligatio directe est a parte
potentiali iustitiae, p. 576. col. 2. in fin.
n. 56. instante praecipuo dilectionis Dei
vel Religionis, agnoscens se mortali
peccato impeditum, tenetur imperare
vel ordinare ad suum finem actum poe-
nitentiae, ibidem.
Contritionis, vel poenitentiae praecipuum
nequit impleri nisi comitetur actus
charitatis, pagina 577. colun. 1. in
princ.
Implere praecipuum contritionis per do-
lorem ita imperfectum vt per illum
non consequatur gratiam, repugnat,
p. 577. n. 57.

Index Notabilium.

Vt contritionis præceptum impleatur, & impletum inteligarur, quid requiratur, declaratur, p. 577. n. 60. & 61.
 Contritionis æthimologia, pag. 470. nu. 1.
 Conteri conuenit per metaphoram cori di, p. 470. n. 1.
 Contritio secundum proprietatem vocis non significat actum virtutis, sed quandam corporalem passionem, p. 470. n. 2.
 Contritionis, & fractionis differentia, p. 470. n. 2.
 Contritio in Sacra Scriptura accipitur, etiam pro exitio, & deuastatione, pag. 471. n. 3.
 Contritionis variæ acceptiones, p. 471. n. 3. & 4.
 Contritio dicitur per metaphoram actus quo peccatum remittitur per modum vltimæ dispositionis ad iustificationem, p. 470. n. 2.
 Contritionis frequens vsus Sacra Scriptura. Locis demonstratur, p. 472. n. 5. & 6.
 Contritionis vis non agnoscebatur in lege naturæ, p. 472. n. 6.
 Contritio nuncupatur compunctio, & scisio, p. 473. n. 9.
 Circa contritionem hæreses, & earum impugnationes, p. 473. n. 9. & seqq.
 Contritio est actus elicitus virtutis poenitentia, p. 476. numer. 22. Probat, ibidem, & p. 477. n. 23.
 Contritio imperatur à charitate, pag. 477. n. 24.
 Contritio non imperata à charitate, vel non committata ab illa. Non est perfecta & completa in ratione vltimæ dispositionis, ibidem, & p. 478. num. 25. & seqq.
 Contritionis actus in iustificatione regulariter ab actu charitatis differt realiter, post tamen aliquando vnus ab alio contineri, p. 483. n. 43.
 Contritio supernaturalis nõ datur infor- mis, p. 484. n. 44. & seqq.
 Contritio aliqua potest cari quæ inuincibiliter reputetur supernaturalis, & reuera naturalis sit, ibidem.
 Contritio secundum Caietanum sonat perfectam displicentiam peccati, non vero dolorem de peccato, p. 486. nu. 3. Hæc sententia Caietani explicatur, p. 487. n. 7. & seqq.
 Sententia asserens ad veram contritionem non sufficere implicitum propositum emendationis in futurum securior est,

& probalior quam sententia Caietani, licet probabilis, pagin. 491. numer. 23.
 Contritionis definitio a Granadostradita rejicitur, p. 492. n. 25.
 Contritio vel perfecta, vel imperfecta est pars essentialis Sacramenti poenitentia, p. 603. n. 8. Auctores huius asserti referuntur. Ibidem, n. 8. & seqq. Rationes quibus hoc probatur proponuntur, & argumenta pro opposita diluuntur, ibidem, & n. 16. & seqq.
 Iudicantes se habere Contritionem, vel attritionem, reuera illa carere nullum recipiunt Sacramentum, p. 608. n. 16. & 17.
 Per contritionem etiam cum charitate perfecta, & cum voto suscipiendi Sacramento coniunctam non remitti erimen extra casum necessitatis, aut martirij sine actuali susceptione Sacramenti asserit Michael Baius, p. 493. n. 1. Quæ doctrina fuit damnata à Pio V. & Gregorio XIII. ibid. Illam conuati sunt suscitare Aliqui Theologi, ibid. n. 2. Verum sententia hæc non solum est periculosa, sed temeraria, & scandalosa, p. 494. n. 3.
 Contritos esse in statu gratia per contritionem supponunt Pontifices, p. 496. n. 16.
 Per contritionem veram cum desiderio suscipiendi Sacramentum Poenitentia, si non adsit qui reconciliet post quis in articulo mortis peruenire ad æternam gloriam, ibidem.
 Contritio non omnis est perfecta, p. 498. n. 22.
 Contritio perfecta semper offert remissionem præsentem peccatorum, ibid.
 Contriti etiam si sibi reuelatur à Deo iã esse peccata sibi dimissa habita oportunitate tenentur confiteri, & si omittant peccant mortaliter, p. 500. num. 31.
 Nullus post esse certus contritionem suã sufficere ad deletionem poenæ, & culpæ. Ibidem.
 Contritio nequit esse de malis poenæ; bene tamen dolor, p. 501. n. 1.
 Contritio importat comminationem alicuius duri, & integri. Ibidem. Hæc integritas, & duritia inueniuntur in malo culpæ. Ibidem.
 Displicentia mali culpæ dicitur per similitudinem contritio, ibidem.
 Qui de peccatis vere conteritur, tantum debet curare vt ex amore supernaturali Dei displiceat illud quod comisit,

siue

Index Notabilium.

siue hoc consistat in priuatio, siue in positio, p. 503. n. 9.
 Contritio est propiissima de omni peccato actuali a nobis commisso, p. 504. n. 13. & 14.
 Contritionem habere de venialibus non tenemur aliquo præcepto. Ibidem n. 15.
 Contritum dicitur esse eor per metaphoram in Sacra Scriptura, & P. P. p. 470. n. 2.
 Quod nullum sit præceptum de venialibus contritionem habere, per se loquendo probat Nuño, pagin. 505. numero 16.
 Contritionem, & poenitentiam posse, & debere esse de peccato habituali colligi ex D. Thoma asserit Suarez, ibid. n. 17. Huic doctrina opponitur Lugo, ibidem.
 Magis potest esse contritio, & poenitentia de macula habituali ex proprio consensu contracta quam de macula peccati originalis, p. 505. n. 17. in fin.
 Quomodo per contritionem quæ tristitia est accidia & inuidia quæ tristitiã causant curentur cum contraria contrarij curentur, explicatur, p. 505. num. 18.
 Contritio non est proprie de peccatis futuris, sed magis cautio, pag. 506. n. 20. Cautio est pars prudentia quæ auriga virtutum dicitur, ibidem.
 Propositum non peccandi in futurum, & detestatio omnium peccatorum imminuentium in futurum, non sunt essentialiter ipsa contritio, sed illi adiunguntur, p. 507. n. 22.
 Contritio non est de alienis peccatis, p. 508. n. 25. Obiectio soluitur. Ibidem, n. 26. Aliquæ Auctoritates Sacra Scriptura, & Sanctorum explicantur, p. 508. n. 26. & 27. Aliæ obiectiones soluntur, ibidem, n. 28. & seqq. Habitum acquisitum poenitentia habere actus specie distinctos circa peccata propria, & aliena, asserit Lugo, p. 509. n. 29. Probant ex D. Thoma, p. 509. n. 30. Ratio vera, & à priori qua probatur contritionem non esse de peccatis alienis proponitur, p. 510. numer. 33. Sententia Lugo non admittitur, & eius fundamentis responderetur, p. 510. n. 33. in fin. & n. 34.
 Contritio perfectissima potest esse de peccatis remissis, pagin. 510. numero 35. & seqq. Aliqua obijciuntur. Ibidem conclusio, est certa & communis, p.

511. numero 36. Rationibus probatur, ibidem.
 Sciens per reuelationem diuinam peccata propria esse dimissa quoad culpam, & poenam potest conteri, & poenitere de illis, pagin. 511. numero 37. S. Petri lacrimæ ad diluendam culpam negationis virtutem sacri habuere Baptismatis vt ait S. Leo, & nichilominus pluries imò toties quories gallum contentem audiebat conterebarur, & poenitebat, pagin. 512. colun. 1. Alijs exemplis comprobatur asserit, ibidem, n. 38. Rationem assignat Lugo, ibidem, p. 9.
 Post Baptismum potest quis conteri, & poenitere de peccatis commissis ante Baptismum, pagina 513. numero 40.
 Contritio potest esse de peccatis ante Baptismum commissis, non vero confessio, ibidem.
 Contritio proprie, & in rigore non est de solis imperfectionibus, pagin. 513. numero 41. & seqq. Imperfectiones, quænam sint explicant P. P. Salmanticensis, pagina 513. numero 42.
 Contritionem posse exerceri circa imperfectiones asserit Lugo, pagin. 514. numero 44. & 45. Eius fundamentis respondetur, pagina 515. & seqq. numero 46. Cum imperfectionibus solent multa admitti venialia, pagina 515. nu. 48. Propterea bene faciunt qui de illis se accusant, & conterantur, de illis, ibidem.
 Contritio singularis potest dici, vel ex parte actus, vel ex parte effectus, pagina 516. numero 1. Hoc explicatur, ibidem.
 Sub contritione comprehenduntur oia peccata mortalia. Ibidem. Quæstio an singularis contritio requiratur de singulis mortalibus culpis dupliciter examinatur secundum duplicem sensum quem includit, pagina 516. num. 2.
 Cogitatio omnium peccatorum, ad contritionem requiritur tribus modis, ibidem, n. 3.
 Contritiones totidem non debent correspondere singulis peccatis est certum, ibidem numero 4. Possit singulis peccatis totidem contritiones correspondere asserit Soto, pagina 517. num. 5.
 Ad contritionem secundum se exigere,

quod terminetur ad singula mortalia, sed sufficere ad iustificationem contritionem generale asserunt Caietanus, & alij, p. 517. n. 6. & probant. Ibid. & n. 7. & seqq.

Contritionem, & detestationem singulorum peccatorum requiri ad remissionem illorum expresse asserit D. Thom. p. 518. n. 10.

Hanc sententiam multi sequuntur, p. 118. n. 11. Loqui D. Thomam de necessitate non solum præcepti, sed etiam de necessitate finis explicat Cano, p. 519. n. 12. Probationes Cano proponuntur, p. 519. n. 13. & 14. & seqq. Sententia D. Thomæ verissima est, pro conclusione statuitur, & ab impugnationibus liberatur p. 520. n. 18. Per totum, §. Aliqua scitu digna norantur, ibidem, n. 18 & 19.

Necessitas actus contritionis vel poenitentiae solum valet suppleri in casibus extraordinarijs ibi relatis, pag. 521. numero 20.

Quantus dolor requiratur ut contritio sit, explicatur, p. 524. n. 1. & seqq.

Contritio est displicentia peccati, & est involuntaria, ibidem.

Contritio debet esse dolor excedens omnes alios dolores, ibidem. Probat D. Thomas hoc assertum duplici ratione, ibidem.

Hæc doctrina D. Thomæ est Theologorum communis, & Soto appellat eam catholicam veritatem ex Euangelio Collectam, ibidem n. 2. Quod confirmat ex consonantia utriusque præcepti charitatis, ibidem, Alij Theologi non assignant prædictam veritatem, ut immediate de fide, ibidem, n. 3. sufficit dare ei certitudinem Theologicam, ibidem.

Contritionis dolor dicitur maior, vel minor intensivè, vel a præciatiuè, ex parte obiecti, p. 524. n. 3.

Ad contritionem veram, plus a præciatiuè debemus dolere de peccato quam de omni malo poenæ, pag. 524. numer. 4. Rationem huius assignat D. Thomas, ibidem.

Contritus tenetur in generali velle pati magis quamcumque poenam, quam peccare, ibidem.

Stulte tamen faceret si quis se ipsum, vel alium sollicitaret super huiusmodi particularibus poenis ait D. Thomas, p. 525. n. 5. Sancti faciebant huiusmodi comparationes quia confirmati erant

in gratia, alij vero non est consulendum illas facere, ibidem. Pro evitandis poenis inferni non potest homo licite eligere nec peccatum mortale, nec veniale, p. 526. n. 11. Aliquorum, p. sanctorum affectus quibus eligebant magis penas inferni quam peccare, referuntur, ibidem. Hæc doctrina est D. Thomæ, quam probat auctoritatibus, & rationibus, pag. 527. n. 12. & seqq. Alia notatione digna videantur, ibidem.

Contritionis præceptum quando obliget an statim post commissam peccatum, an non, disputatur, pag. 528. a n. 1. per totum, §. Sententia A. A. referuntur, ibidem n. 1. & seqq. Caietani sententia ad tres conclusiones reducitur, prima quod peccator non tenetur ad contritionem quoties practice recordatur peccatorum suorum, p. 529. n. 7. Secunda Caietani conclusio est permanere in statu peccati illicitum est, & prohibendum non tamen est novum peccatum nisi talis status de novo acceptetur, p. 530. col. 1. in princ. Tertia Caietani assertio est contritionis præceptum ut mixtum ex affirmativo, & negativo obligat ad statim habendam contritionem non tamen est novum peccatum ex præteritione temporis, p. 530. n. 8. Dubij resolutio duabus conclusionibus fit, p. 529. n. 10. & seqq. Argumentis satisfit, p. 532. n. 15. & seqq.

Contritionis elicere actum, non tenetur homo statim ut peccavit mortaliter, ibidem. Hæc assertio non solum communis, sed communissima est, ibidem. Est D. Thomæ, ibidem. Rationibus probatur, p. 529. n. 12.

Contritionis actum, vel poenitentiam non tenetur homo elicere, quoties peccata memoriam occurrerint, siue speculativè siue practice occurrant, p. 532. n. 13.

Contritionis, seu defferendi peccatum præceptum, & præceptum restituendi in quo differant exponitur, p. 533. n. 18. In quo assimilentur declaratur, ibidem, n. 19.

Contritionem velle differre regulariter illicitum, aliquando potest esse licitum & quomodo? Explicatur, p. 534. n. 23. Velle differre contritionem est indifferens ad bonum, & malum, ibidem.

Contritionem differre, vel differre recompensationem iniuriæ Dei per contritionem, & differre recompensationem iniuriæ proximi per restitutionem in quo differant. Explicatur, p. 535. n. 27. & 28 & 29. Con-

Contritionis præceptum, & præceptum charitatis de correctione fraterna in quo differant in tempore obligationis, p. 537. n. 13. & seqq.

Contritionis præcepti, & aliorum præceptorum discrimen assignatur, p. 588. n. 33. & seqq.

Illud S. Gregorij, Scilicet peccatum quod mox per poenitentiam non deletur suo potest ad aliud trahi explicatur, p. 589. n. 37. & 38. Dilationis contritionis periculum quodnam sit, declaratur, p. 589. n. 39.

Contritionis præceptum in articulo, vel periculo mortis obligat, p. 590. nu. 2. Ante articulum, vel periculum mortis, nullo modo obligare inquit Vazquez, p. 590. n. 3. Suarez inquit obligare quando obligat præceptum dilectionis Dei ante periculum mortis, p. 590. n. 4.

Contritionis præceptum sæpe obligat ante articulum, vel periculum mortis, ibidem n. 4. & 5. Determinare tempus in quo obliget difficillimum est, p. 591. n. 5. Aliqui extendunt ad septennium, ibi. Lag. ad tres vel quatuor, annos ibidem. Soto ad unum annum, ibidem, alij ad sex vel octo menses, ibidem.

Contritionis præcepti obligatio ex pluribus locis Sacrae Scripturae colligitur, quod sit extra periculum mortis, pag. 591. n. 6. & seqq.

Contritionis præceptum, licet certum & sine dubio sit, quod sæpe obliget, de die, mense, & hora qua obligat nulla est certitudo, p. 592. n. 10. in fin.

Contritionis præceptum quando obliget ratione alterius disputatur, p. 593. nu. 12. & seqq. Disputatio tenet in casu quo quis tenetur ad celebrandum, saltem conteri teneatur ex præcepto contritionis, ibidem. Cano asserit in casu quo sacerdos habens peccatum mortale, & non confitens, nec conterens, peccare peccato sacrilegij si ministrat Sacramentum non vero peccato ommissionis poenitentiae, excepto si celebrat Eucharistia Sacramentum, p. 593. nu. 12. Hanc doctrinam Multi recipiunt quoad peccatum in Sacramento Eucharistia, ibidem n. 13.

Contritionem habere omnibus diebus festis an tenamur? Etiam inquiritur, ibidem, p. 593. n. 14. Affirmativam partem tenent multi, p. 594. n. 14. & 15. Negativam tenent Caietanus, Cano & Soto, & alij, pag. 594. colun. 2. numer. 16. & 17. & seqq.

Negativa sententia est etiam D. Thom. p. 595. col. 1. Alij casus proponuntur in quibus conteri teneamur ex præcepto p. 595. n. 19. 20. & 21.

Conteri teneri qui agnoscit se attritum, & non contritum volens suscipere Sacramentum Baptismi, vel poenitentiae inquit Vega, p. 597. n. 1.

Contritionis præceptum impleri per attritionem cum Sacramento asserit Cano, p. 597. n. 3. Canonum Alij sequuntur, ibidem. Rationibus probatur, ibidem, & n. 4.

Contritionis præcepto an teneatur qui immemor peccatorum suorum mortalium diligit Deum super omnia, & postea illorum recordatur? Disputatur p. 590. quæ debebat esse 598. n. 5. Negat Vazquez. Ibidem. Eum sequuntur alij. Ibidem. Affirmativa sententia est communis, & vera, ibidem n. 6. rationibus probatur, p. 597. quæ debebat esse 599. n. 7. contritionis seu poenitentiae meritum non est solum iustificationis obtentio, ibidem; Ad argumentum Vazquez. Resp. ibidem, n. 8.

Contritionis formalis præcepto an teneatur confessus & absolutus cum sola attritione cognita? Disputatur, p. 597. quæ debebat esse 599. n. 9.

Contritionem devere elicere in tali casu sub peccato mortali affirmant Sanchez, & alij, ibidem, & n. 10. Contrarium ut certum defenditur, p. 598. quæ debebat esse 600. n. 11. Rationibus probatur, ibidem, & n. 12. & 13. Argumenta solvantur, pag. 599. numero 14. & seqq.

De contritione ut parte sacramenti disputatur, pag. 601. per totam quaestionem.

Contritio est pars prima & præcipua Sacramenti Poenitentiae, pag. 601. numero 2.

Contritionem non esse partem essentialem huius Sacramenti, ita quod sine illa possit dari Sacramentum validum, etiam cum possit complacere in peccatis dummodo omnia integre confiteantur. Asserunt alij. Ibidem. Hanc sententiam dicit Scholasticus exularam, imò à pia fidelium estimatione relegat, in reuocare ausi sunt, & prædicandam proponere alij recentiores, ibidem, n. 3. & 4.

Contritionem non solum ad valorem, sed nec ad percipiendum fructum, & effectum Sacramenti requiri asserit

Index Notabilium.

Scotus, p. 602. n. 7. Sufficere aliqualem attritionem affirmant Alij esse de mente Scoti, ibidem, n. 8.

Contritionem, vel perfectam, vel imperfectam esse partem essentialem, ita quod sine illa nequeat subsistere Sacramentum Penitentiae expresse affirmat D. Thom. p. 603. n. 3. D. Thom. sequitur omnes Thomistae nullo quem viderim excepto, ibid. & n. 9. & seqq. Extra Scholam D. Thomae referuntur pro hac sententia Multi, p. 604. n. 14. & 15. Rationibus probatur, pag. 605. n. 15 & seqq.

Contritionem esse partem essentialem Sacramenti poenitentiae probatur ex institutione Christi explicata in Concilio, p. 605. n. 16. Varias, & miras explanationes quas Concilium assignat contritioni rejiciuntur, ibid. & n. 17. & seqq. usque ad finem, §.

Contritionem perfectam non requiri ad remissionem peccatorum in Sacramento obtinendam asserendum est, pag. 112. num. 8. & seqq. Haec doctrina est D. Thomae, ibidem, & pag. 613. n. 10. 11. & 12. Contrarium censurat Suarez, & Vazquez, pag. 614. n. 14. & 15.

Contritio supernaturalis quae secundum fidem est actus bonus, & laudabilis etiam extra Sacramentum disponit ad iustificationem, pagin. 617. num. 24.

Conversio.

Conversio cui non est coniuncta averfio ab ultimo fine est solum peccatum veniale, p. 237. n. 18.

Conversio & averfio inordinata pervertunt immediate ordinem legis humanae, p. 238. n. 20.

Conversus ad vnum finem, & averfius ab ultimo non potest ex averfio fieri conversus sine motu contrario, p. 253. num. 57.

Vbi conversio est solum, ibi est averfio, p. 256. n. 63.

Conversio, & averfio non importat duas malitias, quae sint puniendae duabus penis secundum Curiel, pag. 289. num. 56.

Conversio, & averfio vnam tantum malitiam importat, cui respondet vna integra ex duabus partibus poenae secundum eundem Auctorem, ibidem, num. 56. Haec doctrina est ad mentem D. Thomae,

ibidem, numer. 57.

Cur puer obligetur ad convertendum se ad Deum in instanti quo pervenit ad usum rationis, redditur ratio, pag. 588. n. 36.

Converti ad Deum quando homo tenetur? p. 588. n. 33. & seqq.

Creatura.

Creaturam aliquam esse causam principalem gratiae implicat contradictionem, pag. 313. num. 29. Nec de potentia Dei absoluta hoc esse possibile affirmat Curiel, ibid.

Si creatura aliqua haberet potentiam ad causandam principaliter gratiam, derogaret divinae gloriae secundum D. Thom. p. 327. n. 34. in fin.

Crux.

Crucis signum non est necessarium in Sacramento Penitentiae, p. 73. n. 7.

Aliqui asserunt esse de precepto, ibidem. Ablato scandalo omisso illius non est damnabilis, ibid. & n. 3.

Culpa.

Culpa non ideo est malum, quia pro culpa inferitur poena; sed est conversio secundum D. Thomam, pag. 229. num. 63.

Ad culpae detentionem nulla forma positiva est necessaria, sed sola negatio ab solutionis, p. 58. n. 21.

Culpae detentio fit per carentiam actionis, ibid.

D

Decretum.

Decretum de peccato essentialiter irremissibile nequit esse, pagin. 183. num. 17.

Defectus.

Defectus corporalis in extremo vitae non auferit concupiscentiae corruptionem quantum ad radicem, pag. 377 num. 5.

Del.

Index Notabilium.

Delgadillo.

P. Delgadillo defendit Scotum, sed contra eius mentem, pag. 40. numer. 16.

P. Delgadillo, Assertum paradoxum; & indignum, ut in scholis audiat, refertur, p. 133. n. 33.

P. Delgadillo asserit remissionem venialium non esse opus gratiae, sed naturae, vel iustitiae, pag. 371. num. 1. in fin. Impugnatur, & inconuenientia quae ex eius doctrina secuntur declarantur, pag. 374. num. 9. & pag. 375. num. 10.

P. Delgadillo quid sentiat de dolore, seu de contritione, an sine illa possit dari validum Sacramentum, & modus quo explicat Concilium, refertur, p. 601. n. 4. & p. 602. n. 5.

Demon.

Demonum habent liberum arbitrium habent in malitia obitiatum, q. 8. dub. 7. §. 5. n. 38.

Demonum peccata sunt remissibilia de potentia Dei absoluta, non vero de lege ordinaria, p. 182. n. 16.

Sicut Demones confirmatos in peccato esse aliquos homines asserit Richardus Armachanus, p. 184. n. 20. Hanc sententiam esse errorem inquit Soto, p. 185. n. 22. & seqq.

Desperatio.

Desperatio opponitur spei ex parte obiecti, non ex parte rationis formalis, p. 301. n. 37.

Desperationis, & spei, odij, & charitatis subiectum non est idem formaliter, ibidem.

Desectatio.

Desectationem esse actum absolutum aliqui asserunt, & probant diuersis vijs, p. 97. n. 39. & seqq.

Desectatio peccatorum est dolor de illis, ibid. n. 41.

Desectatio, & dolor de peccato commisso, & contritio secundum Conc. Trid. ibidem.

Deus.

Deum dare auxilia sufficientia quomodo debeat intelligi, explicat Bañ. 2. p. 186. n. 26.

Deus offert omnibus auxilia sufficientia ad poenitendum, p. 187. n. 30.

Deus tamen illa non omnibus dat, & cur? ibid.

Deum non posse remittere peccatum mortale sine actu charitatis, vel poenitentiae asserit Petrus Soto, & Alij, p. 201. n. 40. & seqq.

Deus sine actu charitatis, vel poenitentiae potest peccatum remittere, ibid. n. 42. & seqq.

Deus post dormienti infundere gratiam, ibid.

Dei voluntas efficax est effectrix illius, quod vult, & eo modo quo vult, p. 240 n. 28.

Dei misericordia immutat voluntatem hominis, secus voluntas hominis, p. 241 n. 28. in fin.

Dei odium quo dicitur peccatorem odire non opponitur amori quo diligit omnia, p. 241. n. 29.

Deus eodem actu remittit culpam, & largitur gratiam, pagin. 242. numer. 32.

Deo subiecti dupliciter contingit secundum Caietanum, p. 256. n. 62.

Deus cuius miseretur, totaliter miseretur p. 260. n. 1. in fin.

Deum reseruare charitatem, vel gratiam in anima Petri, & nunquam dare ei Beatitude implicat contradictionem, p. 274. n. 17.

Deus frustra daret gratiam alicui cui daturus non erat gloriam, pag. 274. num. 16.

Deus nequit frustra dare gratiam alicuius, ibid.

Deus nulli necessario absolute donat gratiam, nec gloriam, ibid.

Deus concedens gratiam, necessario necessitate ex suppositione debet dare gloriam, ibid.

Deus nequit facere contra leges amicitiae vere, p. 275. n. 18. in fin.

Deus faceret contra leges vere amicitiae Amicum per gratiam poenis puniens aeternis, ibid.

Deus potest damnare Beatos, non de potentia ordinaria, sed de potentia eius absoluta secundum D. Thom. p. 279. n. 24. In quo sensu hoc sit possibile exponitur, ibid.

Deus

Index Notabilium.

Deus idem operatur interius in poenitente ac minister Dei per Sacramentum significat, p. 231. n. 40.

Dei interiori operationem in poenitente significat actus Sacramentalis exterior, ibid.

Dei operatio quae in contritione interuenit non est commutatio, sed absolutio p. 281. n. 40. in fin.

Deus iustificans impium intra Sacramentum, & extra illud cum voto iustificatione eiusdem rationis iustificat illum ibid.

Dei attributa sunt causa remissionis peccati, p. 282. n. 41. Contra perfectionem attributorum Dei esset commutatio poenae aeternae in temporalem per poenitentiae Sacramentum, ibid.

Dei odium contrariatur charitati ex parte obiecti, sed non ex parte rationis formalis, p. 301. n. 37.

Deus ut gratia infundat animae nullam preparationem exigit, quam ille non faciat, p. 328. n. 37.

Dei opus per opus hominis imitari non potest, p. 385. n. 18.

Deum nec de potentia absoluta posse facere peccata dimissa redire per sequens peccatum asserit Soto, pag. 387. num. 25.

Dei voluntatem efficacem frustrari implicat contradictionem, pag. 391. num. 37.

Deus plus gaudere dicitur de poenitente, quam de innocente, quia poenitens cautior, humilior, & feruentior euadit, p. 394. n. 9.

Deus tanta commotione potest conuvertere cor hominis, ut non solum peccatum, sed nec reliquiae remaneant peccati, p. 291. n. 6. & 7.

Dignitas

Dignitatis diuisio in dignitatem quantum ad Deum, & in dignitatem quantum ad Ecclesiam, assignatur, pag. 445. num. 1. Vel aliter diuiditur dignitas, in principalem, & secundariam, ibi.

Dignitas principalis est qua computatur quis inter filios Dei, ibidem. Dignitas secundaria est innocentia, ibidem.

Dignitatem vtramque perdit homo per peccatum, ibid.

Dignitas principalis recuperatur per poenitentiam secus dignitas secundaria, ibidem. Reparatur aliquando aliquid

malus per poenitentiam ipsam dignitate secundaria, ibidem. Aliqua auctoritates, quae contra hanc doctrinam videntur opponi explicantur, ibid. & n. 2. & seqq.

Dignitatem Ecclesiasticam homo per peccatum perdidit, p. 447. nu. 8. Illam recuperare prohibetur in quatuor casibus, ibid.

Dignitas Ecclesiastica, 1. Prohibetur recuperari ab illo qui non poenitet, 2. Quia negligenter poenitentiam facit, 3. Committente peccatum cui annectitur irregularitas, 4. Propter scandalum, pag. 447. & 448. num. 9. & 10. Aliqua obiectioes in contra soluantur, pag. 448. nu. 11. & seqq.

Dilectio, Amor

Dilectionem Dei veram, & meritariam sine poenitentia peccati occurrentis esse possibilem asserit Cano, p. 192. n. 13.

Amoris Dei actum compari posse cum peccato mortali asserit Auersa, p. 193. n. 19.

Dilectio Dei secundum D. Augustinum dicitur margarita preciosa, p. 196. num. 27.

Amor Dei super omnia auertens ab ultimo fine peccati debet esse ut sit vltima dispositio ad gratiam, pag. 199. nu. 36.

Dilectio Dei est ignis quo peccati rubigo concrematur inquit S. Gregorius, p. 349. n. 48.

Dilectio habet speciem ex obiecto, intentionem ex parte diligentis, secundum D. Thomam, p. 524. n. 3.

Dilectio Dei constituit Dei filios, legem implet, p. 496. n. 16. Alia, Vide verbo, *Charitas*.

Dispositio, Preparatio

Dispositio ad gratiam est duplex ex D. Thoma, p. 161. n. 5.

Dispositio committans est in eodem instanti ac gratia, ibidem.

Dispositio, seu preparatio imperfecta antecedit gratiam, ibidem.

Dispositio vltima ad gratiam est actus vltimus poenitentis, & quomodo, pag. 162. num. 6. & seqq.

Vt sit vltima dispositio ad gratiam non sufficit affectio quaelibet simplex, pag. 199. n. 36.

Dis-

Index Notabilium.

Dispositio vltima ad gratiam debet esse amor Dei super omnia auertens ab ultimo fine, quem habebat per peccatum, & illum ponens in Deo, pag. 199. num. 36.

Dispositio ad formam supernaturalem, debet esse supernaturalis, pag. 305. nu. 7.

Dispositio ad gratiam requiritur in omni iustificatione, pag. 317. num. 6. & seqq.

Dispositio aliqua praerogatur ad gratiam, ait D. Thom. p. 318. n. 6. Qualis sit, ibidem.

Dispositionem omnem ad iustificationem respicit in nobis Lutherus, p. 318. n. 8. Lutherani abhorrent audire nomen dispositionis ad gratiam, ibid. Impugnatur Lutherus, ibid.

In dispositione requisita ad gratiam non sufficit connexio meriti de congruo cum gratia iustificante, pag. 319. num. 9.

Preparatio in materia ad formam debet esse in debita propositione ad formam & agens, p. 320. n. 11.

Argumenta quibus probant non requiri in omni iustificatione dispositionem ad gratiam soluantur, p. 320. nu. 13. & seqq. & p. 323. n. 11. & seqq.

Dispositiones praeuiae subiectantur in toto composito, p. 321. n. 16.

Dispositio ad gratiam quamvis physica non est necessarium subiectari in essentia animae secundum M. Serram, p. 328. n. 16.

Hac propositio qui producit vltimam dispositionem ad formam, producit ipsam formam quomodo debeat intelligi exponitur, & assignantur variae eius intelligentiae, p. 323. n. 22. & seqq. & p. 324. n. 25.

Disponi possunt res naturales per violentiam secundum D. Thomam, p. 325. n. 27.

Disponi nequit voluntas ab extrinseco, nec pati violentiam, ibid.

Preparatio praeueniens, & committans a quo causentur, & in quo differant exponitur, p. 325. n. 28.

Dispositionis committantis non minus, quam praeuenientis est causa efficiens homo, ibid.

Dispositio committans gratiam, non omnia est posterior gratia, ibid.

Dispositio vltima est necessitas ad formam p. 326. n. 32.

Dispositio vltima ad gratiam, procedens

efficienter a libero arbitrio non procedit ab eo nisi ut moto a Deo speciali auxilio gratiae, p. 327. n. 36.

Vltima dispositio ad gratiam non est contritio prout est ab homine; sed solum prout a Deo, p. 328. n. 39.

Dispositionem materiae quasi suppositam ex alterius causatione, non exigit Agens infinitae virtutis, pag. 328. num. 37.

Preparatio nulla exigitur in anima, quam Deus non facit, ut ipse gratiam in illa infundat, ibid.

Dispositio vltima ad gratiam, quomodo sit contritio, exponitur, & quomodo gratiam antecedit, & illam subsequatur, p. 328. n. 38. & seqq.

Dispositio, & habitus, quomodo constituentur per facile mobile, & difficile mobile, & quomodo differat explicatur, pag. 300. num. 31. & pag. 301. num. 34.

Dispositio in infantibus fit per actum Christi, in adultis autem per actum proprium, p. 320. n. 11.

Dispensatio.

Dispensare nequit Deus in omnibus praecipis Decalogi, & in tota lege naturae, p. 238. n. 20.

Dispensare nequit Deus in odio Dei, ibidem, n. 20. in fin.

Displicere.

Displicere sumitur pro actu positivo, & pro negatione actus complacentiae secundum Caietanum, pag. 83. num. 3.

Quantitas displicentiae de aliqua re debet esse secundum quantitatem malitiae ipsius, p. 424. n. 4.

Displicentiae triplex genus explicatur, p. 347. n. 16.

Dolor.

Dolore de malefactis, dicunt Stoici esse inhonestum, & improbandum, p. 90. n. 9.

Dolorem de peccatis facere hominem hypocritam inquit Lutherani, ibid. n. 4.

Dolere de peccatis ut sunt offensa Dei est conforme rationi, pag. 91. num. 9.

Si sit cum spe veniae per gratiam consequendae, est de fide, quod est actus laudabilis, ibid.

Bo-

Index Notabilium.

Dolere de peccatis est illa detestare, p. 97. n. 41.

Dolere de peccatis, & eligere poenam, & emendam est idem actus habens duo obiecta inrer se ordinata, pag. 103. num. 17.

Dolor, & tristitia de peccatis humilitatem inducit, & superbiam excludit p. 139. n. 52.

Dolere vere de mortalibus posse, manente venialium complacentia negat D. Thomas, & tenent alij communiter, p. 359. num. 17. In quo sensu hoc esse post est explicatur, ibid.

Dolor dicitur maior, vel minor a preciativitate, vel intensitate, pag. 524. num. 38.

Dolor de maiori peccato debet esse maior a preciativitate, pag. 530. n. 23. & seqq. Quo modo hoc debeat fieri explicatur, p. 531. n. 27. in fin.

Dolor de proprio peccato minimo debet esse maior a preciativitate, quam dolor de gravissimo alieno peccato, p. 532. num. 29.

Dolor essentialis contritioni, nequit esse nimius bene tamen dolor sensibilis. p. 532. n. 30. & seqq.

Dolor maior est in sensitiva parte ex lesione sensibili, quam est ille qui in ipsa ex ratione redundat, pag. 533. num. 32.

Cur dolor solet sentiri maior propter rerum amissionem, quam propter peccata declaratur, p. 533. n. 34.

Dolor de peccatis ob malitiam illorum, & dolor de illis, ob supplicium infligendum a iudice, in quo differant exponitur, pag. 583. colum. 2. in princip. num. 18.

De dolore, Vide alia, verbo, *Contritio*, & *Attritio*.

Dolor esse proprie poenitentiam negant aliqui, p. 89. n. 3.

De Dolore quid Stoici, & Lutherani dicant refertur, p. 90. n. 3. & 4.

F. Dominicus Bañez

Fr. Dominicus Bañez defensus a censuris & conuitijs, pag. 358. num. 13. Laudatur a Patre Ripalda, ibidem, num. 14. Illius sententiam de augmento charitatis magis admiratione, quam lima dignam esse textatur Reuerendissimus P. M. Fr. Didacus Chaves Regius Confessarius, ibidem. Dignissimum D. Thomam interpretem, idem appellat

lar Auctor, & alia encomia illi attribuit, ibidem. Multis laudibus, & encomijs a diuersis defenditur, ibidem, p. 13. & seqq.

Duratio.

Duratio poenitentiae quae, & quanta debeat esse declaratur, p. 82. n. 1. & seqq.

Quid D. Thomas sentiat de duratione poenitentiae, ibid. n. 2.

Durare debet poenitentia quoad habitum usque in finem vitae, p. 83. n. 3. Doctrina, quam tradit Nuño contra D. Thomam circa durationem poenitentiae impugnatur, ibid. n. 5.

Duratio gratiae usque ad finem non sufficit ad remittenda venialia, secundum Suarez, p. 378.

Duritia

Duritia quaedam voluntatis est in omni peccato actuali, pagina 504. numero 13.

Æ

Equalitas iustitiae reintegratur per reparationem poenitentiae, pagina 283. num. 43.

E

Effusio

Effectus quando procedit ex multis aggregatis causis, tunc nulla earum est causa per se idest adaequata, pagina 8. num. 17.

Effectus gratiae in quodam defectu nominantur a fide, spe, & poenitentia, p. 150. n. 19.

Effectus absolutionis est remissio peccati, p. 53. n. 1. & seqq.

Error.

Error Masilianorum in quo consistat, p. 4. n. 1.

Errores circa Sacramentum Poenitentiae p. 4. n. 1.

Errores circa remissionem peccatorum per poenitentiam, pag. 168. num. 2. & seqq.

Error

Index Notabilium.

Error Tertulliani insulse D. Hieronymo tribuitur, p. 176. n. 31.

Errores circa iterationem poenitentiae referuntur, p. 86. n. 1. Confutantur, ibidem, & seqq.

Exomologesis est petitio veniae, p. 13. num. 24.

Expulsio

Expulsio vnius ab alio stat dupliciter, secundum Soto, pagina 308. numero 15.

Expulsio frigoris a calore non solum fit formaliter, sed effectiue, ibidem.

Extremaunctio.

Extremaunctionis Sacramenti forma est deprecatoria, p. 48. n. 3. Cur hoc modo sit assignatur ratio convenientiae, pag. 49. n. 5. in fin.

In Sacramento Extremaunctionis datur maior gratia simpliciter, quam in poenitentiae Sacramento, p. 7. n. 12.

Extremaunctionis Sacramentum nobilius est Sacramento Poenitentiae, pag. 7. n. 12.

Eucharistia

Eucharistiae Sacramentum remittere venialia docet Concilium Tridentinum, p. 360. n. 2.

F

Femina

Femina vehementius aliquando catellum amat, quam aurum, pagina 536. col. 1.

Fides

Fides, spes, & poenitentia nominant effectus gratiae in quodam defectu, pagina 150. n. 29.

Fides quae simpliciter est certior ex causa tenente potest esse ex parte subiecti quoad nos minus certa, quam sapientia, scientia, & intellectu, pagina 537. n. 12.

Forma Sacramenti Poenitentiae, si verbis

deprecativis proferatur, afferunt aliqui esse validum Sacramentum, pag. 48. n. 3.

Forma absolutionis Graecorum refertur, ibidem.

Formam Sacramenti Poenitentiae verbis deprecativis non conficere validum Sacramentum probat D. Thomas, pag. 48. n. 4.

Forma absolutionis verbis deprecativis non significat fieri absolutionem, sed petunt ut fiant, pagina 48. num. 4. Antequam formam absolutionis praemittitur deprecatio, p. 48. n. 5.

Forma extremaunctionis cur deprecatoria sit, assignatur ratio convenientiae, pagina 49. num. 5. in fin.

De forma absolutionis Graecorum quid Lugo dicat refertur, pagina 49. numero 6. Clemens VIII. praecipit Graecis ut uterentur formam absolutionis in generali Concilio Florentino praescripta, pagina 49. numero 7. Sancti P. P. dicentes debere vii in absolutione verbis deprecativis exponuntur, pag. 49. n. 6. & seqq.

In forma absolutionis, an verba imperativa sufficiant exponitur, pag. 51. n. 16. & seqq.

Forma absolutionis sub his verbis *ego tibi peccata remitto* Conficit validum Sacramentum, pagina 52. num. 17.

Forma sub his verbis *Ego te absolvo, &c.* magis conveniens est, quam sub his, *ego tibi peccata remitto*. Ibidem.

Forma absolutionis sub his verbis *Sacramentum absolutionis tibi impendo, &c.* pollet huic *ego te absolvo, &c.*

Forma absolutionis sub his verbis *Sacramentum absolutionis tibi impendo, &c.* esse peccatum licet non mortale, nisi propter scandalum asserit Soto, pag. 52. numero 17. & 18. & 19. Similiter uti hac forma *remittantur tibi peccata, &c.* esse peccatum asserit Soto ibidem.

Formam absolutionis sub his verbis *in te beo Petrum absolvi, vel placet Petro peccata remitti* esse invalidam asserunt aliqui, pagina 53. numero 20. Alii esse validam inquirunt, pagina 53. n. 21.

Praedicta verba non aequivalent verbis quibus Christus formam absolutionis determinavit ibidem.

Forma sub praedictis verbis est invalida, vel ad minus dubia, pagina 53. num. 22.

Index Notabilium.

Formam absolutionis sub his breuis: *Ego te absoluo* efficere verum sensum est blasphemia, p. 56 n. 9.
 Forma absolutionis sub his verbis, *Ego te absoluo*, quam sensum faciat declaratur, p. 60 n. 31. & seqq.
 Formae Sacramenti Pœnitentiæ verba habent vim, & causalitatem gratiæ ex virtute Dei, pag. 63. num. 42. Verba formæ absolutionis, scilicet, *Ego te absoluo*, &c. tria præstant secundum triplicem considerationem ibid.
 Formam absolutionis sub conditione tripliciter potest esse, pag. 67. num. 1. & 2.
 Sub conditione de præterito est valida, ibidem, num. 3. Sub conditione de futuro sacrilega sub conditione de præsentibus abusus, & superstitio, ibidem.
 Forma absolutionis sub his verbis, *Ego te absoluo. Si Deus iam scit te crasse futurum* est illicita, pag. 69. num. 10. Aliqui prædictam formam esse validam asserunt, ibidem. Invalidam esse defendunt communiter Doctores, ibidem, num. 11. Sic facta debet repeti, p. 70. n. 11.
 Forma absolutionis nequit dimidiari, p. 70. n. 12. & seqq.
 Forma, & dispositio ad idem genus reducuntur, p. 307. n. 12.
 Qui tenetur acquirere formam tenetur ponere dispositiones remotas, p. 522. n. 25.

Forma

Forma Sacramentorum est minus sensibilis, quam materia, pagin. 25. num. 31.
 Formæ amplitudo per materiam contrahitur, ibid.
 Forma conditionata in Sacramento Pœnitentiæ potest, & debet aliquando poni, p. 35. n. 64.
 Forma Sacramenti Pœnitentiæ secundum fidem est, *Ego te absoluo*, pag. 36. n. 1. Constat ex usu, ex traditione Ecclesiæ, ex Concilijs, & ex D. Thoma, p. 36. n. 66.
 Forma essentialis Sacramenti Pœnitentiæ est absolutio voce humana prolata, & vocibus a Christo Domino institutis, pag. 37. n. 7. Hoc est certum, & Theologorum commune, ibidem.

Formam Sacramenti Pœnitentiæ esse validam quomodocumque explicata, asserit Scotus, p. 37. n. 4. & seqq.
 Formæ Sacramenti Pœnitentiæ verba essentialia qualia sint, pagin. 40. num. 16.
 Forma, & modus administrandi Pœnitentiæ qualis debeat esse, pag. 40. num. 17.
 Ad formam Sacramenti Pœnitentiæ, ly, *Ego*, non est de eius essentia, pag. 40. n. 19.
 Ad formam huius Sacramenti, non necessaria sunt orationes, quæ subleguntur, vel antecedunt ipsam, pag. 40. num. 18.
 In forma Sacramenti Pœnitentiæ, ly, *te*, non esse de essentia asserunt aliqui, p. 40. n. 20. Contrarium asserit D. Thomas, p. 41. n. 20.
 Forma absolutionis sine, ly, *te*, non habet integrum sensum determinatum, p. 41. n. 21. & n. 22.
 In forma cuiuscumque Sacramenti, ly, *te*, est necessarium, ibid.
 Forma Sacramenti Pœnitentiæ ponitur dicendo absoluo Petrum, vel absoluo a peccatis tuis, quia in ly *Petrum*, vel a peccatis tuis includitur ly *te*, ibidem. Quod ly a peccatis tuis non sit de essentia Sacramenti Pœnitentiæ inquit D. Thom. S. Antonius, & alij, ibidem, & num. 23. Alij asserunt ly a peccatis tuis esse de essentia Sacramenti Pœnitentiæ, pag. 42. num. 26 & seqq.
 Pro forma huius Sacramenti verba quæ assignavit Concilium Tridentinum fuerunt, *Ego te absoluo*, &c. Et quid denotet ly, &c. explicatur, pagin. 42. num. 28. Ly, a peccatis est de integritate Sacramenti, non vero de essentia, pagin. 45. num. 35. In re non datur Sacramentum Pœnitentiæ, sine illa particula a peccatis, ibidem. Rationes probantes, quod ly a peccatis non est de essentia proponuntur, pagin. 45. num. 36. & seqq. Asserendo quod hæc verba, *Aboluo te* sunt de essentia, & illud a peccatis est de integritate Sacramenti, Conciliantur sententiæ extremae, pag. 45. num. 40. Indubitarum est quod omittens ly a peccatis est mortale peccatum, pag. 46. num. 41. Omittens illam particulam a peccatis exponitur periculo irritandi Sacramentum, pag. 46. num. 42.

Index Notabilium.

Ly in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti esse de essentia Sacramenti huius asserunt aliqui, p. 43. n. 47. Mala citantur Durandus, & Scotus pro sententia hac, p. 46. n. 42.
 Forma absolutionis, an in nomine Christi, an per virtutem passionis eius, vel auctoritate Dei possit esse explicatur, pag. 47. n. 44.
 De ratione formæ huius Sacramenti non sunt illa verba, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, pagin. 47. num. 44. Omissionem prædictorum verborum non esse peccatum mortale asserit Soto pagin. 47. numero 45. Alij asserunt esse peccatum mortale illa omittere, ibidem.
 Formam absolutionis debere esse per verba de peccatiua asserunt aliqui relati ad D. Thomam ut temerarij, pagina 47. numero 1. Vazquez referens pro hæc sententiâ D. Bonaventuram, & Alensium non bene refert, sed confundit difficultates distinctas, pagina 47. n. 1.
 Formam Sacramenti Pœnitentiæ debere esse verbis de peccatiuis, asserere erroneum est ad minus, p. 47. n. 1.
 Formam indicatiuam proponit ut convenientem, & practicandam Concilium Florentinum, ibidem.
 Forma indicatiua debere uti in hoc Sacramento asserit, & probat D. Thom. p. 48. n. 2.
 Forma Sacramenti, significat id quod in Sacramento agitur proportionaliter, materiæ Sacramenti, pagina 48. num. 2.
 Forma Sacramenti Extremæ unctionis est de peccatiua, pagina 48. numero 3.

G

Gratia.

Ingratia existens, adhuc indiget auxilio speciali ad opera supernaturalia, pag. 164. n. 13.
 Priuatio gratiæ causa est inæqualitas peccatoris quæ Deum offendit, pagin. 189. n. 5.
 Gratiæ abentia secundum se considerata habet tantum rationem pœnæ, non auctem ratione culpæ secundum D. Thomam, pagina 227. numero 67.

Gratiæ priuatio quomodo eadem sit culpæ, & pœnæ, diuersimode explicatur à Theologis, pagina 228. numero 56. Dicitur Thomas explicatur, ibidem.
 Gratiæ priuatio, quomodo causetur à Deo, & ab homine, p. 229. num. 62. & seqq.
 Gratia, charitas, & unio hypostatica simul cura peccato esse non possunt.
 Gratia Dei, & Gratia hominis in quo differant, pagina 240. numero 28.
 Gratiam reseruare Deum in anima, V. C. Petri, & nunquam dare ei beatitudinem implicat contradictionem, pag. 274. n. 17.
 Gratia frustra daretur alicui cui nunquam datura erat gloria, pagina 74. numero 16.
 Gratiam nequit Deus dare frustra alicui, p. 274. n. 16.
 Gratiam nulli necessario absolute donat Deus, nec similiter gloriam, ibidem.
 Si gratia datur necessario necessitate, suppositionis debet dari gloria, ibidem.
 Gratia est principium beatitudinis quantum ad visionem, pagina 274. numero 16.
 Gratia & charitas dant verum ius ad vitam æternam, p. 275. n. 18. Implicat Deum dare ius ad aliquam rem, & non velle illam concedere, ibidem.
 Gratiæ Collatio est quædam Dei promissio hereditatis. Ibidem. Implicat Deum promittere aliquid, & non implere promissum, ibidem.
 Gratia, & virtutes quomodo opponantur cum vitijs disputatur, p. 296. n. 18. & seqq.
 Gratia adueniens non tollit habitus acquisitos vitijs, pagina 297. numero 22.
 Gratia nequit causari principaliter ab aliqua creatura, pagina 327. numero 34. In conuenientia quæ ex contrario sequerentur assignantur, ibidem, n. 34. in fin.
 Gratiam ut Deus animæ infundat nulla preparatio exigitur, quam ipse non faciat, p. 328. n. 37.
 Gratia, & contritio non coniectantur ex lege naturæ, sed ex necessitate, & suppositione diuini ordinis, pagina 329. n. 36.

Gratia Dei exigitur ut peccatum veniale remittatur quoad culpam, p. 335. n. 12. & seqq.
 Gratia augmentum an requiratur ad venialium remissionem? Disputatur, p. 356. n. 6. & seqq.
 Gratia augmentum per quos actus fiat explicatur, p. 357. n. 9. & seqq. & pag. 358. n. 11. & seqq.
 Gratia duratio usque ad finem non sufficit ad remittenda venialia secundum Suarez, p. 378. n. 6. & 7.
 Gratia sacramentalis per peccatum amissa, quo modo, & quanta restituatur poenitenti explicatur, pagina 440. numer. 2. & sequentibus. & pagina 441. numer. 9.
 Gratiā perdens tenetur illam recuperare pagina 577. n. 61. Nequit illam recuperare nisi per poenitentiam, ibidem. Præceptum recuperandi gratiam deperditam per detestationem peccati est speciale, pagina 577. numero 61.
 Gratiarum actio ad Deum in patria est actus poenitentiae, & quomodo? Pagina 149 n. 15. & seqq.
 Gratia in quantum animam iustificat dicitur operans secundum D. Thomam, p. 306. n. 12. In quantum vero est principium operis meritorij dicitur cooperans, ibidem.
 Gratia habitualis infusio non requiritur ad remissionem venialium, p. 354. n. 1. sufficit motus gratiae. Ibidem, & seqq.

H

Habitus:

Habitus poenitentiae generatus ex frequentatione actuum naturalium non pertingit ad veram rationem virtutis, pag. 127. n. 11.
 Habitus potest generari ex frequentatione actuum poenitentiae naturalis, ibidem n. 11. & seqq.
 Habitus poenitentiae immediate à Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus, non sine nobis dispositivè operantibus, pag. 132. n. 30. Certitudo huius asserti ponitur, ibidem n. 31. & seqq.
 Habitus poenitentiae non manere in peccatore docet D. Thomas, pag. 144. n. 22. & seqq.

Habitus poenitentiae cur non maneat in peccatore, remanente in illo habitu spei assignantur diversae rationes, pag. 144. n. 24. & seqq.
 Habitus poenitentiae virtutis est in innocentibus habentibus gratiam, pag. 145. n. 5.
 Habitus virtutis competit alicui propter hoc solum quod suppetere potest materia illius, ibidem n. 6. Quomodo habitus potest existere nullo modo actu existente explicatur, pagina 147. n. 8.
 Habitus potest esse impossibili existente actu solū defectu materiae. p. 147. n. 8.
 Habitus poenitentiae potest esse in patria, & est in illis qui illum habuerunt in via, p. 149 n. 15.
 Habitus virtutis non expectat aliquid in futurum, p. 383. n. 9.
 Habitus virtutis non est de successivis, sed de permanentibus, ibidem.
 Habitus charitatis per unum peccatum perditur, & similiter gratia, p. 442. n. 1. & 2.
 Habitus, & dispositio quomodo constituantur per difficile mobile & facile mobile explicatur, p. 301. n. 34. Quomodo differant, p. 300. n. 31. & seq. Habitus dupliciter post corrumpi secundum Caietanum, ibidem, numero 25.
 Inter habitum, & habitum & inter actum & actum est contrarietas directa, ibidem.

Herma.

Herma inter Scriptores dubiae fidei reiectus est à Gelasio Pontifice, pag. 176. n. 30.

Hæreticus.

Hæreticus discredens unum articulum, alium credens non habet fidem, sed opinionem quandam secundum propriam voluntatem, p. 264. n. 14. in fin.

Homo, Adam.

Homo non peccat si non operatur contra dictamen rationis, p. 122. n. 40.
 Homo peccans potest invincibiliter ignorare Deum, p. 122. n. 40.
 Homo licet Dei sit, liber est ad satisfaciendum illi, ibidem, n. 41.

Ho.

Homo primus in statu innocentiae habuit habitum poenitentiae, p. 147.
 Homo nequit se preparare ad lumen gratiae suscipiendum viribus naturae, pag. 305. n. 6. in fin.
 Homo non minus est causa vitalis sufficientis dispositionis committantis, quam praesentis, pagina 325. numero 28.
 Homo efficienter physicè non causat gratiam, p. 328. n. 36.
 Homo cui condonantur iniuria actualis, & habitualis reatus, macula & reliquia remanet ac si innocens semper fuisset, p. 391. n. 37.
 Adam fuit iustificatus per modum simplicis generationis, pagina 199. numero 36.
 Homo non peccat si non operatur contra dictamen rationis, pagina 122. numero 40.
 Homo nullus peccans potest invincibiliter ignorare Deum offendere, p. 122 n. 40.

I

Imperium.

Imperium, & actus imperatus quomodo sint unum, & multa explicatur, p. 164. n. 16.

Impossibile.

De impossibile potest esse voluntas conditionata, p. 36. n. 38.
 Impossibilia ex suppositione quod cognoscatur eorum impossibilitas voluntate efficaci amari non possunt, p. 97. & 98. n. 43. Secus voluntate in efficaci, ibidem, & seqq.

Impoenitentia.

Impoenitentia ultimata, & secundario opponitur charitati, pagina 570. numero 23.
 Impoenitentia an sit circumstantia peccati, & quomodo? P. 571. n. 36. & seqq. Mens D. Thomae circa impoenitentiam aperitur, p. 571. n. 37. Impoenitentiae acceptio à D. Thoma qualis sit, ibidem, & n. 38.
 Impoenitentia potest esse circumstantia peccati, & singulare peccatum, ibidem, quando sit circumstantia & quando pec-

catum, explicatur à Soto, ibidem.
 Impoenitentia vocatur à D. Aug. Spiritus blasphemia, quae non remittetur in hoc seculo nec in futuro, p. 573. n. 45. Difficultatem quam movet circa impoenitentiam D. Aug. dicit esse maiorem omnibus alijs Sacrae Scripturae, ibidem. Ad solvendam questionem denegatione remissionis peccati de facto reuelata Christo Domino formaliter recurrit D. Aug. ad impoenitentiam, ibidem, p. 573. n. 47. Impoenitentia finalis impedit remissionem peccatorum, ibidem.
 Impoenitentibus non remittetur in hoc seculo impoenitentia, & in odio seculo non est illis poenitendi tempus, pag. 573. n. 47.
 Impoenitentiae propositum licet sit speciale peccatum, non tamen est speciale peccatum in Spiritum Sanctum, sed circumstantia eius, p. 573. n. 48. Hoc multis impugnant Suarez, & Alij, p. 574. n. 49. In quibus deficiat Suarez ostenditur, ibidem, numero 50. in fin.
 Impoenitentia negativa non auget gravitatem peccati, pagina 575 numero 53.
 Impoenitentia, seu non poenitere contra præceptum affirmativum est, non contra negativum, p. 583. n. 19.

Imputatio.

Imputare, & non imputare peccatum quid importet explicatur ex D. Thoma p. 234. n. 12.

Ingratitudo, Gratitude.

Ingratitudo dupliciter potest esse, p. 392 n. 3. Ratione ingratitude specialiter dicitur redire peccata, p. 392. n. 1. & 2. & seqq.
 Gratitude quantitas attenditur poenitentiae magnitudinem doni relati ad eum cui datur, p. 395. n. 18.
 An per ingratitude peccati sequentis confluat tantus reatus, quantum antea erat sub dubio Magister relinquit, p. 395. numer. 1. Sed hoc determinat D. Thomas, pagina 396. n. 3. & 4.
 Per ingratitude peccati mortalis recidivantis redit aequalis reatus secundum proportionem, p. 396. n. 5. & 6. & seqq.

Ingratitudinem, ratione cuius sequens peccatum facit redire remissum, esse speciale peccatum asserunt Aliqui, p. 397. nu. 1. Asserunt tamen non esse de necessitate confessionis, p. 398. nu. 1. in fin.

Ingratitudinem peccantis aliquando esse speciale peccatum, & aliquando non asseritur cum D. Thom. & communi Theologorum, pagin. 398. num. 2. & seqq.

Speciale peccatum ingratitude committit peccans in contemptum Dei, & suscepti beneficii, ibid.

Peccans non intendens contemptum Dei, licet illud cognoscens non retrahatur à commissione peccati non peccat speciali peccato ingratitude, ibid.

Tunc solum erit circumstantia illius, ibid.

Ingratitudo materialis ad Deum reperitur in quolibet peccato, pag. 398. nu. 3.

Ingratitudo formalis est actualis contemptus beneficii, ibid. Ingratitudo est circumstantia generalis consequens omne peccatum mortale, pagin. 399. num. 4.

Innocens, Innocentia.

In Innocentibus habentibus gratiam est habitus poenitentiae virtutis, pag. 146. n. 5.

Innocentia conservare, esse maius beneficium simpliciter, quam concedere post peccatum poenitentiam asserit D. Bonaventura, & Scotus, pagin. 393. n. 8.

Innocentiae beneficium ex parte quantitatis beneficii excedit poenitentiam; secus ex parte recipientis, pag. 394. n. 9.

Innocentes, & poenitentes se habent, sicut excedentia, & excessa, ibid.

Innocens, vel poenitens ille est magis à Deo dilectus, qui plus habet de gratia ibidem.

De poenite plus Deum gaudere dicitur quam de innocente, quia poenitens humilior, cautior, & ferventior evadit, ibid. & n. 10.

Innocentia, & poenitentia secundum Caietanum possunt considerari, & in genere bonorum, & in genere donorum, in isto poenitentia excedit innocentiam, secus in illo, pagin. 395. numer. 11.

Innocentiam amissam nunquam reparari, nec restitui, inquit Suarez secundum illud Naun 2. *Mundans non facit innocentem*, pagin. 446. num. 5. in fin.

Nullus interpretatur praedictum locum, ut inquit Suarez, ibidem. Variarum expositiones illius referuntur, ibidem, n. 6.

Innocentes, id est, infantes disponuntur ad gratiam per actum Christi. Adulti autem per actum proprium, pag. 320. n. 11.

Iteratio.

Iteratio poenitentiae, ut est virtus, & ut est Sacramentum debet esse, pag. 270. nu. 11. Est immediatè de fide, ibidem. Iterari poenitentiam non semper debere non solum haeretici, sed aliqui ex Catholicis asserunt, pag. 170. num. 12. & 13. Haec positio est intolerabilis, pag. 171. num. 14. Induceret ad desperationis periculum, pag. 172. num. 16. Ex humanis mentibus funditus est eradicanda, ibid. Iteratio poenitentiae semper fuit in praxi Ecclesiae, p. 172. nu. 22. & seqq.

Iterari non debet poenitentia solemnis, secundum consuetudinem quarundam Ecclesiarum, p. 173. n. 24.

Circa iterationem poenitentiae, errores referuntur, p. 86. n. 1. Illorum confutationes, ibid. & seqq.

Iterationem poenitentiae docent Catholica fides, Concilia, & PP. pag. 87. nu. 8.

Iudicium.

Iudicium poenitentiae, & externum in quo differant explicatur, pag. 15. num. 35.

Idem iudicandum esse in foro conscientiae, ac iudicatur in foro externo quando est utriusque fori praesumptio, est axioma Theologorum, pag. 22. num. 11.

In iudicio poenitentiae, non tam quaeritur vindicta peccati, quam eius emenda, ibid.

Iudicium ad exactam punitionem, vel praemium ordinatum, & iudicium ordinatum ad bonum personae, quae iudicatur in quo distinguantur exponitur, p. 33. n. 58.

Iudicium potissime sumitur ex criminum speciebus, ibid.

In

In iudicio poenitentiae, quia idem est actor, & reus, & est voluntarium iudicium, ipsi reo debet credi, pro se, & contra se, p. 39. n. 12.

Hoc iudicium est in fauorem, & medicinam, ibid. Significat salutem animae, & ad hanc conferendam est institutum, ibid.

Iudicium poenitentiae habet aliquid essentialè, quod non est de ratione iudicii communis, p. 39. n. 12.

Iustitia, Iustificatio.

Iustitiam ipsam, esse poenitentiam, asserit Durandus, pag. 109. num. 1. Caietanus contrarium affirmat, ibid. n. 2. Impugnatur Durandus, ibid. & pag. 111. num. 4.

Ius divinum illatum servare, non est propria poenitentiae, pag. 112. num. 9. & seqq.

A iustitia commutativa distinguitur poenitentia, p. 114. nu. 5.

Non fuit satisfactio Christi iustitia eiusdem speciei cum nostra secundum D. Thomam, p. 115. n. 17.

Ad iustitiam vindicativam pertinere poenitentiam, asserit Scotus, ibidem, num. 10.

Esse actum iustitiae distributivae, hoc quod est vindicare iniuriam Deo factam, asserit Gabriel, ibid.

Poenitentiam esse iustitiam in nullo sensu admittit Lugo, ibid. Poenitentia est pars potestativa iustitiae, non vero subiectiva, pag. 116. §. 4. per totum. Alia vide ibi, & verbo, *Poenitentia*.

Iustitia ea sola, quae est eiusdem speciei cum iustitia humana est pars subiectiva iustitiae, pag. 117. num. 21. Partes potentiales potentiales iustitiae sunt, quae in aliquo cum iustitia conveniunt, & in aliquo à perfecta ipsius ratione deficient, ibid. n. 22.

Iustitia consistit in hoc quod alteri redatur quod de betur secundum aequalitatem, ibid.

Iustitia vindicativa constituit medium in offensis, p. 118. n. 25.

Iustitiae nulla pars respicit offensam praecedentem, nisi vindicativa, ibidem, n. 26.

Medium iustitiae est aequalitas, pag. 121. n. 38.

Iustitia rigurosa non est hominis ad Deum, p. 121. n. 38.

Iustitia vindicativa non respicit prima-

rio passiones, sed aequalitatis restitutionem, p. 142. n. 15.

Iustificatio Adam fuit per modum simplicis generationis, p. 199. n. 35.

Iustificatio interior propria nequit fieri, sine iustitia inherente, pag. 242. num. 31.

Iustificatio interior, & remissio peccati aequè est opus supernaturale, p. 242. nu. 31.

Iustificatio, & remissio peccati potest accipi ut motus ad iustitiam, & ut effectus formalis iustitiae, pag. 242. num. 33.

Iustificari accipitur à D. Thoma pro hoc quod est iustitiam exequi, & pro hoc, quod est iustum fieri, pag. 249. nu. 46.

Hac distinctione plura sacra paginae concordantur, & plura Sanctorum intelliguntur, ibidem, numer. 47. & seqq.

Iustificatione sumpta pro iustitiae executione iustificatur, qui opera iustitiae facit, non vero iustus fit nisi per gratiam secundum D. Thomam, pag. 249. nu. 46.

Iustificatio impij facta à Deo intra Sacramentum, & extra illud cum voto sunt eiusdem rationis, p. 282. num. 40. in fin.

Iustificari gratis, duplici titulo verificatur, p. 340. n. 23.

Iustitia Dei quomodo dicitur esse per fidem Iesu Christi, ibid.

Iustificationis hominum, consuetus modus, est quod praecedant plures actus intellectus, voluntatis, timoris, & amoris imperfecti, p. 322. n. 25.

In iustificationis instanti non exigitur coexistentia cogitationis specialis singulorum peccatorum, pag. 323. nu. 26.

In iustificationis instanti Deus non exigit ab homine plusquam homo in vivo instanti potest operari, ibid.

Iustificatio secundum D. Thomam secundum unam communem rationem in est parvulo, & adulto, diversimodè tamen, p. 323. n. 14.

Iustificatis per poenitentiam, non solum debetur haereditas itere adoptionis, sed ut merces respectu praemij de condigno, p. 414. n. 16.

Iustus praemiabitur eo modo quo fuerit ei promissum, quomodo intelligatur, p. 437. n. 70.

Laut.

L

Laud.

Laud est sermo dilucidans magnitudinē,
p. 514. c. 1.

Leander.

Leander male citat Auctores, p. 53. num.
1.

Liberum Arbitrium.

Liberum arbitrium in demonibus est in
malitia obstinatum, q. 85. dub. 7. §. 5. n.
37.

Liberi arbitrij motus in Deum, & in pec-
carum simul sunt in iustificatione im-
pij, p. 160. n. 1. Quomodo hoc possit ef-
se exponitur, ibidem, & n. 3. Prædicti
motus secundum se sunt realiter distin-
cti, p. 164. n. 15. in fin.

Liberi arbitrij motus præcedit infusio-
nem gratiæ naturaliter, & in genere
causæ materialis, pagina 304. numero
6.

Liberi arbitrij motum in genere causæ
formalis præcedit gratia, ibidem.

Liberum arbitrium nequit conuerti ad
Deum nisi Deo ipsum conuertente, p.
305. n. 7.

Liberi arbitrij duplex motus ex parte re-
cipientis beneficium, pag. 393. num.
4.

Ligare, vide verbo. *Sacerdos.*

Ludovicus Granatensis.

Ludovicus Granatensis laudatur, p. 357.
n. 11.

Ludovicus Granatensis redit rationem
cur multi ad exercitia christiana per
multos dedit annos nihilo meliores
evadant, ibidem, & pagin. 358. numer.
11.

Lutherus.

Lutherus negavit potestatem absoluendi
peccatis collatam fuisse Apostolis
eorumque successoribus, p. 53. n. 1. Lu-
therani non negant Sacramentum
baptismi, bene tamen potestatem
clauum, ibidem.

Lutherani dixerunt dolorem de pecca-
tis hominem facere hypocritam, pag.
90. n. 4.

Lutherus asserit poenitentiam non signi-
ficare dolorem de peccatis, sed amorē
iustitiæ, p. 189. n. 3.

Lutherus asserit quod remissa culpa nul-
lus reatus poenæ temporalis remanet,
p. 278. n. 24. Ex hoc principio quanta
mala inferat exponitur, ibidem. Lu-
therus semper inconstans, pagin. 279.
n. 29.

Lutherus omnem dispositionem ad iusti-
ficationem respuit in nobis, p. 318. n. 8.
Lutherani abhorrent audere nomen
dispositionis ad gratiam, & cur? Pag.
318. n. 8.

Lutherus negat contritionem confessio-
nem, & satisfactionem esse partes poe-
nitentiæ, pagin. 456. numero 2. fuit à
Leone X. condemnatus. Ibidem.

M

S. MARIA.

B. V. Maria non habuit actum poeniten-
tiæ bene tamen habitum, p. 151.

B. V. Mariæ confirmationem in gratia
confert D. Thomas cum ea quæ habe-
tur per claram Dei visionem, p. 152.
n. 26.

B. V. Non pertingit ad excellentiam Fi-
lij Dei. Ibidem.

B. V. Mariæ attribuere omnem honore
filij eius, esset filio, contumeliam face-
re inquit D. Bonaventura, p. 152. n. 26
in fin.

B. V. Mariam non potuisse venialiter pec-
care asserere Tridentinam Sinodum,
inquit Soto, ibidem, n. 27.

B. V. Mariam ante Christi conceptionē
religatum habuisse fomitem docet D.
Thomas, ibidem.

B. V. Maria licet fuit in statu peccandi
fuit per priuilegium reseruatā, ibi-
dem.

B. V. Maria si peccasset non fuisset ido-
nea mater inquit D. Thomas, pag. 154.
n. 29.

B. V. Mariæ gratia collata abstulit defe-
ctum, non naturam liberi arbitrij.

B. V. Mariam in omni gratia fuisse con-
firmatam, & in omni bono, & dono
confirmatam asserit Ricardus de San-
Victore, p. 154. n. 30.

B. V. Solitam fuisse S. Ioanni sacramen-
ta-

raliter confiteri, dicere ridiculum est,
p. 64. n. 15.

B. V. Maria confessionem diuinæ laudis
habuit, ibidem n. 16.

B. V. Mariæ humilitatem, & alia vide,
ibidem.

S. Maria Magdalena.

S. Magdalenam altissima contemplatio-
ne usque ad Angelorum colloquium
fuisse euectam nō debet dubitari, pag.
86. n. 14.

Magdalena quot fuerint, quot sententiæ,
& resolutio quæstionis quænam sit ex-
ponitur, p. 292. n. 7. & seqq.

Magdalenam peccatorum esse iliam so-
rorē Lazari Greci negant. Ibid. Fuisse
eandem Magdalenam peccatricem,
& sororem Lazari affirmat D. Tho-
mas, & Alij S. S. P. P. Ibidem, & n. 8. &
seqq. Illi omnes reliquiæ peccatorum
fuerunt consumptæ. Ibidem. Fuisse cō-
firmatam in gratia asserit S. Vincen-
tius ferrer. Negare De B. Magdalena
omnia peccata illi fuisse remissa quoad
culpam est hereticum, pagina 296. n.
16.

B. Magdalena est & fuit specialis prore-
ctrix ordinis prædicatorum, pag. 295.
n. 15.

B. Magdalena negare fuisse remissam om-
nem poenam esse erroneum, vel errori
proximum asserit Nuño, p. 296. n. 16.
Quod reliquiæ vniuersæ peccatorum
fuerint illi remissæ est ita certum, vt
oppositum non solum in probabile
est, sed acertiori censura non caret, ibi-
dem.

S. Magdalena laudes, & præconia à S. S.
P. P. dicta referuntur à p. 292. à n. 7. &
seqq. usque in finem, §.

Macula.

Macula est priuatio conformitatis ad le-
gem, pagin. 207. num. 9. in fin. Est mo-
ralis terminus, & effectus peccati, pag.
207. n. 11.

Macula, reatus, & offensa non sunt idem
respectus secundum Capracolum, pa-
214. n. 29.

Macula physice considerata non suscipit
magis, aut minus, pag. 214. n. 30. & pa-
221. n. 18.

Macula non est priuatio pura, nec priua-
tio solius gratiæ, sed istius & virtutis
respectu actus præcedentis, p. 218. nu-
39.

Macula non est purum malum physicū,
sed morale, p. 220. n. 36.

Macula in sua causa suscipit magis, aut
minus, p. 221. n. 38.

Maculæ ad inuicem non contrariantur,
nec quælibet macula cuiuslibet pecca-
to secundum Gaicranum, pag. 221. n.
39.

Macula maior vel minor ex parte obie-
cti, & circumstantiarum fit ex volunta-
rio præcedenti in peccato, pag. 222.
n. 40.

Macula peccati venialis explicatur à Ca-
præolo, & alijs, pag. 225. numer. 45. &
seqq.

Macula proprie non causatur à peccato
veniali, p. 227. n. 45.

Macula, & gratia immèdiatè, & formalitè
ter opponuntur, p. 299. n. 27.

Macula moralitè sumpta, & reatus poe-
næ æternæ secundum quod causabantur
ex actibus peccatorum non pos-
sunt redire, persequens peccatum, pag.
385. n. 18. fin.

Malitia.

Malitia moralis peccati in ordine ad le-
gem naturæ considerata est eiusdem
rationis in natura condita in puris, &
in natura in gratia producta, pag. 256.
n. 61.

Malitia moralis in ordine ad finem super-
naturalem est diuersæ rationis in ho-
mine impuris naturæ, & in homine
creato in gratia, ibidem.

Malitia culpæ mortalis vnde sumatur,
exponitur, p. 424. n. 4.

Manum, impositio.

Manum impositio, an requiratur in Sa-
cramento poenitentiae disputatur, pag.
71. n. 1. & seqq. Aliqui affirmatiuam
partem tenent. Ibidem. Negatiua pars
deffenditur, ibidem, n. 2.

In Sacramento ordinis requiritur ma-
nuum impositio, & cur? Redditur ra-
tio, ibidem.

Manuum impositio in Sacramento ali-
quem effectum copiosum gratiæ desig-
nat, ibidem.

Manuum impositionem deridebat Vbi-
cles, pagin. 72. n. 4. Manuum impositio
non est despicenda, ibidem. Fuit in
vfu in primitiua Ecclesia in Sacramen-
to Poenitentiae, ibidem.

Per manuum impositionem reconcilia-
ban-

bantur qui erant in poenitentia publica, ibidem.
 D. August. Sacramentum Poenitentiae appellat manuum impositionem, ibidem.
 Manuum impositio ex veteri lege consuetudinem traxit, ibidem.
 Manuum impositionis usus quia non necessarius abolitus est, pagina 72. numero 4.
 Manuum impositio in hoc Sacramento aliquando mala, pagina 72. numero 5.

Materia.

Materia adaequata Sacramenti poenitentiae sunt actus peccatoris sensui subiecti, p. 14. n. 30.
 Materia Sacramenti matrimonij, proxima & remota sunt actus exteriores contrahentium, p. 15. nu. 31. Sine interno consensu matrimonium non valet. Ibidem.
 Materia Sacramentorum est magis sensibilis quam forma. Ibidem. Per Materiam contrahitur formae amplitudo ibidem.
 Materia ex qua Sacramenti Poenitentiae sunt actus poenitentis. Materio vero circa quam sunt peccata, p. 18. nu. 2. fin.
 Materia Sacramenti Poenitentiae solet appellari peccator, in quo sensu explicatur, p. 18. n. 3.
 Materia huius Sacramenti sunt peccata, quae peccata, & quae principaliter, quae proprie, & quae improprie sint materia. Explicatur, pag. 18. n. 4. & seqq. & pag. 19. n. 8.
 Materia Sacramenti existit a natura, pag. 78. n. 2.
 Materia proxima Sacramenti Poenitentiae sunt actus poenitentis, remota vero sunt peccata, pagina 457. numer. 5. & seqq. Varias sententiae circa materiam Sacramenti Poenitentiae referuntur, ibidem, n. 6.
 Materia necessaria Sacramenti Poenitentiae sunt peccata aequalia mortalia, pagina 19. numero 8. de peccatis venialibus vide verbo *peccatum*.
 Materia contritionis qualis sit exponitur, pagina 501. numero 1. & seqq. per septem §. §. & vide verbo *contritio*.

Memoria.

Memoria praeteritorum peccatorum aliquibus periculosa, aliquibus vero salutare consilium, p. 85. n. 13. Memoria praeteritam obligare, speculativam non obligare in considerate dicitur, pagina 582. n. 14.

Medicus, Medicina.

Medicina debet esse proportionata morbo, p. 502. n. 5.
 Medicus aequae bene potest adhibere medicinam morbo proportionatam siue morbus consistat in privatione, siue in positivo, p. 503. n. 9.

Meritum.

Meritum non est in bonis operibus extra charitatem factis. Afferit Caietanus, p. 376. n. 16.
 Meritum post hanc vitam respectu praemij essentialis nequit esse, p. 381. n. 15.
 Potest esse aliquo modo respectu praemij accidentaliter, ibidem.
 Inter reuiviscantiam meritorum, & peccatorum reuiviscantiam varie a diversis assignatur discrimen, p. 389. n. 31. & seqq. Vera differentia illorum statuitur, & cur merita, & non peccata reuiviscant datur ratio ex D. Th. p. 390. n. 34.
 Merita manere in acceptatione divina, probatur ex Sacra Scriptura, p. 391. n. 36.
 De meritorum reuiviscantia, pag. 400. & seqq.
 Meritoria opera persequens peccatum mortificata non reuiviscere per poenitentiam aliqui dixerunt, p. 401. numero 1.
 Meritoria opera per peccatum mortificata per poenitentiam subsequentem reuiviscere, afferit D. Thomas, ibidem n. 2.
 Quod meritoria opera per poenitentiam reuiviscunt in qua certitudine tenendum sit, statuitur & vana placita assignantur, ibidem n. 2. & 3.
 Meritorum reuiviscantia colligitur ex Sacra Scriptura Concilij, & P. P. pagina 404. numer. 5. Eorum Auctoritates non sunt tam expresse ut illud reddant de fide, ibidem. Ad minus est

re

temerarium, reuiviscantiam meritorum negare, pagina 404. numer. 5. & seqq.
 Negare meritorum reuiviscantiam, quod non sit de fide probatur exponendo Auctoritates in contra, p. 404. n. 14. & seqq.
 Merita cur, & quomodo per peccatum mortificentur, declaratur, pag. 407. numero 2. & seqq.
 Meritoria opera licet actu transferantur, manent merito in acceptatione divina, p. 409. n. 27. & seqq.
 Si meritoria opera mortificata, non manerent in acceptatione divina, nec ea quae facta fuerunt in gratia ibi manerent, ibidem.
 Meritum de condigno non est nisi respectu operum, quae facta sunt ab existenti in gratia, p. 409. n. 2.
 Merita mortificata redere ex abundantia bonitatis divina misericordia Dei affirmant Aliqui, p. 410. n. 4. & 5. Alij afferunt ex natura rei redire, p. 411. n. 6. & 7. Alij afferunt quod ut redeant misericordia Dei supponitur, & consumatur per iustitiam, p. 411. n. 8.
 Meritorum reuiviscantiam in actu primo provenire ex Dei misericordia, & in actu 2. ex iustitia afferit Granados, & alij, p. 412. numero 3. Alij modi dicendi assignantur, p. 412. numero 9. & seqq.
 Meritorum reuiviscantiam non consumi ex iustitia ostenditur, pagina 414. numero 14.
 Qui afferunt reuiviscantiam meritorum esse ex pura Dei misericordia, non saluant proprie, & in rigore reuiviscantiam meritorum, p. 414. n. 15. Homini iustificato per poenitentiam non solum debetur hereditas iure adoptionis, sed etiam ut merces respectu meriti de condigno, ibidem n. 36.
 In meritorum reuiviscantia intermediat iustitia, & incipit, & consumatur in gratia, p. 414. n. 16. in fin. Alia vide verbo *reiviviscantia*.
 Per meritorum reuiviscantiam non oia iura integra restituantur, pagina 419. n. 20.
 Merita omnia reuiviscunt quoad praemium totum substantiale, & accidentale in actu primo in quacumque iustificatione, per poenitentiam facta, pag. 428. n. 43.
 Quoad praemium autem in actu 2. Poenitentia non consequitur maius praemium

quam correspondet quantitati physicae charitatis & gratiae in qua finaliter inuenitur, p. 428. n. 43.
 Merita omnia, & eorum augmentum, pendet ex perseverantia finali, p. 432. n. 53. in medio.
 Meritorum reuiviscantia facit quod ex prioribus & posterioribus deucatur vita aeterna, p. 434. n. 63.
 Meritorum reuiviscantia consistit in hoc quod ablato impedimento peccati, Deus memor bonorum quae fecit poenitens ante peccatum dabit auxilia, ut ita feruenter operetur ac prius, pag. 435. n. 66. Iste modus dicendi est iuxta antiquam expositionem principalioris testimonij Sacrae Scripturae, p. 435. n. 66. Illud Pauli ad Hebraeos 6. v. 10. non enim iniustus est Dominus ut oblitiscatur explicatur ad intentum de reuiviscantia meritorum, ibidem. Alia testimonia Sacrae Scripturae ponderatur ad intentum, p. 476. n. 67.
 Quod nullum meritum impremiatum manebit est de fide, p. 477. n. 70.
 Meritoria opera mortificata per peccatum reuiviscere quantum ad praemium non solum quod de condigno meruerunt, sed etiam quantum ad praemium quod meruerunt de congruo, merito afferit Nuño, p. 441. n. 9.

Misericordia.

Misericordia De peccatoribus, praesentibus veniam prebet absque ullo termino, p. 36. n. 3.
 Misericordia Dei immutat voluntatem hominis, secus voluntas hominis, pag. 341. n. 28. in fin.

Moralitas.

Moralitas duplex alia in ordine ad legem naturam alia in ordine ad legem supernaturalem, p. 255. n. 61.
 Moralitas malitiae in ordine ad legem naturam considerata est eiusdem rationis in natura condita in puris & in natura in gratia producta, p. 256. n. 61.
 Moralitas malitiae in ordine ad finem supernaturalem est diversae rationis in homine in puris natura condita, & in homine in gratia creato, ibidem.
 Moralitatis species a voluntate, & sine desumuntur, p. 399. n. 5.

Mors.

Index Notabilium.

Mors.

Mors animæ est priuatio iustitiæ, & san-
ctitatis, p. 208. n. 13.
Mori cum peccatis venialibus quoad cul-
pam, & simul cum gratia est possibile,
pag. 277. n. 2. & seqq.
Mortificata opera, require verbo meritum
& verbo remissionis.
Mortua opera dicuntur dupliciter effe-
ctiue scilicet, & priuatiue, pag. 449.
n. 1.
Mortua effectiue dicitur quæ causa sunt
mortis animæ. Videlicet peccata, ibi-
dem. Mortua priuatiue dicuntur quæ
carent vita spirituali, quæ est ex chari-
tate. Ibidem.
Mortua opera viuificari per poenitentiam
est impossibile secundum D. Thomam,
p. 449. n. 2. & 3.
Aliquæ Auctoritates quæ contra hoc obji-
ciuntur exponuntur, p. 450. n. 4. & seqq.

Motus.

Motus liberi arbitrii in genere causæ
materialis, & naturaliter præcedit in-
fussionem gratiæ, p. 304. n. 6.
Motum liberi arbitrii præcedit gratia in
genere causæ formalis, ibidem.
Motus liberi arbitrii in Deum, & in pec-
catum ineludit respectum ad formam
scilicet gratiam, & ad agens introdu-
cturum illam, p. 320. n. 11.
Motus charitatis in Deum ita vehemens
potest esse quod omnia venialia consu-
mat, p. 349. n. 48.
Motus liberi arbitrii duplex ex parte re-
cipientis beneficium, pagina 393. nu-
4.
Accessus, & recessus in motu liberi arbi-
trii accipitur secundum detestationem,
& desiderium, pagin. 240. numer. 24.
in fin.
Aliqui motus poenitentiae quæ non est
virtus sunt in Angelis Malis, q. 85. dub.
7. §. 5. n. 31.

Mundaria.

Mundaria peccato voluntate peccandi
existente est contradictorium, pagina
267. n. 22.

N

Necessitas, Necessaria.

Necessitas Sacramenti Poenitentiae, pag.
4. & 5.

Necessitas contritionis ad dolenda ve-
nialia extra Sacramentum, pagin. 348.
numero 32. & seqq. & pagina 344. nu-
35. Quæ contritio sit necessaria ex-
plicatur, pagina 346. numero 40. &
seqq.
Necessitas contritionis qualis sit, & si
sit præceptum de illa disputatur, pag.
558. per septem. §. §. require verbo Gen-
tritio.
Necessitas confessionis circumstantia-
rum explicatur, pagina 644. dub. 2.
per totum, require verbo circumstan-
tia, & verbo confessio.
Necessitas confessionis qualis sit vide ver-
bo confessio.
Necessarium quadruplex, pagin. 559. nu-
3.

O

Obiectum.

Deficiente possibilitate obiecti prima-
rii & actus absoluti alicuius virtutis
impossibile est esse talem virtutem, q.
85. dub. 7. §. 5. n. 35.
Obiectum mortuum in moralibus ne-
quit dare speciem actui nisi sit volun-
tarium, & ab operante intentum, non
in actu signato, sed in exercitio, p. 569.
n. 31.

Odiu.

Odiu peccati est actus charitatis, pag.
104. n. 23.
Odiu Dei contrariatur charitati ex par-
te obiecti, sed non ex parte rationis
formalis, p. 301. n. 37.
Odiu quo Deum dicitur odire pecca-
torem non opponitur amori quo dili-
git omnia, p. 241. n. 29.

Offensa.

Offensa Dei non est id in quo Deus ordi-
nat ad poenam, p. 211. n. 12.
Offensa Dei quodammodo est in Deo
offenso, actiue autem est in peccato-
re, p. 229. n. 42.
Offensa siue sumpta ex parte Dei, siue ex
parte peccatoris, nequit sine gratia re-
mitteri, p. 241. n. 29.
Ad offensam in Deum commissam tol-
lendam non sufficiunt vires humanæ,
p. 241. n. 29.

Offen-

Index Notabilium.

Offensa accipitur actiue, & passiue, pag.
241. n. 30.
Offense oblatio est amicitiae restitutio,
p. 260. n. 2.
Offensa Dei non manet seclusa aduertē-
tia necessaria ad culpam, pagin. 503. n.
9.

Omissio.

Omissio in confessionibus cotidianis om-
nium aliorum præter essentialia in
forma raro est peccatum mortale, pa-
40. n. 17.

Opinio.

Opiniones singulares aliquando sunt pro-
babiles, p. 24. n. 20.
Opinio singularis raro est vera. Ibidem.
Opinari, scire, & dubitare in quo diffe-
rant declaratur, pagina 30. numero
41.
Opinio purgata multo maior est qua m-
si desinentibus querelis non fuerit im-
petita, p. 358. n. 14.
Opinio Magistri Bañez de augmento
charitatis magis admiratione quam li-
ma est digna, pagin. 358. numero 13. &
14.
Opinio phantastica cuiusdam Theolo-
gi asserbat quod sicut erat Purgato-
rium, vbi decedentes in gratia purga-
bantur, ita erat alius locus, vbi dece-
dentes in peccato recipiebant præmia
bonorum operum quæ factæ fuerant
ab illis, p. 408. n. 25.

Opus, Operatio.

Operatio Dei quæ in contritione inte-
ruenit non est commutatio, sed absolu-
tio, p. 282. n. 40. in fin.
Opera viribus naturæ facta nequeunt ef-
ficere dispositiones ad gratiam, pag. 305.
n. 7.
Opus bonum morale non quodlibet suf-
ficat ad remissionem venialium, pag.
351. n. 53. & seqq.
Opus bonum non quodlibet contraria-
tur cuiuslibet peccato veniali, p. 351. n.
53. & seqq.
Opus bonum non quodlibet est actus poe-
nitentiæ aut charitatis, pagina 351. n.
53.
Opera mortificata require verbo Mors.
Opera meritoria require verbo Meritum.
Opera mortua require verbo Mors.

Opus Dei per opus hominis imitari
non potest, p. 385. n. 18.

Oratio.

Oratio non consequitur veniam pecca-
torum sine poenitentia, pagin. 191. n.
11.
Orationes quæ antecedunt, vel subsequū-
tur formam Sacramenti poenitentiae,
non sunt de necessitate sacramenti, p.
40. n. 18.

Ordo, Ordinatio.

In Sacramento ordinis confertur quedam
excellencia potestatis indiuisis mini-
sterijs, p. 71. n. 2. In illo requiritur in-
positio manuum. Ibidem.
Ordinario ad poenam est bonum iustitiæ
cuius Deus est causa, pagin. 211. num.
22.

P

Partes intrinsicæ Sacramenti poenitentiae
sunt actus poenitentis, & Sacerdotis,
p. 111. n. 16.
Partes rei sunt in quas materialiter diui-
ditur totum, p. 452. n. 1.
Partes poenitentiae conuenienter assignā-
tur, p. 452. n. 1. & seqq.
Partes non assignantur poenitentiae secū-
dum quod est, virtus, p. 453. numer. 3. &
seqq.
Partes integrales rei sunt de perfectione
prima eius, pag. 453. n. 6.
Partes non assignantur alijs Sacramen-
tis, & cur? p. 454. n. 10.
Pars duplex videlicet essentialis, & quanti-
tatis, pag. 455. numero 1. Pars essentialis
duplex, physica, & metaphysica. Ibi-
dem.
Partes essentielles habet quodlibet sacra-
mentum. Ibidem. Ex parte quantita-
tis Sacramento Poenitentiae assignan-
tur partes. Ibidem.
Partes essentielles Sacramenti Poeniten-
tiæ sunt contritio, confessio, & satisfac-
tio, p. 455. n. 1. Hoc negat Lutherus.
Ibidem n. 2. Fuit à Leone X. Condem-
natus, ibidem.
Partes essentielles huius Sacramenti esse
contritionem confessionem, & satis-
factionem probatur pluribus auctori-
tibus. S. S. pagina 456. numero 2. &
seqq.

Qqq

D:

Index Notabilium.

D. Thomæ doctrinam assignantem partes, inquit Caietanus, esse canonizata, pag. 436. n. 5. Idem dicit Suarez. Ibidem.

Partes Sacramenti poenitentiae esse praedictas negat Scotus, pagin. 456. numero 4.

Pars integralis potest continere totum licet non secundum essentiam, p. 461. n. 17. fin.

Confessionem, contritionem, & satisfactionem, esse partes integrales Sacramenti poenitentiae asserit D. Th., p. 463. nume. 1. Probat D. Tho. excludendo alias sententias, ibidem. n. 1. & 2.

Contritio confessio, & satisfactio quomodo sint partes essentiales ex parte materiae explicatur, p. 465. n. 5.

Contritio in voto est pars essentialis, poenitentiae, ibidem. Argumentum in tendens probare esse partes subiectivas soluit D. Thom. Ibidem. n. 6.

Pax.

Pax interior est aliquid consequutum in Sacramento Poenitentiae, ex eo quod est in illo restantum, pagin. 14. num. 27.

Peccatum, Peccator.

Peccata detestanda sunt materia remota poenitentiae Sacramenti, pagin. 17. num. 1.

Peccata sunt materia circa quam Sacramenti Poenitentiae, pagin. 18. num. 2. in fin.

Peccator quomodo aliquando dicatur materia Sacramenti Poenitentiae, pag. 18. n. 3.

Peccati originalis poenitentiam devere esse per totam vitam asserit Soto, p. 19. n. 6.

Peccatum originale quomodo, sit detestandum, & poenitendum declaratur, p. 19. n. 7.

Peccata actualia mortalia sunt materia propria, & principalis Sacramenti poenitentiae, p. 19. n. 8.

Peccata actualia mortalia nequeunt remitti sine Sacramento poenitentiae in re, vel in voto, ibidem. Hoc negare est haereticum, ibidem.

Peccata venialia non esse sufficientem materiam Sacramenti poenitentiae, nec remitti sine Sacramento asserere, esse haereticum inquit Soto, pagin. 19. n. 9.

Illustrissimus Dominicus Soto illud deleri iussit Francisco Ossuna, ibidem. Pugnatur cum Concilio. Ibidem peccata venialia multis modis extra Sacramentum expiari posse, asserit Concilium Tridentinum, pagin. 19. numero 9.

Peccata dubia posse sine peccato non confiteri adhuc ut dubia, aliqui asserunt, pagin. 20. num. 1. & seqq. Hoc devere intelligi extra articulum mortis non vero in articulo mortis, asserunt alij. Ibidem, n. 4. Patres societatis viennae asserunt quod adhuc sciens aliquis se peccasse mortaliter, & dubitet negative se tale peccatum esse confessum liber est ab obligatione confitendi illud, ibidem n. 5. Sententia D. Thomae circa peccata dubia declaratur, pag. 21. n. 6. Certus de mortali, & dubius de confessione indubitanter tenetur confiteri, pagin. 21. n. 7. Tunc possessio est contra poenitentem, ibidem. Ex solutione contrariorum, magis roboratur assertum nostrum, p. 22. n. 11.

Peccati vindicta in iudicio poenitentiae, non tam queritur, quam peccati emenda. Ibidem.

Peccatum dubium debet confiteri, ex vltu Ecclesiae, pagin. 24. numero 17. Ex Concilio Tridentino etiam probatur idem, p. 25. n. 22.

Peccata, quae ex Concilio sint confitenda, declarantur. Ibidem.

Peccata dubia debere confiteri probatur rationibus, p. 27. n. 30. & seqq. Qui sub peccato dubio est tenetur, ad tribunal poenitentiae; quia tenetur ad tribunal Dei recurrere, p. 29. n. 36.

Peccatum dubium in quo differat à voto sub dubio, exponitur, pagin. 30. num. 40.

De peccato sub opinione quid dicendum sit determinatur, pagin. 30. & 31. Quando est peccatum sub opinione an sit mortale, vel factum, vel confessum probabilior pars deuet sequi per se, per accidens tamè potest excusari, p. 31. n. 46.

Peccatum confessum ut dubium, licet postea inueniatur esse certum, non teneri ut certum confiteri asserunt aliqui, p. 32. n. 50. & 51. & 52. Tale peccatum debere ut certum confiteri communiter asseritur, ibidem n. 53.

Peccatum si dubium sit iudicando, vel non esse peccatum, vel solum esse veniale, postea inueniatur mortale est certum debere confiteri, ibidem, n. 54.

Pec

Index Notabilium.

Peccata dubia, manifestandi obligatio est certa, p. 36. num. 1. constat ex vltu, & traditione Ecclesiae, ex Concilijs, & Patribus, p. 36. n. 1.

Peccati remissio est effectus absolutio- nis, p. 33. n. 1.

De peccatorum remissione videatur verborum remissio.

Peccatorum, quoties memoriae occurrunt debere nos poenitere, asserunt aliqui, pagin. 83. num. 6. & seqq. Contrarium inquit Caietanus, & alij, pagina 84. Duos casus proponit D. Thomas in quibus stante memoria peccatorum tenetur homo ad contritionem, pag. 85. n. 11.

Peccatorum praeteritorum memoria aliquibus periculosa, aliquibus vero salutare consilium, p. 85. n. 13.

Peccatorum dolorem facere hominem hypocritam dixerunt Lutherani, pag. 90. n. 4.

Peccatorum dolor secundum quod sunt offensa Dei est conforme rationi, pag. 91. n. 9.

Peccatum quamvis sit praeteritum quantum ad actum est praesens quantum ad reatum, p. 96. n. 38.

Peccatorum dolor est illorum detestatio, p. 97. n. 41.

Peccati dolor, est electio poenae, & emenda, p. 103. n. 17.

Peccati odium est actus charitatis, pag. 104. n. 23.

Peccatum proprie est offensa Dei, diuinitatis iniuria, & iniquitas, p. 122. n. 39.

Peccans homo potest inuincibiliter ignorare Deum offendere, p. 122. nu. 40.

Peccatum, quod sit contra ordinem rationis, & quod sit contra legem aeternam est eiusdem rationis. Ibidem.

Peccatum non nocet Deo secundum effectum, sed secundum affectum, pagin. 123. n. 44.

Peccatum veniale ut deleatur exigitur poenitentia per auersionem secundam quid, & satisfactio pro inordinatione, pag. 123. n. 45. in fin.

De peccato ut malo rationalis naturae potest quis dolere cum solo auxilio naturali, p. 125. n. 7.

Peccatum Angeli est irremissibile, pag. 134. n. 31.

Peccata omnia, quomodo poenitentia deleat explicatur, p. 167. n. 1.

Peccatum aliquod per poenitentiam tolli non posse duplicem habet sensum, ibidem.

Peccatum nullum est quantumcumque graue nec multitudo peccatorum tanta quod non possit per poenitentiam remitti, p. 169. n. 7. oppositum vocat, D. Thomas erroneum, ibidem. Est etiam haereticum. Ibidem. Constat ex sacra pagina, PP. & Concilijs, p. 169. n. 7. & seqq.

Peccatum contra Spiritum Sanctum, & Spiritus blasphemiam quid sint explicatur, p. 178. n. 3.

Peccatum ad mortem quid sit exponitur, p. 180. n. 8. & seqq.

Multa loca Sacrae Scripturae, & Auctoritates PP. asserentes aliqua peccata remitti non posse explicantur, pag. 177. n. 1. 7. & seqq.

Peccatum irremissibile essentialiter esse possibile in alio ordine rerum asserit Lugo, p. 184. n. 12.

Peccatum essentialiter irremissibile dari, nec de potentia Dei absoluta, potest p. 182. n. 13. & seqq.

Post peccatum gratuita dona, consequi non posse, dicere, est aerogare diuinam potentiam, p. 282. n. 13.

Peccata Daemonum sunt remissibilia de potentia Dei absoluta, secus vero de lege ordinaria, p. 182. n. 16.

De peccato essentialiter irremissibili nequit esse decretum, pagin. 183. numer. 17.

Peccatores in peccato confirmatos sicut Demones esse aliquos homines asserit Armachanus, p. 184. n. 20. Hoc esse erroneum inquit Soto, pagin. 185. num. 22.

Peccatoribus multis Deum denegasse auxilia sufficientia ad poenitendum affirmant aliqui. Ibidem.

Peccatoribus Deus offert auxilia sufficientia ad poenitendum, pagin. 187. num. 30.

Peccator gratiam sine dispositione nequit consequi, pagin. 194. numer. 20. & seqq.

Peccati mortalis, qui conscius non est qualibet causa, sine formali poenitentia potest actum charitatis elicere, & iustificari, pagina 195. numero 25. & seqq.

Peccati mortalis conscius indiget poenitentia formali ad iustificationem, pag. 194. n. 20.

Peccati memor in quo differat ab immemore peccati ut vnus indigeat poenitentia, & alius non ad salutem, pagin. 196. n. 35.

Index Notabilium.

Peccatum mortale, non posse Deum remittere, sine actu charitatis, vel poenitentia asserit Petrus Soto, pag. 201. n. 40.
 Peccatum potest Deus remittere, sine actu charitatis, vel poenitentia, ibid. n. 42 & seqq.
 Peccati actu transeunte manet aliquid, quo de nominetur homo peccator, p. 202. n. 1.
 De peccato habituali mentionem fecit D. Thomas, p. 205. n. 2.
 Peccatum habituale consistere in positivo aliqui asserunt, p. 205. nu. 3. Consistere in conversione ad creaturam affirmant Alij, ibidem. Alij inquit consistere in quadam relatione rationis, pag. 204. num. 4. Peccatum remitti non esse aliud, quam non imputari ad poenam, asserit Durandus, pag. 205. num. 5. Alij diversi modi dicendi referuntur, pag. 205. num. 5. & seqq.
 Peccatum habituale consistere in privatione, asserunt communiter Thomistae, p. 205. n. 7. & seqq.
 Ad peccatum habituale praeter peccatum actuale nihil positivum requiritur, p. 208. n. 13.
 Peccatum pro formali in privatio consistit, p. 209. n. 14.
 Peccatum habituale non est ratio realis, p. 209. n. 16.
 Peccatum habituale non est ordinatio, aut deputatio activa, aut passiva ad poenam, pag. 211. num. 20. & sequentibus.
 Peccatum actuale ut moraliter perseuerans est de constitutio peccati habitualis, p. 213. n. 27. & seqq.
 Peccata diversificatur specie per obiecta, p. 215.
 Peccatum est analogum respectu actualis, & habitualis, pag. 217. num. 38.
 Peccatum quandoque nominat actum quandoque maculam, quandoque reatum, p. 218. n. 39.
 Peccatum originale, materialiter est concupiscentia, & formaliter privatio, p. 218. n. 41.
 Peccatum actuale, quoad actum causaliter se habet ad habituale, quoad privationes se habet formaliter, p. 219. n. 42. in fin.
 Peccatum quo magis liberum, est gravius ceteris paribus, pag. 222. num. 44.

Peccati venialis habitualis ratio, & eius macula explicatur a Capreolo, & alijs p. 225. n. 45. in fin.
 Peccatum veniale proprie non causat maculam, impedit tamen nitorem virtutis, p. 223. n. 45.
 Argumentum quo convincuntur contrarij ad asserendum peccatum, non consistere in privatione proponitur, & soluitur, pag. 226. numer. 52. & seqq.
 Peccatum originale quomodo sit poena, & culpa habitualis, pag. 228. num. 59 & 61.
 Peccati culpa non ideo est malum, quia pro culpa infertur poena, sed e converso, p. 229. n. 64.
 Peccatum non imputare, quid importet explicatur ex D. Thoma, p. 234. n. 11. in fin.
 Peccati effectus duplex, ex D. Thoma, p. 237. n. 18.
 Peccata venialia habitualia dari constat ex eiusdem rationibus, & auctoritatibus, ex quibus constat dari mortalia, p. 237. n. 18.
 Peccatum diversimode consideratur a Theologis, ac a philosopho morali, ibidem.
 Peccatum hominis existentis in puris naturalibus, non esset privatio gratiae, p. 255. n. 58. & seqq.
 Peccati malitia moralis in ordine ad legem naturam considerata est eiusdem rationis in natura condita in puris, & in natura in gratia producta, pag. 256. num. 61. Talis malitia in ordine ad finem supernaturalem est diversae rationis in homine in puris naturae, & in homine in gratia creato, ibidem.
 Peccatorem annihilatum posse Deum reproducere cum peccato absque hoc quod imputaretur Deo, potest sustineri, p. 258. nu. 67.
 Peccata quamvis non sit connexa quantum ad conversionem ad commutabile, sunt connexa quantum ad aversionem ab incommutabili, pag. 260. n. 4.
 Peccati reliquiae sunt dispositiones ex praecedentibus actibus causatae, pag. 289. & seqq. Remanent remissa culpa, sed debilitata, & diminuta, ibidem. Haec est doctrina D. Thomae, pag. 290. n. 1.
 Peccati actualis reliquiae nullae manent, si adsit poenitentia perfecta quantum ad omnes sui partes, ibid. num. 3.

Pecc.

Index Notabilium.

Peccatorum reliquiae sunt defectus ex peccato actuali consecuti, p. 291. n. 4. Quid aliud sint vide, ibidem, nu. 4. & seqq.
 Venialia peccata negavit Vviclef, p. 332. n. 2.
 Peccatum veniale in quo consistat agnoscere est difficillimum, ibidem, num. 3. Cur tantum lateant, rationem assignat D. Thom. ibidem. Gerson multas regulas ad discretionem venialium assignavit, ibid.
 In peccatis venialibus tria distinguenda, ibid. n. 5.
 Peccata venialia dicuntur, quia reparabilia sunt, ibid. n. 5.
 Peccans venialiter similis est (inquit D. Thomas) illi qui nimis moratur in via ibidem.
 Peccati venialis constitutum assignatur PP. Carmelitae, ibid.
 Peccatum veniale, & mortale in quo conveniant, & in quo differant declaratur ibid. n. 7.
 Peccatum veniale potest remitti quoad culpam, & remanere quoad poenam, p. 334. n. 9.
 Peccatum veniale nequit dimitti quamdiu voluntas ad illud manet inclinata p. 335. num. 11. Oppositum implicat, ibidem.
 Peccatum veniale separat saltim imperfecte a Deo, p. 335. n. 10.
 Peccata venialia non habent connexionem, neque quantum ad conversionem, neque quantum ad aversionem, p. 342. n. 29.
 Peccatum veniale non dicitur maioris adhaerentiae ex se, sed ex parte nostrae, ibid.
 Peccata venialia aliqua adhaerent magis quam alia, ibidem.
 De venialibus poenitere non esse necessarium asserit Ioannes de Medina, p. 343. n. 32.
 Peccatum veniale in iusto opponitur feruori charitatis, pag. 348. num. 45. Id quod expellit venialia debet esse ex motivo charitatis, ibid.
 Peccatum veniale est contra rationem, est offensa Dei, non contra eius amicitiam; sed contra feruorem, ibidem.
 Peccatum veniale est ad feruorem, quod est aqua ad caminum secundum D. Gregorium, p. 349. n. 48.
 De venialibus tenemur poenitere eo genere debiti quo tenemur ea vitare,

pagina 350. numero 52.
 Peccato veniali non quodlibet opus bonum contrariatur, pagin. 351. num. 53.
 Peccatum veniale quibus expiari possit declaratur, p. 353. n. 60.
 Peccati venialis confessio sine attritione supernaturali non valet ad eius remissionem, pagin. 354. numer. 61. Vide etiam, verbo, *Confessio*, & verbo *Remissio*.
 Peccatum veniale non contrariatur habituali gratiae, p. 354. n. 1.
 Peccatum veniale adueniens non tollit gratiam, nec eam diminuit, ibidem.
 Peccata venialia solum possunt esse in habentibus usum liberi arbitrii, ibid. n. 2.
 Cum solo veniali peccato, si puer decederet (quod est impossibile) puniretur poena sensibili aeterna in inferno, p. 375. n. 12.
 Cum peccatis venialibus non dimittis quoad culpam, & simul cum gratia, mori est possibile, pag. 377. num. 2. & seqq.
 Peccati venialis placencia qualibet non facit mortale, pagin. 378. numer. 9. & seqq.
 Peccata remissa per quodlibet sequens peccatum mortale redire aliquo modo, asserit D. Thomas, pag. 382. num. 3. Vide verbo, *Reditio*, & *Remissio venialia*.
 Quolibet peccato mortali, quod fides non amittitur asserit Concilium, pag. 383. n. 10.
 Peccata mortalia ex parte conversionis sunt diversa, & aliquando contraria, p. 385. n. 18.
 In peccato mortali aversio ex conversione quodammodo causatur, pagin. 385. num. 18. in fin. Vide verbo, *Aversio*.
 Peccans post innocentiam an magis peccet quam peccans post poenitentiam disputatur, pagin. 393. num. 7. & seqq.
 Peccatis ingratitudinem aliquando esse speciale peccatum, & aliquando non, asseritur cum D. Thoma, p. 398. n. 2. & seqq.
 Peccatum recipit speciem ex intentione peccantis, ibid.
 Peccans in contemptum Dei, & suscepti beneficii committit speciale peccatum ingratitudinis, ibidem.

Qqq 3

Pecc.

Index Notabilium.

Peccans non intendens contemptum Dei, licet illum cognoscens non retrahatur ab peccati commissione non peccat speciali peccato ingratitude, ibid. Tunc erit circumstantia alterius peccati, ibid.

Peccatum quodlibet includit materialē ingratitudinem ad Deum, p. 398. nu. 3.

Peccata in tantum magis aliquid abhorrent in quantum illa magis honori, & humanæ estimationi aduersantur, pag. 531. n. 26. Hoc est charitatis peruersio ibid.

Peccans mortaliter ex præcepto tenetur agere poenitentiam, pag. 560. num. 5. & seqq.

Peccata omnia indirecte opponuntur charitati, pag. 569. num. 32. Sufficit hæc suppositio ut peccata charitatem excludant, ibid.

Peccata omnia habent etiam malitiam grauem propter nocuentum, quod inferunt peccanti, ibidem.

A peccante non interditur in peccatis exclusio charitatis, nec nocuentum, quod sibi inferunt, ibid.

Omnis peccans est inobediens generaliter, p. 569. n. 31.

Peccatum impoenitentiae finalis potest esse sine desperatione, pag. 570. num. 34.

Peccatum impoenitentiae, & desperationis non habent connexionem, ibidem.

Peccatum desperationis potest esse sine infidelitate, ibid.

Peccatum impoenitentiae tollit bonum gloriae taliter quod recuperari nequit, ibid. n. 35.

Peccati circumstantia, non est idē, quod circumstantia aggrauans, vel alleuians peccatum, p. 572. n. 44.

Peccatum non ex omni circumstantia aggrauatur, vel alleuiatur, ibid.

Omnes species peccati in Spiritum Sanctum desumuntur ex contemptu expresso eius quod peccatum poterat impedire, p. 573. n. 48.

Omnia peccata quæ in memoria habentur, debere confiteri eidem Sacerdoti est de iure diuino, p. 637. n. 1.

Peccata semel cõfessa possunt esse sæpius materia Sacramenti Poenitentiae, pag. 641. n. 19.

Peccatorum circumstantia, quotupliciter possunt esse, declaratur, ibid.

Peccatum aliquando est maius furare

millie quam decem, quia secundum D. August. malum non est in rebus, sed in affectu peccantium, p. 651. n. 20. c. 2. in princ.

Peccatum originale est contractum, sine nostra voluntate, p. 502. nu. 5. De illo non potest esse contritio bene tamen potest esse displicentia, vel dolor, ibidem & n. 6.

De peccato ratione substantiæ actus, & ratione deformitatis tantum, non est contritio, sed in quantum importat vitamque deformitatem, ibidem, nu. 7.

Peccatum ratione substantiæ actus non habet rationem mali, ibid.

Peccati deformitas de se non dicit rationem culpæ, sed quandoque importat poenam, ibid.

Peccatum originale nullo modo est materia confessionis, & absolutionis, pag. 503. n. 12.

Peccata venialia sunt materia virtutis poenitentiae, pag. 504. nu. 13. Non sunt contra legem, ibid.

Peccatum aggrauatur ex contingenti affectu, & cur? p. 506. n. 21.

Peccata futura proprie, & in rigore non sunt materia contritionis, pag. 506. numero 20. & seqq. Similiter, nec peccata aliena, pag. 508. num. 25. & seqq.

Peccatum est suramū malum inter odibilia, p. 524. n. 3.

Peccatorum quantum debeat esse dolor disputatur, pag. 524. num. 1. & sequentibus.

Alia de peccatis, vide verbo *Contritio*, & *Confessio*.

Pœna.

De pœna ratione tria sunt, pag. 228. nu. 60.

Pœna æterna remittitur remissa culpa, pag. 270. nu. 4. Contrarium esse possibile asserunt aliqui, p. 271. n. 7. & seqq. Esse impossibile defenditur, p. 274. n. 17.

Pœna seu castigatio amici, & inimici in quo differant, pag. 287. num. 51. in fin.

Pœna simpliciter diminutionem dicit, p. 501. n. 1. Alia de pœna, vide verbo, *Beatus*.

Pœnam æternam potest aliquis magis eligere, quam incidere in peccatum, pag. 529. n. 18. in fin.

Pœna

Index Notabilium.

Pœna duplex interior, & exterior, pag. 559. n. 2.

Pœnitentia.

Pœnitentiæ tractatus necessitas, pagina 1. n. 1.

Pœnitentia est virtus animæ à Gentilibus naturali lumine agnita, pag. 1. nu. 2.

Pœnitentiæ actus interior, post pronuntiatum euangelium non habet rationem virtutis nisi includat votum Sacramenti, pagina 2. n. 2. in fin.

Pœnitentiæ encomia pagina 2. numero 3.

Pœnitentiæ etymologia, pagina 3. num. 5. Errores circa Sacramentum Pœnitentiæ, pagina 4. numero 1. & seqq.

Pœnitentiam esse vnum ex septem Sacramentis Ecclesiæ est de fide.

Pœnitentia est Sacramentum distinctum à Baptismo, pagina 5. numero 3. & p. 7. n. 12.

Pœnitentiæ Sacramentum est spiritualis medicina, p. 5. n. 6. Lapsus post Baptismum per Sacramentum Pœnitentiæ beneficium mortis Christi applicatur, p. 6. n. 7.

In Pœnitentiæ Sacramento tam ex parte poenitentis quam absoluentis aliquid sanctum significatur, pag. 6. nu. 8.

In Sacramento Pœnitentiæ actus humani sunt de eius essentia, pagina 6. num. 9.

Pœnitentia non est nobilius Sacramentum omnibus alijs, pag. 7. n. 12. maior gratia simpliciter datur in Sacramento Extremæ vnctionis confirmationis, & ordinis quam in Sacramento Pœnitentiæ, ibidem, in Sacramento Pœnitentiæ datur maior gratia quam in matrimonio, pag. 7. n. 12. Sacramentū Pœnitentiæ secundum quid est nobilius alijs, ibidem, est maioris necessitatis quam alia ibidem, Pœnitentiæ minister est de necessitate iudex, pag. 7. n. 13.

Pœnitentia dicitur laboriosus Baptismus ibidem.

Pœnitentiæ Sacramentum est vnum specie, p. 8. n. 15.

Pœnitentia in quantum totum integrale non est totum permanens, sed successuum, p. 8. n. 16.

Sententiæ circa essentiam Sacramenti

Pœnitentiæ referuntur, pag. 8. n. 1. & seqq.

Quid ad essentiam Sacramenti Pœnitentiæ requiratur, ostenditur, pagina 11. n. 13.

Pœnitentiæ Sacramenti essentia consistit in contritione, confessione, & satisfactione ex parte poenitentis, & absolutione ex parte absoluentis, ibidē. Ratio huius non est alia quam voluntas Christi sic instituentis, pagina 11. n. 15. In Sacramento Pœnitentiæ non gratis omnino remittuntur, sed cum discretionē iudicij, pagina 12. num. 21. in illo non queritur redintegratio æqualitatis iustitiæ, sed magis reconciliatio amicitie, pagina 13. numero 21.

Pœnitentiæ Sacramentum supponit in recto pro actibus poenitentis, connotat tamen in obliquo, sed essentialiter absolutionem, p. 13. n. 22.

Pœnitere est pœnam tenere secundum D. Aug. p. 13. n. 23.

Pœnitentia est exomologesis conscientie, ibidem, n. 24.

Pœnitentiæ Sacramenti significatum adæquatam sunt contritio, confessio, satisfactio, & absolutio, pag. 13. numero 25.

Quid in Sacramento Pœnitentiæ, sit Sacramentum tantum, res tantum, res & Sacramentum simul, ostenditur, pag. 14. n. 27.

Pœnitentiæ Sacramentum non est validum, nisi confessio sit voluntaria, pag. 14. n. 29.

Pœnitere nos debere per totam vitam, de peccato originali asserit Soto, pag. 19. n. 6.

Pœnitentia de peccato originali quomodo debeat fieri secundum D. Augustin. & D. Thom. pagina 19. num. 7.

Pœnitentiæ Sacramentum ex eius institutione obligat ad deferenda Sacerdotibus omnia mortalia, eo modo quo possunt recte censere de corū grabitate, p. 34. n. 59.

Pœnitentiæ Sacramentum aliquid habet speciale, quod non est de ratione iudicij communis, pagina 39. numero 12.

Pœnitentiæ iudicium, quia idem est accusator, & reus, est voluntarium, & in illo debet credi reus pro se, & contra se, p. 39. n. 12.

Pœnitentiæ iudicium est in fauorem, & in

Index Notabilium.

medicinam. Ibidem. Significat salutē
Anima, & ad hoc conferendum est in
stitutum, ibidem.
Poenitentia & matrimonium in quo dife-
rant, p. 39. n. 14.
Poenitentia Sacramentum consistit in re-
motioe peccatorum, pagin. 48. num.
2.
Poenitentia Sacramentum non ordina-
tur ad consequendam aliquam excel-
lentiam gratia, pagina 71. numero
2.
Poenitentia appellatur à P. P. laboriosus
sus baptismus, pa. 74. n. 2.
Poenitentia Sacramentum esse necessariū
vt medium ad salutem est communis
sententia, pagin. 74. numer. 4. Constat
ex scriptura & canonibus, pagina 75.
numero 5. esse de fide asserit Nuño.
Poenitentia Sacramenti institutio quan-
do, & à quo fuerit facta, pagina 78. n.
1.
Poenitentia modus est ex institutione di-
uina, p. 78. n. 2.
Poenitentia quomodo sit de iure natura
P. 81. n. 11. & seqq.
Poenitentia esse remedium peccatorum
tripliciter, ait Soto, pagina 81. nu. 14.
doctrina Soto approbatur, pag. 82. n.
15.
Poenitentia duplex scilicet interior, & ex-
terior, pagin. 82. num. 1. Poenitentia
alia secundum actum, & secundum
habitum alia, ibidem.
Poenitere debere quoties peccata memo-
ria occurrunt asserunt aliqui, pagin.
83. numer. 6. & seqq. Merito oppositū
docet Caietanus, & alij, pagina 84. n.
10.
Poenitere quando debeamus exponitur,
p. 85. n. 11.
Poenitere est de aliquo à se prius facto do-
lere, p. 89. n. 1.
Poenitentia definitiones variae. Ibi-
dem
Poenitentiam esse virtutem proprie nega-
rant Aliqui, p. 89. n. 3.
Poenitere secundum lutheranos facit ho-
minem hypocritam, pagin. 90. numer.
4.
Poenitere inter catholicos est utile, lau-
dabile, & actus virtutis, pagina 90. n.
5.
Poenitentiam esse virtutē probatur, Dei
ibidem, n. 6. & seqq.
Poenitere de peccatis vt sunt offensa
Est conforme rationi, pag. 91. num. 9.
si sit cura spe venia per gratiam, conse-

quendae, esse actum laudabile est de fi-
de, ibidem.
Poenitentiam esse virtutem innumeris te-
stimonijs Sacrae Scripturae Ecclesia de-
cernit, p. 91. n. 1.
Poenitentiam esse virtutem simpliciter, &
proprie communiter asseritur contra
Durandum, & Alios, pagin. 92. num.
19. Constat ex D. Thoma pluribus in
locis, ibidem, num. 20. & seqq. Funda-
menta Durandi diluuntur, p. 93. n. 22.
& seqq.
Poenitentia vt passio sensitiua partis quā
do sit virtus, pagin. 98. numero 47. &
seqq.
Poenitentiam non esse specialem virtutē
asserunt Aliqui, pagin. 99. n. 1. & 2. Ef-
se specialem virtutem communiter as-
serunt Theologi, pagin. 100. numero
3.
In poenitentia inuenitur specialis ratio
actus laudabilis ibidem.
Poenitentia proprium actum diuersimo-
de exponunt aliqui, pagin. 100. n. 5.
& seqq.
Poenitentia proprius actus & specialis est
detestari peccatum, vt est offensa Dei,
vt expiabilis, p. 102. & 103. num. 17. &
seqq.
Poenitere de peccato, & eligere poenam,
& emendam est idem actus; habens
duo obiecta inter se ordinata, p. 103. n.
17.
Poenitentiam distinguere à contritione,
P. P. non curarunt, pagin. 104. numero
22.
Poenitentia actus distinctus est ab actu
odij, p. 104. n. 23.
Poenitentiam esse virtutem ab alijs dis-
tinctam negat Caietanus, pagin. 106.
n. 1. & 2. Esse actum religionis inquit
Caietanus.
Poenitentia est virtus distincta à religio-
ne, p. 108. n. 10. & seqq.
Poenitentia in quo differat à religione ex-
ponitur, p. 108. n. 12.
Poenitentiam esse ipsamet virtutem iusti-
tia, affirmat Durandus, pagin. 109. n.
1. contrarium asserit Caietanus, ibidē,
numero 2. Seruare ius diuinum ille-
sum non est proprium poenitentia, pa-
112. n. 9. & seqq.
Poenitentia non dicit actum, vel habitū
praeseruatium à peccato committen-
do, p. 114. n. 1.
Poenitentiam pertinere ad iustitiam vin-
dicatium asserit Scotus, pagin. 115.
n. 19.

Index Notabilium.

Poenitentiam esse iustitiam in nullo sen-
tu admittit Lugo, pagina 115. numer.
19.
Poenitentia est pars potestativa iustitia,
pagin. 116. §. 4. Per totum: Non est
pars subiectiva iustitia, pagin. 117. col.
1. in princ. Poenitentia non contine-
tur sub specie iustitia specialis directae,
sed solum reductiue, pagin. 117. col. 1.
in princ.
Poenitentia quomodo sit virtus ab alijs
distincta, & sit pars iustitia, pagin. 117.
n. 20.
Poenitentia non est eiusdem speciei cum
iustitia humana, pagina 117. numero
21.
Poenitentia non potest reddere Deo
gratum, ibidem, n. 22.
Poenitentia nequit habere pro motiuo
obiectum iustitia probat Lugo, pag-
121. & seqq. a numero 38. Eius argu-
mentis respondetur, ibidem, num. 39.
Poenitentiam naturalem aliqui respuunt
pagina 124. numero 1. Adquisitam
etiam non admittunt, pagina 124.
n. 1.
Poenitere ex naturalibus cum communi
influentia peccatorem posse ex quo-
libet motiuo asserit Scotus, pag. 124.
n. 2.
Poenitentia alia est regulata naturali lu-
mine alia ex noris diuina reuelatione
p. 124. n. 2. c. 2.
Poenitentia potest sumi pro habitu, &
pro actu, pag. 125. numero 4. Vtroque
modo sumpta potest esse in habente
solum lumen naturale, vel in habente
fidem. Ibidem.
Poenitentia potest esse de peccato, vt est ma-
lum rationalis natura, cum solo auxi-
lio naturali, p. 125. n. 6.
Poenitentiam philosophi commendarūt
p. 126. n. 7.
Poenitentia habitus generatus ex frequē-
tatione actuum naturalium poeniten-
tia non pertingit ad veram rationem
virtutis, pagin. 127. numero 11. Ex fre-
quentatione actuum poenitentia natu-
ralis potest generari habitus. Ibidem.
Poenitentiam iniuriarum, non fuisse vir-
tutem D. Thomas, ibidem.
Poenitentia naturalis non disponit ad op-
timum actum in suo genere. Ibidem,
n. 13.
Poenitentia habitus immediate à Deo in-
funditur sine nobis principaliter ope-
rantibus, non sine nobis dispositiue
operantibus, pagin. 132. n. 30. Qualis,

sit certitudo huius asseriti. Ibidem, nu-
31.
Poenitentia non est virtus Theologica, sed
moralis, p. 133. n. 34.
Poenitentia licet sit species iustitia com-
prehendit quodammodo ea quae perti-
nent ad omnes virtutes, pag. 134. num.
36. in fin.
Poenitentia virtus dicit cōexionem cū
charitate. Ibidem, n. 40. in fine.
Poenitentia intusa cum alijs virtutibus,
& gratia amittitur quoli bet pecca-
to mortali, pagina 136. numero 41. in
fin.
Poenitentia subiectū, secundū quod est vir-
tus est voluntas, pag. 137. num. 4. Ali-
qui asserunt esse in irascibili. Alij in
concupiscibili, contra quos arguit D.
Thomas, p. 137. n. 2.
Poenitentia in esse virtutis solum residet
in voluntate, & nullatenus in appeti-
tu sensitivo, p. 141. n. 14.
Poenitentia quae est passio est in concupis-
cibili, ibidem.
Poenitentia est quasi quaedam vindictiua
iustitia, p. 142. n. 15.
Poenitentia motus possunt esse in appeti-
tu sensitivo per redundantiam impe-
rij poenitentia, pagin. 142. numero 16.
Tales motus non habent rationem
virtutis nisi ex voluntatis, motione, p.
142. n. 16.
Poenitentia habitus frustra ponitur in ap-
petitu sensitivo, pagina 143. numero
18.
Poenitentia habitum, sicut aliarum virtu-
tum non amittit per peccatum, asse-
rit D. Bonaventura, pagina 143. num.
19.
Poenitentia habitum specialiter pre alijs
virtutibus non manere in peccatore
docet D. Thom. pagina 144. numero
23.
Poenitentia quomodo in non habenti-
bus peccatum existere potest, & quo-
modo non. Varij modi dicendi asig-
nantur, pagina 145. numero 1. & se-
quent.
Poenitentia vt virtus est in innocentibus
habentibus gratiam, pagin. 146. num.
5.
Poenitentia habitum habuit Adamus in
statu innocentia, pagina 147. numero
11.
Poenitentia habitum, retinent in patria
Beati qui prius illum habuerunt in via
149. n. 15.
Poenitentia actus in patria est actio gra-
tia

Index Notabilium.

nam ad Deum, pagina 149. n. 15. & seqq.

Pœnitentia, fides, & spes nominat effectum gratiæ in quodam defectu, pag. 150. n. 13.

Pœnitentia ex sua specie importat imperfectionem essentialem ex parte subiecti, p. 151. n. 23.

Pœnitentia aliquando ex amore inchoatur, & quomodo, pagina 158. num. 9. in fin.

Pœnitentiæ actus actum charitatis continet aliquando, pag. 159. num. 11. & 12.

Pœnitentiam secundum habitum, & secundum actum possunt præcedere actus laudabiles, p. 160. n. 1.

Pœnitentia præcedit charitatem, & illi sub sequitur, & quomodo, pagina 161. n. 6.

Pœnitentia quantum ad aliquid est prima virtutum, pag. 167. n. 10. quantum ad aliud est posterior charitate, pagin. 163. n. 10. & seqq.

Pœnitentiæ actus, & actus charitatis nõ sunt idem numero actus, pag. 164. num. 15.

Pœnitentia simpliciter non est prima virtutum nec ordine temporis, nec ordine naturæ, p. 165. n. 19.

Pœnitentiam esse imperfectiorem virtutibus Theologicis, & religione aliqui asserunt, pagin. 166. num. 23. Esse perfectiorem omnibus virtutibus moralibus asserunt Alij, pagina 66. num. 24. & seqq. In cõparatione perfectionis pœnitentiæ, & religionis vnicuique fas est in suo sensu abundare. p. 167. n. 16. in fin.

Pœnitentia quomodo omnia peccata deleat explicatur, pag. 167. num. 1. Hac propositio aliquod peccatum per pœnitentiam tolli non potest duplicem habet sensum. Ibidem.

Pœnitentia vere est causa remittendi peccatum, pagina 168. numero 4. & seqq.

Per pœnitentiam quodlibet peccatum quantumcumque graue, & qualibet multitudo peccatorum potest remitti, pag. 164. num. 7. Oppositum est erroneum secundum D. Thomam, est etiã hereticum, p. 169. n. 7. & seqq.

Pœnitentia vt virtus, & vt Sacramentum debet iterari, p. 170. n. 11. & videatur verbo *iteratio*.

Pœnitentiæ qualis sit administrationis praxis in Ecclesia, p. 172. n. 18.

Pœnitentia solemnis est figura expulsiõnis hominis ex Paradiso, pag. 174. nu. 2. 2.

Pœnitentiæ solemnizatio est quasi professio perpetuo pœnitentiam seruandi. Ibidem.

Pœnitentia alia publica, alia priuata, & alia solemnis secundum D. Thomam, p. 175. n. 25.

Pœnitentiæ solemnis hodie paucissima, aut nulla vestigia, nisi in tribunali inquisitionis vel in absolutione à censuris, p. 175. n. 25. fin.

Pœnitentia solemnis, cur olim vtebatur, nunc non vtitur, redditur ratio, p. 175. n. 26.

Pœnitentiæ vehementer implorata effectus cur multoties non coniequitur declaratur, p. 177. n. 1.

Pœnitentiam requiri ad remissionem peccatorum est de fide, pagin. 188. n. 1. & seqq.

Pœnitentiam non significare dolorem, sed amorem iustitiæ asserit Lutherus, p. 189. n. 3.

Sine pœnitentia charitas, fides, & misericordia non liberant hominem à peccato, p. 190. n. 9.

Pœnitentiæ fundamenta sunt fides, spes, & charitas, p. 191. n. 10.

Sine pœnitentia oratio nona consequitur peccatorum veniam, pagin. 191. num. 11.

Pœnitentiæ, & Baptismi discrimen assignatur, ibidem, n. 12.

Pœnitentia formalis in re vel in voto est necessaria ad iustificationem, p. 192. n. 16.

Pœnitentia formali indiget qui conscius est peccati mortalis ad iustificationem, p. 194. n. 20.

Differentia versans inter memorem, & immemorem peccati ad indigendam pœnitentiæ, vel non, assignatur diuersimode, pagina 196. numero 29. & seqq.

Pœnitentia, & Baptismus in quo differat in ratione remittendi à culpa, & pena p. 283. n. 44.

Pœnitentiæ effectus est remissio actualiũ peccatorum, pagin. 303. numero. 1.

Pœnitentia vt virtus dupliciter potest cõsiderari, ibidem.

Pœnitentia est causa dispositiua remissionis culpæ, pagina 304. numero 2. & seqq.

Pœnitentiæ effectus, quatenus pœnitentia est

Index Notabilium.

est virtus, & principaliter vt est Sacramentum est remissio culpæ, p. 304. n. 2. & seqq.

Pœnitentiam esse causam dispositiuam remissionis culpæ probatur ex Tridentino, p. 305. n. 6. in fin.

Pœnitentiæ actus procedunt simul à gratia, & auxilio, pagina 307. numero 12.

Pœnitentiam non esse causam expulsiõnis peccati, docent aliqui ibidem, n. 13. Esse causam effectiuam moralem tantum asserit Suarez, pagin. 307. & 308. num. 14. Delere peccatum effectiue absolute affirmant multi, ibidem, n. 15. Esse causam efficientem infussionis gratiæ habitualis docent aliqui. Ibidem.

Pœnitentiam esse causam effectiuam physicam expulsiõnis peccati defenditur, p. 310. n. 20. & seqq.

Pœnitentia in quantum Sacramentum est causa gratiæ in quantum vero virtus, est magis gratiæ effectus secundum D. Thomam, p. 312. n. 27.

Pœnitentiã virtus speciali modo præ alijs remittit peccata, pagin. 314. numero 32.

Pœnitentia ex vi sui actus habet quod per eam peccata dimittantur, pa. 313. n. 32.

Pœnitentia implicita, quæ dicatur, pag. 349. n. 49.

Pœnitentia virtualis, vel interpretatiua quæ nam sit, ibidem.

Pœnitentia de venialibus tenetur, eo genere debiti quo tenemur ea vitare, pag. 350. n. 52.

Pœnitentiã & actus charitatis quomodo se habeant ad remissionem venialium ibidem.

Pœnitentiæ virtutis actu sufficienter venialia deleri non negat D. Thom., pag. 352. n. 37.

Pœnitentia non solum imperata à charitate, sed etiam à gratiã dicitur contritio. Ibidem.

Pœnitentiæ Sacramentum absque bono motu suscipientium gratiam conferre nunquam Ecclesia Dei docuit, secundum Concilium, pagina 354. numero 61.

Pœnitentiæ veræ esse essentialia facere ne quis denuo peccet quidam existimarunt, pagin. 382. nu. 5. Hoc censurat D. Thomas vt erroneum, & impugnat, pagin. 382. n. 9.

Pœnitenti postmodum peccato, Deũ

non remittere peccata quidam dixerunt, p. 383. n. 11.

Pœnitentem vere; (si postea peccat) duplicem legem transgredi inquit, Soto p. 393. n. 5.

Pœnitentes, & innocentes se habent sicut excedentia, & excessa, pagin. 394. n. 9.

Pœnitens, vel innocens ille est magis à Deo dilectus qui plus habet de gratia, ibidem.

De pœnitente plus Deum gaudere, quam de innocente dicitur quia pœnitens, humilior cautior, & feruentior euadit ibidem.

Pœnitentia & innocentia secundum Caietanum possunt Considerari, & in genere bonorũ, & in genere donorum, pag. 395. num. 11. in genere bonorum innocentia pœnitentiam excedit, secus in genere donorum, ibidem.

Pœnitens quandoque consequetur maiorem gratiam, vel minorem, vel æqualem gloriam essentialem, quam si mortuus fuisset antequam peccasset, pag. 428. n. 44. Hanc doctrinam esse communem tempore D. Thomæ asserit ipse. Ibidem, n. 45.

Pœnitenti baptizato ante vsu rationis restituitur tota gratia sacramentalis, p. 440. n. 3.

Per pœnitentiam omnes virtutes restituntur, p. 442. n. 1. & seqq.

Pœnitentia causat omnes virtutes in quantum disponit ad gratiam quæ omnium virtutum est radix, pag. 444. n. 8.

Per pœnitentiam nequit reparari virginitas deperdita, quantum ad id quod est materiale ipsius, bene tamen quantum ad propositum, pagina 445. num. 3.

Pœnitentiæ partes conuenienter assignantur, p. 452. n. 1. & seqq.

Pœnitentiæ secundum quod est virtus, nõ assignantur partes, bene tamen secundum quod est Sacramentum, p. 453. n. 3. & seqq.

Pœnitentiæ Sacramentum supponere in recto pro actibus pœnitentis, & cõnotare in obliquo absolutionem, p. 454. n. 10.

Pœnitentiæ specialiter assignantur partes præ alijs Sacramentis, pagina 455. n. 1.

Pœnitentiæ Sacramenti materia proxima sunt actus pœnitentis, remota vero sunt peccata, p. 457. n. 5. & seqq.

Pœnitentes erant parbam satisfactionē volentes sibi à Confessore imponi, p. 461. n. 18.

Pœnitentia vt virtus conuenienter diuiditur in pœnitentiam, ante Baptismū, pœnitentiam mortaliū, & venialiū, 466. n. 2. Hanc diuisionem esse essentialē asserunt aliqui. Ibidem, n. 3. Et se accidentalem asserunt alij, p. 467. n. 4. esse accidētis in subiecta est magis eō forme doctrinæ D. Thomæ. Ibidem.

Pœnitentia secundum D. Augustinum non alia via diuiditur, quam prædicta p. 467. n. 7.

Pœnitentiæ diuisionem, quam tradit Diuus Augustinus, non esse secundum actus, sed secundum modos exteriores quos habet Ecclesia ad subueniendum peccatori asserit Suarez, pagin. 467. numero 6. Dictum Suarez esse falsum ostenditur, ibidem, numero 7. & 8.

Pœnitens figuratur in hirco, pag. 77. n. 4.

Pœnitentiæ Sacramenti efficacia est ex nomine Iesu patientis, & resurgentis, p. 78. n. 1. in fin.

Pœnitentiæ Sacramenti efficacia fuit de terminata à Christo post resurrectionē, ibidem.

Pœnitens aliquando putat se penitere ex auxilio, & motiūo supernaturali, & fallitur, pagina 539. numero 12. in medio.

Pœnitentiā quæ sine fide est, est inutilis, p. 547. col. 2. in fin. n. 19.

Pœnitentia alia interior, & alia exterior p. 559. n. 2.

Pœnitentiam tenetur agere ex præcepto peccans mortaliter, pagin. 560. n. 5. & seqq. An hoc præceptum sit naturale, an positiuum disputatur, pag. 562. numero 11. & seqq. Per totum §. circa hoc mouetur duplex difficultas, vel eadem duplici sensu exagitur, p. 562. n. 11. & seqq.

Impœnitentia vltimate, & secundario charitati opponitur, pagin. 570. numero 22.

Pœnitentiæ partes in lege naturæ non erant tres, p. 473. n. 6. & 7.

Pœnitentiam de peccatis ex motiūo iustitiæ, vel alio simili sine charitate, vel formaliter, vel æquiualeter esse sufficientem in ratione vltimæ dispositionis ad iustificationem, non est probabile, nec tutum asserere, pag. 480. n. 31. & seqq.

Pœnitentiæ actus perfectissimus solus, ne

quit in aliquo euentu, esse completa dispositio ad iustificationem, nisi ve quo vel vt quod sit in specie charitatis, p. 483. n. 43.

Ad veram pœnitentiam non sufficit vt quis ex quolibet motiūo doleat se peccasse, p. 488. n. 10. & seqq.

Pœnitentiæ Sacramentum dari, potest validum, & informe, pag. 627. numero 6. & seqq.

Pœnitentiæ Sacramentum potest esse validum quamvis sicte recipiatur fictione, quæ sit actuale peccatum mortale, pag. 624. numero 28.

Ad Sacramenti Pœnitentiæ valorem, & multo minus ad obtinendum eius effectum non sufficit ponere obicem noui peccati, cum voluntate confitendi, p. 608. numero 28. Contrarium secundæ partis asserit vt temerarium damnat Suarez, vt suspectum tenet Soto. Ibidem. Talis sententia neque Scripturæ nec P. P. consona nec animarum saluti, & sobriæ doctrinæ est conueniens inquit Soto. Ibidem.

Concilia, & Theologi non quantlibet peccati displicentiam assignant pro parte essentiali huius Sacramenti, sed contritionem, vel perfectam quæ charitate formatur, vel imperfectam quæ est attritio, pagina 609. numero 29.

Ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ sufficere dolorem virtualem qui consistit in dolore quem habet alicuius se non dolere asserunt aliqui, pag. 609. n. 30. Merito hoc impugnat Vazquez, ibidem n. 31. Non sufficere hunc dolorem probat Candidus, ibidem, n. 32. & Nufio, n. 33. In quo sensu loquatur Paludanus explicatur, pagina 610. numero 33. in fine.

Ad Pœnitentiæ sacramenti effectum remissionis peccati suscipiendum sufficere cum attritione accedere affirmant aliqui, p. 611. n. 4. Alij non sufficere attritionem nisi iudicatam contritionem asseuerant. Ibidem, numero 5. & 6.

Ad Pœnitentiæ Sacramenti effectū, gratiæ, & remissionis peccatorum suscipiendum sufficere attritionem, cum integra peccatorum confessione asserendum est, pag. 612. numero 8. Hæc doctrina est expressa in D. Thomæ, ibidem, & numero 9. & seqq. Rationibus probat Soto, pagin. 614. numero 13.

Sententiam requirentem in sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum contritionem perfectam censurat Vazquez esse erroneam, & Suarez inquit esse damnatam, pag. 614. numero 14. & 15.

Pœnitentiæ sacramentum dat vitā mortuis propter peccata propria, sicut baptismus dat vitam mortuis propter peccatum Adæ, pagina 616. numero 22.

Argumenta aliqua soluantur, p. 617. numero 26. & seqq.

Pœnitentiæ sacramentum an dari possit validum, sed informe disputatur, pag. 620. à numero 1. Per totum dubium.

Pœnitentiæ sacramentum esse in validum quomodocumque confessio sit informis asserunt aliqui, pagina 620. numero 1. Et probant. Ibidem, numero 2. & seqq.

Pœnitentiæ Sacramentum posse dari validum, & informe est verissimum, & Theologorum commune, pagin. 621. numero 6.

Probat D. Thomas. Ibidem, numero 7. Rationem D. Thomæ Ponderat Soto, ibidem. Respondet Vazquez Rationi D. Thomæ. Ibidem, numero 8. Impugnatur Vazquez pag. 622. numero 9. & 10. Ex paritate aliorum Sacramentorum probat D. Thomas. Ibidem. Responsionibus Paritati replicant Soto, & Caietanus. Ibidem, & numero 11. & 12. Vltimum fundamentum nostræ sententiæ quo contrarijs respondetur proponitur, pagin. 623. numero 14. Concilium Tridentinum explicatur, pagin. 623. n. 15.

De Pœnitentiæ Sacramento informi ratione fictionis quid dicendum sit determinatur, pagin. 623. §. 3. Per totum.

Rationes dubitandi proponuntur, ibidem in principio, §.

Pœnitentiæ Sacramentum informe ratione fictionis, positiuæ esse in validum & iterandum asserit Petrus Soto, pag. 624. n. 16. Hoc esse consonum doctrinæ Patrum affirmat, ibidem.

Pœnitentiæ Sacramentum informe etiam ratione fictionis quæ sit actuale peccatum mortale esse validum, est omnino verum, pagina 624. numero 18. Hæc Sententia est expressa Diui Thomæ. Ibidem D. Thomam sequuntur omnes Thomistæ antiqui, & moderni, pagina 625. column. 7. numero 18. & seqq. Extra scholam D. Thomæ

multi eam sequuntur, pagin. 625. numero 20.

Rationibus probatur, pagina 624. numero 21. & seqq.

Obiectionibus, respondetur, & contraria fundamenta euelluntur radicitus, pag. 627. numero 24. & 25. & pag. 628. numero 26. & seqq.

Perseuerantia.

Perseuerantia habitualis in bono, est virtus infusa cum alijs, pagin. 575. numero 53.

Perseuerantia secundum quoddam continuationem in bono vsque in finem vitæ non cadit sub merito. Ibidem.

Perseuerare in bono quod importet ex parte Dei, & quid ex parte hominis, explicatur. Ibidem.

Dux acceptiones perseuerantiæ correspondet duabus acceptionibus impœnitentiæ, pagina 575. numero 53. in fin.

Potestas.

Potestas vniuersalis ad delenda omnia peccata data est Apostolis, & eorum successoribus, pagin. 5. numero 4.

Potestas non fuit data Apostolis vt ipsi sanarent infirmos; sed vt ad eorum orationem sanarentur, pagina 50. numero 12.

Potestas operandi ministerialiter in sacramento est collata Apostolis. Ibidem.

Potestas clauium non computatur inter gratias gratis datas, pagina 51. numero 11.

Potestas clauium est virtus sacramentalis principaliter residens in Christo, ministerialiter tamen in sacerdotibus, clauis habentibus, pagina 51. numero 11.

Potestatem sanandi infirmos non fuisse datam Apostolis inquit D. Tho. p. 51. n. 12. & 13. D. Thomam diuersimode explicant, ibidem.

Inter potestatem absoluendi, & inter gratiam gratis datam miraculorum assignatur differentia. Ibidem, n. 14.

Potestatem clauium dimittendi peccata esse in Ecclesia est de fide, p. 54. n. 5. & seqq.

Index Notabilium.

Potestas Dei est ad omnia delēda peccata & ad omnes tollendas poenas, p. 282. n. 42.

Potestas sacerdotum non est ad solam cōmutationem poenae in poenam. Ibidem.

Præceptum vide verbo *contritio*, & *confessio*.

Privatio.

Privatio iustitiæ, & sanctitatis est mors animæ, p. 208. n. 13.

Privationis gratiæ causa est inæqualitas peccatoris qua Deum offendit, pagin. 189. n. 5.

Privationes ex peccato actuali causatæ resident in anima, in voluntate, & in potentijs, p. 219. n. 42.

Privatio duplex causata ex peccato actuali est quasi vna macula completa ex duplici privatione. Ibidem.

Privatio gratiæ secundum munus coniungendi nos Deo complet constitutum peccati, p. 219. n. 43.

Privatio nitoris pulchritudinis naturalis, & supernaturalis formaliter se habet ad rationem maculæ, & consequenter ad rationem peccati. Ibidem.

Privatio quomodo eadem sit culpa, & poena diuersimode explicatur à theologis, p. 228. n. 59. & 60.

Privationem gratiæ in peccatore, causat Deus, & quomodo? Pagin. 229. n. n. 62. & seqq.

Propositum.

Propositum omittendi poenitentiam licet sit speciale peccatum non tamen est speciale peccatum in Spiritum S. sed continet circumstantiam communem illius, pagina 573. numero 48. & seqq.

Purgatorium.

In purgatorio quomodo venialia remittantur exponitur, pagin. 379. num. 10. in fin.

Phantastica opinio cuiusdam Theologici erat, quod sicut erat purgatorium ubi decedentes in gratia purgabantur, ita erat alius locus, ubi decedentes in peccato recipiebant premia bonorū quæ in vita erant facta, pagin. 408. num. 25.

Puer, infans.

Puer si cum solo veniali decederet (quod est impossibile) puniretur poena sensibiliter aeterna in inferno secundum D. Th. p. 375. n. 12. & seqq.

Infantes disponuntur ad gratiam per actum Christi, adulti per actum proprium, p. 220. n. 11.

Pur ante usum rationis excusatur sicut à mortali à veniali quando autem venit ad usum rationis, prius mortale quam veniale committit. pag. 375. num. 12.

Q

Quantitas.

Quantitas bonitatis, & dilectionis attenditur penes magnitudinem rei secundum Caietanum, pagin. 395. numero 12.

Quantitas gratitudinis attenditur penes magnitudinem doni relati, ad eum cui datur. Ibidem.

Quantitas reatus sequitur quantitatem peccati, p. 396. n. 3.

R

Reatus.

Reatus non solum est obligatio ad poenam sensibilem, sed præcipue ad poenam damni, pagina 271. numero 7. & seqq.

Reatum poenae temporalis nullum remanere remissa culpa asserit Lutherus, pagina 278. numero 28. Ex hoc principio quanta mala inferat Lutherus, p. 279. n. 29.

Reatum poenae temporalis remanere post culpam docent Concilium Tridentin. Sacra pagina, & S. S. Ibidem n. 31. & seqq.

Reatus poenae aeternae consequitur peccatum ex parte auersionis, p. 280. num. 34.

Reatus poenae temporalis consequitur peccatum

Index Notabilium.

peccatum ex parte conuersionis, pag. 280. n. 34.

Reatus poenae temporalis remanens remissa culpa non prouenit ex commutatione poenae aeternae in temporalem, p. 281. num. 40. Non datur talis commutatio. Ibidem.

Reatus poenae temporalis remissa culpa manet quia moraliter aliquid inordinatae conuersionis remanet ad bonum creatum, pagina 285. numero 48. & seqq.

Reatus quantus redeat ex ingratiudinis peccato, exponitur, pagin. 395. n. 1. & p. 396. n. 3. & seqq.

Reatus poenae aeternae, & macula secundum quod causabatur ex actibus peccatorum, non possunt redire persequens peccatum, p. 385. n. 18. in fin.

Reatus poenae non est materia satisfactionis, & cur? P. 17. n. 1. Ex modo loquendi potest dici materia satisfactionis. Ibidem.

Religio.

Quomodo à religione distinguatur poenitentia exponitur, pag. 108. num. 10. & seqq.

Religio, pietas, & poenitentia quomodo deficient à rigore iustitiæ, pagin. 121. n. 38.

Religio nunquam imperat formaliter virtutibus Theologicis, pagin. 164. n. 14.

Reliquia.

Reliquia peccati sunt dispositiones ex præcedentibus actibus relictæ, p. 289. & 290. n. 1. Remanent remissa culpa. Ibidem. Remanent deuilitate, & diminuta. Ibidem. Hæc est doctrina D. Thomæ, ibidem. Per primum actum poenitentiae non omnes reliquiae tolluntur, ibidem n. 2. in fin. Si poenitentia est perfecta quantum ad omnes sui partes nullæ reliquiae peccati actualis remanent. Ibidem, & n. 3.

Reliquiae sunt defectus ex peccato actuali consecuti. Sunt dispositiones, vel habitus, vel inclinationes ad peccatum, pagin. 291. n. 4. Esse possunt languores, & deuilitates corporis inquit Soto, ibidem.

Reliquiae peccatorum nec per poenitentiam

tiam, nec per Baptismum ab adultis corruptorum morum susceptum absterguntur. Ibidem.

Ad reliquias tollendas institutum est sacramentum confirmationis. Ibidem, num. 5.

Deus tanta commotione potest conuertere cor hominis, ut non solum peccatum, sed nec reliquiae remaneant peccati, p. 291. n. 6.

Reliquias peccatorum vniuersas fuisse ablatas à Magdalena ita certum est ut oppositum non solum improbabile est, sed acerbiori censura non caret, p. 269. n. 16.

Reliquiae peccatorum manent ut per satisfactionem deleatur reatus poenae temporalis, & per pia exercitia vitia extirpentur, p. 302. n. 39.

Reditio, Reuiviscencia, Resurrectio.

Redire simpliciter peccata remissa per quodlibet subsequens peccatum mortale asserunt aliqui, pagin. 381. num. 2. Non per quodlibet, sed propter quatuor peccatorum genera redire, asserunt alij. Ibidem.

Redire aliquo modo asserit D. Thomas, p. 382. n. 3. Redire simpliciter, & omnibus modis negat D. Thomas. Ibidem. Auctoritatibus, & rationibus probatur, ibidem, n. 4. & seqq.

Redire simpliciter peccata remissa per subsequens peccatum, remissione peccati supposita in Scriptura, & P. P. reuelata implicat contradictionem, p. 384. n. 15. Communiter Theologici in hoc conueniunt, ibidem. Rationes D. Th. hoc probantes expenduntur, ibidem, n. 16. & seqq.

Redire conuersionem auersionem præcedentis peccati non facit mortale peccatum subsequens, pagina 385. n. 18.

Redire non possunt per sequens peccatum, macula moraliter sumpta, & reatus poenae aeternae, secundum quod causabantur ex actibus peccatorum. Ibidem.

Redire possunt per sequens peccatum secundum quid peccata dimissa, pag. 386. numero 19. Redire possunt in quantum continentur in peccato sequenti. Ibidem. Auctoritate D. Augustini hoc exponitur, pagin. 386. num. 20.

Index Notabilium.

Reditio peccatorum sub hac conditione si peccet quis redet dimissa quomodo aliqui asserant fieri, refertur, p. 386, n. 22. & seqq.

Redire non posse peccata dimissa per subsequens peccatum nec de potentia Dei absoluta, asserit Soto, p. 387. num. 25.

Reuiuiscencia meritorum, & reuiuiscencia peccatorum in quo diferant varij modi dicendi referuntur, pagin. 389. n. 31. & seqq. Vera diferentia assignatur ex D. Thoma, pagina 390. numero 34.

Cur reuiuiscant merita secus peccata, reditur ratio ex D. Thoma. Ibidem.

Redire peccata dimissa speciali titulo propter quatuor genera Peccatorum inquit D. Thom. pag. 392. num. 1. & 2 & 3. Non sibi contradicit D. Thom. Ibidem. Redunt propter quatuor genera specialiter; quia hac directius opponuntur beneficio remissionis. Ibidem.

Redire peccata dicuntur ratione ingratitude in quantum reatus eorum ratione ingratitude virtualiter continentur in peccato sequenti. Ibidem.

Quod consurgat tantus reatus quantum antea erat propter ingratitude peccati sequentis sub dubio Magister relinquit, p. 365. n. 1.

Quod non redit tantus reatus simpliciter, quantum erat antea asserit, & probat D. Thom. pag. 396. numero 3. & 4.

Redit æqualis reatus secundum proportionem per ingratitude peccati mortalis reciduantis, ibidem n. 5. Probat ex D. Thoma, ibidem num. 6. & seqq.

Reuiuiscencia meritorum (quæ mortificata fuerunt per subsequens peccatum) per poenitentiam subsequentem aliqui negant, pagin. 401. numero 1. Hugonem de S. Victore non esse huius sententiae ostenditur. Ibidem.

Reuiuiscere per poenitentiam opera meritoria mortificata, asserit D. Thomas ibidem, n. 2.

Reuiuiscere per poenitentiam meritoria opera in qua certitudine sit tenendum, referuntur varia placita, ibidem, num. 3. & 4.

Reuiuiscencia meritorum colligitur ex pluribus locis Sacrae paginae ex Concilio, & P. P. pagin. 404. num. 5. Fori auctoritates non sunt tam expressæ, vt

illud redant de fide, ibidem. Ad minus est temerarium negare merita mortificata per peccatum, non reuiuiscere vere, & proprie per poenitentiam, ibidem, & n. 5. & seqq.

Reuiuiscencia meritorum non esse de fide probatur auctoritatum expositionibus, pagina 404. numero 14. & seqq.

Redire merita mortificata ex abundantia bonitate diuina, & misericordia Dei affirmat aliqui, p. 410. n. 4. & seqq. Alij asserunt quod ex natura rei redeunt, p. 411. n. 6. & 7. Alij quod vt redeant misericordia Dei supponitur, & consumatur per iustitiam, ibidem num. 8. Reuiuiscencia meritorum in actu primo prouenire ex Dei misericordia, & in actu 2. Ex iustitia asserunt alij, p. 412. n. 8. Alij modi dicendi referuntur, ibidem n. 9. & seqq.

De possibilitate reuiuiscenciae disputare non est ad rem, p. 413. n. 12.

Aliquæ sententia circa reuiuiscencia meritorum impugnantur, p. 414. n. 14. & seqq.

In reuiuiscencia meritorum intermedia re iustitiam & incipere, & consummari in gratia defenditur, p. 414. n. 16. fin.

Resurgentium à peccato vnum non resurgere in maiori gratia quam alius asserit Henricus Gandabensis, p. 415. n. 1. Impugnatur, & examinatur doctrina Henrici, ibidem n. 2. & seqq. & p. 416. n. 6.

Resurgere omnes semper in maiori gratia asserunt nominales, ibidem n. 7. & seqq. In conuenientia quæ ex hac sententia sequuntur assignat Soto, p. 417. c. 11. & seqq.

Resurgentis contritio est vltima dispositio ad gratiam quæ tunc confertur, & ad illam per quam opera mortificata viuificantur, pagin. 418. numer. 12. & seqq.

Per reuiuiscencia meritorum non omnia iura integra restituantur, p. 419. n. 20.

Circa resurrectionem à peccato quali, & quanta gratia fiat, sententia Scoti refertur, pagina 421. numero 23. Impugnatur Scotus, ibidem, numero 24. & seqq.

Reuiuiscunt omnia merita quoad præmium totum substantiale, & accidentale in actu primo in quacumque iustificatione per poenitentiam, p. 428. num. 43.

quoad

Index Notabilium.

Quoad præmium in actu 2. Poenitens non consequitur maius præmium quàm correspondet, quantitati physicae charitatis, & gratia in qua finaliter inuenitur, ibidem numero 44. Poenitens in resurrectione, non consequitur maius præmium quam fuerit, feruor dispositionis correspondens vltimæ gratia. Ibidem.

Reuiuiscere gratiam, vel actum charitatis nunquam dixisse D. Thomam, notat Bañez, pag. 433. num. 56. fin. Merita eadem numero reuiuiscere inquit Bañez dixisse Diuus Thom. Ibidem.

Reuiuiscencia meritorum facit quod ex prioribus, & posterioribus meritis debeat vita aterna, pag. 434. numero 63.

Reuiuiscere omnia merita semper, & nõ quantitate operis meritorij asserit Gaictanus. Ibidem.

Reuiuiscencia meritorij consistit in hoc quod ablato impedimento peccati Deus memor bonorum, quæ fecit antea dabit auxilia vt ita feruenter operetur ac prius, pag. 435. num. 66. Ille modus dicendi est iuxta antiquam expositionem principalis testimonij Sacrae Scripturae. Ibidem. Aliquæ Auctoritates D. Pauli explicantur ad intentum, ibidem, & seqq.

Reuiuiscere opera mortificata per peccatum quantum ad præmium non solum quod de condigno meruerunt, sed etiam quantum ad illud quod de congruo meruerunt; asserit merito Nuño, p. 441. n. 9.

Restituuntur per poenitentiam virtutes omnes deperdite per peccatum, p. 442. n. 3. & seqq.

Reuiuiscere per poenitentiam opera mortua est impossibile secundum D. Thom. p. 449. n. 2. & 3.

Remissio.

Remissio peccatorum in Sacramento poenitentia non fit omnino gratis; sed cum discretionem iudicij, pag. 12. num. 21.

Remissio peccatorum à quo, & quomodo fiat in Sacramento Poenitentia exponitur, & varij modi dicendi assignantur, pagin. 53. & 54. numero 3. & seqq.

Remittere vere peccata quoad culpam denegare sacerdotibus absolutioni-

bus, est erroneum, pagina 54. numero 8.

Remissio peccati conuenienter explicatur per verbum *Absoluo*, pagina 56. n. 13.

Remitti non posse aliqua peccata in quo sensu asserant S. S. P. P. explicatur, pag. 177. n. 1. & seqq.

Remissio cuiuscumque peccati quantumcumque grauis possibilis est, pag. 162. n. 13. & seqq.

Remissionem peccatorum (vt fiat) exigere poenitentiam est de fide, pagin. 188. n. 1. & seqq. Argumenta quæ probant remitti posse peccatum sine poenitentia soluuntur, pagina 189. numer. 7. & seqq.

Remissio peccatorum potest fieri à Deo sine actu charitatis, vel poenitentia, pag. 201. n. 42. & seqq.

Remissionem peccatorum nõ esse aliud nisi non imputationem ad poenam asserit Durandus, pagina 205. numero 5.

Remissionem peccatorum perfectam non posse fieri sine reparatione omnium bonorum quæ per peccatum fuerunt amissa est certum p. 230. num. 2.

Remissionem peccati sine aliquo dono intrinseco implicare contradictionem asserunt multi, pagin. 232. numer. 5. & seqq. Contrarium asserunt alij posse fieri de potentia absoluta, pagin. 233. num. 9. & 10.

Remissionem peccati sine reali mutatione peccatoris aliquo dono intrinseco, implicare asserit D. Thomas, pagina 233. num. 11. Possit fieri sine dono intrinseco nequit intelligi, pagin. 234. n. 11. Argumentis in contra respondet D. Thomas. Ibidem.

Remissio peccati adhuc præcisse in ratione offensa nequit fieri per extrinsecam condonationem, p. 240. num. 25. & seqq.

Remissio peccati, & iustificatio interior æque est opus supernaturale, pag. 242. n. 31.

Remissio peccati, & iustificatio potest accipi vt motus ad iustitiam, & vt effectus formalis iustitia, pagin. 242. num. 32.

Cur remitti peccatum sola extrinseca condonatione nõ possit assignatur nouus titulus, p. 243. n. 33.

Remitti peccatum, & offensa eius sine gratia habituali non implicat,

Index Notabilium.

pagina 243. numero 54. & seqq.
 Remissio peccati in homine existenti in
 puris natura potest fieri à Deo absque
 ordinatione hominis ad finem super-
 naturalem, pagina 255. numero 58. &
 seqq.
 Remissionem vnius peccati, sine alio per
 poenitentiam posse fieri asserunt aliqui
 p. 259. n. 1.
 Remissionem talem esse impossibile af-
 firmat D. Thomas, p. 259. n. 1. Esse de fi-
 de loquendo de facto asserit Suarez, p.
 260. n. 3. fin. Auctoritates S. S. quibus
 probant aliqui posse vnum peccatum
 remitti sine alio explicantur, pag. 260
 n. 4. & seqq.
 Remissio vnius peccati sine alio in quo
 casu sit possibilis disputatur, p. 262. n. 8.
 & seqq.
 Remissio peccati nequit fieri nisi de om-
 nibus poeniteat formaliter vel virtua-
 liter, p. 264. n. 14.
 Remitti posse vnum peccatum sine alio,
 & remitti vnum sine alio per poeniten-
 tiam non esse idem asserit Suarez, pag.
 265. n. 15.
 Remitti posse idem peccatum per partes
 inquit Lugo, p. 266. n. 18.
 Remitti vnum peccatum sine alio posse
 de potentia Dei absoluta asserunt ali-
 qui, p. 265. n. 16. Varijs vijs id explicat,
 ibidem, & n. 17. & seqq. Tribus modis
 id posse defendi, inquit Suarez, p. 265.
 n. 13.
 Remitti vnum peccatum sine alio impli-
 care contradictionem asserit Soto, p.
 266. n. 20. D. Thomam loqui de poten-
 tia Dei absoluta de hoc loquendo affir-
 mat ipse Soto, ibidem Maiorem impli-
 cationem, (si maior esse potest) impor-
 tare Deum posse remittere vnum pec-
 catum sine alio quam remittere pec-
 catum sine gratia idem auctor asserit
 mat. Ibidem. Hoc convincere ratio-
 nes D. Thomæ inquit idem Auctor,
 Ibidem.
 Remitti peccatum, & mundari ab illo
 quandiu ad est voluntas peccandi est
 ponere duo contradictoria simul ait
 D. Th. p. 267. n. 22.
 Remittere peccatum antequam comitta-
 tur, vel in ipso instanti commissionis
 posse Deum de potentia absoluta affir-
 mat Lugo, p. 267. n. 23. Opposita sen-
 tentiam vt per se nota supponunt Sua-
 rez, & alij, ibidem n. 24. Ripalda in vna
 consideratione asserit hoc posse fieri,
 secus vero in alia, p. 268. n. 25. & seqq.

Hæc Difficultas in doctrina D. Thomæ
 negantis remissionem per condona-
 tionem extrinsecam, non habet locum,
 p. 268. n. 27.
 Remissio peccati antequam fiat, vel in in-
 stanti commissionis implicat contra-
 dictionem, p. 269. n. 28.
 Remissa culpa per poenitentiam remitti
 reatum cruciatus est de fide, p. 270. n.
 4. & seqq.
 Remissio culpæ absque remissione pœnæ
 æternæ quod sit possibilis asserunt ali-
 qui, p. 271. n. 7. & seqq.
 Remittere culpam remanente debito ad
 pœnam æternam quam de facto pa-
 tiuntur damnati posse Deum de poten-
 tia absoluta asserit Lugo, p. 273. nu-
 14.
 Remissio culpæ absque remissione pœnæ
 est impossibilis, p. 274. n. 15. & seqq.
 Remittere culpam absque remissione pœ-
 næ æternæ non per modum pœnæ; sed
 per modum cuiusdam effectus posse
 Deum asserit Aberia, p. 275. n. 20. Sed
 quod Deus remittat culpam per infu-
 sionem gratiæ non remittendo pœnā
 æternam non posse fieri nec de poten-
 tia Dei absoluta asserit idem. Ibidem.
 Hæc doctrina alio modo explicata est
 iusta mentem D. Thomæ, p. 275. n. 21.
 & seqq.
 Remissa culpa nullum remanere reatum
 pœnæ temporalis asserit Lutherus, p.
 278. n. 28. Ex hoc principio quæta ma-
 la intulit exponuntur. Ibidem Luthe-
 rus inconstans est, p. 279. n. 29.
 Remissa culpa remanere reatum pœnæ
 temporalis docent Conc. Trid. Sacra
 pagina, & S. S. p. 279. n. 31. & seqq.
 Remissa culpa in anima tollitur auersio
 ab incommutabili bono, p. 280. n. 34.
 Remissa culpa remanere pœnam tempo-
 ralem aliqui reducant ad meram Dei
 voluntatem, p. 280. n. 36. Alij reducunt
 ad commutationem pœnæ æternæ in
 pœnam temporalem. Ibidem n. 37. &
 seqq.
 Remissa culpa reatus pœnæ temporalis
 qui remanet non provenit ex commu-
 tatione pœnæ, p. 281. n. 40. Non datur
 talis commutatio. Ibidem.
 Remissionis peccati causa sunt diuina
 attributa, p. 282. n. 41.
 Remissio peccatorum in Baptismo fit se-
 cundum potestatem ipsius Christi, &
 quomodo? P. 284. n. 44.
 Remissio originalis peccati est effectus
 Baptismi, p. 303. n. 1.

Re-

Index Notabilium.

Remissio actualium est effectus poeniten-
 tiæ. Ibidem.
 Remissio culpæ est effectus poenitiæ vir-
 tutis, & principaliter poenitiæ vt est
 Sacramentum, p. 304. n. 2. Quam certi-
 tudinem hæc doctrina habeat vide, p.
 304. n. 2. & seqq.
 Remissio peccati habet pro causa forma-
 li gratiam Dei, p. 304. n. 5. Pro instru-
 mentali virtutem clauium. Ibidem.
 Remissio venialium potest esse quoad
 culpam illorum remanentibus irremis-
 sis quoad pœnam, pagina 334. nu. 9. &
 seqq.
 Remissio venialium, vt sit quoad culpā
 exigit gratiam Dei, pag. 335. nu. 12. &
 seqq.
 Remissionem venialium posse esse sine
 gratia asserit Scotus, p. 335. n. 13. Quod
 remissio venialium non sit aliud nisi
 solutio pœnæ temporalis asserit idem
 auctor. Ibidem.
 Remissio peccati venialis causam so-
 lum moralem esse contritionem asse-
 runt multi, p. 338. n. 19. contritionem
 esse causam non solum moralem, sed
 physicam remissionis peccati venialis
 defenditur, p. 339. n. 20. & seqq.
 Remissio peccati venialis per extrinsecā
 solum condonationem nec de poten-
 tia Dei absoluta esse potest, p. 341. nu-
 27.
 Remissio peccati venialis nequit esse abs-
 que mutatione retractatiua illius for-
 maliter, vel virtualiter. Ibidem.
 Remissio vnius peccati venialis nequit
 esse absque remissione alterius, p. 342.
 n. 29.
 Remissio peccati venialis nequit esse per
 partes, p. 343. n. 30.
 Remissio venialium extra Sacramentum
 vt sit non requiri Contritionem for-
 malem aliqui asserunt, pag. 343. n. 32.
 Sufficere attritionem docent alij, ibi-
 dem eorum. 3. inf. Non omnem attri-
 tionem sufficere asserit Valentia, p.
 344. n. 33.
 Remissio venialium vt sit exigit superna-
 turalem, & efficacem poenitentiam, p.
 344. numero 35. Est communis theolo-
 gorum hæc sententia. Ibidem. Illam
 docet D. Augustin. Ibidem, numero
 35. & 37. Colligitur ex D. Thomæ, &
 alijs P. P. & ex Sacra pagina, pag. 346.
 num. 38. Rationibus etiam probatur.
 Ibidem, n. 39.
 Remissio venialium vt fiat, non sufficit
 attritio, pag. 346. num. 40. & seqq. Non

requiritur contritio formalis vt fiat ex-
 tra sacramentum, pagina 349. num. 48.
 Sufficiunt aliqui actus ferbentes chari-
 tatis, pag. 352. num. 37. Sufficenter de-
 leri venialia actu poenitiæ non ne-
 gat D. Thom. sed potius assermat. Ibi-
 dem.
 Remissio venialium non fit nisi per habi-
 tum gratiæ secundum aliquos, p. 354.
 n. 3.
 Remissionē venialium fieri sine infusione
 gratiæ asserit D. Thomas, pagina. 354.
 n. 1. De qua infusione loquatur D.
 Thomas disputatur, p. 355. à numer. 4.
 Varia auctorum placita reseruntur,
 ibidem num. 4. & 5. Caietanus inquit
 loqui indifferenter de infusione gra-
 tiæ abstrahendo à prima, & ab augmē-
 to illius. Ibidem n. 5. Expositio Caiet-
 ani est præferenda. Ibidem numero
 6.
 Ad remissionem Venialium sufficit motus
 gratiæ, pagina. 354. num. 1. & seqq.
 Non requiritur augmentum gratiæ,
 p. 356. n. 6.
 Remissio venialium est effectus gratiæ
 per actum quem de nouo elicitur non
 per aliquid habituale de nouo infusio,
 p. 356. n. 6. in fin.
 Remissos actus non mereri augmentum
 distinctum ab eo quod correspondet
 actui intentiori disposituro ad augmē-
 tum docent plures, pagina. 355. numero
 9.
 In remissione venialium esse semper aug-
 mentum gratiæ asserit Suarez, vt pro-
 babilius, ibidem num. 10. Hoc esse cō-
 tra D. Thomam fatetur Suarez, &
 Vazquez, ibidem num. 11. Non remis-
 sis actibus, sed vehementioribus chari-
 tatem augetur est celebris sententia D.
 Thomæ. Ibidem.
 Remissi actus merentur, & disponunt ad
 augmentum, ibidem num. 12. & 13. Sed
 non ideo quilibet actus remissus mere-
 tur distinctam gradum gratiæ, ibidem
 remote, & non proxime disponunt
 actus remissi ad augmentum. Ibi-
 dem.
 Remissionem omnium peccatorum ex
 opere operato fieri in baptismo est de
 fide, pagina 360. numero 1. Remissio-
 nem venialium fieri per quodlibet sa-
 cramentum asserit D. Thom. pagina
 360. numero 4. & seqq. Quomodo re-
 missio venialium fiat per sacramenta
 exponitur, pagina 362. num. 10. & pa-
 364. n. 18. & seqq.

Re-

Remittere venialia quatuor modis conuenit omnibus Sacramentis, p. 364. n. 18. & seqq.
 Remissionis venialium multa remedia assignantur, p. 366. n. 1.
 Remissionis venialium remedia ad tres classes reducit D. Thomas, ibidem, & n. 2. & seqq.
 Remissio venialium per sacramentalia quo modo fiat explicatur, p. 367. n. 2. & seqq.
 Remissio venialium nequit esse sine remissione mortalium, p. 372. n. 2.
 Remissio cuiuscumque culpæ nunquam fit nisi per virtutem gratiæ, p. 372. n. 30.
 Remitti venialia non remissis mortalibus est impium asserere, p. 373. n. 6. in fin.
 Remissionem peccati venialis non esse opus gratiæ, sed nature vel iustitiæ asserit Delgado illo, p. 371. n. 1. in fin. impugnatur, p. 374. n. 9. Inconuenientia quæ ex eius doctrina sequuntur declarantur, p. 375. n. 10.
 Ad remissionem venialium non sufficere durationem gratiæ vsque ad finem asserit Suarez, p. 378. n. 5. & 6.
 Remissionem venialium fieri in morte si cū gratia decedatur asserunt aliqui, p. 378. n. 6. & 7. S. Grego. allatus pro hac sententia explicatur, ibid. n. 7. & seqq.
 Remissionem venialium fieri post hanc vitam quoad Culpam, est certum, pag. 379. n. 10.
 Remissio venialium post hanc vitam quomodo, & quando fiat disputatur, ibid. n. 10. in fine, & seqq.
 Remissio venialium fit in purgatorio per actus charitatis, & penitentiæ, p. 380. n. 13. in fine, & seqq.
 Remissione peccatorum supposita in scriptura, & P. P. reuelata implicat contradictionem peccata remissa simpliciter redire, p. 384. n. 15.
 Remissionem peccatorum, per iustitiam inherentem sub conditione fieri esse impossibile affirmant multi, p. 388. n. 27. Argumenta quæ contra hoc militant proponuntur, & soluantur, pag. 388. n. 29. & seqq.
 Per Remissionem peccatorum destrui peccata, maculam, & reatum, & eorum reliquias, & quasi annihilari constat ex efficacia Dei, & ex virtute gratiæ, pag. 390. n. 34.
 Remissa peccata prius, tanquam circumstantias aggraantes peccati subsequē-

tis esse vtilius confiteri licet non necessarium inquit Scotus, p. 399. n. 6. Soto inquit non semper esse vtile, aliquando vero esse necessarium, p. 399. nu. 7. Suarez inquit nullo modo esse necessarium nisi instet necessitas declarandi statum, ibidem n. 8. D. Thomas inquit peccata talia non esse necessarium confiteri directe beue tamen indirecte, p. 400. n. 9.

Remissionem peccati fieri per extrinsecam condonationem, asserens Pelagius, damnatur in Concilio, p. 241. n. 30.

Ad Remissionem obtinendam peccatorum requiri contritionem cordis asserit Magister, p. 610. n. 1. & probat auctoritatibus. Ibidem, & n. 2. Magistrum sequuntur alij. Ibidem fundamentum huius sententiæ sumitur ex Concilio, p. 611. n. 3.

Ad remissionem peccatorum sufficere cum attritione accedere ad sacramentum confessionis docent aliqui, p. 611. n. 4.

Alij opinantur neminem accedere digne ad confessionem, nisi iudicio suo sit contritus, si vero solem sit attritus per accidens illi remitti peccata, ibidem, n. 5. & 6. Sententiam Magistri inquit Vazquez esse erroneam, Suarez esse damnatam, p. 614. n. 14. & 15.

Argumenta pro sententia Magistri, & aliorum soluantur, p. 617. num. 26. & seqq.

Peccata non remittuntur nobis dormientibus; sed fide, spe, ac dilectione cooperantibus, p. 500. n. 30.

Remissio peccatorum aliquando fit ante Baptismi susceptionem solum cuni Baptismo in voto. Ibidem. Quando regulariter suscipitur baptismus fit plerumque peccatorum remissio, quantum ad liberationem à tota pœna. Ibidem.

Remedium.

Remedia contra venialia multa esse tempore Diui Thomæ erat iam communis doctrina, p. 366. n. 1.

Remedia contra venialia ad tres classes reducit D. Thomas. Ibidem, quæ, & qualia sint, declaratur, ibidem, & seqq.

S

Sacramentum, Sacramentalia.

Sacramenta omnia solum diuinitus virtutis

virtutis ratione pollent, pag. 1. num. 2. Sacramentum, & virtus in noua lege ita connectuntur, vt vnum sine alio consistere nequit. Ibidem.

Sacramenta non faciunt homines impeccabiles, p. 5. n. 6.

Sacramentorum quænam sint nobiliora declaratur. Ibidem.

Sacramentorum compositio non est pure physica, nec pure moralis; sed artificialis, p. 8. n. 16.

Sacramenta efficiunt signando, pag. 8. n. 17.

Sacramentorum significatio, & causa nõ est de lege nature, sed de institutione ad placitum Dei, p. 11. n. 15.

In omni sacramento omnes partes sacramenti tantum sunt aliquid per se sensibile, p. 14. n. 28.

In Sacramento Poenitiæ quid sit sacramentum tantum, res tantum, res, & sacramentum simul, explicatur, pag. 14. n. 27.

Sacramenti tantum non est pars corpus Christi verum.

Sacramenta non perficiuntur quibuscunque verbis, sed institutione diuina, pag. 38. n. 10.

In sacramento aliqua verba sunt de essentia, alia de integritate, alia de decencia, p. 40. n. 17.

Sacramenti valorem non tollit differentia secundum magis, vel minus congruum, p. 52. n. 17.

Sacramenti materia existit à natura, pag. 78. n. 2.

Sacramenta omnia ex opere operato venialia remittere asserit D. Thomas, p. 360. n. 4. & seqq. Aliquando conferunt primam gratiam, p. 361. n. 7. Ratione D. Thomæ probatur, ibidem. Lugo prætextu defendendi rationem D. Thomæ aliam ab eius doctrina alienam tradit. Ibidem, n. 8. D. Thomæ tribuit opinionem eius doctrinæ e diametro oppositam, ibidem, n. 9.

Sacramenta omnia quomodo remissionem venialium causent exponitur, p. 362. n. 10. & seqq.

Sacramentis omnibus quatuor modis conuenit vt peccata venialia remittat, p. 364. n. 18. Duobus modis conuenit illis hoc mediate, & alijs duobus immediate. Ibidem n. 19.

Sacramentis omnibus in communi, & in speciali conuenire esse causam remissionis venialium probatur ex D. Thomæ, p. 366. n. 1.

Sacramentalia qualia sint, & quomodo remittant venialia declaratur, p. 367. n. 2. & seqq.

Sacramentalia in tantum remittunt venialia in quantum contritionem causant, p. 368. n. 7.

Sacramentalia strictè sumpta, & exorcismi causant suos effectus ex opere operato, p. 369. n. 9.

Sacramentalia omnia non habent vim immediatam ad delenda venialia, pag. 370. nu. 12. Delent venialia in vi mortus contritionis, ibidem, argumenta in contra soluantur. Ibidem, numero 13.

Sacramentum quodlibet ex parte virtutis diuinæ est simplex secundum D. Thom. p. 452. n. 2.

Sacramentum ratione materiæ est compositum, p. 453. n. 2. in fin.

Sacramentum Poenitiæ supponit in recto pro actibus poenitentis, & connotat in obliquo abolitionem, p. 454. n. 10.

Sacramentum omne habet partes essentielles, p. 455. n. 1.

Sacramenti significatum adæquatum est materia, & forma. Ibidem.

Sacramentis alijs præter Sacramentum Poenitiæ ceteræ partes non assignantur, p. 454. n. 10.

Sacramenta nouæ legis ministrantur, à ministris quatum ad applicationem, & consummationem materiæ in his quæ materiam habent exteriorem, p. 458. n. 8.

Sacramenta nouæ legis causare posse primam gratiam, asserit D. Thomas cum communi Theologorum, p. 616. n. 22.

Sacramenta infallibiliter habent suum effectum *Seruatis, seruandis*, inquit Caietanus, p. 617. n. 26.

SACERDOS.

Vide verbo *Confessor.*

Sacerdos pro suo arbitrato non absoluit quemquam, p. 11. n. 13.

Sacerdotem, non vere absolueret à peccatis, sed solum declarare poenitentem absolutum. Aliqui asserunt, p. 53. nu. 2. & seqq. Alij modi dicendi circa abolitionem. Vide ibi, & seqq.

Sacerdotes absoluentes cum potestate non vere dimittunt peccata, asserere est erroneum, p. 54. n. 8.

Index Notabilium.

Qui negat sacerdotem vere absolueri ne-
gat potestatem clauium, pag. 55. n. 2.
Est damnatum in Concilio Tridenti-
no. Ibidem.

Negare sacerdotem posse dicere, *Ego te
absoluo*, &c. est erroneum, pagin. 55. n.
9.

Sacerdos quomodo ligat, p. 57. n. 12. Du-
plex explicatio huius verbi ligare, pag.
57. n. 19. & seqq.

Sacerdotem posse absolueri de dimidijs
peccatis aliqui asserunt, & quomodo
sit, explicatur p. 70. n. 13. Alij, non pos-
se se extendere ad peccata oblita, p. 70
n. 12. Vtrumque impugnatur, p. 70. n.
14. Est contra D. Thom. & contra Cō-
cilium, p. 70. n. Ibidem.

Sacerdos absoluit largiendo gratiam
omni peccato oppositam, pag. 70. nu-
15.

Sacerdos vice Dei fungitur, & absoluit.
Ibidem.

Sacerdos in absolutione habens intentio-
nem omnia peccata remittit, sine in-
tentione autem nulla, pag. 71. numero
17.

Posito Sacramento effectus eius non pen-
det ex voluntate sacerdotis ministri, p.
71. n. 17.

Cognoscens aliquem sacerdotem iocof-
se absolueri, & alium non querens ne-
gligens esset lux salutis, pag. 71. nu. 1.
Eos reprehendit D. Thomas Ibidem.
Vide alia verbo *Absolueri*.

Sacerdotis potestas vide verbo *Potestas*.
Sacerdos mutus an possit absolueri vide,
pag. 37. num. 4. & seqq. An in scriptis
possit absolueri vide verbo, *Absolu-
tio*.

Sacerdos in confessionibus quotidianis,
omittens omnia alia præter essentia-
lia formæ absolutionis. Raro est pec-
catum mortale, pagina 40. numero
18.

Sacerdotibus non licet vt libet absolue-
re; sed cum iudicio clauis scientiæ se-
cundum Caietanum, pagin. 618. num.
26.

Satisfactio.

Satisfactionem Christi non fuisse ex iusti-
tia eiusdem speciei cum nostra multi
Thomistæ affirmant, pagin. 115. num.
19.

Satisfactio quæ sit pro culpa improprie
dicitur partialis, pagina 120. numero
36.

Satisfactio hominis pro peccatis non fit
sine acceptatione, & gratia Dei. Ibi-
dem.

Impotentia satisfaciendi pro peccatis
Deo, est essentialis homini puro, pag-
120. n. 37.

Christus solus satisfecit pro nobis ex ri-
gore iustitiæ. Ibidem.

Satisfacere pro culpis venialibus, nos nõ
posse de condigno multi Thomistæ
asserunt, p. 121. col. 1. in prin.

Pro pœna temporali, & pro venialibus
nos posse satisfacere est verum; sed
hec non est de rigore iustitiæ probat
Araujo, pagin. 121. column. 1. Homi-
nis ad Deum non est rigorosa iustitia,
p. 121. n. 38.

Ad satisfaciendum Deo sufficienter dis-
ponitur iustus per pœnitentiam, pag-
143. n. 18.

Satisfactio est pars essentialis sacramen-
ti pœnitentiæ, pagina 455. numero
1.

Satisfactio prout est in proposito cõfert
gratiam, & prout in executione auget
illam secundum D. Thom. pagin. 461.
n. 18.

Satisfactionem sacramentalem augere
gratiam; quia est pars sacramenti in-
quit Caietanus, ibidem.

Satisfactio sacramentalis, & non sacra-
mentalisis in quo differant, explicatur à
Caietano. Ibidem.

Satisfactio quælibet imposita a Confesso-
re plus prodest quam eadem non im-
posita ab illo. Ibidem.

Pœnitentes errant paruum satisfactio-
nem volentes sibi à Confessore impo-
ni. Ibidem.

Argumentum Durandi probans satisfac-
tionem non esse partem intrinsecam
sacramenti diluitur, pag. 461. num. 19.
& 20.

Satisfactio opponitur peccato in quan-
tum est Dei offensa, pagina 310. num.
19.

Scriptura Sacra.

Sacra Scriptura auctoritatibus philoso-
phorum vtitur in his quæ per rationẽ
naturalem veritatem cognoscere po-
tuerunt, p. 298. n. 27.

Allegoriæ Sacræ Scripturæ nequeunt ad-
duci ad catholicum dogma conuin-
cendum, p. 404. n. 14.

Scientia in Scriptura Sacra aliquando
accipitur pro qualibet notitia, pa. 26.
n. 26.

Index Notabilium.

Scrupulosi.

Scrupulosi quomodo se debeant habere
exponitur, p. 23. n. 12.

Studiose non est difficile malum vitare,
p. 96. n. 37.

Status puræ naturæ haberet propria re-
media ad peccatum, absque gratia, nõ
tamen absque dono intrinsecò, pagi.
255. n. 61.

Subiectum.

Subiectum omnis virtutis esse liberum
arbitrium aliqui asserunt, pagin. 136.
n. 1. Hanc sententiam reijcit D. Tho-
mas. Ibidem.

Pœnitentiam subiectari in omnibus viri-
bus animæ dicunt alij, contra quos ar-
guit D. Thom. p. 136. n. 2. & seqq. Su-
bectari in irascibili inquit alij, &
alij in concupiscibili, p. 137. n. 2. & 3.

Subiectum pœnitentiæ secundum quod
est virtus est voluntas secundum D.
Thom. Ibidem, n. 4.

Non repugnat aliquam virtutem per se
subiectari in appetitu sensitiuo, & ori-
ginatiue esse à voluntate, pag. 138. nu-
5.

Subiectum odij, & charitatis, desperatio-
nis, & spei non sunt idem formaliter,
p. 301. n. 37.

Subicij Deo dupliciter contingit secun-
dum Caietanum, p. 256. n. 62.

T

Taxatio pœnæ non fit mere ex diuino
beneplacito, sed ex iustitia, p. 283. nu-
43.

Tertulianum fuisse hæreticũ plures san-
cti asserunt, p. 175. n. 28. In fine vitæ nõ
retractasse errores in quibus inciderat
affirmat Pamelius. Ibidem.

Tertuliani error insulse D. Hieronymo
attribuitur, p. 176. n. 31.

V

Virginitas.

Virginitas deperdita nequit recuperari
per pœnitentiam quantum ad id quod
est materiale in ipsa, bene tamen quan-
tum ad propositum, p. 445. n. 3.

Circa virginitatis materiam reparari po-
test diuinitus integritas membri, pag.
445. n. 4. Quod vero non fuerit exper-
tus voluptatem veneream qui virgini-
tatem perdidit, nec diuinitus potest fie-
ri. Ibidem. *Aliquæ Auctoritates explicã-
tur.* Ibidem.

Virtus.

Virtus, & sacramentum in noua lege ita
connectuntur vt vnum sine alio consi-
stere nequit. Ibidem.

Virtus clauium se extendit directe ad re-
mittenda peccata confessã, indirecte.
Ad oblita, p. 70. n. 14.

Virtutes omnes morales ad quatuor ca-
pita reduxit Aristoteles, p. 117. numer.
20.

Virtus Theologica habet idem pro obie-
cto, & pro fine, p. 133. n. 34.

Virtutem infundi, in canonibus sub o-
pinione relictum est, pa. 135. nu. 39. In
Concilio Vicensi tanquam probabi-
lius est approbatum. Ibidem. In Con-
cilio Tridentino vt certius est assertũ.
Ibidem.

Virtutes Theologicas infundi cum gra-
tia nemo est qui dubitet, pa. 135. num.
40.

Virtutes morales per se non infundi ne-
gant aliqui, p. 135. n. 40. Per se infundi
asserunt communiter Theologi cum
D. Thom. Ibidem.

Virtus moralis infussa specie differt ab
acquisita morali, pagina 135. numero
40.

Virtus pœnitentiæ dicit conexionem cũ
charitate. Ibidem in fin.

In virtute residente in appetitu sensitiuo
quod se habet directe, potest se habere
materialiter solum, & ex consequenti
respectu virtutis existentis in volunta-
te, p. 142. n. 17.

Virtutes morales infussæ non posse esse
sine charitate asserit D. Thomas, pag.
143. n. 21.

Virtutes omnes simul infunduntur, pagin.
146. n. 5.

Virtutis habitus competit alicui prop-
ter hoc solum quod suppetere potest
materia illius, ibidem n. 6.

Virtus pœnitentiæ non fuit in Christo
Domino nec quoad actum, nec quoad
habitum, pagina 149. numero 19. &
seqq.

Virtutis cuiuslibet obiecto primario def-
iciente, & eius actu impossibile est esse
ta:

Index Notabilium.

talem virtutem, q. 35. dub. 7. §. 5. num. 35.
Virtus quando potest dari propter solū actum conditionatum, q. 85. dub. 7. §. 5. n. 35.
Virtus quæ ordinatur ad finem alterius virtutis transit quodammodo ad speciem eius, p. 164. n. 15.
Virtutes omnes infusas opponi directe, omnibus vitijs aliqui contendunt, pa. 296. n. 18.
Virtutes infusas & gratiam, non opponi directe, & immediate cum habitibus vitiosis est communis sententia Theologorum, p. 297. n. 2.
Hoc docet D. Thomas. Ibidem. Rationibus varijs probatur, pagin. 297. n. 24 & seqq.
Virtutum exercitium requiritur ad expulsiōem vitiorum, pagin. 302. num. 39.
Per virtutum infusionem sanctificantur potentia in actu primo. Ibidem.
Virtutes præter poenitentiam expellunt peccata ratione gratia cum qua infunduntur, p. 313. n. 32.
Virtus nulla quantuncumque efficax tollit flexibilitatem liberi arbitrij in via, p. 353. n. 9.
Virtus quantum ad habitum non expectat aliquid in futurum. Ibidem.
Virtutis habitus nō est de successuis; sed de permanentibus. Ibidem.
De virtutis integritate substantiali, vel essentiali non est faturum. Ibidem.
Virtutum, alia per se consummantur in corde, alia in opere externo, sicut, & peccata, p. 399. n. 4.
In virtutibus consummatis in corde circumstantia non dant speciem, nisi specialiter intentæ. Ibidem.
In virtutibus quæ per se consummantur in opere externo circumstantia indirecte solita dat speciem, ibidem.
Virtutes omnes restituntur per poenitentiam, p. 442. n. 3. & seqq.
Virtus diuina propter sui magnitudinē operari potest per vnum, & plura, pa. 452. n. 2.

Vita.

Vita æterna qua proponenda est tanquā gratia filijs Dei (vt ait Concilium) nō crescit tanquam gratia quin crescat tanquam merces, p. 423. n. 23.
Vita noua non incoatum, nec persecrantiam habet nisi per gratiam, pag. 493. col. 1. in prin.

Vitiosum.

Vitiosum quid sonet, p. 302. n. 39.
Vitiosus absolute non dicitur, qui habe vitiosi non est illis subiectus, pag. 302. n. 39.
Talis denominari potest vitiatu. Ibidem.

Voluntas.

De voluntate Dei certificamur ex Scriptura PP. & Concilijs, p. 11. n. 15.
Voluntas efficax nequit dari respectu huius propositionis *volo non peccasse*, bene tamen, in efficax; pag. 97. num. 44.
Voluntate efficaci nequeunt amari impossibilia ex suppositione quod cognoscatur impossibilitas, secus voluntate in efficaci, p. 97. & 98. n. 43. & seqq.
Velleitas, & velle duos actus distinctos denotant, p. 98. n. 46.
Ex voluntario præcedenti in peccato fit maior, vel minor macula ex parte, & circumstantiarum, p. 222. n. 40.
Voluntas efficax Dei est effectrix illius quod vult, & eo modo quo vult, pag. 240. n. 28.
Voluntas in eo qui male agit in suis terminis stat, nec præcepto legis cedit, p. 501. n. 1.
Voluntas est causa mali culpa. Ibidem.

Z

Zelus ille quo quis aliena peccata execratur est virtus, pagina 90. numero 8.

FINIS.

